UANL
DAD AUTÓNOMA DE NUEVO
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTE

BJ1240
.S3
1621
v.2
c.1

1080044940

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
FONDO

OPERIS MORALIS

IN PRÆCEPTA DECALOGI,

R. P. THOMÆ SANCHEZ
Cordubensis Societatis IESV
Theologi,

TOMVS SECVNDVS.

IN QVO DE RELIGIOSO STATV, ac professione, déque tribus solemnibus Castitatis, Obedientiæ, & Paupertatis votis, accuratissimè ad extricandos dubiorum nodos disseritur.

4626

PRODIT NVNC PRIMVM

Cum duplici Indice vberrimo: altero Capitum quæ hoc opere continentur; altero rerum scitu dignissimarum.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

LVGDVNI
SVMPT. IACOBI CARDON ET PETRI CAVELLAT.
M. DC. XXI.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO GREGORIO XV.

POSTHVMVS hic Patris Thomæ Sanchij fœtus, quia patrem non agnouit vllum, in tuum ſinum perfugium habet, BEATISSIME PATER, ad communem patrem; quamquam habet ille ſingulariter aliquid, quo te parentem appellet. Eſt hic liber de iis hominum religioſorum nexibus, quibus illi diuinæ Majeſtati præ cæteris hominibus arctiùs illigantur. at enimuerò vt eos præſertim ſibi filios Deus homo adoptauit: ita tibi, quem habet ſuæ in terris

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Vicarium auctoritatis, voluit singulariter esse commendatos. Accedit huc præterea, quòd hic liber in ea obligatione versatur plurimum, qua se, suámque Societatem Pontificiis imperiis more prorsus nouo mancipauit huius instituti primus auctor Ignatius, ad barbaros populos, Christianæque disciplinæ rudes edocendos; ad Euangelium in remotissimas orbis terrarum partes proferendum; ad eos in rectum tramitem reducendos, qui à Romanæ castris Ecclesiæ, hoc est, à Dei præpotentis imperio desciuerunt; ad quodcumque demum opus, vt vno verbo complectar omnia, tibi eos placuerit allegare. Theseum memini hoc loco me legere, domitorem illum monstrorum, ad Ægeum parentem venisse cum gladio, & calceis, quæ ille apud Trezænem, sub ingenti saxo condita reliquerat, signa filio generis, & paternæ nobilitatis. Gladium recognosce, PATER BEATISSIME, in Ro

in Romana cusum officina, quo armata tua proles accedit ad te: gladium ex vtraque parte acutum, quo cadant vltore monstra illa teterrima peruersarum opinionum, è tartareis identidem locis erumpentia, contra Religiosorum cœtus, aduersus manum vndique collectam ad propugnandam ciuitatem sanctam Hierusalem, ad supremæ Majestatis, hoc est, Dei vicariæ custodiam, & defensionem. Calceos autem quos alios monstrat, nisi eos, quibus calceata laudabatur in sacro Epithalamio Dei Ecclesia, tua, BEATISSIME PATER, sponsa, quibus pulchri sunt pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona? His ille non tam ipse indutus accedit, quàm omnes induit nostri homines instituti, eius vi obligationis commonstrata, qua post Deum tibi præcipuè deuincimur. Filium accedentem ad te, qua soles benignitate amplexare, PATER BEATISSIME, vt non tam

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

doleat ereptum ſibi Sanchium parentem, quàm à te communi omnium gentium patre adoptatum ſe gaudeat ſingulari cum ſignificatione benignitatis.

***

RELIGIOSO

RELIGIOSO LECTORI.

PRODIT in lucem, RELIGIOSE LECTOR, in Decalogi præcepta volumen Patris Thomæ Sanchez. Si ordinem ſpectes, ſecundum; ſi indefeſſum Auctoris ſtudium, iudiciique maturitatem in re difficili enodanda conſideres, nulli ſecundum, ſed qualia ſunt cætera tanti ingenij monumenta, inter prima numerandum. Poſthumus quidem partus eſt, ſed non ſuppoſitus, nec degener. Facilè enim acre parentis acumen, facilè reconditam eruditionem, & operoſam in ſcribendo facilitatem, quauis ex pagina, ſine errore deprehenderes, quanuis tacito Auctoris nomine in vulgus daretur. Egit ille priori volumine de voto generatim. In hoc ſecundo, nequid ſuſcepto deeſſet opori, Religioſorum vota complectitur, Paupertatem, Caſtitatem, & Obedientiam; ita accuratè, vt in materia ſatis obſcura nihil accuratius poſſis deſiderare: ita religioſè, & candidè, vt Sanchez eximiam religionem, & animi immaculatum candorem, oculis etiam valeas aſpicere. Potuit ineluctabile mortis imperium, tam ſanctum, tam religioſum, ac doctum virum nobis eripere, & in cœli tranſmittere poſſeſſionem, quam ea vitæ innocentia, diſciplinæ religioſæ obſeruantia, virtutúmque omnium indefeſſa exercitatione promeruit, quæ paucis potiùs indicata, quàm expoſita à nobis eſt ſuperiori volumine, quod primum ab eius morte in lucem prodiit, primúmque eius laudibus locum præbuit, quas ille in vita, ceu virtutum, quarum rigidus cuſtos erat, venenum auerſatus, nuſquam apud ſe locum habere voluit. Non poterit tamen efficere, vt eius nomen obliuione deleatur. Immortalia ſunt, quæ nobis induſtriæ, ſcientiæ, & religionis monumenta reliquit, quibus eam nominis celebritatem promeruit, quam vbique poſſidet, immortaliáque beneficia, quæ ſcribendo omnibus contulit. Teſtantur id qui iuri dicendo in Eccleſiaſticis præſertim tribunalibus inſudant. Et quam Sanchez in rebus difficilibus enodandis monſtrat viam, non ſolùm tutam tanti Auctoris approbatione iudicant, ſed omnino tenendam præiudicata, ſine temeritate, vt temeritatem effugiant, opinione, decernunt. Qui tamen reliquo hominum generi tantùm profuit, religioſis familiis deeſſe non potuit. Imò, quas præcipuè amabat, præcipuo forſan voluit demereri labore, & ſui amoris excellentiſſimo exornare teſtimonio. Propterèáque vltimam vitæ partem, in qua animus, vt luci vicinior immortali, ita acutiùs intuetur, quæ illi comparandæ aptiora

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſunt, huic operi ſacrauit. Cygni ſupremam, & ſuauiorem vocem meritò dixeris, qua mortem illam mundi, quam religioſa vita profitetur, dulciùs in ſuprema ætate celebrauit, ſeu potiùs, qua quicquid in illa vitali morte boni eſt, quod ſanè multum eſt, & nulla non emendum vitæ, & fortunarum iactura, iucundiſſimè expertus, iucundiſſimè prædicat. Cui operi alioquin importuna mors, non interruptionem, ſed opportuna approbationem attulit. Vix enim ſcribendi finem fecerat, & extremam illi impoſuerat manum, cùm ad præmium in cælum euocatus eſt. Quaſi verò ſupremi Iudicis arbitrio maiorem tantum opus diligentiam, & curam non deſideraret, meritorúmque fuerit culmen, quibus ille exornatus ad ſuperos abiit. Inuenies verò in hoc volumine, non ſolùm quæ religioſis familiis communia ſunt omnibus, in votorum nuncupatione ad valorem obſeruanda, & in ſoluendis religioſè adimplenda: verùm etiam quæ cuique, iuxta peculiare ſuum inſtitutum, peculiaria ſunt. Qui enim omnes eximia charitate dilexit, omnibus quantùm potuit, inſeruire ſtuduit. Parcendum tamen, ſi in his, quæ noſtræ Societatis ſunt, explicandis latiùs ſpatietur. Fuit enim hoc à filio præſtandum matri, cuius in gremio adoleuit, & conſenuit, & cuius diſciplinæ rationem à puero ad ſenectutem, mira vitæ conſtantia, & exemplo ſecutus, cognitione etiam fuerat aſſecutus. Adde, quòd in pleriſque è reliquis religioſis familiis ſuorum diligentia exornatis, & annorum ætate approbatis, non multa ſunt, quæ noua indigeant commentatione. Societas verò noſtra, licèt ſub tutela nominis IESV ſecura progrediatur, nouitia tamen, & minima inter reliquas eſt, & Hæreticorum impoſturis acriter impugnatur: quapropter propugnanda fuit, & in apertam lucem proferenda, quæ inſulſi cauillatores mendaciorum nebulis obſannare conantur, vt illi inuidiam apud indoctos conflent. Eſt enim hoc illi, cum ipſa virtute, ac reliquis commune religioſis familiis, vt ſolùm illam oderint, qui non viderint, & ament omnes, qui vident. Quapropter, vt inter Hæreticos ignorantia, & nox illa, qua cæci præcipites in exitium ruunt, indoctos, & ſcelerum furiis inflammatos animos in nos concitat: ita Catholicos doctos, & bene moratos, ipſa religionis, quam profitemur ſpecies ob oculos propoſita, excitabit ad defenſionem. Tu verò, RELIGIOSE LECTOR, ſi quam gratiam Auctoris diligentiæ, & ſtudio te debere exiſtimas, Deo referas: referéſque gratiſſimam, ſi huius ex operis præſcripto vitam inſtituas, vel ſaltem, quantum potes, eos imitere, qui illud ſequuntur. Hoc enim vnum Sanchez dum vixit, omnibus perſuadere exoptauit, hoc poſtremo quod offerimus volumine, & clariùs vitæ exemplo docuit.

Docentem audi, & vale.

* * *

LITERÆ

LITERÆ ADMODVM REVERENDI *in Chriſto Patris Mutij Vitelleſci Societatis* IESV *Præpoſiti Generalis.*

CVM Secundum Tomum in Decalogum, P. Thomæ Sanchez noſtræ Societatis, quatuor eiuſdem Societatis Theologi, quibus id commiſimus, recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint; facultatem concedimus, vt typis mandetur, ſi id ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus Romæ 27. Nouembris 1620.

MVTIVS VITELLESCVS.

Facultas R. P. Prouincialis Societatis IESV *in prouincia Lugdunenſi.*

EGO BARTHOLOMÆVS IACQVINOTIVS Societatis IESV in prouincia Lugdunenſi Præpoſitus Prouincialis, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Chriſtianiſſimis Henrico III. 10. Maij 1583. Henrico IV. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante, 14. Februarij 1611. conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab hominibus noſtræ Societatis compoſitos, abſque Superiórum eius permiſſione imprimant, permitto IACOBO CARDON & PETRO CAVELLAT Lugdunenſibus Bibliopolis, vt Opus quod inſcribitur, *Operis moralis in præcepta Decalogi, R. P. Thomæ Sanchez Cordubenſis, Societatis* IESV *Theologi, Tomus Secundus,* ad ſex proximos annos imprimere, ac liberè diuendere poſſint. Datum Lugduni die 28. Decembris 1620.

B. IACQVINOTIVS.

APPROBATIO.

NOs infraſcripti ſacræ Theologiæ Doctores fidem facimus, nos *Operis moralis in præcepta Decalogi, R. P. Thomæ Sanchez Cordubenſis, Societatis* IESV *Theologi, Tomum Secundum* perlegiſſe, omniáque in illo iuxta orthodoxam Catholicæ Apoſtolicæ ac Romanæ Eccleſiæ, & Sanctorum Patrum ſanam doctrinam ſumma cum eruditione exponi. Lugduni die 22. Ianuarij 1621.

Fr. ROBERTVS BERTHELOT Epiſc. Damaſci.

DE VILLE.

R. D. D. Thomæ de Meſchatin la Faye huius libri imprimendi facultas.

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus & Camerarius Eccleſiæ Lugdunenſis, in ſuprema Dombarum Parlamenti Curia Conſiliarius, Galliarum Primatiæ Officialis, & Vicarius Generalis in Archiepiſcopatu Lugdunenſi: Opus inſcriptum *Operis moralis in præcepta Decalogi, R. P. Thomæ Sanchez Cordubenſis, Societatis* IESV *Theologi, Tomus Secundus,* vt in lucem edatur, facultatem concedo. Lugduni 10. Aprilis 1621.

MESCHATIN LA FAYE.

SVMMA

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

SVMMA PRIVILEGII
à Christianissimo Galliarum Rege concessi.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate sancitum est, atque patentibus literis cautum, ne quis in Regno suo, aliisve locis ditioni suæ subiectis, intra proximos annos decem, à die impressionis primæ inchoandos, ac numerandos excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quouis modo, & ratione curet librum, qui inscribitur, *Operis moralis in præcepta Decalogi, R. P. Thomæ Sanchez Cordubensis, Societatis Iesu Theologi, Tomus Secundus*, præter IACOBVM CARDON & PETRVM CAVELLAT Bibliopolas Lugdunenses, aut illos, quibus ipsimet concesserint. Prohibitum insuper eâdem auctoritate Regiâ omnibus suis subditis, eumdem librum extra Regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dictorum IACOBI CARDON & PETRI CAVELLAT. Idque omne sub confiscatione librorum, aliisque pœnis originali Diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisiis die 27. Februarij 1621.

De mandato Regis,

Signatum

LE BOSSV.

INDEX

INDEX CAPITVM,
QVÆ IN HOC TOMO secundo continentur.

LIBER QVINTVS.
De voto solemni in communi, & de solemni castitatis.

Cap. I. IN quo solemnitas voti consistat: & qualiter à simplici differat: & quo iure matrimonium subsequens dirimat: & vtrum ex his ad veram religionis essentiam desideretur. pag. 1.
II. An Pontifici integrum sit in quibuscumque votis solemnibus dispensare? 9
III. Quot modis religionis professio fieri valeat: & quando dicatur professio tacita fieri. 10
IV. Ex quibus causis reddatur professio tacita irrita. 15
V. Quibus priuilegiis gaudeat religionis professio: & an iis quoque gaudeant simplicia biennij vota emissa in Societate IESV. 37
VI. De voto solemni castitatis. 49

LIBER SEXTVS.
De voto solemni obedientiæ.

Cap. I. QVid sub voto obedientiæ religiosorum comprehendatur, & quibus superioribus obliget obedire. 52
II. An votum obedientiæ obliget religiosos ad obtemperandum suis Prælatis in omnibus licitis, etiamsi sint præter, vel supra regulam. 57
III. Qualiter religiosus, vel quinis alius subditus teneatur obedire, dum dubitat, an res præcepta sit illicita, aut excedens limites potestatis Prælati: aut opinatur eam esse illicitam, aut excedentem eos limites: vel dubitat, an superior habeat legitimam in illum potestatem: aut opinatur eam non habere: aut quando res præcepta est contra regulam. 67
IV. An religiosus teneatur sub culpa mortali, aut veniali, omnia in regulis suæ religionis contenta obseruare, & omnia à superioribus religionis legitimè sibi iniuncta exequi? 75
V. Qualiter religiosus ad perfectionem tendere obligetur. 91
VI. Qualiter religiosus ad Episcopatum, aut Cardinalatum, aut beneficium aliquod parochiale promotus teneatur ad vota religiosi status, & ad alias obseruantias regulares. 94
VII. Qualiter regularibus integrum sit de vna religione ad aliam migrare. 104
VIII. De pœnis apostatarum, & fugitiuorum à religionis obedientia, & qualiter religiosus ab illa appellare permittatur, aut Prælatos regulares recusare. 125
IX. De religiosis à religione eiectis, ad quid obligentur, & quæ potestas sit Prælatis regularibus in illos. 145
X. Qualiter nouitij subiiciantur præceptis regularum, & superiorum, ab ipsisque puniri valeant. 159
XI. Qualiter religiosis interdictum sit esse executores testamentorum, aut commissarios ad testamentum nomine committentis conficiendum, absque superiorũ licentia. 164
XII. Qualiter religiosus possit esse actor, aut reus in iudicio. 174
XIII. Quæ munera obire, aut quos actus exercere in iudicio religiosis interdictum sit. 179
XIV. De aliis rebus extraiudicialibus religioso interdictis. 194
XV. De clausura monialibus indicta quoad egressum è monasteriis. 199
XVI. De clausura monialium quoad ingressum cuiuscumque personæ in earum monasteria. 214
XVII. De clausura monasteriorum virorum quoad ingressum faminarum in ea. 255

LIBER SEPTIMVS.
De voto paupertatis.

Cap. I. DE potestate, quam nouitius, vel volens ingredi religionem, habet ad disponendum per viam donationis, aut renunciationis de propriis bonis, attento iure antiquiori. 250
II. Qualiter valeant renunciationes legitimæ parentum, & aliorum bonorum facta in Societate IESV, quando fiunt absque parentum consensu in fauorem ipsius Societatis, vel cuiuscumque operis pij. 263
III. De facultate nouitij, aut volentis ingredi religionem, ad disponendũ per testamentũ de suis bonis, & de

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& de firmitate eius testamẽti sequuta professione, & quis ei ab intestato morienti succedat; & hæc attento iure antiquiori ante Tridentinum. 279

IV. *An beneficia nouitij vacent, aut illis renunciare valeat, conferrine possint, attento iure antiquiore ante Tridentinum?* 297

V. *Quid immutatum sit per Tridentinum sess. 25. de regular. cap. 16. circa dispositiones bonorum ad nouitios pertinentium siue donando, siue renunciando, aut aliter contrahendo, aut testando, & circa renunciationes beneficiorum ecclesiasticorum.* 301

VI. *De solemnitatibus aliis vltra petitas per Tridentinum ad renunciationis nouitiorum valorem.* 316

VII. *Quæ bona comprehendantur in hac nouitiorum renunciatione, & in quæ tanquam comprehensa succedat post professionem monasterium, non obstante ea renunciatione.* 319

VIII. *Qualiter professis interdictum sit testari.* 329

IX. *Qualiter professis habentibus ascendentes, aut descendentes, testari liceat inter eos.* 340

X. *An patre professo debeatur statim legitima filiis, & è contrà filio professo debeatur statim legitima parentibus.* 346

XI. *An professo integrum sit testamentum ante professionem factum, aut diuisionem factam inter liberos post professionem reuocare, aut declarare?* 348

XII. *Qualiter, & quo iure succedat monasterium succedendi capax in bona professi, de quibus ille ante professionem non disposuerat, & an ad acquirendam hæreditatem monacho delatam desideretur aliqua ipsius monachi aditio?* 352

XIII. *Qualiter filiifamilias professi peculium siue castrense, siue quasi castrense, siue aduentitium, siue profectitium transeat in monasterium.* 362

XIV. *Qualiter transeat ad monasterium ius patronatus, ius nominandi ad emphyteosim, petenda renouationis eiusdem, ius retractus ratione sanguinis competentia in seculo religioso.* 381

XV. *Qualiter ad monasterium transeat maioratus, feudum, emphyteusis, res cum pacto non alienandi tradita, profitentium.* 384

XVI. *An si granatus, vt bona aliqua cuidam tertio restituat, si absque liberis decedat, ingrediatur religionem nullis filiis relictis, succedat monasterium in ea bona?* 397

XVII. *Qualiter acquirantur monasterio relicta monacho ea lege, vt ad eum, & non ad monasterium pertineant, nec possit in illa superior se intromittere, & eo se intromittente perdatur legatum, & an aliquid possit à superiore ita monacho concedi, vt superior ipse auferre nequeat?* 415

XVIII. *Quid distet inter votum simplex, & solemne paupertatis, & qualiter vtrumque obliget, & in quo consistant; & an solemne impediat dominium acquiri religiosis omnibus priuatis, etiam rerum, quæ vnico consumuntur vsu?* 420

XIX. *Explicatur, quæ in particulari sint contra paupertatis votum, & qualis licentia superioris excuset.* 426

XX. *An vitium proprietatis in religioso, quo absque superioris licentia vsurpat, aut alienat, sit semper culpa lethalis, & duplex culpa sacrilegij, ac furti, ac quibus pœnis subiaceat?* 448

XXI. *Qualiter peccet religiosus paulatim modica aliqua accipiens, aut expendens absque superioris licentia.* 450

XXII. *Qualiter religiosis habere peculium aliquod, seu redditus, ex licentia superioris liceat.* 456

XXIII. *Qualiter peccent Prælati religionum dantes peculio habendo causam, plures admittendo, quàm qui ex redditibus monasterij, ac consuetis eleemosynis sustentari valent.* 461

XXIV. *An religiosis integrum sit ex eleemosynis emendicatis viuere, an potius labori corporali teneantur incumbere, quo victum sibi comparent?* 467

XXV. *Qualiter religio, aut religiosus ipse, etsi ordinis Minorum sit, capax sit hæreditariæ successionis ex testamento, vel ab intestato.* 465

XXVI. *Qualiter religio ipsa, aut religiosus, etsi sit ordinis Minorum, capax legati percipiendi sit.* 470

XXVII. *De paupertate Societatis* IESV, *& an posit illa, eiusue religiosi hæredes, aut legatarij instituì; & quæ sint huic paupertati peculiaria?* 480

XXVIII. *In quibus ministeriis interdictum sit Societati* IESV *stipendium accipere, & an id accipere aduersetur voto paupertatis.* 486

XXIX. *Qualiter regularis capax sit beneficij, aut pensionis, & qualiter beneficia vacent, pensionesque extinguantur religionis professione.* 490

XXX. *An si religiosus acceptet absque superioris licentia pecunias in pauperes distribuendas, vel distribuat alij quàm pauperi designato, sit reus voti paupertatis?* 521

XXXI. *Qualiter monasterium ex contractu, aut delicto religiosi obligetur, & qualiter ij contractus sint prorsus irriti, nec ipsemet religiosus ex illis teneatur.* 525

XXXII. *Quando religiosus transit licitè ab vna religione in alteram, vel ad Episcopatum, aut ad aliud beneficium, ad quem pertineant bona, quæ prius acquisierat, vel in posterum acquiret.* 532

XXXIII. *Cui acquirant religiosi à potestate, vel à religione eiecti, siue transierint ad aliam religionem, seu ad aliud beneficium ecclesiasticum, siue non.* 546

XXXIV. *Cui acquirant conuersi, & oblati, ac fratres Xenodochij Ioannis de Deo; ac verè professi, dolo tamen Abbatis ad profitendum inducti.* 550

LIBER QVINTVS.

DE VOTO SOLEMNI IN COMMVNI, ET DE SOLEMNI CASTITATIS.

CAPVT PRIMVM.

In quo solemnitas voti consistat: & qualiter à simplici differat: & quo iure matrimonium subsequens dirimat: & vtrum ex his ad veræ religionis essentiam desideretur.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputandæ sint n. 1.

An stando in iure naturali differant votum simplex, & solemne, & differant specie: & in quo vtriusque essentia consistat: & quo iure per solemne dirimatur matrimonium sequens? Referuntur variæ sententiæ à numero 2. vsque ad 5.

Explicatur sententia authoris circa hæc: & an eodem modo obliget vtrumque, ac votum solemne sit ens per accidens? à n. 6. vsque ad 9.

An solemne paupertatis votum reddat iure naturæ nouentem incapacem dominij acquirendi, & illius transferendi? eodem n. 9.

Post n. 9. inuenies alia summaria.

1 HACTENVS de voti simplicis obligatione egimus: iam de voto solemni agendum est. Et primò quidem in genere: deinde autem de singulis solemnibus obedientiæ, paupertatis, & castitatis votis agemus. Triplex ergo quæstio in hoc capite disputanda est. Prima, an sit aliquod discrimen stando in solo iure naturæ inter votum solemne, & simplex: & quo iure per solemne dirimatur matrimonium subsequens? Secunda, esto totum discrimen sit ex iure ecclesiastico, in quo illud consistat? Vltima, an ad veram religionis essentiam professio solemnis desideretur?

2 QVÆSTIO prima. An secluso iure ecclesiastico, & stando in solo iure naturæ, sit aliquid discriminis inter votum simplex, & solemne: an potius tota voti solemnis ratio, & differentia à simplici, sit ex ipso iure ecclesiastico: & quo iure per votum solemne dirimatur matrimonium subsequens? Triplex est sententia. Prima ait, essentiam voti solemnis consistere in quadam benedictione: Hanc retulimus, & impugnauimus *lib. 7. de matrimonio, disput. 25. n. 1.*

3 Secunda sententia sustinet, essentiam voti solemnis consistere in actuali dominij sui ipsius traditione in manus Dei, ac Prælatorum vices Dei gerentium, ipsiusque nomine eam acceptantium: ac proinde differre essentialiter, & ipso iure naturæ attento, à voto simplici; quod in hoc aut nulla fit traditio: aut quando promittitur aliquid quod in futurum tempus confertur, vt est votum ingressus religionis: aut si fit traditio, vt contingit in simplici castitatis voto, est imperfecta, nec dominio sui corporis vouentem spolians, sed licito vsu solo. At in voto religionis solemni est perfectissima traditio à superioribus nomine Dei acceptata, abdicans omne vouentis dominium, & transferens illud perfectè in Deum, & superiores nomine Dei acceptantes: ita vt Deus sit iam dominus eius, non tantùm tanquam causa vniuersalis, quale cæterarum rerum dominium habet, sed comparet speciale huius personæ dominium, quod ipsa antea habebat in seipsam tanquam peculiaris persona, ac suorum actuum domina: ac proinde reddatur incapax per se, & ex natura rei transferendi in alterum sui dominium. Quare sicut ipso naturæ iure differunt sponsalia, & matrimonium, quod illa sint futurarum nuptiarum promissio, nec dominium sui corporis à sponsis auferant; hoc autem perfectissima traditio, priuans omnino corporis dominio coniuges ipsos: sic naturæ iure eadem differentia est inter votum simplex, & solemne. Quamobrem iuxta hanc sententiam, sicut matrimonij essentia perfectè, & integrè, iure ipso naturali consistit in corporis traditione, per alterum coniugem acceptata: solemnitates autem quas Ecclesia postulat, vt valida sit ea traditio, sunt ex iure ecclesiastico, & conditiones sine quibus non matrimonij essentia consisteret; vt celebrentur coram parocho, & testibus, in tali ætate, &c. Ita voti solemnis professionis essentia est integra, & perfecta ex ipso naturæ iure, consistens in prædicta traditione: circumstantiæ autem ab Ecclesia præceptæ ad illius traditionis valorem, sunt accidentales, & conditiones sine quibus

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS
BIBLIOTECA GENERAL DE JESUITAS

& de firmitate eius testamẽti sequuta professione, & quis ei ab intestato morienti succedat; & hæc attento iure antiquiori ante Tridentinum. 279

IV. *An beneficia nouitij vacent, aut illis renunciare valeat, conferrine possint, attento iure antiquiore ante Tridentinum?* 297

V. *Quid immutatum sit per Tridentinum sess. 25. de regular. cap. 16. circa dispositiones bonorum ad nouitios pertinentium siue donando, siue renunciando, aut aliter contrahendo, aut testando, & circa renunciationes beneficiorum ecclesiasticorum.* 301

VI. *De solemnitatibus aliis vltra petitas per Tridentinum ad renunciationis nouitiorum valorem.* 316

VII. *Quæ bona comprehendantur in hac nouitiorum renunciatione, & in quæ tanquam comprehensa succedat post professionem monasterium, non obstante ea renunciatione.* 319

VIII. *Qualiter professis interdictum sit testari.* 329

IX. *Qualiter professis habentibus ascendentes, aut descendentes, testari liceat inter eos.* 340

X. *An patre professo debeatur statim legitima filiis, & è contrà filio professo debeatur statim legitima parentibus.* 346

XI. *An professo integrum sit testamentum ante professionem factum, aut diuisionem factam inter liberos post professionem reuocare, aut declarare?* 348

XII. *Qualiter, & quo iure succedat monasterium succedendi capax in bona professi, de quibus ille ante professionem non disposuerat, & an ad acquirendam hæreditatem monacho delatam desideretur aliqua ipsius monachi aditio?* 352

XIII. *Qualiter filiifamilias professi peculium siue castrense, siue quasi castrense, siue aduentitium, siue profectitium transeat in monasterium.* 362

XIV. *Qualiter transeat ad monasterium ius patronatus, ius nominandi ad emphyteosim, petenda renouationis eiusdem, ius retractus ratione sanguinis competentia in seculo religioso.* 381

XV. *Qualiter ad monasterium transeat maioratus, feudum, emphyteusis, res cum pacto non alienandi tradita, profitentium.* 384

XVI. *An si granatus, vt bona aliqua cuidam tertio restituat, si absque liberis decedat, ingrediatur religionem nullis filiis relictis, succedat monasterium in ea bona?* 397

XVII. *Qualiter acquirantur monasterio relicta monacho ea lege, vt ad eum, & non ad monasterium pertineant, nec possit in illa superior se intromittere, & eo se intromittente perdatur legatum, & an aliquid possit à superiore ita monacho concedi, vt superior ipse auferre nequeat?* 415

XVIII. *Quid distet inter votum simplex, & solemne paupertatis, & qualiter vtrumque obliget, & in quo consistant; & an solemne impediat dominium acquiri religiosis omnibus priuatis, etiam rerum, quæ vnico consumuntur vsu?* 420

XIX. *Explicatur, quæ in particulari sint contra paupertatis votum, & qualis licentia superioris excuset.* 426

XX. *An vitium proprietatis in religioso, quo absque superioris licentia vsurpat, aut alienat, sit semper culpa lethalis, & duplex culpa sacrilegij, ac furti, ac quibus pœnis subiaceat?* 448

XXI. *Qualiter peccet religiosus paulatim modica aliqua accipiens, aut expendens absque superioris licentia.* 450

XXII. *Qualiter religiosis habere peculium aliquod, seu redditus, ex licentia superioris liceat.* 456

XXIII. *Qualiter peccent Prælati religionum dantes peculio habendo causam, plures admittendo, quàm qui ex redditibus monasterij, ac consuetis eleemosynis sustentari valent.* 461

XXIV. *An religiosis integrum sit ex eleemosynis emendicatis viuere, an potius labori corporali teneantur incumbere, quo victum sibi comparent?* 467

XXV. *Qualiter religio, aut religiosus ipse, etsi ordinis Minorum sit, capax sit hæreditariæ successionis ex testamento, vel ab intestato.* 465

XXVI. *Qualiter religio ipsa, aut religiosus, etsi sit ordinis Minorum, capax legati percipiendi sit.* 470

XXVII. *De paupertate Societatis* IESV, *& an posit illa, eiusue religiosi hæredes, aut legatarij instituì; & quæ sint huic paupertati peculiaria?* 480

XXVIII. *In quibus ministeriis interdictum sit Societati* IESV *stipendium accipere, & an id accipere aduersetur voto paupertatis.* 486

XXIX. *Qualiter regularis capax sit beneficij, aut pensionis, & qualiter beneficia vacent, pensionesque extinguantur religionis professione.* 490

XXX. *An si religiosus acceptet absque superioris licentia pecunias in pauperes distribuendas, vel distribuat alij quàm pauperi designato, sit reus voti paupertatis?* 521

XXXI. *Qualiter monasterium ex contractu, aut delicto religiosi obligetur, & qualiter ij contractus sint prorsus irriti, nec ipsemet religiosus ex illis teneatur.* 525

XXXII. *Quando religiosus transit licitè ab vna religione in alteram, vel ad Episcopatum, aut ad aliud beneficium, ad quem pertineant bona, quæ prius acquisierat, vel in posterum acquiret.* 532

XXXIII. *Cui acquirant religiosi à potestate, vel à religione eiecti, siue transierint ad aliam religionem, seu ad aliud beneficium ecclesiasticum, siue non.* 546

XXXIV. *Cui acquirant conuersi, & oblati, ac fratres Xenodochij Ioannis de Deo; ac verè professi, dolo tamen Abbatis ad profitendum inducti.* 550

LIBER QVINTVS.

DE VOTO SOLEMNI IN COMMVNI, ET DE SOLEMNI CASTITATIS.

CAPVT PRIMVM.

In quo solemnitas voti consistat: & qualiter à simplici differat: & quo iure matrimonium subsequens dirimat: & vtrum ex his ad veræ religionis essentiam desideretur.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputandæ sint n. 1.

An stando in iure naturali differant votum simplex, & solemne, & differant specie: & in quo vtriusque essentia consistat: & quo iure per solemne dirimatur matrimonium sequens? Referuntur variæ sententiæ à numero 2. vsque ad 5.

Explicatur sententia authoris circa hæc: & an eodem modo obliget vtrumque, ac votum solemne sit ens per accidens? à n. 6. vsque ad 9.

An solemne paupertatis votum reddat iure naturæ nouentem incapacem dominij acquirendi, & illius transferendi? eodem n. 9.

Post n. 9. inuenies alia summaria.

1 HACTENVS de voti simplicis obligatione egimus: iam de voto solemni agendum est. Et primò quidem in genere: deinde autem de singulis solemnibus obedientiæ, paupertatis, & castitatis votis agemus. Triplex ergo quæstio in hoc capite disputanda est. Prima, an sit aliquod discrimen stando in solo iure naturæ inter votum solemne, & simplex: & quo iure per solemne dirimatur matrimonium subsequens? Secunda, esto totum discrimen sit ex iure ecclesiastico, in quo illud consistat? Vltima, an ad veram religionis essentiam professio solemnis desideretur?

2 QVÆSTIO prima. An secluso iure ecclesiastico, & stando in solo iure naturæ, sit aliquid discriminis inter votum simplex, & solemne: an potius tota voti solemnis ratio, & differentia à simplici, sit ex ipso iure ecclesiastico: & quo iure per votum solemne dirimatur matrimonium subsequens? Triplex est sententia. Prima ait, essentiam voti solemnis consistere in quadam benedictione: Hanc retulimus, & impugnauimus *lib. 7. de matrimonio, disput. 25. n. 1.*

3 Secunda sententia sustinet, essentiam voti solemnis consistere in actuali dominij sui ipsius traditione in manus Dei, ac Prælatorum vices Dei gerentium, ipsiusque nomine eam acceptantium: ac proinde differre essentialiter, & ipso iure naturæ attento, à voto simplici; quod in hoc aut nulla fit traditio: aut quando promittitur aliquid quod in futurum tempus confertur, vt est votum ingressus religionis: aut si fit traditio, vt contingit in simplici castitatis voto, est imperfecta, nec dominio sui corporis vouentem spolians, sed licito vsu solo. At in voto religionis solemni est perfectissima traditio à superioribus nomine Dei acceptata, abdicans omne vouentis dominium, & transferens illud perfectè in Deum, & superiores nomine Dei acceptantes: ita vt Deus sit iam dominus eius, non tantùm tanquam causa vniuersalis, quale cæterarum rerum dominium habet, sed comparet speciale huius personæ dominium, quod ipsa antea habebat in seipsam tanquam peculiaris persona, ac suorum actuum domina: ac proinde reddatur incapax per se, & ex natura rei transferendi in alterum sui dominium. Quare sicut ipso naturæ iure differunt sponsalia, & matrimonium, quod illa sint futurarum nuptiarum promissio, nec dominium sui corporis à sponsis auferant; hoc autem perfectissima traditio, priuans omnino corporis dominio coniuges ipsos: sic naturæ iure eadem differentia est inter votum simplex, & solemne. Quamobrem iuxta hanc sententiam, sicut matrimonij essentia perfectè, & integrè, iure ipso naturali consistit in corporis traditione, per alterum coniugem acceptata: solemnitates autem quas Ecclesia postulat, vt valida sit ea traditio, sunt ex iure ecclesiastico, & conditiones sine quibus non matrimonij essentia consisteret; vt celebrentur coram parocho, & testibus, in tali ætate, &c. Ita voti solemnis professionis essentia est integra, & perfecta ex ipso naturæ iure, consistens in prædicta traditione: circumstantiæ autem ab Ecclesia præceptæ ad illius traditionis valorem, sunt accidentales, & conditiones sine quibus

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS
BIBLIOTECA GENERAL DE JESUITAS

quibus non, sicut professionem emitti in religione approbata, in ætate determinata, transacto nouitiatus anno, &c. Et sic explicat hæc sententia decretum Bonifacij VIII. *c. conuo, de voto, in 6.* dicentis solemnitatem voti esse ex Ecclesiæ constitutione, vt intelligatur de solemnitate extrinseca, & accidentali. Authores huius sententiæ, & eius fundamenta retulimus *lib. 7. de matrim. disput. 25. à n. 7. usque ad 20.*

4 Hinc deducit hæc sententia, non tanti vinculi esse ex ipsa rei natura votum simplex, quanti est solemne, & vtrumque specie differre. Cuius rationem, & authores retulimus *ea disput. 25. n. 18. & 19.*

5 Secundò deducit hæc sententia, solemne professionis votum ex vi sua, ac iure naturali, atque secluso quocumque ecclesiastico, vim secreti matrimonij possequenti cassandi. Sicut matrimonium reddit ipso iure naturæ irritum quodcumque aliud matrimonium initum ipso stante. Putantque hæc sententia hoc modo intelligendum decretum Syricij Pontificis in epistola 1. c. 6. quod refertur *c. si quis sacro, in fin. 27. q. 1.* dicentis, contrahentes matrimonium post solemne religionis votum, separandos esse verbo Domini, & authoritate canonica. Et decretum Tridentini *sess. 24. de matrim. can. 9.* an authoritatis dicentes, matrimonium in sacris ordinibus constituti, aut professi, valere non obstanti constitutione ecclesiastica, & voto. Vbi ecclesiastica referitur ad ordines, votum autem ad professionem; quasi ex vi iuris voti matrimonium postea initum dirimatur. Authores huius sententiæ, eiusque fundamenta retulimus *lib. 7. de matrim. disput. 26. n. 4. vbi n. 3.* retulimus aliam dicentem, id habere ex solo iure diuino positiuo. Et quamis iii Doctores non agant de solemni paupertatis voto, ac iuxta suam sententiam debent consequenter dicere, iure naturali reddi per illud vouentem incapacem dominij acquirendi, ac illud in alterum transferendi.

At sententia (quam verissimam puto) ait solemne professionis votum, & simplex non differre per se, & essentialiter, ex vtriusque voti natura, sed solùm accidentaliter, & extrinsecè, ex sola Ecclesiæ constitutione: ac proinde totam voti solemnitatem esse solius iuris ecclesiastici, quamuis ipsa voti obligatio erga Deum sit iuris diuini naturalis, cuius est etiam obligatio voti simplicis. Cuius sententiæ authores, & fundamenta retulimus *lib. 7. de matrim. disp. 25. n. 2.* & post ibi scripta defendit latissimè, & eruditissimè, è nostra Societate Petrus Ribadeneira *in libro de institutio Societatis* IESV, *tom. c. 15.* & Gabriel Vasquez 1. 2. q. 96. *art. 4. disput. 165. tom. c. 2.* & eruditis scoentibus, & specialiter 1. c. 7. & 8. Nunc autem amplius id probabitur aliquibus rationibus, aut magis explicando aliquas, quæ ibi addituimus. Probatur ergo primò, ex decreto Bonifacij VIII. *c. conuo. de voto, in 6.* vbi Episcopo Riterensi interroganti, quod votum debeat dici solemne, ad matrimonium subsequens irritum reddendum, ait solemnitatem voti ex sola Ecclesiæ institutione inuentam esse. Nec valet solutio contrariæ sententiæ dicentis id intelligi de sola solemnitate accidentali. Quippe ex hac ratione colligit ibi Pontifex, duplex solum esse votum solemne, cum effectum producens: quasi dicat, quia tota voti solemnitas est ex Ecclesiæ constitutione, & ipsa duplex solùm votum vt solemne, & matrimonium dirimens admittit: ideo duplex solùm est huiusmodi votum. Quæ ratio omnino corruerent, intellecto textu de sola accidentali solemnitate. Nec enim ex accidentalibus res definienda est. Insuper Pontifex ibi constituit discrimen inter vinculum matrimonij, & voti solemnis vt sic, quod illud ex Dei institutione, hoc autem ex sola Ecclesiæ constitutione sit. Non ergo loquitur de sola accidentali solemnitate: hæc enim tam in voto, quàm in matrimonio est ex Ecclesiæ solius constitutione; & sic nil distinuuis esset. Vultergo totam voti solemnitatem esse ex Ecclesiæ instituto. Præterea, quia nouissimè Greg. XIII. in sua extrauag. *ascendente*, referens errorem eorum, qui hac nostra tempestate dixère, emittentes simplicia biennij vota in Societate IESV, non esse verè & propriè religiosos, rationem eorum reddit, eo quod non cõsideranint solemnitatem voti sola Ecclesiæ constitutione inuentam esse, iuxta prædictum Bonifacij VIII. decretum. At non latebat Pontificem id, quod luce meridiana clarius est, nempe, eos omnes, & partonos contrariæ sententiæ eum textum explicuisse de solemnitate accidentali. Ergo decretum vtrumque de essentiali solemnitate est necessariò accipiendum. Atque alijs etiam modis vim huius decreti ponderat Vasquez *ea disput. 165. c. 2. à n. 14. vsque ad 18.* Secundò probatur, quia etsi in solemnibus paupertatis, & castitatis votis possit inueniri ea dominij translatio, & inhabilitas ad matrimonium, & ad acquirendum, transferendumque rei alicuius dominium: ac in reliquis æquè solemnibus votis id nequit reperiri; vt in voto obedientiæ, manet enim adhuc dominium voluntatis in professo, ad multa validè facienda, etiam contra superioris præscriptum. Vt iussus ire absque licentia voueat, aut ne faciens pro alijs faciat, efficiet validè vtrumque, &c. Et votum vitæ quadragesimalis fratrum Minimorum est solemne, vt eorum traditio haber: & constat ex eius forma, quod æquè, ac simul cum alijs tribus solemnibus emittitur. Et docent esse solemne Palacios 4. *d. 38. disput. 2. fol. 858. colum. 2. vers. verum porro disoiuuum.* Azor *lib. 12. instit. moralis. c. 6. q. 9.* cùm tamen in ipso dari nequeat ea traditio priuans dominio, & facultate contrarium validè faciendi. Tertiò, quia secluso omni iure humano irritanti, impossibilis est traditio quacumque solemnitate, aut firmitate facta, quæ inhabilem contrahentem reddat ad matrimonium, dempto alio matrimonio nondum dissoluto. Nam seruitus, quæ maxima omnium traditionum est, qua seruus traditur in ius, & dominium sui domini, non impedit matrimonium futurum. & quamuis ea lege, & stipulatione speciali se traderet quispiam in seruum, & totale suæ personæ dominium, vt nec validè posset ad nuptias transire, idque iuraret, ac quacumque firmitate iuraret; posset quidem inde consurgere vt illicite matrimonium iniret, at esse irritum fieri non posset, nisi iuris humani irritare potentis authoritas accedat. Neque ad alios actus legitimos, & comparandum rei dominium potest quispiam sola propria authoritate, quamtumuis iuramento, & quibusuis pactis sub quibusuis clausulis firmetur, se inhabilem efficere, nisi iuris humani authoritate inhabilis reddatur; vt constat in seruo, cuius maxima est traditio: & tamen proprium possidere potest ex domini pacto cum ipso inito. Ex quo pacto etsi non eiusdem, obligationem tamen naturalem consurgere probauimus *lib. 7. de matrim. disput. 24. duobus vltimis numeris.* Et quamuis secluso iure humano irritanti omnium bonorum donationem, posset dari casus, quo non directè, sed indirectè redderet se quispiam inhabilem ad acquirendum bonorum dominium, vel transferendum in alium; vt si donaret omnia bona præsentia, & futura, & omnia iura, & actiones: at oporteret ad id accedere acceptationem eius, cuius interest, & ex ipsius voluntate cessaret inhabilitas illa. Sed per solemne paupertatis votum non fit ea donatio, cùm in monasterium non transferantur inter ipso naturalia bona, & actiones, sed solo iure humano: & hoc tantum quando monasterium est successionis capax. Atque quando monasterium est succedendi incapax, denouantur ea bona ad hæredes professialli autem non acceptarant, neque acceptant, quando ille religiosus in eo profitetur, nec Prælatus religionis nomine ipsorum, vtpote qui non habet potestatem acceptandi ab ipsis. Nec ex monasterij, & hæredum consensu, esset professus ille capax dominij. Atque ita totalis inhabilitas, qualis in solemni paupertatis voto reperitur ad acquirendum dominium, illudve transferendum, excogitari nequit ex propria alicuius voluntate consurgens, nisi authoritas Ecclesiæ illam inhabilitatem voto illi annecteret

accede

accederet. Adde saltem respectu matrimonij, nec eum modum excogitari posse, dempto alterius matrimonij adhuc durantis vinculo. Quorum omnium ea est ratio, quia voluntas cuiusuis priuatæ personæ seclusa donatione potest validè reuocari ab eadem persona, per aliam contrariam voluntatem, qua reuocata cessat inhabilitas ex prior voluntate consurgens. Siquidem existenti contrahendi voluntate contracto naturali iure permisso, nec irrito per ius positiuum, nil deesse videtur vt contractus firmus sit, quantumuis contraria voluntas antecesserit. Non ergo potest ratio voti solemnis consistere in traditione reddenti inhabilem professum ad actus legitimos, sed ea inhabilitas in ipso reperta erit ex mero iure ecclesiastico. Tandem, quia attento iure antiquiori, est satis probabile professos habuisse in aliquo casu bonorum dominium; vt latè probant Patres Petrus Ribadeneira *in tractat. institutio Societatis* IESV. *c. 18.* & Gabriel Vasquez *ea disput. 165. c. 6. à n. 50.* Azor *lib. 11. institutionum moralium. c. 6. q. 4.* Non ergo id solemne votum consistit in ex inhabilitate ex iure naturali consurgente; sed ea inhabilitas, & solemnitas sunt ex solo iure ecclesiastico.

7 Hinc deducitur primò contra primum corollarium contrariæ sententiæ relatum n. 4. votum solemne & simplex esse prorsus eiusdem speciei, & sola extrinseca accidentali differentia inter se distare: quod solemne muniatur ea solemnitate ab Ecclesia instituta; illa autem simplex careat. Quare ex hac parte distant tanquam pritatuum, & posterius, vt bene ait Merina *lib. 4. de sacrorum hominum continentia, controuersia 7. c. 38. §. hinc iam solemne.* Et ita vtrumque per se, & suapte natura æqualis est vinculi, & tantum per accidens magis obligat solemne ex Ecclesiæ institutione. Atque hoc est quod dixit Cælestinus Pontifex *c. ruf. in. qui clerie. vel vou.* votum simplex non minus obligare apud Deum, quàm solemne. Doctores huius sententiæ retulimus *lib. 7. de matrim. disput. 25. n. 5. & 6.* Et quamuis Azor ibi allegatus hoc tempetet, quando est votum simplex quo aliquid de præsenti Deo promittitur, secus quando est votum alicuius rei in futurum Deo præstandæ; hoc enim ait specie differre à simplici, & per se, ac suapte natura maius vinculum esse: at inclius reliqui authores ibi allegati dicunt absolutè, & indistinctè votum simplex, & solemne esse eiusdem speciei. Tum quia in quolibet voto simplici est etiam traditio, cùm per illud voluntatis libertas statim Deo tradatur, ac mancipetur, alligeturque ad illud obsequium in posterum ipsi præstandum. Et proinde non differunt nisi sicut traditio perfectior, & minus perfecta, quæ specie non variant. Tum etiam, quia traditio vouentis, & acceptatio Prælatorum inuenta in voto solemni, & ad id requisita, sunt accidentaria voti differentia, & solo iure ecclesiastico petita; vt optimè ait Vasquez 1. 2. q. 96. *art. 4. disput. 165. c. 7. n. 73.*) & ita non constituunt specificam, & substantialem voti differentiam.

8 Secundò deducitur, votum solemne esse totum quoddam per accident, sicut corpus album: componitur enim ex voti substantia, & qualitate extrinseca, quæ est solemnitas, vt bene ait Merina *eodem c. 38. §. sed neque alta ipsa est.*

9 Vltimò deducitur contra corollarium contrariæ sententiæ n. 5. relatum, per solemne professionis votum non dirimi ex natura rei, sed solo iure ecclesiastico matrimonium sequens. Quod latissimè probauimus huius sententiæ authores referentes *lib. 7. de matrim. disput. 26. n. 2.* & probant rationes adductæ *n. 6.* Quod idem post ibi scripta sustinent latissimè probantes è nostra Societate Patres Petrus Ribadeneira *in libro de institutio Societatis* IESV. *c. 18. §. pero para responder.* & Gabriel Vasquez 1. 2. q. 96. *art. 4. disput. 165. tom. c. 6. & 7.* Atque idem prorsus dicendum est de solemni paupertatis voto: id enim solo iure ecclesiastico reddit professum inhabilem ad acquirendum rei alicuius dominium, & ad illud in alium transferendum. Quæ eædem rationes vtrumque probant, & docent late probantes iidem Patres Ribadeneira, & Vasquez *ubidem*, Azor *lib. 11. instit. moralium. c. 6. q. 4.* Nec obstant duo decreta in contrarium adducta n. 5. Non prius, quia Syricius Pontifex per illa verba (*verbo Domini*) tantum intendit significare, ministros Ecclesiæ habere authoritatem à Christo separandi malè coniunctos matrimonio: & eandem quoque authoritatem habere ab Ecclesia. Adde, supposito decreto Ecclesiæ irritanti, ea matrimonia, non tantùm esse contra ius ecclesiasticum, sed etiam contra diuinum naturale, illos permanere coniunctos, cùm tunc sit copula formaria. Et ideo rectè dicitur eos vtrosque iure separandos. Nec obstat etiam posterius Tridentini decretum, quod ideo duplicem illum irritum reddendi matrimonium modum coniunxerit: quia solùm contra hæreticos decidere intendebat, matrimonia clerici in sacris constituti, & professi esse irrita: sine id sit ex vi voti, sine ex Ecclesiæ constitutione. Quæ in re nil decidere voluit, sed opinionibus subiectum reliquit.

SVMMARIVM.

In quo consistat voti solemnitas iure ecclesiastico? Referuntur duæ opiniones n. 10. & 11. & explicatur ea n. 11. qualiter dimissus à Societate IESV *post simplicii biennij vota, maneat à votis liber, ac id sit per dispensationem? ibi.*

Proponuntur argumenta contra secundam sententiam n. 12.

Explicatur sententia auctoris, & soluuntur argumenta. n. 13.

Et ibi, cur vota in Societate IESV *à professis post emissa sint simplicia, & ipsis licitis ac cessent?*

Post n. 13. inuenies omnia summaria quæ desiderantur.

Quæstio secunda. Dato solemnitatem voti esse ex solo iure ecclesiastico, in quonam solemnitas hæc voti consistat, quæ à simplici differt? Doctores nobiscum tradentes votum solemne, & simplex solo iure ecclesiastico differre, & solemnitatem voti esse ex sola Ecclesiæ constitutione, dicunt communiter hanc solemnitatem in eo consistere, in eoque solemne votum à simplici distare, quod per illud iure ecclesiastico matrimonium subsequens dirimatur, non autem per hoc. *c. conuo. de voto, in 6.* At in hoc non consistere colligitur clarè ex eo textu, vbi tanquam effectus voti solemnis assignatur, per illud dirimi subsequens matrimonium: ac proinde supponit iam votum solemne constitutum. Præterea, quia votum castitatis emissum in Societate IESV post biennium, nouitiatus, est simplex: & tamen per illud iure non ecclesiastico dirimitur subsequens matrimonij; sicut vtrumque constat ex extrauag. *ascendente* Gregorij XIII. Item votum paupertatis coadiutorum formatorum Societatis IESV est simplex, & tamen semper reddidit eos incapaces dominij acquirendi, ac in alium transferendi; sicut vtrumque constat ex eadem extrauaganti, & ex constitutionibus eiusdem Societatis à Sede Apostolica approbatis, *in 6. p. c. 2. §. 12. & c. 4. examinis. §. 5.* Tandem, quia id soli castitatis voto competit, cùm tamen alia similiter solemnia sint.

Alij dicunt de solemnitate voti eodem modo philosophandò esse, ac de alijs contractibus, ac testamẽtis, quę in iure solẽnis dicũtur. Sicut enim cæteris cõtractibus, ac testamẽtis accidentalis est solẽnitas, & solo iure humano inuẽtarita & in voto contingit, vt satis probauimus n. 6. Sicut ergo cæteri contractus solemnes dicuntur, quando solemnitatem iure petitam habent, & vt tales in iure recipiuntur; atque tunc testamentum dicitur solemne, quando est cum tabellione, & certo testium numero, & alijs conditionibus iure requisitis confectum, & in eo solùm solemnitas sita est; ita votum dicitur solemne, quod vt tale acceptatur ab Ecclesia, emittuntque cum cæremonijs, & solemnitatibus ab ipsa præscriptis. Quare Greg. XIII. in extrauag. *ascendente*, & constitutiones Societatis IESV, *in 5. p. c. 4. in examine, intera A.* eam rationem reddunt, cur vota coadiutorum formatorum nostræ Societatis non sint solemnia, eo quod ex Sedis Apostolicæ

licæ præscripto, & ex intentione emittentis, & acceptantis, nec emittuntur vt solemnia, nec vt talia acceptantur. Et ita docent ex nostra Societate Patres Ribadeneira *de instituto Societatis* I E S V. *c.17. in solutione ad 5. & c.19. ad fin.* Vasquez *1.2.q.96.ar.4.disput.165.c.8.n.* 83. Azor *lib. 11.instit.moralium.c.6.q.2.fine.* Quod si iterum roges, quæ sint eæ cæremoniæ ab Ecclesia petitæ, in quibus ea voti solemnitas sita est, & quibus à simplici differt: respondent iidem Ribadeneira *eo.c.17.ad 5. & c.19. ad fin.* Vasquez *eo.c.8.à n.83.usque ad 92.* eas esse, vt vota emittantur sub certa regula à Sede Apostolica approbata, iuxta ritum substantialem in eadem regula præscriptum, cum traditione, & acceptatione ex vtraque parte perpetuis, & via ordinaria indissolubilibus. Et ob hanc rationem dicunt vota biennij, & coadiutorum formatorum emissa in Societate Iesv, esse simplicia, nec acceptari vt solemnia. Quia etsi emittantur sub regula per Sedem Apostolicam approbata, & cum cæremoniis in ipsa præscriptis, & sint ex parte vouentis perpetua, non acceptantur vt perpetua ex parte Societatis. Quippe eius intentio est, iuxta constitutiones à Sede Apostolica approbatas, vt tamdiu maneant vouentes ligati votis, quamdiu Generalis Præpositus eiusdem Societatis eos duxerit in illa retinendos. Quare Generali eos expellente, liberi manent à votis, vt dicitur in dicta extrauag. *ascendente*, & in nostris constitutionibus *p.5.c.4.in commento littera B.* Atque (vt optimè aiunt Vasquez *eo.c.8.n.86.* & Valentia *2.2. disput. 6.q.6.puncto 7.columna 11.vers. & hoc modo.*) Generalis eos expellens non dicitur eorum vota relaxare, aut in eis dispensare, sed tollit conditionem, qua sublata vota extinguuntur deficiente conditione. Quod adeò verum est, vt etsi Generalis expellens veller eos manere votis ligatos, non posset id efficere: nam deficit conditio vt obligent, nempe, quamdiu Societas eos retinuerit. Et ideo omnes illi dum hæc vouent, addunt iuxta modum in nostris constitutionibus expressum: qui est (vt dicitur in illis *p.5.c.4.littera B. in commento*) vt non sint perpetua ex parte admittentis, sed quamdiu Generalis eos non expulerit. Quid autem quando non vouent secundum formam Societatis, dicemus *n.30.fine.*

12 Sed hic dicendi modus videtur ex multis improbari. Primò, quod ad libitum videatur dici, in ea perpetuitate ex parte vtriusque solemnitatem consistere: vtpote quod nulla ratione nititur, & nulla iuris canonici decisione; cùm tamen tanquam solo iure ecclesiastico statutum, deberet alicubi à iure definiri. Secundò, quia ea perpetuitas non desideratur in aliis contractibus solemnibus. Quippe omnes illi præter matrimonium possunt mutuo consensu dissolui: & testamentum solemne solo testantis consensu. Nil ergo ea ad solemnitatem confert. Tertiò, quia non minus ad statum constituendum desideratur perpetuitas: id enim *status* nomen præ se fert. At huic voto statuendo satis est perpetua obligatio ex parte solius vouentis (vt statim probabimus.) Eadem ergo voti solemnitati sufficiet. Quartò, quia etsi certum sit, professum expulsum à religione in perpetuum, teneri ad votum castitatis; valde tamen dubium est, an teneatur ad obedientiam, & paupertatem (vt videbimus *lib.6. in tractatu de voto obedientiæ.*) Et certum videtur, professum in ordine Minimorum sic expulsum, non teneri ad solemne quadragesimalis vitæ votū: nec professum in Societate Iesv, ad solemne specialis obedientiæ circa missiones Pontifici factum votum. Ea enim habent tacitam conditionem, dum professus ille in Societate, vel in ea Minimorum religione permanserit. Et saltem est certum, eos non teneri, vbi transeunt ad strictiorem religionem, & in ea profitentur: vel quando perpetuò à sua expulsi profitentur in laxiori. Non ergo solemnitati voti obstat, ea non esse omnino perpetua. Quintò, quia iuxta veriorem sententiam c. sequenti explicandam potest omne votum solemne cessare per Pontificiam dispensationem: ac proinde nullam est omnino perpetuum. Sextò, quia non minus est omnino perpetuum votum absolutum, simplexque castitatis. Et vota biennij, & coadiutorum formatorum in Societate Iesv emissa, forent ex se perpetua, nec desinunt esse talia, eo quod simplicia sint, sed quia conditionem adiunctam habent, quæ cessare poteit. Et voto solemni sub eadem conditione emisso deficiet quoque perpetuitas deficienti conditione. Tandem, quia vota illa quæ professi Societatis Iesv post solemnem professionem emittunt, sunt simplicia (vt dicitur in extrauag. *ascendente* Greg. XIII. & in nostris constitutionibus *p.10.§.6.in commento littera A.fine.*) At sunt perpetua, cùm nulla conditione afficiuntur, sed absolutè emittuntur in religione approbata, & iuxta eius ritum. Et confirmatur, quia votum solemne iure naturæ habet perpetuò obligare. Si ergo in hoc solemnitas consistit, ea erit ex iure naturæ.

Sed his non obstantibus, sustinenda est sententia n.11. relata, tanquam verissima. quod constabit ex solutione obiectorum in contrarium. Ad 1. respondetur, eam differentiam inuti maxime rationi, quæ colligitur ex D. Thom. *4.d.38.q.1.art.2.quæstiuncula 2.corpore, & quæstiuncula 3.corpore*, vbi ait, in voto solemni esse completè vim obligandi, cuius obligatio in nullo casu dissolui potest, & inde dici solemne, quod completam obligandi vim habeat. Ratio ergo ex hoc colligitur sic. Cùm enim solemnitas sit vltimum voti complementum, & quasi ipsius obligationem perficiens, & corroborans, vt in cæteris contractibus accidit, ac de voti natura sit obligare; rationi conforme est, vt id votum tanquam solemne acceptetur ab Ecclesia, talèque iudicetur, quod vndequaque, perpetuò, & immobiliter, via ordinaria obligat, concurrentibus aliis requisitis: & quamuis non sit textus hoc decidens, sufficit ipsa Ecclesiæ traditio, quæ nunquam hactenus nomen voti solemnis tribuit nisi voto vtraque ex parte perpetuo. Idque etiam colligitur ex *c. vnico de voto, in 6.* dum decidit duplex solum esse votum solemne, nempe, quod emittitur in professione religionis approbatæ, & in suscepcione sacri ordinis. Vtrumque enim constat statum ita perpetuum, & immobilem, vt nullo pacto via ordinaria dissolui possit, constituere. Ad 2. fateor, eam perpetuitatem non reperiri in aliis contractibus solemnibus. Cùm enim solemnitas hæc sit de solo iure positiuo, ea erit in vnaquaque re, quam ius ipsum præscribit. At in cæteris hanc perpetuitatem non præscripsit, sed in solo voto. Verùm cùm ex Ecclesiæ potestate res hæc omnino pendeat, posset quoque statuere vt absque ea perpetuitate votum esset solemne. Ad 3. dico, minorem perpetuitatem sufficere ad statum constituendum, cùm constet plerosque status perpetuitatem ex parte vtriusque non petere (vt num. 16. probabimus.) At votum solemne eam ex parte vtriusque petit ex Ecclesiæ statuto. Ad 4. dico, id medium, quo ea vota solemnia cessant per totalem expulsionē, & per professionem in alia laxiori religione, esse valde extraordinarium; cùm petat expulsionem quæ in professis difficillima est, causasque vrgentissimas exigit. Nec voti perpetuitati obstat, posse medio valde extraordinario eius obligationem cessare. Si autem professio fiat in strictiori religione, ad quam si professus iure permittente transire potest, non obstat etiam eius perpetuitati; cùm nulla eius vis possit maius hoc bonum impedire. Nec tunc dicitur propriè obligatio voti cessare, sed in melius commutari. Tandem, si sit per solam perpetuam à religione expulsionem, in nulla alia profitendo, nulla vota solemnia extinguuntur, sed aliquorum obligatio vt religioni annexa suspendit iur, dum extra religionem professus ille est. Cuius signum est, si correctus admitteretur iterum, obligari eum prioribus votis, nec noua professione indigere. Quod non contingit in simplicibus biennij, aut coadiutorum formatorum Societatis Iesv votis. Cùm enim per repulsam cesset prorsus eorum obligatio, si semel expulsi admittantur iterum, indigent noua voto-

rum emissione, vt illis ligentur. Ad 5. dic, id esse medium valde extraordinarium in voto solemni, cùm eius dispensatio sit difficillima, & rarissima, & causas vrgentissimas, & valde extraordinarias petat. Ad 6. fateor, omnia vota simplicia absque conditione, & temporis limitatione emissa, esse perpetua quodammodo: nempe in quantum nequit vouens se ab eorum obligatione, propria authoritate eximere. At non habent rationem vinculi vndequaque perpetui. Quippe ex eo quod simplicia sint, est multo facilior eorum dispensatio, atque ex causis communibus passim conceditur. Atque ita iure optimo dici possunt via ordinaria solubilia. Quod enim sæpe fit, dicitur modo ordinario posse fieri. Atque ideo ea vota biennij, & coadiutorum formatorum, etsi modum liberationis quem n. 11. fine explicuimus, habeant ratione conditionis adiunctæ; at ex eo quod vt simplicia tantùm admitterentur, quamuis absque ea conditione fierent, possent per ordinariam Pontificis dispensationem solui, multòque facilius quàm si solemnia essent. Quod si votum solemne fieret cum simili conditione repugnante omnimodæ perpetuitati, non esset solemne, sed simplex, nisi Ecclesia, de cuius institutione est voti solemnitas, aliam solemnitatis rationem institueret. Ad vltimum respondet Vasquez 1.2.q. 96. *art.4. disput.165.c.8.n.91.& 92.* duplici nomine ea vota non esse solemnia. Primò est, quia non sunt perpetua, eo quod expulsum è Societate non obligant. Posterius, quia non continent traditionem, sed eam supponunt iam factam per solemnem professionem, quæ illis præmittitur. At neutra ratio mihi placet. Non prior, quia etsi in fine eorum votorum addatur, omnia intelligi iuxta constitutiones Societatis Iesv: at nullibi habetur in constitutionibus Societatis Iesv, professos expulsos liberari eorum votorum obligatione. Nec Greg. XIII. in sua extrauag. *ascendente*, vbi latissimè & ad vnguem Societatis Iesv institutum explicuit, eam liberationem declarauit. Sicut declarauit, & declarant constitutiones, eiectos post vota biennij, & coadiutorum formatorum, liberari omnino votorum obligatione. Nec obstat addi, iuxta constitutiones Societatis intelligiquia idem additur in professione solemni, cuius perpetuitatem non tollit id additum; eo quod nil contra eius perpetuitatem in constitutionibus continetur: sed id additum refertur ad modum quo ea vota obseruanda sint, qui in constitutionibus declaratur. Sicut dum alij religiosi vouent tria vota, adduntque, iuxta talem regulam, id additum nullam conditionem importat, sed modum obligationis eorum votorum. Et confirmatur, quia si professus ille expulsus admitteretur iterum, non indigeret noua horum votorum emissione, sicut nec noua professione. Quare ea vota sunt solum suspensa, nec obligant dum ille extra Societatem est. Sicut idem dicendum est de voto solemni specialis obedientiæ Pontifici emisso in Societate: & voto solemni vitæ quadragesimalis emisso in religione Minimorum. Neque etiam placet posterior ratio. Quia eadem ratione votum illud specialis obedientiæ, & votum vitæ illius quadragesimalis, non essent solemnia. Cuius contrarium in illo voto obedientiæ, constat ex extrauag. *ascendente* Greg. XIII. & de voto vitæ quadragesimalis retulimus esse solemne n. 6. in 2 ratione. Id autem sequi probatur, quia vtrique voto præmittuntur tria substantialia omnium religionum vota, per quæ religiosus perfectè traditur. Quare sicut per hæc nouo modo traditur ad obsequium illud diuinum per illa promissum: ita idem dicendum est de illis votis simplicibus post professionem in Societate Iesv emissis. Et ideo ad argumentum respondeo, ea vota non habere id esse perpetuum, & immobile, quod vota solemnia habent. Nam si expediret in eis dispensare, multò facilioti negotio, & ex leuioribus causis, in eis dispensaretur, eo quod simplicia sint. Et si quam maiorem perpetuitatem habent quàm alia simplicia, id non competit eis per se, & quatenus simplicia sunt, sed ex connexione quam cum statu votorum solemnium in Societate habent, cui sunt quasi connexa, & illum statum comitantia. Ad confirmationem dico, vota solemnia habere ex iure diuino naturali eam obligationem perpetuam, qua vota absoluta simplicia absque temporis præfinitione emissa potiuntur: quam in solutione ad 6. explicuimus. At peculiari illa perpetuitate, & immobilitate, vt difficillimè, & rarissimè solui queant per solam dispensationem Pontificis, gaudent ex solo decreto Ecclesiæ constituenti ea esse solemnia, & vt talia admittenti.

SVMMARIVM.

Quid sit status religiosus n.14.

An sit solo iure ecclesiastico inuentus, & eius sit esse approbatio Episcopi? n.15.

An sint de eius essentia, paupertas, obedientia, & castitas? n.16. & 17.

An sit necessarium hæc voto firmari? n.18.

An sit opus, vt in religione approbata per Sedem Apostolicam? n.19.

An sit necessaria iurisdictio alicuius in se vouentes: à quo deriuatur: possintque suo voto eiusdem alicui communicari? n.20

Quo iure religiosus sit sub sui superioris potestate? n.21.

An vota solemnia sint de religionis essentia? refertur quædam sententia. n.22.

Refertur alia dicens emittentes vota biennij in Societate Iesv, *esse ex solo priuilegio religiosi? n.23.*

Refertur alia distinguens gradus religionis. n.24.

Impugnantur omnes tres sententiæ, & explicatur sententia auctoris, & soluuntur contraria. n.25.26.27.

An si in Societate Iesv, *vel alia religione approbata cum solis votis simplicibus, nulli essent professi, esset perfecta religio? n.28.*

An per vota simplicia biennij Societatis Iesv *diuinitus matrimonium rarum procedat? n.29.*

An ea vota sint conditionalia? n.30.

QVÆSTIO vltima. An ad veram religionis essentiam professio solemnis desideretur? Ad veram naturæ status religiosi conditionem dignoscendam, præmittenda sunt aliqua. Primò, præmittendum est, quid sit status religiosus: quem sic optimè definit Bellarminus *in suis controuersiis, tomo 2. lib.2. de monachis c.2.init.* Religio est status hominum ad perfectionem Christianam per paupertatis, castitatis, & obedientiæ vota tendentium. Quæ definitio deducitur ex doctrina D. Thomæ 2. 2. *q. vltima, ab ar.1. vsque ad 8.* & constabit ex conditionibus ad veram religionem petitis, quas statim explicabimus.

Secundò, præmittendum est, dupliciter posse nos de status religiosi loqui. Primò, quoad suam essentiam in tribus votis consistentem. Et hoc modo instituit eius est Christus Dominus noster, in quantum illum perfectionis statum aliis prædicauit, ac sequendum proposuit, vt ex multis Sanctis, & Scripturæ locis probant Bellarminus *eodem lib.2. de monachis c.4.* Platus *de bono status religiosi, lib.2. c.20.* Vasquez 1.2.*q.96.ar.4 disput.165.c.3.à n.44. vsque ad 49.* Azor *lib.11. instit. moralium.c.23.q.3.* Atque in ipsismet Apostolis initium habuit hic viuendi modus, tribus his votis ad perfectionis statum pertinentibus emissis, vt docent D.Thom.2.2 *q.8.2.ar.4. ad 3.* & multi alij Sancti, & Doctores scholastici, quos referam, & sequuntur Platus *eo.c.20.* & Vasquez *eo.c.3.n.43.* Et quamuis eius perfectio à solo Apostolorum tempore fuerit inchoata, tamen eius adumbratio fuit in lege veteri, vt hæc probat Platus *eodem lib.2.c.19.* immo ante diluuio, vt probat Bellarminus *eodem lib.2.c.3.* Secundò, possumus loqui de statu religioso, quoad eius essentiæ determinationem, ad certum viuendi modum, & illius status

erectionem sub alicuius capitis potestate, & iurisdictione. Et hoc modo est solius iuris ecclesiastici: quippe tria hæc vota non habent iure naturali, aut diuino positiuo, vt vouentem sub peculiari alicuius iurisdictione constituant; quam ad religionis essentiam desiderari probabimus n. 20. vbi amplius vis huius rationis declarabitur. Et ita docent Bellarminus *eo. c.* 4. & clarius Vasquez *eo. c.* 5. *n.* 48. Et quamuis Bellarminus ibi, & Azor *q.* 5. proximè allegata dicant non fuisse olim Ecclesiæ approbationem necessariam ad veram religionis rationem; quod D. Antonius, D. Benedictus, D. Basilius, D. Augustinus non petierint aliquam suæ religionis approbationem: at dicendum est, semper ea fuisse opus, atque olim sufficisse Episcoporum approbationem pro suis diœcesibus, donec id Romano Pontifici reseruatum est. *c. finali, de relig. dom. & c. vnico, eod. tit. in* 6. Atque ita ex multis probat Vasquez *ea disput.* 165. *c.* 4. *n.* 38. & 39.

16 Tertiò, præmittendum est, ad veræ & propriè religionis substantiam quatuor conditiones desiderari. Prima est, castitas, paupertas, & obedientia, quæ ita essentialiter religioso statui annexa sunt, vt sine illis consistere nequeat, vt constat ex *c. cum ad monasterium, in fine, de statu monach.* vbi Innoc. III. ait castitatem, & pauperiatem adeò esse annexa statui religioso, vt contra ea nec summus Pontifex indulgere possit. Quem textum intelligi, vt neque Pontifex dispensare in his, cum religioso manente tali, quasi illa sint de religionis essentia, latè probauimus *lib.* 8. *de matrim. disput.* 8. *n.* 11. Et probant ex multis D. Th. 2. 2. *q. vltima, ar.* 3. 4. 5. Bellarminus *in suis controuersiis, tomo* 2. *lib.* 2. *de monachis, c.* 9. *& c.* 10. Et ratio est, quod religiosi status sit ad perfectionem anhelare, eique adipiscendæ omnis omnibus incumbere. Ad eam verò adipiscendam desideratur animi auulsio ab iis omnibus, quæ non modico obstaculo sunt ne religiosus expeditè in Deum feratur, qualia sunt Venereorum vsus: tum ex vehementi delectatione, quæ animum ad terrena rapit: tum etiam ex cura familiæ, filiisque prouidendi, quæ variis curis, sollicitudinibusque animum obruit; & cupiditas bonorum temporalium, & propria voluntas, quæ multum à spiritualibus auocant. Cùm hæc ergo tria coëiceantur votis paupertatis, castitatis, & obedientiæ, hæc erunt de essentia status religiosi. Præterea, quia per professionem religiosus mundum prorsus sæculo renuntiat, eique moritur, ad vitam spiritualem se omnino transferens, mancipansque se Dei obsequio. Et ita nomen monachi ab vnitate sumitur, quasi vni Deo vacare deberet, nec in alia diuidi, *c.* 1. *& c. placuit, cl.* 2. 16. *q.* 1. At matrimonio iunctus in alia diuiditur, vt docet Apost. 1. *ad Corinth.* 7. Et cupiditas bonorum temporalium, eorumque dominij retentio, & propria voluntas diuidunt in alia religiosum, impediuntque ne omnino, & liberè se Deo tradat, & ne perfectè renuntiet mundo, eique moriatur. Ergo paupertas, castitas, & obedientia, per quæ hæc impediuntur, erunt ad statum religiosum necessaria.

17 Quæ tamen conditio est cautè intelligenda. Et primò, de castitate non omnino constat, an omnimodè castitas ita sit statui religioso annexa, vt nec ex dispensatione Pontificia possit dari status religiosus cum sola castitate coniugali. Nam qui defendunt esse verè & propriè religiosos, equites D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, quos retulimus *lib.* 4. *c.* 16. *n.* 11. dicunt satis esse in hoc casu votum castitatis coniugalis. Quod eruditissimè ex multis defendit Mora *lib. de confirmatione ordinis militaris, lib.* 1. *c.* 1. §. 11. *& sequentib.* quamuis negantes eos esse verè religiosos, quos *eadem n.* 11. retulimus, dicant exigi omnimodam castitatem. Quoad paupertatem verò intelligenda est hæc conditio, ita vt essentiæ religionis repugnet religiosum retinere rei alicuius dominium, ita vt nequaquam ex illa vti liceat absque superioris facultate, est paupertas sufficiens ad verum proprinumque religiosi statum. Quod nouissimè ex multis latissiquè probant ex nostra Societate Patres Petrus Ribadeneira *lib. de instituto Societatis, c.* 18. & Vasquez 1. 2. *q.* 96. *ar.* 4. *disput.* 165. *c.* 6. *à n.* 50. *& c.* 9. *n.* 104. vbi bene vterque explicat *c. cum ad monasterium, in fine, de statu monach.* vbi Innoc. III. decidit abdicationem proprietatis esse de status religiosi essentia, vt intelligatur, ita vt non retineatur proprietas cum libera vtendi facultate. Nec de hoc dubitare iam licet: quia Greg. XIII. in extrauag. *ascendente* decidit, eos qui absolato probationis biennio vota in Societate Iesv emiserunt, esse verè & propriè religiosos, non secus ac professos eiusdem Societatis, & cuiuscumque alterius religionis, & retinere ad tempus bonorum suorum dominium, donec renuntiare iubeantur, ita tamen vt integrum non sit illis vti absque superioris facultate. Vt in constitutionibus eiusdem Societatis habetur. *p.* 4. *c.* 4. *in commento, littera E. & p.* 6. *c.* 2. *in commento, littera H.*

18 Secunda conditio est, vt hæc tria voto aliquo firmentur. Quod docet D. Tho. ab vniuersis receptus 2. 2. *q. vltima, ar.* 6. Et ratio est, quia status petit immobilitatem, & obligationem operis ad illum statum pertinentis, vinculo aliquo firmatam (vt probat D. Thom. 2. 2. *q.* 183. *art.* 1. 3. & constat in statu coniugatorum, & Episcoporum. Sicut enim inter homines, vt quispiam serui, aut liberi statum adipiscatur, desideratur obligatio aliqua, aut absolutio: nec enim seruus quispiam efficitur, aut esse desinit, eo quod seruiat, aut seruire desinat. Quia & liberi aliquando seruiunt, & serui fugitiui seruire desinunt. Sic in spiritualibus, ad statum desideratur immobilitas, & obligatio aliqua. At verò debeant hæc firmari votis solemnibus, dispurabimus à n. 22.

19 Tertia est, vt emittantur in religione per Sedem Apostolicam approbata: nec satis est vt modus vtendi ab illa approbetur, nisi tàn quàm vera religio approbetur. Quod bene docent Glossa *Clem. cum ex eo, verbo certio, de sent. excom.* Abbas *rubrica de regularibus n.* 1. Angelus *verbo religiosus n.* 1. Syluester *verbo religio.* 1. *q.* 1. Armilla *verbo religio n.* 4. Nauar. *commentario* 1. *de regular. n.* 18. *in corollario* 13. Et ratio est, quia Ecclesiæ est religiones erigere, atque eas approbare: & quamuis olim id Episcopi possent efficere in sua diœcesi, iam id Pontifici reseruatum esse probauimus n. 15.

20 Vltima conditio est, vt hæc vouens constituatur sub alterius iurisdictione, & potestate. Quod non ex vi, & natura votorum consurgit, sed deriuatur à Pontifice erigente religionem. Et hæc ratione probauimus n. 15. nullum posse constitui verum religiosum iure ipso naturali, & ex vi votorum, sed oportere accedere Ecclesiæ consensum. Nemo enim potest vi solius voti ita alteri se subiicere, vt iurisdictionem in ipsum illi præbeat. Quippe etsi personæ non subiectæ Principi, aut Reipublicæ perfectæ, possint inter se conuenire ad eligendum sibi Principem, iudicem, & præpositum, ac subinde ad iurisdictionem in ipsis ei concedendam: at subiectæ alicui Principi, aut Reipublicæ perfectæ, nequeunt proprio consensu, etiam quibuslibet votis, & iuramentis firmato, hanc iurisdictionem in seipsas alteri committere. Quia tota iurisdictio est in Principem translata. Hanc conditionem optimè, & latè probat Vasquez *dict. disput.* 165. *c.* 4. *à n.* 14. & bene probat hanc iurisdictionem dimanare ab ipso superiori religionem approbante. Quare dum olim approbatio Episcopi sufficiebat, iuxta dicta n. 15. dimanabat ab ipso hæc iurisdictio. At cùm hodie solus Pontifex religiones approbare valeat, ab ipso solo hodie dimanat. Et ea est non tantùm ad cogendos religiosos pœna temporali carceris, aut flagellorum, aut alia simili, ad seruandam regulam, sed etiam spirituali excommunicationis. Vbi bene etiam subdit, non esse necessitium ad religionis substantiam, vt hæc potestas iurisdictionis communicetur immediatis religiosorum superioribus, sed vt ea in aliquo residear. Possit enim Pontifex reseruare sibi, aut soli Generali, aut Prouinciali, hanc spiritualem excommunicandi potestatem, sola puniendi tempo

temporali pœna communicata potestate immediatis superioribus.

21 Quare non placet quod tradit Azor *lib.* 12. *institutionum moralium, c.* 6. *q.* 5. nempe, per vota, siue solemnia, siue simplicia, constituentia quempiam verum religiosum, transire illum in ius & potestatem superiorum religionis, & ratione illorum assequi superiores iurisdictionem in ipsum. Quippe oppositum probauimus n. præcedenti.

22 Sed specialis difficultas est, an vota solemnia sint de status religiosi essentia? Quidam enim id affirmare videntur. Quod probari videtur ex *Clem.* 1. *initio, de religios. domibus.* vbi cùm textus quasdam mulieres non esse religiosas decidat, reddit rationem his verbis. *Neque profitentur aliquam regulam approbatam.* Et clarius ex *c. religioso, ad finem, de sent. excom. in* 6. *vbi. Quamuis si qui religiosum ingrediuntur religiosi censeri cum effectu non possint, donec sua vouerint, vel expressè professi sint. & c. perrellum, de regular. vbi. Cum monachum non faciat habitus, sed professio.* Vbi Glossa *verbo monachum*, ait per solam professionem effici quempiam monachum. Adde omnia iura de religionis ingressu loquentia, intelligi de ingressu per religionis professionem: vt passim tradunt Doctores, & potest videri in Sylvestro *verbo religio.* 1. *q. vltima*, quasi compertum habeant, sola professione fieri quempiam religiosum. Atque ita sentire videntur D. Thom. 2. 2. *q. vltima, art.* 2. *ad* 2. Glossa *c.* 1. *verbo dedicando, de relig. domib.* D. Anton. 3. *p. tit.* 16. *c.* 3. *statim in principio.* Sylu. *verbo votum.* 4. *q.* 5. *& verbo religio.* 2. *in principio. & verbo religio.* 3. *initio.* Angelus *verbo religiosus, initio.* Armilla *verbo religio. n.* 1. & ibi Tabiena *initi.* vbi dicunt, per votũ solemne constitui quempiam religiosum, non autẽ per simplex. Et clarius Caiet. 2. 2. *q.* 88. *art.* 2. *in ea solutionem ad* 4. & Sotus *lib.* 7. *de iust. q.* 5. *art.* 1. *concl.* 8. vbi expressè dicunt, statum veræ religionis non posse consistere absque votis solemnibus. Et clarius omnibus Nauar. olim in prima omnium editionum. *c. non dicens, tit.* 9. 2. *n.* 15. vbi inde inuitè emittentes in Societate Iesv simplicia vota, finito nouitiatus biennio non esse verè & propriè religiosos.

23 Alij autem nostræ tempestatis Doctores post extrauag. *ascendente*, editam à Greg. XIII. qua decidit, emittentes ea simplicia vota in Societate Iesv, esse verè propriè que religiosos, dixère id quidem esse ex accidenti, & priuilegio Apostolico: solosque professos esse per se, & ex natura rei, seclusque omni priuilegio religiosos. Et potest probari, quia communi iure attento soli professi erant verè & propriè religiosi (vt n. præcedenti probatum est.) Ergo qui postea ex decreto Pontificio constituuntur religiosi solis votis simplicibus in Societate Iesv, erunt tales ex priuilegio. Hoc enim nil aliud est, quàm priuata lex concessa à Principe contra ius commune; vt probat Sylu. *verbo priuilegium, initio.* Sicut hac ratione hæc simplicia vota dicuntur ex priuilegio speciali Greg. XIII. in extrauag. concesso, habere vim dirimẽdi matrimonij posteà subsequuti. Quia iure communi attento eam vim non habebant. Secundò, quia Cardinales congregationis sanctæ inquisitionis congregati vna cum Sixto V. decreuère, substantiam religionis consistere regulariter in votis solemnibus: at posse summum Pontificem aliter indulgere, seu statuere. Quæ verba relata Patri Petrus Ribadeneira è nostra Societate *libro de eius instituto, c.* 17. *solutione ad* 3. Ergo emittentes ea simplicia vota sunt ex solo priuilegio veri religiosi. Alij autem censuère, emittentes hæc simplicia vota, esse ex solo iure ecclesiastico religiosos: at professos esse religiosos ex ipso naturæ iure. Ducuntur, quod sit differentia essentialis, & ex ipsa rei natura inter votũ simplex, quod etsi traditionem quandoque habeat, at ea est imperfecta, nec transferens sui dominium, & inter votum solemne, quod essentialiter consistit in traditione transferente sui dominium in religionem. Cùm ergo illa voti solemnitas sit de iure naturæ, & perfectam traditionem religioni, & obsequio diuino claudat, in quo est religionis substantia; ij soli iure naturæ attento erunt verè & propriè religiosi, qui solemnibus votis ligati sunt: cæteri autem, quibus ius ecclesiasticum id concessit, erunt tales ex iure ecclesiastico.

24 Alij verò dicunt, duplicem esse religiosi status gradum: quemdam summum, & perfectissimum, & in hoc solos professos constitui: alterum autem verum, & proprium, non tamen eam perfectionem attingentem, & in hoc esse emittentes ea simplicia biennij vota in Societate Iesv: ac proinde eos esse religiosos verè & propriè, ac ex natura rei, & non ex priuilegio Apostolico. Sicut omnes sacri ordines sunt verè & propriè ordines, at inferiores non attingunt perfectionem sacerdotij. Ita docent Valentia 4. *p. disput.* 10. *q.* 5. *punct.* 3. vbi de impedimento voti, Henriquez *lib.* 12. *de matrim. c.* 5. *n.* 3. *initio commentes, littera N. & n.* 6.

25 Ceterum dicendum est, non esse de status religiosi essentia vota solemnia, sed sat esse ad eum verè & propriè constituendum, vota simplicia. Hoc ita iam constat, vt nullatenus dubitare liceat. Nam Greg. XIII. in sua extrauag. *ascendente* definiuit authoritate Apostolica, & motu proprio, religiosos Societatis Iesv solis simplicibus biennij votis ligatos, esse verè & propriè religiosos, & non aliter, quàm professos eiusdem Societatis, vel aliarum religionum. Quod decretum latissimè expendunt probantes hanc sententiam, ex nostra Societate Patres Petrus Ribadeneira *in libro de eiusdem instituto, c.* 25. *& sequentib.* & Gabriel Vasquez 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. *disput.* 165. *ante c.* 1. *&* 3. *&* 9. vbi *n.* 94. *&* 95. latè probat, hoc decretum tanquam dogma fidei Catholicæ, in prædicta extrauaganti. Quod etiã antea optimè dixerat Caiet. 2. 2. *q.* 88. *art.* 7. *solum.* 1. *verse. sed non hac opinio*, vbi hæc ait. *Mutatio status manifestando hominem ad diuinum cultum, & religiosa opera, fiunt posset cum voto simplici. Vt patet, si Ecclesia institueret quod in sacro ordine, & religione aliqua votum simplex fieret.* Et ratio est aperta, quia canta, & origo, cur solemnitet professi sunt in veto & proprio religioso statu, est voluntas, & constitutio Ecclesiæ, per quã solam ea solemnitas inuẽta est, (vt satis n. 6. probauimus) & ad quã solam spectat instituere, & erigere religiones, eisque vouendi normã præscribere (vt n. 15. probauimus.) Ergo non ita desideratur solemnitas voti ad statum religiosum verè & propriè constituendum, quia possit Ecclesia sua constitutione veram aliquam religionem cum solis votis simplicibus approbare. Nec obstãt in contrarium adducta n. 21. Quia illi textus non decidunt religionis substantiam in solis votis solemnibus consistere: nec ij Doctores ita expectant, vt non possit quispiam solis votis simplicibus ligatus effici verus religiosus. Sed referunt ad quod tunc temporis conuenebat: tunc enim nullus erat verè religiosus, nisi votis solemnibus astrictus: quia cum illis solis instituerat Ecclesia religiones. At non decernunt id esse de illius status essentia, nec potestatem auferunt Ecclesiæ instituendi nouas religiones cum solis votis simplicibus. Sicut & modò post allegatam Greg. XIII. extrauagantem dicerent verissimè, nec illi contrauenirent, nullum posse esse verè religiosum aliorum ordinum, nisi solemni professione emissa. Quia non per id assererent vota solemnia, quod in nulla alia religione admiserit hucusque Romanus Pontifex verum statum religiosum absque votis solemnibus. Quod amplius probabitur n. sequenti.

26 Hinc deducitur omnino recolendum esse à sententia n. 23. relata, dicenti emittẽtes vota in Societate Iesv, post biennium nouitiatus non esse religiosos ex ipsa rei natura, sed ex solo priuilegio. Primò, quia apertè est contra extrauagantem *ascendente* Gregorij XIII. quatenus definit illos esse verè & propriè religiosos, non secus quàm professos cuiuscumque religionis. At ij ex solo priuilegio, & non ex ipsa rei natura fierent religiosi, longè aliter essent religiosi, quàm professi, cùm professi sint ex natura sui religiosi: & ita potius dicerentur religiosi

instar professorum, quàm non secus quàm illi. Sicut latum est discrimen inter nobiles iure sanguinis, & nobiles ratione solius priuilegij. Quippe illi simpliciter & propriè dicuntur nobiles, hi autem solùm improprié, & secundùm quid, eo quod nobilium suribus ex priuilegio gaudeant. Secundò, quia nullus potest esse religiosus ex solo naturæ iure, sed est opus accedat iuris ecclesiasticum religionem approbans (vt n. 15. probauimus.) Ergo eatenus aliqua est religio, & membra illius veri religiosi, quatenus vouent iuxta modum à Sede Apostolica illi religioni præscriptum. Quare si præscribat, vt solemniter profiteatur finito nouitiatu, soli sic profitentes erunt veri religiosi. Si tamen præscribat, vt sola simplicia vota emittant, ac per illa definant esse nouitij, erunt hi vero & propriè religiosi, non secus ac professi; cùm tota hæc res pendeat, & natura status religiosi, votorumque solemnitas, illisque reddi vouentes inhabiles ad rerum dominia, & matrimonium, ex solo iure ecclesiastico, hoc modo, vel alio religiones approbanti. Tertiò, quia de essentia veri ac proprij status religiosi non sunt vota solemnia: sed esse certam vitæ conditionem, qua vigitur in castitate, paupertate, & obedientia, voto firmatis, cum quadam immobilitate, & externa cæremonia, per quam res patrat Ecclesiæ, & sub viuendi instituto approbato tanquam verè religioso per Sedem Apostolicam, atque sub alicuius Prælati iurisdictione (vt constat ex dictis à n. 15. vsque ad 20. & n. præcedenti.) Quæ omnia atque comperunt dictis religiosis Societatis Iesv in ea vota biennij emittentibus, ac reliquis professis. Quarto, quia per ea vota fit vera traditio, verè reddens personam subiectam & mancipatam arbitrio, & potestati superioris, ita vt intimè in posterum sit ei integrum absque apostasiæ labe recedere ab eo instituto, & vota illa acceptantur à superiore nomine Dei, ex Sedis Apostolicæ facultate; vt omnia hæc testatur Greg. XIII. in sua illa extrauag. *ascendente*. Nec obstat rationi, & perpetuitati statum petitæ, posse hos à Societate expelli, tùncque à votis liberos manere, quia ad immobilitatem, quam ratio status petit, satis est, ne in illo constitutus possit propria sponte resilire. Sicut servus in vero, & immobili seruitutis statu est, eo quod eo se liberare propria sponte nequeat: quamuis possit ex domini beneplacito liber effici. Quod fortius in dictis religiosis procedit, qui non ex solo Generalis beneplacito possunt dimitti, sed concurrente iusta expulsionis causa. Nec obstat etiam paupertati religiosæ, eos retinere bonorum dominium (vt n. 17. probauimus.) Tandem non obstant in contrarium n. 23. adducta. Non primum prioris sententiæ; est enim diuersa ratio. Nam cùm iure communi decretum esset, per solum votum solemne diuini subsequens matrimonium, *c. vnico de voto in 6.* lex prius ita idem concedens votis simplicibus Societatis Iesv, dicitur iure optimo priuilegium. At nullibi iure cautum erat, nullum effici verè religiosum absque votis solemnibus: sed tantùm iura narrabant quod antiquitus eueniebat, nempe, non acceptare tunc Ecclesiam statum religiosum absque votis solemnibus (vt n. præcedenti diximus.) Quare lex cum statum postea cum votis simplicibus admittens non dicitur priuilegium: vtpote quæ nil contra ius commune indulget. Neque etiam obstat secundum, quia per illud verbum (*indulsere*) intellexerunt (*statuere*) vt statim se explicarunt. Non obstat etiam posteriorisententiæ fundamentum: quia satis n. 6. probauimus nullam esse differentiam essentialem inter vtrumque votum, sed solo iure ecclesiastico extrinseco differre.

27 Secundò deducitur, cautè intelligendos esse Doctores n. 14. relatos, dum dicunt esse duos gradus status religiosi, alterum perfectissimum, qui solis votis solemnibus constituitur; alterum verum & proprium, sed non ita perfectum, qui votis simplicibus constat. Quippe intelligendi sunt de perfectione accidentali, & non necessaria statui religioso: ea enim maior est in votis solemnibus, vtpote per quæ magis perpetuò, & immobiliter traditur vouens religioni. At de perfectione essentiali id verum non est. Nam tunc essentialiter esset imperfectior status religiosorum Societatis Iesv sola simplicia biennij vota emittentium. Quod clarè pugnat cum extrauag. *ascendente* Greg. XIII. vbi decreuit, eos esse verè & propriè religiosos, non secus ac professos.

28 Tertiò deducitur, religionem Societatis Iesv, & quancumque aliam cum solis votis simplicibus à Sede Apostolica admissam, fore veram & propriam, ac omnibus suis numeris absolutam religionem, quod attinet ad substantialem religionis perfectionem, esti in iis nulli professi solemniter reperirentur. Quod satis ex dictis constat, cùm satis probauerimus n. 21. & n. 26. ad statum religiosum vota solemnia non desiderari. Et ita optimè docet Vasquez *1. 2. q. 96. art. 4. disput. 165. c. 9. n. 105. & 106.*

29 Demum superest duplex brevis difficultas. Prior est, an per simplicia biennij vota, aut coadiutorum formatorum, emissa in Societate Iesv, dissoluatur matrimonium ratum præcedens? Affirmant aliqui pauci Theologi, quos tacito nomine refert Vasquez *ea disput. 165. c. 10. vnum*, vbi & eorum fundamentum refert. Sed iure optimo contrarium probat *loco eo c. 10.* Quod idem sustinent è nostra Societate Patres Petrus Ribadeneira *lib. de eiusdem Societatis instituto. c. 19. §. el primero es.* Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 8. n. 7.* quod & nos diximus *lib. 2. de matrim. disput. 18. n. 6.* Quod inde constat, quia hæc matrimonij rati dissolutio per professionem sequentem, aut est ex Christi Domini nostri priuilegio, aut ex iure ecclesiastico (vt latè probauimus *lib. 2. de matrimonio, tota disput. 19.*) At nullibi in iure inuenitur hoc concessum, nisi soli professioni solemni. De ea enim iura semper agunt, cùm huius dissolutionis meminêre. *c. desponsatam, & c. decreuit legatus. 27. q. 2.* extrauag. Ioan. XXII. *antiquis de voto. c. ex publico, & c. ex parte, de conuers. coniug.* & Trid… *sess. 24. de matrim. canone 6.* Immo nec solemni ordinis sacri voto id conceditur; vt deciditur ea extrauag. *antiquis*.

30 Posterior difficultas est, an ea biennij vota, & coadiutorum formatorum, sint conditionalia? Ratio dubitandi est, quia in constitutionibus eiusdem Societatis Iesv, *in examine c. 7. n. 1.* dicitur, votum, quod emittunt prædicti religiosi post biennium probationis, ingrediendi Societatem Iesv, habere tacitam conditionem, si admittantur à Generali: & alia vota ab eis emissa habere hanc tacitam conditionem, dum Societas eos retinendos iudicauerit. Quam eandem conditionem dicitur intelligi in votis coadiutorum formatorum, *p. 5. earundem constitutionum c. 4. in commento, littera B. & D.* At dicendum est, id votum ingrediendi Societatem non esse conditionale. Alia autem vota, paupertatis, castitatis, & obedientiæ, non sunt simpliciter conditionalia, cùm statim perfectè obligent ad ea in perpetuum obseruanda. Quod alienum prorsus est à conditionis natura, cuius est totam obligationem vique ad eius euentum suspendere. Sed tantùm sunt secundùm quid conditionalia, nempe, quoad perpetuitatem ex parte Societatis: includunt enim eam conditionem, vt tantùm obligent, dum Societas eos retinendos iudicauerit. Quæ conditio non inerat ex natura rei his votis. Quod inde constat, quia si aliquis in Societate Iesv hæc vota emisisset, non secundùm illius formam, expulsus à Societate, non liberaretur eorum obligatione, vt dicitur in eisdem constit. *p. 2. c. 4. n. 3.* Tunc autem non emitteret secundùm eius formam, quando in iis emittendis non adderet illam partem, in qua est conditio dicta; Omnia hæc intelligendo iuxta ipsius Societatis constitutiones. Dum autem dicitur per dimissionem non manere hunc liberum ab his votis, intelligendum est ex vi dimissionis, vt manent alij, qui cum ea tacita conditione vouent, nempe, intelligendo omnia

omnia iuxta Societatis constitutiones. Nam si promitteret ea in Societate se seruaturum, intelligeretur dependenter à retentione; & ita de huius obligatione, quando sponte tempore nouitiatus exit, aut tunc, post votaue biennij dimittitur, iudicandum est iuxta ea quæ diximus *lib. 4. cap. 16.* de habente votum perseuerandi in religione, & ab ea exit, ab eaue dimittitur. *n. 81. & n. 106.* Quia hic votum perpetuò in ea perseuerandi, & in ea hæc seruandi emisit. Et in dubio crederem cum hac dependentia emisse: quod in ipsa Societate emittantur, & intendendo perseuerare in ipsa.

CAPVT II.

An Pontifici integrum sit in quibuscumque votis solemnibus dispensare?

SVMMARIVM.

Pontifex potest in solemni ordinis sacri voto dispensare. n. 1.
Desideratur ad id causa publica. n. 2.
An valida sit ea dispensatio absque iusta causa concessa, peccetq; tunc sacris initiatus ineundo matrimonium, & petendo, & reddendo debitum, & illud sit validum? n. 3.
An possit Pontifex dispensare in solemni castitatis voto, quod emittitur in religionis professione? n. 4.
An desideretur ad id causa vtilitatis publicæ? n. 5.
An possit dispensare cum professo, vt matrimonium ad tempus ineat: vel ea lege, vt habita prole redeat ad monasterium? n. 6.
An si absque causa iusta dispenset, teneat matrimonium, possitq; licitè iniri, & eo inito peti, & reddi debitum? n. 7.
An possit in solemni paupertatis voto dispensare? Refertur quædam sententia. n. 8.
Explicatur sententia auctoris: & an valeat ea dispensatio absque causa iusta concessa? n. 9. & 10.
An possit dispensare in solemni obedientiæ voto: & valeat absque iusta causa concessa dispensatio? n. 11.

1 DE hac re latè egimus *lib. 8. de matrim. tota disput. 8.* quod attinet ad votum solemne castitatis: sed ne aliquid hic desideretur, summatim complectemur quæ ibi latiùs disputauimus, remittentes illuc probationes, & Doctores. Atque addemus quid de solemnibus paupertatis, & obedientiæ votis censendum sit. Prima conclusio sit. Si loquamur de solemni castitatis voto annexo ordinibus sacris, concors ferè omnium sententia est, posse Pontificem in eo dispensare. Hanc probauimus *ea disput. 8. n. 1.* contra paucos ibi relatos contrarium dicentes.

2 Secunda conclusio. Hæc dispensatio non redditur licita propter solam spiritualis boni ipsius vouentis causam, sed petit causam publicæ vtilitatis. Hanc quoque probauimus *eadem disput. 8. n. 2.* contra Caietanum. Atque ibi n. 5. redarguimus liberum loquendi modum Abbatis in hac re.

3 Tertia conclusio. Si absque iusta causa dispenset Pontifex cum sacris ordinibus initiato, vt vxorem ducat, peccatet grauissimè, at teneret dispensatio, valeatque esset matrimonium. An verò tunc clericus peccaret vxorem ducens, & postea petens, vel reddens debitum, sic distinguendum est. Si Pontifex absque causa dispenset cum aliquo ante susceptum ordinem, siue in vniuersum cum omnibus, quamuis tiquissimè ageret, & clericus ille vxorem ducens posset petere, & reddere debitum; nec peccaret iniens matrimonium, quando Pontifex dispensaret hoc modo in vniuersum cum omnibus in posterum initiandis. Si autem cum vno solo esset dispensatio, an hic peccaret iniens matrimonium? Dicendum est idem, quod tradunt Doctores de vtenti dispensatione concessa in iure humano absque iusta causa. De qua re latè egimus *lib. 8. de matrim. disput. 18.* Si autem absque causa dispensaret Pontifex cum hactenus promotis ad sacros ordines, siue in vniuersum, siue cum vno: sustinendo sententiam probabilem dicentem nullum votum annexi ordini sacro, sed ex mera Ecclesiæ constitutione teneri initiatos ad castitatem; tunc quoad peccatum in matrimonio ineundo, dicendum est idem, quod modò diximus, quando dispensatio contingeret ante susceptum ordinem. Quia in vtroque casu est dispensatio in mero iure humano: posseque hic post matrimonium initum petere debitum, & reddere teneretur. At iuxta veriorem sententiam asserentem annexi votum castitatis ordinibus sacris, valeret vtique matrimonium: sed peccaret clericus mortaliter ineundo matrimonium, & postea petendo debitum, quamuis reddere teneatur. Quæ omnia probauimus *lib. 8. de matrim. disput. 8. n. 4.*

4 Quarta conclusio. Pontifici integrum est dispensare in solemni castitatis voto à professis emisso. Hanc latè probauimus *ea disput. 8. n. 7.* contra alios, quos ibi n. 6. retulimus.

5 Quinta conclusio. Dispensatio hæc, quò licita sit, indiget publicæ vtilitatis causa, & vrgentissima. Hanc probauimus *ea disput. 8. n. 8.* contra Ricardum ibi citatum.

6 Sexta conclusio. Nequit Pontifex dispensare cum professo, vt matrimonium ad tempus ineat, nempe, donec habeat prolem, & ea habita ad religionem redeat. Nec ea lege, vt teneatur vxor manente indissolubili matrimonij vinculo consentire, vt prole habita professus ad monasterium redeat. Hoc probauimus contra multos iurisperitos *eadem disput. 8. n. 9.* vbi concessimus, posse dispensare ea lege, vt si habita prole vxor liberè consentiat, vel perpetuam iusti diuortij causam dederit, teneatur ad religionem redire.

7 Septima conclusio. Si Pontifex absque causa iusta dispenset cum professo vt matrimonium ineat, non valebit dispensatio, nec subinde matrimonium, iuxta sententiam tenentem per id votum diuini iure diuino naturali matrimonium. At retenta nostra sententia, quam c. præcedenti n. 6. probauimus, dicente per id votum solo iure humano diuini, valebit dispensatio quod attinet ad solemnitatem illam voti solo iure humano matrimonium subsequens dirimentem: ac subinde matrimonium tenebit. At erit irrita quoad vinculum voti iure diuino naturali impediens matrimonium iniri. Et ideo peccabit ille lethaliter matrimonium ineundo: ac eo inito peccabit quoque mortaliter petendo debitum, tenebitur tamen reddere. Quæ omnia probauimus *ead. disput. 8. n. 10.*

8 Sed maior difficultas est de solemni paupertatis voto. Nauar. *commentario 2. de regularibus n. 17.* etsi concedat posse Pontificem dispensare in solemni castitatis voto, negat tamen posse in solemni paupertatis voto: non quidem defectu eius potestatis, sed quia cùm ea dispensatio grauissimam cautam desideret, credit talem subesse non posse ad paupertatis votum dissoluendum: bene tamen ad votum castitatis. Matrimonium enim potest esse necessariam in filio Regis professo, vt totius Regni bonum conseruetur: & ideo poterit iusta in eo voto castitatis dispensandi causa dari. At potest monasterio egressus, ac matrimonio inito, esse Rex cum sola Regni administratione absque eius dominio. Et ideo non erit iusta dispensandi in paupertate causa.

9 At verior est sententia, posse Pontificem in eo dispensare, sicut in solemni castitatis voto. Quia non est maior ratio de vno quàm de alio: eo vel maximè quod multi satis probabiliter censeant, monachum eremum Episcopum liberari paupertatis voto (vt dicemus *infra in tractatu de voto obedientiæ.*) Et satis iusta causa est dispensandi in paupertatis voto, quæ illam reddit dispensationem in voto castitatis. Nec enim conforme est statui coniugali, & dispositioni necessariæ inter liberos, vt ille ligatus

ligatus maneat voto arctissimæ paupertatis, quale emiserat in religione. Et ita sustinent Patres Petrus Ribadeneira *in lib. de instituto Societatis* Iesv. *c.* 18. §. *pero para respander, & in solutione ad* 1. Azor *lib.* 12. *instit. moralium. c.* 7. *q.* 2. Vasquez 1. 2. *q.* 96. *ar.* 4. *disput.* 165. *c.* 9. *n.* 104.

10 Quod si absque iusta causa Pontifex dispenset, valebit dispensatio, & tenebit factum quoad voti solemnitatem reddentem professum incapacem acquirendi dominij, & illius transferendi. Quare verum bonorum dominium acquiret, & in alium id verè transferre poterit. Nam solo iure ecclesiastico votum solemne paupertatis ad hæc inhabilem professum reddit (vt probauimus *c.* præcedenti. n. 9.) Quamuis contrarium dicunt assentes eum effectum competere huic voto iure diuino naturali. At non valebit dispensatio quoad substantiam eius voti paupertatis obligantis iure diuino naturali. Et ideo peccabit mortaliter is professus, accepiando, vel transferendo rei alicuius dominium contra id paupertatis votum. Sicut idem diximus num. 7. de simili dispensatione in solemni castitatis voto.

11 Tandem idem dicendum est de solemni obedientiæ voto. Potest enim Pontifex in illo ex iusta boni communis causa, sicut in aliis votis solemnibus dispensare. Atque ita docet Azor *lib.* 12. *instit. moralium. c.* 7. *q.* 4. Atque multi satis probabiliter affirmant de facto dispensare in eo, cum monacho facto Episcopo (vt tractantes de solemni obedientiæ voto dicemus.) Concessa autem dispensatio absque causa iusta boni communis valebit quoad solemnitatem, quæ est de iure ecclesiastico: non autem quoad substantiam voti obligantis iure diuino naturali; vt in simili diximus n. præcedenti, & n. 7.

CAPVT III.

Quot modis religionis professio fieri valeat: & quando dicatur professio tacita fieri.

SVMMARIVM.

Professio potest expresse, & tacite fieri. n. 1.
An professio exigat verba, possimus, nutum, & simul tacet: vel caecus, simulq; surdus profiteri? n. 2.
Professio expressa solet varijs modis fieri. n. 3.
An verba in regula prescripta ad professionem emittendam, sint de eius substantia? n. 4.
Professio an sit necessario in scriptis facienda? n. 5.
An tacitè profitens possit compelli profiteri expresse, & religio cogi possit ad expressam eius professionē admittendam? n. 6.
An professio possit fieri per procuratorem? n. 7.
Explicantur conditiones petitæ, vt facilè per procuratorem valeat. n. 8.
An desideretur scriptura ad hanc procuratoris constitutionem, vel vnius, vel sexus? n. 9.
An sit necessaria certa ætas, vel alia qualitas in procuratore? num. 10.
An valeat professio, quantumcumque internallum intercedat inter ipsam, & procuratoris constitutionem? n. 11.
An necessario debeas professio fieri in monasterio? n. 12.
Post n. 12. *inuenies omnia summaria quæ desunt.*

1 BIPARTIAM professio fieri potest, nempe, aut expresse, quod contingit, quoties verbo, vel scripto emittitur: aut tacitè, quod contingit faciendo aliqua professis propria. Atque eandem obligationem vtraque parit: vt constat ex *c. vidua*, & ex *c. ad nostram, de regular.* & ex *c. vnico, de voto, in* 6. & ex *c.* 2. *de regular. in* 6. Priùs ergo de expressa agemus, deinde vero de tacita.

2 Prima conclusio sit. Professio etiam expressa nullis verbis indiget, sed potest nutibus, aut scripto fieri: quia nullibi reperitur verba esse necessaria. Quare mutus à natura, qui subinde surdus est, potest profiteri. Si enim est aptus ad carnale matrimonium ineundum (vt probauimus *lib.* 1. *de matrim. disput.* 8. *n.* 12.) erit quoque ad spirituale aptus, argum. ex *c. significasti, de regular.* Præterea, quia non minor notitia obligationis, nec minor consensus desideratur in matrimonio carnali, quam in spirituali. Et ita docent Socinus senior *consil.* 61. *in principio consultationis. n.* 13. *& 14. volum.* 1. Azor *lib.* 12. *instit. moralium. c.* 4. *q.* 1. Sed sicut *ea disput.* 8. *n.* 12. animaduertimus circa matrimonium carnale, est hoc intelligēdum, quando mutus ille ita perspicaci intellectu præditus est, vt signis edoceri valeat natutam status religiosi, possitque signis consensum exprimere. Quod esse difficillimum diximus ibi, cùm auditu careat, quo hanc naturam doceri possit: quamuis sint aliqui ita perspicacis ingenij, vt signis eam percipere valeant. Quod si mutus ille esset simul cæcus, aut quis esset simul cæcus, & omnino surdus, quamuis non mutus, nec hæc à natura habeat, sed casu, esset incapax profitendi, nisi antequam in hæc incideret, nosset quid esset professio. Sicut idem contra alios diximus in matrimonio carnali, *ea disput.* 8. *n.* 13. Quia mutus solis signis edoceri valet professionis naturam rquæ percipere nequit, si simul cæcus sit. Atqui cæcus solis verbis potest edoceri, quæ nequit percipere, si simul sit surdus.

Secunda conclusio. Professio expressa solet variis formulis emitti, iuxta varia religionum instituta. Quandoque enim tria substantialia religionis vota exprimuntur. Quandoque autem sola obedientia, aut vita secundùm regulam illius religionis promittuntur. At clauditur ibi paupertas, & castitas, quamuis non exprimantur, vtpote quæ in regula continentur. Et ita docent Manuel 2. *tomo summa. c.* 8. *n.* 13. Azor *lib.* 12. *instit. moralium. c.* 4. *q.* 2. Emmanuel Sà *summa, verbo religio. num.* 78. 3

Tertia conclusio. Quamuis religionis regula certam professionis formam præscribat, non fuit ea verba ita necessaria, vt alio facta professio sit irrita: sed quibuscumque aliis facta valebit. Atque ita sic intelligentes eum textum docent Glossa *c. puerilium, verbo professio, de regular.* & ibi Abbas *n.* 13. Gregor. Lopez 1. 2. *in fine tit.* 7. *p.* 1. Sylvest. *verbo religio.* 3. *q.* 1. & 18. *fine.* Rosella *verbo nouitius. n.* 22. & ibi Armilla *n.* 14. Tabiena *q.* 11. *n.* 12. Angelus *verbo professio. n.* 1. Azor *lib.* 12. *instit. moralium. c.* 5. *q.* 7. *fine.* Qui bene hoc limitat, nisi regula à Sede Apostolica approbata exprimat professionem alia forma factam fore iritam. 4

Quarta conclusio. Professio est facienda in scriptis. Constat ex *c. finali.* 20. *q.* 1. Atque ita docent Glossa ibi, *verb. scriptis.* Gregor. Lopez *l.* 2. *verbo se pueda. tit.* 7. *p.* 1. Sylvest. *verbo religio.* 3. *q.* 1. Rosella, Tabiena, Armilla, vbi allegauimus n. præcedenti. 5

Hinc deducitur, professum tacitè posse compelli, vt expresè in scriptis profiteatur, vt in posterum valeat eius professio probari, iuxta *c. finale* 20. *q.* 1. Cùm enim iam sit religioni obligatus, potest ab ipsa compelli ad ea præstanda, quæ ius præscribit, vt in posterum professio constet. Atque similiter potest ipse compellere religionem, vt expressam eius professionem admittat. Quia obligatio est reciproca ipsius ad monasterium, & huius ad ipsum: siàque interest profiteri expresè. Quia nequit esse Prælatus nisi expresè professus. *c. nullus, de elect. in* 6. Hæc docent Abbas *c. cum causam. n.* 7. *& 8. de electione.* Gregor. Lopez *c. 1. fine. tit.* 7. *p.* 1. 6

Quinta conclusio. Professio potest per procuratorem fieri. Quippe omnia ea quæ per procuratorem fieri non sunt specialiter interdicta, possunt per illum fieri. *l.* 1. §. *ipso ff. de procurator. & c. potest quis, de regulis iuris, in* 6. At professio nullibi excipitur ex iis actibus qui per procuratorem fieri possunt; vt constat ex Glossa *l. Pamponius. ff. de procurat. & c. qui ad agendum, de procurat. in* 6. in quibus locis cùm casus exceptos numeret, nequaquam professionis meminit. Atque ita docent Abbas *c. accedens. n.* 7. *de preben.* Rosella *verbo nouitius. n.* 23. vbi Armilla *n.* 14. Tabiena *q.* 11. *n.* 12. Sylvest. *verbo religio.* 3. *q.* 15. Gregor. 7

Lopez

Lopez *f.* 2. *fine tit.* 7. *p.* 1. Antonius Cucus *lib.* 3. *institutorum monarum tit.* 1. *n.* 76. Emmanuel Sà *summa, verbo religio. n.* 14. Azor *lib.* 12. *instit. moralium. c.* 5. *q.* 5. Manuel *quæst. regular. tomo* 3. *q.* 17. *ar.* 13. Temperat bene hoc Azor, nisi regula contrarium habeat.

8 Quinque autem desiderantur conditiones, vt procurator hic validè profiteatur nomine absentis. Prima est, vt habeat speciale mandatum ad professionem emittendam. Et docet Manuel *q. regular. tomo* 3. *q.* 17. *ar.* 13. Quare non satis est generale mandatum ad omnia negotia, expressis aliquibus exigentibus speciale. Secunda est, vt sit mandatum ad profitendum in religione determinata: nec sufficeret generale ad profitendum in quacumque. At satis esset, quamuis in scriptura mandati non exprimeretur religio, si iere tenus, aut nuntio, aut epistola exprimatur. Tertia est, vt procurator per seipsum exequatur, nec poterit substituere, nisi hoc specialiter sibi committatur. Et hanc docet Manuel *eodem ariic.* 13. Quarta est, vt tempore quo procurator profitetur, non sit reuocata potestas. Si enim reuocata sit quamuis solo actu interno, vel tacitè per factum contrarium, non valebit professio. Quod est verum, quamuis ea procuratoris constitutio sit iureiurando stabilita, & reuocatio ipsum procuratorem lateat, & quamuis ipsum quoque monasterium acceptans ignoret reuocationem. At valebit professio, si dum quis mandatum dedit, verè consensit, nec reuocauit, licet tempore professionis emisse per procuratorem nec consentiat, nec dissentiat, sed aliis occupationibus distentus tunc oblitus sit, vel dormiens, vel factus insanus, dummodo procurator dum profitetur, sit sui compos. Insuper valebit professio, si tempore quo procuratur eius nomine consentit, habet verum consensum is qui mandatum dedit, quamuis illum non habuerit, sed factum, tempore quo mandatum dedit. Quare quocumque tempore intermedio dissensus sit, nil refert, dummodo tempore quo celebratur professio, consensus adsit mandatum dantis, vt hæc omnia latè probauimus in procuratore ad matrimonium carnale constituto, *lib.* 1. *de matrim. disput.* 11. *a n.* 3. *vsque ad* 13. Valet enim argumentum à matrimonio carnali ad spirituale (vt ex multis probat Enerardus in suis topicis, loco à matrimonio carnali:) eo vel maximè quod & eædem rationes militent in vtroque quoad hoc, nimirum, gravitas status perpetui, indissolubilisque, & maxima libertas voluntatis ad vtrumque statum petita. Vltima conditio est, ne constitutio procuratoris sit metu graui extorta; sicut probauimus *libro* 4. *c.* 3. *n.* 17.

9 Non tamen desideratur scriptura ad hanc procuratorem constituendum: nec refert diuersitas sexuum, (sed potest vir esse procurator mulieris ad profitendum, & mulier esse procuratrix viri; sicut vtrumque probauimus in procuratore ad matrimonium carnale, *lib.* 2. *de matrim. disput.* 11. *n.* 14. & 15.

10 Nec etiam ex gitur determinata ætas, aut alia qualitas in procuratore hoc, præter eam quam ius naturale posset ad explicandum nomine alterius consensum, nempe, rationis vsum. Quare cuiuscumque sit procurator ætatis, & qualiscumque conditionis sit, dummodo rationis vsum habeat, erit legitimus ad profitendum nomine alterius vt in procuratore ad matrimonium carnale probauimus *lib.* 3. *de matrim. disput.* 1. *n.* 8.

11 Tandem valebit professio, quantumcumque tempus intercedat inter constitutionem procuratoris, & professionem: dummodo prior ille consensus, nec tacitè, nec expresè reuocatus sit, vt in procuratore ad matrimonium carnale probauimus *lib.* 2. *de matrim. disput.* 12. *n.* 7.

12 Vltima conclusio. Professio non est necessaria facienda in monasterio, sed potest vbique fieri. Quia nullibi contrarium habetur. Et ita docent caligantes id ex eo textu, Glossa *c. puerilium, verbo monasterium, de regular.* & ibi Abbas *n.* 7. Hericus *c. finali. n.* 5. *qui clerici, vel mon.* Angelus *verbo professio. n.* 3. & ibi Armilla *n.* 2. Greg. Lopez *l.* 2. *fine tit.* 7. *p.* 1. Manuel 1. *tomo summæ c.* 8. *num.* 13. *& quæst. regular. tomo* 3. *q.* 29. *ar.* 8. *fine.* & constabit ex dicendis *c.* sequenti. n. 102.

SVMMARIVM.

Habitus religiosus quemadmodum sit idem cum habitu monastico, vel ab eo distinctus. n. 3.
Explicantur conditiones petitæ ad quamcumque professionem tacitè faciendam. n. 14. & 15. 16. 17. 18.
Professio tacita ex eisdem defectibus redditur irrita, ac quibus expressa. n. 18.
Quis modus sibi ex antecedente iure antiquo. n. 19.
Qualiter sua per exercitium alium professis competentium. n. 20.
An ad id requiratur triduo perseuerantia? n. 21.
An in professione expressa sit opus ea triduo perseuerantia? n. 22.
An desideretur exercentem eas alium professorum esse nouitium? n. 23.
Qualiter inducatur per delationem habitus distinctis patenter ab habitu nouitiorum: & an opus sit perseuerantia triduo? n. 24.
An sit opus eum habitum in monasterio deferri? n. 25.
An petatur ea triduo perseuerantia, quando is habitus in monasterio suscipitur, aut post religionis votum? n. 26.
An ex tacita professione obligari ille religioni, an soli in genere? n. 27.
An cum obligat soli religioni in genere, sit votum solemne? n. 28.
An religio illa specialis teneatur hunc solemnem retinere? n. 29.
An inducatur tacita professio per diuersam delationem habitus nouitiorum patenter distincti ab habitu professorum? n. 30.
Quid quando vtrique habitus sola distinctione latenus secernuntur, qua conformes inter se exigunturi n. 31.
Quid si nec patenter, nec occulte sit vtrique habitus distinctus? n. 32.
Quid si is habitus indistinctus, est communis religioso, & aliis habentibus eum eis? n. 33.
An inducatur professio tacita per habitus susceptionem, cum proposito voto tenendi? n. 34.
An inducatur esse tacita, vel expressa professionis, per contrariam professionem? n. 35.
An post Tridentinum sint habitus professionis tacitæ? n. 36. 37. 38. & 39.
Quid si ex religione statuum, ex passim expelli qui expresse professi non sunt? n. 40.

Hactenus egimus de professione expressa; iam de tacita est breuissimè agendum. Quia tantùm post Tridentinum contingit sic validè profiteri. Dicetur tamen vt possit professio expressa irrita ratificari promodo tacitè. Atque primò agemus qualiter iure antiquo professio tacita inducebatur; deinde verò quid iuxta Concilij Tridentini iure immutatum sit. Præmittendum ergo est (vt colligitur ex *Clem. finali, de regular.* & ibi omnes annotantur cum Glossa *verbo deinceps*, & Abbas *c. ex parte. n.* 1. *de regular.*) quadruplicem esse religiosum habitum. Primus est distinctissimus, quod eumque quando habitus professorum distinguitur à nouitiorum habitu, differentia manifestè patens: tantum (vt habetur *ea Clem. finali*) colore; eo quod diuersi coloris vtrique sit: aut scissura, vt in ordine Minorum nouitij deferunt tunicam sine capitio; professi autem cum capitio; aut forma, seu figura; vt si nouitij deferant breuiorem habitum, aut cum aliquo externo signo Crucis, fasciolæ, aut pinni alligati, aut appensi. Secundus habitus est distinctus; quando scilicet aliqui vtrique habitus distinctio est, sed omnino latens. Sicut quis habitus professionem quibusdam peculiaribus benedictionibus consecratus solet, non autem nouitiorum; aut quis illis detur 13

habitus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

habitus in certo loco, vel à certo superiori; his verò in alio loco, vel ab alio superiori. Tertius habitus est indistinctus, quando nimirum neutra distinctione differt vterque habitus; ar distinguitur ab habitu quem gestat alij religiosi communem vitam cum religiosis agentes. Vltimus est indistinctissimus; quando, scilicet, omnino eodem habitu vruntur professi, & nouitij, & reliqui tum clerici, tum laici cum eis communem vitam transigentes. Quales esse solent clerici qui vocantur monachorum capellani, & laici administri, siue famuli monachis inseruientes.

14 Secundò, præmittendæ sunt quinque conditiones generaliter petitæ ad cuiuscunque professionis tacitæ valorem. Prima est, vt actus per quem tacita professio induci debet, fiat authoritate, & consensu eius, cuius est in eam religionem admittere. Ratio est, quia nec professio expressa potest absque dicto consensu firma esse (vt probabimus c. sequentem n. 61.) Ergò à fortiori nec tacita, quæ est præsumpta, valere poterit. Nam (vt optimè docet Nauar. *lib. 3. consil. tit. de regular. in 1. editione consilio 5. n. 14. 20. 2. consil. 26. n. 15.*) cum cæteris paribus difficilius cognoscatur consensus tacitus, quam expressus, multo facilius cognoscitur actum non valere ex consensu tacito defecta, quàm ex defectu expressi. Et ita hanc conditionem tradunt Abbas *c. vidua. n. 5. de regular.* Cardin. *c. porrectum, in fine eodem tit.* Sylu. *verbo religio 5. q. 19. num. 6.* Rosella *verbo nouitius n. 18.* vbi Angelus *n. 14.* Tabiena *q. 5. n. 6.* Armilla *n. 7.* Nauar. *commentario 4. de regularibus n. 71. & 74.* Manuel *quæst. regularibus, tomo 3. q. 27. n. 1.* Azor *lib. 12. institut. moralium. c. 2. q. 8. & c. 4. q. 3.* Quare dum Bartolus *authentica ingressus. 6. C. de sacros. Eccles.* ait in professione expressa exigi factum Abbatis, non autem in tacita; non ita intelligendus est, vt sola expressa petat consensum Abbatis potentis admittere ad religionem. Sed discrimen in eo ponitur, vt expressa desideret factum aliquod Abbatis quo admittat: vt tacita contenta sit sola scientia, & patientia potentis admittere, vt optimè explicat Cardin. super allegatus, dicens in his fauorabilibus quale est religionis institutum expedire, satis esse hanc scientiam, & patientiam. An verò hoc exigitur, quando professio expressa irrita ratificatur per professionem tacitam, dicemus c. sequenti, n. 81.

15 Secundo conditio est, vt spontaneè voluntate fiant ea per quæ professio tacita est inducenda. Habetur expressè *c. vidua. de regular.* & constat ex ratione tradita n. præcedenti. Si enim metus grauis professionem expressam irritam reddit (vt latè probauimus *lib. 4. c. 3.*) nedum taciturn reddet irritam. Et ita tradunt vniuersi.

16 Tertia conditio est, vt ea scientes fiant, nempe, vt iis actibus vtens nosit eos ad solos professos pertinere. Quia cum hæc professio tacita præsumatur ex tacito vtentis consensu, quo vult iis signis profiteri, data ignorantia cessat eius consensus præsumptio. Atque ita docent vniuersi authores n. 14. allegati. Immo & requiritur iis vtentem nosse per illos induci taciturn professionem. Quippe cius rei ignorantia efficiet deesse consensum tacitè profitendi. Et ita docent Sylu. *verbo religio. 5. q. 19. vers. secundo inducitur.* Angelus, Tabiena, Armilla, Nauarr. Manuel allegati n. 14.

17 Quarta conditio est, vt iis actibus vtens verum profitendi animum habeat. Cùm enim professio expressa contrario consensu existente sit irrita, à fortiori erit tacita, iuxta dicta num. 14. Nec satis erit se habere negatiuè, nempe, nec habendo animum profitendi, nec non profitendi, sed positiuus profitendi per eos actus animus desideratur; vt optimè docet Nauar. *commentario 4. de regular. n. 73.* Quia ij actus extenus professionem tacitam inducunt, quatenus internum profitendi animum indicant. At in habenti se negatiuè nullus est internus profitendi consensus.

18 Vltima conditio est, vt iis professorum actibus vtens, sit constitutus in legitima ætate iure petita ad professionis expressæ valorem. Quæ est pubertas completa. Constat ex *c. constitutionem, de regular. in 6.* & tandem ex omnibus causis, ex quibus toto c. sequenti dicemus professionem expressam reddi irritam, redditur à fortiori irrita professio tacita; vt probat ratio n. 14. adducta.

19 His præmissis, dupliciter iure antiquo poterat emitti professio tacita. Prior modus est per exercitium actuum, qui professorum proprij sunt; posterior per habitus professorum delationem.

20 Prior ergo modus est, quando seruatis quinque conditionibus expressis à n. 14. vsque ad 18. quispiam se propriis professorum actibus ingerit. Cùm enim actus ij sint professis proprij, eo ipso censetur profiteri velle, qui sciens, & prudens sponte se illis cum aliis professis ingerit. Habetur *c. vidua, de regular.* Sufficit autem siue iure, siue sola illius religionis consuetudine, ij actus sint professorum proprij. Constat ex *eo c. vidua*, vbi ponderatur ad taciturn cuiusdam feminæ professionem, eam inter moniales professas oblationem quandam obtulisse, cùm tamen (vt testantur ibi Glossa *verbo oblationem*, & Innoc. *n. 5.*) sola religionis illius consuetudine competeret solis professis. Atque ita docent ibi Abbas *n. 6.* Sylu. *verbo religio. 5. q. 19. vers. primo ergo.* Angelus *verbo nouitius. n. 12.* vbi Tabiena *q. 5. n. 6.* Armilla *num. 7.* Azor *lib. 12. institut. moralium. c. 4. q. 3.*

21 Dubitæ autem quæstionis est, an ad huiusmodi taciturn professionem requiratur tridui perseuerantia in eo actuum exercitio? Affirmat quidam: quod ea tridui perseuerantia petatur *c. ad nostram, de regular.* ad taciturn professionis ex habitus professorum delatione præsumptionem. At eadem est ratio de prædicto actuum exercitio. Alij autem negant: quia id non petitur *eo c. vidua.* Sic Azor *n.* præcedenti allegatus. At hæ vtraque sententia est conciliandæ. Si concurrant hæc duo, nempe, assumptio habitus peculiaris professis, & exercitium actus illis solis siue iure, siue consuetudine competentis, non exigitur tridui perseuerantia. Et sic procedit *d. c. vidua*, quod ad eam professionem præsumendam, ponderatur assumptionem habitus, & oblationem cum aliis monialibus. Quæ solis professis competebant: ac nulla tridui mentio fit. Quod si alterutrum solum ex his concurrat, opus est ea tridui perseuerantia. Atque ita procedit textus *d. c. ad nostram.* Et ita docent Anton. *eo c. 2. vidua. n. 11.* & ibi Abbas *n. 7.* Rosella *verbo nouitius. n. 16.* Angelus, Syluester, Tabiena, Armilla allegati n. præcedenti. Nauar. *commentario 4. de regular. n. 73.* Quod bene intelligunt Angelus, Sylu. Tabiena, Armilla ibi, si habitus ille professorum distinctus esset distinctione patenti ab habitu nouitiorum, eo modo quem n. 13. explicuimus.

22 Immo & in professione expressa non præmisso nouitiatus anno, affirmat Innoc. *c. ad nostram. n. 1. & 3. de regular.* exigi eam tridui perseuerantiam. At iure optimè id reprobat Abbas *ibi. n. 4.* Quia textus ille eam petens loquitur de sola professione tacita: & quia poterat dubitari quo animo habitus ille deferretur, petita est tridui perseuerantia. Quæ animi dubitatio in professione expressa non militat, & ideo nulla temporis mora desideratur.

23 Rursus dubitatur, an sit opus eos actus professorum exercentem esse nouitium? Quidam exigi affirmant. Nam alioquin clericus secularis actibus professorum se ingerens, censeretur professus. Item quia cùm desit fundamentum ingressus religionis, censeretur ille tanquam secularis eos actus exercere. Ita docent Abbas *c. 2. vidua. n. 7. de regular.* Rosella *verbo nouitius. n. 16.* At ita distinguendum

guendum est. Si quis actibus professorum se ingerat sine proprio professorum habitu, exigitur vt sit nouitius: secus si vtrumque concurrat. Quippe *eo. c. 2. vidua*, vbi vtrumque concurrit, nulla nouitiatus mentio fit. Atque ita docent Sylu. *verbo religio. 5. q. 19. vers. primo ergo.* Nauar. *commentario 4. de regular. n. 73.*

24 Posterior taciturn professionis modus est, cùm quis sciens, & prudens defert sponte triduo distinctissimum professorum habitum, nempe, quo est patenter distinctus modis quos n. 13. explicuimus. Habetur expressè *c. ad nostram, de regularibus, & c. constitutionem, eodem tit. in 6.* & docent omnes. Quod quantum ad tridui perseuerantiam, intelligitur dummodo simul non exerceatur aliquis professorum actus (vt diximus n. 21.) Insuper desideratur concurrere quinque conditiones declaratas à n. 14. vsque ad 18. Atque eam tridui perseuerantiam dicit Glossa *eo c. ad nostram in fine*, ideo peti, quia prope puerilem, nec præmisso nouitiatu habitus susceptus est. Sed melius Abbas ibi fine, dicit hoc non esse in pueris speciale, sed generaliter procedere, quoties non præmisso nouitiatu habitus professorum suscipitur. Quare susceptus post nouitiatus annum, non indiget tridui delatione ad professionem taciturn inducendam, vt clarè constat ex *c. non solum, in fine, de regular. in 6.* & tradunt Glossa ibi, *verbo infra probationis*, Abb. *eo c. ad nostram, in fine.* & constat ex eo textu, ibi, *Habitum sint probationis susceperit, & infra triduum deposuerit.*

25 Non exigitur autem eum habitum in monasterio deferri; sed satis est intra, aut ex licentia Abbatis extra deferi. Quia deferens eum extra ex Abbatis licentia, censetur illum intra deferre; vt bene tradit Abbas *c. ex referpto. n. 5. de iureiur.* & docent authores statim allegandi. Ita tradunt idem Abbas *c. ad nostram n. 3. de regular.* Sylu. *verbo religio. 5. q. 19. vers. secundo inducitur.* Angelus *verbo nouitius. n. 12.* vbi Tabiena *q. 5. n. 6.* Nauar. *commentario 4. de regularibus. n. 74. notabile 3. & lib. 3. consil. tit. de regularibus in 1. editione, consilio 41. n. 2. in 2. consil. 43. n. 2.* Azor *lib. 12. instit. moralium. c. 4. q. 3. & c. 3. q. 7.* Manuel *q. regular. tomo 3. q. 27. n. 2.*

26 Aliqui excipiunt duplicem casum, in quo ea tridui perseuerantia non exigitur. Prior est, si ille professorum habitus tempore morbi assumatur: quippe tunc videtur cum deliberatione susceptos. Posterior est, quando quispiam religionis ingressum vouerat, & ingreditur recipiendo incontinenti habitum professorum; quia videtur deliberatè fecisse. Vtruinque docent Ioan. Ande *c. ad nostram n. 2. de regular.* & ibi Anton. *in fine.* At iure optimè de vtroque casu dubitant Abbas *ibi. n. 5.* & Rosella *verbo nouitius n. 15.* & in partem contrariam inclinant. & vtrumque casum reprobant Franciscus *c. constitutionem, in fine de regular. in 6.* Angelus, Sylu. Tabiena, allegati in n. præcedenti. Quia indistinctè ea tridui perseuerantia petitur *eo. c. constitutionem, & eo c. ad nostram.* Atque in infirmitate minor est deliberatio.

27 Cæterùm hæc tacita professio per triduum habitus delationem non præmisso nouitiatus anno, minimè obligat specialiter illi religioni, cuius habitus susceptus est, sed religioni in genere, vt expressè docuitur *c. constitutionem, in fine, de regular. in 6.* & tradunt omnes. Quare licebit huic eligere religionem quamcumque laxiorem; vt bene docent Abbas *c. ad nostram. n. 5. de regular.* Rosella *verbo nouitius. n. 14.* At susceptio huiusmodi habitus præmisso nouitiatus anno indueit taciturn professionem obligantem ei specialiter religioni: vt bene docet Alex. de Neuo *c. consului. n. 13. qui cler. vel vou.* Quia *id c. constitutionem*, loquitur expressè de professione tacita tempore nouitiatus sic inducta. Nec hæc præmisso nouitiatus anno indiget tridui perseuerantia; sicut n. 24. probauimus.

28 At dubitatur, an ea professio tacita obligans soli religioni in genere, habeat vim solemnis diuinentis subsequens matrimonium? Multi affirmant, quos retulimus *lib. 7. de matrim. disput. 23. n. 21.* At contrarium satis ibi probauimus, nempe, solius voti simplicis religionis vim habere: & hoc ante decretum Tridentini (prout hucusque loquimur.) & id etiam modò approbamus.

29 Sed adhuc dubium restat, an ea religio, quæ taciturn professionem hanc admisit, teneatur illam sic profitentem admittere? Et dicendum est teneri, quamuis ipse non teneatur ad eam præcisè, sed ad eam, vel ad aliam. Ita affirmant Sylu. *verbo religio. 5. q. 20.* Angelus *verbo nouitius. n. 14.* & ibi Tabiena *q. 6. n. 7.* Armilla *n. 8.* Azor *lib. 12. instit. moralium. c. 4. q. 5.* Ducuntque Angelus, Sylu. Tabiena, Armilla ibi, quia cùm hic sit verè professus, & nulla alia religio teneatur eum admittere, si illa non teneretur, posset in sæculo manens inire matrimonium. Sed hæc ratio non placet: quia verius est, hunc non esse legitimè professum (vt diximus n. præcedenti.) Quare legitima ratio est, quam tradit Azor ibi. Quippe ex quo monasterium taciturn illius professionem admisit, censetur illi obligari: & sibi imputet, si iure ita determinante, alter non sibi, sed religioni in genere obligetur.

30 Quando autem habitus nouitiorum patenter à professorum habitu distinguitur, per nullam cuiuscumque temporis delationem talis habitus nouitiorum professio tacita inducitur. Quin potiùs is habitus manifestum præ se indicium præbet voluntatis permanendi in nouitiatu. Et ita colligitur ex *Clem. finali, de regular.* vbi id docet Glossa *verbo deinceps.* Abb. *c. ex parte. n. 3. de regular.* Angelus *verbo nouitius. n. 12.* vbi Tabiena *q. 5. n. 6.* Sylu. *verbo religio. 5. q. 19. vers. tertio inducitur.* Nauar. *commentario 4. de regular. n. 74.* Azor *lib. 12. instit. moralium. c. 4. q. 3.* Quod intelligitur, quando sola eius habitus delatio adest. Quia si deferens eum habitum, perseuerarer triduo exercens aliquem actum professis solis competentem, esset taciturè professus. Cùm dato eo tridui spatio, sufficiat delatio habitus professorum, aut exercitio horum actuum vacare (vt n. 21. diximus.) Et ita adiuerit Alex. de Neuo *c. consului. n. 13. qui clerici. vel vouerit.*

31 Quod si habitus professorum sola distinctione latenti secernatur à nouitiorum habitu, modo quem n. 13. explicuimus, tunc per annum illius delationem complera pubertate, inducitur professio tacita obligans illi religioni, cuius est habitus. Habetur expressè *Clem. finali, de regular. ibi. Et qui deinceps in discretionis constituta ætate, nouitiorum habitum in aliqua religione per annum portauerint, hoc ipso religionem illam determinasse professos: nisi hunusmodi habitus in colore, scissura, vel forma, sit distinctum patenter exhibeat ab habitu professorum.* Hæc autem discretionis ætas in eo textu petita, est pubertas omnino completa, nec malitia supplet ætatem; vt bene docent ibi Glossa *verb. ætate*, Imola *n. 4.* & nemo contradicit. Quia iure antiquo eam ætatem peti ad professionis expressæ valorem, nec malitiam supplere ætatem, probabimus c. sequenti. n. 2. Nec sufficit incepisse ante pubertatem deferri illum habitum, & pubertate adepta annum consummatum esse: sed integer delationis habitus debet esse post pubertatem. Quia id indicant ea verba *d. Clem. finali: in discretionis ætate portauerint.* & docent ibi Glossa *verbo portauerint*, & ibi Imola *n. 2.* Insuper petitur in eo textu, habitum portari in religione per Sedem Apostolicam approbata: quare si eo esset, si extra religionem portaretur. Atque ita docent ibi Glossa *verbo in aliqua*, & ibi Imola *n. 5.* Abbas *c. porrectum. n. 8. de regular.* Intelligetamen, nisi extra religionem deferretur ex Abbatis licentia (vt diximus n. 25.) Atque ita docent Angelus *verbo nouitius. n. 12.* Sylu. *verbo religio. 5. q. 19. vers. tertio inducitur.* Annus autem ille, quo hic habitus defertur, debet esse integer, vt constat ex *c. 1. de regular. in 6.* ibi, *quod si tamen.* Non tamen oportet excedere annum, & anno illi addere diem; quia textus solùm annum petit; & cùm voluit anno addi diem, nempe, vt integrum esset impubertem à religione reuocare, id expressè *c. puella. 20. q. 2.* Atque ita docent Glossa *ea Clem. finali. verbo per annum*, & ibi Imola *n. 6.* Palud. *4. d. 38. q. 1. n. 15.* Dunc.

Antoninus 3.p.tit.16.c.3. *paula post principium*. Sylu. *verbo religio.3.q.3. dicto 2.& q.19.versic.tertio inducitur*. Nauar. *commentario 4. de regular.n.74. notabili 5*. Palacios 4.d.38. *disp.1. fol.824. initio*. Henriquez *lib.13. de excommunic. c.40 n.2*. Manuel *quæst.regularibus 2.anno 3.q.15.ar.4.& in 2. anno summa c.8 n.7*. Quare minus bene Angelus *verbo nouitius n.12*. & ibi Tabiena *9.q.n.6*. dixêre hunc fieri professum deferendo habitum vltra annum. Quia satis est toto anno deferre. Vnde bene ait Sylu. hunc fieri professum tacitè in vltimo eius anni instanti. Excipiunt autem bene Sylu. *ea.q.19.versic.tertio inducitur*. Manuel *ea.q.15.20.3.anno,& ea.c.8.n.7*. Henriquez *lib.10.de sacramentis ordinis.c.19.n.2. in commento littera K*. animum disseruiem, in quo duplex dies pro vna reputatur, & constabit magis ex dicendis c. sequenti. n. 4. Nec sufficit vltimum anni diem expiisse, sed debet annus integer de momento ad momentum complere, vt bene docet Manuel *ea.ar.4*. & latè probauimus *lib.12 de matrim.disput.24.n.22*. Tandem is annus debet esse continuus; quia quotiens certum aliquod tempus iure aliquo petitur, id debet esse continuum, vt probabimus c. sequenti n.31.

31 Similiter quando habitus professorum, & nouitiorum, est omnino indistinctus: quia, nimirum, nec differentia patenti, nec occulta distinguitur, at non est communis aliis secularibus communem vitam transigentibus cum religiosis, inducitur professio tacita per illius habitus delationem in monasterio, per integrum annum post pubertatem, etsi ante pubertatem assumptus fuerit. Itaque nil refert, quo ætate habitus assumptus fuerit, dummodo post pubertatem deferatur integro anno. Habetur expressè *c.1. de regular. in 6*. & docet Abb. ab omnibus recepta *ex parte.n.3. de regular*.

32 Tandè si habitus vterque sit indistinctissimus: quia, nimirum, absque vlla prorsus differètia eo vtuntur professi, & nouitij, & seculares communem vitam cum illis agentes modo explicato n. 13. inducitur professio tacita per annum illius delationem in monasterio, dummodo talis habitus post pubertatem assumptus fuerit. Atque ita differt hic casus à præcedenti, quod in præcedenti sufficiat habitum ante pubertatem assumi, dummodo post pubertatem annus integro deferatur. At in hoc exigitur post pubertatem eum assumi, & deferri tunc integro anno. Habetur expressè *ea.capo c.1. de regular. in 6. versic.quo vero*. & ita docent Abbas *ea.ex parte.n.3. de regularib*. Cardin. *Clem.finali, n.3. eodem tit*. & ibi Anchar. *n.3*. Imola *n.12*. Sylvest. *verbo religio. 1.q.19. versic. tertio inducitur*. Quare minus bene Nauar. *commentario 4. de regular.n.74*. & Azor *lib.12. instit.moralium.1.q.4.3.fine*, dicunt *c.1. de regular. in 6*. correctum esse per *Clementinam finalem de regular*. quæ indistinctè decidit, per annum habitus delationem inducit professionem tacitam, dummodo habitus professorum, & nouitiorum non distinguatur distinctione patenti. Quippe dicendum est, eam Clementinam vt bene aduerit ibi Glossa *verbo portauerint*, intelligendam esse intra distinctionem traditam *ea.c.1*. vt citetur iuris correctio. Quam omnino vitandam iam clamant.

34 Alium professionis tacitæ casum statuunt aliqui Doctores, nempe, dum quis nouitiorum habitum suscipit animo vitæ mutandæ, affectus, scilicet, voluntate perpetuò manendi in religione. Ducuntur *ea.c. super eo consulti.& c.statuimus de regular.& ex c.benefitium eodem tit.in 6*. Huius authores tetulimus *lib.9. de matrim.disput.33.n.18*. & alios dicentes id esse votum simplex. At ibi n.19. contrarium probauimus, vbi nec votum simplex esse diximus, & textus contrarios explicauimus.

35 Demum circa hæ professiones tacitas dubitatur, an professatio contraria profit, nimirum, ea qua vtens iis actibus per quos inducuntur, protestatur, se nolle per eos probiteri. Hostiensis relatus per authores allegandos ait eam protestationem non prodesse, sed sequutis posteà iis actibus, præsumi ab ea recessum. Quod protestatio facta contraria, nec alteri parti intimata, minimè profit; vt latè probauimus *lib. 2. de matrim. disput. 45. à n.19*. At dicendum est prodesse. Quippe non est protestatio facta contraria; ij enim actus non sunt expressæ professionis, & ita facto ipso professionem exprimentes, sed ex iis præsumpto animo profitendi inducitur. Quare ea protestatio soli præsumptioni consensus aduersatur, & verum animum vtentis iis actibus indicat: & ideo iure optimo valet. Atque ita docent Glossa *Clem. finali, verbo professorum, de regular*. & ibi Cardin. *n.6*. Anchar. *n.4*. Imola *n. 8*. Bonifacius *n. penultimo*. Sylu. *verbo religio. 3.q.19. versic.tertio inducitur*. Rosella *verbo nouitius n. 17*. Armilla *ibi n.10*. Tabiena *9.q.n.8*. Nauar. *commentario 4. de regularibus n.74. notabili 5*. Quando autem esset professio expressa, quid, & quando profit ea contrarij dissensus protestatio, latissimè diximus *ea.disp.45.à n.19. vsque ad 24*.

36 Hactenus diximus quid iure antiquo attento censendum sit de tacitis professionibus. Restat dicendum quid censendum sit attento decreto Tridentini *sess.25.de regular.c.15.& 16*. Quia in re dicendum est, per illud non tolli professiones tacitas, sed in suo pristino valore manere: dummodo inducantur transacto nouitiatus anno, & expletis sexdecim ætatis profitentis annis. Quippe nullum est verbum in iis decretis eas tollens: nam *c.15*. tantùm decernitur professionem non valere ante expletum nouitiatus annum, & sexdecim ætatis profitentis annos. At professio tacita potest fieri iis ferè ætatis. Et quamuis *c.15*. sapenotes inbeantur transacto nouitiatu anno admittere ad professionem nouitios repertos idoneos, & alios expellere: quod statuere videtur ad excludendam professionem tacitam, ne temporis transcursus allegari possit. At id non obstantium quia in vltimo illius anni instanti potest fieri professio tacita (vt n.31. diximus) & ita seruato hoc Tridentini decreto potest induciam etiam quia potest dari causa iusta amplioris dilationis (vt dicemus c. sequenti n.21.) Necita strictè accipiendum est, vt non liceat triduo expectare, & sic possit induci professio tacita: eo vel maximè quod (vt diximus n. 24.) ea triduj mora non est necessaria ad inducendam professionem tacitam, quando annus nouitiatus est peractus. Atque ideo hanc partem sustinent Nauar. *lib.3.consil.tit.de regularibus,in prima editione, consil.55. n.5.in 2.consil.28.n.5*. Menochius *consil.196.n.12.columna 4*. Palacios *4.d.38. disput.1. colum. 32. versic. porrò autem*. Sorbus *in compendio primaeuorum Mendicantium, verbo nouitius, post 3. notabile. 5. primo aliquid operetur*. Manuel *2.anno summa c.8 n.1.& quæst.regular. tomo 1.q.17.ar.1.fine. & ar.2.fine*. Azor *lib.12. instit. moralium c.4.q.6*. Humada *l.7.tit.7.q.1.glossa 5.n.1*.

37 Hinc deducitur, subiratam esse per Tridentinum tacitam professionem inductam per *c.vidua. & c.ad infirmam, de regular*. de qua diximus à n.20. vsque ad 29. eam, nempe, quæ inducitur statim delato habitu professorum distincto patenter à nouitiorum habitu, cum exercitio actuum professorum, vel alterò horum concurrenti cum triduj perseuerantia. Quia Tridentinum *ea.c.15*. petit integrum nouitiatus annum, & ita docet Azor *ea.c.6*. Sed possent habere locum ij textus, quando transacto integro nouitiatus anno, expletisque sexdecim annis, quis induceretur habitu professorum distincto patenter à nouitiorum habitu: vel vnà cum aliis professis exerceret actum, iure, vel consuetudine solis professis competentem. Tunc enim concurrentibus quinque conditionibus relatis à n.14. vsque ad 18. esset tacitè professus. Quia tunc decreto Tridentini non contrauenitur, nec desideraretur tunc triduj perseuerètia in exercitio actus professorum, vel eorum habitus delatione. Quia iure communi ea non petebatur, quando annus nouitiatus præcesserat; vt probauimus n.24. fine.

38 Secundò deducitur, non esse iubiatam professionem, quæ iure communi inducebatur per annum delatio-

ni in habitu nouitiorum, & professis communis, quando vtetque aut nulla, aut sola laxam differètia distinguitur: aut quando etiam habitus ille est communis aliis viuentibus cum religiosis. De qua egimus n. 31. & duplici sequenti. Quia iam datur iure, et nouitiatus annus, & potest id contingere expleto decimo sexto ætatis anno. Ita docet Azor *ea.q.6*.

39 At iure optimo dubitari potest, an hæc annua habitus delatio, per quam professio tacita est iudicenda, debeat esse post decimum sextum annum completum, siue antea assumatur habitus, siue postea, quando habitus non est communis aliis degentibus cum religiosis, sed solis professis, & nouitiis: & assumptus necessariò post decimum sextum annum, & tunc integro anno delatus, quando habitus est etiam communis aliis degentibus cum religiosis? Ratio dubitandi est, quia in priori casu petit textus *c.1. de regular. in 6*. vt annus delationis habitus numeretur à tempore pubertatis completæ, etiamsi antea assumptus fuerit: in posteriori autem vt assumatur post pubertatem completam, & tunc anno integro deferatur (vt diximus n. 31. 32. & 33.) Atque redditur ibi huius ratio, quia ante pubertatem completam non habet puer plenum eorum, quæ agit intellectum, & iudicauit textus hunc plenum intellectum in pubertate, eo quod ea ætas erat apta, & iure communi petita ad professionis valorem. Cùm ergo Tridentinum eam ætatem innouarit, & iudicarit solam sexdecim annorum esse aptam professionis valori, & iudicium plenum ad hunc effectum tunc esse, censetur quoque exigere, vt ex tunc incipiat annua huius habitus delatio, & assumptio, eo modo quo ad id petebatur iure communi pubertas. Item quia etsi vltimum valoris professionis complementum sit in illius anni fine, at toto anno est in fieri, & incipit actus professionem inducens. Ergo toto eo anno debet necessariò esse ætas completa petita per Tridentinum. At verius existimo, non esse opus deferri, vel assumi habitum post sexdecim annos: sed satis esse, eam annuam habitus delationem, per quam professio tacita inducitur, expleti completis sexdecim annis. Quia Tridentinum tantùm statuit ne professio valeat ante sexdecim annos expletos. At tunc professio incipit valorem suum sortiri, cùm annus ille delationis huius habitus impletur. Ergo satis est, tunc habere sexdecim annos: quod si impleto eo anno nondum illos habeat, quia statim quando impleuit pubertatem, assumpsit, satis erit si continuetur vsque ad decimum sextum annum, & statim quando ille completur, incipiet professio valere. Quippe correctio iuris est omnino vitanda, vbi ea non apparet apertè. Item quia ideo petit sexdecim annos expletos ad professionem, vt plenè cognoscat profitens quid agat, ac vinculum, quo astringitur. Ergo satis est, vt eam ætatem profitens habeat, cùm primùm incipit eo astringi. Quod est expleta annua delatione post sexdecim annos. Item quia olim & ad legitimum nouitiatum, & ad professionem pubertas desiderabatur, & sufficiebat: quia antea non erat plenus intellectus ad religionem experiendam, & expediendam. Et tamen quamuis Tridentinum mutarit professionis ætatem, petens sexdecim annos completos, non ideo censetur mutasse ætatem ad nouitiatum iure communi petitam, etsi ex inceptione nouitiatus sit professio quasi in fieri. Ergo idem dicendum est in nostro casu. & ex his constat solutio ad contraria. Et ideo hanc partem sustinet Nauar. *lib.3. consil.tit. de regular. in 2.editione consilio 10.n.1.in 2.consil.20.n.1*.

40 Quod si in aliqua religione esset statutum, vel consuetudo præscripta, vt liberum sit nouitios ante professionem expressim expellere, nulla tacita professio valeret. Quia esset dissensus ex parte admittentis. Item quia ea libertate gaudet nouitius ad exeundum, qua contentus ad expellendum. Atque idem est dicendum, si constaret de expressa, vel tacita consensu voluntate non admittendi nisi expressè professus: et vtumque bene

docet Nauar. *lib. 3. consil.tit. de regularibus, in 1. editione, consil.30.n.3.in 2.consil.20.n.3*.

CAPVT IV.

Ex quibus causis reddatur professio tacita irrita.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputandæ sint. n.1.
Iure communi opus erat pubertate ad professionem, nec mutatia supplebat ætatem. n.2.
An in religionibus Insularum, Minorum, & Prædicatorum, desiderabatur ad valorem professionis annus decimi sexti numeri n.3.
Attinet Tridentinum petitur ætas sexdecim annorum: & non sat est vltima dies capta, eisque de momento ad momentum computanda: & qualiter in anno bissextili computetur n.4.
An annus ex qua Gregorius XIII. abstulit decem dies, censeatur integer ad ordines, professionem, nouitiatum, beneficia? n.5.
An in Minimorum religione valeat professio ante octodecim annos? n.6.
An vota biennij in Societate IESV valeant ante sexdecim annos? n.7.
An professio ante nouitiatum annum facta valoris iure communi: & an esset suspensa admittendi illam in ordinibus Mendicantium: & fratres irregulares sic suspensi valeriores? n.8.
An post Tridentinum sit complendus annus nouitiatus de momento ad momentum: & an sit addenda dies etiam in anno bissextili? n.9.
An suspensio olim imposita admittendi ad professionem ante integrum nouitiatus annum, sit ablata per Tridentinum? n.10.
An sponsus, vel sponsa de præsenti transiens ad religionem, possit ante nouitiatus annum profiteri? n.11.
An professus ad aliam religionem transiens, possit ante annum profiteri? n.12.
An debeat profiteri in illa nouæ religione: & habeat sedem iuxta priorem professionis antiquitatem? n.13.
An quando vel sola professio fuit irrita, vel etiam nouitiatus fuit irritus, sit hic reprehendendum? n.14.
An proficiendus tertio monasterii in Abbatem possit ante annum profiteri? n.15.
An monachi ordinis Prædicatorum possint profiteri in materia articulo ante annum: & succedat monasterium in eorum bona? n.16.
An professio ordinum militarium exigat sexdecim annos, & annum nouitiatus? n.17.
An possit renouiari annus nouitiatus? referuntur opinio n.18.
Explicatur sententia auctoris. n.19.
An simplicia biennij vota in Societate IESV valeant ante biennium nouitiatus? n.20.
An finito nouitiatu annus licetat professionem differre? n.21.
Ætas ad nouitiatum quæ sit, & qualiter computanda vel an in anno bissextili: & an maioris supplet ætatem? n.22.
An possit nouitius tradere iuri suo, ut vel nouitiatum, vel professio ante legitimam sine ætatem? n.23.
An ingressus ante legitimam ætatem gaudet nouitiorum priuilegio ita, vt ipsum percutiens sit excommunicatus? n.24.
An valeat professio habito nouitiatu ante legitimam ætatem? n.25.
An in Societate IESV valeat nouitiatus minoris quindecim annis, & maioris quinquaginta: & valeant vota biennij post talem nouitiatum? n.26.
An nouitiatus sit necessaria intra monasterium peragendum? n.27.28.
An sit peragendum in illius religionis habitu? n.29.
An ex ætate annum nouitiatus esse continuum? Refertur quædam sententia. n.30.
Sententia quarta. n.31.

Antoninus 3.p.tit.16.c.3. *paula post principium*. Sylu. *verbo religio.3.q.3. dicto 2.& q.19.versic.tertio inducitur*. Nauar. *commentario 4. de regular.n.74. notabili 5*. Palacios 4.d.38. *disp.1. fol.824. initio*. Henriquez *lib.13. de excommunic. c.40 n.2*. Manuel *quæst.regularibus 2.anno 3.q.15.ar.4.& in 2. anno summa c.8 n.7*. Quare minus bene Angelus *verbo nouitius n.12*. & ibi Tabiena *9.q.n.6*. dixêre hunc fieri professum deferendo habitum vltra annum. Quia satis est toto anno deferre. Vnde bene ait Sylu. hunc fieri professum tacitè in vltimo eius anni instanti. Excipiunt autem bene Sylu. *ea.q.19.versic.tertio inducitur*. Manuel *ea.q.15.20.3.anno,& ea.c.8.n.7*. Henriquez *lib.10.de sacramentis ordinis.c.19.n.2. in commento littera K*. animum disseruiem, in quo duplex dies pro vna reputatur, & constabit magis ex dicendis c. sequenti. n. 4. Nec sufficit vltimum anni diem expiisse, sed debet annus integer de momento ad momentum complere, vt bene docet Manuel *ea.ar.4*. & latè probauimus *lib.12 de matrim.disput.24.n.22*. Tandem is annus debet esse continuus; quia quotiens certum aliquod tempus iure aliquo petitur, id debet esse continuum, vt probabimus c. sequenti n.31.

31 Similiter quando habitus professorum, & nouitiorum, est omnino indistinctus: quia, nimirum, nec differentia patenti, nec occulta distinguitur, at non est communis aliis secularibus communem vitam transigentibus cum religiosis, inducitur professio tacita per illius habitus delationem in monasterio, per integrum annum post pubertatem, etsi ante pubertatem assumptus fuerit. Itaque nil refert, quo ætate habitus assumptus fuerit, dummodo post pubertatem deferatur integro anno. Habetur expressè *c.1. de regular. in 6*. & docet Abb. ab omnibus recepta *ex parte.n.3. de regular*.

32 Tandè si habitus vterque sit indistinctissimus: quia, nimirum, absque vlla prorsus differètia eo vtuntur professi, & nouitij, & seculares communem vitam cum illis agentes modo explicato n. 13. inducitur professio tacita per annum illius delationem in monasterio, dummodo talis habitus post pubertatem assumptus fuerit. Atque ita differt hic casus à præcedenti, quod in præcedenti sufficiat habitum ante pubertatem assumi, dummodo post pubertatem annus integro deferatur. At in hoc exigitur post pubertatem eum assumi, & deferri tunc integro anno. Habetur expressè *ea.capo c.1. de regular. in 6. versic.quo vero*. & ita docent Abbas *ea.ex parte.n.3. de regularib*. Cardin. *Clem.finali, n.3. eodem tit*. & ibi Anchar. *n.3*. Imola *n.12*. Sylvest. *verbo religio. 1.q.19. versic. tertio inducitur*. Quare minus bene Nauar. *commentario 4. de regular.n.74*. & Azor *lib.12. instit.moralium.1.q.4.3.fine*, dicunt *c.1. de regular. in 6*. correctum esse per *Clementinam finalem de regular*. quæ indistinctè decidit, per annum habitus delationem inducit professionem tacitam, dummodo habitus professorum, & nouitiorum non distinguatur distinctione patenti. Quippe dicendum est, eam Clementinam vt bene aduerit ibi Glossa *verbo portauerint*, intelligendam esse intra distinctionem traditam *ea.c.1*. vt citetur iuris correctio. Quam omnino vitandam iam clamant.

34 Alium professionis tacitæ casum statuunt aliqui Doctores, nempe, dum quis nouitiorum habitum suscipit animo vitæ mutandæ, affectus, scilicet, voluntate perpetuò manendi in religione. Ducuntur *ea.c. super eo consulti.& c.statuimus de regular.& ex c.benefitium eodem tit.in 6*. Huius authores tetulimus *lib.9. de matrim.disput.33.n.18*. & alios dicentes id esse votum simplex. At ibi n.19. contrarium probauimus, vbi nec votum simplex esse diximus, & textus contrarios explicauimus.

35 Demum circa hæ professiones tacitas dubitatur, an professatio contraria profit, nimirum, ea qua vtens iis actibus per quos inducuntur, protestatur, se nolle per eos probiteri. Hostiensis relatus per authores allegandos ait eam protestationem non prodesse, sed sequutis posteà iis actibus, præsumi ab ea recessum. Quod protestatio facta contraria, nec alteri parti intimata, minimè profit; vt latè probauimus *lib. 2. de matrim. disput. 45. à n.19*. At dicendum est prodesse. Quippe non est protestatio facta contraria; ij enim actus non sunt expressæ professionis, & ita facto ipso professionem exprimentes, sed ex iis præsumpto animo profitendi inducitur. Quare ea protestatio soli præsumptioni consensus aduersatur, & verum animum vtentis iis actibus indicat: & ideo iure optimo valet. Atque ita docent Glossa *Clem. finali, verbo professorum, de regular*. & ibi Cardin. *n.6*. Anchar. *n.4*. Imola *n. 8*. Bonifacius *n. penultimo*. Sylu. *verbo religio. 3.q.19. versic.tertio inducitur*. Rosella *verbo nouitius n. 17*. Armilla *ibi n.10*. Tabiena *9.q.n.8*. Nauar. *commentario 4. de regularibus n.74. notabili 5*. Quando autem esset professio expressa, quid, & quando profit ea contrarij dissensus protestatio, latissimè diximus *ea.disp.45.à n.19. vsque ad 24*.

36 Hactenus diximus quid iure antiquo attento censendum sit de tacitis professionibus. Restat dicendum quid censendum sit attento decreto Tridentini *sess.25.de regular.c.15.& 16*. Quia in re dicendum est, per illud non tolli professiones tacitas, sed in suo pristino valore manere: dummodo inducantur transacto nouitiatus anno, & expletis sexdecim ætatis profitentis annis. Quippe nullum est verbum in iis decretis eas tollens: nam *c.15*. tantùm decernitur professionem non valere ante expletum nouitiatus annum, & sexdecim ætatis profitentis annos. At professio tacita potest fieri iis ferè ætatis. Et quamuis *c.15*. sapenotes inbeantur transacto nouitiatu anno admittere ad professionem nouitios repertos idoneos, & alios expellere: quod statuere videtur ad excludendam professionem tacitam, ne temporis transcursus allegari possit. At id non obstantium quia in vltimo illius anni instanti potest fieri professio tacita (vt n.31. diximus) & ita seruato hoc Tridentini decreto potest induciam etiam quia potest dari causa iusta amplioris dilationis (vt dicemus c. sequenti n.21.) Necita strictè accipiendum est, vt non liceat triduo expectare, & sic possit induci professio tacita: eo vel maximè quod (vt diximus n. 24.) ea triduj mora non est necessaria ad inducendam professionem tacitam, quando annus nouitiatus est peractus. Atque ideo hanc partem sustinent Nauar. *lib.3.consil.tit.de regularibus,in prima editione, consil.55. n.5.in 2.consil.28.n.5*. Menochius *consil.196.n.12.columna 4*. Palacios *4.d.38. disput.1. colum. 32. versic. porrò autem*. Sorbus *in compendio primaeuorum Mendicantium, verbo nouitius, post 3. notabile. 5. primo aliquid operetur*. Manuel *2.anno summa c.8 n.1.& quæst.regular. tomo 1.q.17.ar.1.fine. & ar.2.fine*. Azor *lib.12. instit. moralium c.4.q.6*. Humada *l.7.tit.7.q.1.glossa 5.n.1*.

37 Hinc deducitur, subiratam esse per Tridentinum tacitam professionem inductam per *c.vidua. & c.ad infirmam, de regular*. de qua diximus à n.20. vsque ad 29. eam, nempe, quæ inducitur statim delato habitu professorum distincto patenter à nouitiorum habitu, cum exercitio actuum professorum, vel alterò horum concurrenti cum triduj perseuerantia. Quia Tridentinum *ea.c.15*. petit integrum nouitiatus annum, & ita docet Azor *ea.c.6*. Sed possent habere locum ij textus, quando transacto integro nouitiatus anno, expletisque sexdecim annis, quis induceretur habitu professorum distincto patenter à nouitiorum habitu: vel vnà cum aliis professis exerceret actum, iure, vel consuetudine solis professis competentem. Tunc enim concurrentibus quinque conditionibus relatis à n.14. vsque ad 18. esset tacitè professus. Quia tunc decreto Tridentini non contrauenitur, nec desideraretur tunc triduj perseuerètia in exercitio actus professorum, vel eorum habitus delatione. Quia iure communi ea non petebatur, quando annus nouitiatus præcesserat; vt probauimus n.24. fine.

38 Secundò deducitur, non esse iubiatam professionem, quæ iure communi inducebatur per annum delatio-

ni in habitu nouitiorum, & professis communis, quando vtetque aut nulla, aut sola laxam differètia distinguitur: aut quando etiam habitus ille est communis aliis viuentibus cum religiosis. De qua egimus n. 31. & duplici sequenti. Quia iam datur iure, et nouitiatus annus, & potest id contingere expleto decimo sexto ætatis anno. Ita docet Azor *ea.q.6*.

39 At iure optimo dubitari potest, an hæc annua habitus delatio, per quam professio tacita est iudicenda, debeat esse post decimum sextum annum completum, siue antea assumatur habitus, siue postea, quando habitus non est communis aliis degentibus cum religiosis, sed solis professis, & nouitiis: & assumptus necessariò post decimum sextum annum, & tunc integro anno delatus, quando habitus est etiam communis aliis degentibus cum religiosis? Ratio dubitandi est, quia in priori casu petit textus *c.1. de regular. in 6*. vt annus delationis habitus numeretur à tempore pubertatis completæ, etiamsi antea assumptus fuerit: in posteriori autem vt assumatur post pubertatem completam, & tunc anno integro deferatur (vt diximus n. 31. 32. & 33.) Atque redditur ibi huius ratio, quia ante pubertatem completam non habet puer plenum eorum, quæ agit intellectum, & iudicauit textus hunc plenum intellectum in pubertate, eo quod ea ætas erat apta, & iure communi petita ad professionis valorem. Cùm ergo Tridentinum eam ætatem innouarit, & iudicarit solam sexdecim annorum esse aptam professionis valori, & iudicium plenum ad hunc effectum tunc esse, censetur quoque exigere, vt ex tunc incipiat annua huius habitus delatio, & assumptio, eo modo quo ad id petebatur iure communi pubertas. Item quia etsi vltimum valoris professionis complementum sit in illius anni fine, at toto anno est in fieri, & incipit actus professionem inducens. Ergo toto eo anno debet necessariò esse ætas completa petita per Tridentinum. At verius existimo, non esse opus deferri, vel assumi habitum post sexdecim annos: sed satis esse, eam annuam habitus delationem, per quam professio tacita inducitur, expleti completis sexdecim annis. Quia Tridentinum tantùm statuit ne professio valeat ante sexdecim annos expletos. At tunc professio incipit valorem suum sortiri, cùm annus ille delationis huius habitus impletur. Ergo satis est, tunc habere sexdecim annos: quod si impleto eo anno nondum illos habeat, quia statim quando impleuit pubertatem, assumpsit, satis erit si continuetur vsque ad decimum sextum annum, & statim quando ille completur, incipiet professio valere. Quippe correctio iuris est omnino vitanda, vbi ea non apparet apertè. Item quia ideo petit sexdecim annos expletos ad professionem, vt plenè cognoscat profitens quid agat, ac vinculum, quo astringitur. Ergo satis est, vt eam ætatem profitens habeat, cùm primùm incipit eo astringi. Quod est expleta annua delatione post sexdecim annos. Item quia olim & ad legitimum nouitiatum, & ad professionem pubertas desiderabatur, & sufficiebat: quia antea non erat plenus intellectus ad religionem experiendam, & expediendam. Et tamen quamuis Tridentinum mutarit professionis ætatem, petens sexdecim annos completos, non ideo censetur mutasse ætatem ad nouitiatum iure communi petitam, etsi ex inceptione nouitiatus sit professio quasi in fieri. Ergo idem dicendum est in nostro casu. & ex his constat solutio ad contraria. Et ideo hanc partem sustinet Nauar. *lib.3. consil.tit. de regular. in 2.editione consilio 10.n.1.in 2.consil.20.n.1*.

40 Quod si in aliqua religione esset statutum, vel consuetudo præscripta, vt liberum sit nouitios ante professionem expressim expellere, nulla tacita professio valeret. Quia esset dissensus ex parte admittentis. Item quia ea libertate gaudet nouitius ad exeundum, qua contentus ad expellendum. Atque idem est dicendum, si constaret de expressa, vel tacita consensu voluntate non admittendi nisi expressè professus: et vtumque bene

docet Nauar. *lib. 3. consil.tit. de regularibus, in 1. editione, consil.30.n.3.in 2.consil.20.n.3*.

CAPVT IV.

Ex quibus causis reddatur professio tacita irrita.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputandæ sint. n.1.
Iure communi opus erat pubertate ad professionem, nec mutatia supplebat ætatem. n.2.
An in religionibus Insularum, Minorum, & Prædicatorum, desiderabatur ad valorem professionis annus decimi sexti numeri n.3.
Attinet Tridentinum petitur ætas sexdecim annorum: & non sat est vltima dies capta, eisque de momento ad momentum computanda: & qualiter in anno bissextili computetur n.4.
An annus ex qua Gregorius XIII. abstulit decem dies, censeatur integer ad ordines, professionem, nouitiatum, beneficia? n.5.
An in Minimorum religione valeat professio ante octodecim annos? n.6.
An vota biennij in Societate IESV valeant ante sexdecim annos? n.7.
An professio ante nouitiatum annum facta valoris iure communi: & an esset suspensa admittendi illam in ordinibus Mendicantium: & fratres irregulares sic suspensi valeriores? n.8.
An post Tridentinum sit complendus annus nouitiatus de momento ad momentum: & an sit addenda dies etiam in anno bissextili? n.9.
An suspensio olim imposita admittendi ad professionem ante integrum nouitiatus annum, sit ablata per Tridentinum? n.10.
An sponsus, vel sponsa de præsenti transiens ad religionem, possit ante nouitiatus annum profiteri? n.11.
An professus ad aliam religionem transiens, possit ante annum profiteri? n.12.
An debeat profiteri in illa nouæ religione: & habeat sedem iuxta priorem professionis antiquitatem? n.13.
An quando vel sola professio fuit irrita, vel etiam nouitiatus fuit irritus, sit hic reprehendendum? n.14.
An proficiendus tertio monasterii in Abbatem possit ante annum profiteri? n.15.
An monachi ordinis Prædicatorum possint profiteri in materia articulo ante annum: & succedat monasterium in eorum bona? n.16.
An professio ordinum militarium exigat sexdecim annos, & annum nouitiatus? n.17.
An possit renouiari annus nouitiatus? referuntur opinio n.18.
Explicatur sententia auctoris. n.19.
An simplicia biennij vota in Societate IESV valeant ante biennium nouitiatus? n.20.
An finito nouitiatu annus licetat professionem differre? n.21.
Ætas ad nouitiatum quæ sit, & qualiter computanda vel an in anno bissextili: & an maioris supplet ætatem? n.22.
An possit nouitius tradere iuri suo, ut vel nouitiatum, vel professio ante legitimam sine ætatem? n.23.
An ingressus ante legitimam ætatem gaudet nouitiorum priuilegio ita, vt ipsum percutiens sit excommunicatus? n.24.
An valeat professio habito nouitiatu ante legitimam ætatem? n.25.
An in Societate IESV valeat nouitiatus minoris quindecim annis, & maioris quinquaginta: & valeant vota biennij post talem nouitiatum? n.26.
An nouitiatus sit necessaria intra monasterium peragendum? n.27.28.
An sit peragendum in illius religionis habitu? n.29.
An ex ætate annum nouitiatus esse continuum? Refertur quædam sententia. n.30.
Sententia quarta. n.31.

Quid si interpolatio modica fit, aut modico tempore nouitius lateret in monasterio? n. 32. vbi, & quando tempus petitum ad alicuius actus valorem sit pars firma.

Quid si fugeret animo redeundi, nec dimisso habitu? n. 33.

Quid si recederet expleto nouitiatu anno, & postea rediret in idem, vel aliud eiusdem religionis monasterium? n. 34.

An sit reuocatum Mendicantium priuilegium, vt nouitiatus interruptus possit continuari? n. 35.

An professio excommunicati valeat, & peccent profitens, & illum admittens? n. 36.

Quid si virtute rescripti Apostolici profiteretur? n. 37.

An acquirat ius ad vestium à monasterio imperiendum? n. 38.

An idem sit dicendum de professione admissi simoniace? n. 39.

An sit valida professio viri in monasterio monialium, vel feminæ in monasterio virorum? n. 40.

Quid de professione hermaphroditi? n. 41.

Seruus verus, ascriptitius, originarius quando possit validè profiteri. à n. 42. vsque ad 49.

Quid de professione personæ coniugatæ ante, & post matrimonij consummationem, vel ratione diuortij, amentiæ, furoris, aut hæresis alterius coniugis? remissiue. n. 50.

Quid de professione Episcopi, aut parochi? n. 51.

An impotens ad regulam seruandam, possit licitè, & validè profiteri; & sit opus nouitium annos religiosæ asperitates experiri? n. 52.

An demum possit validè ad nouitiatum admitti: vel professio tunc facta ratificetur eo post sanam mentem non contradicente? n. 53.

Quid si tempore nouitiatus furor superueniat: & an id furoris tempus computandum sit in nouitiatu anno: vel an illum interrumpat: sicque excommunicatus percutiens illum tempore furoris? n. 54. 55.

An si interrogatus in religionis ingressu, taceret morbum contagiosum, vel aliud vitium, quo cognito non admitteretur, valeat professio? Referitur quædam sententia. n. 56.

Explicatur sententia authoris. n. 57.

An casu quo valeat professio, possit hic expelli? n. 58.

An admissus cognito eo vitio, possit absque alia causa expelli: & quando expelleretur absque legitima causa, possit contra religionem agere: & expellens peccet? n. 59.

Cum quibus impedimentis tacitis non valeret professio in Societate Iesv? n. 60.

Necessitas parentum, aut filiorum, obligatio ad debita, aut ratiocinia, vel alia crimina in motu proprio Sixti V. narrata, vel omissio informationis ibi petitæ, an reddant professionem irritam? remissiue. n. 61.

Post n. 61. inuenies alia summaria.

1 TRIPLICI nomine potest professio irrita reddi. Primum est ex ipsius profitentis defectu. Secundum, ex parte admitentis. Tertium, ex defectu alicuius rei iure ad professionis valorem petitæ. Et ideo quadruplex est disputanda quæstio. Prima est, quando sit ex profitentis defectu irrita. Secunda, quando ex defectu admittentis. Tertia, quando ex defectu alicuius rei iure petitæ. Vltima, quando in casibus, in quibus professio est irrita, ea vim simplicis voti habeat.

2 QVÆSTIO prima. Quando professio sit irrita ex ipsius profitentis defectu. Multi possunt esse huiusmodi defectus, de quibus seorsum agendum est. Primus est, defectus legitimæ ætatis ad profitendum petitæ. In quo euentu professionem esse irritam fatentur omnes. Et constat ex *c. ad nostram*, & ex *c. significatum, de regular.* & ex *c. 1. eodem tit. in 6.* & ex *Clem. final. eodem tit.* & ex Tridentino *sess. 25. de regular. c. 15.*

Hæc autem ætas erat iure antiquo pubertas completa: nempe in viro decimus quartus annus completus, in fœmina verò duodecimus completus: nec sufficiebat ætas illa incepta, vt apertè deciditur *eo. tit.* & *ex. c. ad nostram*, & *eo. c. significatum.* & fatentur vniuersi. Et quamuis olim Hugo senserit malitiam posse supplere hanc ætatem: quando, nimirum, propè pubertatem quispiam ita pleno intellectu gauderet, vt optimè nosset quid profitendo faceret; quia *c. possulasti, de regular.* habebatur quoddam verbum id denotans: at iam id sublatum est; & hoc tarsquam rem certissimam, nempe, nullatenus posse malitia ætatem suppleri, docent omnes scribentes cum Glossa *eo. c. possulasti, fine.* & *eo. c. significatum.* & D. Thom. ab omnibus Theologis receptus, 2. 2. q. 88. *ar. 9. in fine corporis*, & *q. vltima, ar. 5. corpore.* Nec obstat (vt optimè ait Caiet. *eo. art. 9. ad finem*) solemne ordinis sacri votum valere ante eam ætatem, & in matrimonio carnali malitiam supplere ætatem. Quia cùm hæc ex iure positiuo pendeant, & in illis sit ita statutum, non autem in professione; ideo in hac non est idem dicendum, quod in illis. Et ratio potest esse ob nimiam religionis austeritatem.

In religionibus Insularum, eo quod asperior sit ibi religionis obseruatio, petebatur ad professionē ætas octodecim annorum. *c. quia in Insulis, de regular.* Quem textum extendunt aliqui ad fratres Prædicatores, & Minores: quod eorum religio sit quoque valde aspera; & ita militet in eis eadem ratio. Ita docent Abbas *eo. c. quia in Insulis. n. 3.* & ibi Anchar. *n. 1.* Angelus *verbo nouitius. n. 2.* At iure optimo Sylu. *verbo religio. 3. q. 2.* eam extensionem latè reprobat, dicitque etiā in illis Insularum monasteriis reuocatum esse id decretum contrario vsu. Quam reuocationem testantur etiam Ioan. Andr. *eo. c. quia in Insulis. n. 1.* & ibi Anton. *n. 6.* Paludanus, quem refert, & sequitur D. Antonin. *3. p. tit. 16. c. 4. in fine principij.* Nauar. *lib. 3. consil. tit. de regular. in 1. editione, consil. 41. n. 2. in 2. consil. 33. n. 2.* Quamuis autem id decretum vim modò haberet, valeret vtique professio ante eam ætatem facta, dummodo completa pubertate fieret. Quod duplici ratione probant Doctores allegandi. Prior est, quod eo iure in nouitij fauorem inducto integrum sit ipsi cedere. *c. ad Apostolicam, de regular.* Sed hæc ratio nullatenus placet: quia *eo. c. ad Apostolicam*, solius anni nouitiatus renuntiatio conceditur. At non est eadem ratio de ætatis ad profitendum petitæ renuntiatione (vt optimè expendit Nauar. *lib. 3. consil. tit. de regularibus, in 1. editione, consil. 22. n. 1. & 4. in 2. consil. 15. n. 1. & 4.*) quod annus nouiatus sit in priuatum profitentis fauorem inductus: & illi integrum erat iure suo cedere. At interdictum ne professio ante legitimam ætatem fiat, respicit publicam vtilitatem: ac proinde nil prodest ea renuntiatio. Posterior ratio est, quia in eo textu nullum est verbum reddens irritam professionem antea factam. At simplex Ecclesiæ interdictum, & maximè si causam temporalem interdicendi habeat, sicut non reddit irritum matrimonium carnale (vt latè probauimus *lib. 7. de matrim. tota disput. 1.*) ita non reddet irritam professionem, quæ matrimonium spirituale est. Et hæc ratio placet. Et ita hanc partem sustinent Abbas *eo. c. quia in Insulis. n. 4. & 5.* Sylu. *verbo religio. 3. q. 4.* Rosella *verbo nouitius. n. 10.* & ibi Angelus *n. 3.* Armilla *n. 4.* Tabiena *q. 3. n. 4.* Quamuis Host. *eo. c. quia in Insulis fine*, & ibi Ioannes Andr. *n. 3. fine*, videantur sentire contrarium, sed minus bene.

4 Attento autem Tridentini decreto *sess. 25. de regular. c. 15.* in quacumque virorum, vel mulierum religione, vt professio valida sit, exigitur decimus sextus annus completus. Sic enim expresè ibi deciditur. Et quāuis aliquis posset existimare satis esse, vltimam illius decimi sexti anni diem inceptam esse, ob rationes quas adduximus *lib. 2. de matrim. disput. 44. n. 22.* at ibi probauimus ex multis id non sufficere, sed eam ætatem complendam esse de momento ad momentum: & quando annus est bissextilis, reputari duplicem diem pro vna. Et ita si illa ætas compleatur anno bissextili, sexto Kalendas Martij, id est, à 24. de Hebrero, complenda erit in die sequenti, quæ similiter numeratur sexto Kalendas Martij, id est, à 25. de Hebrero, in puncto horæ respōdenti puncto diei natiuitatis (vt ibi probauimus.) An verò hoc decretum habeat locum in religionibus militaribus, dicemus n. 17.

5 Quam

5 Quamuis autem hoc ita sit, placet quod tradit Henriquez *lib. 13. de excom. c. 40. n. 2. in commens. litera O.* nempe, annum 1582. ex quo dies decem abstulit Gregorius XIII. reputari annum integrum ad ætatem professionē petitam, nec supplendas esse dies illas decem ex alio anno. Quod idem de ætate ad sacros ordines petita, tradunt idem Henriquez *lib. 10. de sacram. ordinis c. 19. n. 2.* & Manuel *9. regular. tomo 3. q. 15. ar. 5. versic. ex qua resolutione.* Atque idem sentiendum est de ætate ad quæcumque officia, & beneficia iure petita, & de anno nouitiatus. Quia omnium horum vna est ratio, quod Gregor. XIII. ea ad quæ non reputari integrum voluit, expresè excepit: nimirum, ea quæ sunt in tertij præiudicium, vt solutiones censuum, & locationum. Quare quoad cætera manet integer.

6 Sed duplex restat difficultas circa hanc ætatem ad sui valorem petitam. Ratio dubitandi est; quia in eorum regula. c. 2. decernitur, nullam ad professionem admittendum, nisi octodecim annos attigerit, & ita eguntur hi anni incepti. Nec huic decreto derogat Tridentinum *sess. 25. de regular. c. 15.* Quippe tantùm statuit nullibi professionem fieri posse ante sexdecim annos completos. Ex quo non sequitur professionem ea ætate factam, fore semper validam: sed tantùm sequitur ex vi eius decreti non fore irritam. Si tamen aliunde irrita sit, Concilium id non tollit. Immò idem Tridentinum *ead. sess. c. 22.* expresè decernit intentionis suæ non esse, eximere regulares sub arctiori vita iuxta eorum statuta viuentes ab eorū statutis. & ideo Nauar. *lib. 3. consil. tit. de regul. in 1. edit. consil. 20. n. 4. in 2. consil. 25. n. 4.* in eam partem inclinat, vt ea professio sit irrita. Dicitūrque, eo quod actus factus contra legis interdictum non teneat. *l. non dubium. C. de legibus.* Secundò, quia nequit consensu religionis, & nouitij renuntiari ætati ad professionem petitæ (vt n. 3. probauimus.) At rationes hæ non concludunt. Quia non omnis actus contra legem factus, est ipso iure irritus. Nec professio est irrita, ex eo solùm quod contra simplex interdictum emittatur (vt n. 3. probauimus.) Nec valor huius professionis innititur alicui eius constitutionis renuntiationi: sed quod in ea sit simplex interdictum absque aliquo decreto cassanti. Sic enim dicit; *Accipiantur in fratres qui apti existant, & ad minus decimum octauum annum attingant.* Deinde quia huius constitutionis transgressori triduanum iciunium in pane & aqua imponitur. Grauior autem pœna imponenda esset, si foret professio irrita. Adde communem esse sententiam in *eo. l. non dubium*, actum gestum contra legem non esse irritum, quando illa lex pœnam imponit transgressoribus, qualem ea constitutio statuit. Et ideo hanc partem sustinet Manuel *9. regular. tomo 3. q. 17. ar. 20.*

7 Posterior difficultas est, an iuxta prædictum Tridentini decretum *sess. 25. de regularibus. c. 15.* simplicia biennij vota in Societate Iesv emissa ante sexdecim annos completos valeant? Pars negans inde valetur probari, quod id decretum de sola professione solemni loquatur. Nec est eadem ratio de illis votis simplicibus, quæ multo facilius dissolui valent, ac habent tacitam conditionem ex parte perpetuitatis. Item quia idem Tridentinum statim *cap. 16.* ait se nihil intendere innouare circa institutum Societatis Iesv. Ex alia parte videntur ea vota irrita, etiamsi emittantur Generali Societatis Iesv dispensante: quod Tridentinum intendat ne quispiam ante eam ætatem religioni tradatur perpetuo vinculo, quo verus religiosus fiat: ita vt amplius resilire non sit ipsi integrum. At per ea vota verè traditur votens religioni vinculo ex parte sua perpetuo, & indissolubili, efficiturque verus religiosus, non minus quàm professi cuiuscumque religionis; vt constat ex extrauag. *ascendente* Gregorij XIII. ergo id decretum ea quoque vota complectitur. Nec obstat Concilium noluisse derogare constitutionibus Societatis Iesv. Quia in hoc non derogarit: cùm iuxta eas maior ætas ad ea emittenda desideretur. Nam nouitiatus durat biennio: & ad nouitiatū nemo admitti valet ante quindecim annos completos (vt dicemus n. 26.) Item quia si Tridentinum in eo decreto non comprehenderet Societatē Iesv, valeret quoque solemnis professio emissa in illa ante sexdecim annos completos. Quod credo nullum dicturum. Tandem quia si in eo decreto non comprehendunturhæc vota, non comprehenderentur quoque in decreto iuris communis antiqui irritant reddentis professionem ante pubertatem factam. Atque ita posset quispiam se his votis astringere, fieriqueverus religiosus, vbi primùm vsum rationis adipiceretur. Sicut posset tunc alis votis simplicibus ligari. Et ideo hāc posteriorem partem esse magis rationi conformem existimo: nempe, ea vota facta ante sexdecim annos completos irrita reddi per id decretum. An verò ea sola ætas sufficiat, dicemus n. 26.

8 Secundus defectus ex parte profitentis est, quando nondum absoluto nouitiatu anno profiteretur. Et quidem si ad ius commune antiquum attendamus, professio fieri poterat nullo nouitiatus tempore elapso, sed ipsi die receptionis habitus, aut ipso non recepto, volentibus nouitio, & monasterio; vt constat ex *c. ad Apostolicam, de regular.* & *c. constitutionem, eodem tit. in 6.* At funcitum erat in *eo c. ad Apostolicam*, ne Abbates passim, & inconsiderātè, sed iustis causis ducti quempiam ad professionem admitterent ante nouitiatus annum: & aliter admittentes esse animaduersione debita corrigendos. Excipiuntur tamen religiones Minorum, & Prædicatorum, ad quas non poterat quispiam admitti ante exactum probationis annum, vt habetur *c. cum solum, de regular. in 6.* Quod decretum extenditur *c. constitutionem eodem tit.* & *lib.* ad cæteros Mendicantium ordines. Quod si in his admitteretur professio ante eum nouitiatus annum, ea obligaret non ei religioni speciali, sed religioni in genere; vt clarè colligitur ex *eo. c. non solùm*, ibi. *Decernimus eum qui taliter receptus fuerit, nullatenus vestro ordini esse obligatum.* Et docent ibi Glossa *verbo vestro*, & *eo. c. constitutionem, verbo obligat.* Sylu. *verbo religio. 3. q. 4.* & communiter Doctores. At verò id decretum haberet locum in religionibus Mendicantibus monialium: Affirmabant quidam; alij verò negabant, vt potest videri in Sylnestro *ibi. q. 4.* Insuper admittentes ad professionem in ordinibus Mendicantibus, nondum expleto nouitiatus anno, incurrebant ipso facto suspensionem à receptione quorumliber eiusdem ordinis ad professionem: atque pœnis subiiciebantur quas fratribus eiusdem ordinis pro culpis grauioribus infligi consuerum est. Habetur expresè *eo. c. non solùm, in fine.* Peccabāneque mortaliter sic admittendo; quia id ibi graues interdicitur. At si non obstante ea suspensione admitterent quemquam ad professionem, non incurrebant irregularitatem. Quia hæc solùm incurritur, quando suspensus ab ordinis actu, illum exerceat: admissio autem ad professionem non est actus ordinis. Atque ita docent Dominicus *eo. c. non solùm. n. 10.* Sylu. *verbo religio. 3. q. 17.* Rosella *verbo nouitius. n. 4. & 6.* & ibi Angelus *n. 3. & 4.* Tabiena *q. 3. & 4. n. 4. & 5.* Azor. *lib. 12. instit. moralium. c. 5. q. 6.*

9 At hodie attento decreto Tridentini *sess. 15. de regularibus. c. 15.* in nulla religione virorum, aut mulierum, valet professio emissa ante completum nouitiatus annum. Qui annus habet esse completus de momento ad momentum, nec oportet illi addere vnum diem, præterquam in anno bissextili, vt probauimus c. præcedenti. n. 31. fine. Quid autem de anno reformato per Greg. XIII. diximus in hoc c. n. 5.

10 Sed dubitatur, an post hoc Tridentini decretum habeat locum ea suspensionis pœna, de qua n. 8. egimus. Ratio dubitandi est, quia ante Tridentinum ea professio ante annum nouitiatus emissa vim habebat obligandi religioni in genere (vt diximus n. 8.) At post illud, omni

obligandi vi destituitur (vt in eo decreto expresè dicitur.) Ergo cessat suspensio olim ei adnuisset ad professionem imposita. Quæstio hæc est similis illi quam disputauimus *lib. 3. de matrim. disput.* 3. nempe, an pœnæ olim matrimonio clandestino inflictæ dum id erat validum, cessent post Tridentinum quod illud irritum reddidit? Atque Doctores quos ibi n. 3. retulimus, dicentes eas pœnas non cessasse, dicent similiter in hoc casu suspensionem non esse ablatam. At tenentes sententiam nostram dicentem eas cessasse, quam ibi. n. 5. latissimè probauimus, dicent similiter hanc suspensionem ablatam esse. Et ita dicendum est: quia (vt ibi probauimus) pœnæ alicui statui statutæ locum non habent, quando is actus irritè fit.

1 Aliqui tamen casus à quibusdam excipiuntur, in quibus valida est professio non expleto nouitiatus anno. Primus est, quando sponsus, aut sponsa de præsenti transit ad religionem, matrimonio nondum consummato. Tunc enim non est annus expectandus, sed intra bimestre cogendus est profiteri, aut ad matrimonium redire sponsus ille religionem ingressus, & similiter sponsa ingrediens, ne manens in sæculo cogatur tandiu expectare. Ita docent aliqui, quos, & eorum rationes retulimus *lib. 2. de matrim. disput. 24. n. 6.* vbi id esse probabile diximus. At contrarium ibi. n. 7. cum aliis approbauimus, & nunc approbamus, nempe non valituram professionem donec integer nouitiatus annus explearur. Quod præter allegatos ibi, tenet Manuel *quæst. regular. tomo 3. q. 23. ar. 4.*

2 Secundus casus est, cùm professus in religione non mendicanti transit ad aliam non mendicantem. Quia cùm iam in priori religione expertus sit religionis asperitates, non indiget nouo probationis anno in ea, ad quam transit. Atque implicat eundem esse veteranum, & tyronem. Ita docet Corduba *in summa, in priori editione q. 38.* Immo Henriquez *lib. 13. de excom. c. 40. n. 2. in commento, littera O.* dicit idem, etsi ille ad religionem strictiorem, vt ad Carthusiam, transiat. Atque generaliter transeuntem ad aliam religionem non indigere nouitiatu, tradit Sotus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo nouitius, post 2. notabile. §. sed an requiratur integer annus.* At nullo modo hunc casum admitto, sed omnino existimo transeuntem ad quamcumque aliam religionem teneri anno integro illam expetiri, vt validè profiteatur. Ducor, quod Tridentinum generaliter petat ad validam professionem præmitti annum nouitiatus. At hic in illa alia religione profiteri denuo debet. Ergo præmittendus est nouus nouitiatus. Nec implicat eundem esse veteranum in vna religione, & tyronem in alia. Insuper quia in diuersa religione hic profiteretur. Ergo antea illius asperitates expertus est: & religio eius mores. Cùm passim contingat aptissimum vni religioni esse inepti ssimum alteri. Et ideo ita docent Nauar. *lib. 3. consil. tit. de regular. in 1. editione, in consil. 49. n. 4. & in consilio 53. n. 5. in 2. consil. 61. n. 4. & consil. 62. n. 5. & consil. 77. n. 4.* Emmanuel Sà *summa, verbo religio. n. 35.* Azor *lib. 12. instit. moralium. c. 14. q. 15.* Manuel *quæst. regular. tomo 3. q. 15. ar. 11. & tomo 2. summa. c. 6. n. 10.* Et ideo Corduba in 2. editione, *eadem q. 38.* dixit id quod in 1. editione dixerat, correctum esse videri per Tridentinum. Nec obstat Leonem X. concessisse transeuntem de vna religione ad alteram, posse ante probationis annum profiteri, de consilio discretorum monasterij in quo profitetur. Quia (vt bene ait Manuel *eo. ar. 11. fine*) id priuilegium cessauit per non vsum. Cui addo per Tridentini decretum esse quoque ablatum: quia vniuersaliter decernit nullam in posterum professionem fore validam, non præmisso nouitiatus anno.

3 Hinc deducitur, hunc necessariò professurum esse in religione ad quam transit, si religiosus ipsius futurus sit: cùm prioris religionis professio ad hoc non conferat. Atque ita docent Nauar. *lib. 3. consil. tit. de regular. in 1. editione, 2. tomo consil. 3. in 2. eiusdem consilio 60.* Manuel 2. *tomo summa. c. 6. n. 10.* vbi bene subdit, hunc habituum antiquitatis sedem iuxta antiquitatem huius posterioris professionis.

At quando expressa professio in aliqua religione fuit 14
ex aliquo defectu irrita: præmissus tamen est integer nouitiatus annus validus, non est opus ad eam ratam habendam nouo nouitiatu. Quod probauimus *lib. 7. de matrim. disput. 37. n. 45.* Atque ibi n. 46. retulimus aliquos dicentes nouitiatum repetendum, quando is fuit irritus. Quod idem tenet Manuel *quæst. regularibus, tomo 3. q. 11. ar. 3.* At n. 47. & 48. sustinuimus, & nunc sustinemus iterandum non esse, quamuis publicè constaret professionem, & nouitiatum fuisse irrita. Quod extendimus ibi n. 49. etiamsi professio fuerit irrita defectu legitimæ ætatis. Atque n. 50. id extendimus ad casum quo professio fuit irrita, eo quod facta sit non præmisso integro nouitiatus anno: sed sufficit professionem illam ratificari completo tempore, quod illi anno deerat. Et n. 51. diximus id quoque esse verum, quando professio fuit irrita ratione metus, etsi nouitiatus etiam eodem metu affectus sit. Atque n. 52. idem defendimus, quando professio, & nouitiatus essent irrita ratione inhabilitatis perpetuæ profitentis. Tunc enim impetrata dispensatione, satis esset non iterato nouitiatu professionem iterari. Atque n. 56. idem defendimus, quando nouitiatus, & professio irrita essent defectu veri consensus profitentis. Atque n. 54. & 55. latè disputauimus, quid si vtrumque irritum esset, eo quod præmissa non sit informatio perita in motibus propriis Sixti V. & Gregorij XIV. Sed iam ea disputatione opus non est: quia Clemens VIII. statuit vtrumque valere, reuocans quoad hoc eos motus proprios. Et tandem n. 57. tradidimus normam, qua absque nota posset iterari nouitiatus, si quispiam ad maiorem conscientiæ securitatem, & ad vitandas opiniones, vellet illum iterare. Quæ est, deregere superiori sub confessionis sigillo vitium prioris nouitiatus, & professionis, & petere vt ipsum denuo admittat ad nouitiatum peragendum inter reliquos professos eorum habitu retento. Quod si admissioni illi sit necessarius consensus monasterij, poterit superior illius suffragia petere, tacito professi nomine, & explicata prioris professionis nullitate. Et tandem potest secretò pro foro conscientiæ impetrari dispensatio Pontificis eum nouitiatum supplentis.

Tertius casus est quoad ea monasteria quæ capita 15
sunt, atque filiæ illorum nuncupantur primates ordinum, & Abbatiæ, siue Prioratus. Si enim Abbatia detur alicui in commendam, tenetur intra semestre profiteri, vt decernitur in Tridentino *sess. 25. de regular. c. 21.* Et ita hic casus excipitur à generali lege tradita *eadem sess. c. 15.* nempe, vt nulla professio emittatur ante integrum nouitiatus annum. Atque ita docent Corduba *summa q. 38.* Henriquez *lib. 13. de excom. c. 40. n. 2. commento, littera O.* Manuel 2. *tomo summa. c. 6. n. 10.*

Quartus casus est, cùm moniales ordinum Prædica- 16
torum habentes sexdecim annos, sunt in mortis articulo constitutæ, profiteri possunt, etsi nondum integrum nouitiatus annum peregerint. Id enim Pius V. in quodam motu proprio illis concessit, qui incipit; *Summi sacerdotij cura.* cuius tenorem refert Manuel *quæst. regularibus, tomo 3. q. 15. ar. 6.* Et ita defendit ibi posse fieri, dicens non esse reuocatum à Gregorio XIII. Quippe tantùm reuocauit quæ contra Tridentinum concesserat Pius V. circa statum, & regimen monialium. Vel secundò ait, ea pro solo foro externo esse reuocata. Atque idem priuilegium habere nunc vim docet Henriquez *lib. 13. de excom. c. 40. n. 2. in commento, littera R.* Sed subdit Manuel ibi, virtute huius professionis non posse monasterium succedere in profitentium bona, intenientium ab intestato præiudicium. Tum quia Pontifex id tantùm concessit ad nouitiæ consolationem, ne spirituali professionis fructu moriens defraudaretur; vt in eo motu proprio ipsemet Pontifex testatur. Tum etiam

etiam quia Pontifex nunquam intendit quæsito alterius iuri derogare. At existimo monasterium succedere eodem prorsus modo, quo succedit in bona profitentium legitimo anno nouitiatus peracto. Ducor, quod etsi concessionis finis sit consolatio nouitiæ, spiritualisque ipsius fructus, & nulla successionis monasterij in bona mentio ibi fiat: at vbi semel virtute illius priuilegij professa est, redditur verè in posterum professa, nec ad pristinam sanitatem restituta indiget alia professione, sed fruetur omnibus professarum priuilegiis. At eo ipso quod aliqua persona profitetur, succedit monasterium ipsi. Quare Pontifex nulli iuri alterius in hoc derogat. Ius enim venientium ab intestato est, vt ea moniali decedente nouitia, & intestata, ipsi succedant. Quando autem virtute priuilegij profitetur, non decedit nouitia.

17 Quintus casus est in ordinibus militaribus equitum D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, & D. Ioannis, in quibus existimo non habere locum decretum Tridentini *sess. 25. de regular. c. 15.* quoad ætatem profitendi, & annum nouitiatus, secluso peculiari statuto, si quod habent. Atque ita contra alios probaui *lib. 7. de matrim. disput. 44. n. 8.* & præter authores ibi pro mea sententia allegatos, eam quoque tenent Nauar. *lib. 3. consil. tit. de regular. in 1. editione, consil. 25. n. 10. in 2. consil. 10. n. 10.* & Azor *lib. 13. instit. moralium. c. 4. q. 2.* dicens sic declarasse congregationem Cardinalium, atque solitos esse eos profiteri statim ac decimum tertium annum excedunt, & ante nouitiatus annum.

18 Vltimus casus est iuxta aliquorum opinionem, quando ex peculiari aliqua causa iusta nouitius & monasterium renuntiant nouitiatus anno, iuxta *c. ad Apostolicam, de regular.* Id enim concurrenti ex causa iusta non aufert Tridentinum *eo. c. 15.* Ita docet Henriquez *lib. 13. de excom. c. 40. n. 2.* Atque id forsan posse disputando defendi tradit Nauar. *lib. 3. consil. tit. de regular. in 1. editione, consil. 23. n. 5. in 2. consil. 62. n. 5.* Idque probatur, quia lex generalis etiam posterior generaliter loquens, limitatur per legem specialem priorem: & quando lex antiqua casum specialem statuit, lex noua generaliter loquens non censetur illi derogare, quoad illum casum specialem (vt latè probauimus *lib. 2. de matrim. disput. 24. n. 6.*) At *eo. c. 15.* statuitur regula generalis, vt professio non valeat ante expletum nouitiatus annum. Nec aliquius iuris antiqui derogatio ibi additur. Non ergo censetur derogare casui speciali decisio in *d. c. ad Apostolicam*, vt liceat ea professio, quando monasterium, & nouitius cedunt illo nouitiatus anno, in fauorem ipsorum introducto. Cùm regula iuris sit, integrum esse cuicumque cedere iure in fauorem ipsius introducto. *c. gratum, de reg. iuris. & l. Si quis in conscribendo. c. de pactis.* Et confirmatur, quia Tridentinum *c. 16.* immediatè sequenti decernens renuntiationem nouitij non seruato ordine ibi præscripto fore irritam, expressit nil profuturum expressam eius fauoris renuntiationem. Cùm ergo in *d. c. 15.* non exluserit renuntiationem anni nouitiatus, non censetur eam improbare; eo vel maximè quod *d. c. ad Apostolicam* approbata sit, & iuris correctio vitanda omnino sit.

19 Cæterùm quamuis hæ rationes valde vrgere videantur, tenendum omnino est, nullatenus prodesse renuntiationem anni nouitiatus: sed ea non obstanti professionem fore irritam; & derogatum esse in hoc textui *c. ad apostolicam, de regular.* Quare inte optimo Nauar. *eo. n. 5.* asserit partem hanc in iudicando, & consulendo tenendam esse. Quod idem sustinent Manuel 2. *tomo summa. c. 6. n. 10. & quæst. regularibus, tomo 3. q. 15. ar. 7.* Azor *lib. 12. instit. moralium. c. 4. q. 9.* Et hoc omnium religiosorum praxis vbique testatur. Idque latissimè probat Nauar. *eiusdem consilio.* Sed potissima huius ratio est, quia etsi lex generalis posterior non intelligatur regulariter derogare legi speciali priori: at id fallit, quando contrarium constat ex legis generalis intentione. At ex tenore decreti Tridentini *eo. c. 15.* & ex eius ratione manifestè colligitur intentio derogandi iuri antiquo hanc renuntiationem admittenti. Tum quia per verba negatiua loquitur, statuens ne ante nouitiatus annum fiat professio, & ne aliter facta valeat. Et cùm negatio quidquid post se inuenit destruat, ea regula est vniuersaliter intelligenda. Tum etiam quia in eo decreto Tridentinum ductum est, vt nouitius norit quam vitæ rationem susceperit, experiatur que illius difficultates, & an vires suppetant ad eas toto vitæ cursiculo perferendas: ne ante annum primo vocationis feruore ductus, facilè profiteatur, & postea quando omni iam retrocedendi remedio destitutus est, facillimo negotio professionis leuiter emissæ pœnitentiam concipiat, & vitam miserrimam, angoribusque plenam transigat. Quæ ratio postulat nulla ratione admittendam esse renuntiationem anni nouitiatus. Atque ita Tridentinum in eo decreto non solùm priuatum nouitij fauorem attendisse videtur, sed publicum bonum quoque, ad quod spectat ne professio temerè, & absque debita religionis experientia fiat. Præterea, quia intellectum id decretum, vt eam renuntiationem admittat, & frustratetur omnino, & parum, aut nihil induceret. Cùm etiam ante id decretum professio facta sine nouitij, & monasterij consensu renuntiantium anno nouitiatus, non valeret. At decreta etiam in materia stricta, iurisque correctoria, sunt interpretanda ita vt non frustrentur. *c. in his, de priuileg. & c. si cuiuis, de sent. excom. in 6.* Tandem, quia Tridentinum vrens tam rigidis verbis, totiesque id repetens, videtur id clarè significare, dum dicit, *in quacumque religione.* & iterum, *tam virorum, quàm mulierum.* Rursus, *non fiat.* & iterum, *non admittatur.* & rursus, *sit nulla.* & tandem, *nullum effectum habeat.* Quippe verborum geminatio quoddam mysterium, vimque specialem in se continet; vt testatur Glossa *Clem. 1. verbo diœcesani, de iure patron.* Et ex his constat solutio ad obiecta in contrarium.

Sed specialis difficultas est in Societate IESV, an 20
ante biennium nouitiatus petitum per eius constitutiones *par. 4. c. 3. §. 3.* vt aliqui admittantur ad simplicia biennij vota, per quæ veri religiosi efficiuntur, & desinunt esse nouitij, possint validè ea emitti renuntiantibus nouitio & religione? In qua re primò certum videtur, quod si ea vota emittantur ante expletum biennium sine dispensatione Generalis, ea esse prorsus irrita quoad constituendum statum religiosum, vnde illa emittens non efficitur verus religiosus, nec Societati incorporatur, nec Societas aliquod ius in illum adquirit. Ratio est, quia nullus superior Societatis habet facultatem admittendi ea vota, per quæ quis incorporetur Societati, nisi Præpositus generalis, & cui ipse eam communicauerit, vt constat ex eius constitutionib. *p. 5. c. 1. & p. 9. c. 3. §. 1.* At Præpositus generalis nullis alteri superiori locali, nec Prouinciali communicat facultatem incorporandi aliquem in Societatem nisi expleto biennio probationis, immo prohibitus est illam communicare, vt constat ex verbis sanctæ congregationis infrà citandis. Ergo si de facto aliquis superior Societatis sine dispensatione Generalis ea vota admitteret, talis admissio esset prorsus irrita, atque adeò & ipsa vota essent irrita, nec vouens maneret ex vi illorum obligatus ad aliquid, cùm non habuerit animum se obligandi, nisi ex suppositione quod sua vota admittantur. Neque adeò est necessarium decretum ea irritans, sed satis est, quod admittantur à non habente potestatem ea admittendi (vt dicemus n. 26.) sicut si Prælatus non haberet potestatem admittendi professionem alicuius, & illam de facto admitteret, non esset necessarium decretum irritans, vt illa professio esset invalida; sed sufficeret, quod non esset potestas in admittente. Tota ergo difficultas est, an Generalis Societatis possit dispensare

in contrahendo illo biennij tempore, ita vt ante illud expletum possit quis ea vota validè emittere, & per illa Societati incorporari, & verus illius religiosus fieri? Videtur enim non posse, quia *in 5. parte consilii. c.1.§.3. in declarationibus, littera C.* vbi ea facultas conceditur Generali, tantùm videtur esse fermo de facultate contrahendi illud biennium ad professionem in aliquo casu raro: non verò ad contrahendum illud ad alia vota simplicia, per quæ quis incorporatur Societati, quia ad illud contrahendum ad professionem possunt occurrere graues causæ; vt quod profitens efficiatur inhabilis ad maioratum, &c. quæ non possunt occurrere ad illud contrahendum ad vota simplicia. Deinde, quia licèt talis facultas in constitutionibus Præposito generali concederetur: at suprà congregatio videtur eam illi abstulisse canone 10. his verbis; *In nullo casu exercere liceat facultatem contrahendi biennij spatium ad hoc, quod qui sic ante expletum biennium confecerit verum religiosum, & simplicitèr approbatus per emissa vota simplicia Societatis.* Et denique, quia nec Generalis, nec tota Societas cedere potest iuri, quod habet ad experiendos nouitios per biennium in constitutionibus à sede Apostolica approbatis petitum, & toties in bullis Pontificijs repetitum: sicut neque aliæ religiones cedere possunt anno integro probationis statuto à iure communi. Nihilominus omnino certum videtur, Generalem Societatis posse dispensare in contrahendo prædicto biennij tempore: & si de facto dispenset, & cum tali dispensatione prædicta vota in Societate admittantur, ea esse valida, & emittentem per illa Societati incorporari, & verum illius religiosum fieri, dummodo integrum annum probationis peregerit. Ita tenet Suarez, & multi viri doctissimi ex Societate de hac re consulti. Probatur primò, quia licèt in constit. Societatis, *p.4.c.1.n.5.* habeantur hæc verba, *tempus admittendi modo suprà dicto* (scilicet per professionem, vel vt per vota simplicia illi incorporetur) *in vniuersum loquendo intra biennium esse oportebit.* At postea in declarationibus, quæ eandem autoritatem habent, ita additur; *Quamuis hoc ita se habeat, ita & contrahi hoc spatium quibusdam in casibus, ex causis tamen non leuis momenti, iudicio Præpositi generalis (cuius erit dispensandi ius) licebit.* Ex quibus verbis apertè constat vniuersaliter concedi Præposito generali facultatem ad contrahendum biennij tempus, vt aliquis Societati incorporetur, siue per professionem, siue per vota simplicia: nam cùm declaratio vniuersaliter loquatur de dispensatione biennij ad omnes modos incorporandi aliquem in Societatem, quos R.P. N. Ignatius n.1. explicuerat, & de quibus proposuerat se actorum, non est, vnde facultas tam vniuersaliter concessa Præposito generali ad contrahendum biennij tempus, limitetur ad solam professionem. Neque suprà congregatio in canone 10. citato hanc facultatem Præposito generali abstulit, sed solùm prohibuit, quod est valde diuersum: nam multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent; vt constat in omnibus legibus prohibentibus aliquem actum, & illum non irritantibus: & hoc satis significat verbum, *non liceat*, quo vsa est congregatio, quod non significat ablationem potestatis, sicut verbum, *non possit*, & adhuc euidentius id constat ex decreto 12. eiusdem congregationis: nam post verba canonis citata subdit; *per hoc tamen non intenditur hanc declarationem abrogari, sed solum facultatem, quæ in ea conceditur vsum prohiberi.* Ecce quàm apertè congregatio declarat, Præposito generali non auferri facultatem quam ex constitutionibus habet ad dispensandum in contrahendo biennij tempore, non solùm ad professionem, sed etiam ad vota simplicia, sed solum vsum prohiberi; & decreto 63. eadem congregatio approbat prædictum decretum, & reddit rationem, quare licèt vsum prohibeat, adhuc illa facultas Præposito generali concessa, non sit otiosa, quia satis (inquit) est, vt in aliquo casu effectum habeat, scilicet in contrahendo biennio ad professionem. Cùm ergo Generalis habeat prædictam facultatem, si de facto dispenset contrahendi biennij tempus ad vota simplicia, licèt faciat contra prohibitionem congregationis: at factum tenebit, & admissio votorum, & vota ipsa valida erunt. Secundò probatur eadem conclusio, quia licet in declaratione citata non ita expresè concederetur Præposito generali facultas dispensandi in contrahendo biennij tempore ad vota simplicia, adhuc per ipsas constitutiones à Sede Apostolica approbatas illam habet; nam certum est, totam potestatem Societatis communicatam esse Præposito generali, illis dumtaxat exceptis, quæ Societas expresè illi abstulit (vt constat ex *parte 9.c.5.§.1.& 8.*) vbi etiam in particulari conceditur illi facultas ad dispensandum in omnibus constitutionibus. Ergo cùm hæc facultas ad contrahendum biennium ad vota simplicia non sit illi ablata, licèt vsus sit prohibitus, poterit eam dispensationem validè concedere; ac proinde vota virtute talis dispensationis emissa, & acceptata, erunt valida: & tandem, quia Præpositus generalis est in possessione huius facultatis: & non constat illi esse ablatam. ergo non est expoliandus sua possessione, cùm in dubio melior sit conditio possidentis. Neque obstant in contrarium adducta: nam ad primum articulum, cùm satis constet ex dictis Præpositum generalem habere illam facultatem etiam ad vota simplicia, nec illi esse ablatam per sanctam congregationem. Neque obstat, quod non possent occurrere causæ adeò graues ad hanc dispensationem ad vota simplicia, sicut ad professionem. Quia hoc tantùm probat, quod tunc dispensatio non tam licèt fieret, non verò quod sit irrita: immo sæpe potest occurrere casus, in quo Præpositus generalis iudicet expedire hanc dispensationem concedere, & vota simplicia. Vt siquis per aliquot menses fuisset in Societate, & dimitteretur, hic si postea iterum in illa reciperetur, posset Generalis illos menses in partem nouitiatus computare, & dummodo nunc integrum annum probationis agat, illum ad vota simplicia incorporandum admittere. Ad tertium negandum est, quod Societas, & Generalis non possint cedere iuri, quod habent ad probandos nouitios per biennium; nam constitutiones Societatis per Sedem Apostolicam approbatæ eam facultatem Generali concedunt (vt vidimus.) Sicut ius commune ante Tridentinum illam concedebat aliis religiosis, præter Mendicantes (vt diximus n.8.) dummodo fieret ex consensu nouitij: quamuis Trid. *sess.25. c.15.* iam abstulerit illam facultatem omnibus religiosis, reddens irritam professionem, quæ fuerit non expleto integro probationis anno. Ex his sequitur Generalem Societatis posse dispensare in vno anno probationis ad emittenda vota simplicia, per quæ quis Societati incorporetur; & dummodo integer annus probationis præcedat, validè emittentur. At non poterit dispensare, vt non præcedat integer annus; quia decretum Tridentini quoad hoc à fortiori comprehendit Societatem, nam propterea circa illius constitutiones nihil innouare voluit; quia supponebat ipsas constitutiones non solùm vnum, sed duos annos probationis petere. Neque obstat, quod loquatur de professione; quia nomine professionis intelligit vota substantialia, quæ constituunt statum religiosum, & per quæ quis incorporatur religioni, & verus religiosus efficitur, vt constat ex fine illius decreti explicati n.19. & ex rationibus ibi allatis.

21 Præterea circa hunc nouitiatus annum petitum à Tridentino id obseruandum est. Quamuis idem Tridentinum *eadem sess. 25. de regular. c. 16.* sic decreuerit; *Finito tempore nouitiatus, superiores nouitios quos habiles inuenerint ad professionem admittant, aut è monasterio eos eiciant.* At congregatio Cardinalium explicuit posse id tempus differri, quando spes probabilis est, fore vt repu

reputati modò religionis instituto inepti, reddantur apti intra sex menses. Et ita aduertit Paulus ellus *in priuilegio Eleemosynarum, in notario circa canones Tridentini, in canone 52.* Manuel *quæst. regular. 3. tomo 4.17.ar.10. fine, & in tomo 2. summæ c.8.n.4.& conclusione 2.& n.5. circlus.4. fine.* Azor *lib.12. institut. moralium c.18. articulo 54.* Immo & nouitiorum habilium possunt superiores ex iusta causa differre professionem. Atque ita Manuel *ex c.8.n.3. fine,* dicit subscribentibus viris doctissimis Salmantinis, dilatam esse in ordine Minorum professionem cuiusdam nouitij, donec viginti annos expleret. Quod ex ætate opus fuerit, vt de quibusdam bonis ad subueniendum matri indigenti disponere posset. Atque ipsemet Manuel *ex 5. tomo quæst. regular. 9.17.ar.10. fine,* ait in ordine Minimorum posse differri professionem, donec nouitij decimum octauum annum inceptum habeant. Quia in eorum regula. c.2. decernitur, ne ante eam ætatem profiteantur. cui constitutioni non derogat Tridentinum. Et in constitutionibus Societatis I E S V, *in examine, c.4. §.41.* habetur posse differri vota biennij in alium annum, quando superior dubitaret an nouitius admittendus esset. Cuius constitutionibus dicit expresè id Tridentini decretum se non intendere derogare. Præterea nouitio reperto idoneo petenti ex aliqua causa dilationem ad profitendum, potest superior concedere. Quod Tridentinum non iniungat superioribus, vt nouitios idoneos cogant finito anno profiteri, sed vt eos profiteri volentes admittant. Et ita docet Nauar. *lib.1. consil.in 1. editione, tit. de officio iudicis ordinarij, consilio vltimo.& lib.3. tit. de regular. tomo 3.q.17. ar.10.* Tandem id decretum de solis masculini generis nouitijs loquitur; non autem de monialibus nouitijs; vt constat ex illis verbis, *nouitios quos habiles inuenerit.* Et quando de vtriusque generis nouitiis disponere voluit, dixit, *nouitij, vel nouitiæ*, vt in *eodem c.16.* ibi, *excepto vestitu vel vestitu nouitij vel nouitiæ. & c.15. ibi. in quacumque religione, tam virorum, quam mulierum.* Atque ita seruat vsus, sæpe enim monialium professio differtur, donec dotem competentem habeant. Et ita docet Manuel *eodem 3. tomo quæst. regul. q.15. ar.10. fine, & in 2. tomo summæ c.8. n.3. conclus.2.*

22 Tertius defectus ex parte profitentis est ex quo potest reddi professio irrita, quando, etsi annum nouitiatus expleuerit, is nouitiatus non fuit legitimus. Potest autem esse non legitimus, aut quia non habitus est in legitima ætate: aut quia extra monasterium: aut non in habitu illius religionis: aut quia annus nouitiatus non fuit continuus. De quibus modis seorsum agendum est. Et primò, quando non fuit habitus in legitima ætate. Præmittendum est, ætatem legitimam ad nouitiatum esse pubertatem completam: videlicet, in viris quatuordecim annos completos, in fœminis verò duodecim. Et quamuis ante ætatem hanc admitti quispiam ad religionem possit (vt probauimus *lib. 4. c.18. n. 8.*) at verè & propriè nouitius non incipit esse, donec illam expleat. Et ratio huius est, quia annus ille datur ad austeritates religionis experiendas, inter quas supremum locum obtinet castitatis obseruantia; cuius difficultates impuberes experiri plenè nequeunt. Atque ita ætatem hanc requiri, supponi videtur in *Clem. fin. ex* iuncta Glossa *verbo ætate, de regular.* Et docet Paludi. *1.d.39.q.3. in quæstione.2. fine.* D. Anton. *3.p.tit.16.c.3.§.1.* Sylu. *verbo religio.2.q.21.& religio.3.q.2.& religio.5.q.1.* Rosella *verbo nouitius.n.9.* vbi Angelus *n.1.* Tabiena *n.2.q.1.* Armilla *n.1.* Greg. Lopez *l.3. verb. vn alto tit.7.p.1.* Anton. Cucus *lib.3. institutionum monarum tit.1.n.66.& 67.* Azor *lib. 12. instit. moralium c.2.q.4.& q.7.* Nec malitia supplet ætatem: sicut nec supplere diximus n. 2. in ætate ad professionem petita. Et docent Glossa, Angelus, Sylu. Tabiena ibidem. Et sicut diximus n. 4. ætatem petitam ad professionem esse complendam de momento ad momentum: & in anno bissextili duplicem diem eamquè vnam reputari; ita in hoc casu dicendum est. Quia eadem militat ratio. Nec hoc est correctum per Tridentinum *sess.25. de regular. c.15.* Solùm enim professionem ante decimum sextum annum completum irritam reddit. Nec interdicit nouitiatum incipi, aut compleri ante eam sexdecim annorum ætatem; vt bene tradunt Nauar. *lib.3. consil. tit. de regularibus, in 1. editione, consilio 30. n. 1. in 2. consilio 20. n. 1.* Azor *lib. 11. institutionum moralium. c.4.q.9. fine.* Emmanuel Sà *summa, verbo religio. n 11.* Hériquez *lib.13. de excommunic. c.40. n.2. fine.* Manuel *quæst. regularibus, tomo 3.q.15. ar.2. fine.* Sorbus *in priuilegio Mendicantium, verbo nouitius, precabili 4.* Vbi addit hoc esse sublatum per motum proprium Sixti V. Sed in hoc eum reprobaui *lib.4.c.18. fine.*

23 Nec præterea renuntiario nouitij, & monasterij, vt nouitiatus legitimè habeat posset ante pubertatem, Quia (sicut diximus n. 3.) nulli integrum est cedere iure suo quoad ætatem ad professionem petitam. Ergo nec quoad ætatem petitam ad nouitiatum. Neutra enim in solius nouitij fauorem statuta est: ac nullo iure renuntiato ætatis approbatur, sed solius anni nouitiatus.

24 Id tamen obseruandum est, quamuis admissus ad religionem ante pubertatis annos, non sit propriè nouitius, sed largè, cùm tamen valeat ingressus, gaudebit priuilegio canonis concesso nouitus *ex religioso, de sententia excommun. in 6.* vt ipsos percutiens sit excommunicatus. Et ita docent Paludanus dicens hoc esse certum. *3.d. 39.q.3. in quæstiuncula 2. fine.* Angelus *verbo nouitius. n. 12.* Quod intelligo, nisi iuxta religionis constitutiones impubes admitti nequeat, ita vt admissio sit irrita. Quia cùm admissio nè valeat, nullo priuilegio admissus gaudebit. Idem etiam dico, quando ante vsum rationis admissus esset, etiam à parentibus oblatus. Quis nos impropriè tunc est nouitius, donec adepto rationis vsu consentiat nec oblatio parentum antea facta aliquid operatur; vt diximus *lib.4.c.18.n.8.& 9.* Atque idem dicendum est, quotiès ingressus est ob quamcumque causam irritus.

25 Quando ergo nouitiatus non in legitima ætate habitus est, non valet professio virtute illius facta. Quia cùm talis nouitiatus non sit validus, nec sufficiens ad experiendas religionis difficultates, perinde est ac si eo non præmisso professio emitteretur. Potest autem casus hic contingere, quando puer ante pubertatem, vt habens decimum tertium annum cum dimidio admitteretur, & permaneret anno integro, eoque transacto egrederetur. Quippe si nouitiatus esset legitimus, posset absque alio nouitiatu rediens ad religionem profiteri (vt dicemus n. 34.) At hic ad religionem redienti tenetur integrum nouitiatus annum peragere, vt validè profiteri valeat. Quia prior nouitiatus fuit irritus: & quamuis pars post pubertatem peracta, sit legitima, ac non fuit annus integer, & semel tantus legitimus interruptus nequit continuari, supplendo quod deerat, vt dicemus n. 31.

26 Demum circa hanc ætatem id obseruandum est, in Societate I E S V neminem posse admitti ad nouitiatum, si minor quindecim annis sit, aut maior quinquaginta: nec in hoc posse Prouincialem dispensare, sed solùm Generalem, vt constat ex regula 36. Prouincialis. Quare si Prouincialis ante ætatem expletam, vel post impletos quinquaginta annos, quenquam admittat absque Patris nostri Generalis dispensatione, qui in ea ætate dispensare potest, admissio erit irrita defectu potestatis in admittendo; vt in simili diximus n.20. vbi & offendimus non esse necessarium ad hoc addi decretum irritans. Nam solùs Generalis est admittere per se, vel per alios quibus id commiserit, siue ad nouitiatum, siue ad vota biennij, &c. vt habetur *par.9. constitutionum Societatis. c.3.§.1.* At Prouinciali concedit limitatum, vt ex eius regula probauimus. Ergo si eam facultatem excedat, admissio non tenet. Nam quando à principio conceditur potestas limitata aliàs non habenti, actus illam excedens est nullus, etiam si non addatur decretum irritans.

tan; vt optime tradunt Abbas *c. ex parte n. 5.* & ibi Felinus multos allegans *n. 1. versic. secunda summaria de confirm.* Quare nec in nouitiatus Patre nostro Generali non dispensante erit sufficiens ad vota biennij emittenda. Vnde validè ea emitti nequeunt absque hac dispensatione, nisi decimo septimo ætatis anno completo: quia debet necessariò præmitti biennium nouitiatus ad eorum valorem (vt probauimus in 20.) Et is nouitiatus non potest validè inchoari secluſa hac dispensatione ante quindecim annos expletos: sicut nec iure communi ante pubertatem. Item quia cum Prouincialis non habeat facultatem admittendi ante quindecim annos expletos, & debeat necessariò intercedere biennium ad ea vota validè emittenda: ex consequenti caret potestate admittendi ad ea biennij vota ante decimum septimum annum completum. At si aliquem admitteret minorem, aut maiorem ea ætate, sub spe ratihabitionis Patris nostri Generalis, nouitiatus legitimus inciperet à tempore ratihabitionis, dummodo ille tunc puber esset, vt in professione admissa à non potenti admittere, sub spe ratihabitionis eius, dicemus n. 80. & in nouitiatu docet Manuel *quæst. regular. tomo 3. q. 17. ar. 11.* At potest dubitari, an ab illius ratihabitionis tempore sit necessario numerandum nouitiatus biennium, quod exigi diximus n. 20. ad valorem eorum votorum, nisi Pater noster Generalis dispenset in aliqua illius parte, in ea dicta n. 20. Et videtur pars affirmans inde suaderi, quia nouitiatus non incipit valere, nisi à ratihabitionis tempore: & sic antea præmissus non deseruiet valori eorum votorum, vtpote qui irritus fuit. Ac dicendum est, retenta sententia dicenti nouitiatum irritum, esse repetendum: Sed retenta nostra n. 14. declarata dicenti nouitiatu irritum, non esse repetendum, sufficit vt Generalis ratam habeat admissionem, vt virtute nouitiatus præteriti post pubertatem habiti, possint validè emitti ea vota, nisi iubeat expectandum decimum septimum ætatis annum ad ea facienda.

27 Secunda causa ex qua nouitiatus posset reddi irritus, est, quia non peragitur in monasterio, sed extra. Quod probat textus *c. 1. de regular. in 6.* ibi. *Quod si per totum sequentem annum in monasterio permanserit.* Sed hoc intelligendum est, quando absque legitima superioris licentia nouitius est extra monasterium. Quia (vt probauimus multis allatis, & ita explicato eo textu c. præcedenti. n. 25.) religiosus de Prælati sui licentia extra monasterium degens cesset in monasterio commorari, cùm ibi sit sub sui Prælati obedientia. Præterea id constat, quia potest iussu superioris nouitius peregrinari, aut xenodochio inseruire. Et nemo negabit nouitiatum esse legitimum. Atque ita præter Doctores c. præcedenti. n. 25. allegatos, docent Natar. *lib. 3. consil. tit. de clericis non residentibus, in 1. editione, consil. 20. n. 3. in 2. consil. 8. n. 3. & tit. de regularibus, in 1. editione, consil. 42. à n. 2. in 2. consil. 31. à n. 1.* dicens ita censuisse congregationem Cardinalium: & *in vtraque editione, consil. 41. n. 3.* Emmanuel Sà *summa, verbo religio. n. 9. & 33.* Azor *lib. 12. instit. moralium. c. 2. q. 8. fine, & c. 3. q. 7.* Manuel *2. tomo summæ. c. 8. n. 4. & quæst. regular. tomo 3. q. 25. ar. 10.*

28 Hoc tamen dupliciter temperatur. Priùs, quando mora extra monasterium de Abbatis licentia esset modica, vt per vnum, aut duos menses. Nam quando diutior foret, interrumperet nouitiatum. Quia hic introductus est, non tantùm vt nouitius religionis asperitates experiatur, sed vt religio quoque morum ipsius experientiam sumat. At neque ille satis religionis asperitates experitur, manens diutius extra illam: nec religio mores ipsius. Ita limitat Manuel *2. tomo summæ. c. 8. n. 4.* Posteriùs, vt habeat locum in solis masculis nouitiis quia cum præcipua monialium asperitas sit clausura, ea vtique ad professionis valorem est necessariò experienda. Ita docet Manuel *quæst. regular. tomo 3. q. 15. ar. 10. columna vltima, versic. admittendum denique.* Sed neutra limitatio placet. Non prior, quia Doctores c. præcedenti. n. 25. allegati aiunt indistinctè, satisfacere nouitium manendo extra religionem de licentia superioris. Et Natar. n. præcedenti allegatus, *tit. de regular. in consil. 42.* loquitur expresè de nouitio, qui sesquimense solo (vulgo, *mes y medio.*) in religione permansit, & reliquo extra illam de licentia superioris. Et Azor *lib. 12. institutionum moralium. c. 2. q. 8. fine.* loquitur expresè de nouitio, qui toto probationis tempore extra religionem commoratur de superioris licentia. Et ratio ad hoc probandum ab omnibus adducta, hoc planè probat. Quæ est, censeri in monasterio degentem, qui extra illud ex Prælati licentia commoratur. Nec est opus, vt nouitius omnes in specie religionis asperitates experiatur (vt n. 32. dicemus.) Nec consequenter vt religio omnes eius mores in specie experiatur: & satis experitur ad professionis valorem, dum nouitius ita obediens est, vt extra religionem sub Prælati obedientia permaneat, paratus ipso iubente ad religionem redire. Nec etiam posterior placet: quia cæteri Doctores n. præcedenti allegati, & 4. præcedenti. n. 25. loquuntur indistinctè de cuiuscumque generis nouitiis, & ratio eorum æquè probat in monachis, & in monialibus. Nec est opus omnes religionis asperitates in specie experiri: quippe nouitius in ordine Minimorum toto nouitiatus anno infirmus, ac proinde carnibus, ac lacticiniis vtens, validè profitetur: cùm tamen rigidissimum illius religionis onus, nempe, abstinentiam ab his non experiatur.

29 Tertia causa ex qua nouitiatus posset reddi irritus, est, quod nouitius non deruleret peculiarem suæ religionis habitum, sed in seculari nouitiatum peregerit: Et quidem aliqui sustinent non exigi assumi habitum illius religionis; sed satis esse nouitium in seculari habitu probari. Et probant ex *c. legem. d. 15. & c. multos. d. 14.* quæ sunt ex D. Gregorio Papa, in quibus habetur, nouitios in laicali veste probandos esse. Idem habetur *c. finali. 17. q. 1.* Et ideo hanc partem sustinent Abbas *c. super eo, in fine, de regular.* Henricus *c. finali. n. 5. qui clerici, vel non.* Greg. Lop. *l. 5. fine. tit. 7. p. 1.* At tenendum est, esse de nouitiatus essentia illum peragi habitu religionis suscepto. Nam in vestitu illius religionis deferendo est quædam vitæ austeritas, difficultas, ac labor, quæ inter probationis experimenta numerantur. Ergo est necessarium id nouitium experiri. Item quia religionum vsus id testatur. Et Tridentinum *sess. 15. de regular. c. 15.* videtur hoc expresè decidere, dum decernit annum nouitiatus ad professionis valorem, numerandum à die susceptionis habitus. Et ideo hanc partem sustinet Glossa *c. finali. verbo habitum. 17. q. 1. & 19. q. 1. verbo in sua, & eo. c. super eo, in fine. & esi quis incognitus, verbo habitu. 17. q. 1.* & ad iura contraria responder ea vso abolita esse: vel nomine vestis laicalis intelligere nouitiorum vestem, quam laicalem appellant, vt distinguitur contra professorum vestem, quæ religionis propria est. Idem tenent Ioan. Andr. *dicto c. super eo, ad finem*, & ibi Anton. *fine.* Host. *n. 5. & in summa tit. de regular. n. 8. ad finem*, vbi & Goffredus *n. 13. lex 1. regula 3. fine. tit. 7. p. 1.* Angelus *verbo nouitius, n. 16.* & ibi Tabienus *q. 10. n. 11.* Sylu. *verbo religio, 5. q. 5.* Manuel *quæst. regular. tomo 3. q. 15. ar. 9.* Azor *lib. 12. instit. moralium. c. 2. q. 9.* Si tamen in aliqua religione aliud præscriberet regula à Pontifice approbata, aut vsus legitimè præsciptus obtinuisse aliud, id vtique obseruandum esset, vt bene tradunt Goffredus, Anton. Ioan. Andr. ibidem, Anchar. *dicto c. super eo, in fine.* Atque ita in Societate IESV, in qua nulla est habitus assumptio, ea non requiritur.

30 Vltima causa est, ob quam nouitiatus potest esse irritus, quia etsi toto anno peractus fuerit, is non fuit continuus: sed interpolatus; vt quia nouitius parte illius anni transacta deseruit religionem, & iterum pœnitentia ductus redit, perfecitque quod ex priori anno deerat. Aliqui censent hoc sufficere legitimo nouitiatui, quod

quod nullo iure continuitas illius anni peratur. Secundò, ex *l. Paulus. n. 58. in fine. ff. de liberali causa*, vbi relicta alicui libertas cum ea conditione, si triennio continuo seruierit, debetur ei seruitum triennio interpolato, ac diuersorum temporum continuatio fit fauore libertatis. Cùm tamen relicta sit cum expressa conditione continui triennij: & ea sit conditionis natura, vt sit specificè forma implenda. *l. Mauium. ff. de condit. & demonstrat.* Similiter statuto disponente in carceribus anno detentum, liberandum amore Dei, liberabitur fauore relaxationis, qui duplicè semestri interpolato detinitus est; vt probat cum aliis Iason *l. si idem cum eodem, in principio. n. 7. ff. de iurisd. omn. iudic.* vbi eam regulam generalem tradit, vt in rebus fauorabilibus non oporteat tempus esse continuum, sed tempora interpolata coaceruentur. Cui regulæ limitat Baldus *l. non solum statim in principio. ff. de excus. tutor.* defendit monachum, cui concessum est per Pontificem vacare iuri ciuili triennio, posse eo interpolato vacare, quod hic fauor ampliandus sit. Ergo à fortiori sufficiet annus interpolatus nouitiatus ad professionem religionis, fauore religionis, & vt valeat professio. Quippe summum esse rationem in religionis fauorem facientem, testantur Paludanus *4. d. 38. q. 1. n. 25.* D. Anton. *3. p. tit. 16. c. 3. paulo post principium.* Syluester *verbo religio. 3. q. 3. dict. 2.* Et ideo hanc partem sustinent Speculator citato Brixiensi *tit. de statu monachorum. §. qualiter concipitur libellum. 9. q. 3. n. 43.* addens esse longum tempus interiectum sit. Archidi. *canon solum. n. 2. nunc verbo institutur. de regular. in 6.* Bonifacius *Clem. finali. n. 47. de regular.* Et videtur tenere Iason *ea l. si idem cum eodem, in principio. n. 7.* hanc enim sententiam refert in vltimo loco. Eandem tenent Alexander *consil. 54. n. 2. & 19. volum. 4.* Mysingerius *de tempore vtil. c. 1. n. 9. versic. sed redeundo ad causam.* Antonius Gomez *in bulla cruciatæ, clausula 5. n. 7.* Citatur pro hac sententia Glossa *c. cum qui, versic. cum qui, de regul. iurisd., in 6.* Sed id non dicit, sed quod nos dicemus n. 34. vt ibi ostendemus.

31 Ac dicendum est, ex igi cum annuum continuum esse, vt legitimus sit nouitiatus, & valeat professio. Ducor, quia quoties in decreto aliquo tempus aliquod petitur, id necessariò debet esse continuum, vt tradunt Glossa *in sua rubrica. ff. de diuersis temporib. præscript. & c. 2. verbo per annum, de tempor. ordin. in 6.* vbi Francus *n. 5.* Imola *Clem. n. 18. de in integr. restit.* & alios allegantes, ac ex variis textibus probantes, Antonius Gomez *tomo 3. variar. c. 1. n. 3.* Gutier. *3. canon. lib. 1. c. 12. n. 14.* Ergo cùm Tridentinum *sess. 25. de regular. c. 15.* absolutè petat integrum nouitiatus annum ad professionis valorem, is debet necessariò esse continuus. Secundò, quia is annus præscribitur, vt nouitius integrè, & perfectè religionis asperitates experiatur. At inter alia non minimum locum tenet, eas sine intermissione perferre. Sicut multo difficilius est, continua quadragesima ieiunia perferre, quàm interpolata. Nec obstant contraria fundamenta n. præcedenti adducta. Tum quia in hoc casu videtur expressa Tridentini mens ex eius ratione collecta, quam proximè assignauimus, vt is annus sit continuus. Tum etiam quia & Euios religionis, & etiam publicus censetur, ne status tam sublimis temere, & ante perfectam eius experientiam assumatur. Et ideo hanc partem sustinent Bartolus *l. finali. §. quotiies. n. 7. ff. de publican. & vectigal.* Et ibi Paulus *n. 1.* Lapus *alleg. nouae 47. n. 2. & 5. in nouis editione*, & ibi Mantuanus *in ad diuersos, verbo tempore.* Abbas *c. ad Apostolicam. n. 9. de regular.* & ibi Anchar. *fine. & c. 1. n. 4. mirabilis 7. de regular. in 1.* vbi & Francus *n. 3.* & Ioannes de Ligna, quem ibi refert. Imola *Clem. finali. n. 7. de regular.* Angelus *l. idem cum eodem, in principio. n. 4. ff. de iurisd. omn. iudic.* & ibi Decius *n. 9.* Alexander *consilio 34. n. 1. volum. 5.* referens Guillelmum de Cunero. Iason *l. assumendo. n. 21. n. 10. de muner.* Barbatius in quodam consilio quod ponitur post omnia Alexandri consilia, *volum. 4. n. 2.* Probat *idem ex Mandulum. c. consi-*

tutionum. n. 1. de regular. in 6. D. Antonin. 3. p. tit. 16. c. 3. §. 2. Rosella *verbo nouitius, n. 29.* & ibi Angelus *n. 15.* Tabienus *n. 10.* Armilla *n. 11.* Sylu. *verbo religio. 3. q. 4.* dicens hanc sententiam esse indubitatam. Gregor. Lopez *l. 5. verbo vn año tit. 7. p. 1.* Natar. *lib. 3. consil. tit. de regular. in 1. editione, consil. 2. n. 2. & consil. 34. n. 2. & consil. 36. n. 1. & consil. 41. n. 2. & 4. & consil. 8. 4. n. 3. in 2. editione eodem tit. consil. 9. n. 2. & consil. 2. n. 4. & lib. 3. tit. de conuers. conuiu. n. 1. n. 3.* Emanuel Sà *summa, verbo religio. n. 9.* Henriquez *lib. 15. de excommunic. c. 40. n. 2.* Azor *lib. 12. institut. moralium. c. 3. q. 8.* Manuel *2. tomo summæ. c. 8. n. 4. & quæst. regular. tomo 3. q. 15. n. 8.* & communissima est sententia.

32 Sed quid, si interpolatio sit modica, vt duorum, aut trium dierum? Francus n. præcedenti allegatus ait id interuallum non impedire continuationem ad legitimum nouitiatum petitum. Quia modicum pro nihilo reputatur, nec moralem continuationem tollit: nec ob id definit nouitius omnes religionis asperitates moraliter experiri. Item quia non dicitur interrupta præscriptio, vel possessio, quando est modici temporis interruptio; vt alios allegans probat Tiraquellus *nullam deinducis in rebus exiguis. n. 80. & 81.* Sed non audeo hoc affirmare, sed potius existimo interpolari continuationem ad nouitiatum petitam. Ducor, quia Lapus n. præcedenti allegatus, in casu ibi proposito, tractat de interruptione per quatuor horas, & dicit interpolari nouitiatum. Et Natar. *lib. 3. consiliorum. tit. de regular. in 1. editione, consilio 42. n. 4. in 2. consilio 31. n. 4.* asserit triduaria interruptionem satis esse ne nouitiatus sit continuus, & vt iterum inchoari debeat. *& in 1. editione, eodem tit. consil. 45. n. 1. in 2. consil. 33. n. 1.* tanquam quid peculiare ait, non interrumpi nouitiatum, si nouitius breui tempore latitauerit in camera monasterij animo fugiendi. Quia fuit momentaneum, & non considerabile, & ille non fuit monasterio egressus. Præterea, quia tempus petitum ad aliquem actum censetur peti tanquam formam: vt probat textus auth. *quæ supplicatio. c. de pœnis. super at offer ibi, nisi sub hac forma.* Iuncta Glossa *verbo forma*, vbi explicat, id est, *omni decem dies*, quod erat tempus ibi petitum. Et tradunt ibi Baldus ad finem, Salycetus *mirabili 1.* Iason *mirabili 4.* Felinus *c. cum illitilla. n. 6. in signo 8. de rescript.* Rebuffus *tractatu nominationum. q. 14. n. 6.* & multis alius citatis Tiraquel. *de retractu lignagiar. §. 3. glossa 4. n. 3. & 4.* At omisso forma in minimo vitiat actum; vt alios allegans probat idem Tiraquellus *tractatu de induciis in rebus exiguis. n. 12.* Cùm ergo ad professionis valorem petat Tridentinum annum continuum, quantumuis modicus continuationis defectus illam irritam reddet. Sicut etiam quantumuis modicus alius anni temporis defectus, sufficeret ad professionem cassandam: etsi non tam modicum tempus non tolleret moralem asperitatum experientiam. Præterea, quia tunc modicum tempus non obstat continuationi, quando non intercessit factum contrarium; vt optimè docet Abbas *c. cum causam. n. 1. de elect.* Vt enim sit continuatio, debent eadem qualitates in te continuata manere, vt alios referens tradit Tiraquellus *tract. le retract. signe le vsf. in 5. n. 7.* At in hoc casu intercessit factum contrarium, nempe, dimissio nouitiatus, & obedientiæ: ac proinde non permanêre eadem qualitates in illo anno.

33 Atque hoc est verum, etiamsi nouitius ille è religione fugisset habitu retento, regulaque obseruans; vt bene docent Rosella, & Sylu. allegati n. 31. Manuel *2. tomo summæ. c. 8. n. 4.* Quod interrupetit ille iugum obedientiæ manens extra religionem. Atque ita videntur idem sentire, etsi animo redeundi fugisset. Quod intelligo, quando est propriè fuga, qua religio deseritur animo redeundi. Nam si existet nouitius ad breue tempus, vt quadam nocte gratia fornicandi, aut continij, aut alterius causæ, statim redituris, non censetur nouitiatus interruptus, etsi habitum illi ablatum

pus

pus depositisset, ne cognosceretur, vel, quò faciliùs intentum compararet. Quia hoc non est deserere religionem, nec habitum deponere.

34 Si tamen expleto nouitiatus anno deseruisset ille religionem, non egeret postea ad illam rediens, nouo nouitiatu ad profitendum, nisi conditio personæ, aut religionis sit ita mutata, vt non censeantur eius difficultates moraliter explorata. Quia iam anno continuo religionis asperitates expertus erat: quod solùm peritur. Et ita videtur sentire Glossa *regula cum qui, verbo cum qui, de regulis iuris, in 6.* dicit contra egredientem in fine anni, ac post redeuntem, non indigere nouo probationis anno, nisi conditio personæ, vel religionis sit mutata. Et idem Ioannes Andreas cuius est illa glossa, *in addit. ad Speculatorem tit. de statu mon. §. 8. qualiter concipiat libellum. 9. 37. n. 43. verbo exeat*, cùm Speculator dicat exeuntem nondum impleto probationis anno, non indigere nouo nouitiatu, ait se cautiùs loquutum fuisse in prædicta glossa, dicendo in fine anni. Et expressè tenent Lapus, Franciscus, D. Anton. n. Angelus, Sylu. Tabiena, Armilla, Gregorius Lopez, allegati n. 31. Manuel 1. *tomo summæ. c. 8. n. 1. & quæst. regular. 3. tomo. 9. 15. ar. 10. ad finem.* Et hanc fuisse Speculatoris mentem in prædicto loco conatur probare Sylvester. Atque bene addidit Speculator ibi hoc esse verum, etsi longum tempus intercesserit, dummodo prædictæ conditiones non sint mutatæ. Et similiter eadem ait hoc esse verum, etsi hic redeat ad aliud eiusdem ordinis, eiusdémque conseruatorium monasterium. Quia experientia in vno monasterio illo, satis est ad profitendum in altero.

35 Tandem Iulius II. concessit Minoribus, vt integrum sit continuare annum nouitiatus semel interruptì per nouitij egressum, si iterùm ad religionem veniat. Atque hoc priuilegium non esse renocatum per Tridentinum *sess. 25. de regular. c. 15.* Manuel affirmat *quæst. regular. 3. tomo. 9. 15. ar. 8.* referens multos viros doctos, qui huic sententiæ subscripsérte. Et concludit ibi posse hodie omnes religiones priuilegiis Mendicantiù fruentes (vt ferè omnes hodie fruuntur,) vti hoc priuilegio. Quia Tridentinum tantùm petit annum nouitiatus expleri: & an is annus debeat esse continuus, est sub iudice vt probatum n. 30. & 31.) at in hoc casu integer annus expletur, etsi continuus non sit. At existimo id priuilegium esse renocatum. Ducor, quod id olim concessum sit, dum annus nouitiatus non ita exactè peteretur, sed ex communi consensu integrum erat illud cedere. Et quàuis interdicta esset illius anni nouitiatus remittatio in ordinibus mendicantibus, at non tà rigidè, vt hodie. Nam (vt constat ex dictis n. 8.) aliter facta professio non omnino irrita erat, sed aliquà obligationem inducebat. At hodie rigidissimè petit Tridentinum peragi eum nouitiatus annum, & deterrit ex professione aliter facta nullam prorsùs obligationem induci. Atque satis petit annum continuum, dum petit integrum annum (vt constat ex dictis n. 31.) Præterea, quia Tridentinum vult nouitios experiri omnes religionis asperitates, & contra hoc nullam renuntiationem, nullúmque priuilegium suffragari. Quamuis enim nec renunciationi, nec priuilegiis expressè derogarit, at ex eius mente, & verborum rigore id satis deprehenditur (vt probauimus n. 19.) at profitentium locum inter has asperitates tenet continuatio anni nouitiatus.

36 Quartus defectus ex parte profitentis, ex quo posset professio irrita reddi, est excommunicatio, qua ligatus nouitius eam emisit. Verùm ex hac causa non redditur professio irrita: sicut nec matrimonium carnale. Quod nullo iure ea irrita reddatur, immo eam esse validam supponitur *c. cum illorum, de sent. excom.* dum ibi decernitur ingressos religionem posse ab ex communicatione antea contracta absolui. Et ratio est, quia professio non est acquisitio alicuius beneficij, sed status. Et ita tradunt Innoc. *ibi. n. 2. verbo Prælatis*, & ibi Abb. *n. 4. & c. veritatis. n. 35 fine, de dolo, & contumacia, & c. ex publico. n. 1. de conuers. coniug.* Dominicus *c. 1. n. 28. de rescript. in 6. & c. decernimus. n. 7. de sent. excom. in 6.* vbi Anchar. *n. 7.* Felinus *eo. c. cum illorum. n. 1. & c. finali. n. 5. de except.* Marianus Socinus *c. sacro n. 118. de sent. excom.* Rebuffus *repetitione c. possessionis, mobilis 1. n. 16. de clerc. excom. minist.* Ludouicus Gomez *c. 1. n. 31. de rescript. in 6.* D. Anton. *3. p. tit. 24. c. 7. 6. vers. 7. excommunicatorum.* Sylu. *verbo absolutio. 5. ad finem.* Tabiena *verbo excommunicatio. 1. n. 10. 4. 9.* Nauar. *lib. 3. consil. tit. de regularibus. in 1. editione, consil. 28. n. 1. in 2. consilio 3. n. 1. & commentario 4. de regular. n. 25.* Couar. *4. decret. 2. p. c. 6. initio. n. 3. & c. alma mater. 1. p. §. 1. n. 9.* Henriquez *lib. 15. de excom. c. 7. n. 7.* Vgolinus *de censuris, tabula 2. c. 10. initio. n. 5.* Sayro *thesauro casuum. lib. 2. c. 9. n. 19.* Manuel 2. *tomo summæ. c. 8. n. 10. conclusione 10. fin. & quæst. regular. tomo 3. q. 17. ar. 14. & q. 63. ar. 3.* Azor *lib. 11. instit. mor. aliam. c. 3. q. 9.* At peccabit hic profitens ante absolutionem, vt ait Nauar. in consiliis allegatis. Et peccabit quoque Abbas ipsum admittens, vt docent Socinus, Felinus, Vgolinus, Sayro ibidem, allegatis Rainerio, & Archidiacono. At alij satis indicant Abbatem admittendo non peccare. Sic videtur sentire Innoc. ibidem, vbi dicit melùs facturum Abbatem non admittendo: & Abbas *eo. c. ex publico. n. 11.* & Tabiena tantùm dicentes esse honestum vt non admittat. Sed sic dicendum existimo, ipse excommunicatus, siue denùntiatus, sine non denùntiatus sit, peccat profitendo: quia communicat cum aliis, & omnis communicatio est sibi interdicta, etsi denunciatus non sit. At ex culpa erit venialis, eo quod non sit participatio in aliqua actione sacra. At Prælatus si admittat ad professionem excommunicatum denuntiatum, aut notorium clerici percussorem, peccabit quoque venialiter: quia communicat cum illo in actione non sacra. Si autem non sit denuntiatus, nec notorius clerici percussor, non peccat: quia cum hoc interdicta non est communicatio. Hæc intelligo loquédo præcisè de ipsa professione. Nã si preces aliquæ absque ab Ecclesia institutæ in professione recitentur, erit participatio cum excommunicato in publicis Ecclesiæ orationibus, & proinde erit participatio mortalis ex parte dantis professionem, & assistentium, si profitens sit excõmunicatus non denuntiatus, nec notorius clerici percussor. Quia in hoc etsi alij non teneantur eum vitare, tenetur tamen ipse alios vitare.

37 Prædictam doctrinam quoad professionis valorem, temperant quidam, nisi virtute alicuius rescripti Apostolici admittatur excommunicatus ille ad professionem. Ducuntur, quia rescriptum illud ab excommunicato impetratum est irritum. *c. 1. de rescript. in 6.* Ita docent allegato Calderino Marianus Socinus *c. sacro. n. 174. de sentent. excom.* Dominicus *c. 1. n. 18. de rescript. in 6.* Felinus vtroque loco, Rebuffus, Vgolinus, Sayro allegati n. præcedenti. Manuel *quæst. regular. 3. tomo. 9. 14. ar. 17.* vbi limitat cum Rebuffo *n. 17.* nisi in rescripto illo concederetur absolutio ab excommunicatione, ad effectum rescripti illius validè obtinendi: vt concedi solet. At Ludouicus Gomez *c. 1. n. 31. de rescript. in 6.* & Couar. *4. decret. 2. p. c. 6. initio. n. 3.* reprobant hanc limitationem, & Couar. appellat eam falsam. Quia textus *c. cum illorum, de sent. excom.* ex quo valorem huius professionis deduci diximus n. præcedenti, considerat fauorem religionis, nec distinguit ab virtute rescripti professio fiat. Et textus *c. 1. de rescript. in 6.* concedit fauore animæ rescriptum ab excommunicato impetratum, vt vi illius absoluatur, esse validum. Ita docent Speculator *tit. de statu mon. rebellorum. §. qualiter concipiet libellum. 9. 18. n. 44.* Ioan. Andr. *c. 1. n. 7. de priuil.* & ibi Anton. *n. 1.* Abbas *n. 7.* Archid. *2. quod interrog. qui. n. 6. d. 27.*

professione excommunicati, quæ communiter emiti solet: quæ aut rarissimè, aut nunquam est virtute rescripti ab excommunicato impetrati ad absolutionem ab excommunicatione, est extendendus ad omnia alia, in quibus de animæ fauore agitur. Aliàs valeret dispensatio impetrata ad ineundum matrimonium cum voto castitatis, ratione maximi incontinentiæ periculi. Sed id est specialè in rescripto impetrato ad absolutionem ab illa excommunicatione. Quia cùm rescriptum sit vt impetrans absoluatur, non debet præmitti absolutio aliàs nullum medium pareret ligato excommunicatione reseruata Pontifici, nec potenti ipsum adire, quò se illa liberaret. Quod autem quidam ex his Doctoribus asserunt, nempe, obligare hanc professionem instar voti simplicis religionis, disputabimus n. 104. & 105.

38 Secundò, temperant alij, vt quamuis excommunicati professio valeat, non tamen acquirat ius vt à monasterio alatur. Ducuntur, quia Hostiensis *c. super inordinata. n. 9. de prob.* & ibi Abbas *n. 10.* appellant professionem religiosis beneficium regulare. At excommunicatus non habet ius vt ex beneficij fructibus ante absolutionem sustentetur. Ita docent Nauar. *commentario 4. de regular. n. 25.* Henriquez *lib. 13. de excom. c. 7. n. 7. in commen. litera K.* Manuel *quæst. regular. 3. tomo. 4. 63. ar. 3. & tomo 2. summæ. c. 8. n. 10. conclusione 9. fine.* At hæc legatario displicet, nec cæteri Doctores n. 36. allegati eam adhibent. Quia eorum ratio similiter probat ipsam excommunicati professionem fore irritam. Acquisitio enim beneficij tempore excommunicationis est irrita. Et si quis respondeat professionem illam non esse proprè beneficium, sed posse dici tale impropriè, eo quod profitens acquirat ius collegij, & vt à monasterio sustentetur, instar admissi ad aliquorum collegium, in quo bona sint communia; vt fatentur Host. & Abbas in eo locoidem respondendum erit quoad ius sustentationis. Atque ideo vel illa impropria beneficij appellatio ad vtrumque casum, aut ad neutrum extendi debet. Præterea, quia excommunicatus admissus ad clericorum collegium, in quo bona sunt communia, ius sustentationis acquireret, cùm nullum sit ius eam acquisitionem irritam reddens.

39 Similiter professio simoniacè facta in religione est valida, vt bene docent Nauar. n. præcedenti allegatus, & Manuel *quæst. regular. 3. tomo. 9. 63. ar. 3.* & colligitur ex *c. de regularibus, & ex c. quoniam de simon.* vbi dicitur, simoniacè professum non debere manere in eodem monasterio, sed deteredi in aliud eiusdem ordinis, in quo pœnitentiam agat, & si non reperiatur, debere ibi manere. Ergo supponit professionem fuisse validam. Sed addunt hi Doctores, hunc non acquirere ius ad victum à monasterio percipiendum, donec cum ipso dispensetur. Ducuntque ratione n. præcedenti tradita, qua ducti idem tradidère de excommunicato profitenti. Sed quà ratione hoc ibi improbauimus in excommunicato; eadem ratione improbamus in recepto simoniacè.

40 Quintus defectus, ex quo potest ex parte profitentis reddi irrita professio, est, quando in diuersi sexus monasterio quispiam profitetur, vt ibi permanentificet virmentito sexu in monasterio monialium, vel femina in virorum monasterio. Citra quem aliqui censent professionem non fore irritam, sed cogendum profitentem ad transeundum in sui sexus monasterium; quod nullus sit textus professionem hanc irritam faciens. Textus enim in *c. distinguo. 18. q. 2.* qui est ex 7. Synodo. c. 20. tantùm decernit, ne habitent in eodem monasterio monachi, & monales. Atque hæ verè substantialia religionis in manu Prælati promisit. Ita docent Speculator *tit. de statu mon. rebellorum. §. qualiter concipiet libellum. 9. 18. n. 44.* Ioan. Andr. *c. 1. n. 7. de priuil.* & ibi Anton. *n. 1.* Abbas *n. 7.* Archid. *2. quod interrog. qui. n. 6. d. 27.* D. Anton. *3. p. tit. 16. c. 1. ad finem principij, vti sic professio facta.* Sylu. *verbo religio. 3. q. 9.* qui limitat quoad forum conscientiæ, quando intentio fuit profitendi quoad eandem religionem in specie, sed non in sexu, vel saltem in genere. At verius est, professionem esse irritam. Ducor, quod professio ad sui valorem petat consensum profitentis, & admittentis professionem. At vterque, aut saltem alter defuit. Nam vel ille noluit profiteri nisi in eo monasterio: aut si voluit in ea religione quoad speciem, sed non quoàd sexum, non est admissus nisi ad religionem sexus, in qua professus est. Et ideò hanc partem tenent Matthæus à Sylucstro allegatus, Nauar. *lib. 3. consiliorum, in 1. editione tit. de statu, & qualit. consil. 8. n. 3. in 2. lib. 3. tit. de regularibus, consil. 47. n. 1.* Emmanuel Sà *summa, verbo religio. n. 30.* Henriquez *lib. 14. de regular. c. 8. n. 6. in commento litera A.* Manuel 1. *tomo summæ. c. 6. n. vltimo.*

41 Hinc deducitur quid dicendum sit de hermaphrodito. Et quidem si sexus virilis in eo præualeat, valebit eius professio in monasterio virorum emissa: secus autem si in monialium monasterio sit emissa. Et è contrà si præualeat sexus femineus, valebit eius professio apud moniales facta, non autem apud viros. Ratio est, quia hic iudicatur vir, vel femina iuxta sexum in eo præualentem: & si vterque sit æqualis, iudicatur æquà vir, & femina (vt probauimus *lib. 7. de matrim. disput. 106. n. 1.*) Et ideo si profiteatur in monasterio sexus in eo præualentis, legitimè profitetur, vtpote qui eiusdem sexus cum aliis religiosis est: si autem in alterius sexus monasterio, erit irrita professio, tanquam emissa apud personas diuersi sexus, iuxta dicta n. præcedenti. Sic docent Nau. *lib. 1. consil. in 1. editione tit. de stat. & qual. toto consil. 8. in 2. lib. 5. tit. de regular. toto consil. 47.* Henriquez, & Manuel n. præcedenti allegati. Si autem vterque sexus sit par, cùm æquè sit vir, & femina, in neutro monasterio validè profitebitur, obstanti altero sexu, cuius æquè est. Et quamuis in hoc casu ad eligendum matrimonium, & alia, detur ei optio sexus, quo vti velit (vt probauimus *ea disput. 106. n. 6.*) at quoad ordines, & professionem ea non datur, sed vtrinque est incapax ob maximam indecentiam. Et ita sustinent Nauar. & Manuel ibidem. Qui vterque docet in dubio vtrcs sexus prædominetur, standum esse eius dicto, seu medicorum: quod in idem recidit. Quod & nos diximus *ea disput. 106. n. 2.* vbi & ostendimus ex quibus hæc res diiudicanda sit. Sed si consultis medicis peritis res adhuc est dubia, censendus est periade ac si vterque sexus sit æqualis (vt probauimus *ea disput. 106. n. 9.*) Quamobrem etsi Doctores citati hunc casum non exprimant, censeo fore irritam huius professionem in vtrouis monasterio factam; sicut Doctores tradunt quando sexus est æqualis. Id denum obseruandum est, nunquam esse hermaphroditum admittendum ad monasterium etiam sexus in eo præualentis. Quod supponere videntur Doctores citati, & docet optimè Sarmiento *lib. 4. selectarum, in l. sed est quæsitum, in fin. ff. de liber. & postum.* Quia in cuiusque sexus monasterium admissus, afferret maximum peccandi periculum religiosis aliis, cùm in eo quoque alter sexus cepetur. Quare existimo fore mortale hunc admittere ratione dicti periculi: & idem mortale committeret hermaphroditus ingrediens, ob eandem rationem. Quod si tacito hoc defectu ingrederetur in religionem sexus prædominantis, & ita valeret eius professio; dicunt Nauar. & Henriquez ibidem, instam esse causam, vt impetrari Pontificis licentia expellatur: immo (vt bene ait Manuel ibidem) potest absque dicta licentia expelli, quod tacuerit vitium personæ redundans in notabilissimum religionis detrimentum. Addit Henriquez debere hunc expulsum, esse sub Prælati obedientia in domo sua, aut Episcopi originaria. Sed de hoc agemus infrà in tractatu de voto obedientiæ.

vbi generaliter agemus de religiosi expulsi obligatione. Tandem, quando professio fuit nulla, bene docent Nau. & Manuel posse à monasterio eum propria authoritate expelli, vtpote qui verè professus non est. Ex quo consequitur posse quoque eum cessante scandalo propria authoritate egredi. Immo & tenebitur monasterium ipsum expellere, & ipse egredi.

42 Sextus defectus ex parte profitentis est, quando est seruus, & absque domini licentia profiteatur. Qua in re constat nequire seruum absque domini licentia ingredi religionem, aut in ea profiteri: quod sui iuris non sit, ac proinde furtum committat, vtpote qui domini potestatem iniustè subterfugit. At cum domini licentia potest vtique; quia nullo iure interdicitur; immo tanquam certum supponitur *c. si quis incognitus.* 17. *q.* 2. quod est Bonifacij Pontificis. Vbi deciditur, seruum absque domini licentia ingressum posse à domino intra triennium repeti, & domino repetenti eum tradendum cum omnibus rebus, quas ad monasterium attulit, fide tamen accepta de impunitate: & si intra triennium dominus non repetierit, acquire vltrà repetere, nisi tam longè seruus distet, vt intra id triennium dominus repetere non possit.

43 Dum autè deciditur, posse seruum ante triennium repeti, intelligitur, si professionem nondum emisit. Constat ex *auth. de monachis, collat.* 1. ibi. *Intra triennium veniat aliquem in seruitutem trahens volentium, & perdurantium vt fierent monachi.* Vbi Glossa *verbo perdurantium*, explicat, in probatione. & ex *l. regia* 6. *tit.* 7. *p.* 1. ibi. *no le deben de dar el habito fasta tres años; porque le pueda su señor reuocar, sabiendolo.* Vbi nomine habitus intelligitur professio; vt constat ex iis quæ statim ibi subiunguntur. Et docet expresè D.Anton. 3. *p. tit.* 16. *c.* 3. §. 4. & idem tradunt omnes Doctores allegandi; nam quando ante id triennium seruus professus est, tradunt specialiter quid sit faciendum, vt n.47. videbimus.

44 Ex quo deducitur, seruum absque domini licentia ingressum religionem, etsi nondum professus sit, non posse à domino vltra triennium repeti. Constat ex authentico allegato n. præcedenti, vbi exigit dominum petere intra triennium probationis, vt ipsi reddatur. Et ita intelligitur textus *c. si quis incognitus.* 17. *q.* 2. vbi triennij spatium conceditur domino ad seruum repetendum. Quod si dubites, quo pacto denegari possit seruus domino vltra triennium repetenti, cùm seruus se ipsum, omniaque sua domino debeat: nec seruus fugitiuus longissimo tempore vsucapi possit. *l. 1. c. de seruis fugit.* Respondet Glossa *10. c. si quis incognitus, verb. intra triennium cum possit*, censeatur tacitè consentire, & id reuocandi ius præscribatur. Item, quia aliàs nil spectale esset. Nam quando ante triennium professus est, non potest semper à domino reuocari, sed in quibusdam casibus (vt dicemus n.47.) & ita D.Anton. 3. *p. tit.* 16. *c.* 3. §. 4. postquam dixit posse seruum ante triennium repeti, si nondum professus est, dicit absolutè post triennium eum repeti non posse. Exigitur autem ad hanc præscriptionem bona fides religionis ignorantis eum esse seruum; vt tradunt Angelus *verbo religiosus n.* 3. Tabiena *verbo religio. q.* 10. *n.* 1. Azor *lib.* 12. *institutionum moralium c.* 1. *q.* 3.

45 Quod si dubites, an monasterium teneatur tunc compensare domino æstimationem serui. Glossa *eo. c. si quis incognitus, verbo intra triennium.* & Azor *eo. q.* 3. affirmant. At in contrarium est textus clarè *eo. c. si quis incognitus, in fine*, ibi. *Si autem intra triennium non fuerit requisitus, pallea queri non potest, sed tantum ea quæ in monasterium seruus adduxit, dominus accipiat.* Præterea, quia Doctores n. 47. allegandi tantùm obligant monasterium in mali fide existens ad hanc compensationem.

46 Hoc autem triennium quidam dicunt numerãdum à die probationis inceptæ. Sic Hugo à Sylvestro relatus: & idem tradit Azor *lib.* 12. *institutionum moralium c.* 1. *q.* 1. At multo verius est, numerandum ab eo tempore, quo dominus conscius fuit admissionis serui in religionem. Quod ex præscriptio fit ob negligentiam domini non reuocantis toto eo temporis spatio. At ignoranti negligentia imputari nequit. Et ita videtur tenere Glossa finalis *c. si quis incognitus.* 17. *q.* 2. nam refert vtramque sententiam, & neutram definit, sed remittit se ad *c. si seruus sciens. c. d.* 54. vbi *verbo voluit, in fine*, ait, sub disiunctione numerandum esse à tempore scientiæ. Et idem tenent lex regia 6. *tit.* 7. *p.* 1. D.Anton. 3. *p. tit.* 16. *c.* 3. §. 4. Rosella *verbo religio.* 2. *n.* 1. Sylu. *verbo religio.* 2. *q.* 3.

47 Quod si intra triennium illud seruus hic profiteatur, sic distinguendum est. Si seruus ille mentitus sit se liberum dicens, aut probans, potest à domino intra triennium illud petenti reuocari ad seruitutem: ne ex fraude sua lucrum reportet, vt docent Host. *summa. tit. de voto. n.* 10. *verbo. quid si professus.* Archidiac. *c. si quis incognitus.* 17. *q.* 2. *n.* 8. & ibi Bellamera *n.* 1. Turrecr. *ibi. n.* 4. lex regia 6. *tit.* 7. *p.* 1. D. Anton. 3. *p. t.* 16. *c.* 3. §. 4. Rosella *verbo religio.* 2. *n.* 2. Sylu. *verbo religio.* 2. *q.* 3. Et bene addit Rosella idem dicendum esse, si mala fide confessus seruitutis est religionem ingressus, secus si bona fide existimans se liberum. Insuper si monasterium admittens fuit in culpa, eo quod sciens esse seruum, professionem ei concesserit, vel rationem dubitandi habens non præmiserit debitam diligentiam ad inuestigandam veritatem, debet seruus in monasterio manere, & hoc tenetur domino satisfacere, soluta serui æstimatione. Ita docent Host. D. Anton. Sylu. lex regia 6. proximè allegati, Tabiena *verbo religio. q.* 10. *n.* 11.

48 Procedunt autem hucusque de seruis dicta, tam in seruis qui verè mancipia dicuntur, quàm in iis quos iur. colonos, originarios, & ascriptitios appellat. Qui quotiam fundo, vel agro sunt ascripti, inde inuito domino auelli nequeunt. Constat ex *d. c. si quis incognitus.* & docent Turrecr. *ibi. n.* 4. D. Antoninus, Sylu. Tabiena n. præcedenti allegati, Rosella *verbo religio. 2. n.* 1.

49 Tandem dubitatur, an ea serui professio valeat? Et quidem quando profiteatur elapso triennio numerato à scientia domini non reclamantis, cùm possit, certum videtur professionem esse validam. Quia tunc profiteri potest, nec à domino reuocari valet, nec impediri quin profiteatur (vt n.44. probauimus.) Sed difficultas est, quando intra id triennium profitetur, casu quo à domino reuocari potest, iuxta dicta. Quidam censent eam professionem esse validam. Nec est simile de coniuge absque alterius coniugis licentia professo, cuius professionem esse irritam probauimus *lib.* 7. *de matrim. disput.* 34. *n.* 1. Quia coniux nequit promittere integram castitatem: quod de professionis substantia est. At seruus potest, & quamuis à domini obsequio distrahi nequeat; at id non est necessarium ad professionis substantiam, cùm in domo propria possit professus manere. Ita docent Archid. *c. si quis incognitus.* 17. *q.* 2. *n.* 1. & ibi Bellamera *n.* 1. & 2. Turrecr. *n.* 3. Angelus *verbo religiosus n.* 4. Sylu. *verbo religio. 2. q.* 3. Tabiena *verbo religio. q.* 10. *n.* 11. Quare asserunt Angelus, Sylu. & Tabiena ibi, hunc reuocatum à domino non posse inire matrimonium: & quamuis non explicent id fore irritum; at ita dicendum est, cùm dicant valere professionem. Idem videntur sentire D. Antoninus 3. *p. tit.* 16. *c.* 3. §. 4. Rosella *verbo religio. 2. n.* 3. Gregor. Lopez *l.* 6. *fine tit.* 7. *p.* 1. dicunt enim hunc à domino reuocatum, teneri postea effectum sui iuris redire ad monasterium: eo quod quantum in se est, sit monachus. Quod idem docet Turrecr. *eo. c. si quis incognitus. n.* 6. At multo verius est, eam professionem fore irritam, instar professionis coniugis absque alterius coniugis licentia. Quia etsi seruus possit domino inuito integram castitatem vouere; at nequit se omnino religioni tradere subiectus Prælati obedientiæ,

obedientiæ, & si se tradat, traditio est nulla. At traditio illa ad professionis substantiam desideratur. Et ita docent Paludanus 4. *d.* 38. *q.* 4. *ar.* 2. *n.* 30. Azor *lib.* 12. *institutionum moralium c.* 1. *q.* 3. Ait tamen Palud. *ibi. n.* 19. & ipsum sequitur D. Anton. 2. *p. tit.* 11. *c.* 2. §. 6. teneri hunc manumissum redire ad religionem. Quod idem aiunt alij Doctores prioris sententiæ (vt proximè retuli.) At existimo non teneri redire; vt in simili casu probauimus de coniuge sine alterius licentia profitenti, *lib.* 7. *de matrim. disp.* 34. *n.* 12. Et sicut ibi. n. 16. probauimus, posse hunc coniugatum tanquam religioni non obligatum, exire propria authoritate, etsi non reuocetur, cessante tamen scandalo: similiter ob eandem rationem est idem dicendum de hoc seruo. An verò teneatur ad castitatem, dicemus n. 104. & 105.

50 Septimus defectus ex parte profitentis est, quando est coniugatus. De qua re quando valeat eius professio ante matrimonium consummatum, & quando censeatur non consummatum, latissimè egimus *lib.* 2. *de matrim. à disput.* 18. *vsque ad* 24. & quando post consummatum, *lib.* 7. *à disput.* 32. *vsque ad* 37. & quando ratione diuortij ob adulterium, *lib.* 10. *disput.* 10. & 11. & quando ratione seruitiæ, & furoris alterius coniugis, *eo. lib.* 10. *disp.* 18. *n.* 48. & 49. & quando ratione hæresis, *eo. lib.* 10. *tota disput.* 15.

51 Octauus defectus est, cum professurum alligatum esse aliqua dignitate Episcopali, aut cura animarum. De quo defectu an impediat religionis ingressum, ac professionem irritam reddat, diximus *lib.* 4. *c.* 25. *n.* 56. tractantes de votorum irritatione.

52 Nonus defectus est, quando profitens est impotens præ morbo, aut senectute, ad seruanda regulæ præcepta. Huius enim professio videtur irrita. Quia nemo ad impossibile obligari valet: nec grauè culpa vacat, se ad ea voto astringere, ad quæ seruanda se impotentem vouens aduertit. Deinde quia hic nec seruans, nec seruare potens præcepta regulæ, nequit religionis asperitates experiri. Quod ad professionis valorem desideratur. Cæterùm bene Manuel 2. *tomo summa. c.* 6. *n.* 13. docet hunc validè, & licitè profiteri. Quia obligatio ad religionis substantialia, nempe, paupertatem, castitatem, & obedientiam, nullis corporis vitiis egeri, sed solo voluntatis effectu. Reliqua autem regulæ præcepta non sunt religionis substantialia, sed obligant iusta causa non excusanti. Atque ita illa promittens obligatur ad illa seruanda, eo modo quo regula obligat: nempe, dum iusta causa non excusat. Præterea, quia non desideratur ad nouitiatum experientia omnium in specie, sine in individuo asperitatum religionis: sed satis est eas in genere experiri, viuendo sub obedientia, integro nouitiatus anno. Qui enim toto eo tempore morbo laborat, cuius causa multas in individuo experiri nequit, legitimè nouitiatum explebit, vt bene docent Natar. *lib.* 3. *consil. tit. de regularibus, in 1. adiuncta consil.* 42. *n.* 5. *in 2. consil.* 52. *n.* 5. & idem Manuel 2. *tomo summæ. c.* 8. *n.* 3. *conclusione* 2. *& quæst. regularium tomo* 3. *in* 3. 175. *ar.* 50. Et ex his constat solutio contrariorum.

53 Decimus defectus est, si professurus sit demens. Nec intelligo de dementia non omnino mente priuanti, sed in vna, vel altera materia: hanc enim nec voti, nec aliorum contractuum valorem impedire, diximus *eo. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 5. sed de ea quæ omnino mente priuat. Atque horum dementium, & nouitiatum, & professionem esse irrita constat: quod vtrumque liberam voluntatem desideret. Sed controuertitur inter Doctores, an ratificetur ea professio, si ille sic professus, postea ad sanam mentem rediens, consciusque professionis à se emissæ, non contradicat, aut habitum professorum non deponat. Quidam affirmant censeri statim ratam haberi professionem. Ita Hostiensis *c. sicut tenor, in fin. de regular.* & ibi Ioan. Andr. *n.* 2. Cardin. *n.* 2. Anchar. *fine.* At meritò hanc sententiam impugnant Abb. *ibi. n.* 4. Rosella *verbo nouitium. n.* 12. & ibi Angelus *n.* 9. Sylu. *verbo religio.* 5. *q.* 2. Azor *lib.* 12. *institutionum moralium c.* 1. *q.* 5. Probant id Abbas, Rosella, & Azor, quia *c.* 1. *de regular. in* 6. expresè habetur, impuberem assumentem habitum communem nouitiis, & professis, nulla parenti differentia distinctum, non censeri professum, donec anno integro eum habitum deferat. Ergo idem à fortiori censendum est de furioso. Quare hi tres authores videntur petere annuam illius habitus delationem, vt censeatur professio ratificata. At loquendo ante nouum Tridentini decretum, ea annua habitus peculiaris professorum delatio non semper exigitur, sed in his religionibus, in quibus professio non poterat fieri ante nouitiatus annum, vt in Mendicantibus. Insuper quando ante furorem præmissus erat integer nouitiatus annus, sufficit cessante furore ratificari professionem. Censetur autem rata haberi, quando sciens, & prudens assumit ille professorum habitum. Quia (vt diximus e. præcedenti. n. 24.) ad professionem tacitam inducendã præmisso nouitiatus anno, non est opus perseuerantia triduj in delatione habitus. Vtrique affiemat Sylu. proximè allegatus. Quod autem ibi tractat, an requiratur nouus monasterij consensus, tractabimus n. 81. Et tandem optimè aduertit Angelus proximè allegatus, iudicandũ esse omnino, ac si hæc professio fieret ante pubertatem: & ita ad eam tacitè ratificandam, seu denuo tacitè emittendam, exigi eam habitus professorum delationem, aut actuum professis peculiarium exercitium, postquam cessauit furor, quæ desiderari diximus ad tacitam professionem emittendam c. præcedenti à n. 20. Et ratio est clara. Quia hæc professio fuit omnino irrita. Ergo perinde censendum est, ac si facta non fuisset: & consequenter eadem desiderabuntur ad nouum eius valorem, postquam ille sanus est, quæ exiguntur vt denuo emittatur. Sed post decretum Tridentini *sess.* 25. *de regular. c.* 15. non erit locus hunc professioni tacitæ, nisi quando ante furiam præmissus erat integer nouitiatus annus, vel post sanam mentem præmittitur; vt in omnibus professionibus tacitis diximus e. præcedenti. n. 38. 39.

54 Sed maior difficultas est, an quando quispiam sui compos religionem ingreditur, & anno nouitiatus in furorem incidit, tempus furoris computetur in nouitiatus anno, ita vt si ferè toto anno duret, possit eo transacto, sutque compos effectus, validè profiteri? Videtur enim pars affirmans inde probari. Quippe dato opposito sequitur non esse in eo anno computandum tempus quo nouitius morbo laborans in phrenesim incidit: sed eo tempore non computaro inchoandum esse nouum probationis annum. Quia cùm is annus debeat esse continuus (vt probauimus n. 11.) & eo medio tempore furoris nouitiatus nõ valuerit, interruptus est annus, & ideo alter annus continuò peragendus incipere debet. Quod est contra praxim omnium religionum computantium id tempus in anno nouitiatus. Præterea, quia aliàs percutiens illum furoris tempore, non erit excommunicatus, cùm ille non sit tunc verè nouitius. Ex altera parte vrget, quia qui rationis compos non est, nequit experiri, & explorare monasticam disciplinam, nec propriè est sub obedientiæ iugo. Atque ita cùm ad id concedatur annus nouitiatus, id tempus ineptum prorsus erit. Secundò, quia tempus quo quis ante pubertatem in religione est, non computatur in anno nouitiatus, eo quod impubes non pleno rationis vsu gaudeat, quo religionis asperitates experiatur. Nec malitia potest ætatem supplere (vt n. 22. probauimus.) Ergo multo fortius in furioso id locum habebit, qui omnino rationis vsu destituitur. Tandem quia hoc videtur tenere Sylu. *verbo religio.* 1. *q.* 2. vbi ait per furiam auferri religionis probationem, sicut per impubertatem. Et expresè loquitur de furia

tempore nouitiatus aduenienti; aut enim non integri mores huic virtute illius probationis profiteri in religionibus, in quibus integer nouitiatus annus exigitur. Qui hodie in omnibus peritur, iusta Tridentini decretum. Nisi (inquit Sylu.) quando explero integro anno furia superuenit: secus si quando aduenit furia, non erat sufficienter probatus. Idem videtur sentire Armilla *verbo nouitius. n.* 5. vbi ait furiosum non posse eo tempore experiri religionem, sicut nec tempore quo impubes est: & Tabiena *ibi. q.* 4. *n.* 5. vbi ait nouitiatum inchoandum esse cessante furore, sicut & cessante impubertate.

55 Hæc satis ancipitem videntur reddere hanc quæstionem. In qua primò existimo, furorem citò transeuntem, vt contingit in phrenesi tempore morbi superuenienti, diuinatique octo, aut quindecim dierum spatio, non impedire cursum anni nouitiatus, nec id tempus transacto anno supplendum, sed in eo computandum, & legitimam fore professionem eo finito. Ducor, quod ita tuitur praxis omnium religionum: nec intra annum nouitiatus poscentia, hoc tempus non computandum decernant; cùm tamen euentus hic valdè frequens sit, sed quasi pro nihilo id reputant, & tanquam partem temporis morbi, quo non impeditur cursus illius anni: & eo tempore computato videntur integrum nouitiatus annum perere. Secundò, existimo impedire cursum anni nouitiatus, quando dementia esset extraordinaria, vt soleat contingere in iis qui nullo alio morbo laborant, & diu duraret, vt integro mense. Tunc enim non esset id tempus in anno nouitiatus computandum, sed transacto furore supplendum esset. Quod probant adducta n. præcedenti pro posteriori parte. Et cùm casus hic rarus sit, & extraordinarius, non oportuit vt iura illum excepserint, vt non excipiendo videantur censere computari. Dico autem id tempus posteà cessanti furore supplendum, & non dico iterum inchoandum nouitiatum. Quin eo medio furoris tempore non interrumpitur nouitiatus, cùm furiosus ille maneat in religione, vel extrà de Prælati licentia, nec à religione expulsus sit; sed tantùm dormit, seu suspenditur nouitiatus: sicut tradunt Doctores præscriptionem contra Ecclesiam non interrumpi, sed dormire, seu suspendi, dum ea vacat Prælato. Et similiter præscriptionem inceptam contra defunctum, cui pupillus successit, tradunt dormire, dum ætas pupillaris durat. *L. fin. C. de præscript. triginta annorum.* Et potest videri in Molina *tomo* 1. *de just. disp.* 78. *calum.* 3. *versic. præscriptio cessat.* Nec ex ea suspensione inferre licet, percusserem huius furiosi non incurrere excommunicationem. (Quia si (vt n. 2 4. probauimus) ingressus ante pubertatem, qui verè, & propriè nouitius non est, gaudet eo priuilegio: à fortiori gaudebit hic, qui verè, & propriè nouitius est, vtpote qui legitimo tempore admissus est, nec expulsus fuit; quamuis id tempus non computetur in anno ad legitimâ probationem perito. Sicut nec computatur ad hoc, tempus ante pubertatem. Et ex his soluuntur rationes contrariæ n. præcedenti adductæ.

56 Vndecimus defectus est, quando profitens interrogatus taceret morbum contagiosum, aut aliud notabile vitium. Et quidem Gerson *in 1. p. in tractatu quarundam quæstionum, alphabeto* 34. *littera S.* agens de tacente impedimentum, quo cognito non admitteretur, quamuis dubius in eam partem inclinare videtur, vt professio non teneat ex parte conuentus: quod ea admissio inuoluntaria videatur, & sub tacita conditione, nisi adsit impedimentum.

57 Sed distinguendum censeo. Si impedimentum non sit substantiale iuxta illius religionis statuta à Sede Apostolica confirmata, quæ in eo casu irritam redderent professionem, valeret professio. Vt si quis morbo Gallico laborans, eum rogatus occultaret, & profiteretur, nullatenus ad professionem admittendus eo detecto, valeret professio, nec hic teneretur à Sede Apostolica licentiam exeundi petere, sed de præterita culpa dolere. Quam Nauar. strictim allegandus dicit esse mortalem. Quia sicut non omnis error, nec omnis deceptio, sed solius personæ, reddit irritum matrimonium carnale: ita nec omnis error, nec omnis deceptio, sed circa sola substantialia cassat professionem; vt dicemus n. 82. Et ita docent Nauar. *lib.* 3. *consil. tit. de regularibus. in 1. editione. consil.* 25. *n.* 2. & 3. *in* 2. *consil.* 48. *n.* 2. & 3. Manuel 2. *tomo summæ c.* 6. *n.* 3. & *quæst. regularibus, tomo* 3. *in q.* 17. *ar.* 9. Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo nouitius. post* 7. *notabile.* §. *quinto principaliter.* Vega 2. *tomo summæ c.* 50. *casu* 4.

Afferunt tamen quidam ex his Doctoribus, posse religionem hunc tam professum in pœnam admissæ culpæ à religione expellere. Ita docent Nauar. Sorbus, Vega n. præcedenti allegati, Emmanuel Sà *summa, verbo religio. n.* 14. Manuel 2. *tomo summæ c.* 6. *n.* 3. quod idem nos tradidimus *lib.* 7. *de matr. disp.* 57. *n.* 53. Sed iure optimo idem Manuel *quæst. regularibus, tomo* 3. *in q.* 17. *ar.* 9. recedit ab hac sententia, dicens non esse iustam expellendi professi causam. Quod cùm res grauissima sit, grauissimam causam exigat. At in Societate IESV esset iusta causa expellendi ligati solis simplicibus biennij votis. Quia cùm ea vota sint ex parte Societatis conditionalia quoad perpetuitatem, multo minor causa ad expulsionem sufficit. 58

59 Tempore autem nouitiatus, etsi cum eo notabili defectu, aut morbo manifestato, admissus quispiam esset, posset expelli. Quia malè fecisset admittendo, non auferet ius religionis, vt resipiscens nouitium malè admissum expellat. Et ita docent Gerson n. 56. allegatus, Corduba *in regul. D. Francisc. c.* 2. *q.* 11. *punctu* 2. Manuel 2. *tomo summæ n.* 8. *n.* 9. *conclus.* 8. Quamuis aliàs nouitius absque iusta causa expulsus his habeat agendi contra religionem, ne expellatur; vt allegatis Hostiensi, & Ioanne Andrea docet Gregor. Lopez *l.* 3. *verbo à ellos. tit.* 7. *p.* 1. & expellentem absque iusta causa peccare tradunt Caiet. 2. 2. *q. vltima, ar.* 4. *dubio* 3. Passarellus *in priuilegiis Minimorum, c.* 43. *ad finem.* At non credo esse mortale, nisi grauis nouitio nota esset expulsio illa. Sicut culpa nouitij leuiter retrocedentis est solùm venialis. Non enim magis obligatur religio nouitio, quàm nouitius ipsi, quoad culpam.

60 Sed si defectus esset tacitus ex substantialibus religionis illius, existimo professionem fore nullam; vt si in Societatem IESV admitteretur quispiam, aut in ea profiteretur cum aliquo ex quinque impedimentis essentialibus relatis *in* 1. *p. constitutionum c.* 3. *n.* 3. *vsque ad* 7. in quibus (vt dicitur *ibi n.* 7. *in commento littera G.*) nec Præpositus generalis, nec tota Societas dispensare potest, professio non valeret. Quare nil referret, siue ex malitia, siue ex ignorantia rectum sit aliquod ex his impedimentis. Quia existentibus illis impedimentis, nulla est potestas in admittente: ac propterea professio defectu talis potestatis erit irrita. Item quia *ex c.* 3. *n.* 2. dicitur hæc impedimenta omnino excludere à Societate. Ergo sunt impedimenta irritam reddentia professionem: cùm ex constitutiones omnino excludentes affectos his impedimentis, sint à Sede Apostolica approbatæ, & prorsus claudant aditum, omnemque dispensandi potestatem Societati denegent. Tandem quia quando non est impedimentum essentiale, omnino excludens, & irritam reddens professionem, id explicatur, vt constat ex congregatione 5. generali Societatis IESV, canone 5. vbi decretum est, ne originem ab Hebræis, vel Sarracenis trahentes admittantur: additum est, si missum per errorem cum hoc vitio, posse ante professionem expelli, admonito tamen prius Generali. Imò etsi Generalis absque legitima Pontificis dispensatione, aut eius nunij potentis dispensare, admitteret quemquam ad professionem cum aliquo ex prædictis quinque impedimentis essentialibus, aut ad vota biennij, admissio esset nulla: quod caveat omnino potestate admittendi.

61 Vltimus defectus ex parte profitentis est, si ante ingressum sit obligatus ad subuentendum grani parentum, aut filiorum necessitati, aut obligatus ad rationes reddendas, aut ad ex alienum, aut alij crimini obnoxius, ob quod Sixtus V. irritas reddidit professiones in suo motu proprio de hac re: aut quia non fuit præmissæ informationes ibi petitæ. Sed ratione eius parentum, aut filiorum necessitatis, non reddit irritam professionem, probauimus *lib.* 4. *c.* 20. *n.* 10. & 19. Nec ratione eris alieni contracti, aut obligationis ad rationes reddendas, aut alicuius criminis, aut omissæ informationis, est hodie irrita professio: quod is motus proprius sit reuocatus, vt diximus *lib.* 4. *c.* 19. *n.* 2. 19. & 21.

SVMMARIVM.

Ad valorem professionis exigitur admissio illius per habentem potestatem. n. 62.

Idem petitur in simplicibus biennij votis Societatis IESV. *n.* 63.

An hæc potestas admittendi sit in solo Prælato absque consensu? Refertur quædam sententia. n. 64.

Explicatur sententia auctorum; & quid in monasterio monachorum; & an possit Episcopus contradicentes cogere filios suos in; & quam cautissim sit necessaria secundum, quando id petendum est ab alio tanquam à Deo, & effectu principis. n. 65.

An sit irrita ex iure professio admissa à Prælato, absque consilio, vel consensu conuentus. n. 66.

An conuentus vocari possit admittere ad professionem? n. 67.

An possit Generalis, vel Provincialis intrudere superiori impositam admissionem ad professionem, cum decreto irritantis? Refertur quædam sententia. n. 70.

Explicatur sententia auctorum; & an possit quando quis ipse admittere contradicente superiore immediato, & conuentu. n. 71.

Quid in Societate IESV? n. 72.

An possit expulsum generale decretum irritam professionem reddere? Refertur. n. 73.

An possit Episcopus admittere ad professionem? n. 74.

An id possit habens mera alterij administrationem. n. 75.

An id possit Abbatissa? n. 76.

An id possit laicus ex commissione potentis admittere? n. 77.

An excommunicati possent admittendi, & valeat admissio? n. 78.

Quid de suspenso ab officio? n. 79.

An qui alias admissus non potentis admittere, sed sit ex habentibus subsequenti potentia, & an ex tunc valeat? n. 80.

Professio admissa à potente admittere, & ex aliqua causa irrita, an ad sui valorem indigeat quoq; consensu potentis admittentis: vel sic sit nouus professionis consensus, & quatis esse debeat, et sit legitima ex rationibus. n. 81.

Pag. n. 82. *inuenies alia summaria.*

62 QVÆSITIO secunda. Quando redditur professio irrita ex defectu potestatis in admittente? Id tanquam certum est præmittendum, ad professionis valorem non sufficere solum profitentis traditionem, sed oportere quoque adesse personam habentem potestatem accepiendi nomine ipsius religionis, illumque obligandi ipsi profitenti. Et ratio est, quia professio est contractus oneroso, vtroque obligatorius, quo professus fidem suam astringit Deo, obligatusque religioni, & religio ipsa obligatur religioso, ad retinendum eum, & alendum, & tractandum iuxta religionis institutum. Sicut ergo aliæ receptæ obligationes nequeunt in vnius consensu consistere, sed indigent duplici persona potestatem obligandi habente. *l. in omnibus. ff. de action. & obligat. l. fin. C. eodem tit.* ita & professio. Idem constat ex *c. porrectum, de regular. ibi. & recepto ab Abbate. &. ex c. ad Apostolicam, eodem tit. ibi. Abbate per se, vel per alium professionem recipiente.* Nec obstat *c. consulitur, eod. tit. vbi, vel* oppositum significans, dum ait professionem eximi posse super alrare: intelligitur enim acceptanti eo qui habet potestatem admittendi ad religionem, vt bene docet ibi Alexander de Nevo n. 4. Et ideo ita docent Glossa *c. porrectum, verbo monachum*, & ibi Imol. n. 4. Ioan. Andr. n. 4. Host. n. 14. Abbas *n.* 10. Anchar. n. 3. 4. 5. Henricus *fine.* Lapus *allegatus* 4. *n.* 7. vbi Mandolius in *additionibus littera F.* multa similia congerit. Gregor. Lopez *l.* 1. *tit.* 7. *p.* 1. Sylu. *verbo religio.* 3. *q.* 18. *dubio* 1. Nauar. *commentario* 4. *de regular. n.* 74. & omnes. Atque idem in professione tacitè exigi probauimus e. præcedenti n. 14.

63 Idéique necessariò exigitur in simplicibus biennij votis emissis in Societate IESV, per quæ votum efficitur verus religiosus. Quia per illa non soli Deo, sed etiam religioni votum obligatur, tradens se illi & religio quoque obligatur ad ipsum retinendum, & alendum, nisi iusta causa illius expellendi adfuerit. Ergo exigitur potens admittere, & obligare religiosum.

64 Sed difficultas est, an solius Abbatis sit ad religionis professionem admittere, an ipsius, & conuentus? Et quidem fateantur omnes spectandum in primis esse, an aliquid citra hoc consuetudo legitimè præscripta, religionis priuilegia, aut constitutiones habeant, quibus standum est. At si hæc abint, difficilius est, quid iure communis sentiendum sit. Quibusdam placet, id esse Abbatis adhibito conuentus consilio, id autem auditum non teneri Abbatem sequi, sed posse contra ipsum admittere ad professionem. Ducentur, quod nullo iure cauetur teneri Abbatem expectare consensum conuentus. Nam *ex textu de his quæ sunt à Prælato*, cui similiter contraria sententia, id non probat. Quia solùm decidit quando præsentatio ad beneficium spectat ad collegium, non posse solum Prælatum præsentare: & ita supponit præsentationem ad collegium pertinuisse. At nullo iure probatur, admittere ad professionem pertinere ad conuentum. Immo textus *c. nullum* 18. *q.* 2. loquens de Abbate, sic ait: *ad quem potestas ista pertinere cognoscitur.* Vbi Glossa verbo *ista* capitur ita pertinere ad Abbatem, vt non ad monachos pertineat. & *c. ad Apostolicam, de regularibus*, idem significatur, ibi. *Abbate per se, vel per alium recipiente.* Abbatem autem teneri ad audiendum conuentus consilium, inde probant: quod omnium religiosorum regula præscribat, vt quæ præcipua sunt non expediat Abbati absque conuentus consilio. At admissio ad professionem ex præcipuis religionis est. Non teneri autem id consilium sequi, inde student: quia vbi non consensus aliorum, sed consilium deliberantis, fieri est illud audire, nec auditum est necessario sequendum: sicut ex omnibus probauimus *lib.* 1. *de matrim. disp.* 34. *n.* 34. Et idem hanc partem distinguit Abbas *d. c. ad Apostolicam, n.* 11. & 12. & *d. c. porrectum n.* 4. & clinos *c. quæsitum, n.* 5. *de sponsis.* Bocrius *decisione* 180. *n.* 19. Sylu. *verbo religio n.* 3. 13. & 9. 18. *dubio* 4. Angelus *verbo professio n.* 1. Rosella *verbo accessus n.* 10. & ibi Tabiena 4. *S. n.* 9. Nauar. *commentario* 3. *de regular. n.* 1. Azor *lib.* 11. *institutionum moralium c.* 4. 5. 3. Menochi 1. *tomo summæ c.* 8. *n.* 8. *quæstion.* 7. & *n.* 15. *conclus.* 11. Et Fauor Hist. *c. ad Apostolicam, n.* 7. *super verbo exigat*, vbi dicit, fortiùs valere admissionem Abbatis consilio fratrum.

65 At verius est exigi quoque consensum maioris partis conuentus. Tum quia Nauar. & Manuel supra allegandi dicunt sic habere consuetudinem omnium religionum. Atque diuersæ religiones à me interrogatæ respondeunt ita habere illarum vsum. Tum etiam, quia

RECONOCIMIENTO OFICIAL DE BIBLIOTECA

quia esto solùm conuentus consilium teneatur Abbas petere, & regulariter obligatus ad consilium petendum, non teneatur illud sequi: at saltim quando id ab alio tanquam à collega, & officij participe petendum est, vt testantur Bartolus communiter receptus *l.1. §. si plures, n.7. ff. de excusatio in actione*. Dominicus *c. voice. §. vbi vero, n.9.* & ibi Francus *n.5. de sede vacan. in 6.* Nauar. & Manuel statim allegandi. At Abbas tenetur petere suorum monachorum consilium, tanquam collegarum, & sui officij participum. Ergo tenetur illud sequi. Et ideo hanc partem clarè tenere videntur Glossa *c. porrectum, verbo monachum, de regular.* & ibi Auctar. *n.6.* & Glossa *c. finali, verbo pertinet, eodem tit. in 6.* & ibi Monachus *n. omico.* Antonius Cucus *lib.3. institutionum maiorum, tit.1. n.56.* Emmanuel Sà *summa, verbo religio, n.65.* vbi dicunt admissionem hanc pertinere ad Abbatem cum conuentu: & licèt non explicent, an cum solo consilio, an etiam cum consensu; at clarè videntur sentire exigi consensum. Et clarè id tenent Lapus *allegationes 51. n.3.* Dominicus *c. finali, n.3. de regular. in 6.* & ibi Francus *n.2.* Probus *ibi, in addit. ad Mouzalum. n. 3.* dicunt enim Episcopo iubenti recipi monialem ad monasterium sibi subiectum, non esse recipiendam contradicente maiori conuentus parte: eo quod creatio monialium pertineat ad Abbatissam cum conuentu; & si Episcopus compellere velit, posse appellari ad superiorem. Idem videntur tenere Archid. *c. finali, 16. q. 7. n.2.* & ibi Bellamera *n. omico.* Turrecrem *n.1.* vbi relata opinione Marini, dicentis ad solum Abbatem pertinere hanc receptionem, dicunt eum textum contradicere: & solùm limitat Turrecr. nisi conuentus maliciosè resistat. Idem sentire videntur Oldradus *consil. 97. n.1. versic. sed in contrarium*, & Mandosius *addit. ad Lapum, allegatione 31. num.* vbi aiunt pertinere hoc ad Abbatem, & conuentum, tanquam ad collegium. Et in propriis terminis tenent exigi consensum conuentus, Anchar. *c. finali, nec obsis 2. de regular. in 6.* Armilla *verbo monitus. n.17. ad finem*, Nauar. *lib.3. consil. in 2. editione tit. de constitut. consil. 9. à n.29.* Spino *speculo testamenti, glossa 11. principali. n.2. & 3.* Manuel *q. regular. tomo 5. in q.17. ar.7.*

66 Non tamen approbo quod ait Manuel *ea q.17. ar.7.* nempe, professionem à solo Abbate receptam, nec petito conuentus consilio, non esse ipso iure irritam, sed talem declarandam. Sed dicendum est, eam esse omnino irritam: & hoc quamuis sustineat prior sententia dicens non esse necessarium conuentus consensum, sed solum consilium; nedum certata nostra petenti consensum. Quia quoties exigitur peti alicuius consilium, etsi non amplecti, quidquid eo non audito fit, est nullius momenti, vt latissimè allegatis multis probat Felinus *c. ex parte n.1. de constit.* Et ita cum professionem esse nullam sustinent Abbas *c. ad Apostolicam n.11. de regular.* Hostiensis, Felinus, Ioërius, Rosella, Angelus, Sylvester, Tabiena, Nauarrus, Manuel, Azor, allegati n.64.

67 Hinc deducitur primò, monasterium dum vacat, neminem posse ad professionem admittere. Nam etsi textus *c. finali, de regular. in 6.* videatur oppositum decidere: decidit enim, quoties pertinet ad Abbatem cum conuentu electio monachorum, posse conuentum monasterio vacanti, secus si ad solum Abbatem pertineat. At is textus intelligi debet iuxta textum *c. omico, ne sede vacante, in 6.* vbi in principio decidit, quando beneficij collatio pertinet ad Episcopum cum capitulo, posse capitulum sede vacanti conferre, secus si ad solum Episcopum pertineat. Et statim §. 1. id explicat idem textus, vt intelligatur quando ita in solidum vtique conuenit, vt nec Episcopus consensu, vel consilio capituli indigeat, nec hoc consensu, vel consilio Episcopi: secus quando alter alterius consensu, aut consilio indiget. Iuxta hæc ergo est intelligendus textus *d. c. finali.* Et ideo cùm Abbas nequeat ad professionem admittere saltem sine cõuentus consilio, non poterit conuentus vacante monasterio admittere. Atque ita docet Glossa *ea. c. finali, verbo creari, in additione*: & ibi Dominicus *fine*, Francus *n.1.* Abbas *c. ad Apostolicam, in fine, de regular.* Angelus, Sylu. Nauar. Azor *n. 64.* allegati. An verò possit admittere ex spe ratihabitionis tutuis Prælati, dicemus n. 80.

68 Secundò deducitur, nec totum cõuentum repugnante Prælato, nec Prælatum repugnante maiori conuentus parte, posse aliquem ad professionem admittere. Ita docent Nauar. *lib.1. consiliorum, in 1. editione, tit. de constitut. consil. 9. q.5. n.13.* Manuel *quæst. regularibus, tomo 3. in q. 17. ar. 7.* Et in quodam simili tenet Abbas *c. cum Ecclesia, n. 11. de elect.* vbi ait quando electio canonici pertinet ad Episcopum cum capitulo, consentienti Episcopo in vnum, & capitulo in alterum, neutrius electionem valere: quod oporteat, Episcopum cum maiori capituli parte in eundem consentire.

69 Nec sufficit consensus Prælati, & dimidiæ partis conuentus, sed debet maior pars conuentus vltra Abbatem consentire. Ita docet Francus *c. finali, n.2. de regular. in 6.* Nauar. *lib.3 consil. tit. de regularibus, in 1. editione, consil. 62. n.3. in 2. consil. 37. n.4.* Et constat ex doctrina Glossæ *c. porro. §. cum vero, verbo assensu, ne sede vacanti, in 6.* quam sequuntur Abbas dicens esse ipsam veritatem, & ex multis probans *c. postulastis, n.14. de consuet. præb.* & ibi Anton. *n.11.* Imola *n.15. & 16.* vbi docent, expediendum ab Episcopo cum capituli consensu, indigere consensu Episcopi, & vltra illum consensu maioris partis capituli. Et idem ait Abbas *ea. n.11.* dicendum de quocunque collegio. Quod tamen intelligendum est, nisi conuentio religiosus, aut regula aliud haberet, vt diximus num. 64. initio.

70 Tertiò deducitur, quid in ea quæstione dicendum sit, an possit Generalis, aut Prouincialis præcipere immediato conuentui superiori, ne quenquam ipso inconsulto ad professionem admittat, adiecto decreto tedenti irritam professionem aliter factam? Et videtur pars negans inde fuisseri: quia admissio ad professionem non pertinet ad Generalem, vel Prouincialem, sed ad immediatum conuentus superiorem cum ipso conuentu (vt probauimus n.65.) vbi & Doctores adduximus dicentes adeò id esse verum, vt non possit Episcopus monialem admittere ad professionem in monasterium ipsi subiectum, absque conuentus consensu. Ergo nec potest statuere decretum irritans. Omnis enim res per quæcunque cãusas nascitur, per easdem dissoluitur. *c. 1. de regulis iuris.* Et confirmatur, quia ob hanc rationem probauimus *lib.4. c.16. n.32.* alias allegatis, non satisfacere voto religionis petentem admitti, si non admittatur à Generali, vel Prouinciali. Quia sicut horum non est ad religionem admittere, ita nec expellere. Tandem quia decretum reddens irritum professionem solus Pontificis est edere, vt dicemus n. 73.

71 Sed his non obstantibus, existimo id posse ex causa iusta. Dicor, quia etsi solus Generalis, vel Prouincialis nequeat ad professionem admittere, at potest cum maiori conuentus parte. Sicut id potest immediatus ipsius conuentus Abbas, vt testantur Nauar. *lib.3. consil. tit. de regularibus, in 1. editione, consilio 61. n.5. in 2. consilio 37. n.3.* Manuel *quæst. regularibus, tomo 3. q.17. ar.7.* Et ratio est, quia tota potestas immediati Prælati est eminenter in Prouinciali, tanquam in legitimo ipsius superiori, & tota vtrinque potestas est eminenter in Generali, tanquam in totius religionis capite. Ergo potest in casu speciali, ductus iusta causa, reseruare sibi consensum illum vnà cum conuentu præstandum ei admissioni ad professionem: & sublnde efficere, vt professio aliter facta sit irrita defectu legitimi consensus admittentis. Et confirmatur, quia etsi solus Pontifex possit impedimenta reddentia directè irritam professionem statuere: at possunt Prælati inferiores in casu speciali, & ex iusta causa, non directè

directè irritando, sed indirectè, nempe, suspendendo facultatem admittendi. Sicut quamuis nequeat Episcopus impedimenta matrimonium dirimentia statuere; potest tamen in casu speciali, & ex iusta causa, suspendere facultatem parochi ad assistendum eundem matrimonio, absque ipsius Episcopi licentia. Et tunc alter initum matrimonium erit nullum, defectu authoritatis in parocho. Secundò, quia ex causa iusta potest superior Prælatum inferiorem in totum amouere. Ergo & partem eius facultatis in casu speciali, ex iustaque causa suspendere. Tertiò, quia etsi Episcopus solus nequeat cogere monales in conuentu sibi subdito, at si penuriam monialium patiatur, & conuentus monitus affigesto sibi termino nollet admittere, posset supplere conuentus consensum. Quod probant Dominicus *c. finali, n.5.* & ibi Francus *in fine de regularibus, in 6.* Ergo similiter quando communi religionis bono expedient non admittere aliquam monialem, poterit suspendere potestatem competentem admittendi Abbatissæ, & conuentui absque ipsius Episcopi licentia, ita vt aliter facta admissio sit irrita defectu potestatis in admittente. Quippe vtrinque casus eadem est ratio. Quartò, quia etsi Prælatus immediatus ordinarius absoluendi monachos iurisdictione gaudeat: & proinde non possint omnes casus ad libitum reseruare Generalis, & Prouincialis, at ex iusta causa possent vnum, vel alterum reseruare, & facta reseruatione, absolutio inferioris esset irrita. (Loquor ante motum proprium Clementis VIII. quo his inferioribus potestatem reseruandi casus, demptis quibusdam, quos ibi explicant.) Ergo simili ratione etsi ordinaria potestas admittendi ad professionem, conueniat immediato Prælato cum conuentu, potent non ad libitum, nec in omnibus casibus, sed ex iusta causa in casu speciali reseruare admissionem ad professionem, non sibi soli, sed simul cum conuentu: & ita professio aliter facta contet defectu potestatis admittentis. Quintò, quia Nauar. *lib.1. consil. tit. de constitut. in 2. editione, consilio 9. q.5. n.14.* dicit, si qua sit in religione constitutio, vt Generalis possit ad professionem admittere, eam intelligendam esse, simul cum conuentu, & superiori immediato. Quia hoc modo parum dissonaret iuri communi. Et *lib.4. c.16. n.51.* probauimus posse Prouincialem in casu speciali quo id Generalis statuat. Tandem quia *c. ex ist. §. verum quia expressè, ad finem de verb. signif. in 6.* dicit Nicolaus III. etsi in religione Minorum competat Prouincialibus fratres admittere, integrum tamen esse Generali hanc facultatem coarctare. Et ex his constat ad rationes contrarias n. præcedenti allatas. Nam prima cum sua confirmatione tantùm probat, non posse Generalem, aut Prouincialem generaliter sibi reseruare facultatem admittendi ad professionem, ne in casu speciali, ita vt soli ipsi absque conuentu admittant: secus in casu speciali, & ita vt ipsi simul cum conuentu consensum prestent. Vltima autem ratio tantùm probat, non posse ipsos directè decretum irritans edere, nec generaliter: at possunt indirectè in casu speciali, reseruando sibi admittendi potestatem. Immo credo professionem fore irritam, & si Generalis, vel Prouincialis non addierint decretum irritans, sed eam admissionem sibi reseruarent: sicut eo ipso casu sibi reseruant, absolutio ab illo præstita ab inferiori est irrita. Secus si simpliciter iuberent aliquem non admitti ad professionem. Quia etiam matrimonium initum contra simplex Pontifex interdictum defendimus valere *lib.7. de matrim. dispu. 2. à n.10.*

72 At in Societate IESV hoc caret difficultate. Quia in ipsa solius Generalis est admittere ad professionem, & ad simplicia biennij vota, & coadiutorum formatorum, & ex ipsius commissione admittunt Prouinciales ad nouitiatum, & sola biennij vota (vt diximus n. 26.) Atque proinde poterit non communicare hanc facultatem, nisi cum limitatione, quam expedire censuerit.

73 Quartò deducitur, quamuis non possit generale religionis expimlum edere statutum irritam reddens professionem, sed solius Pontificis hoc sit, vt multis citatis probauimus *lib.7. de matrim. dispu. 37. n.30.* & præter Doctores ibi citatos, id tradit Manuel *quæst. regularibus, tomo 3. in q.11. ar. 2. & in q. 15. ar. 10. eodem. 4. & in q.17. ar. 10.* posse tamen hoc modo iritam reddere professionem cum aliquo impedimento emittendam, statuendo, nimirum, vt nullus admittatur ad professionē, nisi protestatione præmissa non esse animum illius admittendi, si tali impedimento laboret. Tunc enim professio cum eo impedimento minimè valeret, non ratione decreti irritantis, sed defectu intentionis admittendi, vt ex multis probant *ea. dispu. 37. num. 30.* Et vltra ibi allegatos tradit Manuel *dicta q.11. ar. 2.* Insuper posset restringere facultatem admittendi habentes tale impedimentum, & tunc professio esset irrita defectu potestatis in admittente; sicut n. 71. probauimus id posse Generalem in casu speciali.

74 Quintò deducitur, quid in ea quæstione censendum sit, an possit Episcopus monachum ad professionem admittere? Quidam affirmant penes Episcopum esse facultatem religiosum aliquem constituendi: quamuis in nullum monasterium ille ingrediatur, nec cogra alicuius religionis institutum profiteatur. Sed id contingit, promittendo iuxta substantialia religionis vota in manibus Episcopi, eiusque religiosus in sua domo sub Episcopi obedientia. Probant ex *c. §. sic. 27. q. 2.* quod nil prorsus ad rem facit, vtpote quod solum definit, ne coniuges communi consensu volentes ad religionem transire, id efficiant absque Episcopi licentia. Hanc sententiam tenent Innoc. *c. porrectum, n.4. de regular.* & ibi Hostiensis *n.14.* Joan. And. *n.4.* Anchar. *n.7.* At contrarium dicendum est. Quippe nec professio esse potest extra religionem à Sede Apostolica approbatam. *c. omico, de voto, in 6.* Nec Episcopus, cùm hodie superior religiosorum non sit (omnes enim illi priuilegium exemptionis habent.) potest propria authoritate ad professionem monasticam admittere. Atque ita docent Abbas *ea. c. porrectum, n. 12.* Rosella *verbo monitus, n.21.* Angelus *verbo professio, n.1.* Sylu. *verbo religio, §.4. 14.* Armilla *verbo monitus, n. 21.* & ibi Tabiena *q.8. n.9.* Nauar. *lib.3. consil. tit. de regularibus, in 1. editione, consilio 6. à n.2. vsque ad 6. in 2. consil. 40. à n.2. vsque ad 6.* Antonius Cucus *lib.3 institutionum maiorum, tit.1. c.64.* Manuel *quæst. regular. tomo 3. in q.17. ar. 11.* Azor *lib.12. institut. moralium, c.5. q. 4.* Prior tamen sententia vera est in monasteriis monialium Episcopo subiectis, & dummodo professio emittatur iuxta regulam à Sede Apostolica approbatam. Et ita docent Rosella, Sylvester, Armilla, Tabiena, Nauarrus, Antonius Cucus, Manuel ibidem. Quod intelligitur, simul cum consensu maioris partis conuentus. Nam solus superior nequit ad professionem admittere, vt n.64. probauimus. Et ita adiuuantur Tabiena, & Armilla ibidem.

75 Sextò deducitur, habentem solum monasterij administrationem non posse ad professionem admittere, quod non sit legitimus superior. Ita docent Sylu. *verbo religio, §.4. 18.* Angelus, & Azor *n.* præcedenti allegati, contra Lapum, & Dominicum allegato à Sylvestro.

76 Potest tamen Abbatissa in suo monasterio professionem monialium acceptare. Quod videtur suppon. *c. consulum, qui clerici vel vou.* Nam hæc acceptatio non est actus ordinis, nec iurisdictionis pertinens ad Ecclesiæ claues, cuius femina est incapax, sed quasdam superioritatis, quam retinet Abbatissa in moniales habet. Atque ita docent Host. *ea. c. consulunt, n.1.* Archid. *c. consuetudinem, n. 1. verbo omissa, de regular. in 6.* Francus *ibi n.7.* Dominicus *ibi. 9. in alia n.6. & eam sibi, n.10 eodem in & hæc.* Hentricus *c. porrectum, n.4. de regular.* Rosella *verbo monitus, n. 6.* Azor *lib.11. instit. moralium, c. 3. q. 6.* Immo idem dicit Francus ibi in Abbatissa respectu monasterij virorum quod per ipsam regitur. Sed verius est contrarium, quod tenet Anchar. *ea. c. cum in universo, n.1. versiculo 3.* Quod io-

lam illius monasterij administrationem Abbatissa habeat: hoc autem non sufficere ad professionem aliquius acceptandam probauimus n. præcedenti.

77 At posset laicus ex commissione potentis acceptare professionem, illam admittere, sicut potest beneficium nomine alieno acceptare, & procurator esse in causa spirituali. *c. accedens, de prebend. & c. 1. de procurat. in 6.* Et ita docent Innoc. *c. cum ex illorum, n. 4. verse. ab Abbate de regular.* & ibi Host. *n. 13.* Ioan. Andr. *n. 4.* Hericus *n. 5.* Anchar. *n. 6. & c. finali, ad finem eodem tit. in 6.* Rosella *verbo monitum, n. 24.* Sylvester allegato Asensi *verbo religio. 3. q. 18.* Manuel *quæst. regular. tomo 3. in q. 17. ar. 12.*

78 Et quia deducitur, quid dicendum sit de superiori legitimo excommunicato denunciato, aut notorio clerici percussore, qui professionem admittit, aut alteri admittendam committit. Videtur enim admissio irrita; quia admittere est actus iurisdictionis, & sic appellat Azor *lib. 12. instit. moral. c. 4. q. 6.* Cum ex officio solus superior possit acceptare; hæc admissio illa emanare possit, nisi ab habente iurisdictionem. Et hic vtrique actus est iurisdictionis. Atque hanc partem probant argumenta quæ adduximus *lib. 5. de matrim. dispat. 11. n. 1. & 6.* ad probandum, matrimonium inium coram parocho sic excommunicato, aut coram alio ex eius commissione, esse irritum: quod ex præsentia, & commissio sunt actus iurisdictionis. Ar ex illimo validam fore professionem, siue acceptet superior sic excommunicatus, siue alius ex eius commissione. Dicor, quod acceptare professionem non sit proprie actus iurisdictionis, sed superioritatis. Et ita actum superioritatis appellant Dominicus *c. confessionem 6. qu. elect. n. 6. de regular. in 6.* & ibi Franciscus *n. 7.* Rosella *verbo monitum, n. 21.* Nec etiam ex commissio est actus iurisdictionis: non enim est alicuius iurisdictionis commissio. Si enim esset actus iurisdictionis spiritualis, minime esset capax illius fœmina, aut laicus. Sed illa acceptatio valaindi est, quam admittere nomine religionis obligantem illam qua professus religioni se alligat, & obligat religionem ipsi professio. Et illa commissio est, dare potestatem ad acceptandam eam professi obligantem, & ad obligandam illi religionem. Hæc autem esti supponant superioritatem, non sunt actus iurisdictionis, nec iurisdictionis vlum exigit, sed solam superioritatem: quæ per excommunicationem non cessat, esti per eam suspendantur actus iurisdictionis. Et confirmatur, quia si quæ inhibet alium contractum nomine conuentus celebrare, vel dare alteri potestatem celebrandi, valeret vtique. Contractus enim ab excommunicato inti sunt validi, intra malin veriorem intentionem (vt tradit *in tractatu de excommunicatione.*) Cum tamen nisi superior esset, nec posset valida celebrare, nec committere. Nec hi actus reputantur iurisdictionis, sed cuiusdam superioritatis. Sicut *lib. 5. de matrim. extra dispatationem 11.* probauimus valere matrimonium, cui assistit parochus sic excommunicatus, aut alius Sacerdos ex eius commissione. Vbi & ad contraria argumenta respondimus. Qualiter autem peccet sic recipiens professionem, aut alteri committens, idem dicendum est quod n. 36. diximus de peccato admittentis ad professionem sic excommunicatum. Sola enim venialis culpa esset ratione participationis cum alius, quamuis ipse non esset denunciatus: nisi intercesserit aliquibus Ecclesiæ precibus in ipsa professione recitatis; tunc enim esset mortalis. Cum excommunicatus non denunciatus nullo in hoc priuilegio gaudeat.

79 Quod si superior suspensus esset ab admissione ad profitisionem (qualiter cum iure suspensus esse diximus n. 8. in casu ibi explicato) vel si suspensus ab homine esset: quidam dicunt non valituram professionem ab hoc admissam. Ita docent Lapus *allegatione 4. n. 7.* Franciscus *eodem loco, n. 6. de regular. in 6.* Et idem consequenter dicent, si deleger admittendi potestatem. Nec enim dare potest potestatem, qua ipse caret. Atque hoc poll. Concilij Constantiensis decretum debet necessario intelligi, quando ille suspensus esset denunciatus. At quamuis existimem esse mortale sic admittere, aut delegare, quamuis ille non sit denunciatus, eo quod contra censuram illam agat: valebit tamen professio, esti denunciatus sit. Quia soli iurisdictionis actus exercit à suspenso denunciato sunt uniti. At hæc admissio, aut delegatio sunt actus solius superioritatis (vt n. præcedenti probauimus.) Item quia parochus cui interdicta est Sacramentorum, aut peculiaris matrimonij administratio, validè assistit, & alteri committit, sicut probauimus *lib. 3. de matrim. dispat. 11. n. 11. & 12.* Ergo idem dicendum est de hoc suspenso ab admissione ad professionem. Secus tamen esset, si superior ex iusta causa reseruaret admissionem aliquius ad professionem, iuxta ea quæ n. 71. tradidimus.

80 Quoties autem professio est irrita defectu solius potestatis in adiuuante, fuisset ad eius vtilem, quando nomine habentis potestatem admissa est, vt is ratam eam habeat, non mutata priori professi voluntate per actum contrarium. Quod ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparetur: *regul. ratihabitionem, de regulis iuris, in 6.* Atque ita docent Innoc. *c. porro, hum. nat. de regular.* & ibi Host. Ioan. Andr. *n. 4.* Hericus *n. 5.* Anchar. *n. 6. & c. finali ad finem, eodem tit. in 6.* vbi Franciscus *n. 1.* Rosella *verbo monitum, n. 24.* & ibi Angelus *n. 1.* Sylu. *verbo religio. 3. q. 18. & q. 18. dicto 2.* idem Angelus *verbo professio, n. 1.* vbi Armilla *n. 1.* Tabiena *q. 2. n. 1.* Nauar. *lib. 3. consilio de regularibus, in 1. editione, consilio 6. n. 7. in 2. consilio 40. n. 7.* Antonius Cucus *lib. 3. instit. monarum, tit. 1. n. 56. & 57.* Azor *lib. 12. institutionum moralium, c. 3. q. 7.* Manuel *2. tomo summæ c. 8. n. 13. consul. 12. & quæst. regular. tomo 3. in q. 17. ar. 12.* Et idem bene docet Franciscus ibidem de conuentu vacante Prælato, posset enim nomine Prælati futuri admittere ad professionem, & eo posita ratam eam habente valeret. Dicunt autem omnes hi eam ratihabitionem tunc prodesse, quando nomine potentis acceptare, est acceptato professio. Nam sicut nomine acceptata non sit, nil eius ratihabitio subsequens proderit. Nemo enim ratum habere potest quod suo nomine gestum non est. Et ita docent Angelus *verbo professio, n. 1.* Tabiena, Armilla, Azor proxime allegati. Incipiet autem valere professio illa à tempore quo rata habita fuerit à superiori; quare matrimonium ante eam ratihabitionem inium valeret. Quia cum ad professionis valorem deinceritur consensus professionis, & habentis legitimam acceptandi potestatem, posteriorbic consensus deest ante eam ratihabitionem. Ergo ab eo solo tempore, quo professio rata habetur, valere incipiet. Atque ita docent Innocentius, Host. Ioannes Andreas, Anchar. Angelus vtroque loco, Rosella, Manuel vtroque loco, proxime allegati. Sylu. *verbo religio. 3. q. 14. fine, & q. 16. sor. & q. 18. dicto 2.*

81 Tandem dubitatur, an quando professio fuit ex parte emittentis irrita, sufficiat nouus eius consensus absque noua Prælati admissione, & qualis debeat esse hic consensus? De qua quæstione latè egimus *lib. 7. de matrim. dispat. n. 37. à n. 59. vsque ad 66.* & ideo in summa repetemus ibi dicta, remittendo illuc probationes, & allegationes. Et quidem primo certum est, ad veram illius irritæ professionis ratificationem, & vt ea conualescat, desideratur vt professis sciens professionem fuisse irritam, illam denuo ratam habeat: quod latè probauimus *ea dispat. 37. n. 59.* Secundo, circa nouam monasterij acceptationem, eam quoque desideratur cum scientia nullitatis prioris professionis, tenent aliqui quos allegauimus *ea dispat. 37. n. 62. & 63.* & Manuel *quæst. regularibus, tomo 3. q. 17. ar. 3.* Quod esse satis probabile diximus *ea dispat. 37. num. 60. 61. & 62.* At si ibidem distinximus, si prior professio non fuit irrita ratione inhabilitatis professionis, sed quia ficta, aut metu, aut dolo eam irritantibus emissa est, probabilius ex eadem *n. 60. & 61.* non desideratur nouam monasterij acceptationem. Quando autem fuit irrita

irrita ratione inhabilitatis, sine temporalis, vt quia defecit legitima ætas, aut integer probationis annus, siue perpetua, tanquam probabilior sustinuimus *ibi. n. 62. 63. & 64.* esse necessariam nouam conuentus acceptationem, vt prior illa professio post impletam legitimam ætatem, aut nouiritium expletum, aut impetratam inhabilitatis dispensationem, conualescat. At satis probabile diximus non desiderari, sed sufficere nouum professi consensum. Quod inuenio tenere Sylueſtrum, quem ibi non retulimus, *verbo religio. 3. q. 1. fine*, vbi ait professionem furiosi tempore furoris emissam, & ita tempore inhabili, conualescere per solum illius ad sanam mentem restituti consensum, quando conuentus furiam ignorasset. *Eadem etiam dispatatione 37. n. 65.* tradidimus medium facile ad impetrandum nouum conuentus consensum, si quis eam partem vt desideretur, amplecti velit. Atque *n. 66.* probauimus non esse repetendas ceremonias in professione adhibiti solitas. Et *num. 67. & 68.* egimus an hic omnia prioris professionis irritæ antiquitatis iura tenere licitè valeat.

SVMMARIVM.

Professio an sit irrita defectu intentionis profitendi, aut se obligandi, aut quando profitens se habuit negatiue, aut quando ex errore, aut dolo, aut metu, iracundia, aliaue animi perturbatione emissa est? n. 82.

Quid si finis fuit malus, aut indifferens, aut assequirem temporalem, aut mixtus? n. 83.

An professio sit irrita non præmisso examine nouitiæ, an liberè profitetur, & quando id præmittendum sit? n. 84.

An sit irrita ex quod aliquod ex tribus votis non emittatur? num. 85.

An sit irrita falsa in religione reprobata, aut quando non illi speciali religioni, sed religioni in genere obligat? n. 86.

An valeat emissa sub conditione de præsenti, præterito, vel futuro, honesta, turpi, impossibili, necessaria? num. 87.

An facta sub conditione de futuro, fiat valida euentuali conditione, absque noua consensu, quamuis professa sit inhabilis, siquæ conditio, si Pontifex dispensauerit? num. 88.

An matrimonium ab illo initum ante conditionis euentum valeat? num. 89.

An si fiat duplex professio in diuersis religionibus sub conditione, & earum conditio simul euenat, vel non simul, vtra valeat? num. 90.

An valeat cum conditione contraria eius substantiæ: vt restituendi proprij, non seruanda castitatis: Refertur opinio quædam. num. 91.

Explicatur sententia authoris, & soluuntur contraria. n. 92.

Quid si conditio ex interuallo adiuuatur? n. 93.

Quid si conditio non sit restituendi omnino proprij, sed aliquius peculiaris tanquam proprij? n. 94.

Quid si conditio illa adiuuatur tanquam modus, vel simplex pallium? n. 95.

Quid si apponatur tanquam causa, vel demonstratio? n. 96.

Quid si conditio sit reseruandi aliquid in proprios vsus de licentia superiorum: & an possit superior reuocare, esti Pontifex confirmarit? n. 97.

An ex reseruatione sit in dubio ita intelligendum? n. 98.

An hoc ius sit derogatum per Tridentinum? n. 99.

De aliis limitationibus, remissiuè. n. 100.

An valeat professio, si quis intendat non seruare tria vota, aut id exprimat? n. 101.

An valeat adiecta conditione manendi in propria domo, & posse postea superior reuocare, esti Pontifex pallium confirmarit? n. 102.

Post n. 102. inuenies omnia summaria, quæ desunt.

82 QVÆSITIO tertia. Quando professio sit irrita ob defectum in ipsa professione contingentem? Primus defectus est, quando defuit voluntas promittendi, aut se obligandi, aut merè negtiuè se habuit profitens. Sed de hoc egimus *lib. 4. c. 1. n. 27.* Vel quia consensus fuit per errorem, aut dolum: de quo, & quando vota biennij in Societate IESV emissa, per hæc irritentur, egimus *lib. 4. c. 2. n. 4.* Vel quia per metum: de quo egimus *eodem lib. 4. toto c. 3.* Vel quia ex ira, gravve animi perturbatione professio facta est: de quo egimus *eodem lib. 4. c. 1. n. 2.*

83 Secundus defectus est, ratione indebiti finis ad quem ordinata est professio; quia aut ille est malus, & de hoc egimus *lib. 4. c. 6. n. 14.* Aut quia est indifferens: aut consequutio alicuius rei temporalis; & de hoc egimus *c. 7. n. 26.* Aut quia fuere plures fines, & alter fuit ineptus; & de hoc egimus *c. 10 n. 15.*

84 Tertius defectus est, quod professio monialis non fuerit emissa præmisso duplici examine ordinarij, quod petit Tridentinum *sess. 25. de regular. c. 17.* quando in iuot duodecim annis ingrediur religionem, vel vnico, quando ea ætate minor ingrediur. De quo examine latè egimus *lib. 4. c. 18. n. 32. & tribus sequentibus:* vbi & declaranimus quando sit præmittendum, Et quidem dicendum est, non reddi iritam professionem ex hoc defectu. Quia etsi Tridentinum id examen professioni præmitti iubeat, at eam aliter emissam non reddit iritam. Vt solet explicare quando id vult, & fecit in alio casu, *eadem sessione c. 15.* & ita docet Menochius *consilio 596. n. vltimo, volum. 4.* Erit tamen peccatum eam non præmisso illo examine profiteri. Nec ipsa sola peccat, id etiam Abbatissa, vel Prælatus admittens professionem. Quippe quamuis Tridentinum de sola professora loquatur, at cum suscipere, & dare sint correlatiua, lex etiam pœnalis, & correctoria disponens in vno correlatiuo, censetur idem disponere in alio, in quo est eadem ratio; vt ex multis probat Eueardus *in suis topicis, locus à correlatiuis, n. 7. 8. & 9.* Et id etiam constat ex eodemmet Tridentini decreto, in quo iubetur Abbatissa ante mensem proximum professioni, certiorem facere Episcopum, sub pœna suspensionis ab officio, quamdiu Episcopo videbitur. Atque ita docent Nauar. *summa Hispana c. 28. additione penultima ad n. 143. c. 25.* & Manuel, bene addens, hoc peccatum Abbatissæ, vel dantis professionem absque hoc examine, esse mortale, *in 2. tomo summæ c. 8. n. 3. consul. 2. volum. 2.* Quamuis autem Tridentinum id duplex examen petat, maiori duodecim annis ingrediente religionem: at vsu tam receptum est, vt vnicum puellæ quacumque ætate ingrediens præmittatur, nunium, quando professura est, vt bene docet Manuel *quæst. regularibus, tomo 3. q. 12. ar. 2.*

85 Quartus defectus est, quando non præmittuntur omnia tria vota paupertatis, nempe, castitatis, & obedientiæ quæ de professionis substantia sunt: sed aliquod ex illis non præmittitur. In quo euentu esti aliqui censeant valere professionem, quos retulimus *lib. 7. de matrim. dispat. 15. num. 11.* at contrarium *eo. n. 11. & ea. volume* approbauimus toutis citatis.

86 Quintus defectus est, si professio fiat in religione reprobata. Quia ea valere nequit, cum in sola religione per Sedem Apostolicam approbata possit validè emitti. Quare dicunt Palud. *4. d. 38 q. 4. ar. 2. n. 30.* D. Antoni. *4. p. tit. 16. c. 4. in fine principij.* Sylu. *verbo religio. 3. q. 10.* ea vota non obligare illi speciali religioni in qua emittuntur, sed religioni in genere. Sed iam è præcedenti, n. 38. probauimus, professionem obligantem soli religioni in genere, non esse veram professionem, sed vim solius voti simplicis habere. An verò veram sit in vniuersum professionem iritam habere vim voti simplicis, dicemus n. 104. & 105.

87 Vltimus defectus est, si professio illa sub conditione emittatur. Et quidem si conditio sit de præsenti, aut de præterito, aut de futuro, necessaria tamen, vel impossibilis, vel contingens, vel honesta, vel turpis, non tamen contra professionis substantiam, est omnino idem dicendum, quoti latè diximus *lib. 4. c. 13.* de voto simplici similibus conditionibus affecto. Quia eadem prorsus est ratio. Et constat posse professionem esse in pendenti ex futuro

futuro euentu. Nam quando acceptatur à non habente potestatem nomine illam habentis, pendet ex futura habentis potestatem ratihabitione, & ex tunc incipit esse firma; sicut n. 80. probauimus.

88 Duplex tamen difficultas est hic discutienda. Prior est, an professio emissa sub conditione de futuro, quæ validè apponitur, eiusque obligatione in suspendit, adueniente conditione, statim absque nouo alio consensu valeat? Vt si quis in religione sic profiteatur: promitto paupertatem, &c. si pater meus crastina die voluerit, an volente patre crastina die maneat professio valida, absque nouo alio profitentis, aut religionis consensu? Multum negotij facesseret nobis hæc quæstio, nisi in simili forma illam disputassemus *lib. 5. de matrim. disput. 8. à n. 3.* vbi latè disputauimus an matrimonium sub similibus conditionibus initum efficiatur validum adueniente conditione, absque nouo alio consensu. Et ideo summatim hic repetendo dicam, remittendoque probationes ad illum locum. Sicut ergo in simili matrimonio, sine personæ sint habiles ad ineundum illud, sine inhabiles absque dispensatione, & conditio fit, si Pontifex dispensauerit, est duplex sententia. Prior ait, non esse matrimonium impleta conditione, sed desiderati tunc nouum consensum; & potissimùm quando contrahentes sunt tunc inhabiles. Quam tetuli *ea disp. 8. num. 9. & num. 3.* dicens esse probabilissimam. Posterior autem tenet in vtroque casu perfici matrimonium adueniente conditione, absque nouo alio consensu, dummodo prior non sit per contrarium actum mutatus. Quam retuli *ea disput. 8. num. 4. & 10.* atque eam tanquam multo probabiliorem sequutus ibi sum, & argumentis contrariis satisfeci *ibi num. 8. & 11.* Ita in professione potest eadem duplex sententia locum habere. Et quamuis vtraque sit probabilis, at probabiliorem existimo, eam professionem conditionalem efficiu vtroque casu omnino validam, eo ipso quod conditio impletur, absque nouo alio consensu, dummodo nec religio admittens, nec professus priorem consensum mutarint. Quod ex rationibus ibi adductis probatur: eædem enim militant in hoc casu.

89 Hinc deducitur, si ante conditionis euentum hic ineat matrimonium, id fore validum: secus si post. Quia ante illum non erat consummata professio, sed pendens à futuro euentu: at post illum est consummata; sicut idem probauimus in matrimonio, *eadem disput. 8. n. 7.*

90 Secundò deducitur, quid dicendum si ille in duplici religione profiteatur sub similibus conditionibus, & vtraque conditio simul impleatur. Dicendum enim est, sicut in matrimonio diximus *eadem disput. 8. num. 15. & 16.* contra duas sententias *ibi n. 13. & 14.* relatas, vtramque se mutuò impedire, & ideo neutram valere: impleta tamen priùs altera conditione, valebit professio sub illa emissa, siue prior, siue posterior fuerit, & altera corruet.

91 Posterior difficultas est, an religionis professio irrita fiat, adiecta conditione contraria eius substantiæ: vt, dummodo profitens proprium retineat, vel non teneatur ad castitatem, aut nutu suo, & arbitrio viuat? Quamuis Iason statim allegandus referat quinque sententias, at omnes ex ad duas potissimas reducuntur, cæteræ sunt quædam earum limitationes, & ita tanquam limitationes apponemus, & de earū veritate disputabimus. Prior sententia ait, eam professionem fore validam, & reiici conditionem tanquam eius substantiæ contrariam. Ducitur ex *c. finali, qui clerici, vel vou.* vbi Pontifex definit firmam fuisse professionem cuiusdam mulieris emissam cum ea conditione, vt in domo sua cum omnibus suis bonis maneret. Secundò, potest hoc probari ex testibus quos adduximus *lib. 5. de matrim. disput. 9. n. 1.* ad probandum conditiones contra matrimonij substantiam non illud irritum reddere. Et ideo hanc sententiam tenet Glossa *auth. ingressi, verbo dedicam. C. de sacros. Eccles.* & *auth. de monachis, collat. 1. § illud quoque, verbo voluerit.* & *c. fidet, verbo nolint, in fine. 32. q. 2.* vbi Archid. *ad finem*, & ibi Bellamera n. 3. Lapus *allegatione 127. n. 17.* & ibi Mandosius *in addit. littera Z.* Innoc. *c. 1. n. 3. de condit. appos.* Ioan. Andr. *addit. ad Speculatorem. tit. de statu monachorum. §. qualiter concipiet libellum. q. 48. n. 14. verbo quæsitum:* & *c. finali. n. 9. de condit. appos.* & ibi Anton. *n. 8.* Cardin. *num. 4.* Præpos. *n. 8.* Alexander de Neuo *n. 33. fine.* Henricus *n. 14. & 15.* Imola *Clem. finali. n. 8. de regular. & c. cum M. n. 41. de consit.* vbi Felinus *n. 75.* Ripa *n. 82.* Baldus triplici loco, Ioannes de Phano, Angelus, quos refert Iason *dicta auth. ingressi. n. 30.* & eam ipse sequitur *ibi num. 37.* Bernardus Diaz *regula 521. num. vnico.* Gregor. Lopez *l. 2. verbo proprio. tit. 7. p. 1.* & est satis probabilis.

92 Posterior sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo) ait eam professionem esse irritam. Ducitur, quod conditio contraria substantiæ matrimonij carnalis reddat ipsum irritum. *c. finali, de condit. appos.* Ergo idem erit in matrimonio spirituali per professionem inito. Nec valet discrimen quod contrarij authores inter vtrumque constituunt, nempe, quod in matrimonio carnali coniuges quibus per illud obligatio principaliter acquiritur, conniueant conditioni illi, ac proinde tanquam legitimè admissa non est reiicienda, sed si matrimonij substantiæ repugnet, illud irritum faciet. At in matrimonio spirituali Deus cui principaliter obligatio comparatur, non admittit conditionem illam, & ideo tanquam non admissa reiicitur prorsus, & manet professio absoluta, & valida. Verùm hæc differentia corruit, quia Deus non immediatè se ipso acceptat professionis obligationem, sed medio Prælato, qui in acquirendis potest nocere. Item quia esto soli Deo fieret professio, cùm illa emittatur sub conditione illa, & non aliter, ex eo quod Deus conditionem non acceptet, sequitur potiùs professionem corruere: vtpote quæ non aliter ex profitentis voluntate profecta est, quàm sub illa conditione. Professio enim omnes obligationis suæ vires ex profitentis voluntate assumit. Et ideo votum simplex emissum cum conditione contraria eius substantiæ, probauimus esse irritum *lib. 4. c. 21. n. 10.* Secundò, ex *c. dudum, verse. insuper, de conuers. coniug.* vbi dicitur valere professionem, etsi profitens ante ingressum professatus sit velle se retinere proprium: eo quod tempore professionis illam purè, & simpliciter emiserit. Ergo à contrario sensu non valeret, si conditio illa tempore professionis adiceretur. Tandem quia rationes contrariæ non obstant. Nam textus *c. finali, qui cler. vel vou.* declarabitur n. 97. Ad alios textus respondimus *lib. 5. de matrim. disput. 9. fine.* Et ideo hanc sustinent Glossa *l. per seruum. 14. verbo inutile. ff. de vsu, & habitat.* & *c. 2. verbo administratione, de statu monachorum.* & *c. finali, verbo contra, ad finem, de condit. appos.* Speculator *tit. de statu monachorum. § qualiter concipiet libellum. q. 48. n. 54.* Bartolus *authentica ingressi. num. 29. C. de sacros. Eccles.* & ibi Decius *n. 21. initio, & num. 22. fine.* Paulus *ibi. n. 19.* Salycetus *num. 5.* Abbas *c. finali. num. 6. qui cler. vel vou.* & *c. finali. num. 7. de condit. appos.* Cardinalis *Clem. finali. num. 6. q. 6. de regular.* & ibi Anchar. *num. 5.* Paulus de Eleazar, & Ioannes de Ligna, *ibi. ad finem.* Palod. *4. d. 26. q. 3. ar. 2. num. 10.* Adrianus 4. vbi de matrim. *dubio 9. & sed pro sententia, omissis variantibus.* D. Anton. *1. p. tit. 16. c. 1. in principio, verse. professio expressa cum mala intentione.* Rosella *verbo religio. 2. n. 11.* Angelus *verbo religiosus. num. 19.* Sylues. *verbo religio. 3. q. 6. 7. & 8.* Tabiena *verbo religio. q. 20. num. 21.* & ibi Armilla *num. 8. & verbo professio. num. 1.* Nauar. *lib. 3. consil. in 1. editione. tit. de regularibus, consil. 20. num. 5. in 2. tit. de statu monachorum, consil. 14. n. 5.* Couar. *4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. num. 18.* Minchaca *de successionum creatione, lib. 3. §. 21. num. 177.* Antonius Cucos *lib. 3. institutionum maiorum. tit. 1. num. 128.* Spino *speculo testamentorum, glossa 12. principali. num. 12.* Humada *l. 7. tit. 7. p. 1. glossa 1. n. 2.* Salzedo *addit. ad regulam 521.* Bernardi Diaz. Gratian. *regula 320. n. 2.* Cauallos *in suis quæst. prælicu. q. 85. num. 2.* Azor *lib. 11. instit. inter alium, c. 5. q. 2. & lib. 11. c. 15. q. 9.* Manuel *quæst. regular. 5. cons. quæstione decima septima, articulo sexto.*

93 Temperatur tamen hæc sententia primò, quando ea conditio adiecta est tempore quo professio emittitur. Nam ex interuallo quantumuis modico apposita non nocebit, sed reiicietur manenti firma professione. Quia statim ac professio emittitur, eius obligatio perfectè acquiritur Deo, & monasterio. At obligationi perfectæ, & iam consummatæ nulla conditio, nullúmve onus adiici potest; vt probauimus in matrimonio carnali, in quo eadem est ratio, *lib. 5. de matrim. disput. 6. num. 5.* Atque ita docent Glossa *l. per seruum. 14. verbo inutile. ff. de vsu, & habitat.* Anton. *c. finali. num. 8. de condit. appos.* & ibi Præpos. *num. 8.* Bartolus, Salycetus, Gratian. Cauallos, Salzedo n. præcedenti allegati, Couar. *4. decretal. 2. p. c. 3. §. 1. n. 8. & 18.*

94 Secundò temperatur, quando conditio esset retinendi omnino proprium, & liberè acquirendi in voto superiori. Quippe hoc est contra religionis substantiam. At si conditio esset de limitata paupertate, vt, dummodo retineam domum vt propriā cum bonis iam acquisitis, valebit professio conditione reiecta, si repugnet substantiæ professionis illius peculiaris religionis in qua emittitur: quamuis non valebit id votum paupertatis, & ideo virtute illius non tenebitur profitens ad præcisam paupertatem, sed virtute regulæ. Quia compellitur ad ea seruanda quæ cæteri religiosi seruare tenentur. Ita docet Couar. *4. decretal. 2. p. c. 3. §. 1. n. 18.* Ducitur, quod etsi sint de essentia religionis paupertas, & castitas, at possunt hæc esse limitata manente religionis essentia. At hæc limitatio non placet. Quia hic per illam professionem non se obligat religioni in genere, sed huic peculiari. Si ergo conditio adiecta est contra substantiam professionis in ea peculiari religione, eam irritam reddet. Hæc enim peculiaris professio consistere nequit cum illa conditione. Præterea, quia fateur Couar. ibi id pauperatis votum non valere quoad omnimodam paupertatem, sed quoad solam illam specialem promissam. Ergo nec valebit illa specialis professio; cùm de eius essentia sit, vt emittatur validè de tribus votis, vt diximus n. 85.

95 Tertiò temperatur, dummodo conditio contraria substantiæ professionis apponatur tanquam conditio, vel tanquam pactum, ita vt eo secluso non sit intentio se obligandi. Si enim apponatur tanquam modus, vel simplex pactum, valebit professio conditione reiecta. Vt si sub hac forma fiat: profiteor paupertatem vt retineam proprietatem bonorum. Et potest probari ex iis quæ adduximus *lib. 5. de matrim. disput. 19. n. 4.* ad probandum non vitiari matrimonium carnale adiecto modo eius substantiæ contrario. Et Doctores ibi allegati id tenentes in matrimonio carnali, tenebunt idem in professione; cùm sit eadem ratio. Atque in propriis terminis tradunt Bartolus *auth. ingressi. n. 29. C. de sacros. Eccles.* & ibi Paulus *n. 19.* Salycetus *n. 5.* Antonius *1. finali. num. 8. de condit. appos.* & ibi Præpos. *n. 8.* Nauar. *lib. 3. consil. in 1. editione. tit. de regular. consil. 20. n. 5. in 2. tit. de statu monachorum, consil. 14. num. 5.* Alij dicunt tunc non vitiari professionem, sed transire in aliam speciem. Ducuntur ex *l. vbi ita donatur. ff. de donat. causa mort.* vbi decidit, donationem causa mortis cum pacto, vt donans non sit integrum reuocare, quod est eius substantiæ contrarium, non vitiari omnino, sed transire in donationem inter viuos, & particulam, *causa mortis*, explicari, occasione mortis. Quare hic ita profitens obligatur monasterio in omnibus, præterquam in referentis in modo illo, vel pacto: & erit quasi oblatus monasterio. Ita docent Abbas *c. finali. n. 6. qui clerici, vel vou.* Angelus *verbo religiosus. n. 19.* Sylu. *verbo religio 3. q. 8.* At dicendum est, vitiari professionem, & esse irritam, adiecto eo modo, vel pacto; vt probauimus in matrimonio carnali, *22. disput. 19. n. 3.* & Doctores id tenentes ibi relati, tenebunt quoque hoc. Atque in propriis terminis docent Decius *ex auth. ingressi. num. 23.* Rubeus, quem refert, & sequitur Couar. *4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. num. 18.* Salzedo *addit. ad regulam 521.* Bernardi Diaz. Nec etiam placet quod Abbas cum sequacibus tradidit, nimirum, transire eam professionem in alium contractum. Atque id improbant Alexander de Neuo *c. finali. n. 15. qui cler. vel vou.* Iason *dicta auth. ingressi. num. 36.* Tum quia est noua monachatus species nullo iure inuenta. Tum etiam quia textus cui ij Doctores innituntur, id non probat. Quippe est maxima similitudo inter donationem inter viuos, & causā mortis, ob quam iure statutum est, vt adiecto pacto contra vnius substantiam vna transeat in alteram. At professus est valde dissimilis ab oblato religioni: nec is transitus est iure statutus.

96 Quod si conditio illa solùm ponitur tanquam causa vel demonstratio, non reddet irritam professionem, etsi falsa sit: vt, profiteor in hac religione, quia, vel quæ permittit habere proprium. Atque ita sustinent loquentes quando est causa, Anton. & Præpos. allegati n. præcedenti. Et tam de causa, quàm de demonstratione id probauimus in matrimonio carnali, in quo est eadem ratio, *lib. 5. de matrim. disput. 19. num. 2.* vbi id limitauimus, nisi error ille falsæ causæ, aut falsæ demonstrationis redundaret in errorem personæ. Tunc enim redderetur irritum matrimonium. Et similiter in præsenti, si redundaret in substantialem religionis errorem, esset irrita professio.

97 Quartò temperatur, quando conditio esset retinendi proprium quoad dominium, cum libera vtendi facultate, & independenter à superioris facultate: secus autem esset quando vsum solum sibi reseruaret profitens pro suis necessitatibus ex superioris licentia, eiusque nutu reuocabilem. Tunc enim valet professio, nec conditio reiicitur. Quippe in nullo pugnat cum religionis substantia. Atque ita intelligitur pactum illud retinendi res suas in propria domo, quod in professione sua fecit nullier illa, de qua fit mentio *c. finali, qui cler. vel vou.* Atque ita docent Glossa *ibi, verb. vt in domo.* & ibi Innoc. *n. 2.* Ioan. Andr. *n. 9.* Abbas *n. 6.* Bartolus *auth. ingressi. n. 29. C. de sacros. Eccles.* & ibi Paulus *n. 18.* Decius *n. 10.* Iason *n. 37.* Imola *l. vbi ita donatur. n. 4. ff. de donat. causa mortis.* Paud. D. Antoninus, Angelus, Tabiena, Couar. Salzedo, Humada, Gratian. Cauallos, Azor vtroque loco, Manuel, allegati n. 92. Sylu. *verbo religio. 3. q. 8.* Nauar. *commentario 2. de regular. n. 16.* Quare immerito hoc impugnat Anton. *c. finali. n. 8. de condit. appos.* Ducitque, quia etsi non sit contra religionis substantiam, habere vsum alicuius rei de superioris licentia, est tamen eum habere tanquam ex pacto sibi debitum. Sed bene respondet Decius proximè allegatus, id verum habere, quando ita ex pacto deberetur, vt monachus actionem contra superiorem acquireret, ita vt superior eum vsum reuocare nequiret. At Doctores allegati loquuntur, quando sus superiori manet ad reuocandum. Quod idem fatetur idemmet Anton. *c. finali. n. 9. qui cler. vel vou.* & ibi Præpositi. *n. 6.* Dum autem diximus posse superiorem reuocare, intelligatur nisi id pactū esset à Pontifice confirmatum; vt bene docet Nauar. proximè allegatus. Quamuis autem superiores religionis non possent reuocare, non esset contra religionis substantiam. Quia ipse Pontifex, qui id etiam concessit, posset reuocare.

98 Atque in dubio reseruatio aliquorum bonorum tempore professionis à religioso facta, sit hoc modo intelligenda, nempe quoad vsum ex licentia Abbatis, ob ipsoque reuocabilem. Et ita valebunt professio, & conditio. Et ratio est, quia in dubio non sunt interpretanda verba alicui contractui adiecta, ita vt eius naturæ repugnent, immo potiùs iuxta eius naturam. *l. si ego ita principio. ff. de legatis. & l. damni infecti qui dam, in principio. ff. de damno infecto.* Et verba quamuis ea in sensu improprio vsurpare opus sit, sunt potius accipienda in eo sensu, vt actus valeat. *c. Abbate, de verb. signif. Lapsum. ff. de verb. obligat.* Atque ita docent Bartolus, Abbas, Paulus, Angelus, Sylu. Tabiena, Couar. Gratian. Salzedo, n. præcedenti allegati

Nec-

99 Necnon hac communi dezogia Tridentinum *sess.25. de regular.c.1.* Quia ibi solùm statuit ne monachi concedantur bona stabilia etiam ad vsumfructum, vt ea tanquam propria, nec à superiori reuocabilia habeat. At pactum quod iure communi approbatur *c.finali, qui cler. vel vou.* est, quando vsus restitutus potest à superiori reuocari, vt diximus n.97. Et ita docent Nauar. *commentario 2. de regularibus n.16.* Azor *lib.12.institut.moralium.c.5.q.2. fine.*

100 De aliis limitationibus, quæ possent apponi, sumpto argumento à matrimonio carnali, in quo ab aliquibus apponuntur, contulenda sunt quæ diximus *lib.5. de matrim. disput.9.* vbi latè de illis egimus.

101 Ex dictis deducunt aliqui, non valere professionem, si profitens expressè se nolle seruare castitatem, quantumcumque illam promittat; quamvis valeret eo non expresso, etiamsi non intelligeret seruare castitatem, dummodo vellet se ad illam obligare. Ducuntur, quia quando non exprimit, sed in mente retinet se nolle seruare castitatem, id non obstat valori professionis: eo quod non sit de eius essentia velle tria vota seruare, sed velle se ad ea obligare. Quando autem id exprimit, non valet professio; quoniam multa expressa nocent, quæ tacita non nocerent. Ita docent Palud. *4.d.26.q.3.ar.1.num.10.* D.Antoninus *3.p.tit.16.c.4 in principio, versic. professio expressa cum mala intentione.* Sylu. *verbo religio, §.4.6.* Immo Armilla *verbo religio, num.8.* ait suis intendat non seruare castitatem, siue id exprimat, non valere professionem. At hæc doctrina mihi displicet. Et ideo existimo, solam non seruandi tria vota intentionem, quantumcumque verbis expressam, minimè reddere irritam professionem. Quia obligatio voti non petit intentionem id seruandi, sed quantumcumque ea desit, obligabit existente voluntate promittendi, & se obligandi (vt probauimus *lib. 4. c.1.n.13.*) Nec expressa nocent, aut valori voti obstant, quando non sunt contra eius substantiam.

102 Tandem deducitur, valere conditionem in professione appositam manendi in propria domo: nec ob illam vitiari professionem. Quia esse intra monasterium, non est de religionis substantia, vt probauimus c. præcedenti.n.12. Atque ita colligitur ex *c.finali, qui cler. vel vou.* vbi id pactum professioni adiectum approbatur: & docent Angelus *verbo religiosus num.19.* Sylu. *verbo religio, §.9.8.* Tabiena *verbo professio, fine.* Nauar. *commentario 2. de regular.n.16.* Emmanuel Sà *summa, verbo religio. n. 6.* Azor *lib.12.institutionum moralium.c. 5. q. 2.* At poterit postea superior reuocare, etsi non debeat absque iusta causa; vt bene docent Angelus, Sylu. & Nauar. ibidem. Quæ bene limitat, nisi Pontifex id pactum confirmaret; vt in simili diximus n.97.fine. Nec hoc est reuocatum per Tridentinum; vt bene docent Nauar. Emmanuel Sà, Azor ibidem. Si tamen expressè deducetur in pactum, ita integrum fore profitenti, in propria domo manere, vt nullatenus à superiori reuocari posset, non valeret professio. Quippe esset contra obedientiæ votum, ac proinde contra religionis substantiam. Sicut pactum habendi proprium à superiori non reuocabile, est contra votum paupertatis; ac proinde licet per hoc redditur irrita professio, tam & per illud.

SVMMARIVM.

An professio irrita defectu ætatis, aut minoritatis, valeat, vt votum simplex? n. 103.
Quid si ex aliis causis sit irrita? n.104. & 105.
An professio hic remanet sub Episcopi obedientia esse, quando nulla religio vult eum admittere? n. 106.

103 QVÆSITO vltimò. An in prædictis omnibus eueniebus toto hoc capite enumeratis, in quibus professio solemnis est nulla, obliget illa vt votum simplex? Et quidem quando est nulla defectu legitimæ ætatis, vt quia ante pubertatem emissa est; quamvis attento iure antiquo nonnulla esset difficultas, an ea professio ligaret tanquam votum simplex: id enim affirmat Anton. *c.postulasti, in fine, de regular.* At verior opinio erat, eam omnino cassatam esse ab Ecclesia, ita vt nec voti simplicis vim haberet. Quod colligitur ex *c.ei, de regular.in 6.* vbi dicitur, posse hunc libere ad seculum redire. Quod verum non esset, si voto simplici ligaretur. Atque ita docent Caiet. *2.2.q.88. ar.9. paulo post principium, in 3. monitabili.* Soto *lib.7. de iust. q. 3. ar.1. columna penultima. versic. nisi dominus.* At hodie attento decreto Tridentini *sess.25. de regular.c.15.* certissimum est, professionem ante sexdecim annos expletos, & integrum nouitiatus annum, siue in monasteriis virorum, siue fœminarum, omni prorsus obligandi vi destitui, perinde ac si prorsus facta non esset. Sic enim expressè ibi deciditur.

104 Sed difficultas est, quando ob alias rationes professio est irrita, an vim voti simplicis habeat? Et communissima sententia ita affirmat. Ducitur ex *c.consuluit, qui cler. vel vou.* vbi de quadam fœmina velamen suscipienti à carente potestate admittendi ad religionem, sic dicitur, *habitum sine professione susceptum, ne contrahatur impedit, sed contractum nequaquam dissoluit.* Quem textum etsi Glossa *ibi, verbo presbyteri*, intelligat de habitu nouitiorum susceptione; at iure optimo eam reprobat Abbas *ibi.n.3.* Quia cùm susceptio habitus nouitiorum ad nil obliget, non impedit matrimonium contrahendum. Vnde ait intelligi de habitu professorum, cuius susceptio de manu potentis ad professionem admittere, inducit professionem tacitam; fuit autem irrita professio defectu huius potestatis: & ideo deciditur in textu, inde voti simplicis non dirimentis, sed impedientis matrimonium, obligationem consurgere. Et ita quoties defectu potestatis in admittente est irrita professio, manere profitentem obligatum Deo vi voti simplicis, docent Speculator *tit.de status monachorum.§. qualiter concipiat libellum.q.19.n.22.fine.* Innoc. *c.porrectum.n.4. & 5. de regular.* & ibi Antonius *n. 9. & 10.* Anchar. *n.4.5.6.* Henricus *fine.* Abbas *dicto c.consuluit. n. 3.* & ibi Alexander de Neuo *n. 9.* Tabiena *verbo nouitius. q. 8. n.9. fine.* Atque Nauar. *libro 3.consil.tit.de regular. in 1.editione consilio 18. fine, in 2. consilio 19. fine*, ait hunc obligari tribus votis simplicibus. Et quando professio fuit irrita secundum opinionem n.57.relatam, eo quod excommunicatus virtute rescripti Apostolici professus sit, dicunt eam obligare tanquam votum simplex ad religionem in genere, Dominicus *c.1.n.18. de rescript.in 6.* Felinus *c.finali.n.3. de except.* Vgolinus *de censuris, tabula 2.c.20. initio.n.5.* Sayro *thesaurus casuum lib.2.c.9.n.209.* Præterea quando professio est irrita, eo quod in religione reprobata sit emissa, dicunt aliqui Doctores obligari hunc religioni in genere, atque ita ligari simplici religionis voto (vt retulimus n.86.) & Azor *lib.12.institutionum moralium. c.1.q.3.fine*, ait seruum cuius professio fuit irrita, teneri simplici castitatis voto, quo se ligare potuit. Quæ omnia probantur sperte ex *c.quidam, & c.placet, de conuers. coniug.* vbi deciditur, iritum coniugem professionem obligare tanquam simplex castitatis votum, ad non petendum debitum, ad quod solùm se obligare potuit. Quæ decisio innititur regulæ traditæ *c.cum eo, de differsis.impub.in 6.§.idem quoque*, nempe, quando actus non valet eo modo quo fit, valet eo modo quo valere potuit. Qua ratione decidunt ibi, matrimonium impuberis quod defectu ætatis non valet, vim sponsalium habere, quæ ea ætate contrahi possunt. Similiter ergo quando professio est irrita ex aliquo defectu, nec ita ipsam irritam redditur, vt omni prorsus obligandi vi eam destituat, obligabit instar votorum illorum trium simplicium. Quia ille potuit se simplicibus pauperratis, castitatis, & obedientiæ votis ligare. Præterquam quando professio fuit irrita ratione coniugij, aut seruitutis, in quo casu probauimus n.49. non teneri seruum, & coniugatum

coniugatum voto religionis, etiam quando fuit iuris fuerint.

105 Et hæc sententia est verissima, intellecta cum hac limitatione, nempe, nisi innalidè profitens vouerit illa tria vota ex immediato manendi in religione fine, tunc enim censebitur vouere dependenter ab illius professionis valore, & ideo virtute talis intentionis ad nil voluit se obligare, existenti illa professione irrita. Quare vt maneat simplici voto ligatus, oportet vt habeat intentionem se obligandi illis votis in professione emissis independenter ab ipsa, vel saltem non restringendo intentionem ad vota solemnia. Atque cum intentionem præsumunt iura, vbi de contraria non constat (vt n.præcedenti probauimus.) Et ideo præsumunt hunc votis simplicibus manere ligatum. Atque quando dubium esset de hac intentione, standum est in vtroque foro hac iuris præsumptione; sicut probauimus *lib. 1. huius tractatus. c.10. n.18.* Et ad hanc limitationem confert quod diximus *lib.7. de matrim. disput.32.n.13.* ex doctrina Gregorij Lopez, nimirum, coniugem vouentem in seculo castitatem, vt alter posit in religione profiteri, manere à voto liberum, si alter non profiteatur. Quod ex vouendi sine tacita intentio deducatur obligandi se, si subsequatur alterius professio, quæ eius voti finis fuit.

106 Nec approbo quod tradunt Innoc. *c.porrectum.n.6. de regular.* & ibi Anchar. *n.6.* vbi dicunt, professum in manibus non potentis professionem admittere, nec inuenientem religionem eum admittere volentem, teneri viuere sub Episcopi obedientia. Quod non credo, eo quod hic non promiserit obedientiam Episcopo.

CAPVT V.

Quibus priuilegiis gaudeat religionis professio: & an iis quoque gaudeant simplicia biennij vota emissa in Societate IESV?

SVMMARIVM.

An per professionem plena omnium peccatorum condonatio obtineatur? Refertur duplex sententia. n.1.
Explicatur sententia authoris. n.2. & 3.
An professione facta in lethali, reuiuiscat postea hic effectus? n.4.
An per professionis renuntiationem, vel profitendo postea in alia religione condonatio hæc iterum obtineatur? n. 5.
An hæc condonatio sit indulgentia, & vnde habeatur? n. 6.
An obtineatur per vota biennij Societatis IESV, & iterum per renuntiationem, vel professionem? n.7.
Per religionis priuilegia obtinetur indulgentia plenaria in primo ipsius ingressu, & in mortis articulo. n.8.
An per religionis ingressum tollatur omnis irregularitas? n.9.
An aboleatur aliqua quoad extrinsecum ordinis antea susceptis? n.10.
An irregularitas defectus natalium aboleatur per ingressum in nouitiatum? Refertur quædam sententia. n.11.
Explicatur sententia authoris. n.12.
An aboleatur per vota biennij emissa in Societate IESV? n.13.
An ligatus his votis, aut professione, cessetur à religione reuocari? n.14.
An aboleatur per professionem, etiam quoad effectum obtinendi prælationes, & beneficia? Refertur quædam opinio. n.15.
Explicatur quarum rerum fiat capax illegitimus per professionem, & an possit esse vicarius Episcopi? n.16.
An solus Pontifex dispensare vt hic illegitimus fiat Prælatus, & dictis, nullatenus, aut nullo modo, quod imperitum. n.17.
An illegitima possit esse Abbatissa? Refertur quædam opinio. n.18.
Explicatur sententia authoris. n.19.
Quis in hoc dispensat? n.20.
An hæc Abbatissa debeat esse virgo? Refertur opinio. n.21.
Explicatur sententia authoris: & quando corrupta benedictio requatur. n.22.
An bigama, vel post castitatis votum prænuncium, possit esse Abbatissa? n.23.
Quid de infamia, & an infamia per professionem cessat? n.24.
An per professionem, vel clericatum, tollatur incapacitas spuriij, aut naturalis ad succedendum in bona paterna? Refertur quædam sententia. n.25.
Propinatur sententia authoris. n. 26.
An per professionem tollatur mutatio quoad actus temporaleis, & sic illegitimus esset fiat legitimus? n.27.
Quid per simplicia vota Societatis IESV? n.28.
An per professionem filij esset patria potestas? n.29.
An cesset etiam in damnosis ipsi filio? n.30.
Quid per vota simplicia Societatis IESV: & an ligatus his votis, vel professione, & eiectus reuocidat? n.31.
An ingrediendo ob quam filius exhæredari potest, cessat per religionis professionem? Refertur duplex sententia. n.32.
Sententia authoris. n.33.
Quid per simplicia vota Societatis IESV: & an his ligatus, aut professione, & expulsus reuocidat? n.34.
An per professionem, & ea vota simplicia dirimantur matrimonium ratum? n.35.
Vota in seculo facta commutantur in professionem. n.36.
An commutentur in ipso absque alia commutandi intentione? Refertur opinio. n.37.
Sententia authoris, & quo iure sit hæc commutatio. n.38.
Quid de voto temporis nouitiatus emissi? n.39.
Quid si transeunt ad aliam religionem professus, vis ea demum profitentur, an commutentur vota ante posteriorem professionem emissa? n.40.
Quid si professus voluit non commutare in professionem? n.41.
An vota etiam realia commutentur? Refertur opinio. n.42.
Explicatur sententia authoris. n.43.
An idem dicendum sit de iuramentis personalibus, & realibus? n.44.
Quid si iuramentum esset homini præstitum, vel votum acceptatum? n.45.
Quid si quis promisisset alteri suum votum expletum? n.46.
Quid de hæredes obligato ad realia defuncti vota, an possit in religionis professionem commutare? n.47.
An sola vota non conuoa religiosa commutentur? n.48.
An solà temporalia commutentur? n.49.
Quid de voto subsidij Hierosolyma, aut eius peregrinationis? n.50.
An vouens aliena incerta in id subsidium, possit commutare in professionem? n.51.
An Princeps vouens ire in id subsidium, possit commutare in professionem? n.52.
An per professionem trium, vel quatuor votorum emissam in Societate IESV, extinguantur vota præcedentia, etiam post biennij vota facta? n.53.
An per vota biennij in Societate IESV, extinguantur omnia vota præcedentia, nec sic vouentes expulsi reuiuiscant? n.54.
Quid si hic habuit voluntatem commutandi priora vota in illa, vel in simplicem Societatis ingressum, & postea non admittatur, vel expellatur, vel ipse exeat: & an possit commutare in vota conditionum formatorum illa quæ post biennij vota emisit: vel in vota biennij ea quæ in nouitiatu post eadem vota facta emisit? n.55.
An si vota illa priora superior Societatis irritarat, aut in eis dispensarat, reuiuiscant illo à Societate expulso? n.56.
An votum ingrediendi aliam religionem suspendatur per ingressum in Societatem, vel in illam commutetur, vel possit ingredium propria authoritate commutare: idque votum reuiuiscat illo egresso, aut expulso, aut non admisso? n.57.

PLVRIMÆ solemnis professionis prærogatiuæ à Doctoribus enumerantur, quæ in præsenti discutiendæ sunt. Prima est, per illam obtineri plenissima omnium peccatorum condonatio. Hanc negat Fe-

99 Necnon hac communi dezogia Tridentinum *sess.25. de regular.c.1.* Quia ibi solùm statuit ne monachi concedantur bona stabilia etiam ad vsumfructum, vt ea tanquam propria, nec à superiori reuocabilia habeat. At pactum quod iure communi approbatur *c.finali, qui cler. vel vou.* est, quando vsus restitutus potest à superiori reuocari, vt diximus n.97. Et ita docent Nauar. *commentario 2. de regularibus n.16.* Azor *lib.12.institut.moralium.c.5.q.2. fine.*

100 De aliis limitationibus, quæ possent apponi, sumpto argumento à matrimonio carnali, in quo ab aliquibus apponuntur, contulenda sunt quæ diximus *lib.5. de matrim. disput.9.* vbi latè de illis egimus.

101 Ex dictis deducunt aliqui, non valere professionem, si profitens expressè se nolle seruare castitatem, quantumcumque illam promittat; quamvis valeret eo non expresso, etiamsi non intelligeret seruare castitatem, dummodo vellet se ad illam obligare. Ducuntur, quia quando non exprimit, sed in mente retinet se nolle seruare castitatem, id non obstat valori professionis: eo quod non sit de eius essentia velle tria vota seruare, sed velle se ad ea obligare. Quando autem id exprimit, non valet professio; quoniam multa expressa nocent, quæ tacita non nocerent. Ita docent Palud. *4.d.26.q.3.ar.1.num.10.* D.Antoninus *3.p.tit.16.c.4 in principio, versic. professio expressa cum mala intentione.* Sylu. *verbo religio, §.4.6.* Immo Armilla *verbo religio, num.8.* ait suis intendat non seruare castitatem, siue id exprimat, non valere professionem. At hæc doctrina mihi displicet. Et ideo existimo, solam non seruandi tria vota intentionem, quantumcumque verbis expressam, minimè reddere irritam professionem. Quia obligatio voti non petit intentionem id seruandi, sed quantumcumque ea desit, obligabit existente voluntate promittendi, & se obligandi (vt probauimus *lib. 4. c.1.n.13.*) Nec expressa nocent, aut valori voti obstant, quando non sunt contra eius substantiam.

102 Tandem deducitur, valere conditionem in professione appositam manendi in propria domo: nec ob illam vitiari professionem. Quia esse intra monasterium, non est de religionis substantia, vt probauimus c. præcedenti.n.12. Atque ita colligitur ex *c.finali, qui cler. vel vou.* vbi id pactum professioni adiectum approbatur: & docent Angelus *verbo religiosus num.19.* Sylu. *verbo religio, §.9.8.* Tabiena *verbo professio, fine.* Nauar. *commentario 2. de regular.n.16.* Emmanuel Sà *summa, verbo religio. n. 6.* Azor *lib.12.institutionum moralium.c. 5. q. 2.* At poterit postea superior reuocare, etsi non debeat absque iusta causa; vt bene docent Angelus, Sylu. & Nauar. ibidem. Quæ bene limitat, nisi Pontifex id pactum confirmaret; vt in simili diximus n.97.fine. Nec hoc est reuocatum per Tridentinum; vt bene docent Nauar. Emmanuel Sà, Azor ibidem. Si tamen expressè deducetur in pactum, ita integrum fore profitenti, in propria domo manere, vt nullatenus à superiori reuocari posset, non valeret professio. Quippe esset contra obedientiæ votum, ac proinde contra religionis substantiam. Sicut pactum habendi proprium à superiori non reuocabile, est contra votum paupertatis; ac proinde licet per hoc redditur irrita professio, tam & per illud.

SVMMARIVM.

An professio irrita defectu ætatis, aut minoritatis, valeat, vt votum simplex? n. 103.
Quid si ex aliis causis sit irrita? n.104. & 105.
An professio hic remanet sub Episcopi obedientia esse, quando nulla religio vult eum admittere? n. 106.

103 QVÆSITO vltimò. An in prædictis omnibus eueniebus toto hoc capite enumeratis, in quibus professio solemnis est nulla, obliget illa vt votum simplex? Et quidem quando est nulla defectu legitimæ ætatis, vt quia ante pubertatem emissa est; quamvis attento iure antiquo nonnulla esset difficultas, an ea professio ligaret tanquam votum simplex: id enim affirmat Anton. *c.postulasti, in fine, de regular.* At verior opinio erat, eam omnino cassatam esse ab Ecclesia, ita vt nec voti simplicis vim haberet. Quod colligitur ex *c.ei, de regular.in 6.* vbi dicitur, posse hunc libere ad seculum redire. Quod verum non esset, si voto simplici ligaretur. Atque ita docent Caiet. *2.2.q.88. ar.9. paulo post principium, in 3. monitabili.* Soto *lib.7. de iust. q. 3. ar.1. columna penultima. versic. nisi dominus.* At hodie attento decreto Tridentini *sess.25. de regular.c.15.* certissimum est, professionem ante sexdecim annos expletos, & integrum nouitiatus annum, siue in monasteriis virorum, siue fœminarum, omni prorsus obligandi vi destitui, perinde ac si prorsus facta non esset. Sic enim expressè ibi deciditur.

104 Sed difficultas est, quando ob alias rationes professio est irrita, an vim voti simplicis habeat? Et communissima sententia ita affirmat. Ducitur ex *c.consuluit, qui cler. vel vou.* vbi de quadam fœmina velamen suscipienti à carente potestate admittendi ad religionem, sic dicitur, *habitum sine professione susceptum, ne contrahatur impedit, sed contractum nequaquam dissoluit.* Quem textum etsi Glossa *ibi, verbo presbyteri*, intelligat de habitu nouitiorum susceptione; at iure optimo eam reprobat Abbas *ibi.n.3.* Quia cùm susceptio habitus nouitiorum ad nil obliget, non impedit matrimonium contrahendum. Vnde ait intelligi de habitu professorum, cuius susceptio de manu potentis ad professionem admittere, inducit professionem tacitam; fuit autem irrita professio defectu huius potestatis: & ideo deciditur in textu, inde voti simplicis non dirimentis, sed impedientis matrimonium, obligationem consurgere. Et ita quoties defectu potestatis in admittente est irrita professio, manere profitentem obligatum Deo vi voti simplicis, docent Speculator *tit.de status monachorum.§. qualiter concipiat libellum.q.19.n.22.fine.* Innoc. *c.porrectum.n.4. & 5. de regular.* & ibi Antonius *n. 9. & 10.* Anchar. *n.4.5.6.* Henricus *fine.* Abbas *dicto c.consuluit. n. 3.* & ibi Alexander de Neuo *n. 9.* Tabiena *verbo nouitius. q. 8. n.9. fine.* Atque Nauar. *libro 3.consil.tit.de regular. in 1.editione consilio 18. fine, in 2. consilio 19. fine*, ait hunc obligari tribus votis simplicibus. Et quando professio fuit irrita secundum opinionem n.57.relatam, eo quod excommunicatus virtute rescripti Apostolici professus sit, dicunt eam obligare tanquam votum simplex ad religionem in genere, Dominicus *c.1.n.18. de rescript.in 6.* Felinus *c.finali.n.3. de except.* Vgolinus *de censuris, tabula 2.c.20. initio.n.5.* Sayro *thesaurus casuum lib.2.c.9.n.209.* Præterea quando professio est irrita, eo quod in religione reprobata sit emissa, dicunt aliqui Doctores obligari hunc religioni in genere, atque ita ligari simplici religionis voto (vt retulimus n.86.) & Azor *lib.12.institutionum moralium. c.1.q.3.fine*, ait seruum cuius professio fuit irrita, teneri simplici castitatis voto, quo se ligare potuit. Quæ omnia probantur sperte ex *c.quidam, & c.placet, de conuers. coniug.* vbi deciditur, iritum coniugem professionem obligare tanquam simplex castitatis votum, ad non petendum debitum, ad quod solùm se obligare potuit. Quæ decisio innititur regulæ traditæ *c.cum eo, de differsis.impub.in 6.§.idem quoque*, nempe, quando actus non valet eo modo quo fit, valet eo modo quo valere potuit. Qua ratione decidunt ibi, matrimonium impuberis quod defectu ætatis non valet, vim sponsalium habere, quæ ea ætate contrahi possunt. Similiter ergo quando professio est irrita ex aliquo defectu, nec ita ipsam irritam redditur, vt omni prorsus obligandi vi eam destituat, obligabit instar votorum illorum trium simplicium. Quia ille potuit se simplicibus pauperratis, castitatis, & obedientiæ votis ligare. Præterquam quando professio fuit irrita ratione coniugij, aut seruitutis, in quo casu probauimus n.49. non teneri seruum, & coniugatum

coniugatum voto religionis, etiam quando fuit iuris fuerint.

105 Et hæc sententia est verissima, intellecta cum hac limitatione, nempe, nisi innalidè profitens vouerit illa tria vota ex immediato manendi in religione fine, tunc enim censebitur vouere dependenter ab illius professionis valore, & ideo virtute talis intentionis ad nil voluit se obligare, existenti illa professione irrita. Quare vt maneat simplici voto ligatus, oportet vt habeat intentionem se obligandi illis votis in professione emissis independenter ab ipsa, vel saltem non restringendo intentionem ad vota solemnia. Atque cum intentionem præsumunt iura, vbi de contraria non constat (vt n.præcedenti probauimus.) Et ideo præsumunt hunc votis simplicibus manere ligatum. Atque quando dubium esset de hac intentione, standum est in vtroque foro hac iuris præsumptione; sicut probauimus *lib. 1. huius tractatus. c.10. n.18.* Et ad hanc limitationem confert quod diximus *lib.7. de matrim. disput.32.n.13.* ex doctrina Gregorij Lopez, nimirum, coniugem vouentem in seculo castitatem, vt alter posit in religione profiteri, manere à voto liberum, si alter non profiteatur. Quod ex vouendi sine tacita intentio deducatur obligandi se, si subsequatur alterius professio, quæ eius voti finis fuit.

106 Nec approbo quod tradunt Innoc. *c.porrectum.n.6. de regular.* & ibi Anchar. *n.6.* vbi dicunt, professum in manibus non potentis professionem admittere, nec inuenientem religionem eum admittere volentem, teneri viuere sub Episcopi obedientia. Quod non credo, eo quod hic non promiserit obedientiam Episcopo.

CAPVT V.

Quibus priuilegiis gaudeat religionis professio: & an iis quoque gaudeant simplicia biennij vota emissa in Societate IESV?

SVMMARIVM.

An per professionem plena omnium peccatorum condonatio obtineatur? Refertur duplex sententia. n.1.
Explicatur sententia authoris. n.2. & 3.
An professione facta in lethali, reuiuiscat postea hic effectus? n.4.
An per professionis renuntiationem, vel profitendo postea in alia religione condonatio hæc iterum obtineatur? n. 5.
An hæc condonatio sit indulgentia, & vnde habeatur? n. 6.
An obtineatur per vota biennij Societatis IESV, & iterum per renuntiationem, vel professionem? n.7.
Per religionis priuilegia obtinetur indulgentia plenaria in primo ipsius ingressu, & in mortis articulo. n.8.
An per religionis ingressum tollatur omnis irregularitas? n.9.
An aboleatur aliqua quoad extrinsecum ordinis antea susceptis? n.10.
An irregularitas defectus natalium aboleatur per ingressum in nouitiatum? Refertur quædam sententia. n.11.
Explicatur sententia authoris. n.12.
An aboleatur per vota biennij emissa in Societate IESV? n.13.
An ligatus his votis, aut professione, cessetur à religione reuocari? n.14.
An aboleatur per professionem, etiam quoad effectum obtinendi prælationes, & beneficia? Refertur quædam opinio. n.15.
Explicatur quarum rerum fiat capax illegitimus per professionem, & an possit esse vicarius Episcopi? n.16.
An solus Pontifex dispensare vt hic illegitimus fiat Prælatus, & dictis, nullatenus, aut nullo modo, quod imperitum. n.17.
An illegitima possit esse Abbatissa? Refertur quædam opinio. n.18.
Explicatur sententia authoris. n.19.
Quis in hoc dispensat? n.20.
An hæc Abbatissa debeat esse virgo? Refertur opinio. n.21.
Explicatur sententia authoris: & quando corrupta benedictio requatur. n.22.
An bigama, vel post castitatis votum prænuncium, possit esse Abbatissa? n.23.
Quid de infamia, & an infamia per professionem cessat? n.24.
An per professionem, vel clericatum, tollatur incapacitas spuriij, aut naturalis ad succedendum in bona paterna? Refertur quædam sententia. n.25.
Propinatur sententia authoris. n. 26.
An per professionem tollatur mutatio quoad actus temporaleis, & sic illegitimus esset fiat legitimus? n.27.
Quid per simplicia vota Societatis IESV? n.28.
An per professionem filij esset patria potestas? n.29.
An cesset etiam in damnosis ipsi filio? n.30.
Quid per vota simplicia Societatis IESV: & an ligatus his votis, vel professione, & eiectus reuocidat? n.31.
An ingrediendo ob quam filius exhæredari potest, cessat per religionis professionem? Refertur duplex sententia. n.32.
Sententia authoris. n.33.
Quid per simplicia vota Societatis IESV: & an his ligatus, aut professione, & expulsus reuocidat? n.34.
An per professionem, & ea vota simplicia dirimantur matrimonium ratum? n.35.
Vota in seculo facta commutantur in professionem. n.36.
An commutentur in ipso absque alia commutandi intentione? Refertur opinio. n.37.
Sententia authoris, & quo iure sit hæc commutatio. n.38.
Quid de voto temporis nouitiatus emissi? n.39.
Quid si transeunt ad aliam religionem professus, vis ea demum profitentur, an commutentur vota ante posteriorem professionem emissa? n.40.
Quid si professus voluit non commutare in professionem? n.41.
An vota etiam realia commutentur? Refertur opinio. n.42.
Explicatur sententia authoris. n.43.
An idem dicendum sit de iuramentis personalibus, & realibus? n.44.
Quid si iuramentum esset homini præstitum, vel votum acceptatum? n.45.
Quid si quis promisisset alteri suum votum expletum? n.46.
Quid de hæredes obligato ad realia defuncti vota, an possit in religionis professionem commutare? n.47.
An sola vota non conuoa religiosa commutentur? n.48.
An solà temporalia commutentur? n.49.
Quid de voto subsidij Hierosolyma, aut eius peregrinationis? n.50.
An vouens aliena incerta in id subsidium, possit commutare in professionem? n.51.
An Princeps vouens ire in id subsidium, possit commutare in professionem? n.52.
An per professionem trium, vel quatuor votorum emissam in Societate IESV, extinguantur vota præcedentia, etiam post biennij vota facta? n.53.
An per vota biennij in Societate IESV, extinguantur omnia vota præcedentia, nec sic vouentes expulsi reuiuiscant? n.54.
Quid si hic habuit voluntatem commutandi priora vota in illa, vel in simplicem Societatis ingressum, & postea non admittatur, vel expellatur, vel ipse exeat: & an possit commutare in vota conditionum formatorum illa quæ post biennij vota emisit: vel in vota biennij ea quæ in nouitiatu post eadem vota facta emisit? n.55.
An si vota illa priora superior Societatis irritarat, aut in eis dispensarat, reuiuiscant illo à Societate expulso? n.56.
An votum ingrediendi aliam religionem suspendatur per ingressum in Societatem, vel in illam commutetur, vel possit ingredium propria authoritate commutare: idque votum reuiuiscat illo egresso, aut expulso, aut non admisso? n.57.

PLVRIMÆ solemnis professionis prærogatiuæ à Doctoribus enumerantur, quæ in præsenti discutiendæ sunt. Prima est, per illam obtineri plenissima omnium peccatorum condonatio. Hanc negat Fe-

linus in sermone quodam de indulgentiis, *solumma* 5. *versiculo, & aduertendum est*, dicitque contrariam communem sententiam defendi non posse: quod nulla extet hetus indulgentiæ Pontificia concessio. Sed huius rationis solutio constabit ex dicendis *n.* 6. Alij dicunt, profitentem consequi hanc plenissimam condonationem, cum ea tamen conditione, vt superuiuens caret pro præteritis culpis satisfacere. Quare si statim obeat, illam plenè consequetur, non autem si superuiuens sit negligens in satisfactione. Ducitur ceditutis bonis similitudine, qui restitutionis onere liberatur, dum soluendo non est; nec ob ea debita potest in carcerem detrudi. At si bona comparet quibus soluendo sit, tenebitur soluere. Sic profitens cum omnibus renuntier, liberatur pœnis omnibus debitis, si morte præuentus non fuerit soluendo, at si superuiuat, cum tunc soluendo sit, non liber euadet, nisi satisfacere curet. Secundò, ducitur aliquibus reuelationibus religiosorum pœnas in purgatorio patientium ob delicta in sæculo commissa. Atque ita docent Palodanus *4. d. 4. q. 1. ar. 2. n. 13. & 14.* D. Antoninus *3. p. tit. 16. c. 3. §. 4.* Sed hæc sententia consistere nequit. Quippe plena satisfactio debet statim huius effectum consequi, nec ex futuro eueniu perdere potest. Nec est simile de bonorum cessione, eo quod illa non sit debitorum satisfactio, sed temporalis excusatio ab eorum solutione. Nec ex reuelationes quicquam conferunt: tum quia nō sunt certæ: tum etiam quia potuit illorum profesiō hac prærogatiua defraudari, eo quod in peccato mortali sit facta, iuxta ea quæ *n. 4.* dicemus.

2 Et ideo vera sententia est, per religionis professionem obtineri plenissimam omnium criminum antea commissorum condonationem. Atque ita apertè colligitur ex Sanctorum doctrina. Quippe ideo Sancti, vt D. Hieronymus epistola 8. & 14. & D. Bernardus lib. de præcepto, & dispensatione, ad finem, appellant professionem secundum baptismum. Sicut enim hoc omnes præteritas culpas delet, ita & illa. Et ita fuit apud veteres illos monachos communi consensu, & traditione receptum: atque varis reuelationibus comprobatum. Quæ referunt D. Athanasius in D. Antonij vita, D. Anselmus in libro similitudinum, *c. vltimo*, Leontius Cypriot Episcopus in Simeonis Abbatis vita. Insuper probatur ex *capite aliquando. §. hæc autem rationes. de pœnitentia d. 4.* vbi traditur, nullam præteritorum criminum satisfactionem ingredienti religionem imponendam: quod totum residuum vitæ tempus Deo dedicet. Per quem textum ita docet ibi Glossa, *verbo totum, & e scriptura, verbo temporale, de voto.* & ita *c. admonet. 3. q. 2.* Astulpho pœnitentia publica remittitur, si velit monasterium ingredi. Quod idem cognouit Imperator Iustinianus, dum *auth. de monachis, collat. 1. sed ita in principio*, sic ait. *Conuersationis monachalis vita sic est bonitas, sit commendare mentis Deo ad hoc conuersionis beneficium, vt omnem hominem eius maculam deleat.* Quod Glossa ibi, *verbo maculam, & l. Deo nobis. §. hæc ciuam. verbo quasi*, explicat, id est, purgat] peccatis. *C. de Episc. & cler.* Atque idem tradunt D. Thom. *1. 2. q. vltima. ar. 3. ad 3.* & ibi Caiet. idē D. Thom. *4. d. 1. q. 1. ar. 3. quæstiuncula 3. ad 3.* Palud. *2. d. 38. q. 4. ar. 1. conclu. 8. n. 17.* Felinus *c. cum deputatis. n. 4. de iudiciis.* Waldensis *de sacramentalibus tit. 9. c. 80. n. 8. & 9.* Petrus Sutor Carthusianus *lib. 2. sua historia, tractatu 1. c. 7.* Rosella *verbo religio. 2. n. 9.* Angelus *verbo religiosus. n. 46.* Sylu. *verbo religio. 3. q. 13.* Armilla *verbo nouitius, in fine*, & ibi Tabiena *in fine, & verbo indulgentia. q. 27. n. 18.* Nauar. *de indulgentiis, notabile 20. n. 17. & commentario 2. de regulis. n. 60.* Antonius Cucus *lib. 3. instit. maiorum. tit. 1. n. 56.* Emmanuel Sà *summa, verbo religio. n. 17.* Azor *lib. 11. instit. moralium. c. 5. q. 11.* Petrus *de bono statu religiosi. lib. 1. tract. c. 13.* Manuel *quæst. regularibus, tomo 2. tr. q. 87. ar. 1.* Atque huius rationem reddit D. Bernardus pro eisdem allegatus. Quod religionis professio sit perfectissima seculi abrenuntiatio, & opus excellentissimum vniuersa alia vitæ humanæ superans. Et D. Th. *2. 2. q. 186. ar. 3. ad 3.* reddit hanc rationem. Quia si eleemosynis possunt peccata omnia redimi, iuxta id Danielis 4. *peccata tua eleemosynis redime*: quanto magis professione religionis, quæ longo interuallo eleemosynam excedit? Per hanc enim erogatur quod extra ipsum hominem est, & ex eo quod abundat, pars aliqua tribuitur. Per illam verò non pars, sed omnia nec aliquid extra se, sed ipsimet profitentes obsequio diuino in perpetuum traduntur. Aliam rationem reddit idem D. Thom. *4. d. 4. q. 3. ar. 3.* Quia cùm profitens voluntatem suam cæteris rebus chariorem, in perpetuam Dei seruitutem redigat, iam plenissimè pro omnibus antecactæ vitæ delictis satisfecisse censetur: vtpote qui id dat, quo nihil maius dari poterat.

Hoc tamen non ita intelligendum est, vt in omnibus 3
æquetur baptismo professio religionis. Nam baptismus est Sacramentum conferens ex opere operato primam gratiam, & delens omnia crimina quoad culpam & pœnam. At professio nec est Sacramentum, nec primam gratiam confert, nec peccatorum culpas delet, sed solam pœnam temporalem in purgatorio eis correspondentem. Nec id ex opere operato efficit, sed virtute maximæ satisfactionis in eo opere contentæ, quo profitens renuntiat prorsus seculo, & se cum suis omnibus in perpetuum Deo dedicat moriens mundo. Quare similitudo cum baptismo in eo sita est. Sicut enim è baptismo non idem homo emergit, qui in eum ingressus fuit, sed prior ille mortuus est, & cœpit nouus: ex quo rursus sequitur, vt prioris illius peccata iam illi non imputentur, sed omnino aboleantur. Sic cùm profitens moriatur seculo, ac sibi ipsi, desinit esse is qui olim erat, & ideo non mirum est, si culparum pœnæ quibus ille obnoxius erat, vnà cum ipso homine moriantur, & obliterentur.

Hinc deducitur, non id professioni tribuendum esse, 4
quod tribuitur baptismo. Quippe hic in mortali susceptus reuiuiscit sublato per legitimam pœnitentiam illo peccato: ac omnem illum effectum habet, quem dignè susceptus erat habituris. At professio in mortali emissa non reuiuiscit sublato eo peccato, sed hæc plena peccatorum condonatio professioni in gratia factæ debita obtinetur. Ratio disparitatis est, quia baptismus ex Christi institutione est Sacramentum habens ex opere operato eam reuiuiscendi vim: vt ea ratione remittantur peccata ante baptismum commissa, quæ remitti nequeunt nisi virtute Sacramenti, & non pœnitentiæ, quia illa non sunt materia Sacramenti pœnitentiæ. At professio est opus hominis, nil ex opere operato habens, sed ex vi, & merito ipsius operis excellentissimi. Quare sicut alia opera satisfactoria in mortali facta non reuiuiscunt adepta gratia, ita nec professio. Atque ita docent Caiet. *2. 2. q. vltima. ar. 3. fine.* Tabiena etsi sub dubio, *verbo nouitius, fine.* Nauar. *de indulgentiis, notabile 20. n. 17.* Azor *lib. 12. institutionum moralium. c. 5. q. 11. fine.* Quamuis minus bene Armilla *verbo nouitius, in fine*, dicat eam reuiuiscere, si professus ad gratiam redeat confirmet priorem professionem.

Secundò deducitur, hanc condonationem non ob- 5
tineri quoties professio illa renouatur, sed sola prima vice qua emissa est, vt bene docet Tabiena *verbo nouitius, fine.* Quamuis aliqui, quos tacito nomine refert, nec improbat Emmanuel Sà *summa, verbo religio. n. 17.* dicant obtineri, quoties professio renouatur. Ratio autem est, quod hæc condonatio sit virtute illius operis quo profitens se integrè Deo tradidit. At huius traditionis renouatio non est opus ita meritorium, & satisfactorium, sicut prima traditio: tum ob maiori difficultatis defectum, quæ in ipsa prima traditione reperitur: tum et iam quia opus ipsum est intensius, ac intentiori voluntate fit, quàm sola operis facti complacentia. Si tamen

tamen professus in laxiori transeat ad strictiorem, vel expulsus in perpetuum à strictiori transeat ad laxiorem, & in noua illa religione profiteatur, credo obtineri hanc plenam condonationem. Quia est omnino noua professio, nouisque traditio.

6 Tertiò deducitur, hanc plenissimam condonationem obtentam per professionem, non esse verè indulgentiam plenariam. Quia etsi in effectu cum ea conueniat, qui est omnem pœnam purgatorij peccatis debitam remittere: at differt, eo quod indulgentia plenaria concedatur ex Christi, & Sanctorum satisfactione in thesauro Ecclesiæ deposita, eam applicante eius dispensatore summo Pontifice. At professio hac condonandi pœnas virtute potitur, non ex aliqua Pontificia concessione illum thesaurum applicante, sed ex vi, & merito ipsius operis excellentissimi, & quancumque peccatis debitam satisfactionem excedentis. Atque ita docent Nauar. *de indulgentiis, notabili 20. n. 17.* Plat. *de bono statu religiosi. lib. 1. c. 13.* Qui optimè probat, excellentiori modo competere hanc condonationem professioni, quàm indulgentiæ plenariæ. Nam indulgentia ad integrum sui valorem desiderat causam proportionatam, & opus aliquod iniungi, adeo vt si alteratrum desit, aut non valeat indulgentia, aut tantum valeat, quantum est pondus illius operis, & causæ. Quæ cùm hominum iudicio metienda sint, facilè fieri potest, vt vel tota indulgentia, vel pars eius corruat: eo vel maximè quod in opere mundo exequendo multum delinqui possit ex negligentia. At hæc professionis condonatio non innititur concessioni alicuius, sed ipsius operis dignitati. Quæ cùm semper sit eadem, semper hunc effectum obtinebit, nisi lethalis status profitentis impediat, qui etiam æquè cuicumque indulgentiæ obstaret.

7 Vltimò deducitur, hanc plenissimam condonationem obtineri quoque per simplicia biennio nouitiatus transacto vota emissa in Societate IESV. Quippe illa emittens constituitur in vero statu religioso, moritur mundo, omnibus eius renuntiat: ac se, suàque omnia perpetuo Dei obsequio sub Prælati obedientia mancipat. Quæ sunt rationes ob quas id tribuitur solemni professioni (vt diximus *n. 2. & 3.*) quando tamen publica renouantur vota hæc sexto quoque mense, non obtinetur (vt constat ex dictis *n. 5.*) At credo eam condonationem iterum obtineri per solemnem trium, aut quatuor votorum professionem in ea emissam. Quia quamuis vota hæc solemnia sint eiusdem speciei cum prioribus illis simplicibus, & vtraque verè & propriè constituant religiosos: at traditio per illa vota simplicia erat conditionalis quoad perpetuitatem: per vota autem solemnia est omnino absoluta. Et ideo tanquam continentibus bonum, ac perfectissimum traditionis modum, non mirum si hanc iteratam condonationem eis tribuamus. Et ad hoc confert quod diximus *n. 5. fine.* Quando autem qui tria solemnia vota in Societate emiserat, admittitur ad quatuor votorum professionem, non iterum condonatio hæc obtinetur. Quia vtique traditio est solemnis, & absoluta, & tantum priori obligationi addicit nouum solemne votum obedientiæ Pontifici.

8 Demum obseruandum est, per priuilegia fratribus Minimis concessa religiosos Societatis IESV duplicem indulgentiam plenariam à Pontifice concessam obtinere, priorem in ingressu, posteriorem in mortis articulo; vt habetur in compendio nostrorum priuilegiorum, *verbo indulgentia. §. 4.* Quibus quoque cæteri Mendicantes fruuntur. Nomine autem ingressus bene intelligit Manuel *2. tomo quæst. regularium, tr. q. 87. art. 1.* priorem ingressum per habitus susceptionem. Et cùm in nostra Societate non sit habitus susceptio, intelligo tunc obtineri quando finita prima probatione admittitur ingrediens ad nouitiorum consortium. Tunc enim reputatur vera eius admissio.

Secunda professionis prærogatiua est, vt omnem ir- 9
regularitatem antea contractam deleat. Ita affirmat Glossa *c. cum deputatis, in fine, de iudiciis, & c. finali. in fine. 19. q. 3.* Ducitur per illum textum *ex c. finali*, qui nil nouat. Solam enim filij ingratitudinem, quæ causa est exheredationis, aboleri per professionem decidit. Item per textum *auth. de monachis, collat. 1. si cum in principio*, qui omnem maculam religiosis professione aboleri decidit. Sed nec hic textus intellectus de irregularitate aliquid conferret. Quia cùm sit iuris ciuilis, nil de irregularitate decidere potest. Alij censent bigamiæ irregularitatem deleri. Alij solam ex proprio delicto ortam. Quos omnes retulimus *lib. 7. de matrim. disput. 86. n. 1. & 3.* Alij autem censent tolli omnem ex propria culpa non ortam. Ita Antonius Cucus *lib. 3. institutionum maiorum. tit. 1. n. 51.* At dicendum est, nullam deleri irregularitatem, præter expressam iure, quæ est orta ex natalium defectu, eo quod quispiam illegitimus sit. Quæ irregularitas cessat eo ipso per religionis professionem, quoad ordines suscipiendos, ita vt absque omni alia dispensatione possit professus ille ad omnes etiam sacros ordines promoueri. Atque ita ex multis probatissimis *ea disput. 86. n. 4.* Et vltra Doctores ibi allegatos, tenent Nauar. *commentario 2. de regularibus. n. 60.* Azor *lib. 12. instit. moralium. c. 5. q. 12.* Suarez *5. tomo in 3. disput. 41. sectione 1. n. 3.* Manuel *in quæst. regularibus, tomo 1. q. 11. ar. 5.* Atque *ea disput. 86. n. 4.* retulimus ex Soto dicente visu obtentum, vt omnis irregularitas aboleatur, præter ortam ex bigamia, & homicidio voluntario. Et ibi diximus ei fidem non habendam; quod & nunc affirmamus: etsi Suarez proxime allegatus dicat ei posse credi quoad suæ solius religionis vtum. Atque minus bene contra omnium mentem Antonius de Rosellis *consiliarum de legitimis, c. lib. 5. fine*, limitauit hoc professionis priuilegium, vt intelligatur de solis filiis naturalibus, non autem de spuriis. Nam textus *c. 1. de filiis presbyt.* indistinctè loquitur de filiis illegitimis, dum decidit, eos in religione profitentes posse ad ordines promoueri: & textus *c. 1. d. 56.* quod est Verbum Papæ, loquitur expressè de filiis presbyterorum, & de illis etiam loquitur expressè textus *eo. c. 1.* & subdit idem esse alios ex fornicatione natos. Atque ita eum reprobant Rojas *epitome successionum. c. 23. n. 110.* Salzeda *in prælectis de conuendi Diuf. c. 14. §. si tamen illegitimus.* Nec obstat motus proprius Sixti V. contra illegitimè natos, vbi cum illegitimos reddiderit inhabiles ad religionis ingressum, reddidit consequenter hoc iur irritum quoad hunc effectum. Quia (vt bene tradunt Manuel *eodem q. 13. ar. 3.* & Suarez *5. tomo in 3. p. disput. 36. sectione 5. n. 12.*) tam Gregor. XIV. reduxit hoc in quodam suo motu proprio edito anno 1591. ad terminos iuris communis.

Non aboleat tamen iuxta aliquos religionis professio 10
irregularitatem hanc quoad ordinis tam suscepti, quàm. Vt si quis illegitimus in sæculo absque dispensatione ad ordines promoueatur, non poterit effectus professionis eis vti. Quia textus *c. 1. de filiis presbyter.* dum hanc irregularitatem aboleri decidit professione, loquitur ad effectum ordines suscipiendi: & cum contra ac dispensationem quandam, ea est strictè intelligenda. Ita docent Angles *sententiæ. 1. p. q. de sacramento ordinis, ar. 4. difficultate 1. conclusione 5.* Sayro *thesauro casuum, tomo primo, lib. 6. c. 11. n. 3.* At hoc non admitto, sed existimo eam irregularitatem prorsus quoad ordines suscipiendos, & susceptorum vsum aboleri. Ducor, quia reliqui authores in præcedenti allegati dicunt generaliter hanc irregularitatem aboleri quoad ordines: nec limitant quoad suscipiendos. Quod idem videtur clarè decidere textus *eo. c. 1.* nam decidens filios illegitimos ad ordines non promouendos, addidit hoc *nisi monachis fuerit.* Vbi in decisione noluit præcisè intendere illegitimis promotionem ad ordines, sed etiam susceptorum vsum.

atq; adeò voluit decidere eos esse omnino irregulares. Atque proinde exceptio ab hac irregularitate fuit, nisi illi monachi fiant. Quod non obscurè indicat exceptio in illo textu statim addita, ibi; *prælationem verò nullatenus habeant.* In qua exceptione voluit clarè indicare, solùm quoad prælationes permanere hanc irregularitatem post professionem. Atque Vrbanus Papa c.1.d.56. generaliter loquitur dicens; *Presbyterorum filios à sacris altaris removeamus monasterii, nisi aut in Cœnobiis, aut in Canonicis religiosè probati, fuerint conversati.* Secundò ducor, quod multo facilior sit dispensatio quoad vsum ordinum susceptorum, quàm quoad promotionem. Et ideo in multis casibus potest Episcopus dispensare quoad vsum eum malè promotis, in quibus nequit ad promotionem dispensare; vt potest videri in Sylvestro *verbo dispensatio.q.14.n.16.* & latius in Henriquez *lib.14.de regul.cap.19.* Tandem quia dispensano non vno, vel altero, sed fauore totius religiosi status concessa, est latè interpretanda; vt probauimus *lib.8.de matrim. disput.1. num.13.*

11 Quadruplex autem est specialis difficultas circa hanc professionis prærogatiuam. Prima est, an sola professio irregularitatem hanc ex natalium defectu abolear, an etiam nouitiatus? Manuel *quæst.regularibus, tomo 1.q.13. ar.4.* dicit triplicem esse religionis ingressum. Primus est, educationis: olim enim incogniti volentes religionem ingredi, educabantur triennio in ipso ante habitus susceptionem, *c.si quis incognitus.17.q.1.* Secundus est, ingressus per nouitiatum. Tertius est, per professionem. Dicit ergo per quemcumque ex his ingressibus aboleri hanc irregularitatem, etiam quoad ordines sacros suscipiendos; & ait ita sensisse viros doctissimos. Dicitur, quod communiter Doctores hoc tribuant ingressui religionis, & cùm hoc fit in religionis fauorem concessum, est latè interpretandum, vt n. præcedenti diximus. Secundò, quia textus hoc concedentes non loquuntur de professione, vt constat ex *c.1.de filiis presbyt. Illegitimi nati ad ordines non promouentur, nisi aut monachi fiant, vel in congregatione canonica regulariter viuentes.* Et author summarij illius textus ita videtur intellexisse, sic enim eum summat; *Illegitimus non ordinatur, nisi vt religiosus fiat.* Atque idem apertius significat textus *c.1.d.56.* qui est ex Vrbano II. Papa, ibi; *Nisi aut in Cœnobiis, aut in Canonicis religiosè probati, fuerint conversati.* Hæc enim probatio tempore educationis fit. Subdit autem Manuel ibi, hos promotos ad ordines, recedentesque à religione, foro irregulares quoad suscepti ordinis vsum. Sicut iuxta primilegium Clementis IV. nouitius absolutus à censuris in eas reincidit, si ante professionem retrocedat.

12 Sed omnino tenendum est, per solam professionem cessare eam irregularitatem. Ducor, quia textus *c.1. de filiis presbyt.* petit ad hoc, illegitimos fieri monachos. At nouitius non est verè monachus, nec religiosus. Nec obstat quod additur; *vel in congregatione canonica regulariter viuentes.* Quia (vt bene aiunt Anton. *ibi. nu.7.* & Abbas *n.2.*) id additum est, ad significandum non solos monachos, sed & canonicos regulares eo priuilegio frui. Atque id significant ea verba Vrbani Papæ *c.1.d.56. aut in Canonicis religiosè probati, fuerint conversati,* id est, nisi fuerint monachi, aut canonici regulares. Quod si adhuc instes, hæc verba de sola probatione intelligi: respondeo cum Glossa *ibi, verbo Cœnobio,* intelligi eum textum, non vt per solam probationem cesset ea irregularitas, sed vt ea facilioremdispensandi causam tribuat. Atque in illo summario textus *c.1. de filiis presbyt.* cuius verba retulimus n. præcedenti, redundat particula (vt.) Atque ita Anton. & Abbas *eo.c.1.initio.* cum textum absque illa particula sumenant, dicentes illegitimum non posse ordinari, nisi religiosus fiat. Tandem quia opposita sententia aduersatur communi illius textus intellectui. Nam in propris terminis id soli professionis tribui, docent Francus *c.25. qui. n.11. de filiis presbyt.in 6.* Felinus alios allegans *c.cum deputati. n.2 de iudiciis.* Ricardus *4.d.25.ar.4.q.3.* Paludanus *4.d. 41.q.3.ar.2.n.14.* D. Anton. *3.p.tit.1.c.27.§.2.* Rebuffus *praxi benef.tit.de dispensatione super defectu natalium.n.66.* Graffis *1.p.decisionum.lib.4.c.27.n.54.* Vitualdus *candelabro Sacramentorum in 2.editione.p.1.* vbi de irregular.*n.225.* & latissimè Suarez *5.tomo in 3.p.disput.50. sectione 5.a n.12. vsque ad 17.* Quam eandem sententiam apertè tenent alij qui dicunt per professionem tolli hanc irregularitatem. Atque ita eos textus de sola professione videntur intelligere. Hi sunt, Sotus *4.d.25.q.1.ar.1.columna 2.* Nauar. *commentario 2 de regularibus n.60.& summa c.27. n.201.* Ledesma *2.p.q.q.26.ar.2.folio 364.colum.4.* Maiolus *lib.1.de irregular.c.10.n.1.* Valentia *4.tomo, disput.7.q. 19.puncto 3.* vbi de secunda specie irregularitatis, in 1. defectu. Sayro *thesauro casuum, tomo 1.lib.6.c.11.n.5.initio.* Henriquez *lib.14.de irregular.c.8.n.10.& c.17.n.1.* Azor *lib.12.instit.moralium.c.5.q.12.* Ludouicus Lopez *2.p.instructionum,* vbi de claudus. *c.23.de irregularitate,* in secunda eius specie. Philarcus *de officio sacerdotis.1.tomo.p.1.lib. 4.c.8.* Nec obstat alios Doctores asserere tolli per ingressum religionis. Nam ingressus religionis dicitur in iure per solam professionem, qua cum effectu quis eam ingreditur, vt constat ex *c.vltimo. 19.q.3.* & *ex c.ex publico, de conuers. coniug.* Quod non obscurè indicant Couar. *Clem. si furiosus, de homicid.1.p.§.2.n.6.* Flaminius *de resignat. benef. lib.5.q.3.n.194.& 195.* vbi modò appellant professionem, modò ingressum, id per quod irregularitas aboletur: quasi censeant vtrumque in hoc casu pro eodem reputari. Et sic solutæ manent fundamenta contraria.

Affirmandum tamen est, per simplicia biennio nouitiatus transacto vota in Societate IESV emissa, deleri hanc irregularitatem ex natalium defectu consurgentem. Quia (vt vidimus n. præcedenti) textus ad eam delendam solùm petunt illegitimum fieri religiosum. Et quamuis Doctores ibi allegati explicent, vt fiat professus, id vtique explicant, quia nullus regularitèr fit versus religiosus, nec desinit esse nouitius, nisi per professionem. Quare id solùm petunt, vt illegitimus ita votis ligetur, vt desinat esse nouitius, ac verè religiosus fiat. Quod efficitur per ea vota: sicut definiuit Gregor. XIII. in sua extrauag. *ascendente.* Et ideo Suarez *5.tomo in 3.p.disp.50. sectione 5.n.12.* cautè dixit, non deleri eam irregularitatem, donec illegitimus professionem, aut vota emittat, per quæ verus religiosus efficiatur. Quippe id fauore religionis iura statuerunt. 13

Nec si hic effectus religiosus per ea vota simplicia in Societate IESV, ab ea retrocedat, à votisque absoluatur, reincidet in pristinam hanc irregularitatem: sed si iam promotus sit, poterit ordinibus susceptis vti, & si nondum promotus sit, poterit promoueri. Sicut nec professus in alia religione, & in perpetuum ab ea expulsus, reincidet. Ducor, quod textus decernant, eam irregularitatè deleri per religionis ingressum efficientem verum religiosum: nec decidant, reincidi desertæ religione. Nec fingenda est dispensatio irregularitatis ad reincidentiam, vtpote quæ nullum in iure fundamentum habet, nec ea quæ de absolutione ab excommunicatione nouitio impensa traduntur, nempe, eum in illam reincidere deserta religione, trahenda sunt ad irregularitatem in qua sè eamum nunquam inuenitur. Vt reprobant Manuelis sententiam relatam n. 11. qui hanc reincidentiam asseruit, quando tempore nouitiatus fuit egressus, docet optimè Suarez *5.tomo in 3.p.disput. 50.sectione 5.n.14.fine.* Quod multo fortius habet verum in nostro casu, nam etsi nouitius virtute priuilegiorum absolutus ab excommunicatione, reincidat in illam deserta religione: eo quod in ordine ad professionem, aut vota, per quæ verus religiosus

religiosus cõstituendus erat, ea absolutio impenditur. At factus verus religiosus per professionem, aut ea simplicia vota, nequaquam reincidet, religionem deserens: siue tempore nouitiatus, siue post eum absolutus sit. Quia id nullo iure cauetur, & eo semel religioso effecto illa absolutio consequuta est suum effectum ad quem ordinabatur. Sed contra hoc fortiter instari potest, nam cessante causa finali dispensationis, antequam ea suum vltimatum effectum assequatur, cessat dispensatio; vt probauimus *lib.8. de matrim. disput.* 30. *n.14.& 15.* Ergo cessante statu religioso in eo qui post biennij vota expulsus est à Societate, si nondum ad ordines promotus est, cessaut ea irregularitatis dispensatio, quæ concessa est ratione illius status. Sed respondeo, eam concessam esse fauore status semel assumpti, & in præmium actus illius heroici, quo ille seculo renuntiauit. Et hæc causa non cessauit illo expulso: quia iam actus suum effectum sortitus est: nec textus petunt statum permanere, nec declarant reincidi in irregularitatem eo deserto.

15 Secunda difficultas est, an per religionis professionem deleatur irregularitas ex natalium defectu consurgens quoad dignitates obtinendas? Manuel *quæst. regularibus tomo 1.in q.14. ar.5. initio,* dicit per professionem comparari iure diuino integram, ac perfectam legitimationem, qua illegitimi redduntur omnino idonei ad omnes dignitates ecclesiasticas, etiam Episcopatus, ac si ex legitimo matrimonio procreati essent. Et dicit hanc sententiam esse Glossæ *c.cum deputati, in fine, de iudiciis* (per typographi errorem est ibi, *c.cum dignitate.de iudiciis*; non enim extat talis textus, sed, *cum deputati.*) Sed ibi Glossa nullatenus huius iuris diuini, nec huius sententiæ meminit: sed tantùm dicit omnem irregularitatem deleri per professionem, nec explicat in quoad solos ordines, an etiam quoad prælationes. Quod nec Manuel ibi approbat: & nos n.9. reprobauimus. Secundò probat ex *auth. de monachis, collat.1. statim in principio,* vbi dicitur per professionem tolli omnem maculam. Sed nulla ibi iuris diuini mentio fit. Nec is textus de legitimatione intelligitur (vt n.2. probauimus.) Tertiò probat, quod difficilius sit tolli vinculum matrimonij rati, vtpote quod iuris diuini naturalis est, quàm huius irregularitatis, quæ est iuris humani vinculum. Cùm ergo professio iure diuino ex omnium mente dissoluat matrimonium ratum, dissoluet quoque eodem iure hanc irregularitatem. Sed nec hæc ratio suum intentum probat. Tum quia non omnes Theologi affirmant iure diuino dirimi matrimonium ratum per professionem, sed aliqui satis probabiliter docent id esse ex iure ecclesiastico; vt retulimus *lib.2.de matrim. disput.19.n.1.* Et quamuis ibi, n.4. tenuerimus id esse ex iure diuino, at ibi probauimus id non esse ex ipsa rei natura, sed ex solo Christi priuilegio. Atque ita probandum esset, id quoque priuilegium concessum esse quoad omne illegitimitatis vitium auferendum. Et præterea, etsi id competeret professioni ex ipsa rei natura, non haberet idem respectu legitimitatis. Quia status religiosus pugnat cum coniugali: non autem cum illegitimitate. Tandem dicit eam opinionem sustinere ferè omnes iuris Cæsarei interpretes; docent enim illegitimum fieri successionis hereditariæ capacem, per religionis professionem. Sed nec hæc ratio probat. Tum quia nec ea doctrina est vera, nec ita ferè omnium; vt ipse dicit (vt dicemus n.25.& 26.) Tum etiam quia esto esset verissima; nil conferet ad probandum induci iure diuino perfectam legitimationem per professionem, vt contra expressam iuris canonici decisionem reddatur illegitimus capax dignitatum. Et ideo tandem ipsemet Manuel *eo loco ar.5. ad finem,* magis inclinat in oppositam sententiam.

16 Et ideo tanquam certissimum tenendum est, illegitimos per religionis professionem non reddi habiles ad dignitates, prælationes, aut beneficia curata quæcumque. Et de prælaturis satis apertè constat ex *c.1. de filiis presbyt.* vbi redduntur habiles ad ordines, & subiungitur; *prælationes verò nullatenus habeant.* Vbi Anton. *in fine,* Abbas *num.* Cardin. *4.7.* Paleotus *de nothis, c.5 sparsim.c.57.n.4.* Maiolus *de irregular. lib.1.c.10.n.3.* Sayro *thesauro casuum, tomo 1.lib.6.c.11.n.3.* docent, hos excludi ab omnibus prælationibus, siue in cathedris, siue in aliis monasteriis, siue extra illa. Quare illegitimi professi nequeunt esse vicarij Episcopi. Quia vicariatus est quædam dignitas. Sic Maiolus alios referens, *eodem c. 10.n.3.* Sayro *eodem n.3.* Manuel *quæst.regular. tomo 1.in q. 13.ar.13.* vbi bene subdit, nec posse virtute priuilegiorum religionis dispensari quoad hoc eum illos. Quippe virtute illorum solùm possunt legitimari quoad prælationes in religione. Insuper idem constat ex *c.finali de filiis presbyt.* vbi absque dispensatione Pontificis omnes illegitimi excludunturà beneficiis curatis, & dignitatibus. At de beneficiis regularibus simplicibus quæ prælaturæ non sunt, posset esse dubium. Quia id apertè negat Suarez *5.tomo in 3.p.disput.* 30. *sectione 5. n.5.* vbi ait, non oportuisse *ea c.1.de filiis presbyt.* exprimere illegitimos professos excludi à prælaturis. Quia cùm ille textus reddat solùm eos habiles quoad ordines, non extenderetur talis dispensatio ad beneficia, & dignitates. Et ita censet id additum nil operari, sed deteriuire ad tollendam omnem dubitationem. Sed melius Nauar. *lib.1.consil.tit.de presbyt. iura editione.consil.3. n.13.& 5.tract. quarto quæ nec ratio. in 2. consil.6.n.2.* 3.5. ait Pontificem in prædicta exceptione velle, vt illegitimi professi sint capaces omnium beneficiorum regularium manualium, id est, quæ ad nutum Prælati reuocari possunt, si cura animarum careant, nec sint prælaturæ conuentus. Et probat, quia Anton. *ea.c.1.in vltimo,* & ibi Abbas *n.vltimo,* Cardin. *9.penultima,* Gomezius, & Paleotus, quos referunt, & sequuntur Maiolus, & Sayro proximè allegati, dicunt illegitimum professum posse absque alia dispensatione præfici simplici administrationi, dummodo curam non habeat, & ab illa ad nutum Prælati remoueri possit. At administrationes hæ sunt beneficia regularia; vt constat ex *Clem. vnica, de supplendo defectu Prælat.* ibi, *regulares Prælati Primatum, Ecclesias, administrationes, aut quæuis alia beneficia ad eorum dispositionem spectantia.* Quod si quæras, quæ sint hæc regularia beneficia manualia, quæ ad Prælati nutum remoueri possunt. Nauar. *eodem consilio.num.5.* explicat omnia beneficia regularia quæ non sunt capita conuentus esse manualia; iuxta *c.2.verse. Primatum eunque, iuncta c.cum ad monasterium, verse. cæterum, de statu monach.* Sed clarius id explicat vtroque Glossa per illos textus, *in ea c.2.verbo non omittere.& ea c.cum ad monasterium, verbo perpetuo,* nempe, quando ex beneficiis regularia dantur per canonicam capituli electionem, & confirmationem superioris, non possunt ad nutum superioris reuocari; & sic non sunt manualia. Quando verò non per electionem hanc canonicam conferuntur, sed solùs Abbas confert, sunt beneficia manualia, ad eius nutum reuocabilia. Insuper pensionis recipiendæ fit capax illegitimus professus: & est etiã capax iuris præferendi Prælatos; vt relatis aliis docent Maiolus *n.3.& 4.* & Sayro proximè allegati.

17 Exigitur autem attento iure communi, & secluso religionum priuilegio, vt illegitimus professus fiat Prælatus in religione, vel extra illam, dispensatio Pontificia. Quod constat ex *c.1.de filiis presbyt.* ibi, *prælationes nullatenus habeant.* Quæ dictio, *nullatenus,* seu, *nullo modo,* quæ idem est, reddit actum contra gestum nullum (vt probauimus *lib.6.de matrim. disp.32.n.7.*) & insuper negat Episcopo facultatem dispensandi. Sicut optimè docent Glossa *Clem.1.verbo nullo modo, de re.iur.* & *gaud.* & ibi Imola *n.10.* Cardin. *ibi.* §. *illa vera.n.3. in fine* & Bonifacius *ibi, eodem* §. *n.29.* Alex. & Arcanus, quos

refert, & sequitur Decius *cap. si clerici, §. de adulteriis, in nova editione n. 15. de iudiciis*, Henricus *c. finali, n. 5. de filiis presbyt.* Nauar. *sumbra c. 17. n. 101.* Præterea, quia *c. finali, de filiis presbyt.* deciditur, nullum illegitimum posse ad dignitates, & beneficia parochialia promoueri, absque Pontificis dispensatione. At Prælatum esse religionis est dignitas; vt etiam de Abbatissa probabimus n. 19. Et ita solum Pontificem dispensare posse, tradunt Ricardus, Paludanus, D. Antoninus, Rebuffus *n. 67.* Nauar. duplici loco, Maiolus *n. 3.* Ledesma, Suarez *n. 13.* Vitualdus *n. 125.* Ludouicus Lopez, Graffis, Philiarcus allegati n. 12. Idem tradunt Henricus *ex c. finali n. 5.* Angelus *verbo ordo, 3. n. 13.* Sylu. *verbo illegitimus, in fine.* Tabiena *verbo ordo, 4. n. vnico.* Lex regia 12. *fine, tit. 6. p. 1.* Mandosius *de signatura gratiæ, tit. dispensatio super defectu natalium. §. penultimo.* Salzedo *addit. ad prælibatam Bernardi Diaz. c. 14. §. si tamen illegitimus quispiam, in fine.* Quare minus bene Archid. *c. quàm sit, 18. q. 2. n. 3.* docet posse Episcopum dispensare cum religioso indigente dispensatione ad quamcumque dignitatem episcopali inferiorem. Qualiter autem per religionis priuilegia posit cum hoc illegitimo dispensari, non est nostri instituti, quippe solius professionis prærogatiua hic explicamus. Consulatur Manuel castissimè de hoc tractans *quæst. regularibus, tomo 1. in q. 15. ab ar. 6. vsque ad 24. & in 2. tomo summæ, q. 19. n. 11.*

18 Tertia difficultas est, an vitium ex natalium defectu consurgens purgetur in monialibus per professionem, ita vt illegitima posit esse Abbatissa seu Priorissa? Manuel *1. tomo summæ, c. 19. n. 11.* asserit, Abbatissas perpetuas quibus benedictio impertiri solet, non posse esse illegitimas, secus de temporalibus. At *quæst. regular. tomo 1. in q. 13. ar. 21.* mutat sententiam, dicens nullam illegitimam indigere dispensatione vt sit Abbatissa temporalis, vel perpetua, ac benedicta. Et refert pro se Cynum, Bartolum, & Ancharanum, qui nec verbum de hoc dicunt, sed tantùm disputant in genere, quando masculinum concipiat femininum. Probat autem primò, quia textus *c. 1. & c. finali, de filiis presbyt.* interdicentes illegitimis prælationes, & dignitates, agunt de masculis: & cùm sint odiosi, non sint ad fœminas extendendi; eo vel maximè quod multa illis competant, quæ ab his aliena sunt; vt posse excommunicare, dispensare, & alia ad vsum clauium spectantia. Secundò, quia fœminæ non sunt propiè Prælatæ, sed quasi ex commissione eo munere funguntur, ob periculum habiarionis Prælati cum monialibus, vt testatur D. Th. *4. d. 25. q. 2. ar. 1. quæstiuncula 1. ad 1.* Et Abbatissa tantùm est velut materfamilias; vt testantur multi, quos suo loco agentes de voto obedientiæ referemus. Ergo hiusmodi impropria prælatio fœminæ illegitimæ non interdicitur. Quippe interdictum illud odiosum, & pœnale, in propria significatione vsurpandum est. Tertiò, quia fauore religionis concessum est, *c. 1. de filiis presbyt.* vt professio deleat hanc maculam quoad ordines recipiendos. Et cùm moniales simili professione virorum ligentur, rationi consonat, eas aliquo professionis fauore gaudere. Et cùm is nequeat esse, vt ad ordines promoueri valeant, videtur is fauor esse, vt sint capaces prælationis huius impropriæ, qualis fœminis competere potest. Tandem quia Eugenius IV. concessit congregationi Sanctæ Iustinæ, & habetur in priuilegiis montis Olineti, priuilegio 50. & 52. id priuilegium pro monialibus. Nec Sixtus V. in suo motu proprio contra illegitimos, innouauit aliquid circa moniales illegitimas; vt ipsemet testatur in posteriori motu proprio edito in prioris declarationem. Quod priuilegium participant per communicationem omnes moniales fruentes priuilegiis Mendicantium. Eandem sententiam tenet indistinctè de Abbatissis Tabiena *verb. virginum 3. n. 5. vers. in penultimo*, vbi dicit, hanc sibi de iure placere, nisi obstaret authoritas tenentium contrarium; & post factum amplectendam esse. Eidem satis fauet Palud. *4. d. 41. q. 3. ar. 2. n. 14.* vbi ait professionem non legitimare quod prælationes propriè dictas: vnde contrarium de hac impropria videtur sentire.

Cæterùm etsi res hæc non sit vsque adeò comperta, non audeo discedere à frequentissima omnium, quotquot inuenire potui, sententia, qui dicunt illegitimam non posse absque dispensatione esse Abbatissam, seu Priorissam. Ducitur hæc sententia, quod illegitimi professi excludantur ab omni prælatura, & dignitate. *c. 1. & c. finali, de filiis presbyt.* Abbatissæ autem officium dignitas est; vt probatur ex *c. indemnitatibus, §. sane, versic. verum si quæ, de electione, in 6. ibi, vt à dignitate deiicitur adepta.* Idémque probat Glossa per illum textum *l. generali, verbo dignitatu. C. de Episc. & cler.* Bart. *l. 1. n. 43. C. de dignit. lib. 12.* Decius *l. fœmina, n. 8. ff. de regulis iuris*, & aliis citatis Flaminius *de resig. benef. lib. 3. q. 12. n. 5. & 6.* Præterea, quia Abbatissa vero prælationis officio fungitur in omnibus illis, quorum fœmina capax esse potest. Atque ideo Tridentinum *sess. 25. de regular. c. 7.* tanti Abbatissæ officium facit, vt non nisi quadragenariam, & post octauum professionis annum eligendum esse decernat. Nec obstant rationes contrariæ. Non prima, quia dispositio legis etiam pœnalis, & correctoriæ, loquens de masculis, extenditur ad fœminas; vt multis allegatis tradit Decius *l. fœmina, n. 110. ff. de regulis iuris*: eo vel maximè quod militet eadem ratio, nempe, timor imitationis incontinentiæ paternæ, in masculis, & in fœminis. Huius autem signum est, quod Sixtus V. volens suum motum proprium contra illegitimos non habere locum in monialibus, id expressit in posteriori, quem in prioris declarationem edidit. Nec etiam secunda ratio obstat, quia iam probauimus Abbatissam habere dignitatem, & prælaturam veram, cuius fœmina capax est. Nec obstat tertia, quia cùm circa prælaturas nullum priuilegium iure concedatur professioni, eo non fruetur monialium professio. Et si non fruatur priuilegio ordinum, eo quod moniales sint incapaces, fruetur aliis professionis priuilegiis, quorum moniales sunt capaces. Demum non obstat vltima, quia id priuilegium non est vt illegitimæ possint esse Abbatissæ: sed vt superiores religionum possint cum illis in hoc dispensare (vt n. sequenti videbimus.) Et ideo hanc sententiam tuentur Glossa *c. indemnitatibus, §. sane, verbo canonica, de elect. in 6.* & ibi latissimè Monachus *à n. 6. vsque ad. 10.* Archid. *n. 3.* Ioan. Andr. *n. 6.* Dominicus *n. 7. vers. in ea glossa, ibi illegitime nata, in fine.* Anchar. *ibi, in principio, n. 5. notabili 8.* Francus *ibi, in principio, n. 4.* Abbas *c. cum in cunctis, in fine principij, de elect.* Decius *ibi, in fine principij.* Bellamera *ibi, n. 36.* Felinus *c. nemini, n. 4. de accusat.* Summa confessorum *lib. 3. tit. 23. q. 1.* Nauar. *commentario 2. de regular. n. 60.* & *summa, c. 27. n. 201.* Ledesma *1. p. 4. q. 26. ar. 2. folio 363. colum. 4.* Mandosius *de signatura gratiæ, tit. de dispensatione super defectu natalium, in fine.* Flaminius *lib. 3. de resig. benef. q. 12. num. 11.* Maiolus *lib. 1. de irregularit. c. 10. fine & c. 29. n. 10.* Vitualdus *candelabro Sacram. in 2. editione, q. 3. c. 5. n. 10.* Sayro *thesauro casuum, tomo 1. lib. 6. c. 11. n. 3. fine.* & hanc supponit Probus *addit. ad Monachum, 10. indemnitatibus, n. 13.*, vbi tradit formam dispensationis Pontificiæ, vt illegitimæ fiant Abbatissæ. Eandem videntur approbare Suarez *5. tom. in 3. p. disput. 50. sectione 5. n. 15.* vbi dicens per professionem non auferri vitium hoc illegitimitatis, vt quis possit esse Prælatus, ait Doctores hoc extendere ad fœminas: & id non improbat.

Solus autem Pontifex seclusis religionis priuilegiis dispensat in hoc, sicut cum viris religiosis diximus n. 17. Atque ita docent Felinus, Nauar. vtroque loco, Ledesma, Sayro n. præcedenti allegati. At priuilegium habent Generales, & Prouinciales ordinum Mendicantium ad dispensandum cum monialibus sibi subditis,

subditis, vt non obstante hoc vitio possint esse Abbatissæ; vt referent priuilegium docet Manuel *quæst. regular. tomo 1. in q. 13. ar. 2. & 2. tom. 2. in 2. tom. summæ, q. 19. num. 12.* Atque bene docet vtrobique non opus esse capitulo prouinciali, aut interne dio ad hanc dispensationem concedendam. Nam quamuis Greg. XIV. hoc petierit in suo motu proprio ad dispensandum in hoc cum illegitimitate cum illum ediderit ad moderandum motum proprium Sixti V. excludentem omnino hos illegitimos à prælaturis, de illis solis illegitimis loquitur, quos Sixtus V. excluserat. At solos vitos excluserat; vt ipsemet declarauit in posteriori motu proprio, quem in prioris declarationem edidit.

21 Nec solas illegitimas, sed etiam quascumque, quæ virgines non sunt, excludunt multi ab Abbatissæ, seu Priorissæ officio, dicentes ad id desiderari virginitatem. Ducuntur ex *c. cuncula, 20. q. 1.* quod est ex D. Gregorio in regesto, libro 5. epistola 11. ibi. *Iuuenculas sacri Abbatissas cohortantissimè prohibemus. Nullam igitur fraternitas tua nisi sexagenariam virginem velari permittat.* & ex *c. 1. 1. q. 7.* quod est ex 7. Synodo, ibi. *Neumue peccatricem prius Mariam, post conuersionem quamuis casta, & sancta. tamen inter diaconissas non est computata.* Secundò, quia indecens est, non virginem præesse virginibus, & malè ad virginitatem seruandam hortari poterit quæ virgo non est. *c. penultimo, in fine. d. 16.* Atque ita docent Glossa *c. quamuis, verbo eligitur, 31. q. 1. & ea. c. cuncula, in fine.* & *c. indemnitatibus. §. sane, verbo canonica, de elect. in 6.* vbi Archid. *num. 3.* Dominicus *num. 7.* idem Glossa *Clem. finali. §. statuimus, verbo rationabilis, de statu monach.* vbi Cardin. *num. 15. q. 11.* & ibi Paulus, & Zenzelinus, quos refert, & sequitur Imola *ibi, num. 16.* Bonifacius *ibi. §. signi vero, num. 4.* Calderinus *consilio 3. in fine, de offic. vicar.* idem Archid. *c. finali, in fine. d. 21.* Abbas *c. cum in cunctis, in principio, num. 6. de elect.* Decius *c. causam matrimonij, in nouæ editione, num. 17. & 18. de probat. & c. si clerici. §. de adulteriis, num. 7. de iudiciis*, vbi Felinus *n. 10. & c. nemini, num. 4. de accusat.* Selua beneficiorum *4. p. q. 7. num. 7.* Capella Tholosana *decisione 195. incipientis fuit quæsitum an aliqua promouenda.* Mandosius *de signatura gratiæ, tit. dispensatio pro corrupta, statim in principio, & §. sequent. & addit. ad Lapum, allegatione 60. litera N.* Et id supponit ibi Lapus *num. 1. & 3.* ait enim suo tempore dispensasse Pontificem, vt valeret electio Abbatissæ per vim corruptæ, ac si fuisset virgo. Borgasius *de irregular. & dispensat. p. 3. conclusione 4. de casibus in quibus solus Papa dispensat, num. 40. fine.* Maiolus *lib. 1. de irregular. c. 29. num. 13.* Vitualdus *candelabro Sacram. in 2. editione, p. 3. c. 5. num. 13.* Manuel *quæst. regularibus, tomo 2. q. 54. ar. 5.* Atque solum Pontificem posse in hoc dispensare, tradunt Calderinus, Cardinalis, Imola, Decius vtroque loco, Felinus vtroque loco, Selua beneficiorum, Capella Tholosana, Mandosius vtroque loco, Maiolus, Borgasius, Vitualdus, Manuel ibidem. Quia est contra ius, & nullibi est concessa Episcopo dispensatio. Quamuis Paulus, & Zenzelinus eisdem locis dicant posse Episcopum.

22 Cæterùm solidum huius sententiæ fundamentum non video: & ideo non placet, sed existimo ad Abbatissemanus non desiderari virginitatem, nisi vbi mos esset impertiendi Abbatissis benedictionem specialem virginum propriam, seu consecrationem. Quod vt probem, supponere oportet, quando D. Thom. *4. d. 38. q. 1. ar. 5.* & ibi Palud. *q. 5. vers. ar. 5.* D. Anton. *3. p. tit. 2. c. 12. §. 2.* Sylu. *verbo consecratio virginum. q. 1.* & ibi Summistæ, Nauar. summa Latina *c. 16. n. 3.* Hispana *c. 28. ad diuinum ad eundem n.* negant monialem quantumuis occultè fornicantem posse velum suæ consecrationis, & benedictionem suscipere, eos non intelligere de velo professionis omnibus monialibus communi, sed de speciali virginum velo, quod consecrationem, quadam & benedictione propria characteris episcopalis dari. Sicut optimè docent D. Thomas ibi, Palud. *ar. 3. n. 16.* D. Anton. *ex §. 2.* Nauar. *lib. 3. consil. in 2. editione, tit. de regularibus, consilio 42. n. 4. & 5. in 2. tit. de statu monachorum, consilio 2. n. 4. & 5.* Nam reliquæ communes Abbatissarum benedictiones non exigunt virginitatem; vt bene docent idem Palud. *4. d. 21. q. 1. ar. 1. n. 60.* & D. Anton. *4. p. tit. 17. c. 22. §. 1. ad finem.* Nec Abbatissæ communes quæ triennales sunt, solent aliqua benedictione consecrari; vt bene docent Nauar. *vtrique consilio citato n. 3.* Manuel *quæst. regularibus, tomo 1. in q. 21. ar. 3. fine.* Hoc ergo supposito, ducor ad hanc sententiam amplectendam: quod nullus sit textus probans Abbatissas has communes, quæ virginitatis velo consecrari non solent, debere esse virgines. Nam textus *c. cuncula, 20. q. 1.* qui fortiùs vegere videtur, interdicens non virginem velari, non loquitur de quocumque prælationis velo, sed de solito dari solis virginibus. Atque ita explicant Archid. *ibi, n. 1.* Bellam. *n. 9. nuc.* Turrecr. *in fine*, de velo prælationis, vbi accidit quædam solemnitas: imponitur enim ab Episcopo annulus digito Abbatissæ, ipsa prosequente, annulo suo subarrauit me. Atque statim Archid. *n. 3. & 4.* Bellam. & Turrecr. *ibidem*, aiunt sæpe non abseruari vt Abbatissa sit virgo, & quando non est virgo, eam non consecrari. Et ideo hi authores sunt pro hac sententia. Nec obstat textus *c. 2. 1. q. 7.* allatus pro contraria sententia. Quia diaconissæ illæ (vt testatur Sotus *4. d. 25. q. 1. a. 2. ectum. 4. versic. quod si qui*) erant Sanctimoniales, quæ inter cæteras aliqua benedictione consecratæ erant, ad lectiones homiliarum, & Euangeliorum in choro cantandas. Quare si virginum benedictione consecrabantur, nil mirum si virgines esse deberent. Nec tandem vltima ratio aliquid probat. Quia vbi moniales virginum benedictione consecrarentur, ac proinde deberent esse virgines, indecens esset Abbatissam non virginem eis præesse. At cùm virginitas in monialibus non desideretur, non est cur ea peratur in Abbatissa. Et ideo præter authores quos diximus videri huius sententiæ, eam expressè tenent Paludanus *4. d. 21. q. 3. ar. 3. n. 60.* D. Antoninus *3. p. tit. 17. c. 22. §. 1. ad finem.*

23 Si tamen monialis sit bigama, asserunt Maiolus *lib. 1. de irregular. c. 29. n. 14.* & Vitualdus *candelabro Sacram. in 2. editione, p. 3. c. 5. n. 8.* non posse illam absque dispensatione esse Abbatissam. Et adducit *c. 2. d. 78.* cuius verba etiam habentur *auth. diaconissam, C. de Episc. & cleric.* & *auth. de sanctissimis Episcopis, §. diaconissam.* Sed non video textum hoc probantem. Nam id *c. 2.* est ex Palea, & ideo non est textus. Cæteri sunt ex iure ciuili, quod nil in hac re disponere potest. Nec illi textus de Abbatissa loquuntur, sed de diaconissa, cuius officium explicauimus n. præcedenti. Sed verum credo hanc sententiam ob rationes nubiles n. 19. probauimus, moniales illegitimas quodam irregularitatis genere abici, ne possint prælationis munus obire: licit & vir illegitimus non possunt eodem munere fungi. Quare eadem ratione idem probant de monialibus bigamis, sicut & viri bigami sunt dignitatum prælationis incapaces. Subdunt autem Maiolus *eo. n. 4.* & Vitualdus *n. 9.* dici etiam bigamam quoad hunc effectum, quæ post castitatis votum primò nupta est. Sed si intelligant de transeunti ad nuptias post simplex castitatis votum, & sic præuaricantis; id reprobauimus *lib. 7. de mutrim. disput. §. 1. n. 31. & ibi num. 8.* probauimus id tantùm esse verum de transeunti ad nuptias post solemne castitatis votum. Quia autem possit in hoc dispensare, latè ibi egimus *vbi disputauimus 36.*

24 Atque ob eandem rationem infamis nequit esse Abbatissa, sicut nec vir infamis potest esse Abbas. Et ita docent Maiolus *ex c. 29. num. 11. & 14.* Vitualdus *eodem c. 5. num. 11.* Et bene ita extendit Maiolus *eo. num. 13.* siue infamia sit iuris, siue facti. Neutra enim per professionem deletur; sicut bene docent Glossa *auth. de monach. collat. 1. statim in principio, verbo maculam.* Felinus *c. cum deputati, num. 3. de iudic.* Nauar. *commentario 2. ex*

*regularibus.num.60.*Turrecr.*c.finali.num.vnico.19.q.1.*

25 Vltima difficultas est, an vitium hoc defectus natalium tollatur per professionem quoad successionem in parema bona: ac proinde spurius professus reddatur successionis capax, & religio nomine eius succedat? Affirmant multi hanc legitimationem quoad hunc effectum. Ducuntque, quod huiusmodi legitimatio fiat per oblationem spurij curiæ Principis secularis. *auth. quibus modis naturales efficiantur sui. §. si quis igitur, collat.*7. Ergo à fortiori per oblationem Principi conlecti per professionem. Hoc tenent Baldus *l.1.num.1. fine. C.de sacros. Eccles.*Felinus *c.cum deputati. num.4. de iudic.* Iason *l.filius familias.num.3 ff.de liber. & posth.*Cifuentes *l.10.Tauri.num.1.* Palcotus *de nothis & spuriis.c.45.nu.9.* Guillelmus de Cuno, Alex. Aretinus, Hippolytus, & alij quos refert, & sequitur Dueñas *regula 366. limitatione 3.* Et re latè disputata in hanc partem inclinat, etsi dubius Suarez *allegatione 25.fine.*Atque idem tenent de filio naturali Lambertinus *de iure patronatus, lib.1.q.1.a.30.&* 31.& Gregor.Lopez *l.12. verbo in ordin. tit.6. p.1.*Qui hoc limitat dupliciter. Primò, dummodo ex patris consensu filius ille naturalis religioni offeratur. Posterius, dummodo parentes prole legitima careant. Et hanc posteriorem limitationem amplectitur etiam Cifuentes proximè allegatus. Immo Palcotus ulterit idem si filius ille ad sacros ordines promoueatur.

26 At contrarium credo de qualicumque filio. Quippe oblatus curiæ Cæsaris legitimatur, eo quod in illius oblationis præmium censeatur à Cæsare legitimari; & adhuc talis legitimatio non est in vsu. Quæ ratio in oblatione per professionem non militat. Atque ita docent Palud. *4.d.41.q.3.a.2.num.14.* D. Anton. *3.p.tit.1. c.17.§. 1.*Faber, quem refert, ac sequitur Couar. *4.decret. 2.p.c.8.§.7.num.4.* Salzedo *in practicam Bernardi Diaz. c.14.§.nunc tamen.* Suarez *3.tome in 3.p. disput.50. sectione 3.num.16.* Atque veritatem prioris sententiæ esse sibi valde dubium ait Guillelmus Benedictus *c. Raynutius, verbo & vxorem eumque Adelisiam. num.628. de testam.* & Gregor.Lopez ti. præcedenti allegatus dicit forte in practica vix posse illam obtineri.

27 Tertia professionis prærogatiua est, vt maculam quoad actus temporales expiet: vnde inepta ad testificandum, eo quod periurij, aut furti damnatus sit, efficitur per professionem aptus ad testimonium ferendum. Atque ita intelligi potest *auth.de monachis, qui ante in principio, collat.* 1. dum decidit, per religionis ingressum omnem maculam abstergi. Et ita docent Glossa *c.cum deputati, in fine, de iudic.*& ibi Felinus *num.2.* Dominicus *d.5.1.in summa, tolum.* 3. Rebuffus *praxi benef. tit.de dissensione super dispos. in naturalium.num.72.* qui expressè de ingressu per professionem loquitur. Et bene Felinus ait, ante professionem hoc priuilegium non competere. Et intelligit hoc ille colligens ex Glossa *c.hoc vtique quam, verbo vitiis.7.q.1.* quando quis propria sponte ingreditur religionem, secus quando ob crimen.

28 Id tamen priuilegium etiam concedendum est emittenti simplicia vota in Societate IESV post nouitiatus biennium. Quia ratio concessionis huius priuilegij professioni est, quod esset in dedicanti se totum diuino obsequio præsumptio falsæ testificationis ex illis delictis antea admissis orta. Tanta enim vitæ mutatio ei præsumptioni præponderat. At similiter per illa vota moritur religiosus Societatis IESV mundo, & fit verus religiosus in perpetuum diuino obsequio manciparus. Ergo cessabit quoque ex ea vitæ mutatione prior præsumptio.

29 Quarta professionis prærogatiua est, vt per eam filius familias patria potestate liberetur. Quod etsi nullo textu habeatur, ratione tamen suadetur, quam tradunt Bartolus, & Antonius Gomez statim allegandi, & communiter Doctores. Quia transit omnino in Abbatis potestatem: ac proinde patria potestas in ipsum cessabit. Ita contra aliquos, quos tacito nomine refert Cardinalis statim citandus, docent Glossa *l.si ex causa. 20.§.Papinianus,* alias *Pomponius*, verbo *cum statum. ff. de ministris:* & ibi Bartol.cum communi *num.4.* Cardin.*Clem. finali.num.9.q.11. de regular.* Angelus, Sylu. Tabiena, Armilla *verbo patria potestas.num.vnico.* Natar. *commentario 3.de regularibus.num.41.* Couar. *c. quia nuptiarum. 5. de testam.* Antonius Gomez *l.48.Tauri.num.7. fine.* Acosta *c.si pater.p.2.verb. restituere mortuo.num. 11.de testam.in 6.* Suarez *l.9. tit.11. de les partes.num.26. lib.1. legum fori.* Gomez Arias *l.45. Tauri.num.* 53. Pinellus *l.1.p.1.num.46.C.de bonis maternis,*Molina *tomo 1. de iust. disp.140.etiam.5.vers.si.verum autem.*

Hoc autem intelligitur in iis solis in quibus vtile 30
esset ipsi filio liberari patria potestate: secus in iis in quibus id esset in eius damnum. Quia quod in gratiam, *de regulariis.in 6.* Atque ita docent allegatis Bartolo, Alexandro, & Barbatio, Natartus, Couar. Suarez, Gomez Arias allegati n. præcedenti, Antonius Gomez *1.tomo variarum.c.9.num.10.& 13.*

Atque hæc quoque prærogatiua concedenda est 31
simplicibus votis emissis in Societate IESV post nouitiatus biennium. Quia eadem ratio militat quæ in professione. Cum per illa pariter transeat sic vouens in Prælati potestatem, vipote qui per illa religioni tanquam verus illius religiosus astringitur; vt decidit Greg. XIII. in sua extrauag. *ascendente.* Nec expulsus postea à Societate videtur in eam reintegrare. Sicut nec reincident professi à quacumque religione electi. Quia cum iam semel ab illa sint liberi effecti, non est cur cessante causa reincidant: cum in aliis huius liberationis modis cessante causa non reincidatur. Vt liber à patria potestate per matrimonium, aut Episcopatum, non reincidit soluto matrimonio, aut deposito Episcopatu. At verius credo reincidere electum à Societate post illa simplicia biennij vota, non autem electum post professionem. Ducor, quod liberatio hæc nullo iure statuta sit, sed inducatur eo quod religiosus ille in alterius potestatem transeat. Talis ergo erit liberatio, qualis transitus. At per professionem transitur simpliciter, & absolutè per statum vndequaque perpetuum: per illa autem vota, conditionaliter ex parte Societatis, id est, dum Societas retinuerit. Ergo per professionem erit liberatio omnino absoluta, & independens à futuro eventu; qualis est per matrimonium, & Episcopatum, qui sunt status ex natura sua perpetui: per illa autem simplicia vota erit liberatio conditionalis, id est, dum ille vouens manserit sub Prælati potestate.

Quinta professionis prærogatiua est, vt ex ante pa- 32
rentis mortem emissa præteritam filij profitentis ingratitudinem aboleat, ob quam exhæredari poterat. Quare ob illam exhæredari nequibit, etsi in testamento patris ante professionem facto exhæredatus sit. Hanc prærogatiuam negant aliqui. Ducuntur ex *l. Deo nobis.41.§. hoc etiam.C.de Episcopis, & clerc.* dum ibi interdicitur filium exhæredari, ex ea sola ingratitudine causa, quod inuitis parentibus religionem ingressus sit: & ideo supponitur tanquam certum, posse illum ex aliis ingratitudinis causis exhæredari, non obstante religionis professione. Item quia nullum iuris decretum extat, id priuilegium professioni concedens. Nam etsi id expressè decidatur *c.finali.19.q.3.*at is textus desumitur ex Nouella constitutione, & sic ex quadam lege ciuili: huiusmodi autem leges decreto infertæ solius iuris ciuilis authoritate gaudent, ex quo desumptæ sunt (vt cum aliis probauimus *lib. 9. de matrim. disput. 11. num. 3.*) At is textus non inuenitur in Nouellis constitutionibus; vt alios sequimur aduertit Alciatus *in Parergon, lib.4.c.23.* Atque subinde omnino textus authoritate destituitur. Et ideo hanc sententiam

tentiam sustinent Iason *auth. nam licet.num.4.C.de liberter.* & alij quos refert Acosta n. sequenti allegandus. Eandem sequuntur attento iure ciuili, etsi aliud sit attento iure canonico per *id c.finale*, Glossa *auth.de monachis, collat.1.statum in principio, verbo maculam.*Salycetus *d.l. Deo nobis.* §. *hoc etiam.num.1.* Sed immeritò sic opinantur (vt bene aduertit Acosta n. sequenti allegandus) quia (sicut probauimus) *id c.finale* non habet vim iuris canonici, sed si quam habet, ea est iuris ciuilis; quare potius deberent opinari, attento solo iure ciuili eam ingratitudinem aboleri. Alij verò sic distinguunt, si ingratitudo iustam exhæredandi causam præbens, sit ex vitio ipsum solum filium directè concernenti, vt quia erat arenarius, aboletur professione: eo quod ad meliorem frugem se receperit. Secus autem, si ingratitudo illa personam patris directè respiciat, vt si filia in patris ignominiam indigno absque eius consensu nupserit: vel si filius iniuria alia graui digna exhæredatione patrem affecerit. Huius sententiæ sunt Baldus *d.l. Deo nobis.* §. *hoc etiam.num.* 2. & ibi Paulus *num.1.*Aretinus, & Curtius iunior, quos refert, & sequitur Couar. *c.Raynutius, iuncto num. 20. & 21. de testam.* & Ioan. Lupus *l.49. Tauri ad finem*, dicit iuxta hoc decisum esse sententiâ in supremo Senatu regio, filiam incuentem prædictum matrimonium, & eo non consummato professam, potuisse exhæredari.

33 At verior sententia habet, vniuersas præteritas exhæredationis causas aboleri professione, ita vt filius ob nullam illarum possit exhæredari. Quia indistinctè id decisum est ob religionis fauorem, in Nouella illa constitutione, ex qua desumptus est textus *c.finali.19. q.3.*Quæ quidem continet ius Cæsareum, non quodcumque, sed nouissimum, ac proinde anterioribus omnibus derogans. Atque eam reperiri in emendatis codicibus probat eruditissimè cum aliis Couar. n. præcedenti allegatus, & *in 4.decretal.2.p.c.7.§.4.num.12.* Nec credi potest, Gratianum virum pijssimum, & doctissimum falsò eam inseruisse decreto. Et ideo in propriis terminis hanc sententiam sustinent Abbas *consilio 27.num.2.volum.2.*Acosta *l. Gallus.* §. *& quid si tantum, vota n.5.2.num.195. usque ad* 200. Molina *tomo 1. de iust. disput. 176. dubio vltimo.* Et pro eadem sententia sunt alij indistinctè dicentes ingratitudinem aboleri professione. Hi sunt Glossa *l. Deo nobis.* §. *hoc etiam, verbo quasi.C.de Episcop.& cler.*& *c.finali, verbo ingratitudine.19. q.3.*& ibi Turrecr.*num. vnico.*Cardinalis *Clem. finali.nu. vltimo.9.12.de regular.* Felinus *c. cum deputati. num.4. de iudicis.*D.Anton.*3.p.tit.16.c.2.* §.*4.volum. vltimo, vers. verum non.*Angelus *verbo religiosus.num.61.*Sylu. *verbo religio.6.q.1.fine.*Tabiena *verbo religio.q.47. num.* 44. Manuel *quæst.regular.tomo 1.q.11.a.1.*Quare Acosta *ea.q.5. num.200.* ob id conatur defendere sententiam regiam cuius meminimus n. præcedenti, in fine. Quia cùm Nouella constitutio oppositum decernens, sit iuris Cæsarei, potuit Senatus supremus illam non admittere instar legis. At bene Molina *ea disput. 176. fine*, hanc defensionem impugnat. Quia etsi Princeps ante eum euentum potuerit id statuere: at cùm non statuerit, tenetur supremus Senatus iuxta ius illud Cæsareum commune, nec repugnans iuri regio, sententiam ferre. Immo & ipse Princeps, ne iuri per monasterium quæsito præiudicet. Sed forte Senatus amplexus est sententiam distinguentem qualis sit ingratitudinis causa; quam retulimus n. præcedenti. Immo bene ait Molina ibidem, allegato Minchaca, si in casu aliquo abolenda esset ingratitudo professione, potissimus esset ille filiæ matrimonio non consummato professæ. Cùm professione illa dissoluatur omnino prior matrimonium, quod ignominæ paternæ, ac subinde exhæredationis causa erat.

34 Idem quoque priuilegium existimo tribuendum simplicibus votis post biennium nouitiatus emissis in Societate IESV. Quia id concedunt professioni in eius fauorem, eo quod verum religiosum constituat profitentem, & ob notabilem vitæ mutationem. Quæ pariter in his votis inueniuntur. Præterea, quia textus *c.finali.19.q.3.*non loquitur de professione, sed quando filius sit monachus, id est, religiosus. Atque ita quocumque modo id contingat, locus erit eidem priuilegio. Nec expulsus post professionem, aut ex vota simplicia, in pristinam ingratitudinem semel abolitam reincidet; vt in simili probauimus n.14.fine. Nec militat in hoc casu ratio peculiaris ob quam n.32. distinximus inter professionem, & ea vota.

Sexta professionis prærogatiua est, vt dirimat ma- 35
trimonium ratum præcedens. De quo remisimus hoc lib.5. c.1.n.19. vbi probauimus id non competere simplicibus biennij votis in Societate IESV emissis.

Vltima professionis prærogatiua est, vt in ipsam 36
commutentur omnia vota in sæculo facta; vt conflat ex *c.scriptura, de voto*, ibi. *Rem falsi aliquatenus non habebit, qui temporale obsequium in perpetuum noscitur religionis obseruantiam commutare.* Et hoc priuilegium ab omnibus admittitur tanquam iure expressum.

Duplex tamen difficultas est circa hanc prærogati- 37
uam. Prior est, an eo ipso quod quis in religione profitetur, censeantur vota in sæculo facta commutari, & prorsus extingui, absque aliqua profitentis intentione commutandi? Quidam censent eam intentionem desiderari. Ducuntque, quod hæc commutatio nullo iure facta sit. Quare *1. scriptura, de voto*, cuius verba n. præcedenti retulimus, non dicitur commutari ipso iure vota in professionem, sed commutantem non teneri ad priora vota. At commutatio fieri nequit absque intentione commutandi. Atque ita docent Host. *summa.tit. de voto.§.quis vouere possit.num.7.verse. quid si votum emiserat.* Ricardus *4.d.38.a.8.q.2.* Rosella *verbo votum.2. num.15.*Angelus *verbo votum.4. num.2.* Addunt hi tres vltimi, sufficere habitualem commutandi intentionem. Eadem sententiæ fauent alij dicentes posse omnia vota in religionis professionem commutari, non dicerent posse profitentem commutare. Hi sunt Natar. *summa. 6.12.num.78.fine.*Ica regia *7.tit.8.p.1.*Couar. *de pactis.1. p.§.3.num.4.versic. sexto.* Petrus de Ledesma *2.tome summæ fidei.tit 10.c.vltimo.*vbi de votorum commutatione, *folio 1217. versic. dego lo segundo.* Atque eiusdem sententiæ sunt clarè Sotus, & alij quos retulimus *lib. 8. de matrim. disput.9. num.* 21. dicentes professum è religione eiectum teneri ad simplex religionis votum in sæculo emissum. Si enim eo ipso simplicia vota commutarentur in professionem, extinctum esset prius id votum.

Cæterum dicendum est, ipso iure vota in sæculo fa- 38
cta censeri commutata in religionis professionem, eo proinde absque alia commutandi intentione manente profitentem ab eis liberum. Hanc sententiam videtur clarè tenere D.Thom. *2.2.q.88.a.12.ad 1.* vbi ait professum non teneri ad vota in sæculo emissa, sed per professionem tolli, eo quod priori vitæ moriatur. Quod idem ea ratione docent Glossa *c. monachi, verbo voueris. 20.q.4.* Abbas *12. perpetui, ei 2.n.1. de iuram.* & ibi Alexander de Neuo *n.4.*Abulensis *c.30.Num.q.74.*At hoc non esset ita vniuersaliter verè, si opus esset commutandi intentione. Nec mors prioris vitæ esset huius prærogatiuæ causa, sed intentio commutandi in opus euidenter melius. Quod cuicumque commutationi in opus euidenter inclinis competit. Et clarius id docet idem D.Thom. *4.d.38.q.1.a.4. quæstiuncula 4.ad 2.* dicens, ex vi voti religionis professum abiudi à prioribus votis. & *in solutione ad 1.*vbi ait illam absolutionem esse potius voti amplificationem, quam commutationem. Atque optime id explicuit Palud. *4.dist.38.q.4.a.1.num.13. conclusione 6.* vbi ait extingui vota in sæculo emissa per

professionem, iisque professum liberari, non per commutationem, sed per solutionem. Vt si quis obligatus esset ex diuersis causis, se illi in seruum traderet, omni obligatione liberaretur. Quod idem significauit D. Anton. 2.p.tit.11.c.1.§.8.notabile 1. dicens extingui, seu solui vota. Et hoc est quod dixit Abbas c.scripturæ.n.2. de voto, nempe, priorum votorum obligationem confusam esse in professione. Et fortè hoc est quod proximè retulimus ex D. Thoma dicenti hanc votorum extinctionem esse potius ampliationem, quàm commutationem. Id est, potius est amplior solutio. Idem clarè tenet Felinus de peruenit. n. 2. versic. posset autem, & c. cum deputati. n. 2. de iudic. vbi sic vota præcedentia resolui facta professione. Atque in propriis terminis docent Caiet. 2.2.q.88.ar.12.circa solutionem ad 1. & ibi Aragon circa eandem solutionem, & idem Caiet. 2.2.q.vltima.ar.5. circa solutionem ad 3. addens, nullam commutandi intentionem exigi. Sylu. verbo votum.4.q.7.dicto 3. Tabiena verbo votum.4.7.num.1. Atimilla verbo votum.n.28. Satus lib.7. de iust.5.4.ar.3. in solutione ad 1. ex plicatis hanc priorum votorum collationem non fieri priuata vouentis authoritate, sed ecclesiastica lege, quæ ante optimè induxit, vt vitam secularem in religiosam mutans liberetur votis illis particularibus. Alcozer summa.c.16. vbi de votorum commutatione, conclusione 4. fine folio 57. pagina 3. Azor lib.1.instit.moralium.c.17.fine, & ori 9.q. 21. Manuel 1.tomo summæ c. 8.n.12. conclusione 11. Sed restat rationem huius sententiæ explicare, & quo iure extinguantur hæc vota. Et credo id & iure ecclesiastico, & iure diuino naturali inductum. De iure ecclesiastico tenet expressè Sotus proximè allegatus. Et videtur expressè sentire Caiet. 2.2.q.vltima.ar.8.fin. hoc enim probat ex textu c.penultimo, de regular. in 6. & Azor proximè citatus, id enim probat ex c.scripturæ. de voto. Dum enim textus ille ait non esse reum voti facti, commutantem temporale obsequium in perpetuum religionis obseruantiam; non intelligitur de commutatione inducta ex speciali professionis intentione, sed de commutatione, quæ facto ipso inducitur: quasi dicat, professionem non esse reum priorum votorum, eo quod temporalia obsequia debita per illa, manent commutata in perpetuum regularem vitam. Quod apertè constat ex c.penultimo, de regular. in 6. vbi deciditur astrictum simplici religionis strictioris voto, manere ab eo liberum, si in laxiori profiteatur. Et reddit ratio his verbis; *Priori voto tanquam simplici per secundum solemne noscitur derogatum.* Quæ decisio non innititur speciali vouentis intentioni commutandi. Nam dicitur ibi, hunc peccare profitendo in laxiori: nec ratione solius propriæ commutationis posset liber manere, si prius votum fuisset de ingrediendo, & perseuerando in strictiori. Non enim posset in laxiorem commutare, & adhuc facta professione obligaret prius votum ad transitum in strictiorem, vtpote qui iure promissus est, & voto debitus. Sed ex decisio innititur iuri ecclesiastico afficienti solemne religionis votum eo priuilegio, vt prioris simplicia maneant ipso iure extincta emisso solemni. Id quoque esse ex iure naturali diuino colligitur apertè ex doctrina Paludani tradita, & aliorum quos retuli proximè, qui eandem tradere videntur, dum hanc liberationem probant ex eo quod ampliùs, & cumulatiùs priora vota proficendo soluantur. Id etiam colligitur ex doctrina D. Thomæ 2.2.q.88.ar.12.ad 1. & ibi Caietani, & Arag. circa eandem solutionem, quatenus liberationem hanc probant, ex eo quod professio sit mors prioris vitæ. Ratio ergo huius sententiæ est. Quia cùm omnia obsequia Deo promissa sint opera particularia, continentur eminenter in ipsa religionis professione, per quam se, & omnia sua dedicat profitens diuino obsequio, moriens priori vitæ, & nihil, nec propriam voluntatem sibi reseruans. Quare optimè dixère Palud. & sequuces, hanc non esse commutationem, sed plenissimam peiorum votorum solutionem. Sicut qui aliquæ priuatæ obsequia homini promisisset, solueret vtique plenissimè, se cum suis omnibus illi tradens in seruum. Et ex his manent soluta contraria. Quid autem si professio sit voto debita, dicemus n.55. fine.

Hinc deducitur primò, idem dicendum esse de votis tempore nouitiatus emissis, ea enim similiter extinguntur ipso iure per professionem subsequentem manente liber profitens eo ipso ab illis, absque alia commutandi intentione. Quia eadem rationes n. præcedenti traditæ de votis in seculo emissis, militant in his. 39

At maior difficultas est de votis à professo emissis, & transeunti ad aliam religionem strictiorem, in eaque professu: vel expulso in perpetuum, & propria sponte ingredienti siue strictiorem, siue laxiorem. Videtur enim ea commutatio ipso iure inducta cessare. Quia cùm ille reuera professus iam esset, erat mortuus mundo, & traditus in perpetuam Dei seruitutem, & tantùm mutatur religio. Ex alia parte videtur habere locum prædicta commutatio. Quod re vera in hoc euentu sit noua traditio, nouæque professio: & sic in illa eminenter includuntur opera particularia per priora illa vota simplicia debita. Quæ est ratio cui innixi diximus n.38. prædictam votorum ipso facto commutationem. Adde hæc esse vota noua solemnia. Ergo per illa censetur derogatum votis prioribus simplicibus. Quæ est ratio tradita c.penultimo, de regular. in 6. (vt n.38. retulimus.) Præterea, quia si ille transeat ad strictiorem religionem, iam noua professione arctioris vitæ astringitur Deo, & nouo vinculo eius obsequio in perpetuum mancipatur. Et sic opera alia debita per vota particularia includuntur eminenter in ea noua obligatione. Si autem expulsus in perpetuum transiit ad religionem etiam laxiorem, iam per illam expulsionem erat ab obedientiæ iugo liber, & profitendo in alia, se & sua omnia tradit rerum Deo in perpetuum seruitutem. Ergo in hac obligatione includitur obligatio votorum particularium omnium ante illam emissorum: proinde ab omnibus illis erit liber. Et hæc sententia posterior magis mihi placet, quamuis res suis dubia sit. Tutum autem remedium esset petere irritationem illorum votorum. 40

Secundò deducitur, quid dicendum sit, si profitens haberet expressam intentionem non commutandi priora vota, siue in seculo, siue in religione tempore nouitiatus emissa. In quo euentu asserunt Hostiensis, Ricardus, Angelus, & Rosella allegati n.37. ea non manere commutata, at postmodum integrum esse superiori ea irritare, aut in eis dispensare. Sed melius Sylu. verbo votum.4.q.7.dicto 3. sic distinguit, si eam intentionem habuit ante ipsum professionis instans, manet ipso iure ab eis absolutus. Quia idem est ac tunc votum aliquod emisisset. Cùm enim in ipso postea professionis instanti non habeat eam intentionem, manent ipso iure extincta vota. Si verò in ipso instanti, vel post, non manet absolutus, at poterit superior ea irritare, aut in eis dispensare. Sed adhuc hæc posterior pars intelligenda est, quando ea voluntas fuit denuo se eis votis astringendi. Si enim sola esset non commutandi voluntas, aut ne extinguerentur professione, manerent ipso iure commutata, & ille liber. Quippe hæc commutatio non est ex ipsius profitentis voluntate, sed ex iure ipso ecclesiastico, & naturali (vt probatimus n.38.) Et idem esset, si sola esset voluntas non satisfaciendi illa professione obligationi priorum votorum. Quia satisfactio hæc non ex ipsius voluntate, sed ex ipsa rei natura pendet. Sed dices idem esse, velle denuo emittere votum, & velle illud non commutari, seu non extinguiscùm eo ipso quod vult non commutari, velit manere eodem voto ligatus. At respondeo non esse idem. Sicut non est idem, nolle satisfacere Missæ promissæ audiendo nunc

nunc illam, aut velle denuo illam promittere, aut illa denuo manere ligatum. Quia quando quis non vult satisfacere, aut non vult commutare, vult tantùm manere ligatus eo modo quo votum obligabat, non imponendo sibi nouum illius materiæ vinculum. At facto illo opere, aut professione emissa, iam cessat prioris voti obligatio: & sic cùm nulla sit denuo imposita, nulla superest. Sed cùm denuo vult promittere, imponit sibi nouum illius materiæ antea promissæ vinculum.

42 Posterior difficultas est, an omnia vota commutentur in ipsam religionis professionem? Quidam de omnibus votis personalibus hoc admittunt, secus de realibus, quorum obligationem dicunt transferri in monasterium in bona illius professi succedens, quod si ipsum non succedat, in quemcumque alium successorem. Atque possunt dari, eo quod videatur per illa ius acquisitum illi in cuius fauorem res promissa cedebat. Ita docent Palud. 4.d.38.q.4.ar.1.n.14.conclusione 5. & ar.2. n.35.conclusione 3. D.Antoninus 2.p.tit.11.cap.2.§.8.notabile 2. Tabiena verbo votum.4. fine. Et videtur fauere D. Thom. 2.2.q.88.ar.12.ad 1. vbi explicans professum eximi à priorum votorum obligatione, in solis personalibus adhibuit exempla.

43 At dicendum est, omnia vota, siue personalia, siue realia, commutari ipso iure in religionis professionem. Quia rationes n.38. traditæ procedunt æquè in vrisque votis: nec verum est per ea vota realia ius acquiri tertio, sed soli Deo cui emittuntur. At ampliùs Deo fatisis tradendo non solùm rem illam particularem promissam, sed omnia bona, & incapacitatem ampliùs acquirendi, simul cum persona. Atque ita docent Angelus verbo votum. 4. n. 3. Sylu. verbo votum.4.q.7.dicto 4. fine. Caiet. in opusculis, tomo 2.tractatu 11. de voto non mutandi. q.2.ad finem corporis. Coninck. de pallio. 1.p. §.3.n.4. versic. sexto. Aragon 2.2.q.88. ar.12. circa solutionem ad 1. Peccus de Ledesma 2. tomo summæ tractatu 10.c. vltimo, vbi de votorum commutatione, folio 1227. versic. dico secundo. Manuel 2.tomo summæ c.8.conclusio 1.num.12. Pro eadem sententia fuit D.Thom.4.d.38.q.2.ar.4.quæstiuncula 4.ad 2. Felinus c.cum deputati.n.4.de iudic. Abolensis c.10. Num. q.74. Ricardus 4.d.38. ar.8.q.2. Rosella verbo votum.2.n.15. Atimilla verbo votum. n. 28. lex regia 7.tit.8.p.2. Sotus lib.7.de iustitia.q.4.ar.3.ad 1. Nauar. summa.c.12.n.78.fine. Alcozer summa c.16. vbi de commutatione votorum, conclus.4. vbi indistinctè dicunt omnia vota commutari in religionis professionem.

44 Atque idem est de iuramentis, siue personalibus, siue realibus soli Deo emissis. Quia omnia ea rationem voti induunt, nec per illa ius tertio acquiritur.

45 Si tamen iuramentum esset homini præstitum, & ab eo acceptari, non posset in religionis professione commutari. Quia est ius acquisitum tertio: nec huiusmodi iuramenta possunt in melius commutari, vt probauimus lib.4. huius operis. c.11.n.3. Et idem dicendum est de voto reali emisso non soli Deo, sed intimato parti vt ab ipsa acceptetur, & ita consuncto cum promissione illa parti. Quia tunc est ius ipsi acquisitum, & ita cessat commutatio in melius. Atque ita docent Angelus verbo votum.4.n.3. Sylu. verbo votum.4.q.7.dicto 4. fine. Aragon allegatus n.42. Vtrum autem iuramentum alicuius obsequij homini exhibendi habeat tacitam conditionem, dum iurans non transierit ad religionem, diximus c.19.n.31.

46 Non tamen inter promissiones homini factas ne in religionis professionem commutetur, computanda est promissio qua quis filio parenti, aut alteri promitteret exequi suum votum. Quia non plus arctatur ad votum exequendum qui illud promittit homini, quàm qui Deo. Ita docent Angelus verbo votum.4. n.4. Sylu. verbo votum.4.q.7.dicto 5. Sed hoc non ita vniuersaliter intelligi debet, sed quando id votum ab altero eundem erat personale. Nam per fidem ab altero datam de illo exequendo, nullum ius ei acquiritur. Quia fiat non interest hunc exequi id votum: cùm nullatenus eius obligatione liberetur, altero exequente. Et idem commutatur ipso iure in religionis professionem, non aliter quàm vota ab ipsomet profitente antea emissa. Et hoc probat ratio à prædictis Doctoribus adducta. At si votum illud esset reale, acquireretur ei ius per promissionem ei factam eius voti exequendi. Nam cùm possit per alium impleri, eo ipso quod alter nomine ipsius impleri, eo ipso quod alter nomine ipsius impleri, eo ipso quod alter nomine ipsius

51 Quartò deducitur, nec similiter placere quod tradit Angelus *verbo votum. 4. n. 13.* nempe, debitorem alienorum incertorum, qui ea vouit in terræ sanctæ subsidium, non posse in professionem commutare. Dicendum enim est, id votum commutari. Quia nulla maior ratio est de illo, quàm de alio. Quare ea bona incerta manebunt hoc profitente in sua pristina natura, ac si nullum votum accessisset. Et ideo vel pauperibus restituenda erunt, vel conuertenda in monasterij vsus, vtpote qui opus pium sunt.

52 Vltimò deducitur, quid dicendum sit de voto Principis eundi in subsidium terræ sanctæ cum copioso exercitu. Quidam negant commutari in professionem. Quippe dubia res est, an professio melior sit. Ita Ricardus *4. d. 38. ar. 8. q. 2.* Felinus *experientia, & 2. n. 1. verificiamia, de iuram.* Cajet. *opusc. anno 2. vrat latin 11. de voto non tolendi. q. 5. in fine corporis.* Angelus *verbo votum. 4. n. 2.* Atque hoc quidem placet. Quamuis Sylu. *verbo votum. 4. q. 7. Adile 3.* sentiat contrarium. Cui fauet idem Felinus *c. cum deputatis. num. 4. de iudic.* dicens, votum quantumcumque magnum commutari in professionem.

53 Tandem superest explicandum, an omnia vota præcedentia commutentur quoque ipso facto in simplicia Societatis IESV vota emissa biennio nouitiatus finito. Et quidem existimo, per solemnem trium, aut quatuor votorum professionem in ea emissam, extinguì ipso iure omnia vota præcedentia, sine in sectulo, siue in ipsa Societate emissa, siue tempore nouitiatus, siue quocumque alio ante solennem professionem. Et quidem de emissis ante vota biennij, si dicamus per ea non extingui, sed tantùm suspendi, ita vt solo tempore quo ille in Societate permanserit, non obligent, non poteſt esse dubium, quin extinguantur per hanc professionem, sicut probauimus extingui per professionem in quacumque alia religione. Sed de emissis post vota biennij posset esse difficultas: cùm iam per illa effectus esset votens verus religiosus. At existimo hæc quoque vota extingui. Quia etsi professio ille esset antea per biennij vota ex parte sua perpetuò religioni traditus, & diuino obsequio, effectusque verus religiosus: at non erat traditio irreuocabilis, sed conditionalis quoad perpetuitatem ex parte Societatis. Per illam autem solemnem professionem tradit se perpetuò, & irreuocabiliter. Ergo per eam tanquam in se eminenter continentem omnia alia particularia obsequia, etiam promissa in ipsa Societate, extinguntur omnia vota antea facta. At vota emissa per solemnem trium votorum professionem, non extinguentur per professionem quatuor votorum. Quia nil addit hæc posterior professio, nisi quartum votum peculiaris obedientiæ Romano Pontifici.

54 Sed peculiaris difficultas est, an per simplicia vota emissa in Societate IESV, aut coadiutorum formatorum, vota antea facta extinguantur. Et videtur pars negans probari ex canone 22. primæ congregationis generalis eiusdem Societatis; cuius hæc sunt verba. *Vota quæ nostri in sæculo emiserunt, in nostra Societate suspensa sunt, etiamsi per professionem non tollantur, & ita obligationem eorum cessare dum in Societate manent, intelligatur.* Et quamuis id decretum loquatur de votis in sæculo emissis, eadem est ratio de emissis in ipsa Societate, tempore nouitiatus. Sicut ea extingui quoque per solemnem professionem probauimus n. 39. Ergo ea priora vota non extinguuntur, sed suspenduntur per vota biennij. Et ratio quoque idem suadet, quia per illa vota non traditur religiosus irreuocabiliter, & omnino perpetuò diuino obsequio in religione, sed conditionaliter ex parte Societatis. Ergo nec priora vota omnino cessabunt, sed conditionaliter, nempe, dum in Societate ille permanserit. Ex alia parte vrget, quia hic religiosus per hæc vota totum vitæ suæ tempus dedicat Deo in perpetuum, quantum est ex parte sua: & sic videntur alia particularia vota in illis eminenter contineri. Sed dicendum est, ob priorem rationem non extingui, sed suspendi, ita vt non obligent, dum hic in Societate perseuerauerit, at expulsus ab ea ante professionem, tenebitur ad illa. Vota autem emissa post ea biennij vota in eadem Societate facta, obligabunt, sicut antea. Quia nec ea sunt professio solemnis, nec per ea denuo traditur votens irreuocabiliter, sed quoad perpetuitatem eum eadem conditione, dum à Societate expulsus non fuerit. Suspendentur tamen emissa post vota hæc facta à nouitiis. Quia per ea non ius habebat religio in ipsos, quod habet per vota biennij.

55 Sunt tamen tria obseruanda circa hoc. Primum est, hoc intelligi nisi quis vota omnia vellet commutare in vota biennij emissa in Societate IESV. Si enim hunc animum habuit, manet omnino liber ab illis, ita vt expulsus postea non teneatur ad illa. Ratio est, quia potuit commutare tanquam in quid perfectius, & gratius Deo; vt decidit Greg. XIII. in sua extrauag. *ascendente.* At facta semel legitima commutatione extinguitur omnino priorum votorum obligatio; ita vt nunquam reuiuiscat (vt diximus suprà tractantes de votorum commutatione.) Imò si quis ea vota commuter in simplicem ingressum in Societatem, & postea tempore nouitiatus ex iusta causa exeat, manet omnino liber à prioribus votis, & ab ingressu. Quia melius est ingredi religionem animo probandi, & eam amplectendi, si placuerit probata, quàm quodcumque aliud votum. Ergo legitimè commutat quispiam omnia vota in hunc ingressum; & ita manet omnino liber ab illis, & tenetur ad hunc ingressum: cui etiam satisfacit ingrediens bona fide, & postea tempore nouitiatus ex iusta causa exiens (vt satis explicuimus *lib. 4. c. 16. à n. 90.*) Si verò absque causa iusta exeat, non liberabitur voto huius ingressus (vt *ea. c. 16. n. 90.* probauimus.) Quare tenebitur iterum religionem ingredi, nisi eligat redire ad obligationem priorum votorum, quæ in religionis ingressum commutata erant. Redituin enim hunc licere dicimus infrà tractantes de votorum commutatione. Quod si quæras, an si postea non admittatur in Societatem, maneat adhuc liber à prioribus votis, quæ in hùc ingressum commutarat. Diximus *lib. 4. c. 16. n. 97.* & sequentibus, vbi aliqua alia circa hanc commutationem declarauimus. Præterea, si ante biennium emisisset quis vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ, vt nouitij solent quandoque emittere in Societate IESV, videtur adhuc posse commutare alia vota ante biennium emissa, in ea biennij vota. Quia per illa vota eiusdem paupertatis, castitatis, & obedientiæ, tempore nouitiatus emissa non erat effectus verus religiosus, nec traditus religioni, ita vt religio ius in illum acquireret, quare vota illa erant valde imperfecta. Ergo poteſt commutare alia vota in hæc biennij vota, per quæ verè traditur religioni, & religio ius acquirit in illum, ac verè efficitur religiosus. At credo non posse: quia per hæc vota tempore nouitiatus emissa tenebatur ad eadem emittenda finito nouitiatu: cùm per illa se obligarit ad perpetuo manendum in illa. At obligatus ad ingrediendum religionem voto aliquo, non poteſt alia vota commutare in ingressum illum. Sicut obligatus voto ad vnicum ieiunium voluntarium, non poteſt id commutare in alia plura, ad quæ alio præcepto, aut voto tenebatur. Qua ratione nec poteſt commutare in simplicia coadiutorum formatorum vota in eadem Societate emissa. Quia similiter tenebatur ad hæc emittenda, si Generalis præceperit ve emittat. Sed dices similiter teneri hunc solemniter profiteri, si Generalis id iubeat. Ergo non poterit commutare in solemnem professionem. Sed negandà est consequentia. Quia per solemnem professionem iure ipso extinguuntur omnia priora vota simplicia, quantumcumque sit professio illa voto debita. Vt si

quis ligatus perseuerandi in religione voto, illam ingrediatur, cessabunt eius professione omnia vota antea emissa, iure ipso ita disponente, vt n. 38. probauimus. Nec enim iura, nec authores distinguunt an hæc professio sit voto debita, dum per illam extinguì omnia vota affirmant. Et ratio ibi adducta id suadet, quippe omnia ea particularia obsequia debita per alia vota, continentur eminenter in hac professione.

56 Secundum obseruandum est. Si superior Societatis vota ea irritarit, aut in eis dispensarit, casu quo poteſt (de quo suo loco dicemus,) quocumque tempore fuerint emissa, minimè reuiuiscent religioso illo à Societate postea expulso. Nam nulla vota per legitimam dispensationem, aut irritationem extincta reuiuiscunt. Quare hic erit facilissimus liberandi se his votis modus, quo omnes scrupuli vitabuntur.

57 Vltimum obseruandum est. Si ingrediens Societatem IESV, haberet votum ingrediendi aliam religionem, id votum non suspenditur per vota biennij; vt dicitur in prima congregatione generali Societatis IESV, canone 22. Sed Pater noster Generalis, & ij quibus ipse commiserit, commutare illud valent in vota hæc, quamuis id sit votum strictioris religionis; vt constat ex compendio nostrorum priuilegiorum, *verbo commutatio. §. 3.* Et Pater noster Generalis id communicat solis Prouincialibus ibi, aduertendoque eam commutationem euanescere, ac proinde obligare prius votum, eo expulso à Societate ante professionem. Quod tamen intelligendum est, quando virtute illius priuilegij fieret commutatio. Si enim esset solum votum ingrediendi religionem strictiorem, poſſet quis propria authoritate commutare in ingressum Societatis, & perseuerantiam in ea: vt latè diximus *lib. 4. c. 16. num. 18. & sequentibus.*) Quod si hic dimitteretur postea è Societate, vel tempore nouitiatus ipse exiret, non remiscerent prius votum, vtpote quod legitimè commutatum erat, & proinde extinctum. Sed hic sponte exiens non liberaretur voto hoc perseuerantiæ: quare teneretur iterum ingredi, nisi eligat redire ad prius votum; vt diximus hoc cap. n. 55. vbi etiam remisimus diximus, quid si facta hac commutatione non admittatur in Societatem.) Si tamen expellatur, reputandus est ac qui vouit religionem determinatam ingredi, & in ea perseuerare. De quo, an satisfaciat voto expulsus postea, diximus *lib. 4. cap. 16. à num. 106.* Deinde si esset votum ingrediendi laxiorem religionem, & in ea perseuerandi, non poſset propria authoritate commutari in solum Societatis ingressum, sed tantùm in ingressum cum perseuerantia. Quia plus est teneri perseuerare in laxiori, quàm teneri ad solum strictioris ingressum, cum libertate exeundi ex iusta causa; vt probauimus *c. 16. n. 18.*) Quod si votum esset solius ingressus in laxiorem, poſset votens propria authoritate commutare in solum Societatis tanquam strictioris ingressum. Et tunc maneret omnino extinctum prius votum, sicut protinè diximus: ac proinde si hic vel non admittatur in Societatem, vel ab illa egrediatur, vel expellatur, idem prorsus dicendum est, nempe, si sponte egrediatur, non satisfaciet commutatione, si sine iusta causa exiit: secus si ex iusta causa. Quia cum non fuerit votum perseuerantiæ id in quod commutauit, sed solius ingressus, satisfit ingrediendo bona fide, & ex iusta causa egrediendo. At in neutro casu teneretur ad prius votum, sed tenebitur iterum ingredi, si sine iusta causa exiit, vel redire ad prius votum. Quod si facta commutatione non admittatur, diximus remisimus n. 55. Tandem si esset votum ingrediendi strictiorem, & perseuerandi in ea, nullatenus poſset propria authoritate commutari in ingressum, etiam cum perseuerantia, in Societatem. Quia prius votum est de re ipsa. Atque in hoc casu esset necessarius vsus præditi priuilegij Societatis ad commutandum cum reincidentia modo expiato.

CAPVT VI.

De voto solemni castitatis.

SVMMARIVM.

Quo iure sit continentia ordinibus sacris annexa? n. 1.
An hæc obligatio consurgat ex vero voto ordinibus annexa? n. 2.
An duplici obligatione vltra communem teneantur clerici continentes? n. 3.
An votum hoc sit essentialiter solemne, non differens à voto professionis? n. 4.
An teneatur continere clericus, qui ignorans votum castitatis annexi ordinibus sacris, aut voluit id emittere? aut fuit irritus? n. 5. n. 5.
Quid si metu, vel Prælati præcepto coactus initiatus est? n. 6.
Quid si ante vsum rationis? n. 7.
Quid si ante pubertatem? n. 8.
Pactea inuenies alia summaria.
Duplex est votum solemne castitatis, aliud religiosa status, aliud ordinibus sacris annexum.

DE hoc latissimè egimus *lib. 7. de matrim. disput. 27. & triplici sequenti.* Quare summatim ibi latè disputata referemus, remittendo illuc probationes & Doctores. Prima conclusio. Continentia non est iure diuino ordinibus sacris annexa, id est, ius diuinum non præscripsit vt in ordinum sacrorum receptione votum aliquod continentiæ emitteretur, aut alio modo clerici ad illam tenerentur: sed solo iure ecclesiastico, quod statuit omnes sacris ordinibus initiatos teneri ad omnimodam castitatem seruandam, atque incapaces reddi validè matrimonij contrahendi. Hanc latè probauimus *lib. 7. de matrim. disput. 27. à n. 1. vsque ad 8.* contra aliquos relatos *ibi. num. 4.* dicentes annexam esse iure diuino.

2 Secunda conclusio. Quamuis non constet, an hæc obligatio sit ex vero voto ordinibus sacris annexo: an ex solo statuto ecclesiastico, quo iubentur omnes sacris initiati continere, quod dicitur votum, eo quod instar voti obligat; aliqui enim quos reprimimus *lib. 7. de matrim. disput. 27. num. 9.* dicunt hoc solo posteriori modo teneri clericos continere: idque diximus ibi esse probabile. At multo probabilius esse sustinimus *ibi. num. 10.* eam obligationem non consurgere immediatè ex Ecclesiæ constitutione; sed ex castitatis voto, quod Ecclesia sua constitutione annexuit ordinibus sacris, obligans assumentes ordinem sacrum vt id votum emittant, non expressè, sed facto ipso, & sic tacitè. Quamuis enim voce non exprimant votum, at facto ipso, & opere promittunt castitatem per sacrorum ordinum susceptionem. Sicut delatione habitus professorum, & exercitio actuum illis solis competentium in religione approbata, inducitur tacita solemnis professio. *Canone 2. tituo. de regular.*

3 Tertia conclusio. Quamuis sacris initiati teneantur ex voto, & ex Ecclesiæ constitutione continere, non inde dicendum est eos duplici speciali obligatione vltra communem omnibus fidelibus astringi: ac consequenter fornicando reos fore duplicis malitiæ specialis, alterius contra votum castitatis, alterius verò contra Ecclesiæ præceptum indicens clericis continentiæ in sacri ordinis reuerentiam. Sicut Iudex altricius voto non extrahendi aliquem ab Ecclesia, extrahens peccabit in votum, & contra præceptum Ecclesiæ iubentis vinctos non extrahi ab Ecclesia, in sacri loci reuerentiam. Sed dicendum est, præceptum Ecclesiæ non esse immediatè de continentia à clericis seruanda, sed de voto castitatis emittendo: quod vbi emissum fuerit, obligabit, & ab illo consurget obligatio continentiæ. At dicentur inde illati procedere ex Ecclesiæ constitutione, non

quasi Ecclesia nouum continentiæ præceptum statuat (vt contingit in allato Iudicis exemplo:) sed quia Ecclesia id votum emitti præcepit. Et ideo vnica malitia contra id votum erit non seruare castitatem. Hanc probauimus *lib.7 de matrim. disput.27.n.14.*

4 Quarta conclusio. Quamuis sub iudice sit, an id votum sit essentialiter, & simpliciter solemne, quibusdam dicentibus esse tantùm per accidens, & secundùm quid solemne, eo quod habeat quendam voti solemnis effectum ex Ecclesiæ constitutione: qui est dirimere subsequens matrimonium (vt retulimus *lib. 7. de matrim. disput.27.num.17.*) At multo verius est, id votum esse per se, & essentialiter solemne, cuiusdemque naturæ cum solemni castitatis professorum voto: solumque differre, quod illud sit tacitum, hoc autem professorum expressum. Quam sententiam probauimus *ea disput. 27. num. 16.* & eam amplectendam diximus *num.17 fine.* Et denuo probatur, quia (vt probauimus hoc libro *1.c.1.à n.6.* vsque ad *9.* & *n.11.* & *13.*) tota essentia voti solemnis ex Ecclesiæ constitutione est: in eóque consistit, vt Ecclesia illud acceptet tanquam solemne, constituensque in statu perpetuo, & immobili, cum cæremonijs ab Ecclesia statutis in eius emissione. Quæ omnia competunt huic voto: acceptatur enim tanquam solemne ab Ecclesia. *c. vnico, de voto, in 6.* & emittitur cum cæremonijs ab ipsa statutis, & constituit in statu perpetuo, ac via ordinaria indissolubili. Siquidem solus Pontifex, & ex grauissima causa potest in eo voto dispensare: idque rarissimè facit.

5 Quæ autem dicendum sit, si sacris initiatus ignorarit votum ordinibus annecti, aut voluerit tempore ordinis suscepti, voto non ligari: aut ordo fuerit iritus, diximus *lib.4.c.1.n.19.*

6 Similiter diximus *lib.4.c.5.num.18.* ordinem metu viri constantis assumptum non obligare ad castitatem. Cui addo, id accipiendum de iniusta compulsione. Si enim vrgeant necessitate compellat Prælatus iusto præcepto ad ordines, tenebitur compulsus ad castitatem, & reliqua ordinum onera, cùm nullam iniuriam passus sit. Atque ita docet Henriquez *lib.10. de Sacram. ordinis.c. 14.n.5. in commente, litera T.*

7 Quinta conclusio. Quamuis quidam sentiant ordinatum sacris ante rationis vsum, tenere continere: alij verò dubitent an validum matrimonium inire valeat (vt retulimus *lib.7.de matrim.disput.30. num.1.* & *2.*) At (vt ibi probauimus *num.1.* & *4.* & *5.*) hic non tenebitur ad specialem continentiam ratione ordinis assumpti, sed poterit matrimonium inire, si nolit ordine vti. Quare si dabitur optio an velit in ordine permanere, & si velit, tenebitur ex tunc ad castitatem. Si autem nolit, poterit ad nuptias transire, & manebit vsu ordinis suspensus. Quo tempore autem debeat esse optio, dicam n.sequenti.

8 Vltima conclusio. Verius etiam est contra duas sententias quas retulimus *eadem disp.30. num.6.* & *7.* ordinatum post vsum rationis, ante pubertatem tamen, non teneri continere, immo hodie ordinatum ante decimum sextum annum completum, nisi adepta illa ætate ordinem assumptum ratum habeat. Quare vsque ad illam integrum erit ei resilire: vt latius explicuimus, & probauimus *ead.disput.30.à n.8.2 sque ad 14.*

SVMMARIVM.

Ad quem obligat solemne castitatis votum, & an sit circumstantia nota; sacro faienda, sive id sit professionis, sive ordinis sacri n.9.

Quid si id peccatum sit veniale in spirit luxuriæ, & mortale ratione scandali, an sit grauis violatio voti, & comprehendatur in reseruatione peccati contra votum n.10.

Explicatur sententia auctoris n.11.

An in materia talium Venereorum detur culpa venialis vel-tiam paruitatis materiæ n.12.

Quando detur materia Veneree. n.13.

An religiosus, & sacerdos, vel Episcopus, vel religiosus Prælatus, si contra castitatem peccet, tenetur omnes has circumstantias fateri n.14.

Solemne castitatis votum in religiosorum professione inclusum, & eorum statui annexum, nil habet proprium, sed omnia illi communia sunt cum altero castitatis voto, de quo loquuti sumus: quare de vtroque inquirimus ad quid obliget, & an sit circumstantia necessariò exprimenda in confessione peccati commissi contra castitatē eiusmodi voto promissam. Circa priorem difficultatem breuiter dicendum est, solemne castitatis votum ad duo obligare. Prius est, ad abstinendum à coniugio, & in hoc cum simplici voto castitatis conuenit, ab eo verò differt, quia irritat matrimonium postea initum, quod voto simplici communiter non conuenit, vt in c.1 huius libri explicatum est: atque ita vtrumque votum continet obligationem ad rem, quæ secluso his votis erat sub solo consilio. Posterius est, ad abstinendum ab omni actu Venereo sive interno, sive externo castitati aduerso, vt à turpibus cogitationibus, delectatione morosa, à pollutione, à turpi contactu, impudico aspectu, & à quocumque coitu, in quo obligationi iuris diuini naturalis hæc omnia extra coniugium interdicentis, addit nouam obligationem, cuius transgressio circumstantiam sacrilegij specie diuersam necessariò explicandam in confessione continet; quod etiam commune est simplici voto castitatis. Quæ omnia late à nobis probata sunt *lib. 7. de matrim. disput.27. num.19.20.* & *21.* & optimè explicantur à Suarez *tomo 1. de religione, lib. 3. cap.3.* Quare quidquid in secularibus extra coniugium est aliquo modo peccatum contra castitatem, est in habente votum simplex, aut solemne castitatis, sacrilegium contra id votum, ita tamen, vt malitia sacrilegij sit mortalis in its solis actibus, in quibus malitia libidinis est in quocúque seculari mortalis, venialis verò, in quibus illa est venialis, vt optimè docet Leonardus *lib.2 de iust.c.41 dubio 9.n.78.* Quod idē vnitarij fatentur, quia vota hæc non minuunt obligationem iuris naturalis communem omnibus, efficiendo vt actus Venereus, qui secluso voto esset venialis, fiat ratione voti mortalis; sed, solùm addunt nouam circumstantiam sacrilegij, quæ quidem venialis est, si actus sit aliàs venialis, mortalis autem quando erat mortalis; atque adeo in priori casu erit duplex culpa venialis, in posteriori duplex mortalis, altera contra castitatem, altera verò contra votum.

10 Dubitabit aliquis, an si actus sit venialis contra castitatem, at ratione circumstantiæ extrinsecæ, vt scilicet, sit mortalis, peccatum hoc censeri debeat mortale contra castitatis votum, ita vt si violatio voti castitatis reseruetur, maneat quoque reseruata hæc culpa. Ratio dubitandi est, quia peccatum scandali ad eandemmet spectem reducitur ad quam pertinet peccatum illud, ad quod parientes scandalum inducuntur, vt probauimus *lib.1. huius tractatus. cap.6. num.5.* Sed peccatum ad quod inducit aspiciens ex dicto actu Venereo ex se veniali, est contra castitatem, ergo & scandalum illud erit etiam contra castitatem, ac subinde comprehendetur sub reseruatione peccati contra castitatem. Confirmatur, quia si scandalum illud sit datum aliis religiosis simili voto astrictis, qui inde inducuntur ad mortalem, & sacrilegam castitatis violationem, id scandalum reducetur ad sacrilegium mortale, & instar illius erit reseruatum.

11 Sed dicendum est, id peccatum in religioso dante scandalum non esse mortale contra suum castitatis votum, sed solùm veniale, & ex hoc solum sacrilegij venialis circumstantiam continere, nec reseruata voti castitatis violatione, censeri eam culpam reseruatam, siue

scandalum

scandalum illud detur secularibus, siue religiosis alijs simili voto astrictis. Dicor, quia quamuis scandalum illud secularibus datum reducatur ad peccatum contra castitatem, & datum religiosis ad sacrilegium; id non est peccatum contra propriam castitatem, quam in se tenetur seruare religiosus, quæ sola cadit sub huiusmodi voto, & huius violatio tantùm reseruatur, & ideo nullam prorsus circumstantiam peculiarem habet ex parte voti huius religiosi dantis scandalum, sed solùm malitiam contra castitatem, ad quam sua prauo exemplo inducit seculares, vel sacrilegij, ad quod inducit religiosos, non aliter, quàm si seculares id scandalum darent.

12 Quod si petas, quando accidat culpa lethalis contra castitatem in tactibus, aspectibus, & alijs Venereis. Hoc pertinet ad sextum præceptum; vnum tamen adiuuare volo, sententiam, quam *lib.9.de matrim.disput.46.n.7.* dixi esse verissimam, nempe, amplexus, & oscula libidinosa, quamuis sola Venerea delectatio, quæ in ipsis sentitur, placeat excluso alio ordine ad copulam, esse mortalia, & contrariam ab aliquibus appellari temerariam, & erroneam, hodie approbatam esse à summis Pontificibus Clemente VIII. & Paulo V. qui inquisitoribus fidei denuntiari iusserunt asserentem in illis non committi crimen lethale. Sit quamuis *ibi.n.9.* dixerim, hanc doctrinam esse moderandam nisi delectatio esset parua, quia tunc ratione paruitatis materiæ excusaret à mortali. At nunc conformius prædicto motui proprio, & veritati, iudico non reperiri paruitatem materiæ in delectationibus Veneris, quæ deliberatè capiuntur ex obiecto graui, etiam secluso periculo pollutionis, & consensus in aliud obiectum graue, quod latissimè, & optimè probat Rebellus *de iustitia. par.1. lib.3. q.19. tota sect. 3.* cùiusque rationes ad hanc in summa rediguntur. Quod delectatio Venerea, siue notabilis, siue modica, quando ex deliberatione sufficienti captatur, ac proinde non excusatur à culpa graui ratione modicæ deliberationis, sit complacentia de fornicatione, sive naturali, siue contra naturam ad quam ordinatur, & à qua totum malitiæ rationem habet, vt colligitur ex D.Thom. *1.2. q.11.a.1.ad 5.* & *2.2.q.154.a.4.corp.* & ideo quantumcumque modica sit, si est de obiecto mortali, erit semper mortalis, nec ratione paruitatis materiæ excusari à mortali poterit, si deliberata sit: sicut complacentia deliberata de quocumque alio obiecto mortali, vt de homicidio, furto, & similibus, quantumuis modica sit, est semper lethalis. Præterea, quia delectatio Veneris, teste Galeno *lib.14. de vsu partium c.9.* & *10.* fit ex motu substantiæ feminis descendentis ad partes obscœnas ex commotione spirituum vitalium generationi deseruientium; quod est quasi pollutio inchoata. Quod si aliquis adhuc contendat dari hanc materiæ paruitatem; id tamen certo certius est, rem esse satis periculo expositam, & experimento fore, vt quis modicam, & veniale delectationem esse obscœnam concupiscentiæ existimet, cum tamen grauis, & mortalis sit; & id eo facilem merito dubitare poterit illam admittens, an ad mortale pertineat. Quare nec audeo, nec vnquam ausus sum, excusare à confessionibus huiusmodi delectationum quantumuis modicarum delectationem. Est insuper in quibus Veneres delectatione deliberatè admissa apertum periculum incidendi in maiorem illam delectationem manifestè mortalem; quod vtinam non adeò experientia docuisset ob nostræ naturæ fragilitatem, & promptitudinem ad hæc Veneres. Similiter quamuis *lib. 9.de matrim.disput.17.n.19.* dixerim licere suuare partem confricationibus, ad expellendam qualitatē morbidam, in quam semen iam corruptum transit. At tenendum est non licere, quod etiam docet Rebellus *eadem se.num.3.fin.* sed plura alia supperunt remedia ex medicina, quæ quærenda sunt.

13 Delectatio autem hæc Venerea tunc accidit, vt alijs relatis dixi *ea.lib.9.num.5.* quando sentitur in carne cum commotione spirituum generationi deseruientium, circa partes libidinosas, ad eius delectationis differentiam, qua placet tactus, aut visus proprij corporis; vel alieni ob solam proportionem, seu connaturalitatem cum organo tactus, aut visus; sicut tactus rei blandæ, & visus rei pulcræ, organa visus, & tactus naturaliter delectant.

14 Circa posteriorem difficultatem, nempe, an sit necessariò exprimenda circumstantia voti solemnis in confessione, an satis sit votum in genere explicare, & cursus inter solemnia sit necessariò explicandum esse solemne professionis, an sufficiat dicere se esse facto ordine insignitum; Azor *tomo 1.instit.moralium lib.12.c.11.in fin.* varias refert sententias nil definiens, Leonardus *lib. 2. de iust.c.40.dub.5.n.40. versic. ad 4.* dicit esse probabile religiosum sacerdotem fornicantem duplicem contra votum malitiam committere. Nos quoque *lib. 7. de matrim.disput.27.n.22.23.* & *24.* varias sententias retulimus, & *à n. 25.* late explicuimus, & probauimus nostram, quæ in summa est, esse satis probabile, fatendam vtramque circumstantiam ordinis sacri, & professionis, & si fornicans ille sit sacerdos, aut Episcopus, aut Prælatus religionis, hoc quoque exprimendum esse. At probabilius esse, nō opus esse has omnes circumstantias explicare, sed satis esse dicere se contra castitatis votum deliquisse, nisi in Episcopo, aut Prælato sit alia scandali circumstantia, tunc enim præter generalem huiusmodi circumstantiæ fatendæ obligationem in omnibus militantem, erit fatenda ab Episcopo, si suis omnibus, & à Prælato, si suis subditis id scandalum dederit circumstantia prælationis: quia ex peculiari sui muneris obligatione tenetur Prælatus quisque Episcopus suos subditos verbo, & exemplo pascere.

EXPLICIT LIBER V. DE VOTO SOLEMNI in communi, & de solemni castitatis.

JUNTA DE ANDALUCIA
CONSEJERIA DE CULTURA
PATRIMONIO BIBLIOGRAFICO
CENTRAL DE BIBLIOTECAS

LIBER SEXTVS.

DE VOTO SOLEMNI OBEDIENTIÆ.

CAPVT PRIMVM.

Quid sub voto obedientiæ religiosorum comprehendatur, & quibus superioribus obliget obedire.

SVMMARIVM.

Obedientia, & inobedientia quotuplex sit, & quando sit votum speciale, aut votum speciale. n. 1.
Obiectum obedientiæ, & inobedientiæ, an sit solum præceptum obligans sub mortali, vel veniali? n. 2.
An peccatum contemptus latius patere, quàm peccatum inobedientiæ? n. 3.
Inobedientia an possit esse absque contemptu? n. 4.
Sub voto obedientiæ comprehenditur solum præceptum, regula, aut superiores obligans ad culpam. n. 5.
Id votum non obligat ad obediendum in formalem, & vt est virtus specialis, & an eam obedientiam possit superior præcipere? n. 6.
Rebellio non obedientia ex ratione quod præceptum sibi imponatur, an pateat contra obedientiæ votum, & quotuplex peccatum admittat. n. 7.
Id votum an obliget respectu ad specialem obedientiam Papæ, & hic sit supremus Generalis religiosorum? n. 8.
An religiosus transgrediens præcepta Pontificum, se duplici malitia reus? n. 9.
Potius est in omnibus licitis obediendum Pontifici, quàm Prælatis regularibus. n. 10.
Religiosi specialiter subditi Episcopo, tenentur ex voto ipsi obedire? n. 11.
Non tenentur ad id alij religiosi etiam stando in iure diuino, & seclusa exemptionis priuilegio. n. 12.
An religiosi penitus teneantur Episcopo, quàm suis Prælatis regularibus obedire? n. 13.
An Episcopus possit religiosos exemptos censuris compellere ad obedientiam in casibus in quibus ipsi subduntur? n. 14.
An Prælati regulares possint aliquid præcipere sub excommunicatione reservando sibi eius absolutionem? n. 15.
Explicatur sententia authoris, & ibi ostenditur prouentum legis continere causam finalem, ex qua lex extenditur, aut restringitur. n. 16.
Qualiter moniales teneantur obedire Abbatissæ, & quam potestatem illa habeat. n. 17.
An nolle obedire Abbatissæ sit mortale? n. 18.
An possit Abbatissa imponere præcepta spiritualia, & quæ dicantur talia? n. 19.
An possit præcipere in virtute Spiritus sancti, & obedientia? refertur quædam sententia. n. 20.
Explicatur sententia authoris. n. 21. 22.
An id possit committi Abbatissæ? n. 23.
An Abbatissa possit ex commissione Prælati dispensare in iejunijs, & legibus ecclesiasticis? n. 24.
An si Prælatus vel regula imponat præceptum, vt moniales teneantur in aliquo casu obedire Abbatissæ, sit mortale ipsi non obedire? n. 25.
An constitutiones Abbatissæ conformatæ à Prælato, habeant vim præcepti Prælati, & an hæc conformatio vnum iuri tribuat? n. 26.
An Abbatissa habeat iurisdictionem ad cogendas moniales ad regulam obseruandam, & punendas, ab eius transgressione? n. 27.
An Abbatissa inquirere de monialis crimine, obligat sub mortali ad veritatem pandendam? n. 28.
In quo versatur differentia inter præcepta Prælati, & Abbatissæ, & an potestas secularis possit ex vi sui præcepti obligare ad culpam? n. 29.
An eadem materia, quæ est grauis respectu Prælati præcipientis monachis, non sit talis respectu Abbatissæ? & explicatur differentia virtutis, seu potestatis. n. 30.

1 PRÆMITTENDVM est primò, obedientiam, & inobedientiam dupliciter vsurpari ex doctrina D. Thomæ 2. 2. q. 104. art. 2. ad 1. ab vniuersis admissa; nam alia dicitur obedientia, & inobedientia materialis, seu generalis, quæ inobedientia nihil aliud est, quàm executio cumcumque actus virtutis sub præcepto cadentis; & inobedientia omissio eiusdem: & hoc modo vsurpata obedientia est virtus generalis, & inobedientia vitium generale, quinis enim actus virtutis obligans est obedientia huiusmodi, & quoduis peccatum inobedientia. Altera autem formalis, seu specialis; & hæc obedientia est virtus inclinans subditum ad exequenda superiorum præcepta, vt præcepta sunt, id est, quando ratio inclinans ad obediendum est eo quod id præcipiat superior, & è contrà, inobedientia est vitium inclinans ad omittenda præcepta eo quod præcepta sint. Et in hac acceptione obedientia est virtus specialis à cæteris distincta, & inobedientia vitium speciale. Vnde nisi subditus ea ratione exequatur actum præceptum, quia præceptus est, non exercet formalem obedientiæ actum, vt est virtus specialis; nec formalis inobedientiæ, vt est vitium

vitium speciale, reus est, quotiescumque actum præceptum exequi omittit, sed quando omnem ea ductus ratione quod præceptus est.

2 Hinc deducitur, obiectum obedientiæ, & inobedientiæ in vtraque acceptione sumptæ esse solùm præceptum ad culpam obligans, quia cùm ea quæ solùm sunt sub consilio ad nihil obligent, nec eorum executio est verè, & propriè obedientia, sed plus quàm obedientia, vt capite sequenti n. 5. explicabimus; & per consequens nec eorum omissio erit inobedientia: & ita docet D. Tho. 2. 2. q. 186. ar. 9. in fine corporis, & q. 104. art. 2. ad 1. & ibi Caietan. initio. Nauar. in summa c. 13. n. 35. Valent. 2. 2. d. 7. q. 3. punctu 1. col. 2. vers. respondeo, & d. 10. q. 4. punctu 5. ad finem. Azor tom. 1. instit. moral. lib. 12. c. 13. q. 1. Leonard. de iust. lib. 2. c. 46. dub. 4. n. 23. Quod si peras ad quam virtutem pertineat obedire quando non est præceptum superioris obligans ad culpam; respondet bene Leonardus eo dub. 4. n. 28. pertinere ad virtutem illam, quæ generaliter & vulgò obedientia dicitur; cuius ratio præcisè in eo consistit, vt quis se voluntati superioris in operando accommodet, siue præcipiat, siue non. Satis autem est ad rationem obedientiæ, vel inobedientiæ, vtrouis modo sumantur, id præceptum obligare ad culpam venialem, vt bene probat Caiet. & Nauar. ibidem, & Valent. eod. punctu 1. vers. respondeo.

3 Secundò deducitur, latius patere peccatum ex contemptu, quàm peccatum inobedientiæ vtrouis modo sumptæ; quia contemptus versatur circa præcepta, & circa consilia: inobedientia autem circa sola præcepta. Sic Azor n. præceden. allegatus.

4 Tertiò deducitur, inobedientiam formalem non posse accidere absque actuali præcepti contemptu; quia nolle obedire præcepto eo quod præceptum sit (in quo diximus n. 1. consistere formalem huius inobedientiæ rationem) est illud contemnere: & ita docet D. Thom. 2. 2. q. 104. art. 2. ad 1.

5 His præmissis, primo conclusio sit. Sub voto obedientiæ à religiosis emisso comprehenditur solum præceptum siue ore tenus, siue aliter à superiore impositum, siue in regula expressum: & ita docet D. Thomas ab omnibus receptus, 2. 2. q. 186. ar. 9. in fine corporis. Et constat, quia per id votum obligatur religiosus ad obediendum superiori secundùm regulam: obiectum autem obedientiæ est solum præceptum obligans ad mortale, siue veniale, vt diximus n. 2. Ergo id votum ad sola superioris, aut regulæ præcepta obligabit. Omissio autem aliorum, quæ sub regula continentur, nec ad culpam obligant, non opponetur huic voto.

6 Secunda conclusio. Id votum non obligat ad obedientiam formalem, & vt est virtus specialis: sed ad materialem præceptorum superioris, vel regulæ executionem. Constat, quia nullus dicet teneri religiosum obedire his præceptis, ea ratione ductum quod præcepta sunt. Sicut licèt omnes fideles teneantur obedire præceptis diuinis, & ecclesiasticis; at non tenentur ex vi eorum præceptorum sub ea ratione obedire, quod præcepta sint, sed illis satisfit quæcumque ratione ea exequendo. Atque ita docet Leonardus de iust. lib. 2. c. 46. dub. 6. n. 32. vbi n. 34. rectè docet, nec Prælatum posse præcipere religioso, vt hoc modo operetur, quia hic modus non est necessarius, vt illud opus sit actus virtutis: & actus internus non potest ab homine præcipi, nisi quatenus est necessarius ad constituendum externum in aliqua virtutis specie.

7 Hinc deducet aliquis, religiosum non exequentem præceptum superioris, vel regulæ, ductu ea ratione quod præceptum sit, minimè peccare contra votum obedientiæ, ratione huius motiui ad non obediendum; sed tantùm quatenus omittit exequi præceptum. Id autem motiuum esse contra præceptum obedientiæ, quatenus est virtus quædam specialis obligans ad nullius superioris præcepta omittenda, ea ratione qua sunt præcepta: & ideo esse duplicem malitiam specie diuersam necessariò fatendam, sicut idem contingit in omittente Missam die festo, eo quod id Ecclesia præcipiat. Et potest probari, quia votum obedientiæ non obligat ad obediendum ob id motiuum, vt diximus n. præced. At dicendum est, esse contra votum obedientiæ etiam ratione motiui, vt bene Leonard. lib. 2. de iust. c. 41. dub. 9. num. 76. quia in eo motiuo adest contemptus præceptorum superioris, vt diximus num. 4. Et licèt obedientiæ votum non obliget ad obediendum ob illud motiuum, obligat tamen ad non contemnenda superioris præcepta; quia obligat ad obediendum secundùm regulam, in qua obligatione primò omnium continetur, ne mandata superiorum, & regulæ contemnantur: contemptus enim votum obedientiæ fundamentum euertit.

8 Tertia conclusio. Id obedientiæ votum obligat religiosos ad obediendum non solùs regularibus Prælatis, vt immediato conuentus Prælato prouinciali, & generali, sed etiam Romano Pontifici: atque ita religiosi tenentur obedire Romano Pontifici non solùm obligatione generali, qua tenentur reliqui fideles, sed speciali voti obedientiæ ratione circa obseruantias regulares, eo modo quo tenentur obedire propriis Prælatis regularibus. Ratio est, quia id votum per se primò, & principaliter sit Romano Pontifici tanquam supremo omnium religiosorum Generali. Atque ita duplici nomine est superior religiosorum: altero, vt omnium fidelium, eo quod sit supremum Ecclesiæ caput: altero autem specialiter religiosorum; quia ipsi tanquam supremo religiosorum Prælato se voto obedientiæ ligarunt, sicut ad obediendum aliis Prælatis regularibus: & ita instar illorum habet dominatiuam voluntatis regularium potestatem ratione voti, qualem non habet aliorum fidelium, vt diximus d. 4. c. 14. n. 20. Ergo id votum specialiter obligabit ad obediendum Romano Pontifici circa obseruantias regulares, sicut & ad obediendum Prælatis regularibus.

9 Hinc deducet aliquis, religiosum omnimodum licitum, aut iniquum, aut alia omnibus fidelibus præcepta ab Ecclesiæ capite, duplicis malitiæ specificæ reum esse: alterius specialis contra votum, alterius verò generalis, & communis omnibus fidelibus, cùm duplici titulo teneatur obedire. Sed id omnino negandum est; quia hæc præcepta generalia omnibus fidelibus, nò imponit Pontifex quatenus specialis religiosorum Prælatus, sed quatenus supremum Ecclesiæ caput: & ita omnes fideles æqualiter obligat, nec à religiosis obedientiam ex voto sibi debitam, huiusmodi mandatis exigit. Si autem specialiter aliquid solis religiosis præcipiat (cùm possit id præcipere ratione iurisdictionis spiritualis ipsi competentis in religiosos, tanquam membra Ecclesiæ, cuius caput est, & etiam ratione voti obedientiæ ipsi præstiti) iudicandum erit de transgressione huiusmodi præceptorum, sicut de transgressione præcepti aliorum Prælatorum regularium diximus lib. 4. c. 12. n. 25. & latius c. 14. num. 20. nam ibi quoque ostendimus alios etiam Prælatos vtraque potestate ad præcipiendum potiri.

10 Secundò deducitur, Pontifice & Prælatis regularibus inferioribus contrarium, & vtrumque licitum præcipientibus, semper & in omnibus anteponendum esse Romani Pontificis præceptum, vt optimè docet D. Thom. in 2. d. 44. in expositione litera. ab vniuersis receptus. Quia si attendamus potestatem iurisdictionis qua alij Prælati regulares in suos religiosos gaudent, ea à Pontifice dimanat, & ita principaliùs tanquam in fonte in ipso residet. Si autem attendamus potestatem dominatiuam in ipsos voti obedientiæ in subditos, ea quoque principaliùs residet in Pontifice tanquam in supremo omnium religiosorum Generali, vt diximus n. 8.

11 Quarta conclusio. Religiosi, quorum proprius Prælatus est Episcopus; id est, cui emittunt obedientiæ votum, vt sunt aliquæ moniales subiectæ Episcopo, tenentur ei obedire ex voto, & potiùs ipsi, quàm Abbatissæ seu

Pontifex. Constat, quia est eorum Prælatus instar Prælatorum regularium.

12 Quinta conclusio. Reliqui religiosi non tenentur obedire Episcopo ex vi voti obedientiæ, etiam stando in iure dicimus, & secluso exemptionis privilegio. Vnde quoad observantias regulares non ipsi, sed Abbati subiacent. Ratio est, quia etsi (eo iure attento, & secluso hoc privilegio) subessent Episcopo, & esset eorum superior, id tamen esset eo modo quo Episcopus est superior omnium clericorum, nempe quoad disciplinam ecclesiasticam, non autem quoad observantias regulares, ad quas ex solo voto tenentur. Hæc est contra Petrum de Ledesma 2. *sum. summæ tract.* 10. *c.* 7. *paulo post principium, num.* 2. vbi ait, secluso hoc privilegio, Episcopum esse specialem religiosorum Prælatum, & habere dominium in utrumque voti potestatem voluntatis eorum. Sed contrarium est verissimum: quod constat ex doctrina statuenda in sequenti, vbi probabimus (secluso exemptionis privilegio) magis obediendum esse Prælato regulari quoad disciplinam regularem, quam Episcopo. Quod non esset verum, si Episcopus esset supra Prælatum regularem quoad illam; licet quoad illam magis teneantur obedire religiosis Provinciali, Generali, & Summo Pontifici tanquam superioribus Prælatorum immediatorum.

13 Hinc deducitur eius quæstionis resolutio, an religiosi teneantur potius obedire Episcopo, quam Prælato regulari? Quæ quæstio non procedit de religiosis, quorum proprius Prælatus est Episcopus, de quibus diximus n. 11. nec etiam de religiosis exemptis ab Episcoporum obedientia, vt hodie sunt omnia alia monasteria: de his enim constat potius teneri obedire Prælato quoad omnia, demptis paucis, in quibus subiiciuntur Episcopo ex decreto Tridentini; vt quoad licentiam audiendi confessiones, prædicandi, quoad festa, & censuras eorum observanda, quoad eundum ad publicas supplicationes, &c. quia quoad alia non subiiciuntur Episcopis. Et ita dum quidam Doctores allegandi dicunt indistincte, religiosos teneri quoad ecclesiasticam disciplinam, & punitionem criminum obedire potius Episcopo; intelliguntur de religiosis non exemptis, alias id esset falsum: & ita id explicant Durand Rosel. Angel. Sylvest. & Tabien. statim referendi. De his ergo quidam dicunt, potius eos teneri obedire Prælatis regularibus, quam Episcopo. Sic Glos. *c. qui resistit. 24. q. 3.* Rosel. *verb. obedientia, in fine.* Angel. *ibi, fine* Tabien. *ibi, q. 1. n. 6.* Sed ita distinguendum est. Si agamus de obedientia quoad ecclesiasticam disciplinam, ac criminum punitionem, iuxta eam potius tenentur obedire Episcopo, quia ipsi subdunturur Prælati regulares quoad hæc, & ipsius est crimina religiosorum ita punire. Si verò agamus de obedientia quoad observantias regulares, & punitionem transgressionum earum iuxta regularem disciplinam, potius est obediendum Prælatis regularibus: quæ doctrina mutitur dictis n. præcedenti. Et ita docent D. Thom. 2. *d.* 44. *in fine in expositione litera ad* 5. & ibi Durand. *q.* 5. *num.* 4. Innocent. *c. quanto n.* 2. *de officio ordinar.* & ibi Abbas *num.* 4. Sylvest. *verb. obedientia q.* 8. & *q.* 10. *dicta* 2.

14 Demum tripler superest difficultas. Prima est, an ad ea in quibus regulares exempti subiiciuntur Episcopo, possint ab ipso compelli censuris excommunicationis, suspensionis, & interdicti? de qua quæstione late egimus *lib.* 7. *de vocatione disp.* 33. *n.* 12. vbi retulimus sententiam affirmantem, sed contrarium secuti sumus, & latè probavimus ibi *n.* 13. quod religiosos habentes privilegium, ne possint excommunicatione, suspensione, vel interdicto ligari, quale habere omnes Mendicantes, & religiosi Societatis IESV ibi ostendimus: & hoc nisi expressè concedatur Episcop. in canone subiiciente ipsi exemptos, vt possit contra illos censuris procedere, vt in quibusdam Tridentini decretis conceditur expressè, vt ibi latè diximus.

15 Secunda difficultas est, an Prælato regulari, sine sit immediatus conventus, sive provincialis, sive generalis, integrum sit aliquid sins subditis præcipere sub excommunicatione ipso facto incurrenda, retentando sibi illius absolutionem? Rationem dubitandi præbet motus proprius Clementis VIII. editus die 26. Maij, anno 1595. vbi abstulit omnibus Prælatis regularibus facultatem alicuius peccati reservandi, præter aliqua quæ ibi expressit, nisi accedat consensus Capituli generalis, quando reservatio esset pro tota religione; vel Capituli provincialis, quando reservatio esset pro tota provincia. Ac proinde iuxta hunc motum proprium videtur non posse hos Prælatos hanc reservationem facere, nisi peccatum sit ex permissis ibidem reservari. Suar. 4. *tom. in* 3. *part. disp.* 28. *sect.* 1. *n.* 13. affirmat tanquam probabilius huiusmodi reservationem fieri posse. Dicitur, quia is motus proprius expressè loquitur de peccati reservatione. At in præsenti eventu non peccatum, sed censura ipsa reservatur, quæ longè à peccato distat, & ad diversum forum, diversamque iurisdictionem spectat. Nec quicquam refert, ex consequenti reservatio peccatum cum nullus peccati absolutio impertiri possit non ablata priùs excommunicatione. Quippe hoc per accidens est, & ne hæc extensio prohibitionis reservandæ culpæ extendatur ad reservationem censuræ, satis est vt hæc diversa fuerit vel maxime quò prohibitio sit respectu superiorum onerosa, ac ipsis facultatem reservandi restringens. Secundò, quia possunt superiores ij sub ea excommunicatione lata præcipere; & constat potestatem hanc non esse per eum motum proprium ablatam. At cùm ea excommunicatio sit ab homine, est iure ipso communi eius absolutio reservata superiori illam ferenti, saltem secundùm probabilem opinionem. Ergo sicut per illum motum proprium non est ablata potestas huius excommunicationis ferendæ; ita nec illius absolutionis reservandæ.

16 Quamvis autem hæc opinio sit probabilis, at iure optimo quidam viri docti (quos tacito nomine refert ibi Suarez) contrarium opinati sunt. Suadetur hoc, quia licet Pontifex in eo motu proprio loquatur de peccati reservatione; id factum est, quia frequentius solent Prælati alij à Summo Pontifice peccata reservare. At verba posita in lege gratia frequentioris vsus, non restringunt legem, ne ad similes casus extendatur, vt probavimus *lib.* 9. *de matrim. disp.* 14. *num.* 16. Quod potissimum procedit quando est eadem ratio, atque ex legislatoris mente ex extensio apertè deducitur; quod in præsenti contingit nam ex proœmio legis ratio finalis decisionis deducitur, & iuxta eam tota decisio extendi, aut restringi debet, vt docent multi, quos referunt & sequuntur Tiraquellus *ad l. si unquam, de revocand. donat. n.* 65. Riminald. *cons.* 540. *n.* 78. *vol.* 1. Burgos de Pax. *cons.* 12. *n.* 8. Molin *lib.* 1. *de primog. c.* 5. *n.* 34. & 5. Bursat. *cons.* 76. *n.* 9. Gutierrez *lib.* 5. *pract. q.* 17. *n.* 90. & 91. Ac in proœmio eius motus proprij rationem prohibendi ampliorem peccatorum reservationem assignavit Pontifex, ne nimia reservatio ansam præberet subditis fragilibus, rimentibusque superiorem adire gratiâ absolutionis procurandæ, incidendi in æternæ damnationis, ac spiritualis remedij desperationis periculum: quæ locum habet, sive peccatum reservetur directè, sive indirectè, & consequenter reservando censuram, a cuius absolutione pendet; nam in vtroque casu necesse erit subdito superiorem adire, quò saluti suæ spirituali prospicere possit obtinendo absolutionem. Tandem quia ex excommunicatio cùm sit per sententiam generalem, non esset ex se reservata, seclusa ea speciali reservatione, iuxta multo veriorem sententiam, vt traditur in tractatu de excommunicatione. Et sic constat ad rationes contrarias. Dices, quid si Prælatus excommunicationem ipso iure incurrendam ferat propter aliquod crimen eorum, quæ potest sibi reservare iuxta illum proprium motum, & reservet sibi absolutionem? Videtur id non posse, quia sola peccati reservatio est illi concessa, & multo magis gravantur subditi per reservationem absolutionis excom

excommunicationis. Dicendum tamen est, cum posse; quia si Prælatus potest sibi reservare absolutionem peccati illius, ergo eiusmodi absolutionem excommunicationis, quæ accessoria est. Secundò, iure communi potest Prælatus reservare sibi absolutionem ex excommunicationis à se latæ, & per dictum motum proprium non auferitur ab eo potestas directè, nec per consequentiam faciendi talem reservationem, aut aggravandi reservationem quæ iubi concedunt.

17 Vltima difficultas est, qualiter moniales teneantur Abbatissæ præceptis obtemperare. Non est præsentis negotij tractare quid possit Abbatissa habens administrationem alicuius Ecclesiæ: nec an possit ex commissione Pontificis excommunicare, aut censuras ferre; hoc enim ad tractatum de laicubus, & excommunicatione pertinet: sed tantùm de obedientia ei à monialibus debita. Et quidem frequentissima, veraque sententia habet, Abbatissam non gaudere potestate spirituali in moniales, sed sola domestica, & ciuili, qualem habet materfamilias in filios, & ciuitas magistratus in ciues: ac proinde posse instar horum monialibus præcipere, cuiusque præcepta obligabunt iuxta qualitatem rei, & materiæ imperatæ, quæ si grauis fuerit, obligabunt sub mortali: si verò levis, sub veniali. Adhibent exemplum Sot. Bartholom. Ledesm. Ludouic. Lopez, & alij statim allegandi; vt si moniales ab Abbatissa iubentur, ne literas recipiant, nec cum externis loquantur, nec ad hortos exeant, adeò ad domus custodiam, & communem pacem, & bonâ exemplum possent hæc conducere, vt eorum transgressio esset mortalis, & tam parum, vt esset venialis: sicut materfamilias posset similia præcepta imponere, quamvis in religione vigentiorem obligandi ansam habeant. Ratio est, quia fœmina (saltem iure ecclesiastico) est incapax potestatis spiritualis, vt colligitur ex *c. nouit. de penitent. & remission.* & ex Ecclesiæ vsu. Nec eam potestatem sexui fœmineo adeò prudentia destituto decuit ab Ecclesia communicatam esse; at necessarium fuit committi ipsi quandam gubernandi potestatem, quæ moraliter necessaria est in religionibus monialiũ, & quæ per viros exerceri nequit ob periculum cohabitationis cum fœminis; quæ potestas non extenditur ad proprios clausum actus, & ad iurisdictionem spiritualem extendunt: sed actus præcipiendi, & corripiendi, quantum conveniens est ad paterium, & quasi domesticam regimen. Ergo sola præcepta imponere potest Abbatissa, quæ ad domesticam gubernationem, & communem conventus pacem conducant, instar matrisfamilias. Et huius sententiæ sunt D. Thom. *in* 4. *dist.* 24. *q.* 1. *art.* 2. *quæstiunc. 1. ad* 1. Sylvest. *verb. Abbatissa, venia.* & ibi Tabien. *num.* 5. Armilla *num.* 1. vbi dicunt, Abbatissam non esse propriè Prælatam, nec habere iurisdictionem ordinariam, sed quasi ex commissione. Et clarius idem D. Thom. *in* 4. *dist.* 19. *q.* 1. *art.* 1. *quæstiunc.* 3. *ad* 4. & ibi Durand. *q.* 1. *ad vlt.* Sylvest. Tabien. Armilla locus proximè adducitur, Tunecem. 1. *verbum Dei. art.* 2. *n.* 10. *de pœnit. distinct.* 1. Suar. 5. *tom. in* 3. *part. disput.* 2. *sect.* 2. *num.* 5. vbi dicunt, Abbatissæ non committi clausem iurisdictionis, sed aliquem vsum clausum, nempe correctionem monialium ob periculum habitationis virorum cum ipsis: & addit Suarez, committi quoque paterium quoddam, & quasi domesticum regimen. Atque in propriis terminis idem docent Victoria *de potest. eccles. q.* 2. *num.* 4. & *in summ. Sacramen.* vbi de clauib. *n.* 315. Sot. *in* 4. *dist.* 20. *q.* 1. *art.* 4. *col.* 7. & *sequen. vers. hinc fit quod Abbatissa.* Mart. à Ledesma 2. *part. q.* 4. *n.* 20. *art.* 4. *fol.* 310. *col.* 1. & *sequentibus.* Barth. à Ledesma *summ. Sacramen.* vbi de clauib. *difficult.* 4. *dub. vltim. pag.* 948. & *seq.* Angles *in florib. n.* 2. *q.* 4. *tomo. de clauib. difficult.* 3. *conclus.* 3. Henriq. *lib.* 6. *de pœnit. c.* 1. *num.* 3. & 4. *fine.* Manuel Rodrig. 4. *regul. tom.* 2. *q.* 11. *art.* 1. *sect.* & *q.* 15. *art.* 1. Ludouic. Lopez 2. *instruct.* 7. vbi de clauib. *c.* 1. *fol.* 140. & *seq.*

18 Vnde primò deducitur, absolutè nolle obedire Abbatissæ esse culpam mortalem, quia tenentur moniales ei obedire in spectantibus ad gubernationem domesticam, sicut filij suis parentibus; at hi peccant mortaliter si absolutè nolint parere. Sic Vict. *relect. de potest. eccles. q.* 1. *num.* 4. Mart. de Ledesma citati n. præcedenti.

19 Secundò deducitur, non posse Abbatissam imponere præcepta spiritualia. Ita docent Vict. *ex summ. Sacramen.* vbi de clauib. *num.* 315. Sot. Barth. à Ledesma Ludouic. Lopez citati num. 17. Manuel *quæst. regul. tom.* 1. *q.* 15. *art.* 1. Quæ autem sint præcepta spiritualia, explicuit bene Victor. ibi, ad est, in ordine ad finem spiritualem: quia cùm Abbatissa sit sola gubernatio domestica, & politica, instar potestatis ciuilis, & matrisfamilias, habens autem potestatem solùm sit imponere præcepta temporalia, nempe ordinata solùm ad bonum temporale, & politicum, vt tranquillam Reipublicæ, & domus gubernationem, ipsarum solùm erit ferre præcepta temporalia, temporale bonum respicientia, non verò imponere præcepta ad altiorem finem spiritualem ordinata.

20 Tertiò, ex eodem principio deducitur, quid in ea quæstione dicendum sit, an Abbatissa integrum sit præcipere monialibus in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ? Azor *tom.* 1. *lib.* 3. *institut. moral. c.* 16. *q.* 5. *fin.* ait Abbatissam posse præcipere monialibus in virtute sanctæ obedientiæ, & ratione voti emissi, idque etiam probat, quia Abbatissa munere & officio publico fungitur, eique moniales vi professionis emissæ parere coguntur; ipsi enim obedientiam promittunt, & in eam superiores ordinis regularis, sub quo militat, potestatem & iurisdictionem transtulerunt. Fauet Victor. etsi dubitans, *in summ. Sacramen.* vbi de clauib. *num.* 315. vbi ait, cùm ex voto obedientiæ moniales teneantur Abbatissæ obedire, fortisan cùm exigeret obedientiam in re admodum non grauì, infringeretur votum ei non obtemperando. At hoc dicit sibi certum non esse, idque tenet Angles *florib.* 2. *part.* 4. *tomi. de clauib. difficult.* 5. *conclus.* 5.

21 At dicendum est, non esse integrum Abbatissis præcipere in virtute Spiritus sancti, nec in virtute sanctæ obedientiæ, & si ita præcipiant, non tenere factum, ita vt obliget instar præcepti sic impositi à Prælato. Atque ita docet Victor. *de potest. eccles. q.* 1. *num.* 4. Mart. de Ledesma 1. *p.* 4. *q.* 20. *art.* 4. *fol.* 310. Ratio est, quia ex Ecclesiæ vsu præcepta sic imponere pertinet ad solos Prælatos ecclesiasticos potestate spirituali præditos, nunquam enim Principes, & alij superiores seculares sic præcipiunt. Nec obstat votum obedientiæ emisti Abbatissæ, & sic videri eam posse exigere obedientiam virtute eius voti debitam, quod est præcipere in virtute obedientiæ: nam, vt bene tradunt Sot. Ludou. Lopez, Barth. à Ledesma citati num. 17. & Manuel *tom.* 1. *quæst. reg. q.* 15. *art.* 1. votum obediendi altertiò intelligitur prout mortis est obtemperare: nempe si laicus fit, vt obedientia potest deberi laico, qui præceptum spirituale imponere nequit. Sic ergo moniales votum obedire Abbatissæ, iuxta potestatem, cuius est ipsa capax, quæ est instar potestatis domesticæ, & ciuilis, & proinde non poterit imponere præceptum spirituale, quale est in virtute sanctæ obedientiæ. Quod si tamen imponat, an aliquid operetur, dicemus c. 4. n. 45.

22 Potest tamen Abbatissa præcipere sub pœna voti obedientiæ ipsi præstiti, vel obedientiæ ipsi debitæ, vel virtute obedientiæ ipsi debitæ, sicut Princeps secularis & materfamilias possunt præcipere in virtute obedientiæ, vel sub pœna obedientiæ ipsis debitæ, & sicut Rector secularis alicuius Vniuersitatis, cui iuramentum obedientiæ præstitum est, solet præcipere sub pœna præstiti, quia hæ omnes præcipiendi formæ nullam aliam obedientiam exigunt, quam temporalem, & domesticam, seu politicam, superioribus illis debitam. At cùm præcipitur in virtute sanctæ obedientiæ, iam ex accommodatione vsus pertinet ad potestatem spiritualem, & ad præcepta spiritualia ordinata, atque ad finem spiritualem.

23 Sed maior difficultas est, an Prælatus id committere possit Abbatissæ? Sotus, Manuel, & Ludouic. Lopez

citati n.17.& Hentiq. *lib.6. de præmi.c. 2. num. 4. in comment.lib. 10.* dicunt Prouincialem posse Abbatissæ committere, vt in graui necessitate hæc præcepta spiritualia imponat, & in virtute obedientiæ, citra tamen excommunicationis pœnam. Et idem docet Ludouic. Lopez de Episcopo respectu monialium sibi subiectarum, & Hentiq. indistinctè loquitur de Prælato; & id probant, eo quod non sit iure diuino hæc potestas fœminis interdicta. Sed hęc ratio solùm suadet, posse Pontificem eam potestatem committere Abbatissæ, cum etiam probabile sit, potestatem quoque excommunicandi posse, vt traditur à multis in tractatu de excommunicatione. At Prælatus inferior Summo Pontifice id nequibit committere, vtpote qui nihil contra ius canonicum, & communem Ecclesiæ vsum efficere possit; quamuis Barthol. de Ledel. *conclus.2. loco citato num.17.* neget etiam Romanum Pontificem posse hoc Abbatissæ committere, tanquam iure diuino interdictum. Sed verius est, solo iure canonico interdictum esse, vt præter authores citatos tradit etiam Victor. *de potest. eccles. q. 2. num. 4.*

24 Vnde non placet quod tradit Henriquez *eodem c. 2. num.3.* nempe, Abbatissam habere ex constitutione Prælati, vt dispenset cum monialibus in ieiuniis, & quibusdam legibus ecclesiasticis, dum causa vrget; quia id videtur necessarium pro bona moniaium gubernatione. Sed id non placet, quia dispensare in legibus ecclesiasticis pertinet manifestè ad solam potestatem spiritualem, sicut dispensare in legibus ciuilibus, ad potestatem temporalem; fœmina autem (vt dictum est) iure ecclesiastico est incapax potestatis spiritualis.

25 Certeum posset Prælatus ipse imponere monialibus præceptum obligans ad mortale, quo eis præciperet, vt obediant Abbatissæ iubenti hanc, vel illam rem concernentem finem spiritualem, quæ materia grauis est: & cùc illius rei præcepto ab Abbatissa imposito tenerentur moniales sub mortali obedire, quia id præceptum spirituale ita obligans non oritur ab Abbatissa, sed à Prælato, & Abbatissa solùm est velut conditio determinans illud Prælati præceptum, vt sine qua illud non obligaret, & ita docet Barth. à Ledesm. *conclus.2. loco citato num.17* & similiter si in religionis regula esset præceptum obligans sub mortali ad obediendum Abbatissæ, in aliquo casu esset mortale in illo non obedire, quamuis materia præcepti esset spiritualis, & hoc non præcisè ob Abbatissæ præceptum, sed ob præceptum regulę, quod determinatur tanquam per conditionem, sine qua non, per Abbatissæ præceptum. Et ita docet Ludouic. Lopez num. 17 allegatus.

26 Nec tamen hæc obligandi vis tribueretur præceptis Abbatissæ ex eo solùm quod à Prouinciali confirmarentur, quia innouatio, vel confirmatio nullum nouum ius tribuit, sed antiquum confirmat, vt tradit Gloss. *in c. cùm dilectæ. verb. non existimemus, de confirmat. utili. & c. quia, verb. forma, de constit. prebend.* & *c. ex literis. verb. confirmatione, de constitutionib.* & latissimè (aliis citatis) Felinus *c. inter dilectos. num. 14. de fide instrument.* Sic Ludouic. Lopez proximè adductus.

27 Habet etiam Abbatissa iurisdictionem aliquam concessam à confirmante regulam, quia potest cogere nō regularum obseruationem, & earum transgressionem punire: quod ratione solius voti obedientiæ effici non posse probauimus *lib.3.c.1.n.20.* & ita docet Vasq. 1. 2. q. 96. *art. 4. dif. 166. c. 4. n.28.*

28 Hinc fit, Abbatissam inquirentem de aliquo monialis crimine, posse imponere præceptum obligans ad mortale, vtpote quę legitimam illius puniendi, & consequenter de illo inquirendi iurisdictionem habet: atque adeò sicut quilibet iudex legitimè de crimine inquirens obligat suo præcepto sub mortali ad detegendam veritatem in rebus alicuius momenti, etiam secluso iuramento, vt tradunt DD. *de tractat. de reo*; ita quoque Abbatissa obligabit. Et ita docet Barth. de Ledesm. *conclus.1. loco citato.*

Tandem superest explicare in quo consistat differentia inter præcepta Prælati regularis respectu monachorum, aut monialium sibi subiectarum, & Abbatissæ respectu illarum, quia Sot. *in 4. distinct. 19. q. 1. art. 4. col. 9. vers. hinc fit, quod Abbatissa*, in hoc constituit discrimen, quod cùm Abbatissa sola potestate temporali, & domestica polleat instar potestatis secularis, & matrisfamilias, potest imponere præcepta quæ iuxta materiæ qualitatem obligent ad mortale, vel veniale; non est autē ipsius decernere, vt obligent ad culpam, quippe hoc est solius potestatis spiritualis, & ecclesiasticæ. Idem docent Ludouic Lopez *2. q. art. instruct.* vbi de clauib. *c. 1. fol. 740.* Manuel Rodrig. *q. regular. tom. 2. q. 15. art. 1.* Barth. à Ledesm. *summ. Sacrament.* vbi de clauib. *diffic. 4. dub. vlt. conclus. 1.* Atque eandem differentiam inter potestatem ecclesiasticam, & ciuilem tradit Sot. *lib. 1. de iust. q. 6. art. 4. in solut. ad 5. col. 8. vers. ad intellectum autem.* Salon 2. 2. q. 77. *art. 1. controuers. 8. statim in principio.* Sayt. *clauis regia lib. 3. c. 7. num. 18.* & Philiarc. *de offic. Sacerdot. num. 1. q. art. 2. lib. 3. c. 2. conclus. 3.* Verum nec hanc differentiam percipio, nec fundamentum cui innitatur video: & ideo iure optimo illam reprobant Carbon *de legib. lib. 7. disput. 2. præfat. 1.* & Valent. *1. 2. d. 7. q. 5. punct. 6. §. 3.* dicentes, non minus leges ciuiles, quàm ecclesiasticas obligare ad culpam mortalem ex parte legislatoris, quando iusta intentione vult legislator, vt ipsius leges grauiter & strictè obligent. Id ipsum tradunt Victoria *relect. de potest. civil. n. 8.* & Bellarm. *tom. 2. controuers. q. 2. controuers. 5. de membr. Eccles. militant. lib. 3. c. 11. statim in principio.* vbi probant leges etiam ciuiles obligare ad culpam grauem, & non differre in hoc ab ecclesiasticis. Et idem de præceptis parentum, & quorumcumque superiorum docet ibi Bellarm. & *col. quinct. vers. hoc quemadmodum potest lex*, ait potestatem temporalem posse ad culpam mortalem obligare, & ligare conscientias, quia id non est efficere aliquid circa rem spiritualem, sed imperare alteri, & sic imperate, vt, si non obediat, peccet. Clarius hanc doctrinam, & eius fundamentum tradit Gabr. Vasquez 1. 2. q. 96. *art. 4. disput. 158. c. 2. num. 6. 12. & 13.* dicens potestatem ecclesiasticam non ideo posse suis præceptis ad culpam mortalem obligare, quod acceperit peculiarem potestatem à Deo pœnæ æternæ infligendæ, vel directè obligandi ad eam; de hac enim non constat: sed obligare potest ad hanc culpam, & consequenter ad hanc pœnam, quia eo ipso quod superior est, potest præcepta iusta imponere, & eis tanquam legitimè impositis non obtemperare, est contra dictamen rationis, ac proinde quando est in re graui, erit culpa mortalis; quando verò in re leui, erit venialis. Nec discrimen venialis, & mortalis sumitur præcisè ex voluntate legislatoris, sed ex qualitate rei præceptæ, & ex eius necessitate ad finem iustè à legislatore intentum. Quod idem rectè ait habere etiam locum in legislatore seculari, & in quocumque superiore iusta præcepta imponere valenti. Fateor tamen hoc inter vtrasque leges esse discrimen, quod cùm lex canonica ordinetur per se ad bonum animæ, & per se illud intendat, obligat semper ad culpam: at cùm lex ciuilis non per se intendat id bonum animæ, sed pacem Reipublicę, & rectam eius gubernationem temporalem, non semper obligat ad culpam, vt bene Suar. *tom. 2. de religion. tract. de iuram. lib. 2. c. 11. num. 2.*

Nec etiam consistit hæc differentia in hoc, vt materia ratione suæ leuitatis incapax obligationis sub mortali, præcepta à Prælato obliget sub mortali, non autem præcepta ab Abbatissa, quia neuter in illa re leui potest sub mortali obligare, quantumuis Prælatus in virtute obedientiæ præcipiat, vt diximus *lib. 1. c. 4.* Sed consistit in tribus differentiis. Primò, in modo & fine præcipiendi; nam Prælatus potest præcipere in virtute Spiritus sancti, & obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, qualiter nequit Abbatissa habere, vt explicauimus num. 1. Insuper Prælatus tanquam iurisdictionem spiritualem habens,

habent, spectat in suis præceptis, vt illorum finem spiritualem religiosorum profectum, ac in virtutibus progressum, & perfectionem, & ad hoc tendit, cogere ad perfectum regulæ obseruationem. At præcepta Abbatissæ, & vis quam habet cogendi ad seruandas regulas, non spectant hunc finem; illam enim directè spectat est potestatis spiritualis: sed solùm spectant bonum politicum communitatis, vt pacificè, & absque scandalis, & perturbationibus obseruetur, & vt recta sic gubernatio; qui finis est præceptorum potestatis ciuilis & domesticæ, vt optimè ait Vasquez 1. 2. q. 96. *art. 4. disput. 158. c. 6. num. 19. & 60.* quam solum habere Abbatissam probauimus num. 17. Ex quo consurgit secunda differentia, nempe, vt non quæcumque materia, quæ grauis reputatur ad obligationem sub mortali stante Prælati præcepto, reputetur similiter grauis stante solùs Abbatissæ præcepto. Ratióque diuersitatis est ex ratione diuersi finis ab vtraque potestate spectati, ex quo grauitas materiæ pensanda est ad obligationem sub mortali, vel venialis, vt *lib. 1. huius tractat. c. 4.* probauimus, vbi etiam diximus cum Vasquez proximè citato, ob id præceptum audiendi sacri impositum à potestate spirituali obligare sub mortali, & reputari eam materiam grauem, vt vnius diei omissio sit mortalis ratione finis ab ipsa intenti, quod est prospicere in hoc spirituali cuiusque fidelis profectui; quod tamen impositu à potestate ciuili in seculari Republica, vt in Vniuersitatibus literatiis, & Collegiis fundatisiam imponi solet, non reputatur de materia grauis, vt vnius diei omissio sit mortalis, quia comparata cum fine legislatoris ciuilis, qui non tam est spiritualis singulorum progressus, quàm bona gubernatio, & pax Collegiorum, & Vniuersitatum ad maiorem in literis profectum, ad quem illa ordinantur, non videtur grauis materia. Quare si in religione cautum esset vt singulis diebus Missam omnes audirent sub pœna peccati, videretur ex eodem fine, quem habet Ecclesia, impositum, & sic peccarent mortaliter religiosi vel vnico die omittentes, vt bene docet Vasquez *ibidem.* Vnde ego colligo, quando audite aliquo die sacrum posset præcipi à Prælato, eo quod non excederet regulam, & posset etiam præcipi ab Abbatissa, præceptum Prælati volentis sub mortali obligare, obligaret vtique sub ea culpa; secus autem esset de præcepto Abbatissæ; quia respectu præcepti spiritualis Prælati, spectantisque finem spiritualem, est illa materia grauis, non autem respectu domestici & ciuilis præcepti, finemque temporalem spectantis, quale est præceptum Abbatissæ. Tertia differentia hinc etiam consurgens est, vt Prælatus plura præcipere possit quàm Abbatissa. Hæc enim est executrix regularum, & sola ea præcepta imponere potest, quæ necessaria sunt, vt monasterium quietè, & absque scandalis, & perturbationibus gubernetur. At Prælatus potest omnia quæ ad maiorem spiritualem subditorum profectum conducunt, præcipere; dummodo non sint præter, nec supra regulam, sed ad eam directè, aut indirectè pertineant, vt dicemus c. sequenti.

CAPVT II.

An votum obedientiæ obliget religiosos ad obtemperandum suis Prælatis in omnibus licitis, etiamsi sint præter, vel supra regulam?

SVMMARIVM.

Explicatur diuisio rerum quæ præcipi possunt. n. 1.

Obligatio peculiaris ad obediendum Prælato religionis, & Pontifici oritur ex solo voto. n. 2.

Fit scilicet sua obedientia versatur circa omnia licita, etiamsi non possint superiori præcipere, dummodo voluntas superioris circa id à quibus modis tendat. n. 3.

Qualiter Abbates omnipotentes, ac impossibilia subditis præcipiunt, & res naturæ contraria, & qualiter commendatur ea obedientia. n. 4.

An teneatur subditus exequi voluntatem superioris sibi notam? n. 5.

An teneatur obedire illis præceptis alium nouum? n. 6.

An teneatur religiosus conformare voluntatem suam, & iudicium cum voluntate & iudicio superioris? n. 7.

An teneatur obedire Prælato in iis quæ sunt secundum regulam? n. 8.

Quid si sint secundum regulam indirectè, & implicitè, & quæ sint hæc? n. 9.

An teneatur ex vnia obedientiæ Prælato obedire, dum præcipit ea, quæ obligant omnes fideles, vel præterum transgressione peccatum imponit? n. 10.

Quid si præceptum superioris, & pœna per ipsum imposita innitatur falsæ præsumptioni? n. 11.

Quæ difficultates tendendæ sint. n. 12.

An Prælato præcipienti quæ sunt supra regulam, aut præter illam, teneatur subditus obedire? referuntur duplex opinio. num. 13. 14.

Explicatur sententia authoris, & diluuntur contraria; & quid quando sit dubium an sit supra, vel præter regulam? num. 15.

An in religione Minorum, & Societatis Iesu sit ex vnus in omnibus obediendum? n. 16.

An Generalis cum Capitulo generali possit statuta edere obligantia religiosos ad arctiorem regulam? referuntur quædam opinio. n. 17.

Explicatur sententia authoris. n. 18.

An hæ constitutiones obligent eos professos, si à toto Capitulo edantur? n. 19.

An obligent in posterum professos? n. 20.

An Pontifex possit eos vitam austeriorem religiosi imponere? referitur quædam sententia. n. 21.

Explicatur sententia authoris. n. 22.

An in posterum professos obligemur ea constitutione? n. 23.

An professi in religione relaxata teneantur ad regulam in suo priuato regere? referuntur duplex sententia. n. 24. 25.

Explicatur sententia authoris, & soluuntur contraria. n. 26.

Quid si professus ignorauit strictius obligare regulam quàm tunc seruabatur? n. 27.

Quid si habuit intentionem se obligandi ad regulam prout tunc seruabatur? n. 28.

An possit aliquid consultando circa trium votorum religionis perfectam obseruantiam minuendam? n. 29.

An possit professus contra obedientiam Prælati regularibus debitam? n. 30.

An professi tempore quo regula collapsa est, teneantur eam pristinæ reformationi obseruare? referitur quadruplex sententia. n. 31. 32. 33. & 34.

Explicatur sententia authoris. n. 35.

An possint eis nouæ statuta necessaria ad prioris regulæ obseruantiam? n. 36.

An hæ quoque possit superior præcipere non per modum statuti? n. 37.

Quid si professus sit ita delicatus, vt regularem reformationem sustinere nequeat? n. 38.

Quid si tempore professionis voluit se obligare vltra rigorem regulæ sic collapsæ? n. 39.

Quid si ante professionem protestatus sit hanc limitatam intentionem? n. 40.

Quid si à tempore immemoriali regula illa collapsa sit? n. 41.

Qualiter monachi cum professi potuerint ad nouam clausuram compelli? n. 42.

An monachis possit aliqua clausura imponi? n. 43.

Qualiter Franciscani quidam compulsi sunt à Pio V. transire ad alium ordinem strictiorem promissi? n. 44.

An teneatur religiosus obedire Prælato iniquum, aut diuersorum vltra contentas in regula præcipiens ad augendam mœrorem, aut in delicti peccaminosum, aut ob publicos necessitates, aut ad exercendam vindictam aut perdilionem

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

culum peccati, aut licitæ ei communitates in regulis concessæ exercitare? n.45.

An quando regula non obligat sub culpa, possit Prælatus sub illa obligare? n.46.

An possit Generalis religionis præcipere religiosis, vt ad Indos tendant; vel inter hæreticos conuersentur causa procurandæ salutis spiritualis eorum, & quid in Societate l. 2. c. 2. n. 47.

An id Pontifex præcipere possit? n.48.

An possit Prælatus regularis, vel Pontifex cogere religiosos ad accepiendum Episcopatum? n.49.

An possit cogere obire munera parochorum inter Indianos.50.

An possit cogere acceptare beneficium sæculare, aut regulare alterius ordinis, etiam Pontifice dispensante, aut quod per proprium monasterium administrari solet? n.51.

An possit cogere, vt munus Prælati intra religionem obeat? num.52.

Quid si subditus habeat impedimentum, aut se minus idoneum sentiat? n.53.

An tempore pestis teneatur religiosus non fugere, sed obedire Prælato iubenti ægrum inseruire infirmis, vt sit Sacramentis munitus? refertur duplex sententia n.54.

Explicatur sententia auctoris a n.55. vsque ad numer. 62.

An suum suppositus Abbatis in religione, vt possit eius in obsides dare pro debitis monasterij? n.63.

An teneatur religiosus obedire Abbati, quem accusauit, pendente accusatione? n.64.

1 PRÆMITTENDA sunt quæ communiter à Doctoribus traduntur tanquam certa, deinde ad ea quæ in dubium vertuntur gradum facimus. Res, quæ à Prælatis præcipi possunt, quædam sunt licitæ, quædam illicitæ, quædam dubiæ, an licitæ sint necne. Insuper quædam sunt contra regulam, quædam præter illam, vt sunt indifferentia quæ ad regulæ obseruationem non conducunt, vt leuare sestucam, & similia; quædam supra regulam, id est, altiora, & alperiora iis quæ in regula sunt præscripta: quædam secundùm regulam, id est, quæ explicitè, seu directè, aut implicitè, seu indirectè continentur in regula. Quando verò implicitè, & indirectè continentur, explicabimus n.9. Præsenti non est sermo de rebus præceptis, quæ illicitæ sunt, vel contra regulam, aut alterius superiori præscriptum, vel quæ dubiæ sunt, sint licitæ necne: nam de iis erit sermo in c. sequen. sed loquimur de rebus quas licitas esse constat; sint tamen præter, vel supra regulam.

2 Secundò præmittendum est, peculiare obediendi suis Prælatis debitum in religiosis consurgere ex solo obedientiæ voto; nam religiosi per obedientiæ votum tantùm imponunt sibi specialem obligationem, præter alium communem omnibus fidelibus; quod optimè docet D. Thom. 2. *distinct.* 44. q. 2. *art.* 3. in *vltimo argum. Sed contra.* & ibi D. Bonauent. *art.* 3. q. 2. *conc.* & Durand. *ibidem*, q. 4. *num.* 4. & Sylues. *verb. religio.* 6. q. 6. Ratio est, quia nihil vltra votum obedientiæ habent religiosi supper omnes alios fideles. Et quamuis iurisdictio concessa sit superioribus religionum in religiosos, vt dicimus *lib.* 3. *c.* 1. *num.* 10. at ea solùm est ad compellendos religiosos ad exequendam obligationem sponte susceptam per vota, vt optimè docet Vasquez 1. 2. q. 95. *art.* 1. *disput.* 134. *c.* 4. *num.* 21. Immo nec ipsi Romano Pontifici vltra obligationem communem aliis Ecclesiasticis ad ipsi obediendum, tenentur religiosi obedire, nisi obligatione voti obedientiæ sponte à se ipsis suscepta, vt bene Leonard. *lib.* 2. *de inst. c.* 41. *dub.* 9. *num.* 76. Quia nihil vltra alios Ecclesiasticos præter obedientiæ votum habent, quo etiam obligantur Pontifici tanquam supremo omnium religionum Generali, vt dicimus cap. præcedenti. n. 8.

3 His præmissis, primò in hac re est certum, perfectionem obedientiæ exigere vt religiosus in omnibus licitis obtemperet superioribus, quamuis ea non possint præcipi; immo vt exequatur superiorum voluntatem quouis modo sibi cognitam, etiamsi nulla præcipiendi voluntas sit, & ad superiorum nutum ducatur in licitis omnibus, quod docent omnes authores allegandi; & mirabiliter explicuit D. Benedict. in regul. cuius verba refert D. Thom. *in* 2. *distinct.* 44. q. 2. *art.* 3. vbi sic ait. Cæterum subditus obedientiam, quæ voti finibus cohibetur, nouerit imperfectam, & ad hanc prosistentes ex necessitate cogentur. Obedientia verò perfecta est, secundum quam subditus simpliciter obedit in omnibus, quæ non sunt contraria legi diuinæ, vel regulæ quam est professus. Perfecta obedientia legem nescit, terminis non arctatur, non continetur professionis angustiis, & ad omne quod iniungitur, spontaneo vigore liberalis, alacrique animi modum non considerans, in infinitum fertur. Hoc tamen intelligendum est (vt egregiè ait Sot. *lib.* 7. *de iust.* q. 1. *art.* 4. *ad finem corporis*) in rebus quæ in quotidiano monasticæ vitæ exercitio sese offerunt: in his enim præstat non expectare præceptum superioris, sed intellecta eius voluntate, præuenire. Quia licet, quando adest expressum præceptum, magis ex hac parte augeatur exequentis meritum, sicut transgressio pedoris esset culpæ; at nolle opus iniunctum præstare, nisi præceptum superioris accedat, rationem meriti, & obedientiæ potius minueret: tollitur enim obedientiæ promptitudo, quæ illam illustriorem reddit. Sed in rebus difficillimis, & valde arduis, vt in assumptione regiminis, præstantius est superioris præceptum expectare. Quæ doctrina desumpta est ex D. Augustino *serm.* 5. *ad fratr.* quem ad litteram sequitur D. Greg. *lib.* 13. *moral. c.* 13. & refertur *c. sicendum.* 8. q. 1. *ibi.* Nam cùm locus superior imperatur his, qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ sibi virtutem euacuat, si ad hæc ex proprio desiderio anhelat. Et concludit D. Gregorius hæc dicens: Si obedientiæ palmam apprehendere veraciter nitimur, prosperis huius seculi ex sola iussione, aduersis etiam ex deuotione militamus. Sed obiicies. In his omnibus quantumuis licitis, quæ superior non potest præcipere, non saluatur ratio obedientiæ, cùm eius obiectum esse solum præceptum ad culpam obligans probauerimus c. præced. n. 2. Ergo obedire in illis non est perfecta obedientia, cùm non sit obedientia. Sed respondeo, verum esse, non esse obedientiam, loquendo strictè, & propriè de illa, cùm necessariò versatur circa præceptum legitimè impositum. Sed dicitur perfectissima obedientia, quia cùm obedientia versetur circa voluntatem superioris exequendam, quando subditus eam tanti facit, vt qualiscumque sibi notam, & in omnibus licitis totis viribus exequi nititur, non expectans an vim & potestatem obligandi habeat, perfectissimus obediens est, & dum illa obligauerit, multo magis exequetur.

4 Hinc deducitur, qualiter Abbates sancti veteres quandoque præcipiebant monachis sibi subditis difficillima, ridicula, & per naturam impossibilia; immo quandoque etiam iuri naturæ contraria, vt comitæ apud Cassian. *lib.* 4. *de instit. monach. cap.* 14. 15. 16. & 17. ac simplex subditorum obedientia in iis valde commendabatur. Excusabantur enim Abbates præcipientes quando ea erant ardua, & impossibilia, seu ridicula, non tamen illicita, quia non præcipiebant, quasi ea obligarent, nec sæpe quod ea fieri vellent, sed vt subditi conarentur ea facere, vt in obedientia simplici exercerentur, & propnpte obedientiæ eorum quod obeunt, & præstant officium, esset posteris exemplo & documento, vt bene docet Azor *tom.* 1. *lib.* 11. *institut. moral. cap.* 13. q. 3. *fine.* Vnde (vt ait Maiorin 4. *distinct.* 38. q. 13. *in solutione ad* 2. *contra* 2. *conclus.*) licitè præcipiebant Abbates, & perfectissima erat subditorum obedientia: at non tenebantur obedire, quia aut illa erant supra, aut præter regulam, iuxta ea quæ dicemus n. 9. Maior autem difficultas est, quando ea erant contra ius naturæ.

Cassian.

Cassian. *eo c.* 17. *in fine* valde commendat obedientiam Mauri, qui iussu Abbatis filium propinum in flumen proiicere tentauit: & commendata quoque aperto ambulandi super aquas miraculo est obedientia Mauri, qui iussu Diui Benedicti lacum ingressus est, vbi (secluso miraculo) suffocandus. Azor loco citato dicit subditos excusatos esse simpliciter, qua licitum sibi putabant ea imperata exequi: Abbates autem, quia nolebant subditos ea exequi, sed eorum obedientiam experiri. At neutra excusandi causa placet: quia magna subditorum ignorantia erat, cùm res præceptæ essent apertissimè contra ius naturæ: & facto ipso conflat D. Benedictum permisisse vt iussu suo Maurus lacum ingrederetur. Nec eorum obedientiam in rebus apertè illicitis experiri licebat, cùm tam longè esset à perfecta obedientia illa conari exequi, vt potius tenerentur subditi totis viribus resistere, sicut si fornicari iuberentur, cùm non minus, sed grauius multo peccatum sit, se ipsum, aut filium perimere, quàm peccare contra sextum præceptum. Et ideo existimo res huiusmodi speciali Spiritus sancti ductu præceptas, exequutásque esse, non vt posteris imitandæ proponerentur, sed quò simplicis obedientiæ in rebus non manifestè illicitis dignitas commendaretur; sicut alia fecerunt multi Sancti speciali Dei instinctu, & inspiratione, dispensationéque, quæ apertè ex se, & illis secluſis, aduersabantur iuri naturæ: vt tempore Martini se in ignem coniicere, amputare sibi digitum gratiâ vitandi ascensum ad ordines; vt posteris fortitudinis, & humilitatis exemplo essent, quamus ea in casibus omnino similibus imitari, absque ea speciali Dei reuelatione, nefas esset.

5 Secundò est certum, quoad præcisam vori obedientiæ obligationem, non teneri religiosum obedire, licèt noris voluntatem sui Prælati esse, vt aliquid faciat, sed oportet adesse præceptum illius, quod bene docent D. Thom. *de verit.* q. 23 *art. vlt. argum.* 3 duncta eius solutione. Sylues. *verb. obedientia, fine. & verb. præceptum.* q. 2. Viguer. *lib. institut. c.* 5. §. *in principio.* Tolet. *in fine sum. tract. de septem peccat. mort. c.* 15. *num.* 10. Vasquez 1. 2. q. 95. *art.* 3. *disputat.* 135. *ad finem*, qui bene addit, nec etiam teneri religiosum obedire, etiamsi noscit actum intellectus superioris imperantis, nisi esset voce expressus, quia homines solùm ligantur imperio modo humano explicato & intellecto.

6 Tertiò est certum, nec etiam teneri religiosum obedire suo Prælato quoad actus merè internos, quia vt superior possit aliquid præcipere, aut interdicere, oportet vt de illo possit iudicare, & ad id cogere: at iudicare de internis, ad illáve cogere, excedit omnem humanam potestatem; & ita docet D. Thom. ab omnibus receptus, 2. 2. q. 104. *art.* 5. *corpus.* Solùm enim est difficultas, an possit Ecclesia præcipere actum internum, vt est quidam modus actus externi; vt præcipit attentionem in Missa, & officio diuino. Sed hæc quæstio in aliis locis disputanda est. Id tamen est certum, intelligi hoc, nisi actus internus ita externo colligetur, vt hoc præcepto, per necessariam consequentiam ille censeatur quoque præceptus, vtpote qui sine interno consistere nequit. Vt subditus iussus facere sacrum pro aliquo, tenetur habere intentionem applicandi illi sacrificium, quia aliàs non posset sacrum heri pro illo: similiter iussus quodcumque opus externum exequi, tenetur habere voluntatem exequendi, quia absque illa nequit exequi, tenetur quoque non habere contrarium, & absolutum non exequendi desiderium, quia eo ipso quod non exequi est animus, desiderium absolutum non exequendi, participat eandem malitiam. Et ita docent Rosel. *verb. obedientia. num.* 2. & ibi Angel. *num.* 1. Tolet. *d. c.* 15 *num.* 1. Manuel Rodrig. *quæst. regul. num.* 3. q. 19. *art.* 1.

7 Hinc deducitur, teneri religiosum conformare iudicium suum & voluntatem cum superioris præcipientis iudicio ac voluntate, quantum commodè potest, eam sibi præceptam amplectendo, eamque sibi expedire iudicando; quia hæc pertinent ad debitum, ac intrinsecas exequendi bene tem præceptam circumstantias: malè enim impletur superioris præceptum, detestando interius tem præceptam, vel malè de illa iudicando. At quandocumque præceptum obligat ad intrinsecas circumstantias, sine quibus impleri bene nequit. Et ita colligitur ex D. Bernard. *serm.* 3. *de circumcis.* & *tract. de reb. ordinib. Eccles. ad Pap. in Capnado.* Non tamen excedet culpam venialem defectus huius conformitatis, quia hæc repugnantia non tollit præcepti executionem, quæ directè, & per se promittitur in obedientiæ voto.

8 Quartò est certum, teneri religiosum obedire Prælato præcipienti quæ sunt secundùm regulas suæ religionis. Constat, quia promittit obedientiam secundùm regulam.

9 Sunt autem tria circa hoc obseruanda. Primum est, posse aliquid dupliciter pertinere ad regulas. Priori modo expressè, & directè: & hoc modo pertinent ad regulam ea sola quæ in regulæ statutis continentur. Posteriori modo indirectè, & implicitè: & hoc modo ad eam pertinent, quæ licèt in ea non exprimantur, at saltem in vniuersum continentur in ea, tanquam necessaria ad regulam obseruandam. Huiusmodi sunt mutua obseruia, sine quibus bonus religiosi status conseruari non potest, & quæ pertinent ad pœnas transgressionum regularum. Dum ergo dicimus teneri religiosum obedire Prælato præcipienti ea quę sunt secundùm regulam; intelligitur siue sint directè, & explicitè, siue indirectè, vel implicitè secundùm illam, quia omnia hæc verè pertinent ad regulare institutum conseruandum. Et ita docent D. Thom. *quodlib.* 10. *art.* 10. & *in* 2. *distinct.* 44. q. 2. *art.* 3. & ibi Durand. q. 4. *num.* 5. Rosel. *verb. obedientia. num.* 10. Angel. *verb. religiosus. num.* 29. Sylues. *verb. relig.* 6. q. 6. C. Caier. 2. 2. q. 88. *art.* 8. *dub. vltim. vers. ad primum dicitur.* Cordub. *in expos. regul. D. Franciscæ. c.* 10. q. 2. *dict.* 6. Leonardus *lib.* 2. *de instit. c.* 41. *dub.* 9. *num.* 77. Tapia *author. compris. verb. ipso corpore sit. c.* 1. *n.* 44. & 59. *C. de sacrosanct. Eccles.* Gabriel Vasquez 1. 2. q. 95. *art.* 2. *disput.* 134. *c.* 4. *num.* 16. Vbi inter hæc pertinentia indirectè ad regulam numerat corporis afflictiones in cautelam recidiui, aut imminentis periculi impositas; sed de huius veritate dicemus n. 45. Insuper Rosella, Angel. & Sylues. ibidem, Tabien. *verb. religio* q. 21. *num.* 22. *fine*, numerant inter hæc pertinentia indirectè ad regulam, ea quæ faciunt ad plenioremi regulæ obseruantiam. Sed hoc est intelligendum de rebus iudis valde necessariis, sine quibus regula commodè obseruari nequit, vt explicabitur amplius n. 45. quippe aliàs posset superior quascumque corporis afflictiones, vigilias, & diuinas orationes præcipere; omnia enim hæc conferunt ad plenioremi regulæ obseruantiam. An verò contineantur aliquæ peculiares asperitates innuitæ ad tempus pro publicis necessitatibus, dicemus n. 45.

10 Secundùm obseruandum est, non tamen teneri religiosum ex voto obedientiæ ob aliàs Prælato iubenti quæ peculiaria religionis sunt, sed etiam iubenti præcepta omnibus Christianis communia; vt si religiosus iubeatur audire sacrum, & ieiunare diebus, quibus id Ecclesia præcipit, quippe hæc pertinent indirectè ad regulà tanquam præambula necessaria. Et ita docet Caier. 2. 2. q. 186. *art.* 5. *circa solution. ad* 1. id colligens ex D. Thom. ibi. Vnde optimè dixit Durand. 2. *distinct.* 44. q. 4. *num.* 5. pertinere indirectè ad regulam non solùm pœnitentias à Prælato iniunctas pro regulæ transgressione, sed etiam pro aliis delictis ex cuiuscumque iuris transgressione consurgentibus, & ita teneri in his obedire. An verò sit duplex culpa nò obedire Prælato iniuncta, omnibus omnibus fidelibus, dicemus infra c. 4. n. 8.

Vltimum

11 Vltimum observandum est, quando præceptum superioris fundatur in falsa præsumptione, non teneri religiosum obedire cessante scandalo, vt si religioso imponatur pœna pro delicto quod verè non commisit; si ea pœna sit secreto exequenda, non tenetur subditus ad illam: si verò in publico, tenetur ad eam propter aliorum exemplum, quia in priori casu pœna non imponitur ad eorum exemplum, sed ad propriam correctionem, qua innocens non indiget. Ita docet Vasq. 1.2.q.96. *art.1. dubit.*174. *c.vii. num.*26. & ita bene docent Nauar. *summ.c.*25. *Hispan. num.*46. *Lainez.* 38. & Tapia *authent. ingressi. verb. ipso ingresso. cap.*1. *num.* 58. *C. de sacrosanct. Eccles.* non teneri subditum obedire, quando probabiliter credit fore, vt Prælatus veritatis conscius id non præciperet.

12 His igitur præmissis, quadruplex est difficultas quæ dandæ. Prima est, an Prælatus possit præcipere religioso quæ sunt præter, aut supra regulam? Secunda, an saltem id possit Capitulum generale? Tertia, an id possit Romanus Pontifex? Vltima, an possit regula ita collapsa reformari, & ad pristinum statum restitui, ita vt antea professi teneantur regulam sic restitutam obseruare?

13 Circa primam difficultatem, quidam sentiunt teneri religiosum obedire Prælato in iis omnibus, quæ regulæ non aduersantur, siue sint indifferentia, siue bona in se, diuinumodo non sint altiora, quàm professio proprij ordinis requirit; sed æqualia, vel faciliora, quamuis secundum regulam non sint, sed præter illam. Hanc sustinent quidam, quos tacito nomine refert D. Thom. 2. *dist.*44. *q.*2. *art.*4.

14 Alij sentiunt, non solùm quæ præter regulâ sunt, sed etiam quæ supra illam, posse Prælatum religioso præcipere, tenerique religiosum obedire. Dicuntur, quia quantumcumque durum præcipiat Prælatus, dummodo sit licitum, & impleri valeat, nequit religiosus resistere. Secundò, probari potest ex doctrina D. Thom. 2.2.q.186. *art.*5. *ad* 1. vbi tradit in hoc differre obedientiam religiosam ab obedientia communi omnibus Christianis, quia obedientia religiosa est vniuersalis, & quoad omnes res. Et confirmatur ex doctrina Bonauent. *in expositione regulæ fratrum Minorum. c.* 2. *supra verf. tenetur in obedientia*; vbi ait, quoldam religiosos esse qui non tenentur obedire in excedentibus regulam, alios verò qui in omnibus licitis obedire tenentur. Hanc sententiam tuentur Archidi. *c. qui cultus, fine.* 11 *quæst.*3. Abb. *c. super eo. n.*6. *fine. de regularib.* Præpositus *c. ad nostram. n.*9. *de appellat.*

15 Sed verissima sententia est, Prælatum religiosis solùm præcipere posse, quæ sunt secundùm regulam, siue directè, & expressè, siue indirectè, & implicitè ad eam pertineant, modo explicato n.9. & 10. ac proinde religiosum non teneri obedire Prælato iubenti quæ a regulam neutro modo reducuntur, sed ita sunt indifferentia, & vana, vt sint omnino præter regulam; ac ita suprema, vt sint supra regulam. Probatur hoc, qui peculiare obedientiæ debitum in religiosis consurgit ex solo obedientiæ voto, vt n.4. probauimus, quod in religiosis mera religionis regulas, sine sic expriminatur in ipso voto, siue non expriminatur. Et confirmatur, quia cum debitum obedientiæ sit ratione prælationis, ad illa solà ex obedientiæ voto subditus obligatur, ad quæ prælatio ordinatur: hæc autè in religionibus ordinatur, vt status religiosus secundùm regulæ status conseruetur. Ergo in iis solis, quæ ad regulâ pertinent, debitum obedientiæ ex voto consurgit. Tandem, sicut nemo virtute suæ professionis in vna religione, potest compelli transire ad aliâ actioris regulæ religionem; eodè modo nequit in sua religione ad austeriorem vitam obligari. Et hoc est quod D. Greg. *lib.*1. *regist.epist.*19. relatus *c. cessat. dist.*74. ait: Iustum est, vt nemo excelsere compellatur inuitus. Quod idem latè prosequitur D. Bern. *lib. de præcept. & dispensat. c.* 8. Nec obstant contrariæ rationes adductæ n. præceden. quia primi falsum assumit; vt ex dictis constat, & doctrina illa D. Thomæ explicatur ab eodem *quæstibeta* 10. *art.*10. vbi ait, obedientiam religiosorum dici vniuersalem, & quoad omnia, non eo quod comprehendat quæ supra regulam sunt, sed quia est circa generalem vitæ dispositionem quoad præcipua, nempè, obedientiam, paupertatem, & castitatem, & circa omnes alias res in quantum ad regulæ obseruantiam necessariæ sunt. Atque doctrina D. Bonauent. ibi allegata est intelligenda quoad hoc tantùm, vt in quibusdam religionibus sit amplior obedientia, quàm in aliis. Nec enim est possibilis religio, quæ non habeat aliquid supra regulam, & sic nequeat id à Prælato præcipi. Et ratio est, quia non est possibilis religio comprehendens omnes fines, & omnia media studiosa omnium religionum, illa enim sunt incompossibilia; sed quælibet debet habere determinatum finem, & determinata media. Et ideo hanc sententiam tradunt D. Thom. 2.2.q.104. *art.*5. *ad* 5. & *quodlib.*10. *art.*10. *corp.* & 2. *dist.*44. *q.*2. *art.*3. & ibi D. Bonauent. *art.*3. *q.*2. Durand. *q.*2. *art.*4. Ricard. *art.*3. *q.*2. *ad* 1. Glos. *c. relatum. verb. eis titilis, ne clericus vel monachus.* & *c. integritas. verb. vnt.* 32. *q.*1. & *c. festa. verb. cessare. distinct.* 74. & ibi Turrecrem. *fin.* Decr. *c. ad nostram. in nou. edit. num.*19. *de appellat.* Maior 4. *dist.*38. *q.*1. *ad fin.* & ibi Paludanus *q.*4. *art.*2. *num.*24. & ibi Supplementum Gabriel. *q.*2. *art.*1. *post* 3. *concluf. verf. tertio religiosus.* Gers. 3. *part. tract. de vit. spirit. lect.*4. *corol.* 13. *fine.* & *Alphabet.*61. *littera P. fine.* D. Antonin. 3. *p.t.*16. *c.*1. §. 9. Rosell. *verb. obedientia. num.*10. Angel. *verb. religiosus. num.*29. Sylu. *verb. religio.*6. *q.*6. Tabien. *verb. obedientia. q.*1. *num.* 6. & ibi Armil. *num.*3. Oriedo *lib.*2. *de libert. Christ. cap.*1. *post* 4. *propos.* in alia editione est *lib.*1. *c.*2. *part.*3. *art.*3. Caiet. 2.2. *q.*88. *art.*8. *dub. vltim. verf. Ad* 1. *dicitur.* Sot. *lib.*7. *de iust. & iur.* 3. *art.*1. *dub.*2. *verf. in secundo ordine.* Cordub. *in expositione regulæ D. Francisci. cap.*10. *q.*1. *num.*6. Soll. *de varia, mutat. regularib. interdict. num.* 10. & 11. Galara *cap. vnic. de clauf. monial. paulo post principium.* Nauar. *summ. cap.*12. *Hispan. num.*37. *Lainez. num.*29. & *commentar.* 4. *de regular. num.* 21. Anton. Cucus *lib.*3. *institution. monast. 1. num.*12. Palac. 4. *distinct.*38. *disp.*2. *fol.* 8. *q.* 14. *n.* *duplici sententia.* Angles *summ. p.*2. *q.* *vnic. de voto. art.*2. *dist.*15. Tolet. *vt fin. sum. tract. de sept. peccat. mortal. cap.*16. *num.*1. Spino *tract. instrum. q.*1. *princip. num.* 10. Manuel Rodrig. 2. *tom. sum. cap.*9. *num.*1. & *quæstion. regular. tom.*3. *q.*19. *art.*3. Leonard. *lib.*2. *de inst. cap.*41. *dub.*9. *num.*76. Valent. 2.2. *disput.*7. *q.*1. *punct.*1. *fine.* & *disp.*10. *q.* 4. *punct.*5. *ad fin. verf. neque vero.* Gabriel Vasq. 1.2. *q.*97. *art.* 2. *disput.*154. *cap.*4. *num.*21. Azor *tom.*1. *instit. mor. lib.* 13. *c.*11. *q.*19. Beltram. *tract. de vit. paupert. cap.*4. *ad fin.* Tapia *authent. ingressi. verb. ipso ingresso. c.*1. *num.* 41. & 55. *C. de sacrosanct. Eccles.* Et à fortiori hoc tenent, quos referemus n. 18. dicentes nec Capitulum generale hoc posse. Quid autem, quando est dubium an sit supra, vel præter regulam, dicemus consequenti

16 Est tamen obseruandum, regulas & constitutiones in diuersis religionibus esse varias, ac proinde potestatem præcipendi, & obligationem obtemperandi esse variam, & ad plura, vel pauciora, prout regula disponit, extendi: nam in regulis Minorum *c.*10. iubentur fratres obedire in omnibus, quæ non sunt contra regulam, vel animam. Et in constitutionibus Societatis Iesu *part.*5. *cap.*1. §. 23. & *part.*6. *cap.*1. *num* §. 1. dicitur obediendum esse in omnibus in quibus manifestum peccatum non cerneretur. Et quo infert Leonard. *lib.*1. *de iust. cap.*41. *dub.*9. *num.*77. omnia supradicta censeri secundùm regulam præcipi, & subditum teneri in omnibus iis ex vi voti obedire. Sed hoc non cedo. Primò, ob ea quæ diximus n. præcedenti, vbi probauimus, id vitæ institutum esse impossibile. Secundò, quia B. Pater noster Ignatius loco citato non de rigore obedientiæ à subditis debitæ ex vi votorum loquitur; sed de perfectissima obedientia quam totis viribus niti debent seruare omnes religiosi Societatis Iesv, ad quam, vt diximus n. 5. pertinet in omnibus licitis obedire: & ita *ea.* 5. 1. dicit, obediendum quoque, etsi nihil aliud quàm signum voluntatis superioris videretur; cum tamen n. 9. probauerimus id nò comprehendi sub obediendi obligatione. Insuper ibidem docet B. Pater noster Ignatius, obediendum non in solis rebus obligatoris, sed in aliis quoque: vbi supponit aliqua esse non comprehensa sub rigida obediendi obligatione. Tertiò, quia aliàs possent religiosis Societatis Iesv imponi quæuis austeritates quantumuis rigidæ, & notabiliter excedentes suum institutum. Tandem, quia cùm idem dicatur in regula D. Francisci, Cordub. *in eius expositione cap.*10. *q.*2. *dist.*1. ea verba explicat, vt intelligantur quoad rigorem obedientiæ, quando non excedunt regulæ limites.

17 Secunda difficultas est, an Generalis Præpositus, siue Prior cum Capitulo generali possit ferre nouas leges obligantes religiosos ad asperiorem, & altiorem vitam ea quæ in rigida continetur? Non tractò de reformatione, & restitutione regulæ ad suum pristinum statum, hoc enim pertinet ad 4. difficultatem; sed quando ea noua præcepta nouum, & arctiorem viuendi modum continent: quæ quidem difficultas sub iis terminis non proponitur à Doctoribus; sed an superior cum maiori parte conuentus, vel cum maiori parte Capituli id possit. Sed optimè Cordub. *in expositione regulæ Diui Francisci cap.*2. *dicto* 6. & Gabr. Vasq. 1.2. *q.*95. *art.*2. *disp.* 154. *cap.*4. *num.*21. 23. & 24. explicant id, vt loquantur de Generali Præposito, seu superiori cum Capitulo generali, quia loquuntur de legibus, seu statutis pro tota religione edendis. Et quamuis quilibet superior possit imponere præceptum quod ipsius morte finitur; at statura, seu constitutiones non possunt edi in religionibus, nisi ab eis, quibus facultatem Pontifex commisit, vt plurimum autem committitur Capitulo generali: quod si Præposito Generali, siue Capitulo commissa esset ea facultas, aut Capitulo prouinciali, eadem esset de illo difficultas. Duplex ergo est sententia. Prior sustinet posse superiorem cum maiore parte Capituli, inuitis aliis, hæc noua statuta edere arctantia singulos religiosos ad nouam vitam austeriorem. Probatur ex *c. vnico. in princip. de stat. regular. in* 6. vbi clausura imposita est monialibus, quod statutum vitam arctiorem reddit. Sed hic textus non est ad rem, sed pertinet ad sequentem difficultatem, in qua de potestate Pontificis quoad hoc erit sermo; nam ea clausura à Pontifice imposita est. Secundò probat, quia religiosi propriam voluntatem omnino in superiores transtulere. Ita sustinent Glos. *in d. c. vnico. in princ. verb. præsentes, in priori solution.* & *reg. quod omnes.* 29. *in fine. de reg. iur. in* 6. Archidiac. *c.*1. *distinct.* 74. *fine.* Innocent. *c. super eo. in fine de regular.* & ibi Anton. *cap.*9. *num.* Abb. *num.*6. *fine.* Cardin. *num.*2. *q.*4. Hentic. *num.*10. & 11. idem Abb. *c. ad nostram. n.*4. *de appellat.* & ibi Alexand. de Neuo *num.* 6. Probus *addit. ad Monachum. cap.*1. *num.*14. *de regular. in* 6. Præpositus *c. ante triennium, verf. tamen si per statutum. distinct.*31. Rosel. *verb. lex. num.*5.

18 Posterior sententia, cui adhæreo, sustinet id fieri non posse. Probatur, quia rationes adductæ n.15. ad probandum id non posse Prælatum, militant quoque in Capitulo generali, nec Pontifex concessit illi facultatem ad austeriorem vitam indicendam, sed ad edenda statuta priori regulæ conformia, ad illam illæsam conseruandam. Item, quia noua illa austeritas, cùm concernat religiosos vt singulos, & non quatenus vnum corpus constituunt, debet ab omnibus approbari, vt omnes obliget. *reg. quod omnes.* 29. *de reg. iur. in* 6. Nec fundamentum contrariæ sententiæ est alicuius momenti, quia religiosi non transtulerunt omnino suam voluntatem in superiorem, vt possit quæcumque iubere, sed vt possit ea sola quæ ad regulam directè, vel indirectè pertinet, vt probaui n.15. Et ideo huius sententiæ sunt Glossæ omnes, quas eo n.15. retulimus, & Turrecrem. ibi allegatus, & Doc. *c. ad nostram, in nouo edition. n.*19. *de appellat.* vbi indistinctè tradunt non posse nouam austeritatem imponi religiosis. Et in hanc partem inclinat Ancharan. *c. super eo. num.* 5. *de regular.* sed omnia contrarium sententiam esse maximè dubiam; & in propriis terminis eam tenent Felin. *c. cum omnes. nu.*15. *verf. pro quæ sententia. de const.* Angel. *verb. religiosus. num.*29. Sylu. *verb. religio.*6. *q.*6. Armil. *eodem verb. n.*10. Tabien. *ibi. q.*11. *num.*22. *fine.* Cordub. *in expos. reg. D. Franc. c.*10. *q.*2. *dist.*6. Gabr. Vasq. 1.2. *q.*95. *art.*2. *disput.*154. *cap.*4. *num.* 25. Tapia *authent. ingressi. verb. ipso ingressu. cap.*1. *num.* 70. *C. de sacrosanct. Eccles.* & à fortiori hoc tenent qui docent, nec Pontificem hoc posse, quos n.22. referemus.

19 Nec tantùm hoc non posset Generalis cum maiori Capituli parte, sed nec consentientibus omnibus Capituli: quia cùm reliqui iam professi non consentiant, & sint statuta rigidiora vitam inducentia, non possunt absque nouo consensu eis obligari. Præterea, quia cùm ea statuta concernant omnes iam professos, vt singulos, oportet vt eis arctentur, ea ab omnibus approbari. Et ita docent Angel. Sylu. Cordub. & Tapia n. præced. allegati.

20 Ea tamen statuta obligarent professos eis conniuentes, vt docent omnes authores n.17. allegati. Insuper obligarent omnes in posterum professuros. Cùm enim prohibeantur obediendum secundùm regulam, & constitutionem religionis, & illæ ante professionem sint iam illius constitutiones, conqueri nequeunt, quod austeriori vitæ ei, quam professi sunt, ipsis imponatur, sicut conqueri possunt professi ante illa noua statuta.

21 Tertia difficultas est, an Romano Pontifici integrum sit cogere religiosos ad arctiorem vitæ regulam seruandam, quàm prima, & antiqua sui instituti norma postulat? Affirmant quidam, atque ita dicunt posse Pontificem cogere omnes monachos ad clausuram secundam instar monialium. Dicuntur ex *c. vnic. in princ. de stat. regular. in* 6. vbi Bonifacius VIII. vniuersis monialibus clausuram indixit, quæ vitam multo austeriorem reddit; & tamen illam professæ non fuerant. Secundò, quia Pius V. anno 1567. bullam edidit, qua sustinet omnes Franciscanos conuentuales, vel claustrales in Hispania degentes ex suis cœuentibus eici, & trahere ad aliquem ordinem ex Mendicantibus, qui multo arctiorem vitam continent, quàm erat pristina eorum. Tandem, quia religionum Præfecti, & Capitula generalia habent à Pontifice iurisdictionem limitatam in religiosos iuxta votum sue professionis; at Pontifex ab ipso Deo iurisdictionem absolutam in omnes fideles habet, vt eis licita & honesta præcipiat. Ergo potest religiosos cogere ad arctior vitæ institutum suo pristino seruandum. Et ideo hanc partem sustinent Ioan. Andre. *c. Ioannes. 1. vn.*18. *de regular.* quamuis dicat hoc esse durum, & ibi Ancharan. *num.*8. Abb. *c. super eo. num.*6. *de regular.* Felin. *c. ad nostram. num.*6. *de appellat.* Maior 4. *dist.*38. *q.*20. *col.*4. *verf. nona argumentum.* & à fortiori id tenent quos n.17. retulimus, dicentes id posse Prælatum cum maiori parte Capituli.

22 Sed verior sententia est, nec Pontificem id posse Ducor, quia in religiosis speciale obedientiæ debitum Romano Pontifici vltra alios fideles, ecclesiasticosque seculares ex solo obedientiæ voto oritur, vt n.2. probauimus. Ergo ea speciales obedientia non se extendit vltra obligationem ad ea quæ in regula directè, vel indirectè continentur modo explicato n.9. & 10. ergo nec Pontifex ad austeriorem vitam poterit cogere. Secundò, quia nequit professum in vna religione compellere ad seruandum alterius religionis arctius institutum: aliàquin enim posset etiam præcipere, vt quis religionis votum emitteret; quod est absurdum. Nec obstant in contrarium adducta, quia ad primum, & secundum constabit

constabit ex dicendis n. 41. & 44. Ad tertium, fateor Pontificem non accepisse iurisdictionem limitatam in religiosos quatenus fideles sunt: atque ideo potest illis iniungere præcepta necessaria, & conuenientia ad professionem in baptismo factam seruandam, sicut & alios fideles potest ad id cogere. At peculiaris potestas, quam habet in religiosos ratione professionis monasticæ, oritur ex propria professorum voluntate, qua se illi tanquam supremo religionum Generali, sua sponte voto obedientiæ ligauntatque ideo est limitata iuxta illius voti limites, quod tantùm est ad obediendum in iis, quæ sunt secundùm regulam. Atque proinde non poterit Pontifex austeriorem nouam vitam illis imponere eà, quam professi sunt, sicut nec aliis fidelibus etiam Ecclesiasticis eam poterit indicere. Et ideo hanc partem sustinent Oldrad. *cons. 96. num. vnic.* (quamuis eum non approbem in quantum dicit, non potuisse monialibus imponi clausuram à Pontifice: potuit enim imponi, eo quod non est noua vita austerior, vt explicabimus n. 42.) Decu. *c. ad nostram. in noua edit. num. 19. de appellat.* Sylueft. *verb. religio 6. q. 6. fine.* Cordub. *in expos. regul. D. Francisci. cap. 15. q. 2. dicto 6.* Leonard. *lib. 2. de iustit. cap. 41. dub. 9. num. 77.* Tapia *authent. ingressi. verb. ipso ingressu. cap. 1. nu. 71. C. de sacrosanct. Eccles.* Quod idem sentire videntur Doctores, quos n. 42. retexemus, cùm decretum Pontificium clausuram monialibus indicens excusent, dicentes esse austeritatem indiscrètè pertinentem ad antiquam regulam: si enim sentirent posse Pontificem nouam austeritatem nullatenus ad regulam pertinentem indicere, facilè defendeyent id decretum.

23 Id tamen decretum Pontificium obligaret in posterum professos, vt de Capituli decreto diximus n. 20.

24 Vltima difficultas est, an quando religionis regula consuetudine laxata est, teneantur eius professores in suo pristino rigore eam seruare; vel saltem si reformetur, ad pristinumque statum restituatur, teneantur ad regulam sic reformatam? Difficultas hæc duplicem quæstionem inuoluit, quamuis satis confusè tractetur à Doctoribus immiscendo vtramque. Prior est, an nondum reformata regula, teneantur illam professi seruare in suo pristino rigore? Posterior est, ad quid teneantur, ea reformata? Circa priorem quæstionem, quidam sentiunt teneri professos eam seruare in suo pristino rigore, non obstante consuetudine quæ eam relaxauit quamuis tempore professionis habuerint expressam intentionem non se obligandi aliter, quàm illa regula sic collapsa præscribebat. Ducuntur, quod obligatio seruandæ regulæ, ex quo à Pontifice est confirmata, oriatur ex voto, aduersus quod tanquam iure diuino naturali obligans, nullæ sunt consuetudines quantumuis longæuæ viues. Secundò, quia suscipiens sacrum ordinem, quamuuuis intendat non se ad castitatem obligare, tenebitur ad illam, vtpote velit, nolitve statui si annexam. Ergo professus quamuuuis intendat non obligare se ad regulam in suo pristino statu, sed vt collapsa est, & vt in religione seruatur, obligatus manet ad seruandam regulam in pristino rigore. Sic teneat Maior 4. *dist. 38. q. 10. sexto argum. 2. contra 1. conclus.* Cordub. *in regul. D. Francisci. cap. 10. q. 4. punct. 1.* quod ad obligatoria regulæ sub culpa: secus ait *punct. 1.* quod ea quæ in regula non obligant ad culpam. Atque nullam ab ea transgressione excusare consuetudinem, asserit quoque Anton. *cap. cùm causam de elect. num. 14.*

25 Alij sentiunt, non teneri professos ad regulas pristinas in foro conscientiæ, quando vel limitatam intentionem habuerunt profitendi solam regulam ita collapsam, vt tunc temporis seruabatur; vel si simpliciter professi sunt, immemores talis limitatæ intentionis, tam à tempore, cuius initij nulla extat memoria, ita seruatur regula, & pristinus ille eius status in desuetudinem abiit; quia ex tam longæua consuetudine præsumitur iusta sic seruandi causa. Ita docent Abb. *c. super eo. num. 5. de regular. & c. Deus qui. num. 13. de vita & honestate clericorum. & c. cùm ad monasterium. num. 28. de stat. monach.* Felin. *c. cùm ad concupiscentiam. num. 12. de constitut.* Decu. *cap. ad nostrum. in noua edition. num. 11. & 22. de appellat.* & ibi Præposit. *num. 9.* Rosel. *verb. religio. 2. n. 12.* Sylueft. *verb. religio. 3. quæst. 12.* Quare hos minimè à peccato excusari non seruantes regulam in suo pristino rigore, videntur ij Doctores sentire & contrario sensu, quando consuetudo ex non est immemorialis; & ita id explicuit Decius citatus.

At verior sententia est, si accipiatur regula, prout 26
tria substantialia religionis vota includit, nempe, paupertatis, castitatis, & obedientiæ, nulla valet consuetudine abrogari: at quatenus alia tribus votis adiuncta præscribit, potest consuetudine tolli, nec ad id desideratur, vt ea sit immemorialis, sed satis est, sit talis, ac tanti temporis, qualis, & quanti temporis ad cæteras leges ecclesiasticas abrogandas petitur. Quare (stante hac consuetudine) excusantur omnes religiosi à peccato transgressionis; secus quando consuetudo non est talis, quæ sat fit ad abrogandas leges. Ducor, quia illa tria vota continentur sub regula, quasi quid omnino substantiale religionis: quare stante religione, nulla consuetudo potest præualere, eo vel maximè quod ea tria vota obligent ex iure diuino naturali, aduersus quod nulla consuetudo vim habere potest. At reliquæ obseruantiæ continentur sub voto, non quasi quid religionis substatiale, sed quasi leges adiunctæ: quare tantùm obligant dum vim legis habent; hanc autem vim amittunt stante consuetudine contraria, sufficienti ad abrogandas alias leges ecclesiasticas, cùm non maiorem vim, quàm leges ecclesiasticæ habeant. Et confirmatur, quia cùm superior dispensat in aliqua ex illis legibus, excusatur à culpa non obseruans: ergo similiter, quando in desuetudinem abiit, eamdem enim vim contra legem habet legitima consuetudo ac dispensatio. Secundò, quia tales religiosi iam in re non profitentur priorem illam, & pristinam regulam, sed aliam diuersam laxiorem: & nihil refert, in eum statum deuenerit siue per dispensationem, siue per legitimam desuetudinem. Quando autem consuetudo non est talis, quæ sufficiat ad eas obseruantias abrogandas, tunc constat professum non excusari transgrediendo, & seruando regulam relaxatam: quia regula & institutum religionis non sunt illa, quæ de facto obseruantur, sed primæua, vtpote quę tanquam non abrogata adhuc vigentiergo vouens viuere secundùm regulam, tenetur illam, vt verè obligat, obseruare, atque adeò secundùm primæuam originem. Nec obstant contrariæ rationes allatę n. 24. quia prior soluitur ex prima ratione huius sententię: posterior autem nihil probat, quia non est simile; nam Ecclesia ita ordinibus sacris annexuit castitatem, vt statuerit iniriandos illam tacitè vouere. Quod si nolutrint voto se obligare, statim vt, velint, nolint, ad illam prestè teneantur: quod non reperitur in prædictis religionis obseruantiis, legitima consuetudine abrogatis. Quid autem dicendum sit, quando obseruantię dictę non sunt abrogatę legitima consuetudine, sed quando non adest ea limitata intentio, explicabitur n. 27. & sequen. Et ita pro hac sententia sunt D. Thom. 4. *dist. 38. q. 1. art. 3. quæstunc. 1. ad 5.* & ibi Carthusiana *q. 2. circa medium.* Turrecrem. *17. q. 1. de iuram. art. 4. num. 11.* Cardin. *c. cùm ad monasterium. 5. de refeitorio. num. 4. q. 2. de stat. monach.* Palac. *4. dist. 36. dist. 1. fol. 836. col. 2. & seq.* Azor *tom. 1. institut. moral. cap. 11. q. 11.* vbi indistinctè dicunt excusari professos à transgressione obseruantiarum regulę, quę in desuetudinem abiere. Atque in proprio terminis tenet Nauar. *summ. cap. 12. n. 50.* Ludouic. Lopez *1. pars instructor. cap. 4. col. 2. vers. non excusatur.* Tapia *authent. ingressi. verb. ipso ingressu. cap. 1. num. 63. & 65. C. de sacrosanct. Eccles.* Manuel *2. tom. sum. c. 95. n. 6. 7.* Inter alia verò votis substantialibus adiuncta annumerandus est modus

pauper

paupertatis, & obedientiæ, quem declarare, & laxare potest consuetudo, iuxta infrà dicenda n. 29.

27 Sunt tamen tria obseruanda circa hanc sententiam. Primum est, si professus in ea religione relaxata, quando consuetudo non est legitima ad excusandum, esset adeò simplex, vt non debuerit scire eam regulam strictiùs obligare, quam tunc temporis obseruabatur, poterit ille transire ad laxiorem religionem, qualem illam, quam professus putabat esse quod si voluerit perseuerare in ea, quam professus est, tenebitur regulæ rigorem obseruare. Et ita docet Angel. *verb. religiosus. num. 32.* nec placet, quod ait Cordub. *in regul. D. Francisci. cap. 2. q. 16. punct. 1.* esse necessariam Papæ dispensationem.

28 Secundum est, si scelosa hac ignorantia professus ille tempore professionis intendit expressè non amplius se obligare, quàm ad regulam, vt de facto obseruabatur, talis quantum est ex vi voti præcisè, non tenetur ad quid amplius: quod bene docet Cordub. *2. q. 16. punct. 3.* quippe voti obligatio non excedit vouentis intentionem. Et sic intelligendi sunt Doctores allegati n. 13. pro secunda sententia, & Azor *lib. 13. institut. cap. 11. q. 16.* dum dicunt, hunc non peccare seruando regulam sic relaxatam. At propter iniuriam, quam culpabiliter intulit religioni, profitendo in ea cum particulari fictione, nempe, intendendo non se obligare ad eius statura, vt verè obligant, tenetur in ea religione permanere, eiusque illæsa statuta seruare: quia eligens profiteri in ea religione, tenebatur verè profiteri. Et in hoc casu bene dixerunt Doctores allegati pro prima sententia n. 24. licèt dicat Cordub. *2. q. 16. punct. 1.* non teneri manere, sed posse transire, si velit, ad aliam religionem ita relaxatam, vt ipse intendit vouere: quod si vult ibi manere, tenetur viuere secundùm regulam debitè promissam quia volendo ibi manere, tam receptat votum, & regulam.

29 Vltimum obseruandum est: dum hæc sententia asserit consuetudinem nihil posse circa tria substantialia religionis vota abroganda, intelligi debet de præceptis, quæ calsa sunt, vt illis sublatis, non maneat essentia religionis: nam si spectent ad solam horum votorum perfectionem, ita vt, illis sublatis, maneat essentia religionis, potest consuetudo ea præcepta abrogare, sicut in religione Minorum præcepta non equitandi extra necessitatis casum, & non portandi calceamenta, pertinebant ad solam paupertatis perfectionem; quia tamen illis sublatis manebat verè paupertatis substantia, potuère vsu aboleri.

30 Hinc deducitur, contra obedientiam Prælatis regularibus debitam, vtpote quæ ex voto debita est, præscribi non posse, vt clarè colligitur ex *cap. licet. 1. in fin. de regular.* & docent ibi Gloss. fital. & Abb. *num. 1. & 4. fin.* Gregor. Lopez *1. 25. verb. assimilantur. n. 14. part. 7.* Manuel *2. 1. regular. num. 2. q. 74. art. 3.*

31 Posterior quæstio est, an superior cum maiori parte Capituli generalis, cuius est condere pro religiosis statuta, possit regulam iam ferè collapsam, & relaxatam, ad pristinum statum restituere, ita vt excusetur tam professi teneantur regulam sic reformatam obseruare? Atque, vt animadiuertimus n. 17. eadem difficultas est de Capitulo prouinciali, aut de ipso Præposito Generali religionis, quando habent potestatem edendi statuta pro religione. Quæ quæstio, etsi id non explicetur à Doctoribus, manifestè procedit, quando ante reformationem non tenebantur ij professi ad primæua illa regulæ præcepta, eo quod legitima consuetudine, aut dispensatione erant abrogata: nam si ante reformationem adhuc tenebantur ad illa, vtpote non abrogata, nulla est quæstio, cùm apertissimum sit, à fortiori post reformationem teneri ad illa. Variæ ergo in hac quæstione sunt sententiæ. Prima sic distinguit: Si professus ille erat vir diserètus, tenetur seruare regulam denuo reformatam, quod debuerit cogitare euenire posse, vt ad primæuum statum illis restituerentur: secus autem si fuit indiscretus, vt puer, vel fœmina. Tunc enim non compellitur ibi esse, sed poterit ingredi religionem laxiorem, qualis erat illa tempore professionis, in qua professus est. Ita sentiunt quidam, quos tacito nomine refert Innocent. *c. super eo. num. vnic. de regular.*

Secunda sententia sic distinguit. Si professus erat 32
iuris periti, compellitur seruare regulam reformatam, quod præsumatur sciuisse regulæ qualitatem olim instituræ, & fore, vt aliquando ad eum pristinum statum restitueretur. Aut non erat iuris periti, sed indoctus: & tunc si fuit illi lecta regula ante, vel post professionem, & respondit nolle se obligare nisi ad regulam ita collapsam, vt tunc est, non compellitur ad regulam reformatam; sed potest ad laxiorem religionem similem illi, quam profiteri voluit, transire: si autem nihil respondit, tenetur ad regulam reformatam. Sic docent Hostiens. *sum. tit. de voto. §. certum. & per quem. num. 17. & cap. super eo. num. 1. de regular.* & ibi Ioan. Andre. *num. 4. ad finem.* Abulens. *cap. 30. Numerar. q. 89.* Raynerius, quem refert, & sequitur Diu. Anton. *3. part. tit. 16. cap. 3. fine.* Et addit vterque, etiamsi fuerit indoctus, nec lecta sibi illi regula, eum teneri ad regulam reformatam, nisi limitatam intentionem habuerit obligandi se ad eam eo solo modo, quo tunc seruabatur.

Tertia sententia ait teneri eos professos obseruare 33
regulam reformatam, etsi à tempore immemorali collapsa sit, & habuerint intentionem limitatam obligandi se ad solam regulam sic collapsam. Ita docet Probus *addit. ad Monach. cap. 1. num. 15. de regular. in 6.*

Quarta sententia dicit voluntati horum professorum 34
relinqui, an velint exire, an potiùs ibi manere seruando regulam reformatam. Ita Anton. Cucus *lib. 3. institut. maior. ti. 1. num. 78.*

Sed multo verior sententia sustinet teneri omnes 35
illos professos regulam sic reformatam, ad pristinumque statum restituram à maiori Capituli parte, obseruare. Ducor, quia subiciens se alicui ad aliquem finem, se quoque illi subiicit in iis, quæ valde necessaria sunt ad illum finem, quale est, regulam iam collapsam reformari. Et confirmatur, nam ipsorte lita in religione profitens, se ita regulæ, ac vitæ religiosæ subiecit, vt paratus esse debeat, quantum ex se est, ad conseruationem ipsius procurandam; quare si bonus religionis status collapsus sit, tenetur pati vt instauretur, ad summumque pristinum statum restituatur; & per consequens tenetur etiam regulam sic instauratam obseruare. Hanc tenent multi Doctores, quamuis aliqui ex citandis eam non ablolutè teneant, sed cum aliquibus limitationibus, quas statim à n. 38. adhibebimus, & examinabimus. Ita sustinent Innocent. *cap. super eo. num. vnic. vers. austeritatem. de regularib.* & ibi Anton. *num. 9. fine.* Cardinal. *num. 1. quæst. 4.* Ancharan. *num. 4.* Abbas *num. 9.* Idem Anton. *cap. cùm causam. num. 18. de elect. num. 4. cap. 1. num. 6. de regularib. in 6.* & ibi Dominic. *§. pars ea. num. 6.* Alberic. *in suo dictionar. verb. religio. 2. §. vii.* Ioann. de Triburg *summ. confess. lib. 2. tit. de voto. quæst. 17.* Flentic. *cap. ad nostram. num. 7. 8. & 9. de regularib.* Decu. *cap. ad nostram. in noua edit. num. 19. de appellat.* Felin. *cap. cùm omnes. num. 13. vers. pro qua facimus. de constit.* Rosel. *verb. lex. num. 5.* Sylu. *verb. religio. 6. quæst. 6.* Tabien. *verb. religio. quæst. 11. num. 12. fin.* Armil. *verb. num. 10.* Cordub. *in expos. reg. D. Fran. cap. 10. quæst. 2. punct. 6. & cap. 1. quæst. 15. punct. 3.* Gabriel Vasq. *1. 2. quæst. 93. art. 2. disputat. 154. cap. 4. num. 13. 16. & 17.* Azor *tom. 1. institut. moral. lib. 13. cap. 11. quæst. 17.* Tapia *authent. ingressi. verb. ipso ingressu. cap. 1. num. 61. C. de sacrosanct. Eccles.*

Immo potest quoque maior pars eius Capituli; & 36
quicumque alius superior habens potestatem condendi statuta pro religiosis, edere noua statuta non contenta in regula antiqua, quando essent necessaria pro tempore,

& loci occasione ad religiosæ vitæ reformationem, & vt voto essentialis, & alia religionis statuta seruentur. Constat hoc ex tradita num. 9. vbi probauimus hæc indirectè pertinere ad regulam, & sub illa implicitè comprehendi. Item quia religiosus eo ipso quod regulam profiteatur, tenetur potius pari, leges aliquas ferri quæ antea non erat, quam statum religiosum collapsum esse, & dissolui. Et ita docent Sylueft. Tabien. Armil. Gabriel Vasquez num. præced. allegati, Vega 2. *tom. sum. c.* 86. *casu* 12. Atque optimè Vasq. adhærit cauè pensandum esse, an ex nouis statuta sint valde necessaria ad reformationem status illius religionis, id que arbitrio prudentis relinqui: nec ad reformandum peculiarem alicuius religionis modum, videri idoneum modum, assumere seuiores alterius religionis regulas, quas præcipuas habet, & quasi ex instituto, quo distinguimur ab alijs, hoc enim esset ipsa peculiaris religionis instituta contandere: sed inspiciendum esse, quid sit illud quod in qualibet religione peculiarem instituti illius modum relaxarit, & ea parte remedium adhibendum. Nec enim facilè credendum est statuta religionis initio edita non fuisse satis idonea ad consequendum finem sibi constituum: & sic ea restaurari debent, & ad sequtorem observantiam reduci. Nec oportet notij aliquid addere, nisi forsan iudicaretur necessarium pro tempore, & loci occasione, ad reformationem, quod maxima cum considerazione fieri debet, vt hæc omnia optimè docet Vasquez ibidem.

37 Imò quamuis primatus religionis superior, cui non datur condere statuta, sed præcepta imponere, quæ sine morte ipsius, sine finito officio expirant, vt num. 17. diximus, non possit hæc statuta edere: at potest in suo conuentu, vel in prouincia sibi subdita præcepta imponere obligantia ad ea quæ prudenter iudicat necessaria ad prioris regulæ obseruantiam, & reformationem. Tum quia huiusmodi superiores eandem potestatem habent imponendi præcepta non perpetua, sed dum eorum officium durat, quam superior cum maiori parte Capituli ad edenda statuta in perpetuam duratura, vt apertè indicat Sylueft. *verb. religio.* 6. *q.* 6. Tum etiam quia superiori incumbit procurare, vt in loco sibi subiecto perfectè seruetur regula, & eam collapsam restaurare; ergo potest imponere præcepta necessaria ad eum finem. Atque ita Rosel. Angel. & Sylueft. (vt num. 9. ex ipsis retulimus) dicunt superiores posse præcipere, quæ ad plenioren regulæ obseruantiam conducunt, tanquam implicitè, seu indirectè contenta in regula; ad ea enim sola non extenditur eorum potestas, quæ ita sunt supra regulam, vt nec directè, seu explicitè, nec indirectè, seu implicitè ad illam reducantur.

38 Hæc tamen sententia limitanda est. Primò, nisi professus tempore regulæ collapsæ sit ita delicatus, vt vitibus destituatur ad nouam regulæ instaurationem sustinendam, ad quam aliis teneretur: tunc enim cum illo dispensandum est, vt ad religionem similem illi collapsæ in qua professus est, transeat. Ita docent Innoc. *c. super eo n. omnes, verf. & est alia ratio. de regularib.* & ibi Anton. *n.* 9. Cardin. *num.* 2. *q.* 4. Anchar. *num.* 4. Hence *c. ad nostram num.* 8. *de regularib.* Dominic. *c.* 3. *num. vero. num.* 6. *de regularib.* & ibi Prabus *in addit. ad Monach. num.* 14. Deci. *c. ad nostram in nouis edit. num.* 20. *de appellat.* Natur. *lib.* 3. *consilior. tit. de regularib. in* 2. *edit. consil.* 9. *num.* 2. *in* 2. *cons.* 43. *num.* 2. Tapia *ex c. 1. n.* 63.

39 Secundò limitanda est, nisi tempore professionis limitata fuisset intentio non se amplius obligandi, quam ad illam regulam sic relaxatam. Ita Anton. num. præced. allegat. Tabien. *verb. religio n.* 11. *num.* 22. & ibi Armil. *n.* 9. Natur. *lib.* 3. *consil. in* 1. *edizione. cons.* 9. *num.* 2. *in* 2. *cons.* 43. *num.* 2. *de regular.* Azor *tom.* 1. *lib.* 15. *institut. moral. c.* 21. *q.* 17. *fin.* Belcram. *tract. de vot. c.* 4. *ad fin.* & alij, quos retulimus num. 24. Nec habebit in hoc casu locum, quod diximus num. 28. nempe ratione iniuriæ illatæ religioni, teneri hunc professum ad ea statuta, quæ cum hæc statuta, ideclusa reformatione, non obligarent tanquam legitima consuetudine, aut dispensatione abolita (in hoc enim casu procedit hæc quæstio, vt num. 31. diximus) nullam hic religioni iniuriam irrogat proferendo cum illa limitata intentione se obligandi ad ea statuta eo solo modo quo tunc obligant. Quare bene dicunt Anton. Tabien. & Armil. teneri hunc reformato monasterio, vel ad aliud æqualis obseruantiæ, ac erat prius, transire, vel denuo se ad illam reformationem obligare.

Non tamen prodest saltem pro foro externo protestatio præcedens professionem, qua ille protestaretur se nolle obligare nisi eo modo quo tunc regula seruatur, si postea absolutè profiteretur, vt bene ait Natur. *vtroque consil. num.* 3. quia professus faciendo actum contrarium protestationi, censetur ab ea recedere, & simpliciter consentire, vt latè probauimus *lib.* 2. *de matrim. disp.* 45. *num.* 19. qua etiam iuris præsumptione mutationis voluntatis standum est in foro conscientiæ, vbi non constat, sed dubium est, an voluntas tempore protestationis habita, mutata tempore professionis fuerit, iuxta regulam à nobis traditam *lib.* 1. *huius tract.* 2. *c.* 10. *num.* 18. 40

Vltima limitatio est, nisi à tempore immemorabili regula sic collapsa sit; tunc enim non tenentur religiosi iuxta illam professi, cum reformatam seruare, quia ob temporis diuturnitatem præsumitur legitima illius relaxationis causa, & reputatur tam noua austeritas, quam verisimiliter non potuit professuros concipere. Hanc videtur statuere Abb. *c. super eo. num.* 5. *de regularib.* & Rosel. *verb. religio.* 2. *num.* 12. & Sylueft. *verb. religio.* 3. *q.* 11. vbi aiunt professos non teneri ad regulam reformatam, saltem antequam regula reformetur. Quare idem videntur sentire ea reformata. Idem videtur sentire Felin. *c. ad nostram. n. num.* 8. *de appellat.* vbi satis lubricus est. Et tandem in hanc partem inclinat, nisi reformatio illa fieret à Pontifice, & in propriis terminis tradunt Deci. *in c. ad nostram. in nou. edit. num.* 22. Natur. *lib.* 3. *consil. tit. de regular. in* 1. *edit. cons.* 9. *num.* 2. *in* 2. *consil.* 43. *num.* 2. Sed iure optimo ab hac limitatione recedit Prob. *addit. ad Monach. c.* 1. *num.* 15. *de regularib. in* 6. quia parum refert tempus immemoriale illius Ipsius regulæ præcisè, sine non sit immemoriale, dummodo tantum sit, quantum sufficit ad leges alias ecclesiasticas abrogandas; quia vtroque casu regula non obligat in suo pristino rigore, & ad illam restituta est quasi noua asperitas. Si ergo in hoc posteriori casu potest reformari, ita vt tam professos sic reformata obliget; ergo idem erit in priori casu.

Ex omnibus traditis deducitur primò, iure optimo Bonifacium VIII. *c. vnico. in princ. de stat. regular.* indixisse omnibus monialibus perpetuam, & inuiolatam clausuram, quamuis multæ eam professæ non fuissent: Cuius decretum innouauit Trident. *sess.* 25. *de regularib.* 41
c. 5. Quippe id decretum non induxit nouam austeritatem prorsus à priori regula alienam, sed indirectè ad eam pertinentem; quia experientia compertum est, non leui cum iactura castitatis promissæ monales vagari: & idcò iudicatum est, clausuram earum valde necessariam esse ad vorotum obseruantiam. Atque ita docet Gloss. *ea. c. vnic. in princ. verb. præsentis. in solut.* & ibi Archidiac. *n.* 1. *verf. clausur.* Monach. *num.* 1. Dominic. *num.* 11. Franc. *n.* 5. Probus *ad lit. ad Monach. c.* 1. *num.* 21. *de regular. in* 6. Deci. *c. ad nostram. in nouis edit. num.* 19. *de appellat.* Rosel. *verb. lex. num.* 5. Angel. *verb. religiosus. num.* 29. Sylueft. *verb. religio.* 6. *q.* 6. Carthusian. *episcul. de reformat. monial. art.* 1. *& tribus sequent.* Vbi latissimè probat quantum clausura hæc monialibus expediat; atque à principio eam statutam esse, ac successu temporum ab aliquibus relaxatam. Natur. *commentar.* 4. *num.* 40. *de regular.* Palac. 4. *disp.* 38. *disput.* 1. *fol.* 836. *col.* 2. Angles *summ. 2. p. q. vnic. de vot. art.* 2. *post.* 15. *disputatione. dub.* 7. Cordu. *addit. ad cellest. priuilegior. Mendicant. verb. clausura. minor.* Vega 2. *tom. sum. c.* 86. *casu* 12. Spino *speculi. iustam. gloss.* 12. *principali. num.* 10. Azor *tom.* 1. *institut. moral. lib.* 13. *c.* 8. *q.* 1. *fin.* & *c.* 11. *q.* 19. Gabriel Vasq.

Vasq. 1. 2. *q.* 95. *art.* 2. *disput.* 154. *c.* 2. *num.* 29. Bañez 2. 2. *q.* 1. *art.* 10. *dub.* 5. *in* Manuel Iansiniè *tom.* 1. *q.* 94. *regular. q.* 44. *tom art.* 1. Galarza *tom. episcul. de clausur. monial.* Hamat *in verbo. cur. aut. in appendice*, quam ponit in fin. §. 1. Sosf. *de largis. manuer. regular. interdict. num.* 11. & 12. Nec potest tam hoc in dubium vocari, quia est de fide potuisse id fieri, vt bene Galarza, & Angles hic citati.

43 Secundò deducitur, posse quoque Pontificem aliquales clausuram monachis indicere, nempe, vt non facilè à suis conuentibus vltra vnam dietam peregrinentur absque ipsius Pontificis licentia, quando id ad bonum monachorum gubernationem, & vt vota sua seruarent, esset necessarium. Ita docet Bañez in præced. allegat. Et in hoc sensu est verum quod tradidêre Doctores num. 11. allegati, dicentes posse monachis à Pontifice clausuram indici. Immo idem possent alij superiores ob eandem rationem.

44 Tertiò deducitur, qualiter potuerit Pius V. bullam edere anno 1567. quà iussit omnes Franciscanos conuentuales, vel claustrales in Hispania degentes à suis conuentibus eiici, & transire ad aliquem Mendicantium ordinem, qui multo arctior sua professione erat: de quo decreto aliqui dubitarunt, tum quia sententia lata est contra partem nò citatam, sed inauditam, quod est contra ius naturæ, & ita Pontificiam potestatem excedit, vt constat ex *c.* 1. *de caus. possess.* ibi, *Nec nos contra partem inauditam aliquid possumus definire. & Clement.* 2. *de sentent. & re iudicat.* 9. *exterior. verf. hæ prædictæ supplerio.* Sed dicendum est, id mandatum fuisse iustissimum: quia Pontifex re maturiùs considerata, & perpensis multis scandalis in Hispania ortis ex ratione vitæ quam illi profitebantur, illsque probatis, & notoriis, sententiam illam tulit, considerans id esse necessarium, vt illi tria vota, quæ professi erant, obseruarent. In quo casu posse citationem partis à supremo Principe omitti, testantur Baldus *l. nec causas. num.* 3. *C. de appellat.* Natur. *tom. c.* 23. *n.* 10.

45 Quartò deducitur, religiosum iussum à Prælato ieiunare die qua regula non obligat, aut aliam corporis afflictionem subire, vltra contentas in regula, teneri quidem obedire, si id Prælatus iniungat in iustam transgressionis regulæ, aut alterius delicti commissi pœnam; secus si ad sanctius merendum: quia in priori casu ex asperitates continentur implicitè, & indirectè in regula, iuxta tradita num. 9. & 10. et in posteriori sunt supra regulam. Atque ita docent Rosel. *verb. obedientia. n.* 10. Angel. *verb. religiosus. num.* 29. Sylueft. *verb. religio.* 6. *q.* 6. Tabien. *verb. obedientia.* 1. 5. *num.* 6. Cordu. *in exposit. reg. D. Franc. c.* 10. *q.* 2. *d.* 7. 6. Leonard. *lib.* 2. *de iust. c.* 41. *num.* 77. *dub.* 9. Si autem Prælatus id præcipiat in cautelam ad præcauendum relidium in aliquod peccatum, vel periculum imminens, vt quia videt illum laxum esse, aliunt prædicti authores non teneri subditum obedire, nisi vehementiùs videat se non posse aliter id peccatum vitare. Sed Angles *summ.* 1. *p. q. unic. de vot. art.* 2. *disp.* 15. & Vasq. 1. 2. *q.* 95. *art.* 1. *disput.* 154. *c.* 4. *num.* 1. absolutè docent teneri subditum in hoc casu obedire: atque ita ego credo, quando valde conferret asperitas ad eum finem. Quod satis clarè indicat Caietan. 2. 2. *q.* 88. *art.* 8. *dub. vlt. verf. ad* 1. *dicitur.* Vbi ait Prælatum non posse gravitèr præcipere religioso ieiunium, quod non est in regula, nisi quando esset opportunum ad ea quæ sunt regulæ obseruanda: quia non potest dici tunc esse supra regulam, sed pertinere indirectè ad eam, cùm Prælato incumbat media opportunis præcauere spirituale subditi periculum. Similiter ob aliquà publicam necessitatem possunt quædam austeriora ad tempus omnibus imponi, quia & hoc regulæ consentaneum est. Et ita docent Cordu. *reg. D. Franc. c.* 10. *q.* 2. *punct.* 6. Leonard. *de iustit. lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 9. *num.* 77. Audiendum bene Cordu. non teneri subditum obedire, si pro ea publica necessitate sibi illi aliquæ aliqua peculiari causa ex asperitates iniungerentur: quia id non est regulæ conseruatum, sed supra regulam. An verò possit Prælatus exemptiones, & libertates in regulis concessas coarctare, dicemus c. sequent. num. 9.

Quintò deducitur, quando regula ex se, & primæua 46
sua institutione non obligat sub culpa, sed ad solam pœnam, non posse superiorem obligare in vniuersum ad obseruationem illius sub culpa mortali. At posset priuatim sic obligare, quando ad exemplum aliorum, & correctionem illius, qui minus parere consueuit, id expedire iudicaret. At verò propter vnius, vel duorum culpam non posset sic totum conuentum obligare. Sic docet Vasq. *eadem disput.* 154. *c.* 4. *num.* 22. quod idem credo de obligatione sub culpa venali; quia hæc excedant regulæ præscriptum.

Sextò deducitur, non posse Generalem religionis præ- 47
cipere religiosis, vt ab Hispania, cæterisque partibus remoris ad Indos causâ eorum conuersionis procurandæ tendant, quod sit res difficillima, multisque animæ, & corporis periculis exposita. Atque itaque præscriptum regulæ excedit. Quod optimè docent Ludouic. Lopez 1. *p. infrait. c.* 56. *col.* 1. *verf. & an Prælati ordinum.* Manuel Rodrig. 2. *tom. sum. c.* 9. *n.* 5. & *qq. regular. tom.* 1. *q.* 19. *art.* 7. Et idem docet de præcepto eundi inter infideles, vbi imminet periculum martyrij. Cordu. *in exposit. reg. D. Franc. c.* 10. *q.* 1. Leonard. *lib.* 1. *de iustit. c.* 41. *dub.* 9. *n.* 77. quamuis Sot. *lib.* 7. *de iust. q.* 2. *art.* 4. *ad finem corporis*, sapponat id posse præcipi religiosis: ait enim consultius esse religiosis se offerre ad Indorum missionem, quàm superioris præceptum expectare. Atque idem intelligo de obedientia eundi inter hæreticos, & schismaticos, quia eædè rationes, immo & vrgentiores militant. Et ita D. Franciscus in sua regula c. 12. agens de missione fratrum ad Saracenos, & infideles, id cuiusuis fratris voluntati reliquit cum licentia superioris. Vbi Cordu. *in exposit. eius c. q.* 1. *inicio*, dicit, id ita dixisse, quia nullus frater minor potest cogi ad has missiones. Et D. Bonauent. *in exposit. regul. Minorum. c.* 12. docet, religiosos inuoluntarios non esse illuc mittendos. Meritò tamen Ludouic. Lopez, & Manuel inde excipiunt religiosos Societatis IESV, qui spectali voto ad hoc se alligant, quales sunt professi quatuor votorum. Immo & reliquos solis simplicibus biennij votis ligatos posse Generalis Societatis IESV obligare ad omnes has partes, & alias quantumuis remotas tendere ad seminandum Euangelium, quia præceptum hoc non excedit eorum institutum, sed illi conforme est; nam vt habetur in constitutionibus eiusdem Societatis, *part.* 3. *c.* 2. *littera G. & part.* 6 *c.* 3. §. 5. & in extrauagant. *ascendente* Gregor. XIII. vocatio religiosorum omnium huius Societatis est, quocumque ex directione Romani Pontificis, aut Generalis peregrare, ac in quauis mundi parte vitam agere, vbi saluandarum, suâ operâ, animarum copiosior proventus speratur. Et ita docet Ribadeneira *lib. de institutio Societatis. c.* 20.

At posset Romanus Pontifex præcipere religiosis, vt 48
ad Indos conuertendos pergerent, quod ipsi extra vulgaris boni communis incumbat. Ita docet Manuel *regular. tom.* 1. *q.* 19. *art.* 7. *b.* Sed hoc intelligendum est, loquendo de alijs religiosis extra Societatem IESV, non vt virtute voti obedientiæ ab ipsis emissi, possit eos ad hoc compellere: quia ratione eius voti non se obligant ad obediendum Pontifici in omnibus, sed sicut alijs Prælatis regularibus in his, quæ regulam eorum non excedunt. Quare solum posset eos compellere eo modo quo alios clericos seculares, & in eo solo casu quo necessitas boni communis id postularet. Ita docet Ribadeneira proximè citatus *in c.* 20.

Septimò deducitur, non posse Generales religionum 49
compellere religiosos ad acceptandum Episcopatum, id id solus Pontifex esse. Probatur prima pars tum ex parte Prælati, tum ex parte subditi. Ex parte Prælati, quia potestas, quam habent superiores religionis, ordinatur per se ad commune bonum religionis, aut bonum particulare subditi; hæc ex vi officij habent communi Ec-

clesiæ prouidere. Sed Episcopatus non ordinatur ex se ad bonum religionis, aut subditi; sed ad commune bonum Ecclesiæ. Insuper ex parte subditi, quia tantùm tenetur obedire in iis, quæ sunt secundùm regulam, pertinentibus ad statum religionis. At fieri Episcopum non pertinet ad regularem vitam; immo ab illa eximit: & absurdum esset posse Prælatum subdito præcipere id, per quod ab eius obedientia eximitur. Secundò, quia ad eum solum pertinet cogere ad hoc qui potest Episcopum confirmare: per hoc enim potissimum construitur Episcopus. At hæc confirmatio solius Pontificis est. Quare dù D.Tho.2.2.q.185.*art.*2. Ricard.*quodlibet.*3.*q.*21.D.Anton.3.*p.tit.*20.*c.*2.§ 6. Turrecrem. *c.olim.n.* 1.8.*q.*1.Angel. *verb.electio.n.*30.& ibi Armil.*n.*37 Sylu.*verb.electio.*1.*q.*19. Sot.*lib.*10.*de iust.q.*2.*art.*2 traduntur teneri obedire religiosum Prælato obligantì ad accepiendum Episcopatum, nomine huius Prælati intelligunt Pontificem: & ita explicuit Sot.*ro.art.*2.*ad* 2. Probatur secunda pars, nempe posse cogere Pontificem, quia hæc potestate indiget recta Ecclesiæ gubernatio: nam vnusquisque secundùm propriam voluntatem debet propriæ saluti vacare, aliorumque regimen, quantum in se est, fugere, vt constat ex multis Sanctorum exemplis. Ergo oportuit vt Christus in Ecclesia relinqueret potestatem compellendi acceptare aliorum regimen, & Episcopatum. Cum autem cura totius Ecclesiæ sit penes Pontificem, debuit penes ipsum hæc potestas manere. Et confirmatur, quia potestas ciuilis potest ciues ad Reipublicæ munera capessenda cogere. *l.si magistratum. C.de Decurionibus.lib.*11.& *toto tit.de excusat.munere eodem lib.* & ita docent Cordu. *in expose. regul.D.Franc.c.*10. *q.*2.*dilig.*7. Valent.2.2.*disp.*10.*q.*3. *punct.*3.*cal.*3 *conclus.*6.Ludouic.Lopez 1.*p.instruller.c.*56.*col.*2. Leonard.*lib.*2.*de inst.c.*41.*dub.*9.*n.*76.Manuel.2.*tom.sum.c.*9.*n.*5.& *qq.regular tom.*3.*q.*29.*art.vlt.*Dum autè dicunt illi authores posse Romanum Pontificem ad hoc cogere religiosos, intelligendum est, non ratione voti obedientiæ, sed eo modo, quem num.præcedenti explicuimus, & ita docet Leonard. proximè adductus.

50 Addunt tamen Ludouic. Lopez *ro.c.* 56.*col.*3. & Manuel Rodrig.2.*tom.sum.c.*9 *n.*16. posse Prælatos regulares compellere subditos, vt parochorum munus inter Indos obeant. At id non placet, quia est præter religionis institutum, & res periculis plena. Nec obstat, Pium V. concessisse, vt eo munere fungi valeant; quia id solùm probat licitum esse eo fungi, non tamen offendat eos posse ad id obligari; quod magis constabit ex dicendis n.sequen.

51 Nec potest cogere Prælatus regularis suos religiosos ad acceptanda beneficia secularia, vel etiam regularia alterius ordinis, quamuis vtrumque ex Pontificia dispensatione liceret: quia id non est secundùm regulam, sed præter illam, nec ordinatur ad commune bonum suæ religionis, aut monasterij. At potest cogere ad suscipiendum beneficium consuetum regi per regulares sui monasterij; quia talis gubernatio pertinet ad suum monasterium. Quæ omnia docent Nauar. *comment.*4.*de regular.* 23. & Manuel *qq.regularib.tom.*1.*q.* 54. qui addunt, non ad beneficium regulare alterius monasterij sui ordinis posse cogere Prælatum: tum quia id est interdictum *cum singula.*§.*prohibemus.de prebend.in* 6. tum quia tantùm potest cogere ad pertinentia ad suum monasterium, quale non est hoc. Addunt etiam posse cogere Prælatum ad acceptandum beneficii sui monasterij, quamuis sit parui valoris, dummodo non cogat relinquere alimenta necessaria ad supplendum victum à monasterio sibi suppeditanda. Addit etiam vtrque posse cogi religiosum acceptare id beneficium, quamuis sit manuale, & ad nutũ amobile, nisi iusta excusationis causa adesset: quia crederetur maliciosè sibi confert, eo quod litigiosum est, vt litem terminet, & ea terminata sibi auferatur. Quare non approbo, quod docent Imol.*c.Raynutius.n.*71. *de testam.* Anchar.*c.fraticelli.n.vlt.de clest.n.*6.& ibi Franc.*in prim. n.*3. sæpe non posse religiosum dissentire absque Prælati licentia electioni de se factæ ad beneficia secularia, quia caret nolle. Sed dicendum est oppositum, vt probatum est, quia aliàs posset cogi: & habet vtique religiosus nolle in iis, in quibus non tenetur obedire. Insuper non posse Prælatum cogere religiosum ad acceptandam dignitatem extra religionem, docet etiam Leonard. num. 49. allegatus.

Manifestum autem est, posse religiosum à suo Prælato 52
compelli vt munus Prælati intra ipsam religionem obeat, quia id est secundùm regulam.

Quod si subditus iussus à Prælato admittere prælationis munus, sit aliquo impedimento affectus, tunc distinguendum est; nam triplex potest esse impedimentum. Quoddam, quod subditus ipse amouere potest, vt si habetur propositum perseuerandi in peccato, quod prælationi admittendæ obstaret, & hoc impedimentum tenetur ipse amouere, vt obediat. Aliud est, quod non ipse, sed Prælatus potest dispensando amouere, vt si irregularitate ligatus sit, in qua ipse Prælatus dispensare potest, & tunc debet impedimẽtum Prælato aperire, nisi aliundè dispensationem impetret, & ipso dispensante tenetur obedire. Tandem aliud est, quod nec ipse religiosus, nec ille Prælatus potest amouere; & tunc non tenetur obedire. Atque ita docet D.Thom. 2.2.*q.*185.*art.*2.*ad* 2. Turrecrem.*c.olim.n.*1.*ad* 1.8.*q.*1. D.Anton.3.*p.tit.* 20.*c.* 2. §.6.Sot.*lib.*10.*de iust.q.*3.*art.*2.*ad* 2. Vbi bene addit, quãdo subditus ea est affectuum prauorum peste corruptus, vt nullatenus eos sedare valeat, sed prudenter timeat fore, vt superetur, non teneri obedire, quia in moralibus, quod est valde difficile, reputatur impossibile. Quando verò indicaret subditus se minus idoneum quoad scientiam, & alias qualitates extrinsecas, quas Prælatus probat, & prudens nosset, bene ait ibi Sotus cum Sylvest. *verb. Episcopus. quæst.* 5. *dict.* 4. teneri illum stare iudicio Prælati.

Vltimò deducitur, quid in ea quæstione dicendum 54
sit, an liceat religiosis tempore pestis fugere, an potius teneantur obedire Prælato iubenti permanere, ac Sacramenta peste infectis ministrare instar parochorum, & ipsis quoque in necessariis ad corporis salutem infirmis: Armil. *verb.obedientia.num.*5.& ibi Tabien.*q.*5.*num.*6. *vel. consil.* agentes de ministerio in temporalibus exhibendo, breuissimè dixerunt, non teneri religiosum obedire Prælato iubenti ipsum inseruire peste infectis, ob manifestum mortis periculum inde consurgens. Agentes autem de ministerio in spiritualibus, breuissimè quoque Caiet.2.2.*q.*26.*art.*5.*ad fin.*Nauar. *sum.c.*14. *Hispana n.*13.*Latina n.*11. Baiez 2.2.*q.*33.*art.*3.*dub.*4.*paulo ante argument. solut.* dixêre non teneri religiosos tempore pestis in loco illa infecto permanere, & ministrare Sacramenta infirmis, sed id esse eximiæ perfectionis opus. Ducitur, quia hoc munus est proprium parochorum.

Prima tamen conclusio sit. Superior conuentus, qui tempore pestis fugere deserto conuentu. Ratio est, quia habet se respectu conuentus, sicut parochus respectu parochiæ; huic autem non licet fugere eo tempore, vt docet communis sententia Doctorum, & ita tradit Manuel 2.*tom.sum.c.* 9.*num.*2. & *qq.regular.*3.*tom.q.* 30.*art.* 5.

Secunda conclusio. Religiosus iussus à Prælato religiosis inseruire religiosis domesticis peste infectis, & temporalibus curam illorum agendo, cibaria, & medicamenta necessaria porrigendo, tenetur obedire. Ratio est, quia ad regulam pertinent mutua ministeria ad conseruationem boni status religiosi spectantia (vt probatum num. 9.) inter quæ non infimum, sed principalem locum tenet infirmorum cura. Nec obstat, id maximum mortis periculum religioso inferuienti imminere; quia quando ratio boni communis, & conseruationis boni status religiosi id petit, vt contingit in hoc casu, tenetur subditus obedire cum eiusmodi periculo, non minus quàm secularis iussus à Prin

à Principe ire ad prælianda, tenetur parere, non obstanti probabilissimo mortis periculo inde imminenti. Atque ita docent Caiet. *opuscul. tom.*3. *tract.* 9. *de vinculo obedientiæ.q.* vnica. *paulo ante vers. ad secundum verò rationem.* Manuel Rodrig. *qq.regularr.tom.*3.*q.*31.*art.*3.

57 Hinc tamen excipiebat religiosum, qui tam tenui corporis valetudine vteretur, vt cum multo maiori contagionis periculo, quàm alij id munus obiret; vel egregiæ conditionis viros, quorum vita esset valde vtilis communi religionis bono: quia hos imprudenter exponeret Prælatus huic periculo; vt bene docet Rutil. *de fuga temp.pest.lib.*1.*dis.*3.1.*q.*1.*paulo ante vl. dictum.*Manuel *qq.regular.tom.*3.*quæst.*31.*art. vlt.* Et cùm sint alij religiosi, per quos (vt supponimus) absque tanto proptio, & boni communis discrimine possit ei malo consuli, non tenetur hic obedire.

58 Tertia conclusio. Non tenebitur religiosus obedire Prælato iubenti eum inseruire externis peste infectis; quia non est secundùm regulam, sed illam excedit tam eximium misericordiæ opus, nec hoc ad mutua religionis pertinet. Et in hoc casu est vera sententia Tabienæ, & Armil. quam n.52. retulimus.

59 Quarta conclusio. Religiosi, quorum institutum non est vitæ actiuæ, ac iuuandis proximis vacare, vt sunt Carthusiani, & monachi D.Hieronymi, & alij similes, non tenentur obedire Prælato iubenti, vt externis peste infectis Sacramenta ministrent: quia hoc est opus eximiæ perfectionis, alienum tamen à suo instituto; quare non tenentur in loco peste infecto manere. Et in his est vera sententia relata n.52. dicens religiosum non teneri ad hoc; & ita docet Manuel Rodrig.*qq.regular.tom.*3.*q.*31.*art.*3.

60 Vltima conclusio. Religiosi mendicantes, & alij, quorum institutum est spirituali proximorum saluti incumbere, non tenentur tempore pestis manere in loco peste infecto: nec, si maneant, tenentur peste infectis Sacramenta ministrare, quando id munus potest sufficienter per parochos obiri. Et in hoc casu est vera eadem sententia relata n. 52. quia id munus per se primò parochis incumbit, quorum munus est Sacramenta suis parochianis ministrare. At si parochi non sufficiant ei muneri obeundo, tenentur hi religiosi iussu Prælati regularis eos adiuuare, & Prælatus tenetur id præcipere, quia hoc non est supra eorum regulam, sed secundùm illam; cùm eorum munus sit ei Episcoporum, & parochorum coadiutores in salute spirituali proximorum adiuuando: & ob id eleemosynis fidelium sustentantur, vt optimè tradit D. Thom. 2.2.*q.*187.*ar.*1.*ad* 3.& *q.*188.*ar.*4.*ad* 2.& 5.& *opusc.*18. 16.*in fin.*At hæc est grauis proximorũ necessitas. Atque ita hanc ãtè probant Rutil. *de fug.temp. pest.lib.*1. *dis.* 1.*p.*1.*n.*2.*conclus.* 10. & maximè *in solut. ad* 5. contra Imol. Man. Rodrig.*tom.*3.*qq.regular.q.*30.*vers art.* 4.& maximè *in solut.ad* 4.

61 Addit autem bene vtrque, teneri quoque Prælatum regularem ad loca diœcesis vicina peste infecta religiosos mittere, & eos teneri parere, quãdo eande parochorum sufficientium ad Sacramenta infirmis ministranda penuriam paterentur; quia eadem militat ratio.

62 Sed dicta duplici numero præcedenti intelligerent, quando non essent alij sacerdotes qui Episcopi sumptibus vellent parochis auxilio esse; nam in primis ea cura incumbit Episcopo, vt medius parochis, & aliis sacerdotibus necessariis mercede conductis, ei spirituali animarum necessitati prospiciat: & quando hi non inuenirentur ea monachorum obligatio locum habebit. Nam DD.n.60. allegati fatentur hanc obligationem esse in subsidium, quando deest ministrorum copia. Ergo quando sunt alij ministri, præter parochos, volentes id munus obire expensis Episcopi, cuius est primariò hæc cura; excusarentur ab eo onere religiosi. Item nisi religiosus quem superior mitteret, esset aliàs valde vtilis, ita vt imprudenter mitteretur, cùm sint alij multo minus necessarij ad bonum religionis, & munus subiecti infectioni, vt in simili diximus n.57.

Tandem superest duplex difficultas. Priori est, an 63
tanta sit potestas Abbatis in religiosum, vt eum possit dare in pignus, seu in obsidem pro debitis monasterij? Negant Gloss. *c.ex rescripto.vers.obsides dari, de iureiurar.* Bald.*ibi.n.*2.quibus sub scribunt Card.*ibi.num.*1. Ioann. de Imol.*num.* 5.& Roman. *singul.*303. *vers.nunquid Episcopus.*& alij. Sed communior sententia affirmat id posse fieri ab Abbate; quod videtur suppon*it eo c.ex rescript.*citato, & tenent Ioan. Andr. *ibi. num.* 9. Hostien. *num.*1.Felin.*num.*3. Alexand.de Neuo *num.*13. Nauar. *lib.*3.*consil.tit.de regular.in* 1. *edit.cons.*65. *num.*3. *in* 2. *cons.* 74.*num.*3. Surd.*de aliment.tit.*8. *priuileg.* 38. *num.*26.& 27. Gomez. de Ameze *tract. de potest.in se ipsum, lib.*2. *c.*14 *num.*28.qui alios Doctores, & vtriusque sententiæ fundamenta adducunt. Sed vt optimè docent Abb.*d.c. ex rescripto. num.*8. Batt. & Socin. *de reg. iur. regul.* 267. *num.* 1.& 2. si loquamur de propria obsidum natura, quæ est dari pro pace, aut simili causa Reipublicæ, à solo Pontifice possunt sic dari in obsides. Si verò non dentur, vt sint proprij obsides, sed vt in certo loco stent ad tempus; potest Abbas religiosos sibi subditos ad id compellere pro vtilitate, seu necessitate monasterij, vt colligitur ex regulis traditis in hoc capite. Et hoc pacto conciliari possunt Doctores vtriusque sententiæ.

Posterior difficultas est, an Abbati accusato à monachis ob delictum, sit obediendum pendente accusatione? Videtur negare Gloss. *c.ex parte.vers.alias.de accusationib.* Sed verè id non intendit Gloss. sed tantùm non teneri obedire, quoad desistendum ab accusatione: quare in cæteris obedire tenentur. Quod bene docent Abb. *eo cap.ex parte.num.*4.& ibi Felin. *paulo post principium.* Surd. *de aliment.tit.*1.*q.*127 *num.*5. Sicut Iudici durante syndicatu, non minor reuerentia exhibenda est, quàm durante officio, vt tradunt Baldus, & Iason, quos refert & sequitur Surd. *ibi.n.*6. 64

CAPVT III.

Qualiter religiosus, vel quiuis alius subditus teneatur obedire, dum dubitat, an res præcepta sit illicita, aut excedẽs limites potestatis Prælati: aut opinatur eam esse illicitam, aut excedentem eos limites: vel dubitat, an superior habeat legitimam in illum potestatem: aut opinatur eam non habere; aut quando res præcepta est contra regulam.

SVMMARIVM.

*Explicatur ex quot capitibus possit dubium hoc ut subditus sumi. n.*1.

*An subditus dubitans, an res præcepta sit licita, teneatur obedire: refertur quædam sententia.n.*2.

*Explicatur sententia auctoris.n.*3.

*Quid si dubitet, an res præcepta excedat limites potestatis superioris? n.*4.

*An vt subditus teneatur obedire, opus sit vt iudicet id quod iubetur esse bonum, & elausum intra limites potestatis superioris: vel satis sit oppositum non sibi euidenter constare.n.*5.

*An subditus opinans esse illicitum quod iubetur, teneatur obedire, & teneatur iudicare superiorem ampliùs exponere probabilem.n.*6.

*Quid si opinaretur in quodam casu se non tenere obedire? n.*7.

An superiores præcipiunt contra regulam, vel præcipiunt alienum superiorie, sit obediendum, quando non est certum esse contra regulam, vel non posse in illa dispensare, vel non dispensare

clesiæ prouidere. Sed Episcopatus non ordinatur ex se ad bonum religionis, aut subditi; sed ad commune bonum Ecclesiæ. Insuper ex parte subditi, quia tantùm tenetur obedire in iis, quæ sunt secundùm regulam, pertinentibus ad statum religionis. At fieri Episcopum non pertinet ad regularem vitam; immo ab illa eximit: & absurdum esset posse Prælatum subdito præcipere id, per quod ab eius obedientia eximitur. Secundò, quia ad eum solum pertinet cogere ad hoc qui potest Episcopum confirmare: per hoc enim potissimum construitur Episcopus. At hæc confirmatio solius Pontificis est. Quare dù D.Tho.2.2.q.185.*art.*2. Ricard.*quodlibet.*3.*q.*21.D.Anton.3.*p.tit.*20.*c.*2.§ 6. Turrecrem. *c.olim.n.* 1.8.*q.*1.Angel. *verb.electio.n.*30.& ibi Armil.*n.*37 Sylu.*verb.electio.*1.*q.*19. Sot.*lib.*10.*de iust.q.*2.*art.*2 traduntur teneri obedire religiosum Prælato obligantì ad accepiendum Episcopatum, nomine huius Prælati intelligunt Pontificem: & ita explicuit Sot.*ro.art.*2.*ad* 2. Probatur secunda pars, nempe posse cogere Pontificem, quia hæc potestate indiget recta Ecclesiæ gubernatio: nam vnusquisque secundùm propriam voluntatem debet propriæ saluti vacare, aliorumque regimen, quantum in se est, fugere, vt constat ex multis Sanctorum exemplis. Ergo oportuit vt Christus in Ecclesia relinqueret potestatem compellendi acceptare aliorum regimen, & Episcopatum. Cum autem cura totius Ecclesiæ sit penes Pontificem, debuit penes ipsum hæc potestas manere. Et confirmatur, quia potestas ciuilis potest ciues ad Reipublicæ munera capessenda cogere. *l.si magistratum. C.de Decurionibus.lib.*11.& *toto tit.de excusat.munere eodem lib.* & ita docent Cordu. *in expose. regul.D.Franc.c.*10. *q.*2.*dilig.*7. Valent.2.2.*disp.*10.*q.*3. *punct.*3.*cal.*3 *conclus.*6.Ludouic.Lopez 1.*p.instruller.c.*56.*col.*2. Leonard.*lib.*2.*de inst.c.*41.*dub.*9.*n.*76.Manuel.2.*tom.sum.c.*9.*n.*5.& *qq.regular tom.*3.*q.*29.*art.vlt.*Dum autè dicunt illi authores posse Romanum Pontificem ad hoc cogere religiosos, intelligendum est, non ratione voti obedientiæ, sed eo modo, quem num.præcedenti explicuimus, & ita docet Leonard. proximè adductus.

50 Addunt tamen Ludouic. Lopez *ro.c.* 56.*col.*3. & Manuel Rodrig.2.*tom.sum.c.*9 *n.*16. posse Prælatos regulares compellere subditos, vt parochorum munus inter Indos obeant. At id non placet, quia est præter religionis institutum, & res periculis plena. Nec obstat, Pium V. concessisse, vt eo munere fungi valeant; quia id solùm probat licitum esse eo fungi, non tamen offendat eos posse ad id obligari; quod magis constabit ex dicendis n.sequen.

51 Nec potest cogere Prælatus regularis suos religiosos ad acceptanda beneficia secularia, vel etiam regularia alterius ordinis, quamuis vtrumque ex Pontificia dispensatione liceret: quia id non est secundùm regulam, sed præter illam, nec ordinatur ad commune bonum suæ religionis, aut monasterij. At potest cogere ad suscipiendum beneficium consuetum regi per regulares sui monasterij; quia talis gubernatio pertinet ad suum monasterium. Quæ omnia docent Nauar. *comment.*4.*de regular.* 23. & Manuel *qq.regularib.tom.*1.*q.* 54. qui addunt, non ad beneficium regulare alterius monasterij sui ordinis posse cogere Prælatum: tum quia id est interdictum *cum singula.*§.*prohibemus.de prebend.in* 6. tum quia tantùm potest cogere ad pertinentia ad suum monasterium, quale non est hoc. Addunt etiam posse cogere Prælatum ad acceptandum beneficii sui monasterij, quamuis sit parui valoris, dummodo non cogat relinquere alimenta necessaria ad supplendum victum à monasterio sibi suppeditanda. Addit etiam vtrque posse cogi religiosum acceptare id beneficium, quamuis sit manuale, & ad nutũ amobile, nisi iusta excusationis causa adesset: quia crederetur maliciosè sibi confert, eo quod litigiosum est, vt litem terminet, & ea terminata sibi auferatur. Quare non approbo, quod docent Imol.*c.Raynutius.n.*71. *de testam.* Anchar.*c.fraticelli.n.vlt.de clest.n.*6.& ibi Franc.*in prim. n.*3. sæpe non posse religiosum dissentire absque Prælati licentia electioni de se factæ ad beneficia secularia, quia caret nolle. Sed dicendum est oppositum, vt probatum est, quia aliàs posset cogi: & habet vtique religiosus nolle in iis, in quibus non tenetur obedire. Insuper non posse Prælatum cogere religiosum ad acceptandam dignitatem extra religionem, docet etiam Leonard. num. 49. allegatus.

Manifestum autem est, posse religiosum à suo Prælato 52
compelli vt munus Prælati intra ipsam religionem obeat, quia id est secundùm regulam.

Quod si subditus iussus à Prælato admittere prælationis munus, sit aliquo impedimento affectus, tunc distinguendum est; nam triplex potest esse impedimentum. Quoddam, quod subditus ipse amouere potest, vt si habetur propositum perseuerandi in peccato, quod prælationi admittendæ obstaret, & hoc impedimentum tenetur ipse amouere, vt obediat. Aliud est, quod non ipse, sed Prælatus potest dispensando amouere, vt si irregularitate ligatus sit, in qua ipse Prælatus dispensare potest, & tunc debet impedimẽtum Prælato aperire, nisi aliundè dispensationem impetret, & ipso dispensante tenetur obedire. Tandem aliud est, quod nec ipse religiosus, nec ille Prælatus potest amouere; & tunc non tenetur obedire. Atque ita docet D.Thom. 2.2.*q.*185.*art.*2.*ad* 2. Turrecrem.*c.olim.n.*1.*ad* 1.8.*q.*1. D.Anton.3.*p.tit.* 20.*c.* 2. §.6.Sot.*lib.*10.*de iust.q.*3.*art.*2.*ad* 2. Vbi bene addit, quãdo subditus ea est affectuum prauorum peste corruptus, vt nullatenus eos sedare valeat, sed prudenter timeat fore, vt superetur, non teneri obedire, quia in moralibus, quod est valde difficile, reputatur impossibile. Quando verò indicaret subditus se minus idoneum quoad scientiam, & alias qualitates extrinsecas, quas Prælatus probat, & prudens nosset, bene ait ibi Sotus cum Sylvest. *verb. Episcopus. quæst.* 5. *dict.* 4. teneri illum stare iudicio Prælati.

Vltimò deducitur, quid in ea quæstione dicendum 54
sit, an liceat religiosis tempore pestis fugere, an potius teneantur obedire Prælato iubenti permanere, ac Sacramenta peste infectis ministrare instar parochorum, & ipsis quoque in necessariis ad corporis salutem infirmis: Armil. *verb.obedientia.num.*5.& ibi Tabien.*q.*5.*num.*6. *vel. consil.* agentes de ministerio in temporalibus exhibendo, breuissimè dixerunt, non teneri religiosum obedire Prælato iubenti ipsum inseruire peste infectis, ob manifestum mortis periculum inde consurgens. Agentes autem de ministerio in spiritualibus, breuissimè quoque Caiet.2.2.*q.*26.*art.*5.*ad fin.*Nauar. *sum.c.*14. *Hispana n.*13.*Latina n.*11. Baiez 2.2.*q.*33.*art.*3.*dub.*4.*paulo ante argument. solut.* dixêre non teneri religiosos tempore pestis in loco illa infecto permanere, & ministrare Sacramenta infirmis, sed id esse eximiæ perfectionis opus. Ducitur, quia hoc munus est proprium parochorum.

Prima tamen conclusio sit. Superior conuentus, qui tempore pestis fugere deserto conuentu. Ratio est, quia habet se respectu conuentus, sicut parochus respectu parochiæ; huic autem non licet fugere eo tempore, vt docet communis sententia Doctorum, & ita tradit Manuel 2.*tom.sum.c.* 9.*num.*2. & *qq.regular.*3.*tom.q.* 30.*art.* 5.

Secunda conclusio. Religiosus iussus à Prælato religiosis inseruire religiosis domesticis peste infectis, & temporalibus curam illorum agendo, cibaria, & medicamenta necessaria porrigendo, tenetur obedire. Ratio est, quia ad regulam pertinent mutua ministeria ad conseruationem boni status religiosi spectantia (vt probatum num. 9.) inter quæ non infimum, sed principalem locum tenet infirmorum cura. Nec obstat, id maximum mortis periculum religioso inferuienti imminere; quia quando ratio boni communis, & conseruationis boni status religiosi id petit, vt contingit in hoc casu, tenetur subditus obedire cum eiusmodi periculo, non minus quàm secularis iussus à Prin

à Principe ire ad prælianda, tenetur parere, non obstanti probabilissimo mortis periculo inde imminenti. Atque ita docent Caiet. *opuscul. tom.*3. *tract.* 9. *de vinculo obedientiæ.q.* vnica. *paulo ante vers. ad secundum verò rationem.* Manuel Rodrig. *qq.regularr.tom.*3.*q.*31.*art.*3.

57 Hinc tamen excipiebat religiosum, qui tam tenui corporis valetudine vteretur, vt cum multo maiori contagionis periculo, quàm alij id munus obiret; vel egregiæ conditionis viros, quorum vita esset valde vtilis communi religionis bono: quia hos imprudenter exponeret Prælatus huic periculo; vt bene docet Rutil. *de fuga temp.pest.lib.*1.*dis.*3.1.*q.*1.*paulo ante vl. dictum.*Manuel *qq.regular.tom.*3.*quæst.*31.*art. vlt.* Et cùm sint alij religiosi, per quos (vt supponimus) absque tanto proptio, & boni communis discrimine possit ei malo consuli, non tenetur hic obedire.

58 Tertia conclusio. Non tenebitur religiosus obedire Prælato iubenti eum inseruire externis peste infectis; quia non est secundùm regulam, sed illam excedit tam eximium misericordiæ opus, nec hoc ad mutua religionis pertinet. Et in hoc casu est vera sententia Tabienæ, & Armil. quam n.52. retulimus.

59 Quarta conclusio. Religiosi, quorum institutum non est vitæ actiuæ, ac iuuandis proximis vacare, vt sunt Carthusiani, & monachi D.Hieronymi, & alij similes, non tenentur obedire Prælato iubenti, vt externis peste infectis Sacramenta ministrent: quia hoc est opus eximiæ perfectionis, alienum tamen à suo instituto; quare non tenentur in loco peste infecto manere. Et in his est vera sententia relata n.52. dicens religiosum non teneri ad hoc; & ita docet Manuel Rodrig.*qq.regular.tom.*3.*q.*31.*art.*3.

60 Vltima conclusio. Religiosi mendicantes, & alij, quorum institutum est spirituali proximorum saluti incumbere, non tenentur tempore pestis manere in loco peste infecto: nec, si maneant, tenentur peste infectis Sacramenta ministrare, quando id munus potest sufficienter per parochos obiri. Et in hoc casu est vera eadem sententia relata n. 52. quia id munus per se primò parochis incumbit, quorum munus est Sacramenta suis parochianis ministrare. At si parochi non sufficiant ei muneri obeundo, tenentur hi religiosi iussu Prælati regularis eos adiuuare, & Prælatus tenetur id præcipere, quia hoc non est supra eorum regulam, sed secundùm illam; cùm eorum munus sit ei Episcoporum, & parochorum coadiutores in salute spirituali proximorum adiuuando: & ob id eleemosynis fidelium sustentantur, vt optimè tradit D. Thom. 2.2.*q.*187.*ar.*1.*ad* 3.& *q.*188.*ar.*4.*ad* 2.& 5.& *opusc.*18. 16.*in fin.*At hæc est grauis proximorũ necessitas. Atque ita hanc ãtè probant Rutil. *de fug.temp. pest.lib.*1. *dis.* 1.*p.*1.*n.*2.*conclus.* 10. & maximè *in solut. ad* 5. contra Imol. Man. Rodrig.*tom.*3.*qq.regular.q.*30.*vers art.* 4.& maximè *in solut.ad* 4.

61 Addit autem bene vtrque, teneri quoque Prælatum regularem ad loca diœcesis vicina peste infecta religiosos mittere, & eos teneri parere, quãdo eande parochorum sufficientium ad Sacramenta infirmis ministranda penuriam paterentur; quia eadem militat ratio.

62 Sed dicta duplici numero præcedenti intelligerent, quando non essent alij sacerdotes qui Episcopi sumptibus vellent parochis auxilio esse; nam in primis ea cura incumbit Episcopo, vt medius parochis, & aliis sacerdotibus necessariis mercede conductis, ei spirituali animarum necessitati prospiciat: & quando hi non inuenirentur ea monachorum obligatio locum habebit. Nam DD.n.60. allegati fatentur hanc obligationem esse in subsidium, quando deest ministrorum copia. Ergo quando sunt alij ministri, præter parochos, volentes id munus obire expensis Episcopi, cuius est primariò hæc cura; excusarentur ab eo onere religiosi. Item nisi religiosus quem superior mitteret, esset aliàs valde vtilis, ita vt imprudenter mitteretur, cùm sint alij multo minus necessarij ad bonum religionis, & munus subiecti infectioni, vt in simili diximus n.57.

Tandem superest duplex difficultas. Priori est, an 63
tanta sit potestas Abbatis in religiosum, vt eum possit dare in pignus, seu in obsidem pro debitis monasterij? Negant Gloss. *c.ex rescripto.vers.obsides dari, de iureiurar.* Bald.*ibi.n.*2.quibus sub scribunt Card.*ibi.num.*1. Ioann. de Imol.*num.* 5.& Roman. *singul.*303. *vers.nunquid Episcopus.*& alij. Sed communior sententia affirmat id posse fieri ab Abbate; quod videtur suppon*it eo c.ex rescript.*citato, & tenent Ioan. Andr. *ibi. num.* 9. Hostien. *num.*1.Felin.*num.*3. Alexand.de Neuo *num.*13. Nauar. *lib.*3.*consil.tit.de regular.in* 1. *edit.cons.*65. *num.*3. *in* 2. *cons.* 74.*num.*3. Surd.*de aliment.tit.*8. *priuileg.* 38. *num.*26.& 27. Gomez. de Ameze *tract. de potest.in se ipsum, lib.*2. *c.*14 *num.*28.qui alios Doctores, & vtriusque sententiæ fundamenta adducunt. Sed vt optimè docent Abb.*d.c. ex rescripto. num.*8. Batt. & Socin. *de reg. iur. regul.* 267. *num.* 1.& 2. si loquamur de propria obsidum natura, quæ est dari pro pace, aut simili causa Reipublicæ, à solo Pontifice possunt sic dari in obsides. Si verò non dentur, vt sint proprij obsides, sed vt in certo loco stent ad tempus; potest Abbas religiosos sibi subditos ad id compellere pro vtilitate, seu necessitate monasterij, vt colligitur ex regulis traditis in hoc capite. Et hoc pacto conciliari possunt Doctores vtriusque sententiæ.

Posterior difficultas est, an Abbati accusato à monachis ob delictum, sit obediendum pendente accusatione? Videtur negare Gloss. *c.ex parte.vers.alias.de accusationib.* Sed verè id non intendit Gloss. sed tantùm non teneri obedire, quoad desistendum ab accusatione: quare in cæteris obedire tenentur. Quod bene docent Abb. *eo cap.ex parte.num.*4.& ibi Felin. *paulo post principium.* Surd. *de aliment.tit.*1.*q.*127 *num.*5. Sicut Iudici durante syndicatu, non minor reuerentia exhibenda est, quàm durante officio, vt tradunt Baldus, & Iason, quos refert & sequitur Surd. *ibi.n.*6. 64

CAPVT III.

Qualiter religiosus, vel quiuis alius subditus teneatur obedire, dum dubitat, an res præcepta sit illicita, aut excedẽs limites potestatis Prælati: aut opinatur eam esse illicitam, aut excedentem eos limites: vel dubitat, an superior habeat legitimam in illum potestatem: aut opinatur eam non habere; aut quando res præcepta est contra regulam.

SVMMARIVM.

*Explicatur ex quot capitibus possit dubium hoc ut subditus sumi. n.*1.

*An subditus dubitans, an res præcepta sit licita, teneatur obedire: refertur quædam sententia.n.*2.

*Explicatur sententia auctoris.n.*3.

*Quid si dubitet, an res præcepta excedat limites potestatis superioris? n.*4.

*An vt subditus teneatur obedire, opus sit vt iudicet id quod iubetur esse bonum, & elausum intra limites potestatis superioris: vel satis sit oppositum non sibi euidenter constare.n.*5.

*An subditus opinans esse illicitum quod iubetur, teneatur obedire, & teneatur iudicare superiorem ampliùs exponere probabilem.n.*6.

*Quid si opinaretur in quodam casu se non tenere obedire? n.*7.

An superiores præcipiunt contra regulam, vel præcipiunt alienum superiorie, sit obediendum, quando non est certum esse contra regulam, vel non posse in illa dispensare, vel non dispensare

spensare absque causa; & in dubio, an subsit causa dispensandi, vel gravior præsumendi, sit sufficiens iudicio superioris dispensantis, vel præcipientis n.8.

An teneatur obedire superiori coarctanti immunitates, & libertates in regulis, vel ab altiori concessas? n.9.

An quando valente infirma valetudine, aut alterius causa iubetur subditus non seminare, quando alias tenetur, aut non restituere, aut vesti exribus; teneatur in dubio obedire, id est, quando non constat esse iustam causam? n.10.

An religiosus iussu admittere prælatorum, aut audire confessiones, teneatur obedire, quando se indignum, aut literis destitutum credit; & minor sufficientia in hoc desideretur quam in audiente sua sponte confessiones? n.11.

Subditus dubitans prælice, an hic, & nunc sibi liceat parere, an teneatur parere? n.12.

Quid si eam conscientiam erroneam deponere nequeat, & an præceptum Prelati obliget plus quam conscientia illa erronea? remissiuè. n.13.

An subditus certò sciens se non peccare non obediendo, & dubitans an res præcepta sit illicita, vel an peccet obediendo, possit obedire? n.14.

An subditi, sine non subditi, dubitantes de iustitia belli, possint militia se adscribere? n.15.

An intelligantur nomine subditorum soli indigenæ, vel etiam fœmineæ, vel de exulibus? n.16.

Quid si subditi non teneantur obedientia, sed scientes superiorem velle, exequantur rem, de cuius iustitia dubitant? num.17.

Quid si subditi dubitantes sciant suum superiorem sentire rem illam esse licitam, vel eundem ex illis cum imperium? num.18.

An subditi dubitantes, an res præcepta sit licita, teneantur prius quam obediant inuestigare an licita sit? n.19.

An teneantur superiori proponere circumstantias quæ ipsum ignorare, aut quarum oblusus credant, & quid si adhuc superior præcipiat? n.20.

Quid si subditus certus sit superiorem dubitare quoque, an res præcipta sit licita, aut excedere limites suæ potestatis, aut ex conscientia erronea dubitare, aut putare esse illicitam, aut excedentem? n.21.

Quid si subditus dubitat circa facti? n.22.

Quid si subditus dubitans sit res præcepta valde difficilis, aut nimis molesta? n.23.

Quid si ex obedientia in eo dubio imminet subdito, aut tertia persona periculum, vt si dubitetur, an superior iuridicè regat? n.24.

An sit differenda executio præcepti, quando minus malum timetur ex distatione? n.25.

Quid si superior præcipiat aliquid sub conditione, & dubium sit, an sit impleta conditio? n.26.

An quando ratione dubij non tenetur subditus obedire, teneatur imposito præcepto sub excommunicatione lata? num.27.

An teneatur obedire, quando est dubium, an superior vitè electus, aut confirmatus sit? referitur quædam sententia. num.28.

Explicatur sententia authoris. n.29.

Quid si dubium sit, an aliquis sit suum superiorem? n.30.

1 QVÆSITO hæc vniuersaliter est tractanda de omnibus subditis, quia in omnibus procedit eadem ratio astringens subditos, vt superiori pareant in dubio, vel eos liberans à tali obligatione: potest autem dubium ex triplici capite oriri. Primum est ex parte solius præcepti, quando, nempe, constat de præcipientis authoritate ad rem illam præcipiendam, & de rei præceptæ honestate; sed dubium est, an id præceptum impositum sit, vel an obliget in hoc casu propter circumstantias occurrentes: vel quia dubitatur, an sit vsu, vel dispensatione abrogatum. Et de hoc dubio non tractatur in præsenti; satis enim de hoc dictum est *lib. 1. huius tract. c. 10. num. 19. & 20.* Secundum est ex parte rei præcepto impositæ: quia etiamsi de prælatione iubentis constet, & de præcepto, dubitat subditus, an res præcepta excedat eius potestatem ad præcipiendum, eo quod dubitat, an illicita sit, vel supra, aut præter regulam, aut supra potestatem cuiusuis alterius superioris præcipientis. Tertium est, quando dubium oritur ex parte prælationis præcipientis, quia dubitat de legitima illius superioris potestate; vt si dubitetur an rite electus, aut confirmatus sit, aut an sit superior huius, cui aliquid præcipitur. Primò ergo tractabitur de dubio orto ex parte ipsius rei præceptæ: deinde, quando oritur ex parte prælationis.

Quando ergo dubium obligationis obediendi consurgit ex parte rei præceptæ, eo quod dubitatur, an licita sit, necne; quidam sentiunt nulli subdito (ea conscientia non deposita) integrum esse parere cuicumque superiori. Ita sentit Adrianus *quodlibeto 2. punct. 2.* & in re sentit Gabr. Vasq. *1. 2. q. 19. art. 6. disput. 66. c. 9. à n. 31. vsque ad fin.* vbi ait, non posse in hoc dubio subditum obedire, nisi, quamuis per intrinseca illius materiæ præceptæ principia, ac considerata eius natura, dubius sit de eius honestate; at per extrinseca dubium deponit habens iudicium determinatum, quo rem illam licitam esse indicat. Hæc autem extrinseca principia dicit esse, si subditus vir doctus sit, & perpensa superioris authoritate, scientia & prudentia pollentis, aut aliorum authorum opinionem sequentis, dubium deponat, credatque id probabiliter licere. Si autem subditus ignarus sit, ait, multo magis eum excusari, si bona fide sequatur præceptum superioris, de cuius iustitia nescit ipse diiudicare. Quare nihil tribuit possessioni, quam habet superior præcipiendi, vt stante dubio, an res præcepta sit licita, necne, non sit sua possessione spoliandus, denegata ei obedientia. Atque ita concludit, impugnans sententiam communem distinguentem inter subditos istos à suo Principe bellum aggredi, de cuius iustitia dubitant, & alienigenas similiter dubitantes, vt illi in eo dubio ratione obedientiæ excusentur, ij autem non, cùm nulla obedientiæ ratio eos excuset. Sed hanc distinctionem impugnat, dicitque illi licere, manente iniustitiæ belli dubio, nec saltem per extrinseca principia concepto iudicio determinato iustitiæ illius belli, at vtrisque licere hoc iudicio concepto. Eiusdem ferè opinionis est Salas *1. 2. q. 21. sect. 8. disput. vnic. sect. 17. num. 152.* vbi etsi dicat in dubio esse obediendum; at dicit id non prouenire ratione possessionis præcipiendi quam habet superior; sed quia aliàs non possent commodè homines gubernari. Cùm passim dubia circa res præceptas occurrant. Et in *num. 159.* dicit, non esse generaliter verum, vt id quod (stante dubio) non erat licitum facere, fiat licitum ratione præcepti superioris, sed solum hoc habere vim, quando aliquis dubitaret, an res præcepta sit licita, ac certus esset, si forte est peccatum, esse longè minus quàm inobedientiam: tunc enim accedente hoc præcepto, licitè faceret, ad vitandum hoc maius peccatum, quod, secluso præcepto, illicitum ei esset; quia præceptum, inquit, superioris nequit communiter efficere, vt id, quod alioquin erat dubium, sit subdito licitum: sed id dumtaxat, vt quod alioquin erat licitum, sit obligatorium. Ducitur hæc sententia, quia ad rectam operationem exigitur determinatum conscientiæ iudicium; cum conscientia enim dubia operari, est intrinsecè malum. At perseuerantì dubio, an res sit licita, necne, non potest determinatum hoc iudicium concipi: nam cùm licitè rem illam fieri pendeat ex eo, an res præcepta sit licita, an illicita; diuo stat dubium, an licita sit, non potest iudicium determinatum concipi, quo rem illam licitè fieri posse credatur. Et confirmatur, quia ad rectè operandum, oportet operantem sequi opinionem, quam iudicat esse probabilem, asserentem rem illam esse licitam. At dum subditus de hoc dubitat,

dubitat, nequit illud iudicium habere, cùm opinio non sit cum dubio; hoc enim omnem assensum excludit: illa autem assensum determinatum petit, cuit enim alterius partis formidine; nec esse opinionem probabil cm potest iudicare ex eo, quod ille superior sit, & id præcipiat. Nec enim dignitas superioris efficit opinionem probabilem. Ergo stante eo dubio, non potest obedire, nec ad id deponendum sufficiens est præceptum Prælati. Secundò potest probari, quia cùm obedientia à religioso debita sit ratione voti, est limitata ad ea præcepta, quæ licita sunt, & secundùm regulam. Et similiter cùm obedientia debita cuicumque alij superiori, non sit vniuersalis quoad omnia, sed quoad sola licita, & clausa intra limites potestatis illius superioris ad præcipiendum, solùm est possessio pro superiore, dum iubet licita, & secundùm regulam, vel secundùm limites suæ potestatis; in reliquis autem est possessio pro libertate subditi. Ergo cùm dubium est, an res præcepta sit licita, & secundùm regulam, clausaque intra limites potestatis præcipientis, est potius possessio pro subditi libertate, vt parere minimè teneatur. Et confirmatur, quia cùm peritur ab aliquo res, quam dubitat se deberè, non tenetur, donec sibi constet, & petenti incumbit onus probandi debiti. At cùm dubitatur, an res præcepta sit licita, dubitatur cõsequenter, an sit debita ex Prælati obedientia. Tertiò, quia maior est obligatio voti, vel iuramenti, quàm præcepti Prælati. Sed in dubio, an res promissa, vel iurata liceat, non est implenda donec, dubio deposito, constet eam esse licitam. Tandem, quia quando concurrunt duo præcepta incompossibilia, id quod magis obligat, præponendum est, vt diximus *lib. 1. c. 10. num. 7.* Ergo quando præceptum Prælati concurrit cum contrario præcepto iuris naturalis, aut ecclesiastici, ratione cuius dubitatur, an res illa præcepta sit illicita, eligendum est potius ne subditus exponatur periculo transgressionis præcepti naturalis, vel ecclesiastici, quàm periculo transgressionis præcepti Prælati; quia illud maius periculum magis est fugiendum, quàm hoc: & subditus obediens exponetur periculo transgressionis maioris præcepti, cui periculo non exponetur non obediens.

3 Cæterùm verissima sententia est, quando subditus dubius est, an res præcepta sit licita, necne, excusari ob superioris præceptum, & sic teneri eum obedire. Ratio est, quia operari cum dubio speculatiuo, nulla prorsus est culpa, quoties ratio aliqua vrget ad contrarium iudicium practicum formandum. Hæc autem ratio est possessio alterius, quæ in hoc dubio præponderat, vt vtrumque probauimus *lib. 1. huius tract. c. 10. num. 13. vsque ad 16.* At in casu dubij vtrumque, an res sit licita, necne, est melior conditio superioris, vtpote qui in possessione suæ potestatis præcipiendi subdito existit quem spoliandus non est, nisi vbi constaret eum limites suæ potestatis excedere, rem illicitam præcipiendo. Et confirmatur, quia quamuis in hoc casu videatur potius possessio pro subdito, vt probabat secunda ratio adducta supra n. præced. pro contraria sententia: at verò possessio est pro superiori, quia pro illo est re vera possessio, pro quo est præsumptio iuris, & in alterum, contra quem est ea præsumptio, transfertur onus probandæ exemptionis suæ, vt probauimus *lib. 1. huius tract. c. 10. num. 18.* At mandatum superioris in dubio præsumitur iustum, nec limites suæ potestatis excedens, vtpote cui subditus vice Dei gubernandum se tradidit, vt probatur *e. quid culpatur, in fin. 23. q. 1.* & alius dicit docet Conarru. *reg. peccatum. 1. part. n. 5. ad finem.* Et constat, subditum inesse debitum parendi, & suam voluntatem abdicasse in superiorem: quare superior habet ius, & possessionem præcipiendi, non subiun quæ subditus nequit esse iusta, nec limites suæ potestatis excedentia; sed ea, quæ non constat esse iniusta, nec excedere limites potestatis, cùm in eo dubio stet præsumptio pro præcepto. Secundò, quia filij Israël iussi sunt à Deo *Deuter. 17.* & *2. Paralip. c. 19.* & *Ezechiel. 44.* vt in iudiciis, & ambiguis iudicia statere sacerdotum decreto. Nec hoc præceptum fuit legis veteris peculiare, vt sic cum illa interierit; sed iuris naturalis, vt constat ex ratione præcedenti, & ex sequenti. Tertiò, quia potestas superiorum est ad gubernandos subditos, ne errent; quæ gubernatio maximè in rebus dubiis est necessaria, nec tenentur superiores reddere subditis rationem eorum quæ iubent. Quartò, quia D. August. *lib. 22. contra Faust. c. 74. & 75.* & refertur *c. quid culpatur, in fin. 23. q. 1.* Regi etiam iniquo indicetur bellum, obediendum esse à subditis docet, dum non constat id esse iniustum. Tandè hæc pars ex solutione cõtrariorum, quæ n. præced. adducta sunt, magis constabit. Nam ad primum fateor determinatum iudicium, non speculatiuum, sed practicum desiderari, quo operans iudicet se non peccare in eo opere. At hoc potest concipi stante dubio speculatiuo, vt diximus in prima ratione, nec rem illam licitè fieri, pendet ex eo quod in se sit licita. Sed dum non constat eam esse illicitam, siue re vera sit licita in se, siue illicita, sit licitè, excusatus superioris præcepto, cui in eo dubio obtempérandum estque ita præceptum superioris, etsi non varier natura rei, pro vt est in se, at variat in ordine ad subditum, & efficit, vt quod altàs illi erat illicitum ratione dubij speculatiui, quod iustè, secluso præcepto, non poterat deponere; fiat illi licitum accedente præcepto, & possessione superioris, quæ efficiunt, vt id dubium speculatiuum in istè deponatur, & sic non dubitetur practicè, vt constabit ex corollariis hinc deducendis; vbi ostendetur idemmet, ratione dubij, licere subditis, nefas autem esse non subditis. Ad confirmationem negatur esse opus, vt operans sequatur opinionem, quam credit esse probabilem, distantem rem illam esse licitam; hoc enim iudicium est speculatiuum, quod quamuis dubium sit, non obstat rectitudini operationis, sed satis est, credat probabiliter sibi licere obedire eum eo dubio speculatiuo honestatis rei præceptæ, quod ad iudicium practicum spectat. Et quamuis sola præcipientis superioris authoritas satis non sit ad iudicium probabile speculatiuum honestatis rei præceptæ concipiendum: at satis est ad iudicium practicum, quo credatur licitum esse, imò obligatorium obedire non stante dubio speculatiuo. Ad secundum constat ex confirmatione primæ rationis adductæ pro nostra sententia. Ad confirmationem dico, disparem esse rationem, quia cùm peritur à me res, quam dubito, an debeam, nulla est possessio pro petente, & ita non teneor dare. At dum superior petit obedientiam, quam dubito, an ipsi debeam, habet ius possessionis sui superioritatis, & meæ subiectionis; & ita teneor vt in eo dubio ipsi obediam. Ad tertium respondetur, diuersam esse rationem, quia cùm superioris sit gubernare subditum in rebus dubiis, cuius præceptum reddit securos subditos, quod non præstat proprium votum, vel iuramentum. Ad vltimum respondetur, id argumentum optimè probare, quando constaret vtrumque præceptum secum pugnare, quod euenire quando certum esset in eo eventu obligare contrarium præceptum naturale, aut ecclesiasticum. At etiam res sit dubia, an aliud præceptum tunc obliget, & in dubio sit possessio pro Prælato præcipiente, obligabit eius præceptum, nec periculum eius materialis transgressionis petentis contrarij obstat: quia in eo dubio est superior vel interpres voluntatis Dei volentis, vt eo non obstante, superiori pareatur; vt bene ait Sotus *strictu. 5. q. 1. a. 3.* Atque ideo hanc sententiam sustinent Glos. *c. dilecta, in fine, de matrim. & c. in di. & c. 28. ad aures. verb. obedientia. de tempor. ordinand. & c. ex tenore. verba, mandata, de sentent. excomm. & c. quid culpatur, verb. in pœnitentia. 23. q. 1. & c. nosse verb. formidat. dist. 11.* Innoc. *c. scias. 1. num. 1. de iuramento.* & ibi Ioan. Andr. *num. 3.* Hostien. *num. 3.* Ioan.

num 5. Abb. nu. 15. Alexander de Neuo n. 79. Bellamer. q. 6. num. 15. Henr. num. 1. idem Hostien. sum. de de poenit. §. quid de raptu. 1. verf. quid si prohibitus dubitat. Anton. cap. alim. num. 13. de restitu. spoliat. Archidiac. c. de mipse. num. 2. 14. q. 1. Pahid. 4. dist. 19. q. 4. num. penult. & distin. 46. q. 2. art. 1. qu. 4. conclus. D. Bonauent. 2. dist. 39. art. 1. q. 3. ad 2. dum. & ibi Carthusian. q. 3. Alen. part. 2. q. 120. membr. 3. art. 2. Mijnots 4. dist. 15. q. 20. conclus. 4. & dist. 38. q. 3. 15. fint. Gabr. 2. dist. 3. q. 4. art. 2. nota. 4. Dur. Anton. 3. part. dist. 16. cap. 1. §. 9. vers. 3. Rosel. verb. bellum. num. 4. & verb. confessio. n. 2. penult. & verb. obedientia. num. 1. 4. Angel. verb. religiosus. n. 2. penult. & verb. obedientia. num. 6. & verb. conscientia. num. 3. & verb. bellum. num. 8. Sylvest. verb. bellum. 1. quæst. 9. conclus. 4. & verb. conscientia. q. vltim. & verb. obedientia. q. 4. & verb. religio. 6. q. 6. Tabien. verb. bellum. q. 11. num. 14. & verb. conscientia. q. 3. num. 4. & verb. obedientia. q. 11. num. 11. Armil. verb. obedientia. num. 4. & verb. bellum. nu. 4. Caiet. sum. verb. bellum. & 2. 2. q. 169. art. 2. circa solut. ad 4. in dub. 2. Victor. de iur. bell. relectio. 5. num. 31. Sot. de secret. mend. 5. q. 2. conclus. 3. Nauarr. c. si quis autem. num. 114. de penit. dist. 7. & sum. c. 23. Latin. num. 37. Hisp. num. 16. Anton. Cucus lib. 4. de iustitia. tit. 1. num. 114. Cordu. lib. 3. quæstionar. q. 6. statim in princ. & infra vers. secundo pari. Medi. lib. 1. sum. c. 2. §. 6. Tapia autem. ingres. §. verb. ipso ingressu. c. Tabum. 48. C. de sacrosanct. Eccles. Toled. in sac. sum. vbi de peccat. mortal. c. 11. num. 6. Azor tom. 1. institut. moral. lib. 2. c. 13. q. 9. Baiez 2. 2. q. 40. art. 2. dub. 6. Molin. tom. 1. de iust. disp. 12. ac consel. 3. Valent. 2. 2. disp. 2. q. 14. punct. 4. quæstionc. 4. vers. peculiariter autem. & 2. 2. disp. 1. q. 16. punct. 2. col. 1. vers. Sexto verum est. & disp. 7. q. 3. punct. 2. col. 1. vers. & hæc quidem. & disp. 10. q. 4. punct. 3. ad fin. Nauarr. 2. 2. de restitu. c. 2. in non etiam. 2. part. dub. 12. à nu. 351. Petr. de Ledesm. 2. sum. sum. tract. 3. cap. 13. conclus. 19. Manuel. 1. tom. sum. 2. edition. c. 136. num. 1. & tom. 1. qu. regular. q. 19. art. 6. Emmanuel 82. sum. verb. bellum. num. 1. Anton. Perez certamen. 10. scholastic. dub. 1. à num. 125. Sayr. lib. 1. elum. reg. c. 11. n. 4.

Hinc deducitur primò, à superiori teneri subditum obedire quando constat rem præceptam esse licitam & tantùm dubitat, an excedat regulam, & limites potestatis superioris; quia minorem authoritatem habet superior in re, de quarum bonitate dubitatur, quàm dum solùm dubitatur, an excedant limites suæ iurisdictionis. Si ergo in prioribus tenetur subditus obedire tenebitur à fortiori in posterioribus. Item, quia non constat rem præceptam non esse malam, & ita tenentur fateri Doctores n. præced. allegati.

Secundò deducitur, vt subditus teneatur obtemperare superiori, minimè esse necessarium, vt ipse subditus videat, & intelligat esse bonum, & contentum intra limites authoritatis superioris, id quod iubetur, sed satis est, vt ipse non sciat euidenter esse malum, & extra eos limites. Constat ex D. August. relato c. quid culpatur. in fin. 11. q. 3. vbi ad hanc obedientiam expresè petit, ne certum sit rem imperatam esse contra Dei legem. Atque ita docent Innocen. Hostien. Ioann. Andr. Bald. Anton. Abb. Alexand. de Neuo, Gabr. Nauarra, Toled. allegati n. 3. Caietan. sum. verb. bellum. vbi Armil. num. 4. Sylvest. verb. conscientia. q. vltim. & ibi Rosel. num. penult. Angelus. 1. Tabiena q. 1. num. 4. Valent. 2. 2. disp. 7. q. 3. punct. 1. col. 2. vers. 3. qui bene addit, euidens in præsenti esse nō quod ipsi soli subdito ex passione fortè taie videtur, sed quod iudicio aliorum prudentium proborum, & peritorum iudicabitur, aut iudicari potest esse tale. Immo hanc euidentiam talem petunt Rosell. verb. obedientia. num. 14. & ibi Angel. num. 6. Sylvest. quæst. 1. Tabiena q. 11. num. 11. vt nulla excusare ignorantia possit excoquendo superioris mandatum, vt si sit contra fidei articulos, aut diuina præcepta, aut generalem Ecclesiæ Sanctæ. Verum non hoc necessarium credo, sed quomodocumque euidens sit rem illam esse illicitam, aut transgredi limites potestatis superioris, non tenetur subditus obedire. Quare non placet quod tradit Nauarra sum. cap. 23. Latin. num. 37. Hisp. n. num. 18. vbi dixit opus esse, vt subditus in hoc dubio licitè obediat, vt deponat conscientiam dubiam, credens posse superiorem id præcipere, & si quis aut. num. 114. de penit. dist. 7. vbi ait, opus esse, vt prius persuadat sibi subditus rem præceptam esse bonam, saltem quoad effectum, ad quem sibi imperatur. Sed ex authoribus citatis constat, non esse necessarium hoc iudicium in subdito, cùm id specularium sit; sed satis esse, ne certò noverit illam esse malam, & proinde à superiore præcipi non posse.

Tertiò deducitur, non esse approbandum quod tradunt Vasq. 1. 2. q. 19. art. 6. dispu. 12. c. 1. num. 32. & 51. & Azor lib. 1. c. 17. q. 9. vbi tradunt, subditum probabiliter opinantem, esse illicitam rem à superiore præceptam, non posse licitè obtemperare, nisi iudicet quoque Prælatum amplectì aliam opinionem probabilem dicentem esse licitam rem illam: quia aliàs obtemperans contra propriam opinionem, ageret contra conscientiæ propriæ assensum. Cæterum dicendum est, quamuis iudicet probabiliter esse malum, quod superior præcipit, teneri ipsum obedire, quia ius habet superior tanquam possidens, imperandi id omne de quo euidenter non constat esse malum, aut extra limites authoritatis suæ (vt n. præced. probauimus.) Ar opinatis esse malum, non habet euidentem eius certitudinem, cùm de opinionis ratione sit, vt sit assensus non vndequaque certus, & euidens, sed cum formidine alterius partis. Item, quia contra opinans matrimonium esse nullum, tenetur alteri petenti reddere, donec certò sciat nullitatem matrimonij, ne alterum possessione sua spoliet, vt latè probauimus lib. 1. de matrim. disput. 1. 4. num. 1. Ergo opinans rem præceptam esse malam, & sic superiorem non posse illam præcipere, nequit illum sua præcipiendi possessione spoliare, donec certus omnino sit. Et ita docent Rosel. verb. conscientia. num. penult. & ibi Angel. num. 4. Sylvest. q. vltim. Tabien. q. 3. n. 4. Cordu. lib. 3. quæstionar. q. 9. initio. Valent. 2. 2. disput. 7. q. 3. punct. 1. 2. col. 3. Suar. 5. tom. de 3. part. disp. 4. sect. 6. num. 5. & 6. Sayr. lib. 1. elum. reg. c. 11. 2. num. 1. Idem tenet Salas 1. 2. q. 11. n. 3. 8. disput. 1. tomi. sect. 8. num. 76. licèt non immutatur possessionis superioris; sed quia esset confusio, & destructio communitatis, si præterea opinionis propriæ nullet quis superiori obedire. Item, quia aliò quin superiores cogendi essent ad non præcipiendum, tuta certa, & euidenti cognitione, quod est supra humanam facultatem. Si autem potest subditus ex probabilibus rationibus formare iudicium prudens, & practicum ad operandum; cur hoc non licet superiori ad ferendam legem, aut præceptum? quod [illegible] illicitè præcipit, alij obedire tenentur. Immo [illegible] do, etiò subditus tanquam probibilius sibi persuadet rem præceptam esse malam; adhuc enim tenetur obedire, cùm assensus ille non sit certus, & euidens, nec limites opinionis transgrediatur. Quod ostendimus esse necessarium ad spoliandum superiorem possessione iubendi. Quod idem eadem disputatione 44. num. 3. fin. lib. 2. de matrim. probauimus de coniuge opinanti tanquam probabilius matrimonium esse ratum. Secus ait Suarez suprà, n. 6. si manifestè probabilius sit præceptum esse iniustum; quia tunc est valde probabile, non teneri subditum obedire. Sed hoc non credo, quia ad spoliandum superiorem sua possessione, non sufficit iniustitiæ cognitio probabilis de iniustitia præcepti. Nec existimo opus esse, vt subditus iudicet opinionem superioris esse probabilem dicentem rem illam esse licitam, nec vt deponat propriam assensum opinatiuum, quo credit, rem illam esse illicitam, sed eo assensu persuadente, & ignorata probabilitate alterius opinionis, tenetur subditus parere, dum non sibi certa sit iniustitia rei præceptæ. Et ita Doctores allegati diversè indistinctè

teneri

teneri subditum obedire contra propriam opinionem, sicut tenetur obedire, dum dubitat de honestate rei præceptæ, nec est opus id dubium deponere, vt probauimus n. 3. & 5. Non enim minus malum est operari contra conscientiam dubiam de operis honestate, quàm contra conscientiam opinantem rem esse illicitam. Et ratio est, quia ea opinio, & dubium subditi sunt specularia; at operari contra dubium, & propriam opinionem specularium licitum est, & obligatorium, quando possessio alterius cogit ad formandam contrariam opinionem practicam, nempe, esse tunc obediendū, ne alter iusta possessione spolietur, dum iniustitia rei præceptæ non certò cōstat, vt diximus n. 3.

7 Secus tamen esset, si daretur opinio probabilis dicens in aliquo casu non teneri subditum obedire superiori; tunc enim subditus credēns eam opinionem esse probabilem, non teneretur obedire, licèt posset, quia potest alterutram opinionem tuto sequi. Et ita docet Sayr. lib. 1. elum. reg. cap. 12. num. 6. vers. illud tamen. Tunc enim non præponderat possessio certa superioris, quia eo ipso quod sit opinio probabilis, dicens subditum non teneri in eo casu obedire, vocatur in dubium possessio superioritatis in subditum, & ideo non supponitur ea possessio, vt præponderet contra libertatem quam habet subditus ad sequendam quamcumque opinionem probabilem earum, quæ sunt immediatæ regulæ operationum. Immo idem sentio, quamuis subditus crederet opinionem fauentem superiori esse probabiliorem, quia maior illa probabilitas non reddit omnino firmam possessionem superioris, nec tollit probabilem opinionem fauentem libertati subditi, vt sequatur vnam, aut alteram partem. Quod si dicas, eo ipso quod probabiliter opinatur subditus rem præceptam esse malā, aut excedentem limites potestatis superioris, cōsequitur, vt opinetur probabiliter, se non teneri obedire, cùm in solis licitis, & conformibus potestati superioris sit ipsi præcipiēdi ius. Respondetur negando id sequi, quia superior non habet tantùm ius præcipiendi res quas subditus nouit licitas esse, & intra limites suæ potestatis, sed etiam res vniuersas, quas subditus non cognoscit euidenter illicitas, & vltra potestatem superioris, vt n. 3. probauimus: quare dum solus est assensus huius opinatiuus, certum est subditū teneri obedire, sicut habenti opinionem probabilem, immo probabiliorem dicentem suam esse rem ab altero possessam, non licet alterum spoliare sua possessione; quia dum non est certitudo, non est probabile licitum esse spolium alterius propria authoritate factum. At verò si haberet pro se opinionem etiam minus probabilem dicentem licitum esse [illegible] spoliare alterum, posset illum spoliare sequendo opinionem illam probabilem. Secundò, obiicies superiorem tunc licitè præcipere ratione opinionis, & consequenter obligare, ergo subditus tenetur obedire, & manet obligatus, cùm sint relatiua; nec potest dari bellum iustum ex vtraque parte. Respondeo farendo superiorem probabiliter obligare; & ita subditum manere probabiliter obligatum: at cùm sit etiam probabile oppositum, scilicet superiorem non obligare, poterit subditus illud sequi in praxi; nec absurdum est, dari bellum iustum ex vtraque parte, quando ignorantia veritatis excusat, vt hic contingit: patroni enim causarum ignorantia veritatis excusantur ratione probabilis opinionis sibi fauentis, vt in litibus contingit; prudenter enim agunt advocati probabilem iustitiam tuendo. Et ita Nauarra lib. 3. de restit. part. 3. dub. 13. fin. in nouo edit. n. 259. dicit bellum vtrimque iustū esse ratione probabilis ignorantiæ, quando Princeps habet opinionē probabilē dicentem suum tributum obligare, & esse iustū, & subditus habet probabilem opinionem, quod non obligetur, & tunc nec subditum peccare non solutendo, nec Regem exigēdo.

Quartò deducitur, qualiter intelligendum sit quod 8
tradunt D. Thomas quæstiones. 10. art. 12. corpor. & 2. 2. q. 104. art. 5. ad 3. Anton. 3. part. tit. 16. cap. 1. §. 9. nempe, non teneri religiosum obedire superiori præcipienti aliquid contra præceptum regulæ, aut altioris superioris. Id enim intelligendum est, quando superior nequit in eo præcepto dispensare, aut nulla est dispensandi causa, quia in his casibus iniustè præcipit, sæpeque potestatis limites excedit. Et ita D. Bernard. lib. de dispensat. & præcept. sic ait: Votum meum non minuat Prælatus absque causa. Atque ita docent Maior 4. dist. 38. q. 1. ad fin. Caiet. 2. 2. q. 104. artic. 5. circa solution. ad 3. Rosell. verb. obedientia. num. 10. Angel. verb. religiosus. num. 29. Sylvest. verb. religio. 6. q. 6. Tabiena verb. obedientia. q. 11. num. 12. Nauarr. sum. cap. 23. Hisp. num 39. Latin. num. 38. Cordu. in reg. D. Francisci. c. 10. q. 2. punct. 2. Toled. vbi de peccat. mort. cap. 16. num. 3. Valent. 2. 2. disput. 2. q. 3. punct. 2. fin. Leonard. lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 9. num. 76. vers. 4. Tapia autben. ingress. verb. ipso ingressu. cap. 1. num. 56. C. de sacrosanct. Eccles. Dum autem non est certus subditus, an superior possit dispensare, necne, teneatur obedire, vt bene docent Rosell. Angel. Sylvest. & Tabien. citati. Atque idē dicendum est, quando non constat subdito, sed dubiū est, an ducatur Prælatus ex iusta causa ad dispensandum, vt bene tradunt Maior, Rosel. Angel. Sylvest. Cordu. Tapia. ibidem. Nauarr. sum. Hispan. c. 23. num. 38. Leonard. num. 77. vers. in dubio autem. Quia in dubio, an subsit iusta dispensandi causa, standum est iudicio Prælati, & pro eo saltem in foro conscientiæ præsumitur, vt probauimus lib. 8. de matrim. disput. 17. nu. 15. & præter authores ibi citatos, tradunt D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 11. ad 2. Paludan. 4. dist. 38. q. 4. art. 4. conclus. 3. num. 40. Dur. Anton. 2. part. tit. 11. cap. 2. §. 9. notabil. 3. Sylu. verb. votum. 4. q. 6. Nauarr. sum. Latin. prelud. 9. num. 13. Quare Caietanus proximè allegatus, & Tabien. verb. obedientia. q. 3. n. 6. dum dicunt non obremperādum Prælato absque causæ discussione dispensanti; intelligendi sunt quando constat subdito, cum absque legitima causa dispensare; inaque oportet, ne subditus teneatur obedire in hoc euentu, triplicem in subdito certitudinem concurrere, vt bene docent Rosel. Angel. & Sylvest. ibidem, nempe, quæ certus sit rem præceptam esse contra regulam, vel altioris superioris præceptum, & superiorem non posse dispensare, vel si possit, non huci ex iusta causa. Vnde si dubius sit, an sit contra regulam, vel id præceptum, vel esto sit, dubitat, an possit dispensare, vel an moueatur ex iusta causa, teneatur obedire; quia quæcumque ex his tribus certitudinibus desit, res est dubia, an honesta sit, ac limites superioris excedens. At in hoc dubio satis probauimus n. 3. obedientiam deberi: vtrum autem quando dubium est, an materia sit grauis & capax præcepti sub mortali præcipientis, teneatur subditus sub mortali obedire, dicemus c. sequent. n. 46.

Quintò deducitur, quid in ea quæstione sentien- 9
dum sit, an possit superior libertates, & immunitates in regula concessas subditis, coarctare contra regulæ, vel altioris superioris præscriptum, teneaturque subditus obedire? quam tractat Couar. in reg. D. Francis. cap. 10. q. 2. dict. 6. atque sic bene distinguit: si illa concedantur in regula religiosis, & non interdicatur Prælatis potestas coarctandi in parte, vel in toto in casu occurrenti ex causa iusta, tunc poterit coarctare, & tenebitur subditus obedire: quia quamuis Prælati non possint ea in vniuersum immutare, subditique interdicere, id enim regulæ limites excederet; at possunt in peculiari casu causa iusta ducti coarctare: neque hoc est contra regulam, aut eius limites excedens. Si autem ea ita in regula concedantur, vt denegetur omnino Prælatis facultas coarctandi, non erit eis integrum coarctare, nec coarctantibus tenebuntur subditi parere, quod id præceptum limites regulæ excedat, ita quod

Prælati

Prælatiilli dispensare nequeunt: additque bene Cordu. ex ipsa regulæ littera, circiustantiisque perpendendum esse an denegetur, concedatúrve potius ea facultas Prælatis. Idem etiam dicendum est quando Prælatus inferior limitaret licentiam & immunitatem à Prælato superiori concessam alicui, quia eadem ratio militat. In dubio autem, an Prælati possint coarctare, & an causa iusta subsit, dicendum est idem quod diximus n. præceden. nempe standum esse superioris iudicio.

10 Sextò deducitur, quando valetudinarius, aut alio impedimento laborant, dubius est, an teneatur ieiunare, abstinere à carnibus, officium diuinum persoluere, & sic de similibus, teneri obedire Prælato præcipienti, ne ieiunet, aut ne officium canonicum persoluat, aut carnibus vescatur. Quia tunc tantum est dubium, an res sit licita; in quo casu obtempérandum esse probauimus n. 3. Nec obstat periculum fractionis legis illius ecclesiasticæ, quia præceptum Prælati habetur in eo dubio pro legis interpretatione. Sic Sot. *de secreti moralib. 3.q.2.concl.1.* Salas 1.2.q.21 *tract.8.disp.vnic.sect.17.n.156.* Citans Cordubam.

11 Septimò deducitur, qualiter intelligendum quod tradunt Paludanus *4.dist.19.q.1.art.1.num.7.* & D. Anton. *3.part.tit.16.c.1.§.7.post 7.monabit. vers.ad prælaturam autem.& tit.17.cap.16.§.1.* vbi dicunt, religiosum iussum à Prælato admittere prælaturam ordinis, aut audire confessiones, teneri obedire, quamuis eo munere se indignum, & carentem scientia sufficienti reputet: id enim intelligendum est, quando non euidenter nouit defectum dignitatis, & scientiæ, sed dubius est, quia in dubio obediendum est. Atque ita explicant Sylvest. *verb. confessor 3.q.1.* Nauar. *sum.c.4. Hispan.num.3. & 6. Latin. n.9.&* 14. Metin. *lib.1.sum.c.5.fin.* Suar. *4.tom.in 3.par.disp. 28.sect.2.n.7.* Manuel *1.tom.sum.2.edition.c.61.* qui omnes loquuntur de munere audiendi confessiones. Non tamen admittendum est, quod tradunt Paludan. & D. Anton. vtroque loco citato, & Sylvest. *verb.confessor. 3.§.2. fine*, nempe, minorem scientiam desiderari in audiente confessiones ex obedientia Prælati, quàm in sua sponte audienti. Sed dicendum est, eádem in vtroque requiri quia obedientia efficere nequit, vt quispiam sufficiens scientia ad excipiendas confessiones destinatus, id munus licitè obeat; & si sufficiens scientia sit, eadem quoque sufficiet id munus propria sponte subeunti: nec enim in hoc maior quàm sufficiens scientia desideratur. Et ita eam differentiam reprobat Nauar. *sum.cap.4. Hispan.n.3. Latin.n.9.* Suar. *ead.sect.2. n.7.*

12 Octauò deducitur, teneri subditum parere superiori, quamuis dubium practicum habeat, nempe an hic, nunc liceat in re hac quam dubitat, an sit licita, pateat. Quia etsi hoc perseuerante sit nefas parere, eo quòd contra conscientiæ practicæ dictamen agatur, quod nullo euentu potest esse licitum: at accedente superioris præcepto tenetur id dubium practicum, tanquam conscientia erronea procedens, deponere; quia adest iusta deponendi causa; & vt id dubium transeat in sententiam speculatiuam, an res sit licita, necne, credendo ob præceptum superioris non tantùm licere in eo euentu obedire, sed teneri. Atque ita docent Molin. *tom. 1. de iust. disp.113.col.penult. vers.illud circa rem.* Sayr. *in clau.reg. faceratis lib.1.c.13. num.39.* Salas 1.2.q.21 *tract.8. disp.vnic. sect.26.n.268.*

13 Quod si deponere eam conscientiam erroneam nequeat, quòd præceptum magis obliget, num Prælati, an conscientiæ erroneæ & vtrumuis faciendo peccet, satis diximus *lib.1.huius tract.c.11.à n.12.vsque ad 16.*

14 Si tamen certus est subditus se non peccare non parendo superiori, eo quod constet rem præcepta excedere limites illius potestatis: at dubitat siue practicè, an obediendo peccet, siue speculatiuè, an res sit illicita; tenetur non obedire, vtrouis dubio permanente, quia tunc nulla est ratio deponendi dubij, siue practici, siue speculatiui, cùm ex certitudine stante, superior nulla præcipiendi possessione iuuetur: & sic sine causa exponeret se periculo. Et ita docet Cordu. *in question. lib.3. q.7.proposit.vnic.* Manuel *99.regular.tom.3.q.19.ar.5.* Salas 1.2.q.21 *tract.8.disp.vnic.sect.17.n.156.*

15 Nonò deducitur, approbandam esse distinctionem inter subditos Principis dubitantes, an bellum sit iustum, & non subditos; vt illis manente adhuc dubio speculatiuo, liceat ire ad bellum, non autem his quamuis (vt n.2. retulimus) quam reprobet Vasq. dicens neutris licere, manente omnino eo dubio; & vtrique eo deposito, cuius fundamenta retulimus ibi, & soluimus n.3. Eam quoque reprobant Nauarr. *lib.2. de restit.c.3.in nou.edition.2.part.dub.12.à n.260.* & Salas 1.2.q.21 *tract. 8.disp.vnic.sect.26. num.272.* sed longè alio modo quàm Vasq. aiunt enim in eo iustitiæ belli dubio integrum esse eo manente, tam subditis, quàm non subditis, militare. Ducuntur primò, quia quicumque dum certi non sunt de iniustitia, tenentur existimare Principem indicentem bellis iusto procedere, ne iudicij temerarij sint rei condemnantes absque sufficientibus indiciis. Secundò, quia alijs subditi dubitantes peccarent semper ferè mortaliter, si militiæ adscriberentur, quia nunquam cogi obedientia Principis solent, sed sua sponte se militiæ adscribunt. Tertiò, quia Princeps, qui principalis causa belli est, nò peccat, ergo nec non subditi qui sunt instrumentalis causa. Quartò, quia expedit vt amici, & non subditi Regem bellaturum adiuuent, quin illis manifestentur causæ belli, sed in fide Regis indicentis bellum. Tandem, quia adnocatus dubitans de clientuli iustitia, licitè ei patrocinatur (vt probauimus *lib.1. huius tract.c.9.num.51.*) At nihil refert, an patrocinio, an armis aliquem tueamur. Sed tandem *num. 266.* concludit Nauarra, disputando hæc dicta esse; sapientis autem fore, non recedere à contraria sententia communissima. Sed dicendum est, prædictam distinctionem esse verissimam, quam approbare videntur Innocent. *cap. sicut.el 3.num.1. de iureiuran.* & ibi Ioannes Andre. *num. 5.* Hostiensis *num. 3.* Anton. *cap.alim. num. 25. de restitut.spoliat.* Rosell. *verb. bellum. num. 4.* aiunt enim subditos eum eo dubio euntes ad bellum, excusari à peccato ratione obedientiæ sui Principis. Cùm ergo ea obedientia locum minimè habeat in non subditis, ij non excusabuntur. Et in propriis terminis eam tenent Archidiac. *cap. Denique.num.2.1.4.quæst.5.* Abb. *d.c.sicut. num.16.* & ibi Alex. de Neuo *num.98.* Bellamet. *quæst. 6. num.25.* Henr. *num.3.* Maior *4.dist.15.quæst.20.conclus.3.* & ibi Gabr. *quæst.4.art.2.conclus.4.* Caiet. 2.2.*quæst.16.5. art.2.circa solut. ad 4.dub.2. & in sum.verb.b[illegible]* Sylvest. *verb.bellum.1.quæst.9.conclus.4.* Angel. *verb.* [illegible] vbi Armil. *num. 4.* Tabien. *quæst. 12.num.1.* [illegible] *sum.cap.15.num.15.* Cordub. *lib.1. quæstionar. punct.1. vers.si verò sitis prælantes.* Valent. 2.2.*disp.4. punct.2.colum.5. vers.si autem milei.* Molina *tom.1. de iust. disp.113.col.penult.* Bañez 2.2. *quæst.40.art.1. dub.6.* Azo *tom.1.institution.moral.lib.2.cap.19.quæst.9.* Petr. de Ledel. *2.tom.sum.tract.3.cap.15. conclus.10.* Et ratio est manifesta, quia (vt probauimus *lib.1.huius tractatus.cap.10.n.15* quoties quis speculatiuè dubitat, an bellum sit iustum vel an res talis licita sit; tenetur quoque practicè dubitare, nisi aliqua ratio specialis cogat variare iudicium practicum, stante contrario speculatiuo. At quoties subditus iuberus aliquid, de cuius honestate dubitat speculatiuè, est ratio cogens ad contrarium iudicium practicum formandum, nempe, præceptum superioris: eo dubio possidentis. Cùm ergo hæc ratio cessset in non subditis, nequibunt, stante iudicio speculatiuo dubitè contrarium practicum concipere, vt vel sic possint licitè cum eo dubio speculatiuo operari. Nec obstant rationes contrariæ. Non prima, quia assumptum illud non est in vniuersum verum: sed si indicta sufficientia sit ad dubitandum de rei iustitia; non autem ad certum iudicium formandum, tenentur non formare certum iudicium, sed dubitare possunt. At in præsenti supponimus esse sufficientia indicia ad dubitandum, & esto talia non essent, sed dubitando peccaretur, id tantùm probari, teneri non subditos id dubium deponere. Cæterùm quandiu non deponunt, non possunt tem illam exequi. Ad 2. cóstat ex dicendis n. seq. & 17. & 18. Ad 3. dico, huic non subdito non constare, an Princeps peccet, necne; præterea, esto id constaret, posset ipso non peccante peccare, quia Princeps id dubium non habet: at non subditi dubitant de iustitia belli. Ad 4. fateor id expedire, quãdo talis est Rex, vt meritò eius conscientiæ fidere possint amici illius: secus quando ex sufficientibus indiciis sunt omnino dubij de iustitia belli. Ad vltim. dico disparem esse rationem; nam in lite dubia Iudicis est merita causæ vtriusque litigantis inquirere, & sententiam ferre: & ideo quandiu causa dubia est, iustè vtrque litigat, & causidici vtrique patrocinantur. At indicere bellum, est proferre sententiam, & mandare executioni contra alterum Principem, quod non licet dum causa est dubia.

16 Nomine verò subditorum, vt in dubio hoc iustitiæ belli, vel alterius rei præceptæ, obedire liceat, intelliguntur non solùm subditi indigenæ, sed etiam alienigenæ mercede conducti, qui continuis stipendiis sub eodem Principe antea degebant, tam tempore belli, quàm pacis; secus de illis qui tunc temporis conducuntur. Atque ita docent Caietan. vtroque loco, Armil. Nauarr. Valent. Bañez, Molin. allegati n. præced. Salas 1.2. *quæst.21.tract.8.disput.vnic.sect.26.num.268.* & reddit optimam rationem Molina, quia ij stipendiarij reputantur tanquam famuli, qui similiter in dubiis tenentur parere heris, qui antea illos conduxerant. Quare dum Sylvest. *verb.bellum.1.quæst.9.dict.4.* ait stipendiarios non excusari; debet intelligi de iis qui ante bellum tales non erant. Et bene addit Molin. hos fortè teneri ad maiorem diligentiam adhibendam, quando aliqua iniustitiæ indicia apparent, quàm indigenas; & si multum propendeant in eam partem, vt bellum sit iniustum, & integrum sit illis discedere, quia transiit tempus, pro quo operas suas locauerant, tenebuntur discedere.

17 Subditos autem tunc tantùm in eo dubio excusari ait Cordub. *in question. lib.1. quæst.39. punct.1. vers.si verò isti prelantes*, quando obedientia Superioris coacti se militiæ adscribunt, quia ratione solius possessionis superioris ad præcipiendum excusantur subditi obtemperantes in eo dubio. Ergo quando nullum est præceptum, [illegible] nimè excusantur. At meliùs Caietan. 2.2. *q.[illegible] art.2. circa solut. ad 4. dub.2.* ait non opus esse ad [illegible] excepto expresso: sed satis esse tacitum, quale ic positum censetur eo ipso quod Princeps bellum in[illegible]cit; vult enim eo ipso, vt subditi necessarij ad bellum, [illegible]adant, & se militiæ adscribant, nec obstet eorum dubium de belli iniustitia.

18 Cessante tamen præcepto expresso, vel tacito, non liceret subditis speculatiuè dubitantibus de rei alicuius honestate, illam exequi, eo solùm quod nollent suum Prælatum sentire rem illam esse licitam, nisi ex authoritate scientiæ & prudentiæ polleret ille apud subditos, vt ea ducti concipierent opinionem probabilem esse, id licere; quia seclusis his dotibus, & præcepto, sola authoritas prælationis non facit opinionem esse probabilem, nec sufficientem deponendi speculatiui dubij ansam præbet. Quare idem existimo, etsi Prælatus cuidam ex subditis dubitantibus id præciperet; non enim alius, nec expresè, nec tacitè iussis integrum esset id exequi, sed illi soli qui iussus: quia ille solus ratione præcepti superioris iustam habet causam contrarij iudicij practici formandi, vt vel sic licitè operari valeat.

19 Hæc autem sententia hucusque explicata, vt in dubio teneatur subditus obedire, solet aliquibus modis limitari. Primò limitatur, vt intelligatur quando subditus non potuit, consulto viris peritis, certior reddi de iustitia illius rei præceptæ, sed adhuc dubius permanet. Tenetur enim hanc diligentiam, si commodè potest, præmittere, vt obedientia superioris excusetur operans contra dubium speculatiuum. Ita docent Hostiens. *sum. tit. de pœnit. § quod de rapina. vers.quod si probabiliter dubitat.* Alex. de Neuo *cap.sicut. el 3. num.98. de iureiuran.* Rosell. *verb. bellum. num.4.* Angel. *ibi num.8. & verb.obedientia. num. 6.* Sylvest. *verb.bellum.1.quæst.9. conclus 3.* & *verb. obedientia. quæst. 2.* Et potest probari, quia possidens rem aliquam, & dubitans an sit sua, tenetur diligentiam adhibere ad assequendam veritatem, vt tutus sit. Et coniux dubius de valore matrimonij, tenetur eamdem apponere diligentiam. At verius est, ad hoc non teneri subditum: quia (vt ait optimè D. Thom. *de verit. quæst. 17. art. 5. ad 4.*) ad officium subditi non pertinet inquirere atque inuestigare, siue bonum & expediens quod iubetur; sed rem præceptam exequi, dum ei non constat esse malam, & examen illud valdè perfectioni repugnat obedientiæ, quod idem ex multis Sanctis probat Valent. statim allegandus. Et ideo hanc partem tenent Gabr. *4.dist.15.q.4.art.2.cap.* [illegible] *tur etiam quod si dubitat.* Nauar. *lib.2.de restit.cap.3 in nou. edit.cap.1.dub.12.num.161.& 166.* Valent. 2.2.*disp.7.q.3. punct.1.col.2. coral.* 1. Nec obstant in contrarium adducta, quia illius possidentis, & coniugis dubitantium est examinare, an res sit aliena, & matrimonium validum; at subditi non est examinare superioris præceptum, sed obedire, dum de eius iniustitia certus non est.

20 Si tamen subditus crederet, superiorem ex alicuius circumstantiæ ignorantia, aut falsa præsumptione, aut obliuione, rem illam, quam ipse subditus licitam esse dubitat, præcipere; tenetur vtique veritatem circumstantiæ proponere, atque illa proposita, si adhuc superior persisteret præcipiendo, tenetur subditus in eo dubio obedire, quia nulla est iam causa ipsum excusans, quin superioris præcepto acquiescere debeat.

21 Secundò limitatur prædicta sententia, nisi subditus certus sit, superiorem præcipientem dubitare quoque, an res præcepta sit licita; tunc enim nec tenetur, nec potest licitè obedire, stante eo dubio. Ratio est, quia tota causa, ob quam in dubio tenetur subditus, & potest licitè obedire, est, quia alter petit sibi debitum ratione possessionis, ne in dubio ea spolietur. At cùm superior est dubius, an res præcepta ab ipso sit licita, nec petit sibi debitum, nec ei fauet possessio, vtpote quæ est præcipiendi ea sola quæ licita esse credit. Ergo subditus nec tenetur obedire, nec obediendo excusatur. Præterea, quia quando vtrque coniux dubius est de valore matrimonij, neuter potest alteri petenti debitum reddere, vt probauimus *lib.2. de matrim.disp.41.num.55.* Ergo cùm tam superior, quàm subditus dubitet, an res præcepta sit licita, nequibit subditus, eo dubio persistente, obedire. Atque ita docent Bañez 2.2.*quæst.40. art.1.dub.6.concl.3.* Petr. de Ledel. *2.tom.sum.tract.3.c.15. concl.11.* Salas 1.2.*quæst.21.tract.8. disp.vnic.sect.26.n.275.* Manuel *1.tom.sum.2.edit.cap.126.concl.4. num.5.* Quare dum D. August. *lib.22.contra Faustum*, relatus *c. quid culpatur.23.quæst.1.* dicit iniquitatem præcipientis imponendo præceptum, non impedire obligationem obediendi in subdito; intelligitur quando iniquitas est ex parte modi: vt quia Rex habens iustam bellandi causam, ducitur passione, aut animo vindictæ, vt bene explicat ibi Turrecrem. *n.5.* Atque similiter credo subditum non teneri obedire, etsi certus esset rem esse licitam; at dubitaret an excederet limites potestatis superioris: quia dubitat, an sit supra, vel præter regulam. Si certus esset superiorem quoque dubitare, an sit supra, vel præter regulam, quia adhuc non suffragatur superioris

tiori possessio eo dubio persistente, vtpote quæ est præcipiendi ea sola, quæ secundùm regulam sunt, at posset licitè obedire, perfectiúsque faceret, cùm res præcepta sit licita. Quod si superior dubitaret, aut crederet, rem à se præceptam esse illicitam, aut supra suam potestatem, subditus autem non dubitaret, sed crederet rem esse licitam, & contentam intra potestatis limites, videtur non teneri subditum obedire: quia coniux non dubitans de matrimonij veritate, etsi possit reddere coniugi dubitanti, & sic malè petenti; at non tenetur reddere (vt probauimus *lib. 1. de matrim. disput. 41. num. 36.*) cuius ratio est, quod dubitans careat iure petendi. Ergo similiter superiori dubitanti, aut credenti, rem esse illicitam, & sic malè petenti obedientiam in ea re, non tenetur subditus obedire, etsi non dubitet, sed credat rem esse licitam, & clausam intra termmos potestatis. At credo teneri tunc subditum obedire. Ratio est, quia in re illa obedientia est superiori debita, etsi ex conscientia erronea superioris putet ille sibi debitam non esse: sicut si quis ex errore putet rem à me possessam non esse suam, & malè petat sibi reddi tanquam suam; teneor scienes esse suam, reddere illi. Nec obstat exemplum de coniuge adductum; quia coniux non dubitans non est certus de matrimonij valore, & alterum [illegible] dubitare; quod si de hoc esset certus, teneretur vtique reddere propter rationem dictam.

Tertiò limitatur, nisi dubium subditi sit circa factum, vt si dubiter, an hominem interfecerit, aut aliud delictum commiserit, ob quod irregularitatem incurrerit: tunc enim iussus à superiori non potenti in eà irregularitate dispensare, vt celebret, nec tenetur, nec potest obedire. Ita docet Vazq. 1.2. *quæst. 19. art. 6. disp. 66. cap. vlt. num. 50.* Sayr. *clau. reg. sacerdot. lib. 1. cap. 13. num. 18.* Et ratio est, quia in dubio facti tenetur ille partem tutiorem sequi, credendo se irregularem, vt tradunt communiter Doctores *in tract. de irregularib.* Quæ limitatio vera est, quoties in dubio facti circa censuras tenetur quis se reputare censura ligarum; quia tunc constat rem præceptam esse illicitam. Addit tamen bene Vazq. ibi, cùm multum sit superioris prudentiæ fiendum, contingere aliquando posse, vt etiam tale dubium circa factum possit, & debeat tunc subditus deponere. Videantur quæ diximus circa hæc *lib. 1. huius operis cap. 10. à num. 38.*

23 Quintò limitatur, quando subditus dubius, an res præcepta sit licita, vel supra imbecillis potestatè, iuberetur rem valde difficilem, aut sibi nimis molestam exequi, vt longam abstinentiam, aut longum iter, vel aliud opus valde austerum: tunc enim non teneretur statim parere, donec re maturiùs discussa constaret eam licitam, & intra limites potestatis superioris clausam esse; quia tanta rei difficultas, vna cum dubio potestatis imperandi, præponderat possessioni superioris, & fauetotiùs libertati subditi, quæ etsi communiter odiosa sit, at in hoc casu non est talis reputanda. Item quia ob id multi Doctores, quos retulimus *lib. 2. de matrim. disp. 43. num. 2.* docent, dubitantem de seruitute alterius coniugis, quem liberum putabat, non teneri obedire Ecclesiæ præcipienti reddere debitum, ob damnum sibi imminens ratificandi ea copula matrimonium, quod irritum erat, & sic eadem iure illius dissoluendi. Et licet contrarium tenuerimus *ibi, n. 5.* id fuit, quia probauimus nullum inde damnum imminere, supponentes eo damno imminenti verissimam esse illam doctrinam. Et ita tradit Sot. *de secret. membr. 3. quæst. 2. concl. 1. vers. respondetur quod Prælatus.* Ludou. Lopez 1. *part. instruct. cap. 56. col. 1. vers. sic etiam ibi.* Tapia *authent. ingressi. verb. ipso ingressu. cap. 1. num. 49.* C. *de sacr. sanct. Eccles.* Sayr. *lib. 1. clau. reg. cap. 23. num. 40. & lib. 12. cap. 16. num. 7. & 18.* Salas 1. 2. *quæst. 12. tract. 8. disp. unic. sect. 17. num. 154.*

24 Vltimò limitatur, nisi ex obedientia in eo dubio timeatur magnum proprium, aut tertiæ personæ damnum in rebus, honore, vel fama, vel corpore; vt si superior interroget de proprio, aut tertij delicto, & est dubium, an iuridicè roget: tunc enim in eam partem inclinandum est, in qua est minus damni, & periculi, & ea est amplectenda. Atque proinde in prædicto casu non est obediendum in eo dubio, quia maius est periculum, & damnum illud imminens, quàm semel non obedire; & hæc iuncta cum dubio illo præponderant iuri superioris. Item quia in dubio fauendum est reo, & ei de cuius damno agitur: etsi enim subditus non sit in possessione suæ libertatis, est tamen in possessione suæ securitatis, seu iuris, quo potest se à rebus periculosis conseruare. Vnde non tenetur in ea se conicere, nisi constet superiorem iustè præcipere. Atque ita docent Aragon 2. 2. *quæst. 69. art. 2. fol. 497. vers. sed dubia aliquis.* Bañez *ibi. part. 1. dub. 1.* Sot. *de secret. membr. 3. quæst. 2. concl. 2.* Cordub. *quæstionar. lib. 3. quæst. 8. col. 5. vers. secunda pars.* Tapia *eo. cap. 1. num. 48.* Metin. 1. 2. *quæst. 19. art. 6. fol. 306. col. 2. vers. ex his principiis.* Ludou. Lopez 1. *part. instruction. cap. 56.* Sayr. *eod. cap. 13. lib. 1. num. 41.* Manuel Rodrig. 2. *tom. sum. cap. 9. num. 3. & de ordin. iudiciar. c. 7. num. 12. & 99. regular. num. 3. quæst. 19. art. 4. & 6.* Henric. *lib. 14. de irregularit. cap. 3. num. 3. commentar. littera X.* Leonard. *lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 9. num. 77. & cap. 31. dub. 3. num. 10.* Salas 1. 2. *quæst. 21. tract. 8. disput. unic. sect. 17. num. 155.*

Hinc deducitur, quando exequutio rei præceptæ differri potest, ac minus damnum timetur ex dilatione, quàm ex prompta exequutione, differendam esse exequutionem mandati, donec examinetur, an obediendum sit. Atque ita docent Couarruu. *regul. peccatum. 1. part. num. 5. ad finem.* 25

Sed quid si superior præcipit aliquid sub conditione, de qua dubium est, an sit impleta, necne? Salas 1. 2. *quæst. 21. tract. 3. disp. unic. sect. 3. 9. num. 177. fine*, dicit teneri obedire: quia est dubium facti, in quo est sequenda pars tutior; quod sit intelligi quando subditus potest obedire absque magna incommoditate. Oppositum tamen dicendum est, nempe subditum tunc non teneri obedire, quia præsumendum est conditionem non esse impletam, vt ostendimus *lib. 4. huius operis. cap. 16. num. 3. & cap. 23. num. 29.* dum sermo esset de voto conditionali. Sed ante impletam conditionem præceptum illud non obligat subditum. Ergo in eo casu non tenetur subditus obedire. 26

Id demum obseruandum est, in casibus, in quibus ratione dubij diximus non teneri subditum obedire, idem censendum esse, quamuis præceptum sub excommunicationis latæ pœna imponatur: quia excommunicatio imponi nequit, nisi pro inobedientia [illegible] in his casibus non reperitur, cùm præceptum no[illegible] cùm tunc præceptum maiorem præ se gra[illegible] [illegible]t, est res diligentiùs discutienda. Ita Sot. *d. membr. 3. quæst. 2. immediatè ante 4. concl.*

Hactenus egimus de dubio orto ex qualitate præceptæ, superest discutiendum de dubio orto ex defectu authoritatis superioris, vt si dubitetur, an legitimè electus, confirmatúsve sit. Qua in re Vazq. 1. 2. *quæst. 19. art. 6. disp. 62. cap. 6. fin.* & Salas 1. 2. *quæst. 21. tract. 8. disp. unic. sect. 8. num. 78.* dicunt, si subditus de hoc dubitaret, vel essent diuersæ opiniones, tunc posset subditus sequi probabilem opinionem dicentem eum non esse superiorem, & ita se non obligari ad obediendum. Vbi, quamuis proposuerint, quando est dubium, vel sint diuersæ opiniones, non satis explicare quid, quando est dubium; sed solum casum, in quo sunt diuersæ opiniones & referunt pro se Gerson. *tom. 3. tract. de vit. spirit. 4. corollar. 10. alphabet. 62. littera N.* vbi tandem dicit hæc. Quantum, & qualiter licet dubitare de potestate alicuius propter debitæ electionis defectum; tantumdem, & ratiter licet dubitare de suorum præceptorum obligatione.

Cæterùm

29 Cæterùm existimo idem prorsus dicendum esse in hoc dubio, vel diuersitate opinionum, etsi tanquam probabilius opinetur non esse legitimum, quod hactenus diximus quando dubium oritur ex parte rei præceptæ, an sit licita, aut excedens limites potestatis superioris: & ita tenetur tunc subditus obedire, præterquàm in casibus exceptis n. 20. & sequentib. Ducor, quia (vt num. 7. probauimus) non est idem opinari rem esse malam, aut excedere facultatem superioris, & opinari subditum non teneri in ea obedire. Sed stante priori opinione, teneri obedire: & vt non teneatur, est opus certitudine per quam constet rem esse illicitam, aut excedere potestatem superioris. Sic ergo non est idem dubitare, aut opinari superiorem non esse legitimè electum, aut non esse legitimè confirmatum, aut opinari non teneri tunc subditum illi obedire, quia cùm in possessione prælationis sit (vt suppono, si enim in ea possessione non esset, denegari posset possessio, donec de legitima electione, aut confirmatione constaret) non potest ob solum dubium, vel opinionem spoliari legitima possessione denegando ei obedientiam, donec certus sit defectus: sicut coniux dubitans de valore matrimonij, aut opinans esse irritum, dubitat eo ipso, an alter sit legitimus coniux, legitimúmque potestatem habeat in suum corpus, & opinatur non esse talem, nec habere eam potestatem; & tamen quia alter habet legitimam possessionem, nequit ipsum ea spoliare denegando illi debitum ob id dubium, vel opinionem, donec id sibi certum sit, vt probauimus *lib. 1. de matrim. disp. 44. num. 5.* Si autem esset probabilis opinio in aliquo casu non teneri tunc obedire, quamuis oppositam crederet subditus probabiliorem, posset non obedire, sequendo opinionem probabilem, iuxta dicta num. 7.

30 At quando quis dubitaret, an alter esset suus superior, nec ille esset in possessione superioritatis erga ipsum, non teneretur ei obedire, donec certò id constaret, quia cùm alter non possideat, standum est pro libertatis possessione. Secus quando alter esset in possessione superioritatis; tunc enim ea spoliari nequiret denegata ei obedientia, donec certò oppositum constaret.

CAPVT IV.

An religiosus teneatur sub culpa mortali, aut veniali, omnia in regulis suæ religionis contenta obseruare, & omnia à superioribus religionis legitimè sibi iniuncta exequi?

SVMMARIVM.

1 An religiosi teneantur ad omnia contenta in regula ex voto obedientiæ, ita vt euinsibet transgressio sit culpa? n. 1.
Quid si profitens se intenderet ad omnia obligare, credens ad omnia obligari? n. 2.
An omnia contenta in regula Diui Augustini obligent sub culpa? n. 3.
Explicatur quæ rerum genera in regula continentur. n. 4.
An regula præcipiens res alio præcepto sub mortali debitas obliget sub mortali? n. 5.
An tunc transgressio sit duplex mortale, aut habeat malitiam specificam necessaria fatendam? n. 6.
An grauius peccent religiosi eodem genere peccati quàm secularis? n. 7.
Res contenta in regula spectantes ad tria vota substantialia, an obligent sub mortali? n. 8.
Quid dicatur votum professionis vitæ regularis? n. 9.
An regula obliget ad alia consilia euangelica in ipsa contenta? n. 10.
An obseruationes regulares externæ in regula præscriptæ obligent sub culpa, quando institutor dicit se ad nullam culpam obligare velle, & an tales sint in ordine Prædicatorum, Minorum, & Societatis Iesv? n. 11.
An possint esse leges non obligantes ad culpam? n. 12.
An regulæ fratrum Prædicatorum obligent ad pœnam? n. 13.
An ex præuo fine transgredi regulam non obligantem ad culpam, sit culpa, & ex bono fine sit opus virtutis? n. 14.
Quando sit culpa in tali transgressione facta ex negligentia, vel libidine, & an communiter accidat in ea culpa veniali? n. 15.
Transgressio ex contemptu an sit mortale, & quando sit contemptus? n. 16.
An sit contemptus transgredi ex consuetudine? n. 17.
An consuetudo transgrediendi regulas sit mortale, quando adest propositum vel omnes, vel præcipuas non obseruandi? n. 18.
Quid si adesset animus seruandi aliquam solam ex præcipuis regulis? n. 19.
An sit mortale decretum religiosi non seruandi regulam, nec præceptum superioris, nisi quando subditorali obligat? n. 20.
Quid de consuetudine non seruandi regulas, habendo tamen animum seruandi? n. 21.
Quid si animus transgredientis sit impedire finem regulæ? n. 22.
An præcepta regularum, aut superiorum obligent ad mortale, vel veniale, aut ad solam pœnam, eodem modo iudicandum sit, quo id de legibus ecclesiasticis iudicatur? n. 23.
Vt lex quæcumque, vel præceptum ad mortale obliget, est ipsa materiam esse grauem, & vnde hæc grauitas sumenda est, remissiuè. n. 24.
An ex intentione legislatoris sit desumenda vis obligationis legis, ita vt possit in materia etiam graui sub sola venialis obligare? n. 25. & 26.
An id deducendum sit ex communi consuetudine, & vsu legis? n. 27.
An attendendus sit consuetus præcipiendi modus, per quem verba fiat? n. 28.
Posita omnibus alia summaria.

QVÆSTIO hæc satis grauis & difficilis; & ideo 1 ad clariorem illius discussionem oportet præmittere quæ à Doctoribus tanquam certiora adminiuntur. Prima conclusio sit. Religiosi non ita ex voto obedientiæ tenentur regulas seruare, vt transgressio cuiusuis sit culpa mortalis, aut venialis, sed obligantur ad res in regula contentas eo modo quo in ipsa continentur: nempe, si continentur tanquam præcepta obligantia sub mortali, tenentur sub mortali; si solùm vt obligantia sub veniali, tenentur sub veniali; si solùm vt consilia sub nulla culpa obligantia, ad nullam quoque culpam obligabuntur. Ita expressè diffinitur de fratribus Minoribus, qui non vtcumque promittunt obedientiam, sed expressè promittunt seruare regulam Diui Francisci, *in c. hæc si id. §. in primis quia de verb. significat. in 6. & Clement. 1. §. cum igitur in primis. vers. declaramus. eod. tit.* Et ratio est, quia religiosus promittens seruare regulam, vel obedientiam secundùm regulam, non promittit singula in particulari, & collectiuè; sed solùm mores suos iuxta regulæ præscriptum componere, seu obedire secundùm regulam. Ergo eodem modo intelligitur obligari, quo regula præcipit, & obligat, & aliis periculosissimus esset, ac multis passim peccandi ruinis expositus religiosis status, cùm multa minutiora in regulis præscribantur, quæ facilissimum est transgredi. Atque ita docent Henric. *quodlibet. 3. q. 21.* Angel. *verb. religiosus. num. 18.* Sylvest. *verb. religio. 1. q. 8. dist. 1. & 9. 11. dist. 5.* Vazq. 1. 2. *q. 96. art. 4. disp. 161. c. 4. n. 16.* atque idem probauimus alios referentes loquendo de iuramento præstito seruandi statuta alicuius communitatis *lib. 3. huius operis. cap. 14. à num. 2.* Et non omnia contenta in regulis obligare sub mortali, docet etiam D. Thom.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tiori possessio eo dubio persistente, vtpote quæ est præcipiendi ea sola, quæ secundùm regulam sunt, at posset licitè obedire, perfectiúsque faceret, cùm res præcepta sit licita. Quod si superior dubitaret, aut crederet, rem à se præceptam esse illicitam, aut supra suam potestatem, subditus autem non dubitaret, sed crederet rem esse licitam, & contentam intra potestatis limites, videtur non teneri subditum obedire: quia coniux non dubitans de matrimonij veritate, etsi possit reddere coniugi dubitanti, & sic malè petenti; at non tenetur reddere (vt probauimus *lib. 1. de matrim. disput. 41. num. 36.*) cuius ratio est, quod dubitans careat iure petendi. Ergo similiter superiori dubitanti, aut credenti, rem esse illicitam, & sic malè petenti obedientiam in ea re, non tenetur subditus obedire, etsi non dubitet, sed credat rem esse licitam, & clausam intra termmos potestatis. At credo teneri tunc subditum obedire. Ratio est, quia in re illa obedientia est superiori debita, etsi ex conscientia erronea superioris putet ille sibi debitam non esse: sicut si quis ex errore putet rem à me possessam non esse suam, & malè petat sibi reddi tanquam suam; teneor scienes esse suam, reddere illi. Nec obstat exemplum de coniuge adductum; quia coniux non dubitans non est certus de matrimonij valore, & alterum [illegible] dubitare; quod si de hoc esset certus, teneretur vtique reddere propter rationem dictam.

Tertiò limitatur, nisi dubium subditi sit circa factum, vt si dubiter, an hominem interfecerit, aut aliud delictum commiserit, ob quod irregularitatem incurrerit: tunc enim iussus à superiori non potenti in eà irregularitate dispensare, vt celebret, nec tenetur, nec potest obedire. Ita docet Vazq. 1.2. *quæst. 19. art. 6. disp. 66. cap. vlt. num. 50.* Sayr. *clau. reg. sacerdot. lib. 1. cap. 13. num. 18.* Et ratio est, quia in dubio facti tenetur ille partem tutiorem sequi, credendo se irregularem, vt tradunt communiter Doctores *in tract. de irregularib.* Quæ limitatio vera est, quoties in dubio facti circa censuras tenetur quis se reputare censura ligarum; quia tunc constat rem præceptam esse illicitam. Addit tamen bene Vazq. ibi, cùm multum sit superioris prudentiæ fiendum, contingere aliquando posse, vt etiam tale dubium circa factum possit, & debeat tunc subditus deponere. Videantur quæ diximus circa hæc *lib. 1. huius operis cap. 10. à num. 38.*

23 Quintò limitatur, quando subditus dubius, an res præcepta sit licita, vel supra imbecillis potestatè, iuberetur rem valde difficilem, aut sibi nimis molestam exequi, vt longam abstinentiam, aut longum iter, vel aliud opus valde austerum: tunc enim non teneretur statim parere, donec re maturiùs discussa constaret eam licitam, & intra limites potestatis superioris clausam esse; quia tanta rei difficultas, vna cum dubio potestatis imperandi, præponderat possessioni superioris, & fauetotiùs libertati subditi, quæ etsi communiter odiosa sit, at in hoc casu non est talis reputanda. Item quia ob id multi Doctores, quos retulimus *lib. 2. de matrim. disp. 43. num. 2.* docent, dubitantem de seruitute alterius coniugis, quem liberum putabat, non teneri obedire Ecclesiæ præcipienti reddere debitum, ob damnum sibi imminens ratificandi ea copula matrimonium, quod irritum erat, & sic eadem iure illius dissoluendi. Et licet contrarium tenuerimus *ibi, n. 5.* id fuit, quia probauimus nullum inde damnum imminere, supponentes eo damno imminenti verissimam esse illam doctrinam. Et ita tradit Sot. *de secret. membr. 3. quæst. 2. concl. 1. vers. respondetur quod Prælatus.* Ludou. Lopez 1. *part. instruct. cap. 56. col. 1. vers. sic etiam ibi.* Tapia *authent. ingressi. verb. ipso ingressu. cap. 1. num. 49.* C. *de sacr. sanct. Eccles.* Sayr. *lib. 1. clau. reg. cap. 23. num. 40. & lib. 12. cap. 16. num. 7. & 18.* Salas 1. 2. *quæst. 12. tract. 8. disp. unic. sect. 17. num. 154.*

24 Vltimò limitatur, nisi ex obedientia in eo dubio timeatur magnum proprium, aut tertiæ personæ damnum in rebus, honore, vel fama, vel corpore; vt si superior interroget de proprio, aut tertij delicto, & est dubium, an iuridicè roget: tunc enim in eam partem inclinandum est, in qua est minus damni, & periculi, & ea est amplectenda. Atque proinde in prædicto casu non est obediendum in eo dubio, quia maius est periculum, & damnum illud imminens, quàm semel non obedire; & hæc iuncta cum dubio illo præponderant iuri superioris. Item quia in dubio fauendum est reo, & ei de cuius damno agitur: etsi enim subditus non sit in possessione suæ libertatis, est tamen in possessione suæ securitatis, seu iuris, quo potest se à rebus periculosis conseruare. Vnde non tenetur in ea se conicere, nisi constet superiorem iustè præcipere. Atque ita docent Aragon 2. 2. *quæst. 69. art. 2. fol. 497. vers. sed dubia aliquis.* Bañez *ibi. part. 1. dub. 1.* Sot. *de secret. membr. 3. quæst. 2. concl. 2.* Cordub. *quæstionar. lib. 3. quæst. 8. col. 5. vers. secunda pars.* Tapia *eo. cap. 1. num. 48.* Metin. 1. 2. *quæst. 19. art. 6. fol. 306. col. 2. vers. ex his principiis.* Ludou. Lopez 1. *part. instruction. cap. 56.* Sayr. *eod. cap. 13. lib. 1. num. 41.* Manuel Rodrig. 2. *tom. sum. cap. 9. num. 3. & de ordin. iudiciar. c. 7. num. 12. & 99. regular. num. 3. quæst. 19. art. 4. & 6.* Henric. *lib. 14. de irregularit. cap. 3. num. 3. commentar. littera X.* Leonard. *lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 9. num. 77. & cap. 31. dub. 3. num. 10.* Salas 1. 2. *quæst. 21. tract. 8. disput. unic. sect. 17. num. 155.*

Hinc deducitur, quando exequutio rei præceptæ differri potest, ac minus damnum timetur ex dilatione, quàm ex prompta exequutione, differendam esse exequutionem mandati, donec examinetur, an obediendum sit. Atque ita docent Couarruu. *regul. peccatum. 1. part. num. 5. ad finem.* 25

Sed quid si superior præcipit aliquid sub conditione, de qua dubium est, an sit impleta, necne? Salas 1. 2. *quæst. 21. tract. 3. disp. unic. sect. 3. 9. num. 177. fine*, dicit teneri obedire: quia est dubium facti, in quo est sequenda pars tutior; quod sit intelligi quando subditus potest obedire absque magna incommoditate. Oppositum tamen dicendum est, nempe subditum tunc non teneri obedire, quia præsumendum est conditionem non esse impletam, vt ostendimus *lib. 4. huius operis. cap. 16. num. 3. & cap. 23. num. 29.* dum sermo esset de voto conditionali. Sed ante impletam conditionem præceptum illud non obligat subditum. Ergo in eo casu non tenetur subditus obedire. 26

Id demum obseruandum est, in casibus, in quibus ratione dubij diximus non teneri subditum obedire, idem censendum esse, quamuis præceptum sub excommunicationis latæ pœna imponatur: quia excommunicatio imponi nequit, nisi pro inobedientia [illegible] in his casibus non reperitur, cùm præceptum no[illegible] cùm tunc præceptum maiorem præ se gra[illegible] [illegible]t, est res diligentiùs discutienda. Ita Sot. *d. membr. 3. quæst. 2. immediatè ante 4. concl.*

Hactenus egimus de dubio orto ex qualitate præceptæ, superest discutiendum de dubio orto ex defectu authoritatis superioris, vt si dubitetur, an legitimè electus, confirmatúsve sit. Qua in re Vazq. 1. 2. *quæst. 19. art. 6. disp. 62. cap. 6. fin.* & Salas 1. 2. *quæst. 21. tract. 8. disp. unic. sect. 8. num. 78.* dicunt, si subditus de hoc dubitaret, vel essent diuersæ opiniones, tunc posset subditus sequi probabilem opinionem dicentem eum non esse superiorem, & ita se non obligari ad obediendum. Vbi, quamuis proposuerint, quando est dubium, vel sint diuersæ opiniones, non satis explicare quid, quando est dubium; sed solum casum, in quo sunt diuersæ opiniones & referunt pro se Gerson. *tom. 3. tract. de vit. spirit. 4. corollar. 10. alphabet. 62. littera N.* vbi tandem dicit hæc. Quantum, & qualiter licet dubitare de potestate alicuius propter debitæ electionis defectum; tantumdem, & ratiter licet dubitare de suorum præceptorum obligatione.

Cæterùm

29 Cæterùm existimo idem prorsus dicendum esse in hoc dubio, vel diuersitate opinionum, etsi tanquam probabilius opinetur non esse legitimum, quod hactenus diximus quando dubium oritur ex parte rei præceptæ, an sit licita, aut excedens limites potestatis superioris: & ita tenetur tunc subditus obedire, præterquàm in casibus exceptis n. 20. & sequentib. Ducor, quia (vt num. 7. probauimus) non est idem opinari rem esse malam, aut excedere facultatem superioris, & opinari subditum non teneri in ea obedire. Sed stante priori opinione, teneri obedire: & vt non teneatur, est opus certitudine per quam constet rem esse illicitam, aut excedere potestatem superioris. Sic ergo non est idem dubitare, aut opinari superiorem non esse legitimè electum, aut non esse legitimè confirmatum, aut opinari non teneri tunc subditum illi obedire, quia cùm in possessione prælationis sit (vt suppono, si enim in ea possessione non esset, denegari posset possessio, donec de legitima electione, aut confirmatione constaret) non potest ob solum dubium, vel opinionem spoliari legitima possessione denegando ei obedientiam, donec certus sit defectus: sicut coniux dubitans de valore matrimonij, aut opinans esse irritum, dubitat eo ipso, an alter sit legitimus coniux, legitimúmque potestatem habeat in suum corpus, & opinatur non esse talem, nec habere eam potestatem; & tamen quia alter habet legitimam possessionem, nequit ipsum ea spoliare denegando illi debitum ob id dubium, vel opinionem, donec id sibi certum sit, vt probauimus *lib. 1. de matrim. disp. 44. num. 5.* Si autem esset probabilis opinio in aliquo casu non teneri tunc obedire, quamuis oppositam crederet subditus probabiliorem, posset non obedire, sequendo opinionem probabilem, iuxta dicta num. 7.

30 At quando quis dubitaret, an alter esset suus superior, nec ille esset in possessione superioritatis erga ipsum, non teneretur ei obedire, donec certò id constaret, quia cùm alter non possideat, standum est pro libertatis possessione. Secus quando alter esset in possessione superioritatis; tunc enim ea spoliari nequiret denegata ei obedientia, donec certò oppositum constaret.

CAPVT IV.

An religiosus teneatur sub culpa mortali, aut veniali, omnia in regulis suæ religionis contenta obseruare, & omnia à superioribus religionis legitimè sibi iniuncta exequi?

SVMMARIVM.

1 An religiosi teneantur ad omnia contenta in regula ex voto obedientiæ, ita vt euinsibet transgressio sit culpa? n. 1.
Quid si profitens se intenderet ad omnia obligare, credens ad omnia obligari? n. 2.
An omnia contenta in regula Diui Augustini obligent sub culpa? n. 3.
Explicatur quæ rerum genera in regula continentur. n. 4.
An regula præcipiens res alio præcepto sub mortali debitas obliget sub mortali? n. 5.
An tunc transgressio sit duplex mortale, aut habeat malitiam specificam necessaria fatendam? n. 6.
An grauius peccent religiosi eodem genere peccati quàm secularis? n. 7.
Res contenta in regula spectantes ad tria vota substantialia, an obligent sub mortali? n. 8.
Quid dicatur votum professionis vitæ regularis? n. 9.
An regula obliget ad alia consilia euangelica in ipsa contenta? n. 10.
An obseruationes regulares externæ in regula præscriptæ obligent sub culpa, quando institutor dicit se ad nullam culpam obligare velle, & an tales sint in ordine Prædicatorum, Minorum, & Societatis Iesv? n. 11.
An possint esse leges non obligantes ad culpam? n. 12.
An regulæ fratrum Prædicatorum obligent ad pœnam? n. 13.
An ex præuo fine transgredi regulam non obligantem ad culpam, sit culpa, & ex bono fine sit opus virtutis? n. 14.
Quando sit culpa in tali transgressione facta ex negligentia, vel libidine, & an communiter accidat in ea culpa veniali? n. 15.
Transgressio ex contemptu an sit mortale, & quando sit contemptus? n. 16.
An sit contemptus transgredi ex consuetudine? n. 17.
An consuetudo transgrediendi regulas sit mortale, quando adest propositum vel omnes, vel præcipuas non obseruandi? n. 18.
Quid si adesset animus seruandi aliquam solam ex præcipuis regulis? n. 19.
An sit mortale decretum religiosi non seruandi regulam, nec præceptum superioris, nisi quando subditorali obligat? n. 20.
Quid de consuetudine non seruandi regulas, habendo tamen animum seruandi? n. 21.
Quid si animus transgredientis sit impedire finem regulæ? n. 22.
An præcepta regularum, aut superiorum obligent ad mortale, vel veniale, aut ad solam pœnam, eodem modo iudicandum sit, quo id de legibus ecclesiasticis iudicatur? n. 23.
Vt lex quæcumque, vel præceptum ad mortale obliget, est ipsa materiam esse grauem, & vnde hæc grauitas sumenda est, remissiuè. n. 24.
An ex intentione legislatoris sit desumenda vis obligationis legis, ita vt possit in materia etiam graui sub sola venialis obligare? n. 25. & 26.
An id deducendum sit ex communi consuetudine, & vsu legis? n. 27.
An attendendus sit consuetus præcipiendi modus, per quem verba fiat? n. 28.
Posita omnibus alia summaria.

QVÆSTIO hæc satis grauis & difficilis; & ideo 1 ad clariorem illius discussionem oportet præmittere quæ à Doctoribus tanquam certiora adminiuntur. Prima conclusio sit. Religiosi non ita ex voto obedientiæ tenentur regulas seruare, vt transgressio cuiusuis sit culpa mortalis, aut venialis, sed obligantur ad res in regula contentas eo modo quo in ipsa continentur: nempe, si continentur tanquam præcepta obligantia sub mortali, tenentur sub mortali; si solùm vt obligantia sub veniali, tenentur sub veniali; si solùm vt consilia sub nulla culpa obligantia, ad nullam quoque culpam obligabuntur. Ita expressè diffinitur de fratribus Minoribus, qui non vtcumque promittunt obedientiam, sed expressè promittunt seruare regulam Diui Francisci, *in c. hæc si id. §. in primis quia de verb. significat. in 6. & Clement. 1. §. cum igitur in primis. vers. declaramus. eod. tit.* Et ratio est, quia religiosus promittens seruare regulam, vel obedientiam secundùm regulam, non promittit singula in particulari, & collectiuè; sed solùm mores suos iuxta regulæ præscriptum componere, seu obedire secundùm regulam. Ergo eodem modo intelligitur obligari, quo regula præcipit, & obligat, & aliis periculosissimus esset, ac multis passim peccandi ruinis expositus religiosis status, cùm multa minutiora in regulis præscribantur, quæ facilissimum est transgredi. Atque ita docent Henric. *quodlibet. 3. q. 21.* Angel. *verb. religiosus. num. 18.* Sylvest. *verb. religio. 1. q. 8. dist. 1. & 9. 11. dist. 5.* Vazq. 1. 2. *q. 96. art. 4. disp. 161. c. 4. n. 16.* atque idem probauimus alios referentes loquendo de iuramento præstito seruandi statuta alicuius communitatis *lib. 3. huius operis. cap. 14. à num. 2.* Et non omnia contenta in regulis obligare sub mortali, docet etiam D. Thom.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

D. Thom. ab omnibus receptus, 2. 2. *quæst.186.art. 9. corpor.& ad 1.*

2 Immo hoc est verum, etiamsi votens obseruare regulam intenderet se obligare sub mortali, aut veniali ad singula in regulis contenta ex errore, quo putauit ita exigere professionem illius religionis, quia in re tantummodo intendit profiteri id, quod eius religionis professio exigebat, & maior obligatio est inuoluntaria, vtpote quæ ex errore circa finem processit; & ita non obligabit votum, iuxta ea quæ diximus *lib. 4. cap. 2.n.10.*

3 Hinc deducitur, minus verum esse quod tradit Henric. *quodlib.6.q.17.* nempe omnia contenta in regula D. Augustini obligare sub aliqua culpa, quia in eius principio dicitur, *Hæc sunt, quæ vt obseruetis præcipimus.* Atque idem dicit Caiet. 2.2.*q.186.art.9. circa solu. ad 1.* ait tamen non omnia in ea contenta obligare sub mortali, & *tr.1.opusc.tract.25.q.1.in fine corpor.* ait regulis D. August. cadere sub obligatione mortali, non mortali. At inclusis Sylvest. *verb.religio.1.q.11.dist.1.* ait, vel verbum *(præcipimus)* referri ad duo charitatis præcepta, quæ ibi præmiserat; vel, si referatur ad omnia, sumi largè, pro *(monemus,)* quod apertè indicat multitudo rerum, & paruitas eorum, quæ postea subiungit. Atque ita tradit Angel. *verb.religiosus.num.28.* dicens, impropriari *(præcipimus)* ob subiectam materiam.

4 Sed explicandum est, quando regula obliget ad culpam mortalem, vel venialem: ad cuius expositionem præmitto ex mente D. Thom. 2.2.*q.186.art.9.* vt clarius explicat ibi Caietan. *initio*, quatuor rerum genera in regula contineri. Primi generis sunt, quæ aliàs sunt in præcepto diuino positiua, aut naturali, aut ecclesiastico, vt si regula iubet confiteri semel, & communicare in anno, obseruare festa, non occidere, & similia. Secundi generis sunt, quæ pertinent ad tria substantialia religionis vota, vt si regula exsertiori præcipiat. Tertij generis sunt, quæ communiter sunt supererogationis, & consilij omnibus fidelibus, vt si regula præceribat speciali affectu inimicos diligendos, & illis benefaciendum, quærendam in omnibus maiorem sui abnegationem. Vltimi generis sunt externæ obseruantiæ cuiusliber religionis peculiares, vt ieiunare aduentu, non vti talibus vestibus, abstinere à carnibus, assistere choro.

5 Secunda ergo conclusio sit. Quando res sunt primi generis, id est, ex alio præcepto sub mortali obligantur, manifestum est, regulam obligare sub mortali, quia secluſa regula esset etiam talis obligatio, ratione alterius præcepti. Et ita docet D. Thom ab omnibus receptus 2.2. *quæst.186. art. 9.*

6 Sed difficultas est, an tunc sit duplex culpa mortalis aut duplex malitia specifica in confessione explicanda: altera contra id præceptum, altera verò contra regulam. Quæ in re certum est, non omnia alio præcepto obligantia, quæ in regula continentur, contineri ibi illa eam intentione ea peculiariter præcipiendi, ita vt secluso alio præciperentur per regulam; sed aliquando proponi simpliciter cum intentione reducendi in memoriam tal præcepta, ac illa commendandi. Quod rectè docet Caietan. 2.2.*q.186.art.9.dub.1.* Valent. 2.2.*disp. 2.q.4. punct.5. paulo post. princip.* qui bene subdit, transgressionem talis præcepti, nec esse speciale peccatum, nec grauius eo, quod sit contra regulam; quia hæc per se nullam obligationem inducit. Atque in dubio existimo non fore præsumendam mentem institutoris regulæ esse, nouâ aliquâ obligationem inducere circa res illas aliàs præceptas in regula contentas, nisi id apertè expliceat, aut ex manifestis indiciis colligatur, vt quia includuntur in rebus promissis per vota; vt si regula præcipiat non fornicari, non furari, quæ sunt contra vota castitatis, & paupertatis. Et ratio est, quia ex genere suo plus damni, quàm vtilitatis afferet nouas obligationes in eadem re inducere, atque adeò ea intentio legislatoris præsumenda non est, vtpote qui summa ope nititur spiritualibus religiosorum vtilitati prospicere. Item quia in dubius & obscuris est amplectendum id, quod est minimum. *reg. in obscuris, de reg. iur. in 6.* Quando autem constat de peculiari intentione ea res præcipiendi, nouæque subinducendæ obligationis per id regulæ præceptum, Caietanus proximè allegatus ait duplici ex capite teneri tunc religiosum ad ea implenda. Alterum est ex generali eo præcepto omnibus fidelibus imposito. Alterum verò ex peculiari regulæ. Subdit tamen, transgressionem non habere duplicem malitiam specificam, nec esse duplex peccatum, sed vnicum grauius, eo quod præcepti diuersitas auget quidem peccati malitiam, sed non parit diuersitatem specificam, quæ non ex præcepto quod violatur, sed ex obiecto sumitur. At hæc sententia non est ita vniuersaliter vera; sed intelligenda est, vt non sit duplex malitia ob solam præceptorum multiplicationem, id enim eius ratio probat. At erit duplex malitia specifica necessariò confitenda ex ea parte, qua transgressio regulæ esset contra votum obedientiæ, quo religiosus se astringit ad seruandam regulam eo modo, quo ipsa intendit obligare. Sicut peccatum fornicationis in religioso habet distinctam malitiam specificam, eo quod sit contra votum castitatis vltra communem legem omnibus alis statutam; & ita bene docet Valentia proximè allegatus.

7 Sed rursus dubitabis, an cæteris paribus religiosi grauiùs peccet eodem peccati genere, quàm seculares. Quia in re breuiter dicendum cum D. Thom. 2.2.*q.186.art.10.* quem sequuntur Angel. *verb.religiosus. num. 64.* Sylvest. *verb.religio.6.q.14.* Valent. *1.1.disp.10.q.4.punct.6.* triplici nomine posse esse grauius religiosi peccatum. Primum est ratione scandali, quippe illius vita à pluribus respicitur. Secundum est, quando ex contemptu, vel malitia peccat; quoniam tunc sunt peculiariter ingrati Deo, à quo pluribus beneficiis quàm seculares affecti sunt. Tertium est, quando id peccatum vltra commune præceptum est etiam contra votum, vt si religiosus fornicetur. At quando secluso scandalo peccat ex ignorantia, vel infirmitate, nec est contra votum eius peccatum, est leuius quàm peccatum secularis. Quia si peccatum religiosi sit veniale, multitudine bonorum operum, in quibus religiosus versatur, veluti obruitur: si verò sit mortale, facilius, ac citiùs religiosus resurgit ob priſtinam consuetudinem, qua est deditus Deo, ac aliorum religiosorum exemplo attractus, teste Origene in id Psalmi 36. *Cum ceciderit, surgit non collidetur.* Quæ ratio (vt bene notat Valent. *ibidem*) tantùm probat, peccatum religiosi esse minus extensiuè, seu quoad durationem. At potest probari, esse etiam minus intensiuè, quia persona in bonis operibus versata non solet ex infirmitate, aut passione delinquere, nisi ea sit vehemens, quæ magnum voluntarij actus, ac subinde culpæ minuit. Nec [illegible] Valentia, ingratitudinem illam maiorem re[illegible] ex malitia peccat, non esse speciale peccatum, [illegible] quantulum reddat grauius, nisi quando ex inten[illegible] peccaret, ex diuinorum beneficiorum contemptu: quo euentu esset etiam specialis malitia necessariò fa[illegible]cenda in seculari. Quare maior illa grauitas peccati religiosi, dum non est specialis contra eius vota, non ita notabiliter auget, vt sit necessario detegendus in confessione status religiosi, vt vel sic illa percipiatur.

Tertia conclusio. Quando res contentæ in regula sunt secundi generis, nempe pertinentes ad tria substantialia religionis vota; tunc earum transgressio est mortalis, quia vota illa sub mortali obligant. Atque ita docet D. Thom. 2.2. *quæst.186.art.9.* ab omnibus receptus. Intelligitur autem ex genere suo; nam quando malitia est modica, voti transgressio est venialis, vt diximus *lib. 4.c. 4.num.1.& 2.*

Obseruandum autem est, D. Thomam *eo art. 9. corpore*, appellare hæc vota simul sumpta, vota professionis, non tamen eo quod sit aliquod peculiare professionis votum distinctum ab illis tribus: quare ipse se statim explicat,

explicat, dicens in votum professionis tria illa principaliter cadere, nempe, paupertatem, castitatem, & obedientiam. Cùm autem dicat illa principaliter cadere; insinuat aliquid aliud minus principaliter cadere, nempe, vitam regularem, quæ teste D. Thom. *ibidem*, ad trium illorum votorum obseruationem ordinatur, atque ita se habet tanquam circumstantia quædam materiæ singulorum illorum votorum; quippe illis tribus votis pollicetur religiosus se pauperrtatem, castitatem, & obedientiam seruaturum in vita regulari. Quod si quæras, in quo hæc vita regularis cadens in votum professionis tanquam circumstantia materiæ votorum consistat; id bene explicat Valent. 2.2.*disputatione 10. quæst.4.punct. 5.circa 2.circumstantiam*, dicens non consistere in actuali regularium obseruatione; nam tunc quæuis regulæ transgressio esset contra votum. Sed consistit in eo quod religiosus sit regulæ subiectus, quod quid prius est, quàm actu seruare regulam; quippe non seruans ob id reprehenditur, quod cùm regulæ subiectus sit, eam transgrediatur. Hanc autem subiectionem bene ibi ait non consistere in proposito seruandi regulas, nec in hoc, vt ita sit illis religiosus subiectus, vt earum transgressio sit peccatum, quia quandoque non est peccatum. Sed in hoc consistit, vt ita religiosus sit illis subiectus, vt iure optimo ob earum transgressionem possit à superioribus puniri.

10 Quarta conclusio. Quando res tertij generis, nempe, alia consilia euangelica continentur in regula, tunc regula non obligat, quia hæc spectant ad charitatis perfectionem. At religiosus non tenetur esse perfectus; & si teneatur conari tendere ad perfectionem, id non est iuxta omnia consilia euangelica, sed iuxta præscriptum suæ regulæ, quod latiùs explicabitur toto cap. seq.

11 Quinta conclusio. Si loquamur de rebus quarti generis, nempe, de aliis obseruantiis regularibus externis in regula præscriptis, ad nullam prorsus culpam obligant, quando regulæ institutor mentem suam explicuit esse, vt ad nullam culpam obligent, vt in regulis fratrum Prædicatorum dicitur sic; *volumus obligare ad culpam.* Idem in regulis fratrum Minimorum, vt refert Passatellus statim allegandus; & in regulis Societatis Iesv, vt habetur *6. part. constitut.c.5.* Et ratio est, quia in potestate illius est præcipere, vt superior præcipit inferioribus, vel solùm proponere, vel (vt dici solet) ordinare, & dirigere per modum cuiusdam consilij, & sic ad nullam culpam obligare. Item quia cùm hæ regulæ sint de rebus aliàs non obligantibus, nullam obligandi vim habent, nisi ex voluntate legislatoris volentis & po[illegible]ris obligare ad culpam. Ergo vbi legisla[illegible] [illegible]olit [illegible] suam mentem esse, non obligare ad culpam [illegible] statuta non inducent obligationem in conscientia. Item quia pœna non necessariò præsupponit [illegible]pam, sed potest absque culpa imponi, licèt non absque aliqua causa, vt docet D. Tho. 2.2.*q.108.art. 4.* & tradit *reg. sine culpa.25. de reg. iur. in 6.* causa autem sufficiens vt iustè pœna imponatur, est transgressio regulæ, & ordinationis superioris. Adde etiam, tunc pœnam non habere veram pœnæ, sed cuiusdam pœnalitatis rationem, vt n. 13. dicemus: atque ita regulas fratrum Prædicatorum ad nullam culpam obligare, eo quod legislator hanc fuisse suam mentem explicuit. Testantur D. Tho. 2. 2.*q.186. art.9 ad 1.* & ibi Caiet. *circa solu. ad 1.dub. 1.* D. Anton. *1. pars. tit.1.c.16.§.13.* Angel. *verb.religiosus. n.28.* Sylu. *verb. religio.1.q.11.dist.1.* Tabien. *verb.religio.q. 22.* & ibi Armil. *n.13.* Castr. *lib.1.de leg. penal.c.8.§.Secundo principaliter arguit. & c.5.decim.4.in princ.* & *lib. 2.c.8.§.sed circa hanc.* Sot. *lib.1.de iust.q.6.art.4.verf.sed solueudo.* Ioan. de Medi. *C. de iejunio. quæst. de necessit. seruan. ieiun. §. vt igitur.* Navarr. *sum. c.23.Hispan.num. 47. Latin. num. 49.* Palacios *4.distinct.18.dist.1.* Viguer. *lib.in titul.c.17.§.1.verf. 13.* Vincent Vandell. *super statut. ordin. Prædic. at.* Cordub. *in reg. D. Francisci. c.20. q.3.* Passatellus *prodleg. Asiatic. cap. 25.* Perez *lib 4. ordinam. tit.15. l. 2. fol.304. b. ex quibus intelliges.* Barthol. Medi. 1.2. *quæst.96. art. 4. verf. ad quartum.* & ibi Vasquez *disputat. 158. cap.3. num.15.* & ibi Azor *lib. 5. institut. moral. tom.1.cap. 2. fine.* Valent. 2.2.*disputat.10. quæst.4.punct.5.col.3. de offic. sacerdot. tom 1.part.2.lib.3.cap.2.conclus.1.* & plures alij Doctores.

Sed Ioannes de Neapol. *quodlibet.14.q.16.* tenet contrarium, ductus quod impossibile sit esse leges religionis regulas illas, & earum transgressionem non esse culpam, eo quod videatur esse de essentia legis ad culpam obligare. Circa quam difficultatem plura tradunt Doctores *in tract. de leg.* & aliis variis in locis. Videri poterunt Gabriel Vasquez 1.2.*q.96.art.4.disput.ar. 158.cap.3.* Valent. 1.2.*disput.7.q.5. punct.6. col.8.* Merin. *ibi. q.96.art.4.col.6. verf. tertium argumentum.* Aragon 2.2.*q. 61.art.3.col.5.* Bellarm. *tom.1.controuerf. pars.2.controuerf. 5.de membr. Eccles. lib.3.cap.11.* & Suar. *tom.1. in 1. part. quæst.20. art.2. disput.43.sect.1.col.3.vers. penulc.* Sot. *lib.1.de iust. quæst.6.art.4. col.9. verf.sed solueuda.* Tolet. *in cap.10. Ioan. annot.14. ad finem.* Breuiter respondendum est, iuxta communiorem sententiam, eas leges non esse propriè leges obligantes, & cogentes, assimilari tamen legibus in multis, scilicet, in causa efficienti; nam factæ sunt à superiori habenti authoritatem condendi veras leges: & in causa materiali, quia versantur circa actus subditorum, quorum dispositio, & ordinatio spectat ad superiorem: & in formali, quia seruant eandem formam verborum, quâ communiter imperium superioris intimatur subditis. Et denique in causa finali, quia ordinantur ad illud bonum subditorum, ad quod ordinatur subiectio. Deficiunt tamen à rigore & proprietate legum, quia deest illis vis coactiua, & inductiua obligationis ad culpam, quæ vis non potest inesse illis regulis, nec aliis ordinationibus superiorum contra eorum intentionem, à qua pender tota earum institutio.

13 Vtrum autem regulæ Prædicatorum obligent ad pœnam in illis taxatam sub aliqua culpa, non constat inter Doctores; nam D. Anton. & Azor allegati n.11. & Castr. *lib. 2. de leg. penal. cap. 8.* dicunt esse culpam, non subire pœnam regulis taxatam, aut à superiori impositam: hanc autem culpam ait D. Anton. *ibi. in fin.* esse venialem. Et fauent D. Thom. Sylvest. Nauarr. eo n.11. allegati: dicunt enim transgressores regularum obligari ad pœnam. Ducuntur, quia regularum conditor expressè dicit se transgressores obligare ad pœnam, etsi non ad culpam. At vbi obligatio est, ibi præceptum esse oportet. Præcepti verò, & obligationis omissio culpa est: Item quia vbi non est culpa, non debet esse pœna. Sed verius est, nullam esse culpam non subire pœnam illam regulis, vel à superiore impositam, nisi adsit peculiare superioris præceptum obligans. Ratio est, quia generaliter tradit regulæ [illegible] institutor, se ad nullam culpam per illas regulas [illegible]elle obligare; at qui totum dicit, nihil excludit. Sicut ergo violator silentij regulæ non peccat, ita nec peccabit pœnam violati silentij non perferens: aliàs statim sibi contrediceret dum legislator dicit se per nullam constitutionem velle ad culpam obligare; at velle obligare ad pœnam, si obligatio hæc ad pœnam, esset sub aliqua culpa. Quia cùm illa pœna debeatur ex illa constitutione, iam illa constitutio obligaret ad culpam. Vnde dum dicitur transgressores regulæ obligari ad pœnas sustinendas, intelligitur de obligatione latè accepta, ita vt nihil aliud id significet, quàm ita obseruantiam regularem ad eos religiosos pertinere, vt superiores possint cum authoritate à transgressoribus pœnas exigere, & illos, si voluerint, obligare sub peccato ad pœnas illas sustinendas. Et quamquam solæ pœnæ culpæ correspondentes habent veram pœnæ rationem, cæteræ autem quæ à transgressoribus

regularum ad eam non obligantium exigantur: sunt proprie pœnitentes quædam, ut communi vocabulo dicuntur quoque pœnæ, eo quod consistant in patiendo, & in privatione boni aliquaterus debiti, & sint contra naturalem propensionem. Et ideo hanc sententiam sustinent Caietan. 2.2.q.186.art.9.circa solut.ad 1.in dub. 2. & 3. Viguer.Armil.& Valent.num.11.allegati.

14 Sexta conclusio. Quamvis transgredi constitutiones religionis ad nullam culpam obligantes, nulla sit culpa, ex sola ratione, quod illarum transgressio sit: at potest ibi adesse culpam ex prauo fine quo transgrediens mouetur; sicut idem contingit in quibusdam aliis ad culpam non obligantibus: quod bene docet D.Thom. 2.2. q.186.art.9.ad 1. ab omnibus receptus. Quare non peccat religiosus, qui regulam sub peccato ex se non obligantem transgreditur aliquo fine, vel causa, quæ tunc videtur illi honesta, quamvis id, quod facit, sit minus bonum, quàm seruare regulam; non enim tenetur quis semper facere quod melius est. Quod bene docent Valent. 2.2.disput.10.q.4.punto 5.ad finem. Vasq.1.2.q.96. art. 4. disp.158.c.1.n.16. qui bene addit, si transgrediens eam regulam, moueretur aliunde à solo virtutis fine, ex causa, licet fieri potest, fore opus virtutis, licèt materialiter contra talem regulam operetur, tametsi minus perfectum, [illegible] in eam seruare.

15 Hoc autem modo, quibus potest ea regulæ ad culpam ex se non obligantis transgressio esse culpa, explicat D.Thom. *prædicta solut.ad* 1. quando ex negligentia, vel libidine, vel contemptu prædicta transgressio contingit. Nomine autem negligentiæ intelligit non quidem aliquam simplicem voluntatem, qua quis transgredi regulam velit: sed quando ex nulla alia causa, quàm ex quodam animi torpore, & negligentia ducitur ad transgressionem; quia non est humanum, sed rationi dissonat mouere ad aliquid ex animi torpore absque alia causa, vel fine rationabili. Nomine autem libidinis intelligit cupiditatem nimiam erga aliquid, propter quod quis regulam transgreditur. Et constat, quia facere ex libidine quidpiam aliud regula non prohibitum, est culpa. Ergo à fortiori, si regula prohibitum sit. Et ius duobus modis est sola culpa venialis, ea regulæ transgressio, quia sint est venialis. Vtrumque docet Caiet. *ia. art.9.circa eam solution.ad* 1.*dub.*4.& Valent.n.præced.allegatus, quibus addit, communiter admiscent culpam in transgressione huiusmodi regularum; irrepit enim facilè aut torpor aut libido. Vnde minus bene D.Anton. 3.*part.tit.*16. c. §.13. explicat nomine libidinis complacentiam fruitionis, atque dicit esse mortale, ex ea regulam transgredi quippe nomine eius complacentiæ non intelligit contemptum, cùm eam distinguat à contemptu. Sola autem complacentia transgressionis ex se culpa vacantis non constituit mortale.

16 Quando autem transgressio regulæ ex contemptu contingit, esse mortale fatentur vniuersi cum D. Thom 2.2.q.186.*art*.9. quia hoc est contra votum professionis, quo religiosus vitam regularem promisit: nam vita regularis promissa consistit in subiectione erga regulam. Cui ergo contemnens illam aduersetur huic subiectioni, & est directè contra suæ professionis votum; & cùm subiici simpliciter & absolutè regulæ, non sit res levis; erit mortale. Quando autem contemptus hic accidat, latè diximus *lib.*1.*huius tract.c.*5. *num.*8. *& seqq.* vbi ostendimus, tunc contemptum accidere, quando ideo violantur regulæ, & præcepta superioris, quia non vult subditus illis subiici, quod latius ibi explicuimus, & limitauimus.

17 Hinc deducitur, quantuis transgrediendi regulas consuetudo sit, non esse illarum contemptum, nàm transgressionis causa sit, nolle regulæ subiici, quamuis consuetudo illa ad contemptum disponat. Atque ita docent D. Thom.2.2.q.186.*art.*9.*ad* 3.& ibi Caiet.*in fin.*Syla.*religio.* 1.q.8.*dict.*2.& Valent.1.2.*disp.*7.q.3.*punct.*6.*col.antepenult.*

Secundò deducitur, qualiter verum sit, quod tradunt 18
aliqui Doctores, nimirum, consuetudinem transgrediendi regulas, esse lethalem, quamuis vna, vel altera transgressio talis non sit, quos retuli *lib.*1.*huius tract.c.* 5. *num.* 2. Quod idem tenent Abb. *c.non concupiscentiam.num.*4. & 5.*de constitut.*& ibi Felin. *num.*11.*fine.* Carthusian. *de reformat. claustr. lib.*1. *&* 6. Tabien *verb.religio.*9. 4. Atque eam consuetudinem esse contemptum interpretatiuum, & ob id mortalè, quando adest propositum non seruandi principalia religionis statuta, etiam ad culpam non obligantia, sed frequenter ea transgrediendi, fatentur D.Anton. 3.*part.tit.*16.*c.*1.§.9. citans Ioan.de Neapol.& Sylvest.*religio.*1.q.12.*dict.*4.Valent.1.2.*disputat.* 10.q.4. *punct.*5.*col.penult.vers.atque ita est.* Cæterùm, etsi hanc doctrinam etiam veram, & id decretum esse mortale, rationem tamen horum non approbo, quod nullatenus sit contemptus, quandiu voluntas subiiciendi se regulæ adest. Sed ratio huius doctrinæ est, quia hic probabilissimo contemnendi regulas periculo expositus esset, vt diximus num.præcedenti. Præterea, quia religiosus tenetur sub mortali tabiter videre, vt non sit grauiter religioni suæ perniciosus inducendo alios religiosos suo prauo exemplo ad nimis relaxatam regulam: & præterea perturbando suam religionem modò, vt valde expediat suæ religioni eum expellere. Sed hæc damna inferret habens eam intentionem. Et confirmatur, quia si religiosus nollet vnquam seruare silentium, nec orare, nec modestè incedere: & ingrederetur omnium religiosorum cubicula; & similia religionis statuta transgrederetur, eo quod singula ad culpam per se non obligant, absque dubio perturbaret grauiter totam religionem, & se in eo seruare constitueret, vt oporteret tanquam incorrigibilem eum expellere. Ergo tenetur sub mortali eum animum deponere. Et confirmatur, quia semel expulsus tenetur ita mores suos corrigere, vt iterum admittatur, si admissionis spes sit. Ergo à fortiori tenetur in religione ita mores suos componere, vt non sit dignus expulsione. Quare si possibile esset (id quod moraliter impossibile est) nullam sequi religionis ruinam, nec periculum transgressionis votorum, nec contemptum ex vniuersali decreto non seruandi statuta religionis ad mortale non obligantia, tale decretum non esset mortale, quia nulla est ratio sufficiens damnandi illud; neque obligatio religioli habentis propositum tendendi ad perfectionem, arguit hoc decretum esse mortale, secluso prædicto periculo, vt dicemus c. seq.num. 9.

Non tamen esset mortale, si religiosus ille vellet se [illegible] aliquam, vel aliquas præcipuas regulas, etiamsi non [illegible] seruare alias, quoniam per illam, vel illas [illegible] cum sit [illegible] otis posset contendere ad perfectionem [illegible] non co[illegible]ere. Ita Sylvest. & Valent.n.præced.allega[illegible] ninterfaliter dictum nullo modo approbo, [illegible] tanta solius vnius, vel alterius regulæ ex præcip[illegible] impediret grauem religionis ruinam, grauéque p[illegible]um spernendi regulas, & transgrediendi vota; & i[illegible]redo tale propositum esse mortale, quia licèt non te[illegible]eatur religiosus currere ad perfectionem, tenetur tamen [illegible] ub mortali, ita religiosè viuere, vt non sit notabiliter [illegible] aliis scandalo, & offensioni, causaque ruinæ religionis; quod non vitatur habendo tantùm propositum seruandi vnam, vel alteram ex præcipuis regulis. Et ita eam doctrinam reprobat Cordu. *in regul.D.Francisc.c.*1. *q.* 3. *post* 3.*dictum.vers.sed verum similiter.*

Quare in religioso esset peccatum mortale decretum nunquam se con[illegible]ut ab vllo actu, propterea quod prohibeatur in regula, aut à Prælato, nisi prohibeatur tum mortali. Vnde necessimo dicendum est inter ea statuta, ad quorum singula determinatè non tenetur religiosus sub mortali, teneri ad aliqua vagè sub mortali; quæ obligatio nascitur ex præcipua votorum obligatione, quæ obligat ad nertent[illegible]indum in religione absque notabili detrimen[illegible] & s[illegible]a illius, & periculo transgressionis voto

rotorum; quod constat ex dictis num. præcedenti, & 18.

21 Maior autem difficultas est, quando quis in consuetudinem duceret regulas ad culpam non obligates transgredi, habens tamen animum eas seruandi. Vasq. 1.2.q. 96.*art.*4.*disput.*158.*c.*6.*num.* 60. aut transgressionem legis frequentem fieri mortalem, quæ aliàs semel, aut iterum non esset. Ducitur, quia qui frequenter omitteret, videretur notabiliter lædere legislatoris finem, ex quo materia præcepti expendi debet. Pro se refert Adrian. *quodlib.* 6.*art.*2.*circa finem corpor.* vbi valde sunt eius sententiæ; docet enim peccare mortaliter, qui legem contemnit, vel sic transgreditur, vt notabiliter eius finem impediat. Eandem doctrinam sequuntur Doctores relati n.18. Sed hoc non credo; quia nullus ex his actibus in consuetudinem ductis alligari potest, qui culpam lethalem constituat: nec illi actus vniuntur, vt contingit in minimis furtis, iuxta regulas traditas *lib.*1.*huius tract.c.*4.*à num.* 9. Ergo ea consuetudo non est lethalis. At fateor teneri hunc sub lethali diligentiam apponere, vt eam consuetudinem corrigat, quando aduertit eam periculum transgressionis votorum sibi offerre, & egrediendi ex religione, graniqúe offensionis, & scandali causam esse aliis. Sicut quamuis consuetudo iurandi non possit dici peccatum lethale; at negligentia eius extirpandæ, animaduerso periuriorum periculo inde contingenti, est lethalis, iuxta ea quæ diximus *lib* 5.*c.*5.*num.*10. *& seqq.* & constabit ex dicendis infrà c.9.n.71.

22 Tandem erit quoque mortale regulam transgredi, etiamsi ad nullam culpam, vel ad solam venialem obliget, quòties religiosus ideo eã violat, vt impediat, quantum in se est, finem illius legis; quod de præceptis etiam ad solum veniale obligantibus tradunt Caiet. *sum. verb. præcepti transgressio.vers.commune est autem.*Armil.*verb.præceptum.num.*4. Valent.1.2.*disp.*7.q.5.*punct.*6.*col.antepenult. vers.Tertio casus est.* & Vasq. dicens id esse verissimum, 1.2.q.96.*art.*4.*disput.*158.*c.*6.*num.*57. Et reddit rationem Caietanus, quia hic transgressor proportionaliter se habet ad finem præcepti, sicut qui transgreditur ex contempta, se habet ad præceptum ipsum; nam hic respuit finem, sicut ille respuit præceptum. Et licèt ij Doctores non agant de regulis ad nullam culpam obligantibus; at eadem ratio militat in his: nam harum contemptus similiter est mortalis. Velle autem impedire finem præcepti, æquipatant, quoad culpam, contemptui Doctores citati.

23 His præmissis, præcipua huius capitis difficultas est, quando non adest prædictus contemptus obseruantiarum externarum, quæ in regulis continentur, aut præcepti superio[illegible]s, nec voluntas impediendi finem, nec supe[illegible]ur regulæ institutor mentem suam explicuit esse, vt [illegible] e, aut præ[illegible]pta obligent ad culpam, seu ad hoc [illegible] illud speciale genus culpæ. Est igitur difficultas, vnd[illegible] gnoscatur, an regulæ, vel precepta obligent ad culpam, & an ad solam venialem, vel potius mortalem? Et quidem hoc discernendum est ex eisdem regulis, quibus [illegible]tuntur Doctores ad diuidendum an leges ecclesiasticæ obligent ad culpam, & ad qualem culpam. Quod idem constat, quia Caiet. Castr. Ioan. de Medi Ledesm. Valent. & alij referendi n. 21. tradentes regulam ad dignoscendum obligationem sub mortali, ex verbis in lege ecclesiastica positis, eam probant ex *Clement.* 1.*de verbor. signif.* in qua Pontifex obligationem regulæ Diui Francisci sub mortali ex verbis illius probat: ac proinde sentiunt ij Doctores eodem modo dignoscendam esse obligationem regulæ, & legum ecclesiasticarum. Et expressè Abb. *c.non concupiscentiam.num.*4.*de constitution.& rubric. de obseruat.statutor.fine. & c. relatum. num.*6.*de clerici, vel monachi.* docet eodem modo regularum religionis, & legum ecclesiasticarum obligationem diiudicandam esse. Et Sylvest.*verb.religio.* 1. *q.* 8. *fin.* tractans quomodo cognoscenda sit qualitas obligationum regularum religionis, remittit se ad regulas quas tradit *verb.præceptum.*§.2. quæ sunt ad dignoscendam obligationem legis ecclesiasticæ, & ratio est, quia regulæ sunt quædam leges ecclesiasticæ. Et eodem modo diiudicandum esse de obligatione præceptorum superioris, & regulæ, tradunt Abb. *rubric.de obseruat.statutor.fine.*Sylvest.*verb.præceptum.* 9. 3. Armil. *verb.verbo licentia.num.*2. & D.Thom.ab omnibus receptus, 2.2.q.186.*art.*9.*in fine corporis* æquiparat præcepta, siue ore tenus à superiore impositum, siue in regula expressum. Et ratio est, quia ius obligationis vtrinque ex superioris authoritate & voluntate obligandi, ac grauitate materiæ consurgit.

24 Ad discernendum autem, quando lex ecclesiastica, vel ciuilis obliget ad culpam mortalem, traduntur diuersæ regulæ à Doctoribus, quæ omnes vt culpa sit mortalis, supponunt necessariò materiam esse grauem. Nam quando materia non est ita grauis, vt culpæ mortalis capax sit, quantumcumque intendat legislator obligare ad mortale, & quibuscumque verbis, & pœnis vtatur, non obligabit ad mortale, vt *lib.*1.*huius tractat.c.* 4. *num.* 4. probauimus, vbi etiam explicuimus, vndenam materiæ grauitas dignoscenda sit.

25 Supposita autem hac materiæ grauitate, traduntur regulæ quædam ad hoc dignoscendum. Prima est. Si legislatoris intentio perspicuè cognosci possit, eat[illegible]ge sua ad mortale obliget, obligabit ad mortale, dummodo (vt diximus num. præced.) materia sit ita grauis, vt capax sit eius obligationis. Si autem intentio sit obligare ad solum veniale, ad id solum obligabit. Ratio est, quia lex diuina naturalis dictat parendum esse superiorum præceptis, eo modo quo ab ipsis proficiscuntur; ita vt quando à tota superiorum authoritate dimanant, totàque ea nituntur, ac proinde volunt, quantum possunt, obligare, dicter illis in materia grauì sub mortali parendum. Quando autem non à tota, & adæquata superiorum authoritate emanant, sed secundùm partem eius, eo quod nolint, in quantum possunt, obligare; sed secundùm partem, non obligent simpliciter, & sub mortali, sed secundùm quid, & sub veniali. Secundò, quia cùm tota legis obligatio pendeat ex legislatoris voluntate, existentibus conditionibus necessariis id legis vigorem, si legislator velit obligare ad mortale, sic obligabit: & si nolit, sed solùm ad veniale, non amplius obligabit. Hanc regulam videntur tradere Abbas *c. nam concupiscentiam. num.*2.*de constitut.*& ibi Anton.*num vlt.* Gabriel 4. *distin.* 16.*q.art.*1. *ad finem.* Angel. *verb.lex. num.* 5. & ibi Armil. *num.*4.Sylvest.*verb.præceptum.q.*3. Caiet. *sum.verb.præcepti transgressio.vers.pœna præceptorum ad finem.*Ioan. Medin. *Code iniunio.q.de necessitate seruandi.num.*9.*vt igitur quod dummodo.* Ledesm. 2.*part.*41.*q.*17.*art.*2.*dub.*6. vbi docent, ad legis obligationem, an sit sub mortali, discernendam, contingendum esse ad legislatoris intentionem; à qua ea obligatio pendet: quippe si in materia grauì non posset sub solo veniali obligare, cùm in ea sola possit sub mortali, nihil referet eius intentio: & clarius Navar. *sum.c.*23.*Hispan.num.*47.*Latin.num.*49. vbi ait nullas leges obligare sub mortali, quarum legislatores non intendunt sic obligare; & Sot.*lib.*1.*de iustitia. quæst.* 6.*art.* 4. *col.*9.*vers.sed solutenda.*vbi sic ait; *Potest Princeps leges ferre, quæ ad nullam culpam obligent.* Et in propriis terminis tradunt esse in potestate legislatoris, ad nullam culpam obligare, aut etiam in materia grauì ad solam venialem, Castr.*de leg.penal.c.*5.*lib.*1.*dicum.*4.*statim in princ.* & *c.*12. *paulo post princ.in probat.*2.*part.concluf.* Toled. *in fine sum.* vbi de peccat.mortal.*c.* 19.*num.* 3.*&* 4.*&c.*20.*num.*2. Valent.1.2.*disp.*7.*quæst.*5.*punct.* 6.*quæstiunc.* 2. Sayr. *in clau.reg.lib.*3.*c.*7.*num.*1.*&* 17. Carbon *de leg.lib.*7.*dict.*7. 4.*paulo post principium. reg.*2. & id dicit esse valde probabile Leonard. *de iust.lib.*2.*c.*41.*dub.*9.*num.*76.*vers.tertio tenetur*: & quid simile de voto diximus *lib.*4.*huius tract. & c.*1.*num.*30.& de sponsal.*lib.*1.*de matrim.dispar* 9.*num.* 6. vbi ostendimus, propter limitatam intentionem im-

ponentis sibi obligationem voti, aut sponsalium, posse restingi eorum rigorem, vt tanùm sit leuis obligatio, quæ aliàs foreta erat grauis.

26 Verùm contra hanc regulam tenet Victor. *relect. de potest. civil. num.* 19. Mecia *pragm. panis cand. 1. num.* 111. Aragon 2.2.q.62.*art.*3.*col.*5.§.*secundò est aduertendum.* Barth. à Medi. 1.2.q.96.*art.*4.*fol.*874. & latissimè Vasquez *eodem art.*4.*disput.*158.*c.*3.*num* 27. & *c.*4.*num.* 31. *vsque ad* 37. Salon 2.2.q.77.*art.*1.*controuers.* 8.*col.*1.§.*tertiò quia non possunt.* Bellarm.*tom.*1.*controuers. part.*2.*controuers.*5.*de membr. Ecclesiasticis lib.*3.*c.*11.*in solut. ad penult.* qui dicunt in legislatoris potestate non esse, posito præcepto non obligare subditos, aut constituere differentiam obligationis sub mortali, vel veniali: sed obligationem legis in eo solo sensu pendere ex legislatoris voluntate, atque intelligendum esse, quia in illius potestate est, præcipere vt superior inferioribus, vel solùm proponere, & (vt dici solet) ordinare, & dirigere per modum consilij; at posito præcepto, velit, nolit, id obligabit iuxta naturam materiæ præceptæ, nimirùm, si ea gratis sit, sub mortali, & si leuis, sub veniali. Idem clarè inde, at Dried. *lib.*3. *de libert. Christ. c.*3. *ad* 5. *argum.* vbi ait præcipientis intentionem non facere præceptum habere maiorem, vel minorem obligationem *in effectum*, sed necessitatem, & dignitatem materiæ *præceptæ*, vocuntur, quia quamuis ex legislatoris voluntate pendeat præcipere, & non præcipere: tamen imposito semel præcepto, ipsa obligandi vis ex iure ipso naturali dictauti superioribus parendum, deriuatur. Secundò, quia tam sublata voluntas est, velle vt præceptum de re magni momenti, vt pote quod maximi ponderis esse debet, leuiter, & sub veniali obliget; quàm vt præceptum rei leuis obliget sub mortali, & graue sit. At omnes fatentur hoc non posse superiorem efficere: ergo nec illud efficere potest. Tertiò, quia differentia peccati mortalis, & venialis ex nulla voluntate pendet, sed ex operis ipsius natura. Tandem, quia obligatio præcepti non est ipsa præcepti substantia, sed effectus eius; & ideo substantia præcepti est prior, quàm eiusmodi superioris, vt fiat aliquid. Ergo ea existente, sequitur necessariò eius effectus, qui est obligatio pro materiæ præceptæ qualitate. Ceterùm, quamuis hæ rationes satis vrgeant, & valdè probabilem reddant hanc sententiam, non est tamen recedendum à regula tradita num. præcedenti; & ideo dicendum est, quantumcumque gravis sit materia præcepti, pendere à legislatoris voluntate ad nullam culpam obligare, sed ad solam pœnam subeundam, vel ad solam venialem, vt ibi probauimus, & ex argumentorum contrà oppositorum solutione amplius constabit. Ad primum respondetur, antecedens verum esse quando præceptum dimanat à tota superioris voluntate, & potestate, à quibus vim habet, secus quando ab eis inadæquatè, & secundùm quid procedit, vt num. præced. explicuimus, sicut ipsi fatentur posse ita præceptum procedere à superioris voluntate, vt ad nullam culpam prorsus obliget. Ad secundum, neganda est maior, quia grauem obligationem imponere in materia re vera leui, excedit rationis limites, ita vt nulla ratione iustè effici possit; & proinde excedit potestatem superioribus traditam, vtpote quæ ad conuenientem, & rectam gubernationem est. At in materia grani non obligare ad mortale, potest ex aliqua causa iustum reddi, vt ne multiplicentur præcepta gravia, & vt suauior fit gubernatio. Et ideo sicut potest superior nullum tunc imponere præceptum, ita et quoque datum est, vt non imponat adæquatum toti suæ potestati, sed limitetur iuxta suæ voluntatis limites. Ad tertium dico, differentiam mortalis, & venialis non pendere proximè ex superioris voluntate, sed mediatè, nempe, quia pendet ex voluntate superioris imponere præceptum secundùm totam suam potestatem, & sic obligans ad mortale, vel solùm secundum partem, & sic obligans ad solum veniale. Ad vltimum fateor, primò naturæ esse substantiam præcepti, quàm eius obligationem: & ideo posita præcepti substantia, sequitur necessariò eius obligatio; at ferrata proportione cum substantia præcepti. Si enim apponatur ea superioris insinuatio secundùm totam suam potestatem, sequetur obligatio totalis, secus si secundùm partem tantùm.

Secunda regula est communis consuetudo, & existimatio communitatis cui lex traditur. Quibuscumque 27
enim verbis lex traditur, si communis sensus eorum qui illa tenentur, eam intellexit, & acceptauit, vt obligantem sub mortali; obligabit sub mortali; si verò vt obligantem sub veniali, obligabit sub veniali. Ratio est, quia consuetudo est optima legum interpres. *c. cùm dilectæ m. de consuetud. l. si de interpretatione. ff. de legib.* nec lex aliter obligat, quàm communiter recepta sit. Hanc apertè tradere videntur Doctores, quos num. 19. referemus, qui agentes de verbis imperatiui, an præceptum importent; dicunt attendendam in primis consuetudinem qualiter ea verba vsurpant, illique standum: & Caiet. 2. 2. q. 186. *art.* 9. *circa solut. ad* 1. & *in sum. verb. præcepti transgressio* §. *pœna præceptorum.* Cait. *lib.* 1. *de leg. pœnal. c.* 5. *docum.* 4. Nauar. *sum. c.* 23. *Latin. num.* 58. *Hispan. num.* 65. Cordu. *in reg. D. Franc. c.* 10. *quæst.* 3. *punct.* 1. *in secundo modo cognoscendi quando præceptum obligat.* Emmanuel Sà *sum. verb. lex. num.* 2. Tolet. *in fine sum.* vbi de peccat. mortal. *c.* 19. *num.* 7. Salon 2.2.q.77.*art.*1.*controuers.*8.*reg.*4. Sayr. *lib.* 3. *clau. regia. c.*7. *num.* 23. Carbon. *ea disput.* 4. *reg.* 2. Valent. 2. 2. *disput.* 10. *q.* 4. *punct.* 5. *colum. antepenult. vers. circa verò cum circumstantiam.* vbi addit, vix posse aliam vniuersalem regulam tradi præter hanc; & 1. 2. *disput.* 7. *q.* 5. *punct.* 6. *quæstione.* 3. *in quinto signo.* & *ad sinem quæstionis.* 3. *vers. ad eandem verò quæstionem*, dicit, hoc esse vnicum signum, ex quo sufficienter colligi possit, legem omnibus consideratis obligare sub mortali, nempe, communem populi receptionem pro maiori communitatis parte sic acceptantem, & intelligentem legem, idque dignoscendum esse ex communi iudicio, & sensu bonorum, & peritorum.

Tertia regula est. Attendendus quoque est consuetus 28
modus præcipiendi, per quæcumque verba fiat, & consuetudo regionis, & religionis in modo loquendi obseruanda est, quia ex illa satis deducitur præcipientis intentio. Ita docent Angel. *verb. lex. num.* 3. Sylueft. *verb. præceptum.* 3. *fin.* & ibi Armil. *num.* 7. *fin.* & *verb. lex. num.* 4. & Vasquez 1.2.q.96.*art.*4.*disp.*158.*c.*3.*num.*14.

SVMMARIVM.

An si verba sint præcepti, vel æquipollentia præcepto, inducant obligatione sub mortali, tam in iure canonico, quàm in ciuili? referitur quædam sententia n. 29.

Explicatur sententia authoris n. 30.

Ita vera regula sit desumenda ex gravitate, vel leuitate materiæ n. 31.

In ratione subiecta materiæ verba importantia consilium, impertent aliquando præceptum, & è contrà, & quando id accidat? n. 32.

An importent præceptum hæc verba, Præcipio, Iubeo, Impero, Edico, Iniungo? n. 33.

Quid de verbo Prohibeo, Iubileo, Veto, Interdico? n. 34.

Quid de verbo Mandò n. 35.

Quid de verbo Debeo? n. 36.

Quid de verbo Oportet? n. 37.

Quid de verbo Teneamur, Non licet, Non potest, Necessariò, Necesse est? n. 38.

Quid de verbis modi imperatiui? n. 39.

Quid de verbis Hortamur, Ordinamus, Statuimus, Innotamus, Volumus, Suscimus? n. 40.

Quid de verbo Determinus? n. 41.

An saltem hæc verba inducant obligationem sub veniali? num. 42.

Quid quando præcipitur in virtute obedientiæ, vel Spiritu sancti, vel in nomine IESV, *aut sub interminatione gehennæ, sub pœna præstiti iuramenti, vel in illius virtute, vel sub pœna maledictionis æternæ, vel Dei, vel sub indignatione Dei, vel Apostolorum Petri, & Pauli, vel sub strictio Dei iudicio, vel sub obtestatione diuini iudicij, vel strictè, seu arctè, vel sub præcipio? n.* 43.

Quid si tunc verba sint communia, nec ex se obligationem inducentia? n. 44.

Quid si superior talis esset qui requiret præcipuè in virtute obedientiæ, vel spiritu sancti, vt Abbatissam? 45.

Quid si dubium sit an materia sit gravis, an tunc standum sit iudicio superioris; & an quando constat esse leuem, obliges ad præceptum sub veniali? n. 46.

29 Maior est dissensio Doctorum circa alia duo, quæ in præsenti materia quæri solent. Primum est, an & quomodo ex verbis legum, & præceptorum colligi possit intentio superiorum inducendi aliquam obligationem, aut inducendi gravem, seu leuem? Aliud est, an idem possit colligi ex pœnis? Circa priorem difficultatem aliqui existimant, quoties in iure canonico aliquid statuitur per verba præcepti, aut æquipollentia præcepto (quæ à num. 3. explicabimus qualia sint) denotari illios canonis transgressionem esse culpam mortalem, nisi aliunde contrarium deducatur. At in solo iure canonico dicunt ea verba habere hanc vim, vt intentionem obligandi sub mortali denotent: secus in legibus diuinis, naturalibus, aut ciuilibus, in quibus intentio obligandi sub mortali aliunde deducenda est. Ducuntur, quia ea verba sunt ex se indifferentia ad obligationem sub mortali, & venialis: præceptum enim est non dicendi verbi otiosi, non mentiendi, quæ ad solum veniale obligant. At nec vsus, nec legislator aliquis ciuilis, nec Scripturæ sacræ declaratunt ea verba inducere obligationem sub mortali, sed in iure solo canonico id declaratum est in *Clement. exiui.* § *cùm igitur. vers. declaramus. de verb. significat.* vbi ex hoc fundamento tanquam generali, decidit Pontifex regulas D. Francisci vtentes verbo præcepti, aut æquipollentis obligare sub mortali. Nec valet solutio dicentium id tantùm declarasse Pontificem pro regula D. Francisci, vtpote quæ magnæ perfectionis; quia re vera Pontifex ex vi verbi id probat ibi. *Aperte discernit, quod quæd quædam iosorum ex vi verbi, transgressio est mortalis, & quæd quædam alia non, cùm ad quædam iosorum verborum apponat præcepti, vel æquipollentis eidem, & quæd aliqua verbo alius sit contentus.* Et ideo hanc regulam tradunt Castr. *lib.* 1. *de leg. pœnal. c.* 5. *docum.* 4. Nauar. *sum. c.* 23. *Hispan. num.* 50. 51. 54. 55. *Latin. num.* 51. 53. 54. Valent. 1. 2. *disput.* 7. *q.* 5. *punct.* 6. *quæstione.* 2. *in* 6. *signo.* Philiarc. *de offic. sacerd. tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 2. *c.* 2. *dis.* 2. Sayr. *clau. reg. lib.* 3. *c.* 7. *num.* 27. eandem tenent de lege ecclesiastica nullam legis diuinæ, aut naturalis, vel ciuilis mentionem facientes, Gutier. *qq. canonicæ lib.* 1. *c.* 7. *num.* 11. Emmanuel Sà *sum. verb. lex. num.* 6. & eandem sequuntur loquentes indistinctè de omnibus legibus, ducti authoritate illius *Clement.* Abb. *c. nam conuiscentiam. num.* 2. & 3. *de constitut. & rubr. de obseruat. in vrb. sine.* Caiet. 2. 2. *q.* 186. *art.* 9. *circa solut. ad* 2. Gabriel 4. *distin.* 17. *q.* 3. *art.* 1. *ad fin.* Euerard. *loco ab æquipollentib. num.* 11. Angel. *verb. lex. num.* 3. Sylueft. *verb. præceptum. quæst.* 2. Armil. *verb. lex. num.* 4. Ioan. Med. *C. de sum. quæst. de necessitat. seruan. sium.* § *vt igitur quod ad modo.* Carbon. *de legib. lib.* 7. *disp.* 4. *proposit.* 2. & *disp.* 5. *proposit.* 3. Immo Azor *lib.* 5. *institut. cum. 1. c.* 6. *q.* 5. & probata sub prædicta distinctione docet, omnia verba prædicta in quacumque lege importare obligationem sub mortali.

30 At iure optimo regulam hanc impugnant Ledesm. 2. *part.* 4. *q.* 17. *art.* 1. *dub.* 6. Barth. de Medin. 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. *fol.* 874. & ibi Vasq. *disp.* 158. *c.* 4. *num.* 3. & 35. Tolet. *in fin. sum. tract. de peccat. mortal. c.* 20. *num.* 2. & 3. Salon 2. 2. *q.* 77. *art.* 1. *controuers.* 8. *col.* 4. §. *sed quamuis verissimum*, dicentes, verba præcepti, aut æquipollentia in quacumque lege posita non sufficienter indicare intentionem legislatoris obligandi ad mortale; sed aliunde eam intentionem deducendam esse. Et ita optimè Caiet. *in sum. verb. præcepti transgressio.* §. *pœna præceptorum*, dixit ex his verbis incertum esse iudicium in iure: quare optimè Vasquez *ibidem* ait prædicta verba solùm attendenda esse ad cognoscendum, an constituto habeat vim præcepti obligantis in conscientia, an solùs simplicis constitutionis ad nullam culpam obligantis; suppositis autem verbis obligantibus, esse aliunde petendum, an obligatio sub mortali, an potiùs sub veniali sit. Quod idem apertè sentit Molin. quem num. sequenti referemus. Ratio autem huius est, quia cùm omnia ea verba sint suapte natura indifferentia ad denotandam obligationem sub mortali, & sub veniali, nulla ratio sufficiens est suadens ex eis deduci obligationem sub mortali. Nam *Clement. exiui. de verb. significat.* cui contrarij innituntur, id minimè probat; nam Pontifex ibi non definit quando lex verè præcipiens obliget sub mortali; quando autem sub veniali. Nec de hac re consultus fuit, sed tantùm an fratres Franciscani ad omnia euangelica consilia, & ad omnia contenta in regula teneantur. Et primò respondet, eos non teneri ad consilia non contenta in regula. Deinde dicit, ad contenta in regula non æquè eos teneri; sed ad quædam teneri sub mortali tam vero sub veniali teneantur ex alio capite, non ex illius nec sola vi verbi præcepti, aut æquipollentis nimirùm ad declarandam obligationem sub mortali, sed ea vi simul cum materiæ præcepti gravitate, quæ iure optimo gravis conferri debet ad illius religionis finem; & sic materiæ gravitas determinat verba illa præcepti, aut æquipollentia, quæ de se vtrique obligationi indifferentia erat, vt censeatur obligatio inducta sub mortali. Deinde si solis verbis niteretur, nulla esset differentia à quibusdam Doctoribus contrariæ sententiæ statuta, inter ea verba in iure ecclesiastico, & in iure ciuili posita, cùm Pontifex nihil speciale ibi de iure canonico definiat, nec innitatur vsui illorum verborum recepto in iure canonico, sed virtuti, & naturæ verborum. Quare optimè dixit Vasquez *n.* 30. eandem vim habere ea verba in vtroque iure posita. Atque ita aliqui ex contrariis Doctoribus non distinxêre, & alij clarè dixerunt idem esse in vtroque iure (vt n. præced. tetulimus.) Præterea, quia Victoria *relect. de potestat. civil. n.* 18. & Bellarm. *in suis controuers. tom.* 1. *part.* 2. *controuers.* 5. *de membr. Eccles. milit. lib.* 3. *cap.* 11. *sub initio in principio* tradunt ad discernendum, an leges humanæ obligent sub mortali, an potiùs sub solo veniali, oportere eas considerare, ac si essent diuinæ: nam humana lex, quæ si esset diuina, obligaret sub mortali, obligabit sub mortali, & quæ si esset diuina, obligaret sub veniali, obligabit sub veniali; quantum ad hoc enim nihil refert, sed eodem modo obligat, ac si esset lata à Deo, etsi non ita firmiter. Ergo si lata à Deo sub illis verbis non est sufficiens indicium, vt sub mortali obliget, prout aduersarij fatentur; ergo nec erit sufficiens huius obligationis indicium, quando sub illis ferretur ab homine in quouis iure.

Quare vbi nec de legislatoris intentione volentis obligare sub mortali, an sub solo veniali, aliunde constat; nec de communi legis intellectu, vera regula ad discernendam hanc obligationem desumenda est ex gravitate, vel leuitate materiæ præceptæ, & si illa gravis sit respectu finis à legislatore intenti, lex obliget sub mortali: & si leuis, obligabit sub veniali. Et ita docent Barthol. Medi. & Vasquez n. præcedenti allegati, quamuis ipsi velint id verum esse, etsi constet legislatorem voluisse obligare sub solo veniali in illa materia graui, eo quod eius sententiæ sint, vt tunc, velit, nolit, obliget lex sub mortali (vt retulimus n. 26.) Sed quia non contrarium tenuimus n. 25. addidimus, quando non constat de limitata legislatoris voluntate, recurrendum omnino ad materiæ gravitatem. Ideo tenet Victor. *relect. de potest. ciuil. n.* 19. *vbi ait*, an lex sit diuina, sive humana obliget

ser ad mortale, vel veniale; relinqui discernendum ex sola materiæ qualitate. Idem docet Aragon 2.2.q.62.art. 3.col.6.§.& si quis quæret, vbi dicit generaliter quantitatem obligationis sumendam esse ex rei præceptæ qualitate. Et meliùs id docet Molin. tom.2. de iust. disp.344 ad fin. vbi ait, non quæcumque à Summo Pontifice prohibita, aut præcepta, prohiberi, aut præcipi sub reatu lethalis culpæ, esto præcepta condat ad culpam obligantia, & esto dicat ex diuini honoris affectu, se firmiter prohibere: sed ad discernendum, an sub lethali, aut veniali culpa obligent, spectandam esse dignitatem materiæ præceptæ, & pœnam lege transgressoribus statutam. Idem docent Carbon de legib. lib.7 disp.4 propos.1. & Sayr. in clau. reg. lib.3.c.7.num.13.

32 Sed restat explicare, quæ verba præceptum importent, & quæ æquipolleant præcepto, & quæ communia & indifferentia sint, & præceptis, & consiliis. In qua re supponendum est ratione subiectæ materiæ quandoque verba importantia consilium, sumi pro præcepti verbis, & è contrà hæc pro verbis consilij, vt verbum, *Rogo*, exponitur pro *Præcipio*. c. *rogo*. 11.q.3. vt docet ibi Glofl. *verb. Rogo*. & *Præcipio* sumitur pro *Moneo*. c.2.12.q.1. vt ibi notat Glofl. final. Et ita animaduertunt Anton. *c. nam concupiscentiam, fine. de constitut.* & ibi Abbas *num.*4. Imol. *n.*8. Sylueft. *verb. præceptum. q.* 2. quamuis possit dici cum Dec. *eo c. nam concupiscentiam. in 1. lectur. in nou. edit. num.* 21. & 22. tunc non sumi verbum *Rogo* impropriè; quia quamuis res illa sit alio iure præcepta, potest quoque in alio iure rogari. Tunc autem contingit verba hic sumi impropriè, vt bene notant Anton. & Imol. *ibidem*, quando constat materiam esse præcepti; tunc quibuscumque verbis consilium importantibus textus vtatur, ea impropriè vsurpantur, vt præceptum importent. Et è contrà, quando constat materiam esse solius consilij, quæcumque apponantur verba præceptum significantia, vsurpantur impropriè pro verbis consilij. Quando autem neutrum constat, spectandus est verborum rigor, isque seruandus.

33 Verba ergo præceptum importantia sunt, *Præcipio*, prout clarè constat, & docent omnes, idem importat *Iubeo*. Et ita docent Glofl. *Clementi. Pastoral. verb. de mort. c. sentent. & re iudic.* & *Clementi final. verb. iubemus, de cons.* & ibi Cardin. *num.*1. Imol. *num.* 2. Bart. *l. sæpe. ad senatusc. de offic. Præsid.* Anton. *c. nam concupiscentiam fine. de constitution.* & ibi Felin. *num.*5. Bonifac. *Clementi. 1. num.*23. *de penit. & remission.* & *l.2. num.* 1. *C. communia. de legat.* Ange *verb. lex. num.*3. & ibi Tabien. *q.*28. *num.*19. Armil. *num.* Sylueft. *verb. præceptum. q.*2. Gabriel *4. distin.*16. *q.*3. *art. ad finem.* Castr. *lib.1. de leg. pœnal. c.* 5. *docum.*4. Gutierr. *qq. canonic. lib.1. c.7. num.*21. Azor *tom.* 1. *institution. moral. lib.3. c.6. q.*5. Vazquez 1.2. *q.*96. *art.*4. *disput.* 138. *c.*4. *num* 22. Philiarc. *de offic. sacerdot. tom.* 1. *part.*2. *lib.*3. *c.*2. *dist.* Sayr. *clau. reg. lib.*3. *c.*7. *num.*27. quamuis minus bene Emanuel Sà *in sum. verb. lex. num.* 6. dicat verbum *Præcipiens* importare præceptum, non autem verbum *Iubens*; quippe idem importat vtrumque verbum. Idémque important hæc verba, *Impero, Edico*. ita docet Azor *ibidem*. Idem importat verbum *Iniungimus*, ita docet Glofl. *Clement. quia contingit. verb. iniungimus de religios. domib.* & ibi Imol. *num.*11. Cardinal. *ibi vers. in quo. num.* 1. Felin. *d. c. nam concupiscentiam. num.* 5.

34 Similiter important præceptum verba significantia prohibitionem, qualia sunt, *Prohibeo, Inhibeo, Veto, Interdico*: quippe omnis prohibitio præceptum abstinendi se à re prohibita continet. Sic tradunt Archidiacon. *c. interdixit. num.*2. *distinct.* 32. Anton. *d. c. nam concupiscentiam, fine. de constitution.* & ibi Abb. *num.*5. Felin. *num.* 5. Alex. de Neuo *num.*21. idem Abb. *c. relatum. num.* 6. *de clerici, vel monachi.* Angel. Sylueft. Tabien. Armil. Gabriel, Gutier. Sayr. Vazquez, Azor n. præced. allegati, & Euerard. *loco ab æquipol. num.*11.

35 Citra hoc verbum *Mando*, est difficultas; quidam enim assignant discrimen inter verbum, *Præcipio*, & *Mando*, vt illud importet obligationem sub mortali, hoc autem sub veniali. Ita docet Sylueft. *verb. lex. q.*8. & dicit esse communem hanc differentiam. D. Anton. 2. *part. tit.*4. *cap.*2. §.3. & 3. *part. tit.*16. *cap.*1. §.9. *fine.* & videntur tenere Azor *lib.*5 *institut. cap.*6. *q.*5. & Emmanuel Sà *in sum. verb. lex. num.*6. vbi dicunt, id verbum non importare grauem obligationem, & id non afferre præceptum. Docent etiam Glossa *l. sæpe. verb. necessitatem. ff. de offic. Præsid.* & ibi Bart. *ad finem.* & *l.2. num.*1. *C. communia, de legat.* Cardinal. *Clement. fin. num.*3. *prope finem. de procurator. tribun.* At dicendum est, importare præceptum, sicut etiam verbum *Præcipio*: nam quamuis interdum accipiatur pro *Commuto*; at quando in constitutione aliquid statuenti ponitur, importat præceptum. Et ita meritò D. Anton. vtroque loco citato ait, *Mando*, & *Præcipio*, vsurpari communiter pro eodem, & importare præceptum. Docent Archidiacon. *c. fin. num.*5. 24. *quæst.*1. Anton. *c. nam concupiscentiam in fine. de constitut.* & ibi Alex. de Neuo *num.*24. Felin. *num.*5. & 7. *c. tam te. num.*11. *differen.*5. *de rescript.* & ibi Abb. *num.*4. Bonifac. *Clement. 2. num.*23. *de penit. & remission.* Sylueft. Gabr. Castr. allegati n.32. Vazquez 1.2. *q.*96. *art.*4. *disp.* 138. *cap.*5. *num.*21. & *cap.*6. *num.*5. 6. vbi meritò reprobat differentiam illam ab aliquibus traditam inter *Mando*, & *Præcipio*, dicens vtrumque verbum posse ad mortale, seu veniale obligare.

36 Verba æquipollentia præcepto sunt, *Debeo*: quippe ex propria significatione non debitum honestatis, sed præcepti importat. Etsi aliquando per accidens ratione subiectæ materiæ debitum solius honestatis importet, vt ex multis Doctoribus probauimus *lib.4. de matrim. disput.*25. *num.*22. & præter authores ibi citatos, idem docent Felin. *c. nam concupiscentiam. num.*6. *de constitut.* & ibi Alex. de Neuo *num.*25. Tabien. *verb. lex. q.*28. *num.*29. Tolet. *in fin. summ.* vbi de peccat. mortal. *cap.*20. *num.*2. Azor *lib.*5. *institution. moralis. 6. q.*5. Vazq. 1.2. *q.*96. *art.*4. *disp.*138. *c.*3. *num.*21. Emmanuel Sà *sum. verb. lex. num.*6. Philiarc. *de offic. sacerd. tom.*1. *part.*2. *lib.*3. *c.*2. *dist.*3. & constat ex *c. si quis.*1. & *c. si Episcopus.*11. *q.*3. & *c. sicut Ecclesia.* 12. *q.*2. & *c. proposuit.* §. *super quo.* & *c. oblatæ, de appellat.* & *c. vt fame.* §. *respondemus, de sentent. excom.* in quibus locis significat præceptum, quamuis aliqui pauci, quos *ex disp.* 24. *num.*2. retulimus, dicant non importare præceptum. Quod est tantùm verum in triplici casu. Primus est, quando subiecta materia id petit: quod accidit, quando si importaret præceptum, resultaret absurdus intellectus, vel alicuius iuris correctio. *l. Prætor. in principio. ff. de edendo.* Ita Bart. *l. creditores. la* 2. *num.* 3. *C. a piguor.* Imola *Clement. attendentes. num.* [illegible] *statu. mon[illegible] clor.* Secundus est, quando dispositio le[illegible] pti est principaliter in fauorem eius, cui [illegible] ad quem refertur. Et ratio est, quia cùm po[illegible] re suo cedere, non potest debitum præcepti, & [illegible] fitatis importare, vt colligitur ex *laudat. pater. 79.* §. *Ido. ff. de legat.* 2. vbi Glofl. *verb. iuri*, tradit prædictam [illegible] tionem. Et ita docent Bart. *eod. num.*3. & *l. sæpe. in fine. ff. de offic. Præsidis.* Felin. *d. c. nam concupiscentiam. num.*8. *limit.* 12. Vltimus est, quando adiungitur particula importans consilium, vt si dicat, humiliter debet. Sic Glofl. *c.1. verb. humiliter. d.6.* Sed cùm hæ acceptiones impropriæ sint, & ex peculiari ratione concurrenti distrahatur verbum, *Debeo*, à propria significatione, quæ & vt debitum præcepti importet, non sunt ad consequentiam trahendæ, vt bene animaduertunt Gabr. *4. dist.* 1. *q.*3. *art.*1. *ad finem.* Angel *verb. lex. num.*3. Sylueft. *verb. præceptum. q.*2.

Sed de verbo, *Oportet*, est difficultas; quidam enim dicunt suapte natura importare necessitatem, & debitū præcepti, etsi quandoque per accidens ratione subiectæ materiæ importet debitum honestatis, sicut n. præced. dixim 12. Idem de verbo, *Debet*. Sic docet Glofl. *l.1. verb.*

l.1. verb. prima. ff. de iust. & iur. & ibi Bart. *statim in princ.* Iason *num.*9. Anton. *c. nam concupiscentiam, in fin. de constitution.* & ibi Imol. *num.*10. Alexand. de Neuo *num.* 25. Felin. *num.* 5. & *c. si qui testium. num.* 3. *de testib.* Fortunquem refert, & sequitur Nauarr. *sum. c.*23. *Hisp. num.*31. *Latin. num.*33. Ioan. à Meti. *C. de iudicio. q. de necessitate. num. iudicium.* §. *vt igitur quodam modo.* Tolet. *in fin. sum.* vbi de peccat. mortal. *cap.*20. *num.* 2. Emmanuel Sà *sum. verb. lex. num.*6. Valent. 1.2. *disput.*7. *q.*5. *quæst.*6. *quæstione.* 3. *vers. sunt autem circa hæc.* Philiarc. *de offic. sacerd. tom.*1. *part.*2. *lib.*3. *c.*1. *dist.*3. At verius est, solius honestatis debitum importare, quia id verbum est indifferens, & aliquando debitum præcepti, aliquando debitum honestatis importat, & bene tradunt Glofl. *c.1. verb. oportet. de præscript. in* 6. & *c.1. verb. oportere.* 25. *q.* 1. & ibi Archidiacon. *n. vnic.* Turrecrem. *num.*1. Salon 1.2. *q.*77. *art.*1. *controuers.*8. *col.* 5. §. *ex his sequitur.* Carbon *de legib. lib.*7. *disp.*4. *ad finem.* Non ergo recensendum est inter verba æquipollentia præcepto, eo vel maximè quod (vt dicemus n.66.) in dubio, an verbum importet præceptum, an potiùs consilium, benignior pars, vt solum consilium importet, accipienda est. Et ita docent Castr. *lib.*1. *de leg. pœnal. c.* 5. *docum.*4.

38 Præterea, sunt verba æquipollentia præcepto, *tenemur*; & docent Castr. *eo docum.*4. Vazq. *eo c.*3. *n.*21. Emmanuel Sà *sum. verb. lex. num.*6. *Sayr. clau. reg. lib.*3. *c.*7. *num.* 27. Azor *lib.*5. *institut. moral. c.* 6. *quæst.*5. vbi idem bene dicit de verbo, *obligentur*: quia eadem est significatio. Similiter æquipollent præcepto omnia verba necessitatem importantia, vt, *necessario, necesse est*; & docent Glofl. *c. domino. verb. mortuo. dist.*50. & ibi Archidiac. *num.*1. Præpositi. *col.*2. Ioan. à Meti. citatus n. præceden. Castr. & Vazq. Sayr. proximè allegati, Philiarc. n. præceden. relatus. Idem dicendum est de verbo, *non licet*; sic Castro, Merina, Philiarc. Vazq. *ibidem*. Idem dicendum est de verbo, *non potest*, vt bene docent Castr. & Vazq. *ibidem*. Et ratio est, quia verbum, *non potest*, præcisam necessitatem importat, vt ex multis probauimus *lib.* 6. *de matrim. disp.*48. *n.*10.

39 De verbis imperatiui est rursus difficultas, vt, *facite*, vel, *faciant*: quidam enim dicunt ex se importare præceptum, quia quod imperatur necesse est fieri. Sic Decius *c. nam concupiscentiam, in 1. dict. fin. de constitution.* citatus Abb. *c. vestra. n.*1. *non ab.* 1. *de cohabitat. clericor. & mulier.* At hoc non dicit ita generaliter, immo ait, an id sit verum generaliter, colligendum esse ex *Clement. exitum, de verb. signif.* Alij autem dicunt importare præceptum, sub solo tamen veniali obligans. Sic Nauar. *sum. c.*23. *Hisp. num.*28. *Latin. num.*29. Emmanuel Sà *summ. verb. lex. num.* [illegible] Philiarc. *de offic. sacerd. tom.*1. *part.* 2. *lib.*3. *c.*1. *dist.*3. & [illegible] significat Sayr. *clau. reg. lib.*3. *cap.*7. *num.*26. ait [illegible] an importare obligationem sub mortali. Alij dicunt ea non importare præceptum aliquod, quia sunt simplicia quædam verba, & quando ius, vel superior aliquid sub culpa præcipere vult, fortioribus terminis vti solet. Sic Caiet. 2.2. *q.*186. *art.*9. *circa solut. ad* 2. Castr. *eo docum.*4. Salon 1.2. *q.*77. *ar.*1. *contr.*8. *col.*5. *vers. ex his sequitur.* Carbon *de legib. lib.*7. *disput.* 4. *ad finem.* Vazq. *eo c.*3. *num.*24. limitatque *num.*25. præterquàm in legibus contentis in iure canonico, & Conciliis, quæ per solum imperatiui verbum obligant ad culpam: quod intelligendum est iuxta materiæ gravitatem, & necessitatem. Sed dicendum est, standum esse consuetudini regionis acceptantis, & intelligentis ea verba. Si enim ea explicuit tanquam verba præcepti, continebunt præceptum, si verò tanquam verba consilij, continebunt consilium. Vbi autem consuetudo nihil explicuit, spectandam esse materiam, & si ea magni ponderis, & necessitatis sit, & verisimile sit, eam sic à superiore ponderatam, continebunt præceptum: secus autem non. Probatur hoc ex *Clemente. exiui. §. item quia. vers. nos igitur. de verb. signific.* vbi Pontifex expressè dixit, verba imperatiui nec continere præceptum, nec et æquipollere, & statim ex materiæ gravitate præceptum colligit. Sic Anton. *c. nam concupiscentiam, in fin. de constitut.* & ibi Abb. *num.* 4. Imola *num.*10. Felin. *num.*8. *vers. de aliquibus autem verbis.* Alex. de Neuo *nu.*16. idem Abb. *c. relatum. nu.*6. *de clerici, vel monachi.* Angel. *verb. lex. n.*3. & ibi Tabien. *q.*28. *num.*29. Armil. *num.*4. & ipse Vazq. *eo art.*4. *disput.*139. *cap.*2. *num.*10. dicit verba imperatiui importare præceptum, quando aliquoin materia illius legis plurimum interest Reipublicæ, & sic tenet hanc sententiam. Eandem sequuntur Sylueft. *verb. præceptum. q.*2. Euerard. *loco ab æquipollentibus. num.*11. & alij plures. Addunt insuper Imol. & Alex. de Neuo, importare verba hæc præceptum ratione alicuius adiuncti, vt si dicat, facias, vt teneris. Nec obstat ratio Decij probantis semper ea verba importare præceptum, quia vt bene ait Caietanus proximè allegatus) verba imperatiui Grammaticè important præceptum, non autem iuridicè.

Tandem alia sunt verba communia, quæ nec sunt præcepti, nec æquipollentia præcepto, qualia sunt, *Monemus, Hortamur*, & similia, quod omnes fateantur. Inter hæc numeratur, *Ordinamus*. Sic Abbas *rubr. de obseruat. iejunior. fine.* Angel. *verb. lex. num.*3. Sylueft. *verb. præceptum. q.*2. Armil. *verb. lex. num.*4. Gabr. *4. dist.*16. *q.*3. *art.*1. *ad finem.* Castr. *eo docum.*4. Ioan. à Meti. *C. de iudic. q. de necessitate. seruan. iudicium.* §. *vt igitur quodam modo.* Ledesf. 2. *part.* 4. *q.*17. *art.*2. *dub.*6. Nauar. *sum. c.*23. *Hisp. num.*48. *Latin. num.*47. Gutierr. *qq. canonic. lib.*1. *c.*7. *num.*25. Azor *tom.*1. *institution. lib.*5. *cap.*6. *q.*5. Emmanuel Sà *sum. verb. lex. num.*6. Vazq. 1.2. *q.*96. *art.*4. *disp.*138. *cap.*5. *num.*23. Philiarc. *de offic. sacerdot. tom.*1. *part.*2. *lib.*3. *c.*2. *dist.*3. Sayr. *clau. reg. lib.* 3. *cap.*7. *num.*28. Idem de verb. *Statuimus*, Anton. *c. nam concupiscentiam. fin. de constitutionib.* & ibi Abb. *num.*4. & *rubr. de obseruat. iejunior. fine.* Angel. Sylu. Castr. Gabr. Ioann. Meti. Ledesf. Nauar. Gutier. Azor, Vazq. & Sayr. citati, Tabien. verb. *lex. quæst.*28. *num.*29. & ibi Armil. *num.*4. & *verb. præceptum. num.*7. Eadem bene ait Sayro de verbis, *Sublimamus, Constituimus*: quamuis Felinus *d. c. nam concupiscentiam. eius.*8. *limit.*4. & ibi Deci. *in* 2. *lect. in nou. edition. num.* 25. Imol. *num.*8. & 9. dicant verbum, *Statuimus*, importare præceptum: quod potest probari, quia Glossa fin. *in princ. Clement. fin. de rescript.* dicit verbum, *Statuimus*, inducere nouum ius. Sed respondet bene Alex. de Neuo *c. nam concupiscentiam. num.* 28. *de constitutionib.* etsi nouum sit ius, non inde concludi obligare ad culpam; & idem dicit Felinus de aliis verbis communibus. Similiter est verbum commune *Inuocamus*. Sic Gabr. Sylu. Angel. & Azor citati. Similiter est verbum commune, & non præcepti, nec æquipollentis præcepto, *Volumus*. Sic Anton. Alex. de Neuo, Sylueft. Castr. Gabr. Ioan. Metin. Ledesm. Gutier. citati, Azor, Philiarc. Sayr. & Vazq. locis adductis, tamuis Imol. *eo num.* 8. & alij, quos tacito nomine fert Sylueft. dicant verbum, *Volumus*, esse præcepti, similiter est verbum commune, *Intendimus*, vt docet Azor suprà. Idémque dicendum est de verbo, *Sancimus*, scilicet esse commune, non præcepti, vt bene Castr. Vazquez & Gutier. allegati suprà.

Sed de verbo, *Determinamus*, est specialis difficultas: quidam asserunt importare necessitatem. Sic Gratian. *dist.*4. *in fin.* Archidiac. *c.*1. *num.*2. *dist.*76. vbi Dominic. & Turrecrem. *in fin.* Anton. *d. c. nam concupiscentiam.* Felin. *num.*8. *limit.*4. Imol. *num.*9. Decius *in* 2. *lectur. in nou. edit. num.*25. At verius est, esse verbum commune, & sic nec præcepti, nec præcepto æquipollentis. Sic docent Abb. *c. nam concupiscentiam. num.*4. *de constitut.* Angel. Sylueft. Tabien. Gabr. Castr. Gutier. Vazq. Azor n. præced. allegati, Armil. *verb. præceptum. n.*7.

Non constat autem inter hos Doctores, an ex 42
quia prædicta verba continentur, prorsus non obligent ad culpam; nam Abb. *c. nam concupiscentiam. num.*4. *de*

constitut.

cerstitur. & excel. num. 3. vt clerici, vel monachi. Tabien. *verb. lex. num. 28. q. 29.* & ibi Armil. *num. 4.* Emmanuel Sà *num. 6.* dicunt prædictæ verba communia indicare non esse legislatoris mentem obligare ad culpam mortalem: vnde videntur sentire, esse mentem legislatoris, obligare ad veniale. Eodem modo loquendi vtitur Azor *lib. 1. instit. moral. cap. 6. q. 5.* dicens hæc verba non continere grauem obligationem: atque expressè id tenent idem Abb. *rubr. de obseruat. ieiun. in fin.* & Nauarr. *sum. cap. 23. Hispan. num. 48. Latin. num. 49.* Philiarc. *de offic. sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. c. 2. dist. 1.* At verius est tunc legem ad nullam culpam obligare, quia eam obligationem ea verba communia non important, & rigidioribus, atque expressioribus verbis vtitur legislator, dum ad culpam obligare intendit. Et ita docent Anton. & Vazquez n. 40. allegati.

43 Denique circa hæc certum est inter Doctores, aliqua vertia addi solere legibus, & præceptis, quibus clarè significatur intentionem præcipientium esse, obligare sub mortali, vt quando in præcepto dicitur id iuberi in virtute obedientiæ. Atque ita docent Gabr. *4. dist. 16. q. 3. art. 1. ad finem.* D. Antonin. *2. p. tit. 4. c. 2. §. 1.* & *3. part. tit. 16. c. 1. §. 9. ad finem.* Angel. *verb. lex. n. 5.* Sylvest. *verb. præceptum. q. 2.* Caiet. *1. 2. q. 186. art. 9. circa solution. ad 2.* Tabien. *verb. lex. q. 28. num. 29.* & ibi Armil. *num. 4.* Castr. *lib. 1. de leg. penal. c. 5. dotum. 4.* Ioan. Metin. *Code tituo. q. de necessit. seruan. ieiun. §. vt igitur quodam modo.* Ledesm. *1. part. 4. q. 17. art. 2. dub. 6.* Nauarr. *sum. c. 23. Latin. num. 53. Hisp. num. 51.* Sayr. *clau. reg. lib. 3. cap. 7. num. 14.* Salon *2. 2. q. 77. art. 1. contro. 8. regul. 2.* Aragon *1. 2. q. 62. art. 3. col. 6. §. & si quis quærat.* Valent. *1. 2. disput. 7. q. 4. punct. 6. q. 3. in 3. signo.* & *1. 2. disput. 10. q. 4. punct. 5. col. antepenult. vers. præter hanc autem.* Manuel *tom. 1. sum. in 2. editione. c. 194. num. 1.* Azor *tom. 1. institut. moral. lib. 5. cap. 6. quæst. 5.* Idem si dicatur, virtute iurisiurandi præstiti, aut voti facti: quia perinde exigitur obedientia vi illius vinculi sub mortali obligantis debita. Azor *ibidem.* Atque idem esset, si diceretur, sub pœna præstiti: quia similiter exigitur obedientia, virtute iuramenti debita: atque idem sensus est, ac dicere, virtute iuramenti. Idem, si dicatur in virtute Spiritus sancti: quia tam grauia verba fati indicant animum superioris esse, velle grauem sui mortali obligationem imponere. Item quia vsus iam obtinuit, vt similia verba obligationem sub morta indicent. Ita tradunt Ledesm. & Aragon, D. Antonin & Armil. locis proximè allegatis. Atque idem credem, si dicatur, in nomine, vel virtute IESV: quia eadem in his verbis procedit ratio. Idem, si dicatur, sub interminatione gehennæ: quia ea comminatio nominori culpæ, quàm mortali fieri valet. Castr. supe. Idem, si dicatur, sub pœna maledictionis æternæ: qui hæc solis inimicis Dei conuenit. Ita D. Antonin. *2. p. tit. 4. cap. 1.* Angel. Tabien. Armil. Azor suprà citati, Sylvest. *verb. præceptum. q. 3.* Vazquez *1. 2. q. 96. art. 4. disp. 15 cap. 5. num. 46.* Idem, si dicatur, sub pœna indignation Dei, ob eandem rationem. Sylvest. *ea q. 3.* Angel. Tabien. Armil. Gabr. Azor, & Vazquez allegati. Vel, si pœna maledictionis Dei. Tolet. *in sum. sum.* vbi de peccat. mortal. *cap. 19. num. 6.* Et idem ob eandem rationem dicendum est, si dicatur, sub indignatione Apostolorum Petri, & Pauli, vt bene Nauarr. Valent. Tolet. Sayr. & Salon citati. Idem, sub stricto Dei iudicio, quia graue est additum, vt bene Gabr. suprà. Idem propter eandem rationem existimandum est, si dicatur, sub obtestatione diuini iudicij. Nauarr. Valent. & Sayr. citati. Idem, si addatur particula, *strictè*, vel *arctè*, vt, strictè mandamus: quia strictè mandare, non est, nisi quando est animus grauiter obligandi, vt bene notant Azor, & Nauarr. suprà adducti. Idem, si in lege dicatur, sub præcepto. Ita docet Ledesm. suprà; sed non approbo, quia cùm præceptum sit commune peccato veniali, & mortali, non est cur id additum importet obligationem sub mortali.

44 Et hæc omnia verùm habent, etsi verba sint communia, & nullam ex se obligationem inducentia, vt, ordinamus, vel statuimus in virtute obedientiæ: quia illud additum quibuscumque verbis, satis indicat mentem superioris esse, obligare grauiter, & in quantum potest, sic Gabr. *ibidem.* Idem tenet Castr. *ibidem*; ait enim, etsi verba præcepti sint communia, esse mortale, quando pœna est talis, vt pro solo mortali infligi solear. Idem clarè tenet Azor *ibidem*; ait enim esse mortale, quando superior dicit, strictè, vel in virtute obedientiæ mandamus, ordinamus, decernimus, statuimus. Quæ verba sentit esse communia, vt ex ipso textuinmus n. 40.

45 Insuper credo hæc habere verum, etsi superior talis esset, qui nequiret præcipere in virtute obedientiæ, vel Spiritus sancti, vtpote qui iurisdictione spirituali careret, cuius est similibus verbis in suis præceptis vti. Si enim materia talis sit, vt posset superior ille obligare sub mortali præcipiendo illam, obligaret sub mortali; quia vtens similibus verbis, etsi vsus ineptus sit, satis explicat suam mentem esse, velle obligare secundùm totam suam potestatem, & eo modo quo superiores habentes iurisdictionem spiritualem, intendunt præcipere, dum similibus verbis vtuntur.

46 Præterea hæc vera sunt, etsi dubium sit, an materia sit ita grauis, vt capax sit obligationis sub mortali: quia dù de materiæ leuitate non constat, tenetur subditus iudicio superioris stare. Sic Cordu. *in reg. D. Franc. cap. 10. q. 3. punct. 1.* in primo modo cognoscendi quomodo præcepta obligent, Aragon *2. 2. q. 62. art. 3. col. 6. §. & si quis quærat*: & apertè id tenet Sot. *4. distinct. 22. q. 1. art. 2. conclus. 1. corollar. 1.* dicens enim præceptum sub pœna excomunicationis obligare sub mortali, limitat, nisi tantus esset abusus sic præcipiendi in rebus leuissimis, vt præceptum contineret manifestum errorem. Quod idem tradit Vazquez *1. 2. q. 96. art. 4. disput. 158. cap. 5. num. 40.* Metin. *eodem art. 4. fol. 874. vers. sed contra istas regulas.* At, vt bene ait Corduba, si constaret materiam non esse ita grauem, vt obligaret sub mortali, obligabit tamen sub veniali, quia superior intendit obligare quantum potest.

SVMMARIVM.

An ex pœnis spiritualibus colligatur obligatio ad culpam num. 47.

An sit signum obligationis sub mortali pœna excommunicationis minoris in lege imposita n. 48.

Quid si imponatur excommunicatio maior, [illegible] ferenda, vel tantum ferenda? refertur quæst. num. 49.

Quando imponitur pœna excommunicationis ferendæ seu præcepto Prælati, inducitur obligatio grauis n. 50.

Quid si ea forma imponatur excommunicatio, vt necessaria, monitio præuia antequam feratur n. 51.

Quid si ob leuitatem materiæ ea monitio necessaria sit n. 52.

Quid si excommunicatio sit ad terrorem, & quid si id lateat subditum, & an superior possit animum mutare, & quid si materia ex se sit leuis, & propter subditi obstinationem, fiat grauis n. 53.

Quid de pœnis suspensionis, interdicti, & irregularitatis num. 54.

Quid de pœna depositionis, aut degradationis, & priuationis ecclesiasticæ sepulturæ n. 55.

An hæc vera sint, etiamsi lex sit purè pœnalis, nec vtatur verbis præcepti, sed communibus n. 56.

An quando pœna est temporalis, obligat lex eam indicens sub aliqua culpa? & explicatur quando sit certum non obligare. num. 57.

Explicatur difficultas, & refertur duplex sententia. num. 58. & 59.

Explicatur

Explicatur sententia auctoris, & soluuntur contraria. n. 60.

Quid si lex aliqua id sit interdictum n. 61.

An lex pœnalis pedagia imponens obligat in conscientia? n. 62.

Quid si materia legis merè pœnalis, esset valde grauis, vel pœna valde grauis? n. 63.

An pœna mortis, mutilationis, infamiæ, cæteris, saltem in religionibus: & pœna grauioris culpæ in illis, vt pœna exilij, carceris, flagellationis, pecuniaria, & confiscationis bonorum, amissionis publicæ muneris, sint indicium obligationis ad culpam mortalem? n. 64.

Quid si verba legis non sint præcepti, sed communia? n. 65.

In dubio, an lex obliget, vel non obliget sub mortali, quid iudicandum? n. 66.

An omnis lex obligat saltem sub veniali, quando aliud non constat ex mente legislatoris? n. 67.

Quando regula religiosorum obligat sub mortali ad externas obseruantias regulares, & quando sub veniali, & quando sub nulla culpa. n. 68.

Quando id accidat in præceptis superiorum. n. 69.

An in religione Societatis IESV, & in alias, non obligent præcepta, nisi quando aliquid in virtute obedientiæ iubetur, vel sufficiat aliud signum ex suprà enumeratis, vt intelligantur obligare in conscientia? n. 70.

An religiosus infringens præceptum regulæ, aut superioris, committat duplex peccatum? n. 71.

An inobedientia, quæ ex solo contemptu, aut ex alia extrinseca circumstantia est mortalis, censeatur reseruata, quando reseratur peccatum inobedientiæ? n. 72.

47 Circa alteram quæstionem, nempe, an, & quomodo ex pœnis colligi possit intentio præcipientium non inducendi obligationem, aut inducendi hanc, seu illam, in primis certum est inter Doctores, quando verba nihil obligationis indicant, ex pœnis spiritualibus appositis concicere licere obligationem. Si enim apponatur pœna spiritualis, manifestè colligitur aliquam in transgressione culpam esse; atque ita fatentur omnes, vt ex dicendis constabit.

48 Præterea verius est, non esse signum obligationis sub mortali, quando transgressori præcepti imponitur pœna excommunicationis minoris; quia hæc leuis pœna est, & pro solo veniali incurritur secundùm omnes. Quare tunc consideranda est aliunde grauitas materiæ ad discernendum, an sit obligatio sub mortali. Sic docet Vazq. *1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. num. 40.*

49 Tertiò est certum, si præcepti transgressori imponatur pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, siue explicàdo maiorem, siue absolutè (de maiori enim intelligitur *cap. penult. de sentent. excommunic.*) esse obligationem sub mortali, quia hæc pœna pro solo mortali [illegible] est infliß. Quod si tamen excommunicatio sit ferenda, [illegible] constat inter Doctores, an talis lex ad mortale semper obligetiam D. Antonin. *2. part. tit. 4. cap. 1. §. 3.* ait, quando à iure imponitur, esse signũ obligationi sub mortali; verùm quando ab homine, dubium est. Alij autem affirmant non omnem legem huiusmodi obligare ad mortale, quia antequam excommunicetur transgressor, debet præcedere monitio. Vnde tunc incipiet esse mortale, quando post transgressionem legis admonitus transgressor cessare non vult, quia tunc potest excommunicari. Sic Driedo *lib. 2. de libert. Christiana. cap. 1. paulo ante 3. proposit.* in alia editione est *lib. 1. cap. 2. part. 3. ad finem.* Armill. *verb. lex. num. 4.* Petr. de Soto *lect. 3. de excommunic. §. Primò igitur.* Valent. *1. 2. disp. 7. quæst. 5. punct. 6. quæst. 3. in sign. 4.* Citantur pro hac sententia Caietan. *sum. verb. præcepti transgressio*, & alij qui hoc ita non dicunt, sed eo modo, quem nos statim explicabimus. Et loquens de præcepto superioris sub hac pœna imposito, idem docet Angles *in sterb. 2. part. q. unica de vot. art. 4. difficult. 16.*

50 At dicendum est, omnem legem præcipientem aliquid sub pœna excommunicationis ferendæ, obligare sub peccato mortali. Ratio est, quia quando lex absolutè præcipit aliquid sub pœna excommunicationis (quo loquendi modo intelligitur excommunicatio ferenda) nulla alia monitio est necessaria, vt transgressor possit à Iudice excommunicari; sufficiens enim est illa admonitio legis, vt optimè tradunt Innocent. *cap. ex parte. 2. num. 4. de verb. significat.* Abb. *cap. cum sit Romana. num. 28. de appellat.* Vazq. *1. 2. quæst. 96. art. 4. disput. 158. cap. 5. num. 44.* Si ergo potest ille statim excommunicari, reus est culpæ mortalis; ob nullam enim aliam culpam excommunicari potest. Et ita docent expressè Sylvest. *verb. præceptum. quæst. 3.* Caiet. *1. 2. quæst. 186. art. 9. circa solutionem ad 2.* Nauarr. *sum. cap. 23. Hisp. num. 52. Latin. num. 53.* Sayr. *lib. 3. clau. reg. cap. 7. num. 25.* Salon *2. 2. q. 77. art. 1. contr. 8. reg. 3.* Azor *lib. 5. institut. moral. tom. 1. cap. 6. q. 5.* Vazq. citatus *eo. cap. 5. à num. 41.* Henriq. *lib. 13. de excommunic. cap. 17. num. 2.* & Doctores allegandi num. seq. quia limitatio, quam apponunt, non est contra hoc, vt ibi explicabimus. Eiusdem sententiæ sunt Angel. *verb. clericus. num. 4. fine.* Sylvest. *verb. clericus. 2. §. 2. vers. quarto peccat mortaliter.* Tabien. *verb. clericus. 2. num. 7.* vbi dicunt, clericum nutrientem barbam, aut comam peccare mortaliter, eo quod in iure id eis interdicatur sub pœna excommunicationis, quam constat esse solùm ferendam. Atque idem clarè sentiunt alij, qui dicunt, quoties lex fertur sub pœna excommunicationis, induci obligationem sub mortali; nam tunc excommunicatio illa est ferenda. Sic tradunt Angel. *verb. lex. num. 3.* Gabr. *4. dist. 16. quæst. 3. art. 1. ad finem.* Nauarr. *sum. cap. 23. Hisp. num. 52. Latin. num. 53.* Ioan. Metin. *C. de ieiun. quæst. de necessit. seruan. ieiun. §. vt igitur quodammodo.* Ledesm. *1. part. 4. quæst. 17. art. 2. dub. 6.* & *3. 23. art. 3. col. penult. pagin. 337.* Sot. *4. d. ſt. 20. quæst. 1. art. 4. col. 9. vers. hinc sit quod Abbatissa.* & *dist. 22. quæst. 1. art. 2. conclus. 1. corollar. 1.* Barthol. à Medin. *1. 2. quæst. 96. art. 4. fol. 874. vers. 4. regula.* Valent. *1. 2. disp. 20. quæst. 4. punct. 3. col. antepenult. vers. præter hanc autem regulam.* Manuel *1. tom. sum. edit. 2. cap. 194. num. 2.* Couarru. *regul. peccatum. part. 2. §. 5. num. 3.* & *cap. Alma mater. 1. part. §. 9. n. 2.* Aragon *2. 2. quæst. 62. art. 3. col. 6. §. & si quis quærat.* Gutier. *qq. canonicar. lib. 1. cap. 7. à num. 25. vsque ad 28.* Philiarc. *de offic. Sacerdos. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 2. dist. 3.* Rhon. *de iurib. Princip. quæst. 5. num. 15.* Humada *l. 57. glos. 2. n. 5. tit. 5. part. 1.* & hanc partem tanquam tutiorem sequitur Armill. *verb. præceptum. num. 6.* Quod verum est, siue præceptum sub illa pœna excommunicationis ferendæ, sit à iure, siue sit ab homine: quia sicut præceptum legis sub ea pœna vim habet admonitionis; ita similiter præceptum hominis, ita vt in vtroque casu possit transgressor statim absque alia monitione excommunicari. Quare inmeritò D. Anton. proximè allegatus dubitauit, quando ab homine imponitur, non autem quando à iure. Et ita tradunt non distinguendum esse, sed in vtroque casu idem dicendum, Sylvest. *verb. præceptum. 3.* Sot. *4. dist. 22. quæst. 1. art. 2. conclus. 1. corol. 1.* Ledesm. *1. part. 4. q. 23. art. 3. col. penult.* Gutier. & Henriq. proximè allegati, Vazq. *disp. 158. cap. 5. n. 45.* suprà citatus.

51 Hoc autem temperandum est, nisi lex aliqua, aut superioris præceptum sub excommunicationis ferendæ pœna ederetur sub ea forma, vt necessaria sit monitio præuia, priusquàm excommunicatio illa propter transgressionem infligatur. Cùm enim tunc transgressor non sit excommunicatione dignus, donec moneatur, pœna illa non est sufficiens obligationis sub mortali indicium, donec ille monitus non cesset. Et in hoc casu intelligendi sunt Doctores n. 49. allegati: nam Driedo, & Petrus de Soto tantùm dicunt; non semper, ac est præceptum sub excommunicatione ferendæ, obligat necessariò ad mortale: quod est verum, quia excepitur, vbi alia requiritur monitio. Et ita docent Caiet. *sum. verb. præcepti transgressio. vers. pœna præceptorum.* Nauar. *sum. cap. 23. num. 53.* Corduba *in reg. D. Franc. cap. 10. quæst. 3.*

quæst. 3. in quarto modo cognoscendi quando lex obligat sub mortali. Tolet. *in fin. sum.* vbi de peccat. mortal. *cap.* 19. *num.* 6. Barthol. à Ledesm. vbi de excommunic. *diffic.* 3. & dicit esse probabile Vazq. *eodem cap.* 5. *nu.* 43. & 44. addens, tunc recurrendum ad grauitatem materiæ ad diiudicandum, an ex illa colligatur obligatio sub mortali. Et placet mihi hæc limitatio, quamuis vt bene aduertit ibi Vazquez) non careat difficultate: multi enim, nec pœnitendi Doctores asserunt, participantem cum excommunicatis ab aliis Iudicibus, quàm à Papa, quando lata est excommunicatio contra participantes, peccare mortaliter, cùm tamen non incurratur excommunicatio illa, donec participantes moniti non desistant. Et ita in proprius terminis esse tunc signum obligationis sub mortali, tenent Sayr. & Salon. n. præced. allegati, & est probabile.

52 Secundò temperandum est, vt præceptum sub pœna excommunicationis ferendæ impositum non obliget sub mortali, quando ratione leuitatis rei, vsus sapientum interpretatur iura præceptum imponentia, vt exigatur monitio, antequam excommunicatio illa feratur. Ita docet Henriq. *lib.* 13. *de excommunic. cap.* 17. *num.* 2. & ob hanc rationem optimè dicit Caiet. *in sum. verb. clericorum peccata.* §. *nec obstat dictis*, aliqua iure sub excommunicationis ferendæ pœna clericis interdictà obligare sub mortali; quia licèt de rigore iuris nulla monitio desideretur, at æquitas, & vsus sic ea iura interpretatur, vt transgressores excommunicandi non sint, donec à Iudice moniti non desistant.

53 Hac etiam ratione excusari quoque à mortali credo sæpe clericos, quibus passim Index ecclesiasticus aliqui præcipit, vt publicis precibus interesse, coram se comparere, & similia, sub excommunicationis pœna: vbi enim materia non est admodum grauis, & necessaria, credo non obtemperantes excusari à mortali. Quod illæ excommunicationis comminatio potius sit ad terrorem, quàm vt excommunicandi statim sint, nulla alia monitione præmissa. Sæpe enim ita facere oporteret circa has excommunicationes ferendas, vt solum animo comminandi ponantur, ad coërcendos subditorum animos solo excommunicationis timore; vt animaduertit Castr. *lib.* 2. *de leg. pœnal. cap.* 5. *Arcium.* 4. & ita significat Vazq. *eod. cap.* 5. *num.* 45. dicens non esse mortaliter huiusmodi præceptorum transgressionem, quoties ex consuetudine, aut aliis circumstantiis conici potest eam pœnam imponi solùm ad terrorem: & bene addit tunc Iudicem immeritò inflicturum sententiam, si proposito mutato, velit pœnam, quam solo animo comminandi imposuit, infligere: immo nisi tunc grauis aliqua de appareret materia, nullam fore excommunicationem tunc inflictam. At si grauis esset materia, tunc valitura, nisi fictam illam mentem signo externo protulisset. Si enim signo externo protulit, ita vt illa in suis id intellexerit, non valebit defectu sufficientis monitionis. Similiter bene animaduertit *eodem cap. n.* 5. aliquando materiam quæ ante monitionem grauis non erat, nec excommunicatione digna, effici grauem, et quæ pœna dignam post monitionem, quia resistere monitioni, cedit in maiorem superioris & legis contemptum: & ideo in ordine ad bonum publicum redditur grauis materia, quæ antea talis non erat. Dum autem subdito non constat probabiliter ex coniecturis de tali intentione solùm comminandi excommunicationem, peccabit mortaliter non obediendo præcepto ratione conscientiæ erroneæ: at non incurret excommunicationem, vt bene docent Castr. *eod. docum.* 4. Sayr. *clau. reg. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 17. & Vazq. *eod. cap.* 5. *num.* 45. dicens hoc ex sententia constare, quia non est lata, sed ferenda. Sed addo, id etiam verissimum esse, etsi sententia illa esset lata: & in hoc casu loquuntur Castr. & Sayr. citati, quia peccatum committi potest ex sola conscientia erronea, eo quod existimans (quamuis falsò) aliquid esse contra legem obligantem sub mortali, & violans illam, quodammodo contemnit superioris authoritatem, ipsi præponens suum appetitum, quod ad culpæ rationem satis est. At excommunicatio incurri non potest ex solo conscientiæ errantis dictamine, eo quod indiget authoritate potentis eam imponere, & de facto impositis, quæ in hoc casu non adest.

De aliis pœnis spiritualibus, quæ transgressoribus legum imponi solent, quæ sunt suspensio, interdictum, irregularitas, quidam dicunt has pœnas non esse sufficiens signum obligationis sub mortali, quod hæ absque mortali culpa incurri valeant pro sola venali. Immo irregularitas aliquando incurritur absque culpa. Ita docent Caiet. 2. 2. *quæst.* 186. *art.* 9. *circa solution. ad* 2. & *in sum. verb. præcepti transgressio. vers. pœna præceptorum.* Nauarr. *sum. cap.* 23. *num.* 53. Cordub. *in regul. D. Franc. cap.* 10. *quæst.* 3. *punct.* 1. in quarto modo cognoscendi quando lex obligat sub mortali. Valent. 1. 2. *disp.* 7. *q.* 5. *punct.* 6 *in* 4. *signo.* Salon 2. 2. *quæst.* 77. *art.* 1. *contr.* 8. *reg.* 3. *ad finem.* & idem dicit de pœna suspensionis Azor *lib.* 5. *institut. moralium. tom.* 1. *cap.* 6. *quæst.* 5. & de irregularitate docet idem Sayr. *clau. reg. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 23. & Castr. *lib. de leg. pœnal. cap.* 5. *docum.* 4. *fin.* dicit se valde dubitare, an irregularitas, & suspensio recensendæ sint inter pœnas arguentes culpam mortalem, eo quod absque tali culpa incurri valeant. At dicendum est, suspensionem, interdictum, & irregularitatem esse signum obligationis sub mortali, quia quando transgressioni legis tanquam pœnæ imponuntur, cùm grauissimæ sint, imponi nequeunt absque mortali culpa, vt optimè probant Vazq. statim allegandus, & Suar. loquens de suspensione, & interdicto, *tom.* 5. *in* 3. *part. disp.* 4. *sect.* 4. *n.* 7. Atque ideo hanc partem tuentur loquentes de pœna suspensionis, & interdicti, D. Anton. 1. *part. tit.* 4. *cap.* 2. §. 3. Sylvest. *verb. præceptum. quæst.* 3. Angel. *verb. lex. n.* 4. Sayr. proximè allegatus, & loquens de interdicto, & irregularitate, Azor supra adductus, & loquentes de irregularitate, & suspensione, Ioann. de Metin. *C. de veian. quæst. de necessitate seruan. sciun.* §. *vt igitur quodammodo*, & Ledesm. 2. *part.* 4. *quæst.* 17. *art.* 2. *dub.* 6. & loquens de suspensione Philiarc. *de offic. Sacerdot. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 5. *c.* 12. *dict.* 3. & loquens de omnibus tribus pœnis Vazq. 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 4. *disp.* 158. *cap.* 5. *num.* 48. & *duplici seq.* & Carb. *de legib. lib.* 7. *disp.* 14. *paulo post princ.* Excipitur tamen hinc, nisi suspensio, & interdictum essent leuia, vt alicuius specialis actus ad breue tempus; tunc enim non essent indicium obligationis sub mortali: quia cùm leues pœnæ sint, possunt pro venali imponi, vt bene probat Suarez proximè allegatus.

Quare à fortiori esset indicium obligationis sub mortali pœna depositionis transgressionis, quæ est grauissima pœna. Sic tradunt D. Ant. Azor num. præced. allegati. Et à fortiori, quia erit etiam eius obligationis indicium, vt bene docent Castr. Metin. Ledesm. & Azor citati num. præcedente: idem dicendum est cum Castr. Metin. Ledesm. Carb. ibidem, de priuatione ecclesiasticæ sepulturæ, quia est grauissima pœna.

Et hæc omnia vera sunt, quamuis verba legis, in qua prædictæ pœnæ spirituales imponuntur, non sint præcepti, nec præcepto æquiualentia, sed communia, vt, *Volumus, Statuimus*, & similia, quia magnitudo pœnæ transgressoribus adiunctæ, quę pro solo mortali infligi potest, indicat transgressionem esse mortalem. Et ita docent Gabr. Ioan. à Metin. & Gutier. allegati num. 50. Nauar. *sum. cap.* 23. *Latin. nu.* 52. *Hisp. num.* 52. Ledesm. 2. *part.* 4. *q.* 17. *art.* 2. *dub.* 6. Castr. *lib.* 5. *de leg. pœnal. cap.* 5. *docum.* 4. Vazq. 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 4. *disp.* 159. *cap.* 3. *num.* 22. *&c.* Philiarc. *de offic. Sacerd. tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *dict.* 5. Azor *lib.* 5. *institut. moral. tom.* 1. *cap.* 6. *quæst.* 5. quæ etiam sunt vera, etsi lex haberet formam legis meræ pœnalis, vt dicemus n. 63.

Hactenus egimus de pœnis spiritualibus appositis legi, vel præcepto; superest grauissima difficultas, an quando sola temporalis pœna transgressoribus imponitur, indicium sit legem illam, vel præceptum superioris ad culpam obligare, quando aliunde non constat intentio superioris obligandi ad culpam? Si enim talis intentio aliunde constet, fatentur omnes in ea lege reperiri talem obligationem; atque duplici in casu apertum est legem pœnalem ad nullam culpam obligare. Prior est, quando esset disiunctiua, vt si præciperet opus aliquod exequi, aut certam pœnam subire; cùm enim in alternatiuis electio sit debitoris, sufficiatque alterum impleri, *reg. in alternat.* 70. *de reg. iur. in* 6. subditus vt illius legis tantùm obligatur ad id opus exequendum, aut ad pœnam obeundam. Ita docent Driedo *lib.* 3. *de libert. Christiana. cap.* 3. *ad* 5. Barthol. Metin. 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 4. *fol.* 877. *in solution ad* 1. & 3. dicens, esse huiusmodi leges in quibusdam Ecclesiis & confraternitatibus. Posterior est, quando aliquid non ponitur in lege per modum pœnæ, sed per modum pretij, aut conuentionis ad colligendam pecuniam aliquibus sumptibus necessariam: illa pœna non indicat culpam transgressionis, vt si lex dicat, qui voluerit equitare, debet tantam summam pecuniæ concedere Regi. Sic Sot. *lib.* 1. *de institut. quæst.* 6. *art.* 5. Salon 2. 2. *quæst.* 77. *art.* 1. *contro.* 8. *reg.* 3. Philiarc. *de offic. Sacerdot. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *conclus.* 4.

58 At difficultas est, quando lex est merè pœnalis, nec disiunctiua. Triplex est sententia. Prima asserit in vniuersum, pœnam temporalem quantumcumque grauem non esse signum sufficiens. Ex quo deducitur, nolle legislatorem obligare transgressores ad culpam, sed ad solam pœnam; atque ita in vniuersum docet, nullam legem pœnalem solam pœnam temporalem imponentem obligare ad culpam, nisi ex aliquo alio signo deducatur intentio obligandi ad culpam. Hanc amplectuntur Iason § *item si quis pollulante. num.* 78. *institut. de actionib.* Ludouic. Gomez *cap.* 2. *num.* 60. *de constitut. in* 6. Mathæsilan. *singular.* 78. & alij, quos refert Couarru. *reg. peccatum.* 2. *part.* §. 5. *num.* 1. & inter omnes latissimè Nauarr. *sum. cap.* 23. *Latin. a num.* 55. *vsque ad num.* 65. *Hispa. a num.* 56. *vsque ad num.* 64. vbi idem etiam dicit de legibus ecclesiasticis eam solam pœnam statuentibus, & idem extendit ad leges, in quibus imponitur pœna capitis, & amissionis omnium bonorum. Cuius sententiam dicit valde probabilem Valent. 1. 2. *disp.* 7. *quæst.* 5. *punct.* 6. *post* 6. *signum. à vers. alterum signum*; additque eam esse magis probabilem in legibus ciuilibus, sed etiam in ecclesiasticis esse valde probabilem: quia cùm possint & soleant comminari pœnam spiritualem, si solam temporalem statuant, indicium videtur esse voluisse obligandi ad solam pœnam, & hoc est primum huius sententiæ fundamentum. Secundò, probatur eadem sententia loquendo de omnibus legibus, quia communis populi existimatio sic interpretatur huiusmodi leges, vt ad solam pœnam obligent; idque iure optimo, cùm in dubiis, & obscuris benignior, & mitior interpretatio facienda sit, *reg. in obscuris. de reg. iuris. in* 6. Tandem quia Principes pagani leges sanciunt, quibus subditos suos ligant instar Principum Christianorum, cùm tamen obligationis ad culpam, pœnamque æternam ignari prorsus sint, soliusque temporalis pœnæ appositæ meminerint. Fauent etiam huic sententiæ Azor *tom.* 1. *lib.* 5. *institut. moral. cap.* 6. *quæst.* 4. vbi ait non esse damnandum, qui hanc sententiam amplectereturr, & Salon 2. 2. *q.* 77. *art.* 1. *contr.* 7. *col.* 8. §. *hæc opinio*, dicens hanc sententiam esse valde probabilem, præterquàm quando pœna est grauis.

59 Secunda sententia docet in vniuersum, omnes leges pœnales, siue mixtas, siue purè pœnales, siue ecclesiasticas, siue ciuiles, obligare transgressores ad culpam, quando de contraria expressa legislatoris sententia non constat. Probatur primò hæc sententia, quia lex suapte natura habet, eo ipso quod iusta est, conscientiam obligare sub alicuius culpæ pœna, nisi contrarium explicet legislator, vt probabimus infrà. At in lege pœnali non explicat contrarium; ergo omnis lex pœnalis obligabit ad culpam. Secundò, quia pœna imponi nequit nisi propter culpam; est enim pœna malum propter culpam inflictum, teste D. Thom. 2. 2. *quæst.* 108. *art.* 4. ergo infligere pœnam transgressoribus, est potiùs signum obligationis ad culpam; alias enim iniusta esset lex. Et confirmatur, quia lex humana absolutè lata absque pœnæ comminatione, obligat ad culpam; ergo à fortiori, cùm pœnam comminatur: comminatio enim pœnæ non infirmat legis vires, sed corroborat, cùm apponatur ad maiorem obseruantiam legis timore pœnæ. Tertiò, quia leges pœnales diuersas valde pœnas transgressoribus infligunt, vt vel sic diuersitatem culpæ transgressionis indicent. Quartò, quia eo ipso quod lex merè pœnalis imponit pœnam aliquid facientibus, intendit prohibere illud factum, aliàs id pœnæ non subiiceret. At omnis prohibitio æquipollet præcepto, illúdque claudit, vt diximus num. 34. atque ideo non est distinguendum inter leges merè pœnales, & mixtas, cùm illæ etiam præceptum contineant, sicut hæ. Quintò, quia aliquæ leges pœnales obligant ad culpam; ergo & omnes, cùm eadem ratio de omnibus sit. Et huius sententiæ sunt Sylvest. *verb. quæstio.* 1. *q.* 8. §. 22. & *verb. inobedientia. fine.* vbi Armill. *n.* 2. & dicunt ambo puerilem esse, & inutilem distinctionem inter legem pœnalem mixtam, & simplicem, quod num. sequent. explicabimus. Sot. *lib.* 1. *de iust. quæst.* 6. *toto art.* 3. Ioan. Metr. *C. de restitut. quæst.* 36. *art.* 6. Barth. Metr. 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. *fol.* 876. Tolet. *in fine sum.* vbi de peccat. mortal. *cap.* 20. *num.* 4. Azor *tom.* 1. *institut. moral. lib.* 5. *cap.* 6. *q.* 4. Aragon 2. 2. *quæst.* 62. *art.* 3. *fol.* 225. *conclus.* 1. *ad* 2. Philiarc. *de offic. Sacerd. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *conclus.* 4. Salon 2. 2. *quæst.* 77. *art.* 1. *contr.* 7. *paulo ante* 1. *conclus.* Manuel *qq. regular. tom.* 1. *quæst.* 6. *art.* 7. Carb. *de legib. lib.* 8. *disp.* 5. *proposit.* 6. & pro eadem sententia sunt alij indistinctè docentes, legem pœnalem obligare ad culpam. Hi sunt Gabr. 4. *dist.* 16. *quæst.* 3. *art.* 1. *notabil.* 6. Alcozer *lib. de ludo. cap.* 8. Abb. Felin. Decius, & alij, quos refert Couarru. *regul. peccatum.* 2. *part.* §. 5. *num.* 2. & 3. & pro eadem sententia sunt Doctores omnes n. 64. referendi, qui ex magnitudine pœnæ temporalis colligunt obligationem legis sub mortali.

60 Tertia sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo) distinguit duplices leges pœnales, & eas quidem mixtas, quæ nimirum primò aliquid fieri iubent, aut prohibent, & deindè pœnas transgressoribus imponunt, vt si lex sic dicat: *iubemus, aut prohibemus vt quis arma gerat sub tali pœna.* Alias verò simplicites, & merè pœnales, quæ nihil præcipiunt, aut interdicunt, sed solam pœnam aliquid facientibus irrogant, vt si lex sic dicat; *Qui arma portauerint sub aut talem pœnam, ex flagellentur.* Leges ergo mixtas aut hæc sententia obligare transgressores ad culpam, secus autem de purè pœnalibus, hæ enim solùm ad pœnam subeundam obligant. Hæc sententia mihi magis placet cum limitationibus quas infrà adhibebimus. Quoad priorem partem, probatur rationibus secundæ sententiæ allatis n. præced. quæ hanc partem probant. Insuper, quia cùm in talibus legibus vrantur legislatores verbis præcepti, manifestè indicant suam intentionem esse, obligare ad culpam, nisi contrariam intentionem pœnæ temporales appositæ demonstrarent, vt cóstat ex regulis traditis à n. 30. At apponi pœnam non demonstrat contrariam intentionem, immo potiùs animum obligandi ad culpam, vt probat secunda sententia num. præced. relata; ergo eæ leges obligant ad culpam. Et confirmatur, quia apponi transgressoribus pœnam ob commune Reipublicæ bonum, non obstat quominus legislator verè præcipiat,

piat, vtpote in cuius potestate est, vtrumque efficere. At si verè præcipiat, etiamsi pœnam statuat, non minus rationi dissonat, iusto eius præcepto non obedire, quàm si pœnam non imponeret, velle autem tunc præcipere, constat apertè ex verbis præceptum indicantibus. Item quia communiter Doctores (vt à num. 64. ostendemus) potuis colligunt ex grauitate pœnæ temporalis adiunctæ obligationem sub culpa mortali. Posterior pars probatur, quia possunt dari, & de facto dantur leges merè pœnales ad nullam culpam obligantes, sed ad solam pœnam, vt ex mente fere omnium probauimus de regul. fratrum Prædicatorum num. 13. Et præterea, quia leges pœnam statuunt reis è carcere fugientibus. *l. 1. ff. de effractoribus.* cùm tamen communis sententia teneat eos non peccare, sed legem ad solam pœnam sustinendam obligare, vt in tractatu de reo dicetur. Si ergo possunt dari, nec legislator vtitur verbis præcepti, aut prohibitionis in lege merè pœnali, sed solam pœnam pari præcipit; manifesta eius intentio videtur ad nihil aliud quàm ad pœnam obligandi. Item quia votum merè pœnale, quale est sub hac forma emittunt; voueo me ingressurum religionem si lusero; non obligat ad abstinendum à ludo sub aliqua culpa, sed tantùm ad pœnam ingressus religionis supposito ludo, vt probauimus *lib. 4. huius operis. cap. 12. num. 4. & 5.* Ergo idem dicendum est de legibus superiorum merè pœnalibus. Cùm enim votum sit lex particularis, obligèque instar legum generalium de illamet materia, nisi constet de contraria vouentis intentione, vt probauimus *eodem lib. 4. cap. 11. num. 31.* si leges generales merè pœnales sub eadem forma latè obligarent ad culpam; idem prorsus dicendum esset de voto. Tandem, quia rationes contrariæ non obstant: nam ad primam primæ sententiæ respondetur, id non esse sufficiens indicium contra verba præcepti, quia cùm possit lex ecclesiastica pœna veraque vti; tunc vtitur temporali, forsan, quia magis timetur. Ad 2. negatur ea communis existimatio, nec tunc est dubia, & obscura legislatoris mens, cùm satis ex ex verbis præcipientibus, aut prohibentibus deducatur. Ad confirmationem dic quando pœna absque præcepto aliquo, aut prohibitio ne proponitur in lege, partim eius vim minuere, si quantum mentem legislatoris non obligandi ad culpam indicat; partim verò augere, id quantum timore pœnæ deterret. Ad 3. dicimus, nihil referre eam ignorantiam, quia cùm illi velint præcipere eo modo quo possunt, & sint veri Principes, oritur ex natura re obligatio ad culpam iuxta materiæ grauitatem, & ad pœnam æternam, si materia ita grauis sit, vt culpam mortalem constituat. Ad argumenta secundæ sententiæ, in quantum militant contra nostram, quoad leges pœnales iuxtas respondetur. Ad primum dico, in eo casu satis explicati mentem legislatoris esse, non obligare ad culpam, cùm nihil præcipiat, nec disponat circa rem principalem, sed circa solam pœnam. Ad secundum fateor, pœnam appositam non indicare mentem legislatoris esse, non obligare ad culpam; sed ea mens deducitur ex eo quod in legibus purè pœnalibus nihil præcipit, aut prohibet, sed ad solam pœnam obligat; nec tunc ea est propriè pœna, sed pœnalitas quædam, & potest infligi absque culpa, sed non absque legitima causa, vt explicabimus num. 11. & 13. Ad tertium dic, infligi diuersitatem pœnatum, non vt diuersitati culpæ respondeant, sed diuersæ transgressioni legum, plus, vel minus ad Reipublicæ bonum conducentium. Ad quartum fateor, continere virtute prohibitionem illius rei, & proinde præceptum. Ac cùm legislator non vsus sit directis verbis præcepti, aut prohibitionis, cùm potuerit, sed tantùm præceptum direxerit ad pœnam, satis indicat suam mentem esse, obligare ad solam pœnam. Ad vltimum negatur consequentia, quia leges mixtæ continent vltra pœnam expressum præceptum, aut prohibitionem. Ar purè pœnales solam continent pœnam, & ob hoc non est eidem de vtraque ratio. Et ideo hanc sententiam sustinet Henriq. *quodl. 3. quæst. 22. maximè circa finem.* Rosell. *verb. pedagium. num. 9.* Angel. *verb. inobedientia. in fine. & verb. pedagium. num. 6.* Tabien. *verb. constitutio. ad finem.* & ibi Armill. *num. 7.* Castro *lib. 1. de leg. pœnal. cap. 8. & 9.* Dried. *de libert. Christiana lib. 2. cap. 1. post 2. proposition.* in alia editione est *lib. 1. cap. 2. part. 3. art. 3.* Couarru. *reg. peccatum. 2. part. §. 5. num. 4.* cum limitatione quam referemus num. 63. Cordub. *in reg. D. Franc. cap. 10. q. 3. punct. 3.* Vazq. 1. 2. *q. 96. art. 4. disp. 159. toto cap. 2. & 3.*

Hæc tamen sententia temperanda est, nisi id contra 61
quod lex merè pœnalis pœnam statuit, sit alia lege naturali, ciuili, aut canonica obligantiad culpam interdictum: tunc enim ea lex pœnalis non tollit prioris illius legis obligationem; & sic virtute prioris erit culpabilis transgressio, quod etiam fatetur Nauarr. *sum. cap. 23. num. 36. fin.* & docet Castr. *lib. 1. de leg. pœnal. cap. 10.* Vazq. *eadem disp. 159. cap. 2. num. 14.*

Quare minus bene Angel. *verb. pedagium. num. 6.* & 62
Nauarr. *sum. cap. 23. Hisp. num. 64. Latin. num. 60.* ex prædicta sententia intulere, vectigalia iusta non deberi in foro conscientiæ, quando pœna statuitur non solutentibus, vt ait Nauarr. vel (vt ait Angel.) quando lex imponens non est mixta, sed merè pœnalis; nam etiam data vtriusque doctrinæ veritate, debebuntur in foro conscientiæ, vt bene aduertunt Sylvest. *verb. gabella. 3. quæst. 8. num. 22.* Castr. num. præced. allegatus, Vazq. *eadem cap. 2. num. 15.* quia hæc vectigalium lex constituit simul tributum Principibus iure diuino naturali debitum ad eorum sustentationem; & ideo tale debitum constituit in materia iustitiæ, cuius violatio culpam, ac restituendi obligationem inducit; sicut lex merè pœnalis, rebus venalibus iustam taxam imponens obligat transgressores ad peccatum, & ad restitutionem; quod obiter dixerim solùm ad ostendendum, non ex eo quod sit lex pœnalis, cessare eius obligationem ad culpam, & in foro conscientiæ, & ideo solos refero authores, qui ex hoc capite non excusant, de quo in proprio loco agendum est.

Secundò temperandum est, nisi grauitas materiæ 63
valde vellis Reipublicæ suaderet directam intentionem legislatoris esse, iubere, vel interdicere rem illam, cui pœnam apposuit in illa lege purè pœnali: tunc enim illa lex purè pœnalis obligaret ad culpam, vt bene ait Couarru. *reg. peccatum. 2. part. §. 1. num. 4.* quia tunc grauitas illius materiæ adeò Reipublicæ expedientis indicaret legem illam non esse vere, & merè pœnalem, sed mixtam, vt in simili dicemus nu[illegible] 64. de nonnullis magnitudine.

Sed superest explicare, quænam p[illegible] legibus statutæ indicent obligationem legis t[illegible]rali. Et quidem eam indicat pœna mortis, qu[illegible] grauis pœna imponi nequeat absque mortali transgressionis culpa: atque ita docent D. Anton. 2. *part. tit. 4. c. 3.* Rosell. *verb. pedagium. num. 9.* Sylvest. *verb. præceptum. quæst. 4. fine.* Tabien. *verb. constitutio. ad finem.* Armill. *n. num. 4.* Sot. *lib. 5. de iust. quæst. 6. art. 5. ad sextum corpor.* Driedo *lib. 2. de libert. Christian. cap. 1. post 2. proposition.* in alia editione *lib. 1. cap. 2. part. 3. art. 3.* Couarru. *reg. peccatum. 2. part. §. 5. num. 3.* Ioan. de Metin. *C. de iniun. q. de necessitate seruan. iniun. §. vt igitur cognoscamus.* Castr. *lib. 1. de lege pœnal. cap. 5. docum. 4.* Ledesm. 2. *part. 4. quæst. 17. art. 2. dub. 6.* Aragon 1. 2. *quæst. 62. art. 3. col. 7. paulo ante §. restat nunc.* Barth. Metin. 1. 2. *quæst. 96. art. 4. fol. 877. vers. Denique intuibitauit est.* Cordub. *in reg. D. Franc. cap. 10. quæst. 3. punct. 1.* in quarto modo cognoscendi quando præcepta obligent. Tolet. *in fin. sum.* vbi de peccat. mortalib. *cap. 20. num. 4.* Vazq. 1. 2. *quæst. 96. art. 4. disput. 159. cap. 3. num. 23.* Azor *tom. 1. institut. moral. lib. 5. cap. 6. quæst. 5. fine.* Carbon *de legib. lib. 8. disp. 3. conclus. 5.* Manuel. *sum. sum. 2.*

sum. 2. edition. cap. 194. num. 2. Salon 1. 2. *quæst. 77. art. 1. contr. 8. regul. 3. fine.* Sayr. *clau. reg. lib. 3. cap. 7. num. 15.* Quare minus bene Philiarcus *de offic. Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 2. dicto 4.* negat ex hac pœna colligi obligationem legis ciuilis sub mortali. Atque idem dicendum est de pœna mutilationis alicuius membri, scilicet, esse indicium grauis obligationis sub mortali. Sic D. Anton. Rosell. Sylvest. Tabien. Armill. Sotus, Couarru. Driedo, Cordub. Azor, & Vazq. locis citatis. De pœna autem pecuniaria, vel infamiæ, vel flagellationis, ex qua infamia sequitur, ait Vazquez, eam non esse indicium sufficiens obligationis legis sub mortali, quia iusta est lex reis effringentibus carceres, fugiendi causâ, pœnam flagellationis imponens, ex qua infamia sequitur. Cùm tamen probabilior opinio teneat eos culpæ immunes esse. Pœna enim hæc rectè imponitur tanquam vinculum, quo quis detineatur in carcere, ob prius peccatum, quod commisit. At dicendum est, pœnam grauis infamiæ sufficiens obligationis sub mortali indicium esse, quod bene docent Armill. Castr. Azor locis allegatis, Salon *eodem art. 1. contr. 8. notabil. penult. fin.* Carbon *de legib. lib. 7. disp. 4. paulo post principium.* Et consequenter idem dicendum est de pœna flagellationis, vel triremium, vt de pœna flagellationis docet Cordub. & de pœna triremium Salon *ea. contr. 7. notabil. penult. fin.* quippe hæc pœnæ sunt grauissimæ; & iniustum valde esset eas imponi pro solo veniali. Quare dum effractores carcerum ea pœna plecti iubentur, id contingit eo quod lex præsumat culpam, aut sequatur opinionem dicentem esse culpam mortalem. Idem dicendum est de pœna exilij; sic Sot. Ledesm. Salon, Manuel, Sayr. suprà citati. Sed intelligo quando est exilium perpetuum, vt explicant Barth. à Metin. Aragon, Tolet. suprà adducti. Idem Salon *eadem contr. 7. notabil. penult. fine.* Atque idem credetem, quando tanti temporis exilium esset, vt ferè perpetuum reputaretur. Idem censendum est ob eamdem rationem de pœna perpetui carceris. Sic Ioan. de Metin. Castr. Ledesm. Cordub. Azor ibidem: & idem intelligerem, quando tanti temporis carcer esset, vt reputaretur perpetuus. In religionibus autem pœnam carceris aiunt quidam indistinctè esse sufficiens indicium obligationis præcepti, aut regulæ sub mortali. Ita D. Anton. 3. *part. tit. 16. cap. 1. §. 9. fine.* & 2. *part. tit. 4. cap. 2. §. 3.* sed id non credo, nisi talis esset religio, vt ea pœna censeretur grauissima, grauiterque infamans. Similiter in religionibus est indicium obligationis sub mortali pœna grauiori culpæ debita. Ita docent D. Anton. 2. *part. eo tit. 4. cap. 2. § 3.* & Sylvest. *verb. præceptum. quæst. 3.* Similiter huius obligationis indicium est pœna amissionis omnium bonorum. Ita Sotus, Castr, Barth. à Metin. Tolet. Sayr. Salon, Azor, Carbon, locis suprà citatis. Idem, [illegible] rem, quando esset pœna amissionis maximæ par[illegible] bonorum, & ita Salon *eadem contr. 7. notabil. penult.* dicit confiscationem bonorum, vel alias pœnas pecuniarias grauissimas esse indicium grauis obligationis: & Carbon dicit idem de pœna priuationis beneficiorum. Idem docet Azor loco citato, de pœna amissionis publici muneris, publicive ministerij; quod intelligerem quando id munus, & ministerij esset magni momenti, ita vt amissio in grauem infamiam cedat. Tandem idem dicendum est de pœna seruitutis, quod ea grauissima sit; ita Azor *ibidem.*

65 Et hæc quidem vera sunt, etsi verba legis non sint præcepti, nec æquipollentia præcepto, sed communia, vt, *Statuimus*, vel, *Ordinamus*, vel similia; sicut idem diximus num. 56. de pœnis spiritualibus, ob rationem ibi traditi. Et ita docent Castr. Ioan. à Metin. Ledes. Vazq. *num. 220.* allegati num. præced. quod etiam bene intelligit Rosel. *verb. pedagium. num. 9.* etsi lex haberet formam merè pœnalem, vt, *qui hoc fecerit morte plectatur.* Quamuis enim diximus num. 62. leges merè pœnales non obligare ad culpam, intelligendum est, nisi magnitudo pœnæ, & iniustitia illius absque culpa mortali infligendæ, contrarium suaderet; ea enim etiam sufficienter indicat eam legem esse tantùm pœnalem quoad sonum, at re vera esse mixtam; sicut absque dubio lex ecclesiastica fulminans excommunicationem in aliquid facientes, etsi formam legis merè pœnalis haberet, obligaret sub mortali: si diceret, *qui hoc fecerit excommunicationem ipso facto incurrat*; pœna enim soli culpæ lethali proportionata indicat legem non esse purè pœnalem, sed mixtam, interdicentemque sub mortali, & excommunicationis pœna id facere.

Tandem, quando perpensis legis verbis, & pœna, ac 66
materiæ grauitate, ex quibus rem hanc perpendendam hucusque diximus, manet res adhuc dubia, nec cognosci potest, an lex obliget ad mortale, necne, dicunt aliqui teneri sic dubitantem ad seruandam legem, & sic ad sequendum, quòd tutius est, ne contra conscientiam dubiam agat. Ita docent Ioan. à Metin. *C. de iniun. quæst. de necessitate seruan. iniun. §. vt igitur quodam modo.* Ledesm. 2. *part. 4. quæst. 17. art. 2. dub. 6.* Valent. 1. 2. *disp. 7. quæst. 5. punct. 6. quæst. 3.* Tolet. *in fine. sum.* vbi de peccat. mortal. *cap. 20. fine.* Atque Castr. *lib. 1. de leg. pœnal. cap. 5. docum. 4. fin.* dicit hoc consulendum in hoc dubio; subtiecit ramen, an esset in præcepto. At horum responsio non exhauris difficultatem: nec enim dubitari potest, quin dubitans hic, dum nõ deponit dubium, teneatur sub mortali legem illam seruare, & sic amplecti partem tutiorem, ne contra conscientiam dubiam operetur. At restat explicandum, an possit ea conscientia dubia deponi, existimatque eam legem in eo dubio non obligare sub mortali; & id quidem ita esse existimo. Ducor, quia Caiet. *sum. verb. præcepto transgressio. §. pœna præceptorum, ad fin.* & Armilla *verb. præceptum. num. vlt.* docent non tam latam præceptorum in iure obligantium sub mortali interpretationem sumendam esse, ne laqueus multiplex animabus iniiciatur. Præterea, quia Nauarr. *sum. cap. 23. Hisp. num. 49. Latin. num. 50.* & Philiarc. *de offic. Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 2. dicto 5.* Sayr. *lib. 5. clau. reg. cap. 7. num. 29.* sunt expresse huius sententiæ, dicentes verba legis apta ad inducendam culpam venialem, & mortalem, esse in dubio de veniali intelligenda, quia leges quæ rectè de pœna maiori, & minori possunt intelligi, sunt in dubio de minori interpretandæ, *reg. in pœnit. de reg. iur. in 6. Interpretationes. & l. si præsci. ff. de pœnit.* Nec valet responsio Salon. 2. 2. *quæst. 77. art. 1. contr. 8. col. penult. ad 1. in fine*, vbi ait hoc intelligendum de pœnis, non verò de culpis, quia quantitas pœnæ pendet à legislatore, non verò quantitas culpæ, quæ à materia sumitur. Hoc tamen non obstat, tum quia contrarium probauimus num. 25. tum etiam, quia esto ita sit, at in hoc casu supponimus materiam esse dubiam, an ita grauis sit, vt ad mortale sufficiat. Item quia cùm in eo dubio nulla sit possessio pro obligatione legis sub mortali, præponderat possessio libertatis voluntatis. Addunt autem Philiarc. & Sayr. citati, hoc verum esse quoad iudicandum de aliis qui legem transgressi sunt, ne damnentur. At consulturus, vel operaturus, debet seruare legem, ac si obligaret ad mortale. Sed non placet additum ob rationes dictas. Secus tamen esset si dubitaretur, an lex obliget sub aliqua culpa, saltem veniali, an ad solam pœnam; nam in hoc dubio crederem potiùs obligare sub veniali, quod lex suapte natura vim sub culpa obligandi habeat, vbi non constat de contrariis legislatoris volentis ad solam pœnam obligare, intentione, vt num. seq. dicetur; & ideo in hoc dubio stat possessio pro legis obligatione.

Ex omnibus hucusque dictis deducitur primò, omnem legem iustam absolutè latam, quando nullo verbo, aut signo explicuit legislator se non habere intentionem obligandi ad culpam, obligare vtique ad culpam, siue mortalem, siue venialem, secundùm materiæ 67

præceptæ gravitatem, quia lex secum habet obedientiæ præceptum, & suapte natura habet vim obligandi sub culpa, nisi legislator contrarium explicet. Atque ideo Cynus, & Bart. *l. legis virtus, statim in principio, ff. de legib.* dixêre, consulere non esse virtutem legis, eo quod lex sit præceptorum collectio, vt probatur ex *leg. 1. ff. de legib.* vbi dicitur, legem esse commune præceptum. Item quia in eo casu non est aliqua ratio cur existimare debeamus legislatorem vsum fuisse authoritate sua quoad hunc obligandi modum, nempe, quoad pœnam solam, & non quoad culpam. Atque ita cùm ipse non limitet vsum authoritatis suæ, est simpliciter iudicandum, eum ex tota authoritate sua legem condere: atque ita docent Laurent. Archidiac. & Dominic. *c. sin in fine, dist. 4.* Imol. *eodem consiliorum, num. 9. de constitution.* & ibi Felin. *num. 5.* Sot. *lib. 1. de iust. q. 6. art. 4. vol. 9. vers. sed solutio de tunc.* Aragon 2.2. *q. 62. art. 5. fol. 225. vol. 2. conclus. 2.* Sayr. *in clav. reg. lib. 3. cap. 7. n. 19.* Valent. 1.2. *disp. 7. q. 5. punct. 6. quæstiunc. 3. in 2. signo.* Pluiliarc. *de offic. Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 4. conclus. 1.* Nec hoc aduersatur dictis n. 39. & n. 66. vbi diximus, leges merè pœnales nò obligare ad culpam, nec quæ vruntur verbis communibus, aut solius imperantis: quia consultò diximus in hoc corollario, nisi vllo verbo, aut signo declaretur intentio legislatoris non obligandi ad culpam. At cùm lex est merè pœnalis, vel vtitur prædictis simplicibus verbis, cùm verbis præcepti, aut æquipollentibus vti possit, satis explicat suam mentem esse, non obligare ad culpam. Atque ita optimè Victoria *relect. de potest. civil. num. 20.* dixit, aliquando legislatorem siue ecclesiasticum, siue ciuilem non velle in suis legibus exigere obedientiam à subditis debitam, sed simpliciter ordinare quid faciendum sit, dirigendo potiùs, quàm præcipiendo, qualia multa ait esse in legibus ecclesiasticis, & ciuilibus, sicut non semper creditor, quando pecuniam petit, exigit tanquam volens obligare.

68 Secundò deducitur solutio principalis quæstionis superiùs propositæ, nimirum, an obseruantiæ regulares externæ in regula præscriptæ obligent sub mortali, an sub veniali, an solùm ad pœnam? Quando enim qualitas obligationis in eis non explicatur, iudicanda est obligatio iuxta regulas traditas de legibus ecclesiasticis, vt diximus eo n. 23. Quare in primis attendenda est consuetudo religionis, & communis vsus illius intelligendæ obligationis regularum, & illis standum est vt de legibus ecclesiasticis probauimus num. 27. & 28. Quod si de illis non constet, attendenda sunt verba quæ si fuerint præcepti, aut æquipollentia præcepto vt, *Iubemus, Imperamus, Mandamus, Iniungimus, Edicimus, Necessarium est, Necesse est, Prohibemus, Interdicimus* & similia, inducunt quidem obligationem ad culpam. At non inde colligitur inducere obligationem ad culpam mortalem, sed satis est ad venialem, nisi magna materiæ gravitas, aut necessitas, vel gravitas pœnæ, aut particulæ additæ, suadeat obligationem esse sub mortali. Quæ autem sint pœnæ, & particulæ, explicuimus à n. 43. & specialiter in religione explicuimus n. 64. duplicem pœnam temporalem indicantem obligationem sub mortali. Si autem verba sint communia, vt, *Statuimus, Ordinamus, Decernimus, Volumus, Hortamur, Monemus, Optamus,* & similia, vel regulæ sint merè pœnales, nimirùm, sub hac forma editæ: Præcipimus, vt frangens silêtium, talem subeat pœnam; ad nullam culpam obligant, nisi magnitudo pœnæ, aut particulæ adiunctæ gravitas suadeat obligationem esse sub culpa lethali; quia hæc omnia ita accidere in legibus ecclesiasticis satis toto hoc capite probauimus. Quare non est credendum Sylueſtro *verb. religio. 6. q. 5.* vbi dicit, religiosum teneri sub mortali ad obseruantias quæ sunt in regula sub præcepto sic obligantis; ad alias verò sub veniali. Nam, vt diximus num. præced. fine, ex Victoria, & satis hucusque probauimus, non omnes leges ecclesiasticæ obligant ad culpam, nec omnia statuta religionum obligationem inducunt, quia in omnibus sequuntur normam legum ecclesiasticarum, vt declaratum est.

Tertiò deducitur, idem dicendum esse, ac eisdem regulis vtendum, ad diiudicandum, an præcepta ore tenus à superioribus imposita obligent ad culpam, & qualem culpam: nec enim omnia obligant ad mortale, nec ad culpam, sed quandoque ad mortalem, quandoque ad venialem, quandoque verò ad nullam, sicut num. præced. diximus de regulis, quippe horum quoque præceptorum obligationem iuxta easdem legum ecclesiasticarum regulas diiudicandam esse probauimus numero 23. 69

Et in Societate IESV nullum superioris præceptum ad culpam mortalem, vel venialem obligat, nisi superior ea in nomine Domini nostri IESV Christi, vel in virtute obedientiæ iuberet. Sic enim & vsus Societatis intellexit, & habetur in eiusdem constitutionibus. *6. part. cap. 5. fine.* Atque ita nec obligaret ad culpam præceptum superioris in illa, etsi vteretur expressis præcepti verbis, vt, *Præcipio, Iubeo,* vel, *stricte præcipio,* vel, *sub præcepto iniungo.* Sed iuxta id decretum & vsum oportet superiorem amplius explicare suam voluntatem, vt censeatur velle obligare ad culpam aliquam. At si exprimeret suam intentionem esse, obligare ad culpam mortalem, vel venialem, obligaret vtique, nisi ratione leuitatis materiæ, voluntas esset rationi dissona, quia ea constitutio non aufert potestatem aliter obligandi, quàm vtendo illis verbis; sed illis certam obligandi voluntatem explicat, vt talis non censeatur, quando illis verbis non vtitur. Quare credo obligaturum sub mortali, quando præciperet non vtens his verbis, sed apposita pœna exigenti peccatum mortale, vt sub pœna excommunicationis latæ, vel ferendæ, vel maledictionis æternæ, vel maledictionis Dei, quia satis tunc explicat suam voluntatem. Et idem sentio, si præciperet in virtute Spiritus sancti, quia perinde est, ac in nomine IESV Domini nostri, & Cordub. *in reg. D. Francisci. c. 10. q. 5. punto 1.* in 2. modo cognoscendi quando præceptum obligat, ait, allegato Hugone, in religione sua Minorum esse vsu receptum, vt præcepta non obligent sub mortali, nisi iuncta in virtute obedientiæ. In multis quoque congregationibus statutum est, & receptum, vt præceptum superioris non obliget ad culpam, quousque in virtute Spiritus sancti, aut sanctæ obedientiæ aliquid præcipiatur, vt testatur Vazquez *1.2. q. 96. art. 4. disput. 158. cap. 5. num. 24.* & D. Anton. *3. part. tit. 4. cap. 2. §. 3.* ait, Prælatos iniungere volentes subditis aliquid tanquam necessario faciendum, solitos esse vti his modis, sub culpæ mortalis obligatione, vel sub interminatione maledictionis æternæ, vel in virtute sanctæ obedientiæ: & *3. part. tit. 16. c. 1. §. 9. n. 6.* Si verò cùm volunt sub mortali obligare, vti his modis, in virtute obedientiæ, vel Spiritus sancti, vel sub pœna excommunicationis, vel carceris, vel alterius censuræ. Quare dum his, vel similibus verbis non vruntur, crederem ex communi vsu non censeri eorum præcepta obligare sub mortali: & Leonard. *de iust. lib. 6. cap. 11. dub. 9. num. 76. vers. tertiò dicit,* ait, non censeri Prælatum religionis velle obligare sub mortali, nisi id aliunde constet, quando non præcipit in virtute obedientiæ; si censeri sub veniali, quando præcipit. Quod intelligo verum extra Societatem IESV, & vbi similis esset constitutio, & dum vteretur verbis præcepti, vel æquipollentibus præcepto. At in superioribus carentibus spirituali potestate, qui sic non possunt iubere, vt sunt parentes, & Abbatissæ, vt censeantur sub mortali obligare, satis est vt materia sit gravis, & multum necessaria gubernationi domesticæ, vel monasterij ab ipsis intentæ, & verbis præcepti, vel æquipollentibus vtantur, quippe aliter nequeunt suam voluntatem explicare. 70

Vtrum autem religiosus transgrediens præceptum superioris, 71

superioris, aut regulæ committat duplex peccatum, alterum contra votum obedientiæ, alterum verò contra virtutem in qua illa materia præcepta constituitur, diximus *lib. 4. c. 11. num. 25.*

72 Tandem id obseruandum est, quando in aliqua religione reseruatur peccatum inobedientiæ, aut peccatum contra votum obedientiæ, non censeri reseruatam inobedientiam quæ non est mortalis contra virtutem obedientiæ, aut contra votum illud: quæ respiciunt præceptum superioris obligans ad mortale; vt quando præcipit in virtute obedientiæ, vel alio simili modo: quod si esset peccatum mortale per accidens, nempe propter contemptum, vel propter aliam circumstantiam extrinsecam mali finis, non censeretur peccatum illud comprehensum in reseruatione, quia non est inobedientia, nec directè repugnat voto obedientiæ.

CAPVT V.

Qualiter religiosus ad perfectionem tendere obligetur.

SVMMARIVM.

Religiosus non tenetur esse perfectus, at tenetur tendere ad perfectionem. n. 1.
Ad id tenetur iuxta sola sua religionis media. n. 2.
Proponitur duplex difficultas disputanda. n. 3.
An sit hoc speciale præceptum? referuntur id probantia. numero 4.
Explicatur sententia authoris, & soluuntur contraria. n. 5.
Quando delinquatur contra hoc præceptum tendendi ad perfectionem, proponitur duplex sententia. n. 6. & 7.
Secularis proponens se consilia non seruaturum, licèt id non faciat, ex contemptu, peccat venialiter. n. 8.
Religiosus proponens non seruare alia præter ea ad quæ tenetur ex voto, vel præcepto graui, non peccat mortaliter eo ipso contra præceptum procurandæ perfectionis, sed solùm venialiter. n. 9.
Peccat mortaliter religiosus contra præceptum tendendi ad perfectionem, si firmiter proponat illam non attingere. num. 10.
Non peccat mortaliter contra hoc præceptum, qui non se disponit ad præcipua religionis munia. n. 11.
An religiosus toties peccet contra hoc præceptum, quoties violat vota, & alias regulas, ad quas tenetur? n. 12.

1 IN hac quæstione duplex conclusio admittitur ab omnibus. Prior est, Quamuis religiosus non teneatur esse perfectus, & subinde nec omnia illa exequi, quibus charitatis perfectio continetur; tenetur tamen ad id tendere, & operam dare, vt perfectionem charitatis comparet, eaque exequatur, quæ ad illam comparandam necessaria sunt. Vtraque pars inde constat, quia status religiosus non est status perfectionis acquisitæ; sed est & veluti progressus ad perfectionem acquirendam. Ergo illum profitens non tenetur esse perfectus, sed niti progredi ad perfectionem: quippe operanti ad finem non conuenit ex necessitate, vt finem iam comparauerit, sed vt aliqua via ad ipsum tendere conetur. Et confirmatur, quia cum status religiosus non sit status iam perfectus, sed via ad perfectionem, non significat illum assumens ipso assumptionis facto, se perfectum esse, sed intentionem ad illam tendendi habere. Ergo non est mendax & simulator facto ipso, si perfectionem non consequatur, sed si illam consequi non intendat; ac proinde non peccabit non consequendo, sed non intendendo. Hanc tradunt D. Thom. *2.2. q. 184. art. 5. ad 2.* & *q. 186. art. 2. corp.* & *art. 9. corp.* & in iisdem locis Cajet. & Abulen. *q. 19. Matthæi. q. 144.* Astensis *sum. 2. q. 1. art. lib. 6. tit. 47. art. 1. q. 3.* Carthus. *de reformat. religiosi lib. 3. art. 1. sect.* D. Anton. *3. part. tit. 16. c. 1. §. 1.* Angel. *verb. religiosus. n. 27.* Sylueſt. *verb. religio. 1. q. 3.* Armil. *verb. religio. num. 3.* & ibi Tabien. *q. 4. num. 5. ad finem.* Nauar. *commentar. 1. de regular. num. 10. dicit. 10.* Cordub. *in regul. D. Francisc. c. 1. q. 4. dist. 2.* Viguer. *lib. institution. cap. 17. §. 1. vers. 13.* Azor *lib. 11. tom. 2. institution. c. vlt. q. 11.* Valent. *2.2. disp. 10. q. 4. punctu 4.* Bañez *2. 2. q. 13. art. 3. dub. 5. concl. 5.* Manuel *qq. regular. tom. 3. q. 48. art. 1. ad finem.* Beltram. *tract. de vot. paupert. cap. 3.*

Posterior conclusio est. Non tenetur religiosus niti ad perfectionem per omnia supererogationis opera ad illam acquirendam valentia, sed per illa quæ sunt præscripta secundùm vnuiscuiusque religionis regulas ad acquirendam charitatis perfectionem. Ratio est, quia neque Deus, neque Ecclesia, neque vota in religione emissa aliquid amplius ab eo petunt, quàm vt agat vitam regularem iuxta suum institutum à Sede Apostolica approbatum. Nec finis religiosi status, qui est perfectio vitæ Christianæ comparanda, exigit amplius quàm ad eam nitiper media instituti religiosi, in qua quisque professus est, cùm satis perfectio hæc obtineri possit per media illa, vtpote quæ tanquam sufficientia ad eum finem comparandũ à Sede Apostolica sunt approbata. Et ita tradunt D. Thom. *1.2. q. 186. art. 2. corp.* & reliqui Doctores num. præced. allegati. 2

Est autem duplex difficultas. Prima, an præceptum hoc tendendi ad perfectionem, sit peculiare aliquod præceptum distinctum à præcepto seruandi tria vota substantialia, & alia in regulis religionis præscripta: an potiùs sit generale quoddam imbibitũ in illis, sicut præceptum seruandi mandata, & non peccandi, & quo quisque tenetur esse bonus, non est speciale aliquod præceptum distinctum à præceptis peculiaribus, sed inhibitum in illis. Posterior difficultas est, quando peccetur contra hoc præceptum. 3

Circa priorem difficultatem, videtur esse peculiare præceptum nitendi ad perfectionem distinctum à præceptis seruandi vota, ac obseruantias regulares. Quia si esset generale imbibitum in illis, falsò dicerent Doctores num. 1. relati, religiosum non teneri esse perfectum, sed tantùm niti ad perfectionem, illámque intendere. Nam non tantùm tenetur niti ad votorum, & regularum obseruantiam, sed ea quoque seruare tenetur, sicut quilibet fidelis non tantùm tenetur niti cauere mortalia, & seruare præcepta, sed tenetur quoque ad illa opera præstanda. Non ergo est generale præceptum, instar illorum, sed peculiare aliud distinctum. Secundò, quia huius præcepti datur peculiaris actus, ad quem obligat, & per cuius solum defectum, eius transgressio contingit, nempe ita procurare perfectionem, vt non renouet religiosus propositum illius procurandæ, illam contemnendo. Ergo est præceptum peculiare. Tertiò, quia si esset præceptum generale, instar aliorum, peccaretur contra hoc præceptum quoties ex quacumque causa adest peccatum contra vota, & alias obseruantias regulares; licet 4

i prædicta generalis præcept. peccatur ex quauis causa violato diuino præcepto: at non est reus huius præcepti religiosus in his delinquens ex quauis causa, dummodo teneat propositum tendendi ad perfectionem, vt tradunt Caiet. *2.2. q. 184. art. 5. fine.* Tabien. *verb. religio. 4. num. 5. ad finem.* Cordub. *in reg. D. Franc. c. 1. q. 3. dist. 3.* Et ratio est, quia non tenetur religiosus esse perfectus, sed animum tendendi ad perfectionem habere. Non ergo peccat contra hoc præceptum, dum retinet hoc propositum; atque adeò hoc erit speciale distinctum præceptum; & ita videntur sentire Doctores proximè allegati.

Oppositum tamen iudico probabilius. Primò, quia (vt num. 2. diximus) fatentur omnes non teneri aliter religiosum ad perfectionem tendere, quàm amplexando vota, & alia suo statui annexa. Ergo signum est, non esse hoc præceptum distinctum à præcepto seruandi illa. 5

præceptæ gravitatem, quia lex secum habet obedientiæ præceptum, & suapte natura habet vim obligandi sub culpa, nisi legislator contrarium explicet. Atque ideo Cynus, & Bart. *l. legis virtus, statim in principio, ff. de legib.* dixêre, consulere non esse virtutem legis, eo quod lex sit præceptorum collectio, vt probatur ex *leg. 1. ff. de legib.* vbi dicitur, legem esse commune præceptum. Item quia in eo casu non est aliqua ratio cur existimare debeamus legislatorem vsum fuisse authoritate sua quoad hunc obligandi modum, nempe, quoad pœnam solam, & non quoad culpam. Atque ita cùm ipse non limitet vsum authoritatis suæ, est simpliciter iudicandum, eum ex tota authoritate sua legem condere: atque ita docent Laurent. Archidiac. & Dominic. *c. sin in fine, dist. 4.* Imol. *eodem consiliorum, num. 9. de constitution.* & ibi Felin. *num. 5.* Sot. *lib. 1. de iust. q. 6. art. 4. vol. 9. vers. sed solutio de tunc.* Aragon 2.2. *q. 62. art. 5. fol. 225. vol. 2. conclus. 2.* Sayr. *in clav. reg. lib. 3. cap. 7. n. 19.* Valent. 1.2. *disp. 7. q. 5. punct. 6. quæstiunc. 3. in 2. signo.* Pluiliarc. *de offic. Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 4. conclus. 1.* Nec hoc aduersatur dictis n. 39. & n. 66. vbi diximus, leges merè pœnales nò obligare ad culpam, nec quæ vruntur verbis communibus, aut solius imperantis: quia consultò diximus in hoc corollario, nisi vllo verbo, aut signo declaretur intentio legislatoris non obligandi ad culpam. At cùm lex est merè pœnalis, vel vtitur prædictis simplicibus verbis, cùm verbis præcepti, aut æquipollentibus vti possit, satis explicat suam mentem esse, non obligare ad culpam. Atque ita optimè Victoria *relect. de potest. civil. num. 20.* dixit, aliquando legislatorem siue ecclesiasticum, siue ciuilem non velle in suis legibus exigere obedientiam à subditis debitam, sed simpliciter ordinare quid faciendum sit, dirigendo potiùs, quàm præcipiendo, qualia multa ait esse in legibus ecclesiasticis, & ciuilibus, sicut non semper creditor, quando pecuniam petit, exigit tanquam volens obligare.

68 Secundò deducitur solutio principalis quæstionis superiùs propositæ, nimirum, an obseruantiæ regulares externæ in regula præscriptæ obligent sub mortali, an sub veniali, an solùm ad pœnam? Quando enim qualitas obligationis in eis non explicatur, iudicanda est obligatio iuxta regulas traditas de legibus ecclesiasticis, vt diximus eo n. 23. Quare in primis attendenda est consuetudo religionis, & communis vsus illius intelligendæ obligationis regularum, & illis standum est vt de legibus ecclesiasticis probauimus num. 27. & 28. Quod si de illis non constet, attendenda sunt verba quæ si fuerint præcepti, aut æquipollentia præcepto vt, *Iubemus, Imperamus, Mandamus, Iniungimus, Edicimus, Necessarium est, Necesse est, Prohibemus, Interdicimus* & similia, inducunt quidem obligationem ad culpam. At non inde colligitur inducere obligationem ad culpam mortalem, sed satis est ad venialem, nisi magna materiæ gravitas, aut necessitas, vel gravitas pœnæ, aut particulæ additæ, suadeat obligationem esse sub mortali. Quæ autem sint pœnæ, & particulæ, explicuimus à n. 43. & specialiter in religione explicuimus n. 64. duplicem pœnam temporalem indicantem obligationem sub mortali. Si autem verba sint communia, vt, *Statuimus, Ordinamus, Decernimus, Volumus, Hortamur, Monemus, Optamus,* & similia, vel regulæ sint merè pœnales, nimirùm, sub hac forma editæ: Præcipimus, vt frangens silêtium, talem subeat pœnam; ad nullam culpam obligant, nisi magnitudo pœnæ, aut particulæ adiunctæ gravitas suadeat obligationem esse sub culpa lethali; quia hæc omnia ita accidere in legibus ecclesiasticis satis toto hoc capite probauimus. Quare non est credendum Sylueſtro *verb. religio. 6. q. 5.* vbi dicit, religiosum teneri sub mortali ad obseruantias quæ sunt in regula sub præcepto sic obligantis; ad alias verò sub veniali. Nam, vt diximus num. præced. fine, ex Victoria, & satis hucusque probauimus, non omnes leges ecclesiasticæ obligant ad culpam, nec omnia statuta religionum obligationem inducunt, quia in omnibus sequuntur normam legum ecclesiasticarum, vt declaratum est.

Tertiò deducitur, idem dicendum esse, ac eisdem regulis vtendum, ad diiudicandum, an præcepta ore tenus à superioribus imposita obligent ad culpam, & qualem culpam: nec enim omnia obligant ad mortale, nec ad culpam, sed quandoque ad mortalem, quandoque ad venialem, quandoque verò ad nullam, sicut num. præced. diximus de regulis, quippe horum quoque præceptorum obligationem iuxta easdem legum ecclesiasticarum regulas diiudicandam esse probauimus numero 23. 69

Et in Societate IESV nullum superioris præceptum ad culpam mortalem, vel venialem obligat, nisi superior ea in nomine Domini nostri IESV Christi, vel in virtute obedientiæ iuberet. Sic enim & vsus Societatis intellexit, & habetur in eiusdem constitutionibus. *6. part. cap. 5. fine.* Atque ita nec obligaret ad culpam præceptum superioris in illa, etsi vteretur expressis præcepti verbis, vt, *Præcipio, Iubeo,* vel, *stricte præcipio,* vel, *sub præcepto iniungo.* Sed iuxta id decretum & vsum oportet superiorem amplius explicare suam voluntatem, vt censeatur velle obligare ad culpam aliquam. At si exprimeret suam intentionem esse, obligare ad culpam mortalem, vel venialem, obligaret vtique, nisi ratione leuitatis materiæ, voluntas esset rationi dissona, quia ea constitutio non aufert potestatem aliter obligandi, quàm vtendo illis verbis; sed illis certam obligandi voluntatem explicat, vt talis non censeatur, quando illis verbis non vtitur. Quare credo obligaturum sub mortali, quando præciperet non vtens his verbis, sed apposita pœna exigenti peccatum mortale, vt sub pœna excommunicationis latæ, vel ferendæ, vel maledictionis æternæ, vel maledictionis Dei, quia satis tunc explicat suam voluntatem. Et idem sentio, si præciperet in virtute Spiritus sancti, quia perinde est, ac in nomine IESV Domini nostri, & Cordub. *in reg. D. Francisci. c. 10. q. 5. punto 1.* in 2. modo cognoscendi quando præceptum obligat, ait, allegato Hugone, in religione sua Minorum esse vsu receptum, vt præcepta non obligent sub mortali, nisi iuncta in virtute obedientiæ. In multis quoque congregationibus statutum est, & receptum, vt præceptum superioris non obliget ad culpam, quousque in virtute Spiritus sancti, aut sanctæ obedientiæ aliquid præcipiatur, vt testatur Vazquez *1.2. q. 96. art. 4. disput. 158. cap. 5. num. 24.* & D. Anton. *3. part. tit. 4. cap. 2. §. 3.* ait, Prælatos iniungere volentes subditis aliquid tanquam necessario faciendum, solitos esse vti his modis, sub culpæ mortalis obligatione, vel sub interminatione maledictionis æternæ, vel in virtute sanctæ obedientiæ: & *3. part. tit. 16. c. 1. §. 9. n. 6.* Si verò cùm volunt sub mortali obligare, vti his modis, in virtute obedientiæ, vel Spiritus sancti, vel sub pœna excommunicationis, vel carceris, vel alterius censuræ. Quare dum his, vel similibus verbis non vruntur, crederem ex communi vsu non censeri eorum præcepta obligare sub mortali: & Leonard. *de iust. lib. 6. cap. 11. dub. 9. num. 76. vers. tertiò dicit,* ait, non censeri Prælatum religionis velle obligare sub mortali, nisi id aliunde constet, quando non præcipit in virtute obedientiæ; si censeri sub veniali, quando præcipit. Quod intelligo verum extra Societatem IESV, & vbi similis esset constitutio, & dum vteretur verbis præcepti, vel æquipollentibus præcepto. At in superioribus carentibus spirituali potestate, qui sic non possunt iubere, vt sunt parentes, & Abbatissæ, vt censeantur sub mortali obligare, satis est vt materia sit gravis, & multum necessaria gubernationi domesticæ, vel monasterij ab ipsis intentæ, & verbis præcepti, vel æquipollentibus vtantur, quippe aliter nequeunt suam voluntatem explicare. 70

Vtrum autem religiosus transgrediens præceptum superioris, 71

superioris, aut regulæ committat duplex peccatum, alterum contra votum obedientiæ, alterum verò contra virtutem in qua illa materia præcepta constituitur, diximus *lib. 4. c. 11. num. 25.*

72 Tandem id obseruandum est, quando in aliqua religione reseruatur peccatum inobedientiæ, aut peccatum contra votum obedientiæ, non censeri reseruatam inobedientiam quæ non est mortalis contra virtutem obedientiæ, aut contra votum illud: quæ respiciunt præceptum superioris obligans ad mortale; vt quando præcipit in virtute obedientiæ, vel alio simili modo: quod si esset peccatum mortale per accidens, nempe propter contemptum, vel propter aliam circumstantiam extrinsecam mali finis, non censeretur peccatum illud comprehensum in reseruatione, quia non est inobedientia, nec directè repugnat voto obedientiæ.

CAPVT V.

Qualiter religiosus ad perfectionem tendere obligetur.

SVMMARIVM.

Religiosus non tenetur esse perfectus, at tenetur tendere ad perfectionem. n. 1.
Ad id tenetur iuxta sola sua religionis media. n. 2.
Proponitur duplex difficultas disputanda. n. 3.
An sit hoc speciale præceptum? referuntur id probantia. numero 4.
Explicatur sententia authoris, & soluuntur contraria. n. 5.
Quando delinquatur contra hoc præceptum tendendi ad perfectionem, proponitur duplex sententia. n. 6. & 7.
Secularis proponens se consilia non seruaturum, licèt id non faciat, ex contemptu, peccat venialiter. n. 8.
Religiosus proponens non seruare alia præter ea ad quæ tenetur ex voto, vel præcepto graui, non peccat mortaliter eo ipso contra præceptum procurandæ perfectionis, sed solùm venialiter. n. 9.
Peccat mortaliter religiosus contra præceptum tendendi ad perfectionem, si firmiter proponat illam non attingere. num. 10.
Non peccat mortaliter contra hoc præceptum, qui non se disponit ad præcipua religionis munia. n. 11.
An religiosus toties peccet contra hoc præceptum, quoties violat vota, & alias regulas, ad quas tenetur? n. 12.

1 IN hac quæstione duplex conclusio admittitur ab omnibus. Prior est, Quamuis religiosus non teneatur esse perfectus, & subinde nec omnia illa exequi, quibus charitatis perfectio continetur; tenetur tamen ad id tendere, & operam dare, vt perfectionem charitatis comparet, eaque exequatur, quæ ad illam comparandam necessaria sunt. Vtraque pars inde constat, quia status religiosus non est status perfectionis acquisitæ; sed est & veluti progressus ad perfectionem acquirendam. Ergo illum profitens non tenetur esse perfectus, sed niti progredi ad perfectionem: quippe operanti ad finem non conuenit ex necessitate, vt finem iam comparauerit, sed vt aliqua via ad ipsum tendere conetur. Et confirmatur, quia cum status religiosus non sit status iam perfectus, sed via ad perfectionem, non significat illum assumens ipso assumptionis facto, se perfectum esse, sed intentionem ad illam tendendi habere. Ergo non est mendax & simulator facto ipso, si perfectionem non consequatur, sed si illam consequi non intendat; ac proinde non peccabit non consequendo, sed non intendendo. Hanc tradunt D. Thom. *2.2. q. 184. art. 5. ad 2.* & *q. 186. art. 2. corp.* & *art. 9. corp.* & in iisdem locis Cajet. & Abulen. *q. 19. Matthæi. q. 144.* Astensis *sum. 2. q. 1. art. lib. 6. tit. 47. art. 1. q. 3.* Carthus. *de reformat. religiosi lib. 3. art. 1. sect.* D. Anton. *3. part. tit. 16. c. 1. §. 1.* Angel. *verb. religiosus. n. 27.* Sylueſt. *verb. religio. 1. q. 3.* Armil. *verb. religio. num. 3.* & ibi Tabien. *q. 4. num. 5. ad finem.* Nauar. *commentar. 1. de regular. num. 10. dicit. 10.* Cordub. *in regul. D. Francisc. c. 1. q. 4. dist. 2.* Viguer. *lib. institution. cap. 17. §. 1. vers. 13.* Azor *lib. 11. tom. 2. institution. c. vlt. q. 11.* Valent. *2.2. disp. 10. q. 4. punctu 4.* Bañez *2. 2. q. 13. art. 3. dub. 5. concl. 5.* Manuel *qq. regular. tom. 3. q. 48. art. 1. ad finem.* Beltram. *tract. de vot. paupert. cap. 3.*

Posterior conclusio est. Non tenetur religiosus niti ad perfectionem per omnia supererogationis opera ad illam acquirendam valentia, sed per illa quæ sunt præscripta secundùm vnuiscuiusque religionis regulas ad acquirendam charitatis perfectionem. Ratio est, quia neque Deus, neque Ecclesia, neque vota in religione emissa aliquid amplius ab eo petunt, quàm vt agat vitam regularem iuxta suum institutum à Sede Apostolica approbatum. Nec finis religiosi status, qui est perfectio vitæ Christianæ comparanda, exigit amplius quàm ad eam nitiper media instituti religiosi, in qua quisque professus est, cùm satis perfectio hæc obtineri possit per media illa, vtpote quæ tanquam sufficientia ad eum finem comparandũ à Sede Apostolica sunt approbata. Et ita tradunt D. Thom. *1.2. q. 186. art. 2. corp.* & reliqui Doctores num. præced. allegati. 2

Est autem duplex difficultas. Prima, an præceptum hoc tendendi ad perfectionem, sit peculiare aliquod præceptum distinctum à præcepto seruandi tria vota substantialia, & alia in regulis religionis præscripta: an potiùs sit generale quoddam imbibitũ in illis, sicut præceptum seruandi mandata, & non peccandi, & quo quisque tenetur esse bonus, non est speciale aliquod præceptum distinctum à præceptis peculiaribus, sed inhibitum in illis. Posterior difficultas est, quando peccetur contra hoc præceptum. 3

Circa priorem difficultatem, videtur esse peculiare præceptum nitendi ad perfectionem distinctum à præceptis seruandi vota, ac obseruantias regulares. Quia si esset generale imbibitum in illis, falsò dicerent Doctores num. 1. relati, religiosum non teneri esse perfectum, sed tantùm niti ad perfectionem, illámque intendere. Nam non tantùm tenetur niti ad votorum, & regularum obseruantiam, sed ea quoque seruare tenetur, sicut quilibet fidelis non tantùm tenetur niti cauere mortalia, & seruare præcepta, sed tenetur quoque ad illa opera præstanda. Non ergo est generale præceptum, instar illorum, sed peculiare aliud distinctum. Secundò, quia huius præcepti datur peculiaris actus, ad quem obligat, & per cuius solum defectum, eius transgressio contingit, nempe ita procurare perfectionem, vt non renouet religiosus propositum illius procurandæ, illam contemnendo. Ergo est præceptum peculiare. Tertiò, quia si esset præceptum generale, instar aliorum, peccaretur contra hoc præceptum quoties ex quacumque causa adest peccatum contra vota, & alias obseruantias regulares; licet 4

i prædicta generalis præcept. peccatur ex quauis causa violato diuino præcepto: at non est reus huius præcepti religiosus in his delinquens ex quauis causa, dummodo teneat propositum tendendi ad perfectionem, vt tradunt Caiet. *2.2. q. 184. art. 5. fine.* Tabien. *verb. religio. 4. num. 5. ad finem.* Cordub. *in reg. D. Franc. c. 1. q. 3. dist. 3.* Et ratio est, quia non tenetur religiosus esse perfectus, sed animum tendendi ad perfectionem habere. Non ergo peccat contra hoc præceptum, dum retinet hoc propositum; atque adeò hoc erit speciale distinctum præceptum; & ita videntur sentire Doctores proximè allegati.

Oppositum tamen iudico probabilius. Primò, quia (vt num. 2. diximus) fatentur omnes non teneri aliter religiosum ad perfectionem tendere, quàm amplexando vota, & alia suo statui annexa. Ergo signum est, non esse hoc præceptum distinctum à præcepto seruandi illa. 5

Et confirmatur, quia Caiet. 2. 2. *quæst.* 186. *art.* 9. *paulo post principium.* & Cordub. *in reg. D. Franc. c.* 1. *q.* 3. *dict.* 3. *versf. Vnde resolutorie.* & Valent. 2. 2. *disput.* 10. *q.* 4. *punct.* 5. *col. penult. versf. atque ex eodem fundamento*, tradunt, contemptum regulæ, & huius obligationis tendendi ad perfectionem, adeò esse connexa, vt vnum absque altero consistere nequeat, eo quod religiosus non aliter ad perfectionem tenetur, quàm seruando regulam: atque adeò dicunt fieri non posse, vt intendat seruare regulam, quin intendat ad perfectionem tendere, nec è contrà. Ergo signum est, hoc non esse peculiare aliud præceptum distinctum. Secundò, quia, vt clarè constat ex ipsa litera, & sentit Azor *lib.* 11. *institut. moral. c. vlt. q.* 11. *versf. in hac igitur*, D. Thom. 2. 2. *q.* 186. *art.* 2. *ad* 2. & ibi Caiet. §. *ad euidentiam horum*, loquuntur eodem modo de religioso, quo de eo, qui talis non est, dicentes vtrumque teneri ad perfectionem iuxta suum statum procurandam, obseruando sui status præcepta, & consilia non contemnendo, & probat D. Thom. quia omnibus dicitur *Eccles. iustitiæ 9. Quodcumque potest manus tua, instanter operare.* At nullus dicet id præceptum in secularibus esse peculiare aliquod distinctum à præceptis aliis, quibus iuxta leges omnibus Christianis communes, & peculiares sui status quilibet tenetur. Ergo idem dicendum est de hoc præcepto, respectu religiosi. Tertiò, quia si esset distinctum præceptum tendendi ad perfectionem secundùm regulas, & vota, religiosus violans quodcumque ex illis votis, duplex mortale contraheret: alterum contra votum, & alterum contra hoc præceptum. Sicut quia sunt duo præcepta, alterum non fornicandi, & alterum seruandæ castitatis promissæ, est duplicis culpæ reus fornicans; nec valet dicere, hunc fornicantem posse retinere propositum tendendi ad perfectionem, quo retento non itur contra hoc præceptum tendendi ad illam; quippe re vera voluntatè facto ipso it hic contra illam obligationem, qua tenetur niti ad perfectionem secundùm regulas, & vota, cùm voluntatiè eligat voti transgressionem. Sicut si præceptum non anteponendæ creaturæ ipsi Deo, esset aliquod peculiare, nec in aliis imbibitum, peccans mortaliter in quacumque peccati specie, esset duplici culpæ obnoxius: alteri illius speciei, in qua specialiter delinquit; alteri verò quod creaturam quàm si peccando elegit, præposuerit facto ipso Deo, transgrediens Dei legem ob illius creaturæ affectum, quamui non habuerit hunc voluntatis actum, volo Deum creaturæ postponere. Tandem, quia præcepta, & culpas non oportet absque rationibus vrgentibus, & valde necessariis multiplicare, vtpote quod res valde odiosa est. At rationes contrariæ non vrgent. Nam ad primum respondetur, negando antecedens; nam obseruare vota, & regulares obseruantias, non est hominem esse perfectum quod consummatam charitatem, perfectamque virtutum acquisitionem petit, sed est applicare media ad hanc perfectionem adipiscendam, atque adeò est tendere ad perfectionem. Et ideo iure optimo dixere Doctores teneri religiosos seruare vota, quod est tendere ad perfectionem, non tamen teneri esse perfectum, quod quiamplius quàm ea seruare importat. At diuersa est ratio in præcepto seruandi mandata, & quo quis tenetur esse bonus; nam id præceptum importat solam à peccato transgressionis mandatorum fugam: ac proinde idem est teneri esse bonum, & teneri non transgredi præcepta. Ad 2. respondetur, non omnia præcepta habentia peculiarem actum, quo violantur, esse specialia, & non generalia inclusa in aliis. Nam præceptum seruandi mandata, & obediendi Deo, & quo quis tenetur esse bonus, sunt generalia inclusa in aliis, & tamen violantur hoc speciali actu, nolo seruare mandata, vel esse bonus, vel obedire Deo: is enim actus contra nullum aliud speciale præceptum tendit. Sed vt sit speciale omnino præceptum in nullo alio imbibitum, necesse est, vt eius transgressio opponatur alicui speciali virtuti, nec sufficit opponi honestati generali, cui actus ille generiens, nolo esse bonus, nolo obedire Deo, nolo seruare mandata, opponitur. Ad 3. respondetur, non obstare doctrinam Caietani, & aliorum ibi allatam, quia eam impugnabimus num. vltimo.

Posterior difficultas est, quando delinquatur contra hoc præceptum tendendi ad perfectionem, quod non ita clarè ex Doctoribus constat. Nam D. Thom. 2. 2. *q.* 186. *art.* 2. *in fine corp. & in solut. ad* 1. & 2. & *art.* 9. *corpor.* & Caiet. *eod. art.* 2. *circa solut. ad* 2. §. *ad euidentiam horum*, & *eo. art.* 9. *paulo post princ.* D. Anton. Angel. Armil. Valent. allegati num. 1. expressè dicunt, huic præcepto tunc temporis contrauenirì, quando est contemptus consiliorum, quibus peruenitur ad perfectionem. Et Caiet. *eo. art.* 9. *paulo post princ.* & Valent. 2. 2. *disp.* 10. *q.* 4. *punct.* 5. *col. penult.* §. *atque ex eodem fundamento*, explicant hunc contemptum esse quando religiosus ideo regulas transgreditur, quod nolit illis subiici, & ideo esse quoque regularum contemptum. Quare concludit Valent. hunc contemptum esse velut quandam religiosi à suo statu apostasiam: & idem Caiet. *eo. art.* 2. §. *ad euidentiam horum*, cum contemptum consiliorum explicat, quando contemnitur ipse Deus ea consilia præstans, nempe, quando homo refugit subiici consiliis diuinis, & perfectiori vitæ, vt à Deo traditis. Contemptus enim Dei est, nolle subiici regulæ diuinæ. At si quis (inquit) spiritualem profectum, & diuina consilia, vt à Deo tradita reuereretur, sed quia non tenetur ad illa, nec sunt necessaria ad salutem, non vult illa amplecti, nec curat de illis seruandis; talis non contemnit Deum, sed potiùs operum executionem, ac per hoc non peccat mortaliter, sed solùm venialiter ex huiusmodi incuria deliberata, quæ nonnullas contemptus est omittendo intentionem, & executionem profectus spiritualis, & operum bonorum, quæ facere posset. Hæc Caietanus ibi. Et quamuis non loquatur apertè de religiosis, sicut nec de secularibus; at loquitur vniuersaliter de omnibus: nam sub signo vniuersali proponit quæstionem: & D. Thom. *ea solutione ad* 2. quam ibi explicat, loquitur de religiosis, & secularibus; & ita intelligit ipsum Caietanum Azor *tom.* 2. *lib.* 11. *institut. moral. c. vlt. quæst.* 11. & ipsemet Caiet. *eo. art. paulo ante predictum locum. versf. ad hoc dicitur*; is statim dictum inquit de transgressione mortali, & veniali acta à religiosis: & Valent. 2. 2. *disput.* 10. *quæst.* 4. *punct.* 4. ait, nomine huius contemptus non intelligi negligentiam executionis consiliorum, nec propositum, quo quis statueret non seruare aliqua, vel etiam omnia consiliorum modi enim propositum in eo qui nullum opus consilij illius vouisset, non esse mortale. Sed concludit nia posse nomine contemptus horum consiliorum intelli in proposito. Primum est, si quis parui æstimaret diuinum consilium, vt à Deo proficiscitur, q[illegible] ptus esset mortalis tam in religiosis, quàm in [illegible]tatibus, vtpote qui esset irreligiositas, & magna irreuerentia erga Deum. Secundum est, si quis parui æstimaret opera [illegible] consiliorum, etiam attendendo genus, & naturam illorum, ita vt illa secundum se vilipenderet, qui contemptus similiter in omnibus hominibus esset mortalis contra religionem, quatenus id in Dei ignominiam cedit, qui talia opera tanquam res magni momenti consuluit. Tertium est, quando ex superbia quis dedignaretur ita se Deo subiectum esse, vt ab eo consilia acciperet, atque ita consilia ipsa animo auersaretur, quod etiam esset mortale in quoliber. Hæc Valentia. Præterea quidam, quos tacito nomine refert Azor *lib.* 11. *instit. c. vlt. q.* 11. *versf. hæc tamen*, contradicit dicentibus, mortalem perfectionis & consiliorum contemptù esse in doctrina D. Tho. quando religiosus eo animo affectus esset, vt nullù consilium exequi vellet, præter illa iam à se suscepta vi voti instituti, & regulæ. Ducuntur, quia (vt diximus n. præced. in 2. ratione) eodem modo loquitur D. Tho. de religioso, & de eo qui talis non est, & vtrumque dicit tunc peccare, quando consilia, & progressum iuxta illa contemnit. At secularis solis præceptis contentus, intendènsque nulla consilia seruare, non quasi renuens Deo illorum authori subiici, sed quia ea non obligant, nequaquam dicitur ea contemnere, nec peccat mortaliter. Ergo idem dicendum est de religioso. Et sic dico, tunc tantùm religiosum consilia contemnere, quando tanquam vana, & inutilia ea amplecti non vult: secus, si ea sola ratione ductus omittat, quia videt consilia sibi non præcipi. Et ipsemet Azor *ea. quæst.* 11. *in fin.* ait, cum dici consilia contemnere, qui ea prætermittit, tanquam inutilia, aut quia sunt à Deo proposita & data.

7 Pro contraria autem parte sunt Sylueſt. *verb. religio.* 1. *q.* 1. Tabien. *verb. religio. q.* 4. *num.* 5. *ad finem.* Cordub. *in reg. D. Franc. c.* 1. *q.* 3. *dict.* 3. vbi dicunt, aliud esse contemnere perfectionem, & consilia, quibus ad illam peruenitur, & aliud peccare ex illorum contemptu. Quippe peccare ex illorum contemptu, est illa omittere, eo quod omittens subiici illis, vt à Deo traditis nolit. At contemnere, est non æstimare; quare dicunt eum religiosum perfectionem contemnere, qui animum habet non tendendi ad illam, seu in animo habet ad perfectionem progressum & gradum non facere; etsi talis non peccet ex contemptu, sed ex negligentia, vel cupiditate, vel ex alia causa. Vnde tunc concludunt accidere hunc mortalem contra præceptum tendendi ad perfectionem contemptum, quando religiosus apud se statueret tantummodo omnia peccata mortalia cattere, præceptis omnibus sui instituti, & voti seruatis, & consilia omnia prætermittere. Et hanc esse mentem D. Thom. contendunt, nusquam enim dixit exigi, quò religiosus sit huius præcepti reus, vt ex perfectionis contemptu peccet, sed tantùm, vt perfectionem contemnat. Quibus fauet D. Thomas 2. 2. *quæst.* 184. *art.* 5. *ad* 2. quem sequuntur Astens. D. Anton. Angel. & Sylueſt. num. 1. allegati, vbi ait religiosos esse mendaces, & simulatores facto ipso, quoties à perfectionis assequendæ, quàm statu religioso profitentur, proposito animum reuocant. Vbi Caiet. *in fin.* & Nauar. *commentar.* 1. *de regular. num.* 10. *dict.* 10. censent D. Thomam in hoc loco sentire, tales religiosos peccare mortaliter. Et potest probari, primò, qui alias nihil discriminis esset inter religiosos, & seculares, cùm vtrique peccent mortaliter, si consilia ex eorum contemptu solis contenti præceptis omittant: & sic vanum esset, quod tradunt omnes (vt diximus num. 1.) religiosum teneri ad perfectionem tendere, eo quod status religiosus (schola perfectionis acquirendæ sit, & quasi via, & progressus ad illam. Falsum quoque esset, quod proxime retulimus ex D. Thom. & aliis, eos fore mendaces, & simulatores, si non intendant perfectionem, quam hoc suo eo ipso profitentur; si enim non tenentur plus quàm [illegible]lares, nemo hos mendaces dicet, eo quod illam non intendant. Secundò, quia cap. præcedent num. 18. diximus peccare mortaliter religiosum proponentem non seruare communiter præcipuas suæ religionis regulas, etiamsi illas non contemnat, nec illas [illegible] mortali obligent: quod non esset verum, si tantùm esset mortalis transgressio, quando ex contemptu procederet.

8 Prima tamen conclusio sit. Quicumque secularis sola præceptorum obseruatione contentus proponeret se consilia non seruaturum, non ex eorum contemptu, sed eo quod sibi præcepta non esse nosset, peccat venialiter; quod peccatum non consistit in omissione consiliorum, sed in ea firma animi deliberatione contra consilia; quippe etsi liceat omittere consilia, at fas non est animum deliberatæ actione & proposito contra consilia firmare, ne adtus Spiritui sancto semper ad meliora promouenti obstruatur. Non est autem mortale, quia res non est ita grauis, cùm consilia illa non obligent, nisi vt non contemnantur; idque constat, quia votum maiorem animi firmitatem importat, quàm simplex propositum, & tamen votum non seruandi consilia solùm est veniale, vt diximus *lib.* 4. *huius tractatus cap.* 8. *num.* 5. At solùm erit mortale quando ex contemptu omitteretur, vt dictum est. Prædictum verò propositum contra consilia esse veniale constat, quia illud dissonat rectæ rationi, & ipsorum consiliorum institutioni. Et ita docent Caietanus 2. 2. *quæstione* 186. *art.* 2. §. *ad euidentiam horum.* Cordub. *in expos. reg. D. Francisc. cap.* 1. *quæst.* 3. *dubio vltim.* quod ibi de hac re mouet. §. *quoad secundum.* Valent. 2. 2. *disputat.* 10. *quæst.* 4. *punct.* 4. *colum.* 2. *versic. est autem notandum.* Azor *lib.* 11. *institut. moralium. cap. vlt. quæst.* 11. Quod si obiicias; actus voluntatis in tantum est malus, in quantum eius obiectum est malum; at omittere omnia consilia, seruatis solis præceptis, quod est obiectum illius actus voluntatis proponentis firmiter ea non seruare, non est peccatum, cùm ea non obligent; ergo nec intendere omittere. Secundò, peccatum non est, nisi præceptum aliquod violetur: sed nullum est præceptum obligans ad consilia; ergo nec obligans ad voluntatem ea exequendi: ac proinde intentum ea non exequendi, vacabit culpa. Respondetur ad primum, maiorem non esse vniuersaliter veram, quia stat obiectum non esse malum, & tamen actum voluntatis aliunde iniquum esse, quia non seruat debitam proportionem in modo intendendi ad obiectum, vt si rem bonam ob malum finem, vel malè, vel negligenter appetat. Ad secundum, neganda est vltima consequentia: quia etsi nullum præceptum sit obligans ad ea consilia exequenda, est tamen præceptum prohibens id propositum ea non seruandi.

9 Secunda conclusio. Nec religiosus peccat mortaliter contra præceptum tendendi ad perfectionem, si firmiter proponat exequi quidquid vouit, & omnia præcepta regulæ, & superiorum obligantia sub mortali; at reliqua consilia, quæ sic non obligant, omitteret sed tantùm peccabit venialiter tunc contra id præceptum. Dixi, non peccare mortaliter contra hoc præceptum tendendi ad perfectionem per propositum suprà dictum; quia peccabit aliunde mortaliter ob periculum transgressionis votorum, & defectus perseuerantiæ, vt amplius explicuimus cap. præced. n. 18. Tunc autem erit mortale contra id præceptum, quando ex contemptu id faceret modis explicatis num. 6. Ducor ex traditis num. 7. vbi authores attuli expressè hoc sentientes; & colligitur apertè ex doctrina D. Thom. 2. 2. *quæst.* 186. *art.* 2. *corp. & ad* 1. & 2. vbi dixit D. Thomas peccare contra hoc præceptum religiosum temnentem perfectionem, & nunquam qualitatem culpæ explicum. Quod cautè factum ait Caiet. *ibi.* §. *ad hoc dicitur*, quia potest contemptus ille esse venialis, & mortalis; & postea §. *ad euidentiam horum*, explicat esse mortale, quando est simplex contemptus, eo quod consilia omittere religiosus intendit, quia eis subiici non vult, vtà Deo traditis. Veniale autem quando est nonnullus & imperfectus contemptus, eo quod nouit ea contra sibi non præcipi. Eiusdem sententiæ videtur Azor *tom.* 1. *lib.* 11. *institutionum moral. c. vlt. quæst.* 11. etsi non ita clarè loquatur, nec explicet qualis culpa sit ad propositum, quando non est ex contemptu consiliorum. Ducor, quia nulla ratio viget ad damnandum id simplex propositum tanquam mortale, contra præceptum tendendi ad perfectionem; nam eo ipso quod vult omnia vota, & sibi in regula, & à superioribus præcepta exequi, vult ad vitæ perfectionem progredi, & cõsilia multa euangelica seruare. Nam ex tratione voti sint tam sibi præcepta, & non consilia, at sponte illam obligationem suo voto sibi suscepit vltra communia cæteris Christianis præcepta, & sic non notabiliter, sed leniter à perfectione proposito deficit, dum cætera, quæ in regulis, & à superioribus præcipiuntur non sunt, proponit non seruare absque eorum contemptu, cùm perfecto essentialis, quam profitetur religiosus

& ad,

& ad quam directè, & graviter se obligat, in solis prioris generis obseruantiis consistat. Item quia ad cætera seruanda non obligatur sub mortali, sed tantùm ne adirum Spiritui sancto inspiranti meliora, occludat, firmando propositum contrarium. Quæ ratio (vt n. præcedenti diximus) solam culpam venialem concludit. Præterea, quia idemmet Sylvest. *verb. religio. 1. q. 3. & q. 12. partic. 4.* ait non esse religiosum in malo statu, quandiu eis placet vnum medium, quod ad perfectionem tendat, eo quod non teneatur currere ad perfectionem. At huic religioso placet hoc medium, quod non est parui momenti, nempe obseruantia votorum, & præceptorum regulæ, & superiorum obligantium ad mortale. Et Cordub. *in reg. D. Franc. cap. 1. q. 3. dilio 2.* ait religiosum non teneri ad procurandam perfectionem, nisi secundùm modos suæ regulæ, & vt in illa proponuntur, scilicet sub obligatione, vel sub consilio; ergo si omittere intendat non obligans sub mortali, non erit reus huius præcepti. Tandem, quia rationes contrariæ allatæ n. 7. non probant contrarium: nam ad doctrinam priorem D. Thomæ respondetur. Esto aliud sit contemnere, & aliud peccare ex contemptu, & Diu. Thom. solùm dixerit contemnentem perfectionem peccare; at non dixit id peccatum esse mortale, quasi sentiens aliquando esse mortale, & aliquando veniale, vt proximè ex Caietani mente pôderauimus. Ad aliam doctrinam D. Thomæ dico, non constare ex ea illum censuisse esse mortale, reuocare animum à proposito perfectionis acquirendæ, quia etsi sit mendacium in facto, at nulli perniciosum est, & ita erit ex ea parte veniale. Et si intelligat de mortali culpa, intelligendus est, quando contemnit perfectionem modo explicato, vt ipsemet postea *q. 186. art. 2.* iuncta doctrina Caietani citata, se explicat. Ad primam rationem respondetur, discrimen in hoc consistere, quod secularis non tenetur ex suo statu ad aliqua consilia euangelica, sed ad sola præcepta fidelibus communia. At religiosus tenetur ad multa, quæ secularibus sunt consilia, ad quæ sponte suis votis se obstrinxit, & ita ille nolens seruare hæc consilia (secluso contemptu) non peccabit mortaliter. At religiosus vtique mortaliter peccabit, etsi non adsit contemptus; & ita tenetur sub mortali illa seruando, ad perfectionem tendere; id tamen vtrique commune est, vt si contemptu illa omittant, peccent mortaliter. Ad 2. constat ex dictis initio huius conclusionis.

10 Vltima conclusio. Peccat quoque mortaliter religiosus contra hoc præcepum tendendi ad perfectionem, si seruans regulam, & vota, intendat non attingere perfectionem vitæ religiosæ, neque finem per illa intentum; quia licèt non teneatur attingere, tenetur tamen non habere actum contrarium, scilicet, propositum non attingendi per talia media; alioquin frustra apponeret media cum intentione repugnanti fini, ad quem talia media ordinantur. Ita docet Cord. *in reg. D. Franc. cap. 1. q. 3. dilio 3. partic. vers. sed vtrum sint.* & licèt non explicet id esse peccatum mortale, at manifestè loquitur de peccato mortali, cùm dicat hunc similiter peccare, ac illum qui contemnit perfectionem, quem *eo. 3. dilio* asseuerat peccare mortaliter. Quæ etiam doctrina consonat dictis cap. præcedent. n. 22. vbi diximus aliquibus citatis, esse mortale, æquiualeréque contemptui transgredi regulas ob eam causam impediendi illarum finem.

11 Ex dictis deducitur, minus verum esse quod tradit Bañez 2. 2. q. 33. *art. 3. dub. 3. concl. 3.* vbi ait teneri religiosum sub mortali ex vi huius præcepti disponere se, vt sit idoneus ad potiissima sui ordinis munia; quia caret fundamento, & solùm tenetur ex vi huius præcepti ad explicata duplici conclusione præcedenti.

12 Secundò deducitur, non esse veram doctrinam quam ex Caiet. & aliis retulimus n. 4. argum. 3. asserentem religiosum violantem vota, & obseruantias regulares, non peccare contra præceptum tendendi ad perfectionem, dum animum retinet procurandi perfectionem; ea enim doctrina falsa est, vt ostendimus n. 5. quia religiosum obseruare vota, & præcepta suæ religionis, est tendere ad perfectionem eo modo, quo tendere tenetur: atque adeò non obseruare votum aliquod, vel præceptum, est non tendere ad perfectionem. Licèt ergo animum habeat tendendi ad perfectionem in aliis occasionibus, in illa tamen in qua peccat præceptum violat, quo tenebatur procurare perfectionem, euitando peccatum illud.

CAPVT VI.

Qualiter religiosus ad Episcopatum, aut Cardinalatum, aut beneficium aliquod parochiale promotus teneatur ad vota religiosi status, & ad alias obseruantias regulares.

SVMMARIVM.

An Episcopus absoluatur à castitate, & obedientia voto? refertur quædam sententia. n. 1.
Sententia authoris. n. 2.
An peculiari obedientia hoc voto religionis teneatur obedire Pontifici, & an maneat in hac obedientia debita Prælatis religionis? n. 3.
An possit reduci ad religionem à Pontifice? n. 4.
Quid posse Pontifex virtute illius voti præcipere religioso Episcopo? n. 5.
An religiosus creatus summus Pontifex maneat astrictus eisdem votis? n. 6.
An voto paupertatis liberetur, & sit dominus reddituum ecclesiasticorum? refertur quædam sententia. n. 7.
Refertur sententia authoris. n. 8.
Quid de religioso creato Pontifice, & an possit testari? n. 9.
An integrum sit religioso Episcopo testari, aut ipsi religioso, & beneficiario proximo morti donare? n. 10.
Si impetrare testandi licentiam, quid teneatur explicare Pontifici? n. 11.
Qualiter Papa possit concedere hanc facultatem, & qualiter ea intelligatur, & an possit hic reuocare testamentum, & morti proximus donare? n. 12.
An religiosus Episcopus, aut beneficiarius teneatur restituere quæ prodigè consumit, & recipiens ab ipso? n. 13.
An possit religiosus Episcopus, aut beneficiarius ita amplè disponere de suis redditibus, ac beneficiarius secularis; & an aliunde quæsita quàm ex beneficio, vel quæ parcius viuendo habuerit, possit pro libito expendere, & illa remissiuè possit Abbas imponere illi pensionem? n. 14.
An religiosus Episcopus teneatur vltra tria vota [illegible] ad alia vota, quæ iuxta varia religionum [illegible] iuxta in professione emittuntur? n. 15.
An res votorum substantialium [illegible] iuxta præ[illegible]
An subiaceat pœnis regulæ eam transgredienti? n. 17.
Ad quas obseruantias regulares teneatur religiosus Episcopus? num. 18.
An teneatur ad eas debito legali, & sub culpa? n. 19.
An possit vesci carnibus in regula interdictis, quando Natiuitas Domini incidit in sextam feriam? n. 20.
An teneatur habere socium sui ordinis? n. 21.
An teneatur deferre habitum sui ordinis? n. 22.
An incurrat excommunicationem cap. 2. ne clerici, vel monachi, in 6. illum omittendo? n. 23.
An possit esse patrinus Baptismi, vel Confirmationis? n. 24.
An teneatur ad officium diuinum iuxta suæ religionis præscriptum? n. 25.
An hæc omnia vera sint de Episcopo, cuius Episcopatus est nuper à Turcis occupatus? n. 26.
Quid de Episcopis annularibus seu titularibus? n. 27.

Quid

Quid si monachus Episcopus depositus Episcopatum? Refertur quædam sententia. n. 28.
Sententia authoris. n. 29.
Quid si degradaretur? n. 30.
An si depositus redeat ad monasterium, indigeat nouo voto obedientiæ? n. 31.
A quo tempore Episcopus religiosus eximatur ab obedientia Prælatorum regularium, & regularum? n. 32.
An religiosus Episcopus fruatur priuilegio religionis? n. 33.
An habentes dictia de religioso Episcopo, habeant verum in religioso Cardinali? n. 34.
Quid in religioso ad Abbatiam, aut aliam dignitatem promoto? n. 35.
Quid de religioso promoto ad beneficium parochiale, etiam post beneficij depositionem, & an incurrat excommunicationem non portans habitum sui ordinis? n. 36.
An si indigeat, dispensatione, possit ipse, vel alius cum eo dispensare? n. 37.
An debeat recipere iuxta ritum suæ religionis? n. 38.
An teneatur habere socium sui ordinis? n. 39.

1 PRIMO de religioso creato Episcopo erit sermo. Deinde de ipso creato Cardinali. Vltimò de ipso creato parocho. Et primùm agemus seorsim de tribus votis substantialibus. Deinde de aliis peculiaribus, quæ in aliquibus religionibus iuxta illarum institutum solent emitti. Denique de aliis obseruantiis regularibus. Et quidem Angles *flor. 1. part. 9. vnica. de vot. art. 2. post 13. difficult. dub. 5.* ait religiosum creatum Episcopum absolui à voto obedientiæ, & paupertatis, solàque castitatis annexæ ordini sacro obligatione ligatum manere; idque non probat. At probari potest ex *c. vnico. 18. q. 1.* ibi. *Monachum quem canonica electio à iugo regulæ monastica professionis absoluit*; ergo liber maner. Secundò, religiosus non vouet obedientiam qualemcumque, sed secundùm regulam: at manet liber ab omnibus regulæ præceptis, ita vt ex solo honestatis debito ad illa teneatur, & transgrediens nullius culpæ reus sit (vt dicemus n. 19.) ergo maner liber à voto obedientiæ. Si enim vis voti obedientiæ maneret, peccaret vtique mortaliter contra votum transgrediens ea præcepta.

2 Cæterùm absque dubio tenendum, religiosum creatum Episcopum in primis non absolui à voto castitatis, nec etiam à voto obedientiæ, sed hoc quodammodo limitari, quia absoluitur ab obedientia Prælatorum regularium, & hoc est quod deciditur *c. vnico.* quod n. præcedenti allegauimus pro contraria sententia. Probatur, quia hic manet verus religiosus, vt fatentur omnes, idque demonstrat obligatio gestandi habitum, qua rectè astringitur (vt dicemus n. 22.) At hæc vota sunt essentia status religiosi, *c. cum ad monasterium, in fine. de statu monach.* ergo manet astrictus his votis. Secundò, quia nulla est necessitas dispensandi cum illo in his votis, vtpote quæ cum oneribus status Episcopalis non pugnant, nec ipsum dedecent. Immo ipsum tanquam statum pe[illegible]

Ait Ecclesia nequit atque iuita causa in illis dispensare; ergo non dispensat eo ipso quod religiosus ad statum Episcopalem promouetur. Tandem, quia etsi Generalis religionis nulli superiori religionis obedire teneatur, sed soli Pontifici, non ob id liberatur obedientiæ voto, cùm id per accidens sit, eo quod superiorem alium non habet: obedientia enim respicit superiorem, dum superior est, & cessat, eo cessante. Ergo idem dicendum est de Episcopo: per accidens enim superioribus religionis parere non tenetur, eo quod sui superiores amplius non sunt, sed assumpto eo statu, eximitur ab eorum subiectione, solique Pontifici summo subditur. Et ex dictis constat ad primum fundamentum contrarium. Ad secundum autem constabit ex dicendis n. 5. & ideo huius sententiæ sunt D. Thom. 2. 2. *q. 88. art. 11. ad 4. & q. 185. art. 8. corp. ad 3. & 4. dist. 38. q. 1. art. 4. quæstiunc. 1. ad 5.* D. Bonan. *ibi. art. 2. quæst. vltim. ad vltim.* & ibi Paludan. *quæst. 4. art. 4. conclus. 11. num. 49.* Ricard. *art. 9. q. 1. ad 1. 2. partis.* & Maioris *ibi. q. 10. argum. 3. contra 1. conclus.* Supplementum Gabrielis *ibi. q. 1. ar. vlt. column. penult.* Palacios *ibidem, dissut. 1. fol. 834. pagin. 1. initio.* Bald. *authent. licentiam. num. 1. C. de Episc. & cleric.* Nicolaus de Vbaldis *de success. ab intestato*, vbi de successione regularium. *part. 1. num. 4.* Turrecremat. *c. de monach. 16. quæst. 1. num. 3.* Caiet. *opuscul. tom. 1. tract. 15. de obligat. & obseruantia præcepto. q. 1. & 2. q. 185. art. 8. dub. 2.* Abulens. *cap. 30. Numer. q. 109.* D. Antonin. *3. part. tit. 20. cap. 2. §. 2.* Angel. *verb. monachus. num. 7.* Rosell. *verb. religio. 1. num. 7.* Sylvest. *religio. 6. quæst. 10.* Armil. *verb. Episcopus. num. 8.* Guillelm. Bened. *in c. Raynutius. verb. mortuo itaque testatore el. 1. num. 501.* Sot. *lib. 1. de iustitia. q. vltim. art. vltim. col. 5. vers. de singulis ergo.* Nauarr. *lib. 3. consilior. tit. de regular. in 1. editione, consil. 15. num. 11. in 2. tit. de donationib. cons. 6. num. 11. & commentar. 3. de regularibus, num. 46. & lib. de reddit. in noua editione. q. 1. mouit. 9. num. 1.* Couarru. *cap. 1. num. 18. de testament.* Angul. *de meliorationib. lib. 1. gloss. 3. num. 14. in 2. editione.* Viguer. *lib. instit. cap. 17. §. 1. vers. 11.* Cordub. *in reg. D. Franc. c. 2. q. 20. punct. 3.* Aragon 1. 2. *q. 88. art. 11. fol. 1036. col. 1.* Azor *tom. 1. institut. moral. lib. 11. c. 7. q. 1.* Henriq. *lib. 10. de sacram. ordin. cap. 32. num. 5. & c. 33. fine.* Valent. 2. 2. *disput. 10. q. 3. punct. 8. vers. secundo certum est.* Leonard. *lib. 2. de iust. c. 40. dub 14. num. 11.* Emmanuel Sà *summ. verb. Episcopus n. 11.* Vazquez 1. 2. *q. 96. art. 4. disput. 165. cap. 8. num. 93. ad finem.* Manuel Rodrig. 2. *tom. sum. cap. 10. num. 4.* Petr. Ledesm. 2. *tom. sum. tract. 10. c. vltim. dub. 2. ad 4. fol. 1211.* Fuluius Pacian. *cons. 132. num. 56. vol. 1.*

Hinc deducitur, religiosum creatum Episcopum 3
manere obligatum obedire Pontifici peculiari voto obedientiæ, vltra generalem ab omnibus fidelibus obedientiam ipsi debitam, & vltra peculiarem debitam ratione iuramenti obediendi ipsi, quod omnes Episcopi præstant. Quod in propriis terminis tradunt Henriq. *lib. 10. de sacram. ordin. cap. 13. fine.* Suar. *tom. 2. de religion. tract. de vot. lib. 6. cap. 7. num. 10.* & clarè colligitur ex D. Bonauent. & Ricar. dicentibus, obedientiam debitam Prælatis religionis, deberi post Episcopatum Papæ; & ex Sot. & Emmanuel Sà, Petr. de Ledesma dicentibus, mutari obedientiam Prælatis debitam, in obedientiam ipsi Pontifici; & ex Palac. Arag. Valent. Vazquez dicentibus, non liberari religiosum factum Episcopum voto obedientiæ respectu Pontificis. Quos omnes retuli n. præcedent. qui melius loquuti sunt, quàm Sotus, Emmanuel Sà, & Petr. de Ledesm. dum dixêre, mutari materiam obedientiæ debitæ Prælatis, in obedientiam Papæ: nam cùm Pontifex sit generalissimus omnium religionum Prælatus, cui potissimùm à religiosis emittitur votum obedientiæ (vt probauimus *lib. 4. cap. 14. num. 10. & hac lib. 6. cap. 2. num. 8.*) non mutatur obedientia aliorum Prælatorum in hac, sed, ea cassata, manet hæc.

Secundò deducitur, posse religiosum Episcopum 4
ad religionem reduci ab ipso Pontifice. Constat, quia respectu Pontificis manet votum obedientiæ in ea religione præstitum, & solo ipsius Pontificis priuilegio est exemptus ab obedientia cæterorum Prælatorum religionis. Ergo potest ab ipso Pontifice ad pristinam religionis obedientiam reduci: & ita docet Vazq. n. 2. allegatus.

Tertiò deducitur, posse Pontificem virtute illius 5
voti præcipere religioso illi Episcopo omnia quæ sunt secundùm religionis illius regulam, sicut ea possunt præcipere superiores religionis, dum nondum ad Episcopatum promotus erat. Quia votum obedientiæ secundùm regulam in religione emissum, non est extinctum, sed integrum, ac illæsum perseuerat respectu Pontificis. Et per hoc constat solutio ad secundum argumentum primæ sententiæ allatum n. 1. Non enim religiosus

& ad quam directè, & graviter se obligat, in solis prioris generis obseruantiis consistat. Item quia ad cætera seruanda non obligatur sub mortali, sed tantùm ne adirum Spiritui sancto inspiranti meliora, occludat, firmando propositum contrarium. Quæ ratio (vt n. præcedenti diximus) solam culpam venialem concludit. Præterea, quia idemmet Sylvest. *verb. religio. 1. q. 3. & q. 12. partic. 4.* ait non esse religiosum in malo statu, quandiu eis placet vnum medium, quod ad perfectionem tendat, eo quod non teneatur currere ad perfectionem. At huic religioso placet hoc medium, quod non est parui momenti, nempe obseruantia votorum, & præceptorum regulæ, & superiorum obligantium ad mortale. Et Cordub. *in reg. D. Franc. cap. 1. q. 3. dilio 2.* ait religiosum non teneri ad procurandam perfectionem, nisi secundùm modos suæ regulæ, & vt in illa proponuntur, scilicet sub obligatione, vel sub consilio; ergo si omittere intendat non obligans sub mortali, non erit reus huius præcepti. Tandem, quia rationes contrariæ allatæ n. 7. non probant contrarium: nam ad doctrinam priorem D. Thomæ respondetur. Esto aliud sit contemnere, & aliud peccare ex contemptu, & Diu. Thom. solùm dixerit contemnentem perfectionem peccare; at non dixit id peccatum esse mortale, quasi sentiens aliquando esse mortale, & aliquando veniale, vt proximè ex Caietani mente pôderauimus. Ad aliam doctrinam D. Thomæ dico, non constare ex ea illum censuisse esse mortale, reuocare animum à proposito perfectionis acquirendæ, quia etsi sit mendacium in facto, at nulli perniciosum est, & ita erit ex ea parte veniale. Et si intelligat de mortali culpa, intelligendus est, quando contemnit perfectionem modo explicato, vt ipsemet postea *q. 186. art. 2.* iuncta doctrina Caietani citata, se explicat. Ad primam rationem respondetur, discrimen in hoc consistere, quod secularis non tenetur ex suo statu ad aliqua consilia euangelica, sed ad sola præcepta fidelibus communia. At religiosus tenetur ad multa, quæ secularibus sunt consilia, ad quæ sponte suis votis se obstrinxit, & ita ille nolens seruare hæc consilia (secluso contemptu) non peccabit mortaliter. At religiosus vtique mortaliter peccabit, etsi non adsit contemptus; & ita tenetur sub mortali illa seruando, ad perfectionem tendere; id tamen vtrique commune est, vt si contemptu illa omittant, peccent mortaliter. Ad 2. constat ex dictis initio huius conclusionis.

10 Vltima conclusio. Peccat quoque mortaliter religiosus contra hoc præcepum tendendi ad perfectionem, si seruans regulam, & vota, intendat non attingere perfectionem vitæ religiosæ, neque finem per illa intentum; quia licèt non teneatur attingere, tenetur tamen non habere actum contrarium, scilicet, propositum non attingendi per talia media; alioquin frustra apponeret media cum intentione repugnanti fini, ad quem talia media ordinantur. Ita docet Cord. *in reg. D. Franc. cap. 1. q. 3. dilio 3. partic. vers. sed vtrum sint.* & licèt non explicet id esse peccatum mortale, at manifestè loquitur de peccato mortali, cùm dicat hunc similiter peccare, ac illum qui contemnit perfectionem, quem *eo. 3. dilio* asseuerat peccare mortaliter. Quæ etiam doctrina consonat dictis cap. præcedent. n. 22. vbi diximus aliquibus citatis, esse mortale, æquiualeréque contemptui transgredi regulas ob eam causam impediendi illarum finem.

11 Ex dictis deducitur, minus verum esse quod tradit Bañez 2. 2. q. 33. *art. 3. dub. 3. concl. 3.* vbi ait teneri religiosum sub mortali ex vi huius præcepti disponere se, vt sit idoneus ad potiissima sui ordinis munia; quia caret fundamento, & solùm tenetur ex vi huius præcepti ad explicata duplici conclusione præcedenti.

12 Secundò deducitur, non esse veram doctrinam quam ex Caiet. & aliis retulimus n. 4. argum. 3. asserentem religiosum violantem vota, & obseruantias regulares, non peccare contra præceptum tendendi ad perfectionem, dum animum retinet procurandi perfectionem; ea enim doctrina falsa est, vt ostendimus n. 5. quia religiosum obseruare vota, & præcepta suæ religionis, est tendere ad perfectionem eo modo, quo tendere tenetur: atque adeò non obseruare votum aliquod, vel præceptum, est non tendere ad perfectionem. Licèt ergo animum habeat tendendi ad perfectionem in aliis occasionibus, in illa tamen in qua peccat præceptum violat, quo tenebatur procurare perfectionem, euitando peccatum illud.

CAPVT VI.

Qualiter religiosus ad Episcopatum, aut Cardinalatum, aut beneficium aliquod parochiale promotus teneatur ad vota religiosi status, & ad alias obseruantias regulares.

SVMMARIVM.

An Episcopus absoluatur à castitate, & obedientia voto? refertur quædam sententia. n. 1.
Sententia authoris. n. 2.
An peculiari obedientia hoc voto religionis teneatur obedire Pontifici, & an maneat in hac obedientia debita Prælatis religionis? n. 3.
An possit reduci ad religionem à Pontifice? n. 4.
Quid posse Pontifex virtute illius voti præcipere religioso Episcopo? n. 5.
An religiosus creatus summus Pontifex maneat astrictus eisdem votis? n. 6.
An voto paupertatis liberetur, & sit dominus reddituum ecclesiasticorum? refertur quædam sententia. n. 7.
Refertur sententia authoris. n. 8.
Quid de religioso creato Pontifice, & an possit testari? n. 9.
An integrum sit religioso Episcopo testari, aut ipsi religioso, & beneficiario proximo morti donare? n. 10.
Si impetrare testandi licentiam, quid teneatur explicare Pontifici? n. 11.
Qualiter Papa possit concedere hanc facultatem, & qualiter ea intelligatur, & an possit hic reuocare testamentum, & morti proximus donare? n. 12.
An religiosus Episcopus, aut beneficiarius teneatur restituere quæ prodigè consumit, & recipiens ab ipso? n. 13.
An possit religiosus Episcopus, aut beneficiarius ita amplè disponere de suis redditibus, ac beneficiarius secularis; & an aliunde quæsita quàm ex beneficio, vel quæ parcius viuendo habuerit, possit pro libito expendere, & illa remissiuè possit Abbas imponere illi pensionem? n. 14.
An religiosus Episcopus teneatur vltra tria vota [illegible] ad alia vota, quæ iuxta varia religionum [illegible] iuxta in professione emittuntur? n. 15.
An res votorum substantialium [illegible] iuxta præ[illegible]
An subiaceat pœnis regulæ eam transgredienti? n. 17.
Ad quas obseruantias regulares teneatur religiosus Episcopus? num. 18.
An teneatur ad eas debito legali, & sub culpa? n. 19.
An possit vesci carnibus in regula interdictis, quando Natiuitas Domini incidit in sextam feriam? n. 20.
An teneatur habere socium sui ordinis? n. 21.
An teneatur deferre habitum sui ordinis? n. 22.
An incurrat excommunicationem cap. 2. ne clerici, vel monachi, in 6. illum omittendo? n. 23.
An possit esse patrinus Baptismi, vel Confirmationis? n. 24.
An teneatur ad officium diuinum iuxta suæ religionis præscriptum? n. 25.
An hæc omnia vera sint de Episcopo, cuius Episcopatus est nuper à Turcis occupatus? n. 26.
Quid de Episcopis annularibus seu titularibus? n. 27.

Quid

Quid si monachus Episcopus depositus Episcopatum? Refertur quædam sententia. n. 28.
Sententia authoris. n. 29.
Quid si degradaretur? n. 30.
An si depositus redeat ad monasterium, indigeat nouo voto obedientiæ? n. 31.
A quo tempore Episcopus religiosus eximatur ab obedientia Prælatorum regularium, & regularum? n. 32.
An religiosus Episcopus fruatur priuilegio religionis? n. 33.
An habentes dictia de religioso Episcopo, habeant verum in religioso Cardinali? n. 34.
Quid in religioso ad Abbatiam, aut aliam dignitatem promoto? n. 35.
Quid de religioso promoto ad beneficium parochiale, etiam post beneficij depositionem, & an incurrat excommunicationem non portans habitum sui ordinis? n. 36.
An si indigeat, dispensatione, possit ipse, vel alius cum eo dispensare? n. 37.
An debeat recipere iuxta ritum suæ religionis? n. 38.
An teneatur habere socium sui ordinis? n. 39.

1 PRIMO de religioso creato Episcopo erit sermo. Deinde de ipso creato Cardinali. Vltimò de ipso creato parocho. Et primùm agemus seorsim de tribus votis substantialibus. Deinde de aliis peculiaribus, quæ in aliquibus religionibus iuxta illarum institutum solent emitti. Denique de aliis obseruantiis regularibus. Et quidem Angles *flor. 1. part. 9. vnica. de vot. art. 2. post 13. difficult. dub. 5.* ait religiosum creatum Episcopum absolui à voto obedientiæ, & paupertatis, solàque castitatis annexæ ordini sacro obligatione ligatum manere; idque non probat. At probari potest ex *c. vnico. 18. q. 1.* ibi. *Monachum quem canonica electio à iugo regulæ monastica professionis absoluit*; ergo liber maner. Secundò, religiosus non vouet obedientiam qualemcumque, sed secundùm regulam: at manet liber ab omnibus regulæ præceptis, ita vt ex solo honestatis debito ad illa teneatur, & transgrediens nullius culpæ reus sit (vt dicemus n. 19.) ergo maner liber à voto obedientiæ. Si enim vis voti obedientiæ maneret, peccaret vtique mortaliter contra votum transgrediens ea præcepta.

2 Cæterùm absque dubio tenendum, religiosum creatum Episcopum in primis non absolui à voto castitatis, nec etiam à voto obedientiæ, sed hoc quodammodo limitari, quia absoluitur ab obedientia Prælatorum regularium, & hoc est quod deciditur *c. vnico.* quod n. præcedenti allegauimus pro contraria sententia. Probatur, quia hic manet verus religiosus, vt fatentur omnes, idque demonstrat obligatio gestandi habitum, qua rectè astringitur (vt dicemus n. 22.) At hæc vota sunt essentia status religiosi, *c. cum ad monasterium, in fine. de statu monach.* ergo manet astrictus his votis. Secundò, quia nulla est necessitas dispensandi cum illo in his votis, vtpote quæ cum oneribus status Episcopalis non pugnant, nec ipsum dedecent. Immo ipsum tanquam statum pe[illegible]

Ait Ecclesia nequit atque iuita causa in illis dispensare; ergo non dispensat eo ipso quod religiosus ad statum Episcopalem promouetur. Tandem, quia etsi Generalis religionis nulli superiori religionis obedire teneatur, sed soli Pontifici, non ob id liberatur obedientiæ voto, cùm id per accidens sit, eo quod superiorem alium non habet: obedientia enim respicit superiorem, dum superior est, & cessat, eo cessante. Ergo idem dicendum est de Episcopo: per accidens enim superioribus religionis parere non tenetur, eo quod sui superiores amplius non sunt, sed assumpto eo statu, eximitur ab eorum subiectione, solique Pontifici summo subditur. Et ex dictis constat ad primum fundamentum contrarium. Ad secundum autem constabit ex dicendis n. 5. & ideo huius sententiæ sunt D. Thom. 2. 2. *q. 88. art. 11. ad 4. & q. 185. art. 8. corp. ad 3. & 4. dist. 38. q. 1. art. 4. quæstiunc. 1. ad 5.* D. Bonan. *ibi. art. 2. quæst. vltim. ad vltim.* & ibi Paludan. *quæst. 4. art. 4. conclus. 11. num. 49.* Ricard. *art. 9. q. 1. ad 1. 2. partis.* & Maioris *ibi. q. 10. argum. 3. contra 1. conclus.* Supplementum Gabrielis *ibi. q. 1. ar. vlt. column. penult.* Palacios *ibidem, dissut. 1. fol. 834. pagin. 1. initio.* Bald. *authent. licentiam. num. 1. C. de Episc. & cleric.* Nicolaus de Vbaldis *de success. ab intestato*, vbi de successione regularium. *part. 1. num. 4.* Turrecremat. *c. de monach. 16. quæst. 1. num. 3.* Caiet. *opuscul. tom. 1. tract. 15. de obligat. & obseruantia præcepto. q. 1. & 2. q. 185. art. 8. dub. 2.* Abulens. *cap. 30. Numer. q. 109.* D. Antonin. *3. part. tit. 20. cap. 2. §. 2.* Angel. *verb. monachus. num. 7.* Rosell. *verb. religio. 1. num. 7.* Sylvest. *religio. 6. quæst. 10.* Armil. *verb. Episcopus. num. 8.* Guillelm. Bened. *in c. Raynutius. verb. mortuo itaque testatore el. 1. num. 501.* Sot. *lib. 1. de iustitia. q. vltim. art. vltim. col. 5. vers. de singulis ergo.* Nauarr. *lib. 3. consilior. tit. de regular. in 1. editione, consil. 15. num. 11. in 2. tit. de donationib. cons. 6. num. 11. & commentar. 3. de regularibus, num. 46. & lib. de reddit. in noua editione. q. 1. mouit. 9. num. 1.* Couarru. *cap. 1. num. 18. de testament.* Angul. *de meliorationib. lib. 1. gloss. 3. num. 14. in 2. editione.* Viguer. *lib. instit. cap. 17. §. 1. vers. 11.* Cordub. *in reg. D. Franc. c. 2. q. 20. punct. 3.* Aragon 1. 2. *q. 88. art. 11. fol. 1036. col. 1.* Azor *tom. 1. institut. moral. lib. 11. c. 7. q. 1.* Henriq. *lib. 10. de sacram. ordin. cap. 32. num. 5. & c. 33. fine.* Valent. 2. 2. *disput. 10. q. 3. punct. 8. vers. secundo certum est.* Leonard. *lib. 2. de iust. c. 40. dub 14. num. 11.* Emmanuel Sà *summ. verb. Episcopus n. 11.* Vazquez 1. 2. *q. 96. art. 4. disput. 165. cap. 8. num. 93. ad finem.* Manuel Rodrig. 2. *tom. sum. cap. 10. num. 4.* Petr. Ledesm. 2. *tom. sum. tract. 10. c. vltim. dub. 2. ad 4. fol. 1211.* Fuluius Pacian. *cons. 132. num. 56. vol. 1.*

Hinc deducitur, religiosum creatum Episcopum 3
manere obligatum obedire Pontifici peculiari voto obedientiæ, vltra generalem ab omnibus fidelibus obedientiam ipsi debitam, & vltra peculiarem debitam ratione iuramenti obediendi ipsi, quod omnes Episcopi præstant. Quod in propriis terminis tradunt Henriq. *lib. 10. de sacram. ordin. cap. 13. fine.* Suar. *tom. 2. de religion. tract. de vot. lib. 6. cap. 7. num. 10.* & clarè colligitur ex D. Bonauent. & Ricar. dicentibus, obedientiam debitam Prælatis religionis, deberi post Episcopatum Papæ; & ex Sot. & Emmanuel Sà, Petr. de Ledesma dicentibus, mutari obedientiam Prælatis debitam, in obedientiam ipsi Pontifici; & ex Palac. Arag. Valent. Vazquez dicentibus, non liberari religiosum factum Episcopum voto obedientiæ respectu Pontificis. Quos omnes retuli n. præcedent. qui melius loquuti sunt, quàm Sotus, Emmanuel Sà, & Petr. de Ledesm. dum dixêre, mutari materiam obedientiæ debitæ Prælatis, in obedientiam Papæ: nam cùm Pontifex sit generalissimus omnium religionum Prælatus, cui potissimùm à religiosis emittitur votum obedientiæ (vt probauimus *lib. 4. cap. 14. num. 10. & hac lib. 6. cap. 2. num. 8.*) non mutatur obedientia aliorum Prælatorum in hac, sed, ea cassata, manet hæc.

Secundò deducitur, posse religiosum Episcopum 4
ad religionem reduci ab ipso Pontifice. Constat, quia respectu Pontificis manet votum obedientiæ in ea religione præstitum, & solo ipsius Pontificis priuilegio est exemptus ab obedientia cæterorum Prælatorum religionis. Ergo potest ab ipso Pontifice ad pristinam religionis obedientiam reduci: & ita docet Vazq. n. 2. allegatus.

Tertiò deducitur, posse Pontificem virtute illius 5
voti præcipere religioso illi Episcopo omnia quæ sunt secundùm religionis illius regulam, sicut ea possunt præcipere superiores religionis, dum nondum ad Episcopatum promotus erat. Quia votum obedientiæ secundùm regulam in religione emissum, non est extinctum, sed integrum, ac illæsum perseuerat respectu Pontificis. Et per hoc constat solutio ad secundum argumentum primæ sententiæ allatum n. 1. Non enim religiosus

religiosus Episcopus manet omnino liber ab obedientia secundum regulam, sed ab obedientia Prælatorum Papæ inferiorum, & ab observatione regulæ, quatenus regula est: at non manet liber omnino ab ea, siquidem virtute voti priùs emissi potest ad eam cogi à Pontifice.

6 Immo si religiosus Pontifex Summus creetur, manebit iisdem votis astrictus, vt bene docet Aragon n.12 allegatus, & n.9. referemus alios dicentes idem de voto paupertatis; quia militant in eo rationes traditæ n.12. de aliis Episcopis, & per accidens est, vt nulli omnino subiectus maneat; id enim ideo contingit, quod neminem in terris superiorem habeat.

7 De voto autem paupertatis non leuis est inter Doctores controuersia, quibusdam asserentibus religiosum creatum Episcopum eximi à paupertatis voto, efficique verum dominum redditum ecclesiasticorum, instar Episcoporum secularium. Ducuntur ex *c. vnico. 18. q. 1.* vbi de religioso Episcopo sic dicitur; *Vilis legitimus heres paternam sibi hæreditatem postea iure vendicandi potest suam habere.* Si ergo sibi acquirit, vendicatque, verum dominium habet. Vendicare enim, & sibi acquirere, solis veris dominis competit. *l. in rem, ff. de res vendicat.* Secundò, quia eodem prorsus modo adiudicatur sua portio Episcopo seculari, ac regulari, cum libera transferendi in alium dominij administratione. Ergo nihil deest, quominus dominum habeat. Tandem, quia aliàs deberent Episcopi superuacanèe consumpta restituere, atque ab ipsis sic accipientes eadem obligatione astringerentur. Et ideo hanc sententiam videtur tenere Sotus *lib. 7. de iust. quæst. 4. art. 2. ad vltim. & lib. vlt. q. vltim. art. vltim. col. 4.* Palacios *4. dist. 38. disput. 1. fol. 834. col. 1. initio.* Michaël à Meri. *de sacro, homin. conuinent. lib. 5. c. 26. col. 1.* Angles *scrib. 2. part. q. vnica. de vot. art. 2. pos. 4. difficultatem. dub. 5.* Gratian. *reg. 320. num. 4.* Vazq. *1. 2. q. 96. art. 4. disp. 165. c. 8. n. 92. ad finem, & n. 104.*

8 At verissima sententia est, eum non absolui à paupertatis voto, nec efficit dominum redditum ecclesiasticorum, sed solùm administratorem. Ducor, quia duæ priores rationes traditæ n. 12. ad probandum non absolui à voto obedientiæ, & castitatis, militant etiam in voto paupertatis, vtpote quod etiam est de essentia status religiosi. *c. cum ad monasterium, fine. de stat. monachorum.* Et confirmatur, quia voca à talibus Episcopis in religione emissa nõ laxantur, nec limitantur, nisi quatenus illorum obseruantia obstat exercitioni muneris Episcopalis, tanquam maiori bono. Sed huic minimè obstat abdicatio omnis dominij, dummodo tales Episcopi liberam habeant administrationem omnium bonorum ecclesiasticorum, vt ea in quoslibet vsus decentes expendant. Nec obstant adducta in contrarium n. præcedenti. Quia ad primum respondetur cum Glossa *in c. vnico. verb. legitimus, iuncta verba restituat.* monachum Episcopum factum non acquirere iure successionis per Episcoparum: sed illum antea habebat, existens monachus, vt constat ex *c. si quis mulier. 10. a. 2. & l. Deo nihil*

quid in posterum acquirat, non monasterio, vt prius acquirebat, sed suæ Ecclesiæ comparet. Quare vt optimè ait D. Thom. statim allegandus non vendicant paternam hæreditatem quasi propriam, sed quasi Ecclesiæ suæ debitam, nec enim confertur eis ea facultas, vt acquirant dominium, sed vt fiat accessio bonis ecclesiasticis, quæ administrant, sicut fieret ex omnibus aliis bonis, quæ quomodocũque tales Episcopi acquirerent; ita vt quemadmodum omnia, quæ acquisiuissent, cùm erant religiosi, pertinerent ad ordinem suum: ita quæ postea facti Episcopi acquirunt, comparent suæ Ecclesiæ. Ad secundum, negatur eodem modo adiudicari, quia Episcopis secularibus adiudicatur tanquam veris dominis: at regularibus non committitur dispositio eorum bonorum tanquam dominis, sed tanquam administratoribus, & œconomis Ecclesiæ. Ad tertium constabit ex dicendis num. 13. Et eo hanc sententiam tuentur D. Thom. *q. 88. art. 11. ad 4. & q. 185. art. 8. ad 3. & 4. sententiar. dist. 38. q. 1. art. 4. quæstiunc. 1. ad 5.* & ibi D. Bonauent. *art. 2. q. vltim. ad vltim.* Paludan. *quæst. 4. art. 4. conclus. 11. num. 49.* Ricard. *art. 5. q. 1. ad vltim. & art. 9. q. 1. ad 1. 2. partis.* Maiotis *ibi. q. 20. argum. 1. contra 1. conclus.* Supplementum Gabriel. *q. 1. art. vltim. col. penult.* Gloss. *c. quorundam. verb. mendicantium. de electi. in 6. & c. quia tua, verb. sensum. 12. q. 1. & c. de monachis. verb. discedere. 16. q. 1. & c. vnico. verb. legitimus. 18. q. 1.* Ioan. Andr. *c. 1. num. 6. de testamen.* & ibi Abbas *fin. cap. penult. in fin. de vita, & honest. clericor.* Bald. *authen. licent. num. 3. C. de Episcop. & cleric.* & ibi Paul. *num. 1.* Ancharan. *cap. cum olim. el 1. num. 8. de priuileg.* Iason *authen. ingressi. num. 15. C. de sacrosanct. Eccles.* Henricus. *c. final. num. 10. de peculi. clericor.* Francus *rubric. de testam. num. 75. in 6.* Turrecrem. *c. de monachis. 16. quæst. 1. num. 3. ad 3. & cap. non dicatis. 12. quæst. 1. art. 1. num. 2. ad 4.* Gambar. *authen. legati. lib. 6. num. 251.* habetur *tom. 13. arbitrium. part. 2.* Fulut. Pacian. *consil. 131. num. 35 & 37. vol. 1.* Guillelm. Benedict. *cap. Raynutius de testam. verb. moriuo itaque testatore el 1. num. 301.* Abulens. *c. 30. Numer. q. 127.* D. Anton. *3. part. tit. 20. c. 2. §. 7.* Rosell. *verb. religio. 1. n. 4.* Angel. *verb. monachus. num. 7.* Sylvest. *religio. 6. quæst. 10.* Tabien. *verb. Episcop. quæst. 6. num. 7.* & ibi Armil. *num. 8.* Iex *26. fine.* & ibi Gregorius Lopez *fin. tit. 7. part. 1.* Nicolaus de Vbaldis *de successib. intestat.* vbi de successi. regular. *part. 2. num. 4.* habetur *tom. 8. tractat. part. 1.* Nauarr. *commentar. 1. de regular. num. 51. & commentar. 2. num. 17. vers. quæstionis tamen est magna. & commentar. 3. de regularib. num. 46. & lib. de redditibus ecclesiastic. in nou. edit. q. 1. monito 11. num. 1. & 2. & monito 9. num. 1. & monito 52. num. 1. & lib. 3. consilior. in 1. edit. tit. de regularib. consil. 15. num. 11. in 2. tit. de donationib. consil. 6. num. 11.* Couarru. *cap. 1. num. 18. de testament.* Viguer. *lib. institution. cap. 17. §. 1. vers. 21.* Satmient. *de reddit. ecclesiast. 3. part. c. 1. num. 10.* & in defensione illius. *1. part. monit. 11. num. 1. & 3.* Molin. *lib. de primogen. c. 10. num. 28.* Cordub. *in regul. D. Franc. c. 1. q. 20. punct. 3.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg. 79. num. 99.* Anton. Cucus *lib. 5. institutionum maior. tit. 1. num. 158.* Bimius *consil. 6. num. 7. vol. 1.* Aragon *2. 2. q. 88. ar. 11. fol. 1036. col. 1.* Valent. *2. 2. disput. 10. q. 3. punct. 8. col. 3.* Leonard. *lib. 2. de inst. cap. 40. dub. 14. num. 113.* Azor *tom. 1. institution. moral. cap. 7. q. 2. §. proficiò hæc quamuis.* Henriq. *lib. 10. de sacram. ordin. c. 32. num. 5. & cap. 31. n. 3. & 4. & lib. 12. de matrimon. c. 5. num. 5. fine.* Manuel Rodrig. *2. tom. sum. cap. 10. num. 4. & tom. 1. quæst. regul. q. 58. art. 5.* Petr. de Ledesm. *2. tom. sum. tract. 10. cap. vltim. dub. 2. ad 4. fol. 1211.* Graffis *2. part. decision. lib. 3. cap. 19. num. 87.* Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 6. nu. 85. C. de sacrosanct. Eccles. & verb. idque nec de his. c. vnico. num. 32.* Angul. *de melior. iur. 1. q. 1. n. 14. in 2. edit.*

Atque idem dicunt Franc. *rubr. de testam. q. 9. n. 16.* Nauarr. *commentar. 2. de regular. num. 17. vers. quæstionis tamen magna est. & lib. 3. consilior. in 1. edition. tit. de regular. consil. 70. num. 10. in 2. tit. de statu monach. consil. 13. num. 9.* & Aragon n. præced. allegat. de religioso ad summum Pontificatum electo, asserentes eum ita menere votum voto paupertatis, vt non efficiatur dominus redditum ecclesiasticorum. Addit Aragon, dominium eorum manere apud Christum Dominum, quamquam Metin. *lib. 4. de sacror. homin. conuinent. c. 260. col. 3.* dicat hoc esse ablurdissimum. Sed verior est sententia prior; quia nulla est ratio ob quam votum dispenset in eo voto, & militant rationes traditæ n. præced. Non tamen est incapax eius dominij acquirendi, si de facto contra paupertatis votum vellet acquirere; quia hæc incapacitas non consurgit ex natura voti, sed ex mero iure ecclesiastico, iuxta verioremsententiam, quam amplexi sumus *lib. 5. huius tractat. cap. 1. num. 9.* cui Pontifex non subditur. Addit Franc. nec eum posse testari. Sed contrarium est dicendum, vt bene docet Guillelm. Benedict. *c. Raynutius. verb. moriuo itaque testatore el 1. n. 301.* & Tapia

Tapia *authent. ingressi. verb. idque nec de his. c. vnic. n. 34. C. de sacrosanct. Eccles.* qui tamen hoc limitat, vt solùm de bonis intuitu personæ, vel ex patrimonio, vel ex alia successione quæsitis testari valeat. Sed non est verum, quia tota hæc prohibitio est de iure humano, & si sit de iure diuino, poteft in eo Papa dispensare.

10 Ex his deducitur primò, quid in ea quæstione dicendum sit, an integrum sit Episcopis religiosis testari de bonis patrimonialibus, aut propria industria acquisitis, eo modo quo id fas est Episcopis secularibus: Quidam affirmant. Et potest probari, quia id effici potest absque dispensatione in voto paupertatis: sufficit enim ad hoc administratio bonorum, quam habent. Quod vel inde constat, quia D. Thom. statim allegandus, concedit posse ex Pontificia dispensatione, cùm tamen sit in ea sententia, vt nequeat in voto solemni dispensare. Et quia sicut ad donandum in vita, fas est sola administratio libera, sic ad donandum in morte. Ita docent Hostiens. *cap. 1. num. 5. de testam.* Michaël à Med. *lib. 5. de sacr. homin. conuinent. cap. 26. col. 2.* Emmanuel Sà *verb. Episcopus. num. 11.* Gratianus *regul. 320. num. 4.* Manuel Rodrig. *2. tom. sum. cap. 70. num. 5.* & est probabile. At dicendum est, non esse integrum eis testari. Ratio est, quia paternam hæreditatem, & quidquid aliud vndecumque acquirit religiosus Episcopus, acquirit suæ Ecclesiæ, cum sola libera administratione, vt constat ex *cap. vnic. 18. q. 1.* & dicemus infrà in tractatu de voto paupertatis. Administratio autem morte finitur, ex qua testamentum merit valere, *ad Hebr. 9.* Ergo non est ei integrum disponere post mortem, quod fit per testamentum. Et ita docent D. Thom. *2. 2. q. 185. art. 8. ad 3.* Ioan. Andre. *cap. 1. num. 6. de testam.* & ibi Anton. *num. 9.* Cardinal. *num. 3. opposit. 4.* Abbas *in fin.* Bald. Paul. Iason, Paludan. Supplement. Gabriel. D. Anton. Couarru. Turrecrem. Viguer. Molina, allegati n. 8. Henriq. *cap. si quis sanè. num. 10. de peculi.* Anchar. *c. olim. ei 2. num. 8. de priuileg.* Franc. *rubr. de testament. in 6. num. 75.* Alberic. *in dictionar. verb. testamentum.* Præpositus *c. nulli dubium. num. 23. 12. quæst. 5.* & ibi Turrecrem. *num. 22.* Guillelm. Benedict. *c. Raynutius. de testament. verb. moriuo itaque testatore el 1. num. 301.* Sylvest. *verb. testam. 1. q. 3. vers. 11.* Tabien. *verb. religio. q. 42. num. 41. & q. 27. nu. 28. & verb. Episcopus. q. 6. num. 7.* & ibi Armil. *num. 8.* Sot. *lib. vltimo de iust. q. vltim. art. vltim. ad vlt.* Nauarr. *de reddit. in nou. edit. q. 1. monit. 9. num. 2. & q. 3. monit. 11. num. 1.* Guillelm. Redon. *de spoliis ecclesiast. q. 3. §. fin. num. 14. & 15.* habetur *tom. 14. tractatuum.* Azor *tom. 1. institution. lib. 12. cap. 7. q. 2. fine.* Henriq. *lib. 10. de sacr. ordin. c. 13. n. 3. fin. & num. 4.* Manuel Rodrig. *quæst. regularib. tom. 3. q. 69. art. 4.* Graffis *2. part. decision. lib. 3. cap. 19. num. 87. & 88.* Fulut. Pacian. *consil. 132. num. 32. vol. 1.* Tapia *authen. ingressi. verb. sua. c. 7. num. 85. & verb. idque nec de his. c. vnic. n. 32. C. de sacrosanct. Eccles.*

11 Secundò deducitur, Episcopum religiosum obtinentem à Pontifice licentiam testandi etiam ad opes pia, teneri explicare duplex impedimentum, vt cuiperatio legitima sit. Alterum, se esse religiosum: alterum autem, se esse Episcopum; quod duplici hoc impedimento ad testandum affectus sit. Ita docet Henriq. n. præced. allegatus. Quod intelligendum est in casu in quo talis Episcopus vellet testari de bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ; de his enim solis nequeunt testari Episcopi seculares. Si autem velit de omnibus patrimonialibus, vel propria industria acquisitis per testamentum disponere, sufficit explicare se esse religiosum; quia hinc testandi facultas non Episcopalis status, sed solùs religiosus obstat.

12 Quod si queras qualiter Papa concedere possit hanc facultatem, & quomodo ea intelligatur, & an causam desideret, & an Episcopus testari possit inter liberos, vel reuocare testamentum, vel declarare; hæc sunt inferiùs disputanda in tractatu de voto paupertatis, vbi sermo erit de omnibus professis: nihil enim in hoc peculiare habet religiosus Episcopus præ cæteris professis. An autem possit morti proximus donare etiam absque traditione, non est huius loci disputare: non enim est peculiaris difficultas ratione voti, & professionis, de quibus tantùm est sermo in præsenti, sed est generalis omnibus Episcopis, & ideo ad tractatum de statu Episcoporum pertinet. Et breuiter credo probabilius ad licere, dummodo sit vera donatio inter viuos, & irreuocabilis, & non simulatio donationis, qualis esset, si reuocari possit, vt bene tradit Nauarr. cum aliis, *cod. tit. de reddit. in 1. edit. q. 1. num. 88. & 89. & in nou. edit. q. 1. monit. 35. num. 2.* quamuis non desint contradicentes, & etiam id approbantes. Consulatur de eo Couarr. *in c. cùm in officio. num. 5. de testamen.* Molin. *lib. 2. de primogen. cap. 10. num. 40. & 42.* Satmient. *de reddit. 4. part. cap. 4. n. 7. & 8.*

13 Tertiò deducitur, ea quæ religiosus Episcopus prodigè & superuacanè consumit, teneri ipsum restituere Ecclesiæ cui acquirit, nisi fortè Ecclesia ad tollendos scrupulos ea remittat. Sic docet Valent. *2. 2. disput. 10. q. 3. punct. 8. col. 3.* & similiter accipiens tenebitur restituere ipsi Episcopo tanquam legitimo administratori, quia solam liberam administrationem habet ad honestos vsus. Quod inde etiam constat: quia Doctores asserentes Episcopos seculares carere dominio redditum ecclesiasticorum, solùmque administrationem habere, affirmant subinde vtramque hanc restituendi obligationem, & expresè Leonard. *lib. 2. de inst. c. 4. dub. 5. num. 29.* dicit prodigè consumentem, aut in res vanas, aut dirante amicos, teneri restituere, & etiam accipientes: & idem docet Molin. expresè loquens de religioso beneficiario, *lib. 2. de iust. disput. 276. col. 3. vers. religiosus in commentu.* Tollentur tamen omnes scrupuli, exenlabiturque vterque ab hac obligatione, amplectendo opinionem, quam n. 7. retulimus, & est probabilis, affirmantem, Episcopum religiosum esse verum redditum ecclesiasticorum sibi obuenientium dominum, instar Episcopi secularis, eo vel maximè quod Azor, *lib. 12. institut. moral. c. 7. q. 2. fine.* esti asserat Episcopum religiosum non solùm paupertatis voto quoad dominium acquirendum; solùm tamen aliqua ex parte, siquidem fructibus sibi obuenientibus vti potest, vt vultr quod intelligendum est, quod attinet ad vinculum restitutionis non incurrendum, sicut contingit in Episcopis secularibus; & Leonard. *lib. 2. de iust. c. 41. dub. 15. num. 113.* & Molin. *ex disput. 276. vers. quæ ad cæteros.* & *disput. 250. paulo post principium*, docent religiosum à religione eiectum non teneri restituere, quæ in illicitis, & superfluis expendit, nec etiam teneri accipientes ab illis; cùm tamen similis ratio in eis, & in religiosis beneficiatis, & Episcopis videatur procedere.

14 Quartò deducitur, verissimum esse quod colligitur ex Cardinali *Clemen. 2. vers. sed & tales. notabil. 1. de vit. & honest. clericor.* & sæpius commendat Nauarr. *in lib. de reditib. ecclesiast. in 1. edit. q. 1. num. 61. in nou. edit. q. 1. monit. 8. num. 2. & monit. 53. num. 1. & in propugnaculo apologiæ ad lib. de reddit. monit. 15. num. 12. & monit. 35. num. 1. & monit. 52. num. 1. & lib. 1. consilior. tit. de regularib. in 1. edit. consil. 70. num. 4. in 2. tit. de statu monach. consil. 13. num. 4.* & Emmanuel Sà *verb. religio. nu. 46.* & Manuel Rodrig. *qq. regular. tom. 1. q. 8. art. 8.* nempe, religiosum beneficiatum, aut Episcopum, tam amplè posse disponere inter viuos de suo beneficio, & Episcopatus redditibus, quàm amplè potest licitè Episcopus, aut beneficiarius secularis de eis disponere. Idem etiam docent Rota Rom. *in nouiss. decis. 216. num. 13. part. 2.* Leonard. *lib. 2. de iust. cap. 4. dub. 5. num. 29.* & *cap. 41. dub. 11. num. 93.* Vivald. *candelab. Sacrament. part. 3. cap. 14. num. 86.* Anastas Germoni. *de indult. Cardinal. §. regularia beneficia. num. 47.* Molin. *tom. 2. de iust. disp. 276. col. 3. vers. religiosus in commentu.* Graffis *2. part. decision. lib. 3. c. 5. num. 43.* & ita dicit,

quod potest per donationem, aut contractum irreuocabilem inter viuos disponere, non verò per testamentum. Et ratio horum est, quia vterque solùm potest licitè disponere ad moderatam sustentationem secundùm statum & donationes ipsi congruentes, & superflua tenentur in eleemosynas, & opera pia erogare; quod idem contingit in beneficiariis, aut Episcopis religiosis. Nec ad hoc requiritur dominium: quippe ipse Nauarrus hoc concedens, negat id dominium in beneficiariis, & Episcopis secularibus. Sed ratio legitima est: quod siue sint domini, siue non, conceditur eis ab Ecclesia plenè & integrè libera eorum redditiuum administratio ad hunc effectum; & ita immeritò dicit id falsissimum Sarmient. *1. part. defension. lib. de reddicib. monit. 11. nu. 4.* An verò possit Prælatus regularis imponere pensionem illi beneficio, vel modum fructuv expendendi, vel si quid, cùm amouetur à beneficio, superfit, disponendum sit ab Abbate, explicabitur infrà de voto paupertatis. Similiter est verissimum quod ipsemet Nauarr. tradit *eodem lib. de reddicib. in 1. edit. q. 11. à n. 82. vsque ad 84. & in 2. quæst. 1. monit. 55. num. 2. 5. & 4.* nempe, posse æquè beneficiarium, aut Episcopos regulares, in quæuis opera, & qualitercumque expendere, quod parciùs quàm iustè posset, viuendo, sumptibus pepercerit, & quod minus sumpserit de redditibus sui beneficij, quàm in suam competentem sustentationem poterat licitè sumere: quia idem possunt Episcopi, & beneficiarij seculares. Neque huius ratio est dominium in bona ecclesiastica: nam eo negato affirmandum hoc est. Sed quia iustè præsumi potest, Ecclesiam id concessisse, cùm se vera ad in vsus proprios expendendum esset: Et ex concessio iusta est, vt Prælati parciùs hac spe ducti viuat. Et de beneficiariis secularibus loquentes, sunt alij multi id concedentes, vt posset videri apud Couarru. *c. cum in officiis. num. 2. de testam.* & Molin. *lib. 2. de primogen. cap. 10. num. 50.* & in nostro Molin. *tract. 2. de iust. disp. 145.* Quamuis in vtrisque id neget Sarmient. cum aliis, *lib. de reddicib. part. 3. cap. 5. à num. 1. vsque ad 5. & in defensionib. 1. part. monit. 30. & 31.* Præterea potest hic beneficiatus regularis etiam alitunde quæsita, quàm ex beneficio, expendere, de eisque disponere, etiamsi eius generis ea bona sint, in quæ monasterium debeat post eius mortem succedere. Secus de religioso pensionem ex Pontificis licentia habenti; potest enim bona illius pensionis administrare, dum viuit, non tamen aliunde quæsita. Hæc Nauarr. *commentar. 4. num. 70. de regular. & commentar. 2. num. 6. fin. corollar. 9. de regular.* Dicit beneficiarium regularem posse tam amplè de bonis aliunde, aut opera sua quæsitis disponere ac de fructibus beneficij; quia neutra sunt sua quoad dominium, & in vtraque habet æqualem administrandi potestatem. Quas autem donationes, & quos sumptus possint licitè facere Episcopi seculares, & consequenter regulares, cùm in vtrisque

[illegible] sequentur.

nec ex defectu dominij, qui est in religiosis, sed ex facultate, quam habent Episcopi, & beneficiarij ad disponendum de redditibus ecclesiasticis; & ideo spectat ad tractatum, in quo de statu Episcoporum, aut de beneficiis, aut de redditibus Ecclesiæ disputatur. Videatur inter alios Molina noster in locoproximè adducto.

15 Hactenus egimus de votis substantialibus communibus omnibus religiosis, & necessariis ad veræ religionis substantiam. Superest de aliis votis tractare, quæ in variis religionibus iuxta earum instituta admittuntur. Quippe non videtur eadem ratio militare in his, vt in Societate Iesv emittitur quartum votum speciale obediendi Pontifici circa missiones, quod solemne est. Et insuper emittuntur quinque alia vota simplicia post solemnem professionem: & in religione Minimorum emittitur quartum votum solemne seruandæ vitæ quadragesimalis. Neminem inueni hoc disputantem, præter Vazquez 1. 2. q. 96. *art. 4. disput. 165. cap. 8. num. 89. fine.* qui agit de solo voto, quod emittunt professi Societatis Iesv, quo promiunt se obedientia Pontificis coactos ad Episcopatum admittendum, non derrectaturos audire consilium Præpositi Generalis Societatis Iesv, vel eius, quem ad id substituerit; & dicit hoc voto obligari professum Societatis Iesv creatum Episcopum, quamuis eo ipso à Generalis obedientia exemptus sit. Et id constat, quia cùm in id tempus solùm admittatur tale votũ, si tũc non obligaret, frustra emitteretur. Et idem dicendum esse de omnibus aliis votis ostenditur: nam Caiet. 2. 2. q. 185. *art. 8. dub. 2. & in opuscul. tom. 1. tract. 15. de obligation. & obseruation. præcepto. q. 2.* & Sot. *lib. vltim. de iust. q. vltim. art. vltim. col. 7. vers. sed contra.* vbi dicentes religiosum Episcopum non teneri ex præcepto, & vi coactiua ad regulares obseruantias; dicunt secus esse de votis, quia illas non expressè promisit: sed ad eas ex sola instituti religiosi vi tenetur, à qua liber est. Ad hæc autem tenetur ex propria promissione. Et quãuis agãt de tribus votis substantialibus religionis; ar ratio ab eis tradita generalis est ad omnia vota expressè ab his emissa. Et clariùs ibidem Sotus paulo ante eum versiculum, *sed contra.* dicens religiosum Episcopum non teneri ad carnium abstinentiam in regula suæ religionis præscriptam; eam reddit rationem: quod non emiserit singulare huius abstinentiæ votum, sed ex solo regulæ præscripto ad id teneatur: vbi clarè indicat diuersum esse dicendum in religione in qua speciale eius votum emittitur. Et præterea, quia quodcumque aliud votum in religione peculiariter, & vltra religionis præscriptum emissum, nec à superiore irritatum, obligaret religiosum Episcopum creatum; cur ergo non obligabunt ea vota ex religionis præscripto emissa? Ar dicendum est, eiusmodi vota in Episcopis cessare, & suspendi: quia ea emittuntur vt annexa, & accessoria professioni vitæ monasticæ, à qua liber manet Episcopus, & ordinantur ad faciliorem communitatis religiosæ perfectionem, & ordinem, sicut obseruantiæ regulares, à quibus statim dicemus exemptum esse Episcopum. Denique eorum votorum materia valde immutata est in Episcopis: propter quæ in casu simili ostendemus c. 9. huius lib. n. 54. perpetuò à religione expulsum non teneri illis votis. Quæ omnia non procedunt in reliquis votis propria voluntate, & non ex religionis præscripto peculiariter emissis. Vnde constat ad ea quæ in contrarium adducta sunt.

16 Id demum circa vota obseruandum est, etsi tria substantialia vota, & reliqua in religione emissa vim habeant obligandi religiosi creati Episcopi ad transgressorem horum votorum non puniendum pœnis statutis in suæ religionis regula, nec subiacere censur. in ea positis contra transgressores, qua (vt n. seq. videbimus) ab his omnibus pœnis, & à vi coactiua regulæ liber [illegible] gent. Sotus *lib. vltim.* [illegible] *vers. sed contra.* Angles *florib. 2. part. quæst. vnic. de vot. art. 15. post 13. difficultat. in dub. 5.* quamuis minus bene contrarium doceat Laurent. *Clement. 2. de censib.* vt refert ibi Anchar. *fin.* dicens se dubitare, an id sit bene dictum; sed Laurentium sequitur Tapia *authen. ingressi. verb. sua. c. 6. num. 75. C. de sacrosanct. Eccles.*

Deinde de aliis obseruantiis regularibus ex regulæ præscripto debitis, difficultas est, an ad eas teneatur religiosus factus Episcopus. Et quidem concordant communiter authores, non teneri eum vinculo regularum, & statutorũ sui ordinis, quod attinet ad pœnas, & censuras transgressoribus decretas. Et ratio est, quia etsi obligetur ad vota vinculo legali, & saltem morali (vt n. 19. declarabimus) ad alias obseruantias regulares; at dedecet dignitatem Episcopalem, ita eum ad eiusmodi obligari, vt si transgrediatur subiectus sit pœnis: hoc enim

enim minimè conuenit magistris perfectionis, quales sunt Episcopi, sed discipulis solis Prælato subiectis. Sicut enim discipulum cùm iam præceptor effectus est, decet quoque studere, ac meditari instar discipulorum, at non ita, vt si id non præstet, sit more ipsorum vapulaturus. Sic Episcopum religiosum, qui ratione status ex discipulo in magistrum transiit, decet quoque obseruationes regulares seruare, non tamen ita, vt instar aliorum religiosorum puniendus sit pœnis quæ in illis in transgressores indicuntur. Item quia in honorem dignitatis Episcopalis statutum est in iure, vt Episcopus nulla suspensione, aut interdicto in alicuius decreti transgressores latis ligetur, nisi in eo decreto fiat specialis mentio de Episcopo. *c. quia periculosum de sentent. excommunic. in 6.* & sicut in iure exprimitur de iis pœnis, ita de aliis regulæ pœnis ex iure naturalis rationis videtur simili modo casus decidendus. Atque ita docet Caiet. 2. 2. q. 185. *art. 8. dub. 2. & in opuscul. tom. 1. tract. 15. de obligat. & obseruat. præcept. q. 2.* Tabien. *verb. Episcopus. quæst. 6. num. 7.* Sot. *lib. vltim. de iust. quæst. vltim. art. vltim. colum. 6.* Couarru. *c. 1. num. 18. de testam.* Angles n. præced. allegat. Valent. dicens esse certum. 2. 2. *disput. 10. q. 3. punct. 8. col. 1.* Manuel 1. *tom. sum. c. 10. num. 4.* Azor *lib. 12. institut. moral. c. 7. q. 4.*

18 Ar difficultas est, an incurrat culpam aliquam eas obseruantias regulares transgrediendo? Et quidem (vt optimè aduertit Valentia n. seq. allegandus) difficultas hæc non est de obseruãtis ad nullam culpam obligantibus: ex enim alios simplices religiosos ad culpam non astringunt, nedum religiosum effectum Episcopum; sed de illis obseruantiis quæ secundùm ordinis statuta obligant ad mortale, aut veniale. D. Thom. 2. 2. *quæst. 185. art. 8.* tripliciś generis obseruantias distinxit. Primi generis sunt, quæ Pontificio muneri non obstant, immo valde conferunt, vtpote quæ iuuant ad promouendam & custodiendam perfectionem, quam Episcopalis status profitetur, vt sunt oratio, abstinentia moderata, & similes. Secundi generis sunt, quæ ipsi muneri exequendo sunt obstaculo, vt nimiæ vigiliæ, abstinentiæ immoderatæ, silentium, solitudo, & aliæ eius generis, ad quas quoque reduxit D. Thom. (vt testantur ibi Caiet. *dub. 1.* Sotus *eo art. vltim. col. 5. vers. circa secundum.* Valent. *eo punct. 8. col. 2.* Azor *eadem q. 4.*) eas obseruantias, quæ etsi officio non obstent, dedecent tamen dignitatem Episcopalem. Tertij generis sunt obseruantiæ mediæ, quæ non semper obstant, nec semper iuuant, sed aliquando obstare possunt iuxta varias circumstantias occurrentes. Diuus ergo Thomas dicit ad obseruantias primi generis teneri religiosum factum Episcopum: ab obseruantiis autem secundi generis ipso iure absolui, vtpote quæ maius bonum impediunt: & demum ab obseruantiis tertij generis non absolui, sed posse secum dispensare, quando circumstantiæ id exigentes occurrerint, sicut possunt Prælati religionis dispensare secum in iis. Et probat D. Thom. ratione petita ex rerum naturalium immutatione: nam licet aduenienti præstantioris formæ perfectione, non excludatur dispositio conseruans illam, sed solùm quantum ad id, in qua repugnat perfectioni; ita aduenientè statu Episcopali, qui ad religiosum se habet tanquam forma perfectior ad imperfectiorem dispositionem, ille enim et status magistri perfectionis, hic autem discipulinæ proinde huius vita est quasi dispositio ad illum; non excludunt obseruantiæ status religiosi iuuantes ac promouendam status Episcopalis perfectionem, sed illæ solæ, quæ ei obstant. Eandem sententiam sequuntur Franc. *rubr de testamen. in 6. num. 75.* Diuus Anton. 3. *part. tit. 20. cap. 2. §. 7.* Angel. *verb. monachus. n. 7.* Sylnest. *verb. religio. 6. q. 10.* Tabien. *verb. Episcopus. q. 5. n. 7.* Armil. *ibi. n. 8.* Turrecremata *c. de monachis. 18. q. 1. n. 3.* Viguer. *lib. institut. cap. 17. §. 1. vers. 11.* Manuel *qq. regular. tom. 1. q. 58. art. 3.* Fuluius Pacian. *cons. 132. num. 31. volum. 1.*

Sed prædicti Doctores non explicant quale vinculum sit hoc, quo Episcopus tenetur ad prioris generis obseruantias, nempe, an sit legale, quod vim coactiuam importat, & ad culpam transgressores obligat: an solùm sit morale, & de honestate quadam, & decentia, & quoad solam vim directiuam, quasi solo vinculo communis sententia affirmat Principem suis legibus astringi. Et quidem Caiet. 2. 2. *quæst. 185. art. 8. dub. 1. in fin.* ait Religiosum, cui secundùm regulæ statuta interdictus est vius carnium in feria sexta, peccare lethaliter, si factus Episcopus eis vescatur feria sexta, in qua incidit Natale Domini: quia *cap. explicuit. de obseruat. iejunior.* vbi indulgetur esus carnium illa die, excipiuntur, qui ex voto, vel regulari obseruantia tenentur illa die ab illis abstinere. Et 2. *dubio statim in principio* clarè dicit huiusmodi Episcopum non esse absolutum à rebus in regula præceptis, sed à solo præcepti vinculo, id est, à pœnis in transgressores decretis. At *in fine* id relinquit sub dubio, dicens forè omnium præceptorum regulæ vincula esse interpretanda suppositò ceterorum religiosorum consortio, à quo Episcopi sunt exempti. Cæterùm ipsemet Caiet. *in opuscul. tom. 1. tract. 15. de obligat. & obseruat. præcept. quæst. 2.* mutauit sententiam, dicens religiosum factum Episcopum eximi quoad obligationem legalem, & coactionem, ab omnibus regulis, & statutis religionis, non tamen quoad morale vinculum, ac proinde non peccare mortaliter regulas illas, & statuta transgrediendo: sicut Princeps solo morali vinculo, & quoad solam vim directiuam tenetur suis legibus. Atque idem tenent Sot. *lib. vltim. de iust. quæst. vltim. art. vltim. col. 6. & 7.* Couarrit. *cap. 1. num. 18. de testam.* Ouand. *in 4. dist. 38. disp. vnic. propos. 17.* Angles *florib. 1. part. q. vnic. de vot. art. 2. post 13. difficultatem, dub. 5.* Valent. 2. 2. *disp. 10. quæst. 3. punct. 8. fine.* Azor *lib. 12. institution. moral. c. 7. q. 4.* Manuel 1. *tom. sum. cap. 10. num. 4.* Verùm adhuc superest difficultas, an nec venialiter peccet? Nam Caietan. Couarr. Angles, & Manuel tantùm explicant eum non peccare mortaliter; & cùm affirmet Caietan. (quẽ reliqui tanquam patronum referunt) teneri quoad vim directiuam instar Principis respectu suarum legum, videntur censere ad aliquam culpam obligari. Quippe Princeps absque causa transgressor suarum legum ipsum non dedecentium, est aliqualis culpæ reus. Ar dicendũ est, sub nulla culpa obligari, sed ex solo honestatis, ac decentiæ debito; nam vt obseruantia regularis obliger aliquem sub culpa, oportet talem esse regulæ subiectum, & Prælatis, quippe lex solos subditos obligat. Ar religiosus factus Episcopus liberatur iugo regulæ. *c. vnic. 18. q. 1.* ergo transgrediens in nullam incidit culpam. Atque ita expressè docet Sot. & Valent. proximè allegati: idem clarè tenit Azor *eo q. 4.* dicens solùm teneri ex honestate rationis, & vinculo morali: idem ait Hostiens. *sum. in de stat. monachor. num. 5. vers. & quamuis.* vbi ait, posse dici hunc non teneri ex necessitate, sed ex sola quadam honestate ad [illegible] obseruantias regulares, quas [illegible] idem clarè significat Bonifac. *Clement. 1. num. 83. de regularib.* Nauarr. *lib. 3. consilior. in 1. edit. tit. de regular. cons. 15. num. 11. in 2. tit. de donation. cons. 6. num. 11.* Emmanuel Sà *verb. Episcopus. n. 11.* Leonard. *lib. 2. de iust. cap. 40. dub. 14. num. 123.* dicunt enim hunc eximi ab omnibus obseruantiis in regula præscriptis. Quare optimè ait Sotus, non magis obligari ad regulas religiosum ad Episcoparum prouectum ex D. Dominici familia, in qua illæ ad nullam culpam obligant, quàm prouectum ex familia D. Francisci, in qua multæ sub mortali astringunt; cùm vtrique regulas transgrediens sit omnis culpæ immunis, vtpote qui ad eas ex sola honestate tenetur. Quare diuersum esse ait in Principe, qui ideo suis legibus ipsum non dedecentibus, & nondum abrogatis, sub aliqua culpa tenetur: quia dedecet ipsum cum cæteris Reipublicæ membris, cum quibus vitam

socialem transigit, non conformari. At religiosus Episcopus non agit vitam cum cæteris religiosis, sed ab ipsorum consortio seiunctus est, eo ipso quod Episcopus creatur; & ideo nulla obligationis ad cultum ratio superest.

20 Hinc deducitur primò, nullatenus peccare, sed posse licitè carnibus vesci feria sexta, in qua Natale Domini incidit, religiosum creatum Episcopum, cui iuxta suæ regulæ constitutiones is esus interdictus erat; quia iam liber est à legali regulæ obligatione: & dum *c. explicari, de observat. sinun.* hoc priuilegium denegatur astrictis regulari obseruantia ad carnium ea die abstinentiam, intelligitur de astrictis debito legali, non autem de astrictis solo morali debito; eo vel maximè quod tunc hoc morale debitum cessat, cùm consentaneum sit Episcopum in tanta solemnitate cum cæteris populi conformari. Et ita docent Caietan. *in opusc. c. 9. 2.* Sotus, Couarru. Manuel n. præced. allegati. Et quamuis Couarru. & Manuel solum explicent non peccare mortaliter; at sequuntur Caietanum, qui, & Sotus dixere nullo modo peccare: & ita idem sentiunt, eo vel maximè, quod in prædicta materia, vel nulla, aut moralis culpa esse deberet. Præterea, quia etsi Glossa *c. de monachis fin.* & ibi Archid. *fin.* citatis Hostiens. & Goffred. & Abbat. *c. penult. in fin. de vita, & honest. clericor.* dicant huiusmodi monachum nò teneri abstinere à carnibus, nisi quando ea abstinentia scandalum generaret; at melius Cardinal. *Clement. 2. in principio num. 7. q. 2. de cens.* & Turrecremata *c. vnic. num. 1. 18. q. 2. & cap. carnem. de consecrat. distinct. 5.* dicunt eum ab hoc regulæ præcepto absolui. Si tamen religiosus ille Episcopus esset ex fratribus Minimis, iuxta aliquorum sententiam peccaret mortaliter edendo, quia textus excepit eos quoque qui ex voto tenentur à carnibus abstinere: at hi religiosi solemne huius abstinentiæ votum emittunt. Sed dicendum est, cum posse carnibus vesci, quia religiosus Episcopus immunis manet à votis, quæ præter substantialia ex religionis præscripto emittuntur, vt probatum est n. 15.

21 Secundò deducitur solutio huius quæstionis, an teneatur habere secum socium sui ordinis; id enim negant Caiet. *2. 2. q. 185. art. 8. dub. 1.* Tabien. *verb. Episcopus q. 6. à num. 7.* Azor *lib. 12. institut. moral. c. 7. q. 4. ad fin.* quod deroget dignitati Episcopali habere monachum socium sibi æqualem, & ratione societatis habere illum vt famulum. At verius est, teneri habere illum, quia tenetur ad obseruantias nec impedientes, nec dedecentes dignitatem Episcopalem, vt diximus n. 18. at hæc non dedecet; neque enim oportet quod huiusmodi socius gerat se apud Episcopum, ac si illi æqualis esset; nam & in religione est quædam graduum distinctio: atque ita sua authoritate seruata, potest Episcopus vti socio decenter. Et ita docent Sot. *lib. vltim. de iust. q. vltim. art. vltim. col. 5. vers. circa secundum.* Valent. & ita ait ad eos omnes teneri, dummodo non impediant munus Episcopale. Sed melius Caietanus, Tabiena, & Valentia *ubi sup.* dicunt dedecere institutum quorumdam religiosorum, qui ad bibendum tenentur sedere, & poculum vtrisque manu tenere, & ita ab hoc esse liberum Episcopum. Dum autem prædicti Doctores dicant teneri ad habendum socium, sunt intelligendi de solo honestatis, & decentiæ debito; cum nullo iure ad id cogatur Episcopus religiosus, sed ex solo regulæ præscripto, quæ ex solo honestatis debito ligat, iuxta eoldemmet authores; textus enim decidentes non præficiendos monachos solos alicui Ecclesiæ, de Ecclesiis inferioribus, vt parochialibus, loquuntur, vt videbimus num. 39.

22 Non tamen idem dicendum est de habitu regulari; illum enim gestare tenetur debito legali religiosus creatus Episcopus, nec potest super illum vestibus Episcopalibus indui, quia hæc obligatio non ex regulæ præscripto, sed iure canonico & consuetudine communiter recepta oritur. Nec hoc eius officio obstat, & est veluti quoddam signum obligationis ad vota regularia, quibus astrictus est. Constat ex *c. penult. fin. de vit. & honest. cleric.* vbi cùm de vestibus Episcopalibus sermo fiat, quæsque induere debet Episcopus, sic dicitur: *nisi monachi fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem.* Atque ita docent D. Thom. *2. 2. quæst. 185. art. 8. corpor.* Ricad. *4. distin. 38. art. 5. q. 1. ad vltim.* Gloss. *2. in nona fin. & c. de monachis. verb. discedere. 16. q. 1.* Hostiens. *sum. tit. de stat. monachor. num. 5.* Abbas *d. c. penult. fin.* vbi eius commentator *verb. non absoluitur*, allegat alios idem tenentes. Henriq. *c. quod Dei timorem. num. 8. de stat. monachor.* Franc. *in rubr. de testam. in 6. num. 75.* Nicol. de Vbaldis *de success. ab intest.* vbi de success. regular. *part. 1. num. 4* habetur *tom. 8. tract. part. 1.* Iason *authent. nu. 16. de sacrosanct. Eccles.* Imol. *Clement. 1. num. 21. de stat. monach.* Angel. *verb. monachus. num. 7.* Tabien. *verb. Episcopus. quæst. 6. num. 7.* Sylvest. *verb. religio. 6. q. 10. & religio. 7. q. 11.* Abulens. *cap. 30. Numer. q. 109.* Turrecremata *d. c. de monach. num. 2. & 3. & l. 26. fore. tit. 7. partit. 1.* Sot. *lib. vltim. de iust. q. vltim. art. vltim. col. 5. vers. circa secundum*, dicens apud Italos id non seruari. Couarru. *c. 1. num. 18. de testam.* Nauarr. *lib. 3. consilior. in 1. edit. tit. de regular. consil. 15. num. 11. in 2. tit. de donat. consil. 6. num. 11.* Angl. *suvib. 2. part. q. vnic. de vot. art. 2. post 13. difficult. in dub. 2.* Emmanuel Sà *sum. verb. Episcopus. num. 11.* Henriq. *lib. 10. de sacram. ordin. cap. 32. num. 5. & cap. 33. fine.* Leonard. *lib. 2. de instit. q. 40. dub. 14. num. 123.* Azor *lib. 12. institut. moral. c. 7. q. 4.* Quamuis iam in rituali Romano per Clementem VIII. reformato, concessum sit Episcopis regularibus, vt retento colore habitus suæ religionis possint se conformare cum Episcopis secularibus in forma, seu figura illius; & ita seruatur modò in praxi.

23 Immo & Episcopum regularem omittentem habitum, & assumendo illam albam, & candidam vestem, quæ ab Episcopis exteriùs deferitur, incurrere excommunicationem latam contra monachos omittentes habitum *c. 2. ne clerici, vel monachi in 6.* testantur Imola, & Iason n. præceden. allegati, Petr. de Vernia *addit. imol. ad Butrig. authent. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles. in 4. limitat.* Cardinal. *Clement. 1. in princ. num. 9. q. 6. de stat. monach.* & ibi Imol. *num. 17.* Surd. *de alimen. tit. 8. priuileg. 79. num. 10.* Riminal. *cons. 6. num. 7. volum. 1.* Fulu. Pacian. *consil. 132. num. 41. volum. 1.* Sylvest. *verb. religio. 7. q. 11.* Maiol. *lib. 2. de irregular. c. 1. num. 13.* Cucus *lib. 3. instit. maior. c. 1. num. 157.* & videtur tenere Henriq. *lib. 10. de sacramen. ordinis. cap. 33. fine.* ait enim hoc esse spoliatum. At iure optimo Couarru. num. præceden. allegans ait hanc sententiam esse dubiam, & inclinat in oppositam, quia nullo iure est excommunicatio indicta monacho, qui prætextu Episcopalis dignitatis habitum dimittit, & Episcopalem indiuinitis vestibus ille excommunicans [illegible] loquitur de religioso [illegible] obedientia ma[illegible] eiusque regulis astricto; atque ita eam rationem reddit, ne detur monachis materia vagandi, dimisso habitu, eo quod à nemine cognoscentur, quæ in Episcopo religioso deficiunt, vtpote qui non est sub regulæ obedientia, & induens Episcopalem habitum, minus [illegible] erit ad euagandum. Et hanc sententiam tenet [illegible]tiam Bonifacius *Clement. 1. 5. vers. nun. 33. & 34. de iust. monach.* Tabia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 6. num. 61. C. de sacrosanct. Eccles.* Manuel *qq. regular. tom. 2. q. 58. ar. 3.* & eam dicit probabiliorem Azor n. præceden. relatus; quamuis immeritò subdat, non esse à priori opinione, eo quod sit communis, recedendum, ne nouæ adhæreatur: nec enim opposita est communis, nec hæc est noua.

24 Tertiò deducitur: quamuis monachis interdictum sit compaternitatem contrahere *c. non licet. 51. & cap. monachis.*

monachi. de consecrat. dist. 4. & c. peruenit. el 1. 18. q. 2. quod intelligitur tenendo, secus baptizando; vt docet Gloss. *c. 2. non licet. in fine. & c. peruenit. fin.* vbi etiam Turrecr. *fine.* Archid. *c. c. monachi. fine.* Franc. *rubr. de testam. in 6. n. 75.* & ratio est, quia maior familiaritas contrahitur ex compaternitate quæ fit tenendo: & constat ex *c. dolor. 16. q. 1.* vbi dicitur licere monachis baptizare. At religioso facto Episcopo licitum est tenere in baptismo, & sic eam compaternitatem contrahere, vt testatur Gloss. *c. vnic. verb. absoluit. 18. q. 1.* & ibi Turrecrem. *num. 2. & d. c. peruenit. fine.* Card. *Clem. 2. in princ. num. 8. q. 3. de censib.* Manuel *qq. regular. tom. 2. q. 58. art. 3.* Gregor. Lopez *l. 65. vers. Mayoral. tit. 5. part.* & afferit Gloss. Turrecrem. & Manuel exemplum Gregorij, qui ex religione promotus in Cardinalé factus est Mauritij Imperatoris compater, Et potest esse ratio, quia in Episcopo non subest id familiaritatis nimiæ periculum, & inde incontinentiæ. Quamuis Imol. *Clement. 1. n. 21. de stat. monach.* dicat posse dici licere hanc compaternitatem contrahere non suscipiendo, sed baptizando. At hoc nihil speciale esset, cùm cuicumque monacho id liceat.

25 Quartò deducitur, non teneri religiosum creatum Episcopum diuinum officium iuxta suæ religionis ritum persoluere. Tum quia ea obligatio ex regulæ præscripto consurgit, à quo liber est Episcopus; tum etiam, quia debet suæ Ecclesiæ ritum sequi. Hoc constabit ex dicendis num. 48. vbi id de religioso parocho dicemus, nedum de Episcopo: & ita docent Abbas *c. penult. in fine. de vita, & honest. clericor.* Azor *lib. 12. institut. moral. cap. 7. q. 4.*

26 Demum superest grauis difficultas circa Episcopum, an scilicet omnia hucusque dicta de exemptione à superiorum religionis obedientia, & ab obseruantiis regularibus, locum habeant in quocumque Episcopo, etsi ad suam diœcesim ire nequeat, vel subditos non habeat, vt Episcopus titularis, seu annularis; vel si Episcopatum iam dimiserit? Et tandem, an habeant locum in Episcopo ab ipso electionis tempore, vel ab hoc requiratur confirmatio, & consecratio? Et quidem loquendo de religioso Episcopo prouinciæ nuper à Turcis occupatæ, & sic subditos habenti, quamuis pto tunc in diœcesim adire nequeat, optimè dixit Nauarr. *commentar. 3. de regular. num. 46.* non teneri illum redire ad suam religionem, quia iam legitimè ab illa exemptus est; nec etiamsi velit, teneri religiosos illum admittere, ob eamdem rationem: sed teneri ad suum Episcopatum redire, si Turcæ permittant eum cum suis subditis Christianè viuere. Quare nec tenetur ad alias obseruantias regulares, nisi eo modo, quo alios Episcopos hucusque teneri diximus.

27 De Episcopis autem carentibus subditis, quales sunt annuitres, seu titulares, maior est difficultas: quia Hostiens. *cap. quod Dei timorem. num. 9. de stat. monachor.* & ibi Ioan. Andre. *num. 15.* Cardinal. *num. 5. q. 2.* dicunt religiosum Episcopum non eximi ab obseruantiis regularibus, ratis [illegible] um cui intendere tonsi viribus debet. Ergo cùm ij Episcopi subditis careant, non eximentur. Præterea, quia si eximerentur, peccarent mortaliter religiosi acceptantes huiusmodi Episcopatus, quod admittant dispensationem, & exemptionem ab obseruantiis regularibus ad quas ex voto tenebantur, absque causa legitima; quæ sola est maior officij pastoralis spiritualis bonum non verò dignitatis præcitæ, aut ordinis sine officio. Verùm dicendum est eos eximi instar aliorum Episcoporum, vt bene tradit Azor *lib. 12. institut. moral. tom. 1. cap. 10. q. 7. fine.* Tum quia verè habent subditum diœcesim, quæ quondam erat Christianorum, & à Turcis, & aliis Mauris occupata est; & si permitteretur eos Christianè viuere cum suis subditis: vel si aliquando ab infidelium tyrannide eriperetur, aut infideles occupantes admitterent fidem, tenerentur illuc adire. Tum etiam, quia etsi nulla sit huius aditus moralis spei, sed sola metaphysica, at creantur hi Episcopi, vt alios habentes oues in pontificalibus adiuuent, ministrando ordines, & confirmationem, visitando diœcesim; & sic saluti animarum vacant. Vnde constat vtriusque argumenti suprà adducti solutio.

28 Rursus de Episcopo monacho, qui munus Pontificium deponit, controuersia est inter authores, quibusdam dicentibus teneri eum ad monasterium redire. Ducuntur, quia Episcopus religiosus tenetur ad obseruantias, quæ nec dedecent, nec munus Episcopale impediunt: at huiusmodi est tunc redire ad monasterium, & eius Prælatis obsequi. Secundò, quia sic multos fecisse narrant historiæ: immo Cœlestinus V. deposito summo Pontificatu ad monasterium rediit. Tertiò, quia si quispiam religiosus alieni ordinis monasterio præficiatur, & postea eam præfecturam dimittat, ad pristinum monasterium redire compellitur. Quartò, quia voto castitatis ligatus ad nuptias transiens, tenetur soluto matrimonio castitatem seruare, & ab aliis nuptiis abstinere: & si emiserat votum religionis, tenetur tunc illam ingredi, eo quod cessauit iam impedimentum voti exequendi. Ergo cùm deposito Episcopatu cessauit impedimentum redeundi ad religionem, & eius obseruatias exequendi, tenebitur ad hoc. Quintò, quia quando dispensatio habet tractum successiuum, cessante eius causa, extinguitur omnino, vt probauimus *lib. 8. de matrim. disp. 30. num. 14.* At huiusmodi est dispensatio cum Episcopo, ne teneatur ad obseruantias regulares, nec ad obediendum Prælatis religionis: eam enim esse veram dispensationem probat Metin. *lib. 5. de sacr. homin. continent. cap. 27.* Ergo cùm deposito Episcopatu, causa huius dispensationis cessarit (quam non esse dignitatem Episcopalem, sed animarum curam, tradunt Doctores citati num. præced. initio) cessabit quoque dispensatio, & tenebitur omnino religionis voto, vt priùs tenebatur. Tandem, quia hic non absoluitur à voto obedientiæ, sed per accidens non tenetur obedire Prælatis religionis, quia nullum habet; qualiter contingit in monacho Generali suæ religionis, vt expressè docent D. Thom. Turrecrem. D. Anton. Rosell. Sylvest. Aragon, allegati num. 2. At Generalis deposito officio, tenetur obedire Prælatis religionis. Ergo & Episcopus, deposito Episcopatu. Hæc sententia est probabilis, illamque sustinent Paludan. *4. distinct. 38. quæst. 4. art. 3. conclus. 11. num. 49.* Supplement Gabriel. *ibi. quæst. 1. art. vlt. col. penult.* Et explicant hi duo, se loqui in casu quo redeat ad claustrum: neuter tamen dicit eum teneri redire; quare magis videntur fauere contrariæ sententiæ. Clariùs tuentur eamdem sententiam Abulens. *cap. 30. Numeror. quæst. 109.* Maior *lib. 1. de irregularit. c. 6. num. 7.* Aragon *2. 2. quæst. 88. art. 11. fol. 1036. col. 1.* vbi idem ait de Papa relinquenti Pontificatum, Azor *tom. 1. institutionum moral. lib. 2. cap. 7. fin.* & Fulgins Pacian. *cons. 132. num. 60. volum. 1.* dicit Papam depositum, aut renunciantem Pontificatui, teneri redire ad religionem: ipse tamen statim *num. 61.* dicit, *quæ an vera sint summisso me determinationi sanctæ matris Ecclesiæ; & vide*, inquit, *quæ post hæc dixi de probationib. lib. 2. cap. 34. num. 135.*

29 At verius existimo ad id non teneri, sed manere in perpetuum exemptum, sicut priùs. Ducor, quod ratione dignitatis Episcopalis cum eo legitimè dispensatum sit, exemptúsque sit ab obligatione obediendi Prælatis religionis, & obseruantiarum regularium. At hæc non cessat deposito Episcopatu; ergo non extinguitur dispensatio: quippe ad eius extinctionem oportet vt omnino eius causa cessarit, vt probauimus *lib. 8. de matrim. disp. 30. num. 8.* At totalis huius dispensationis causa est dignitas Episcopalis cum animarum cura. Quamuis ergo cessarit cura animarum, non cessat dignitas, & perfectior status ratione Episcopatus adeptus; & sic causa partim

partim maner, quod ad conseruandum dispensationis valorem satis est. Nec obstant in contrarium adducta num. præced. Nam ad primum respondetur, religiosum eremitum Episcopum teneri ad obseruantias regulares solo honestatis, & decentiæ debito, vt probauimus num. 19. & eodem tenebitur in præsenti casu redire, & ideo non sub aliqua culpa. Ad secundum dico, eos sic fecisse, vt hoc honestatis debitum exequerentur: at re vera nulla lege ad id tenebantur. Ad tertium, id fateor; sed non est eadem ratio in Episcopo, quia Præpositus ille tantùm eximitur ad tempus præfecturæ, vt potè qui ea deposita, exuitur omnino dignitate. At Episcopus eximitur in perpetuum, sicut & dignitas eius est perpetua. Ad quartum dico, esse disparem rationem, quia cum eis non est dispensatum in illo voto, sed eius vis omnino manet, licèt obligatio executionis ob vinculum fortius superueniens impediatur. At cum Episcopo religioso fit dispensatio in perpetuum, vt dictum est. Ad quintum, constat ex dictis numquam cessare integram causam propter quam cum Episcopis fit prædicta dispensatio, licèt partialis causa cesset, quæ est cura animarum, quod non sufficit, vt extinguatur dispensatio, vt in eo loco probatum est. Ad vltimum dico, non tenere in omnibus eam similitudinem, sed in hoc tantùm, vt sicut Generalis non eximitur ab obedientiæ voto, eo quod careat superiore in sua religione, sic nec Episcopus eximatur, ob eandem rationem, ab eo voto. At est differentia, quia Generalis dignitas cessat omnino, relicto officio, & sic cessat quoque exemptio illi annexa. Sed dignitas Episcopi non cessat deposito Episcopatu. Et ideo huius sententiæ sunt Imol. *Clem. 1. num. 50. de elect.* Bonifac. *Clem. 1. num. 84. & 84. de regularib.* Nauar. *lib. 3. consil. in 1. edit. tit. de regularib. consil. 15. num. 11. 12. & 14. in 2. tit. de donation. consil. 6. num. 11. 12. & 13.* Federic. *consil. 48. num. 1. & consil. 19. a num. 3.* & loquitur etiam vtrobique Federicus de monacho translato ad Ecclesiam curatam. Emman. Sà *sum. verb. Episcopus. num. 11.* Hentiq. *lib. 10. de sacr. ordin. cap. 13. n. 4.* Manuel Rodrig. *qq. regular. tom. 3. q. 52. art. 16.* Et hoc intelligo, siue deponatur ob demeritum, siue ob spontaneam renunciationem, vt loquens de monacho Papa, & vtrouis modo deposito, tenet Pacianus *de probation. lib. 2. cap. 34. num. 113.* Et ratio, quam ille reddit, procedit eodem pacto in Episcopo; nam eius ratio est, quia semel liberatus est iugo religionis per Papatum, quamuis manserit verus religiosus.

30 Secus tamen esset, si ex propria culpa ita depositus degradaretur: cùm enim per degradationem exuatur omnibus priuilegiis ratione dignitatis concessis; cessabit quoque prædictum exemptionis priuilegium, & tenebitur ad religionem redire, vt bene docet Hentiq. num. præced. allegatus. Et facit adhoc; nam si Episcopus ob suam culpam deponatur dignitate, non gaudet dignitatis priuilegiis, vt tradit citata Gloss. *authent. con-* [illegible] *6.* Sylvest. *verb. religio. 4. in*

31 Hinc deduci potest, Episcopum depositum absque prædicta degradatione, redeuntem ad monasterium, indigere nouo obediendi eius Præpositi voto, aut vt denuo Pontifex, tanquam supremus eius virtute etiam voti obedientiæ Prælatus, eum subiiciat illis, quò teneatur illis obedire. Hoc est contra sententiam n. 28. relatam: & ita in terminis tenent contrarium Paludan. & Aragon, quos ibi pro ea sententia retulimus, quam quoque probabilem esse censuimus. At retenta sententia, quam num. 29. tenuimus, est ita sentiendum. Quia cùm omnino exemptus sit ab illorum obedientia, non potest se illis obligare nisi nouo voto, aut si à Prælato suo, qui solus est Pontifex, subiiciatur illis. Sicut nec Prælatus religionis potest sua sponte se subiicere obedientiæ illius, qui suus Prælatus non est, nisi nouo voto emisso. Dices, intendens profiteri secundùm regulam collapsam, nec legitima consuetudine derogatam, & non aliter, licèt ad nil aliud obligetur; at eo ipso quod vult permanere in eo monasterio, tenetur iuxta veram regulam viuere; quia volens ibi manere, iam acceptat veram regulam, & votum illius, vt dixi cum Cordub. *c. 2.* huius lib. n. 28. Ergo idem dicendum est de religioso Episcopo redeunte ad monasterium, & volente in illo manere. Respondetur, disparem esse rationem, quia priuatus religiosus volens manere in monasterio, tenetur se conformare moribus, & obligationibus aliorum religiosorum: atque ideo eo ipso quod vult manere in claustro, censetur etiam velle assimilari aliis. At religiosus Episcopus ad id non tenetur, quia valde differt ab aliis religiosis in dignitate, ratione cuius exemptus est ab obedientia Prælatorum religionis, nisi specialiter se alicui submittat per nouam obligationem; & quamuis ille noua professione non indigeat, quia semper mansit verus religiosus, & ligatus votis substantialibus, vt explicatum est: at cùm manserit exemptus à potestate Prælatorum religionis ratione dignitatis Episcopalis, necesse est, vt suo fauori renunciet se illis denuo subiiciendo.

Tandem dubitatur, à quo tempore Episcopus religiosus eximatur ab obedientia Prælatorum regularium, & à debito legali obseruantiarum religionis. Videtur enim à tempore electionis, vt constat ex *c. vnic. 18. q. 1.* vbi habito sermone de Episcopo religioso, sic dicitur, *Monachum, quem canonicè electus à iugo regulæ monasticæ professionis absoluit.* Gloss. *18. q. 1. in fine. verb. certum est,* ait cum Hugone, dici posse eum monachum non desinere acquirere monasterio, & incipere acquirere Ecclesiæ, donec possessionem Episcopatus adeptus sit: & probat, quia miles transiens de vno numero ad alium, non dicitur priùs esse de secundo numero, quàm perueniat ad eum. *l. ex eo tempore. ff. de milit. testam.* Verum existimo, exemptionem hanc locum habere à die confirmationis: vnde cùm textus dicit eum per electionem canonicam liberari à iugo regulæ, debet intelligi confirmatam à Papa, vt optimè ait Leonard. *lib. 2. de inst. cap. 40. dub. 14. num. 113.* Ducor autem ad id, quia ex die confirmationis est contractum matrimonium inter ipsum, & Ecclesiam: & ita est sub speciali Romani Pontificis protectione, & absque speciali eius licentia retrocedere nequit, & ex tunc iurisdictionem Episcopalem exercere valet. Ergo ex tunc ita censetur Pontifici subiectus, vt eximatur à superiorum cæterorum obedientia, & à iugo monasticæ regulæ. Quod verò à confirmatione maneat sub speciali protectione Romani Pontificis, expressè decidtur in *c. inter corporalia. de transl. Episcopor. verso sicut enim.* 32

Sicut autem Episcopus religiosus liber est ab omnibus regulæ obseruantiis, ingoque monasticæ disciplinæ, ita quoque priuilegiis suæ religionis non gaudet, vt bene docet Mandos. *de priuileg. ad instar. gloss. 3. num. 11.* & Manuel Rodrig. *tom. 2. regular. q. 58. art. 4.* & primum motum Sixti IV. 33

Quæ hactenus de religioso Episcopo diximus, credo esse vera de religioso promoto ad Cardinalatum: eum enim non absolui à tribus votis, & ita non acquirere dominium, nec restari posse, affirmant Bald. *authen. licet. num. 3. C. de Episcop. & cleric.* & ibi Paul. *num. 2.* & constat ex dictis num. 6. vbi nec Papam ab iis votis absolui diximus: quamuis Metin. *de sacr. hom. contin. c. 26. cal. 3.* asserat eos liberari voto paupertatis, quippe idem sentit ibi de Episcopis: & sic de ipsis Episcopis diximus num. 7. id esse probabile. Idem sentiendum est de Cardinalibus, & ab aliis votis emissis in religione iuxta eius institutum liberatur quoque religiosus Cardinalis, sicut idem probauimus num. 15. de Episcopo. Et ratio horum est, quia Cardinales in suis titulis habent iurisdictionem quasi Episcopalem, vt cum Cardinali, Imol. & Felin. sustinet Riminald. iunior *cons. 341. n. 46.*

vol. 3. idem quod Baldus, & Patius proximè adducti: docent etiam Fulgus Pacianus *consil. 152. num. 49. 53. & 54. vol. 1.* Guillelm. Redon. *de solitis ecclesiasticor. q. 3. §. 10. num. 14. & 15.* habetur *tom. 14. ar. estat.* Guillelm. Benedict. *in c. Raynutius. verb. mortuo itaque testatore. el 1. num. 30.* Imol. *l. si quis mihi bona. §. si seruus. in fine. ff. de acquirend. hereditat.* Gratian. *regul. 456. num. 1.* Nicol. de Vbaldis *de success. ab intest.* vbi de successione regular. *p. 1. n. 4.* Graffis *2. part. decision. lib. 3. c. 19. n. 89.* Franc. *rubr. de testam. in 6. n. 76. q. 15.* Tapia *authen. ingressi. verb. idcoque nec de his. c. vnic. num. 33. C. de sacrosanct. Eccles.* Manuel Rodrig. *qq. regular. tom. 2. q. 54. art. 7.* & alij plures. Tenentur etiam prædicti religiosi Cardinales portare habitum suæ religionis; quod tenent Franc. *eo. num. 76. q. 15.* Fulgus Pacian. *cons. 152. num. 39. & 40. volum. 1.* Sot. & Angles allegati num. 22. solum enim Romanum Pontificem ab hac obligatione eximunt: idem etiam docet Manuel *eo. art. 7.* Cæterùm eum habitum deponens non incurret excommunicationem, sicut idem probauimus num. 25. de Episcop. contra ibi allegatos, & tenent Bonifac. *Clement. 1. §. rursus. n. 33. & 34. de stat. monachor.* Possunt etiam in baptismo, vel confirmatione esse susceptores, & sic compatres, quamuis simplicibus religiosis id sit interdictum, sicut de religioso Episcopo probauimus n. 24. & id tenent Gloss. *c. vnic. verb. absoluit. 18. q. 1.* & ibi Turrecr. *n. 1.* Manuel *eo. q. 58. art. 3.* qui ad probandum id licere Episcopo religioso, afferunt exemplum Gregorij, qui ex monacho creatus Cardinalis id munus obiuit; & ratio ibi tradita idem probat. Ab obedientia autem superiorum religionis soli Pontifici subiectus manens, & à reliquis obseruantiis regularibus absoluitur quoad debitum legale: solòque honestatis debito ad nullam culpam astringenti tenetur ad eas, quæ nec impediunt officium, nec dedecent dignitatem, sicut idem probauimus de Episcopo. Atque ita clarè sentit Azor *tom. 1. lib. 12. institut. moral. c. 7. q. 4.* vbi quæstionem proponit, an monachus in Episcopum, vel in Cardinalem promotus liberetur religionis oneribus, & statutis. Et quamuis in responsione solùm loquatur de Episcopo; videtur clarè idem supponere dicendum de Cardinali. Idémque videntur sentire Doctores proximè allegati, cùm quoad vota, habitum, & potestatem renendi in baptismo, loquantur eodem modo de religioso Cardinali, & de eodem religioso Episcopo. Et praxis Ecclesiæ ita testatur; & Franc. *eo. num. 76. q. 15.* & Manuel *eo. q. 58. art. 7.* dicunt religiosum Cardinalem eximi eodem modo à regulis, sicut Episcopum religiosum.

35 Atque eadem credo esse dicenda de religioso promoto in Abbatem, aliàuve dignitatem habentem propriam diœcesim nulli Episcopo subiectam, sed in ea gaudente plena iurisdictione Episcopali. Ducor ad id (quamuis nihil apud Doctores reperierim) quia huiusmodi Prælati sunt in omnibus similes Episcopis, solàque consecratione ab eis distant: & sic in spectantibus ad ordinis Episcopalis potestatè, omnia, quæ de Episcopis dicuntur, præter ea quæ sunt ordinis Episcopalis, accuntur quoque de Abbatibus & Prælatis his, præter vnum, vel alterùm, in quo est specialis difficultas propter specialem iuris prohibitionè: vt circa potestatem dandi literas commendatitias ad ordines suscipiendos.

36 Tandem de religioso promoto ad beneficium parochiale alicuius Ecclesiæ, concordant omnes authores citandi, teneri eum votis religionis, & præcepto portandi habitum; ná & de Episcopo idem fatentur. Quoad obedientiam verò Prælatorum religionis sic distinguunt communiter authores. Si Ecclesia illa nullatenus subiiciatur Prælatis monasterij, eximitur ille religiosus ab obedientia Prælatorum religionis. *c. parochia. 16. q. 1.* sed subiectus manet imperio Episcopi, qui de cætero erit suus Abbas. Si verò subiiciatur Prælatis religionis quoad sola temporalia, eximitur quoad spiritualia ab illorum obedientia. *cap. 2. iii. & c. sane. 16. q. 1.* Si verò eis subiecta sit quoad spiritualia, solùm eximitur quoad temporalia. Si verò sit subiecta quoad omnia, manet plenè illis subiectus. Ita docet Goffred. *sum. de stat. monach. num. 4.* & ibi Hostiens. *in sua sum. n. 5.* Angel. *verb. monachus. num. 7.* & ibi Rofell. *num. 5.* & ibi Tabiena *q. 5. num. 6.* Henric. *cap. cum ad monasterium. num. 8. de stat. monachor. l. 26.* & ibi Gregor. Lopez *verb. proprio. tit. 7. part. 1.* Sylvest. *verb. religio. 7. q. 11.* Anton. Cucus *lib. 3. institution. monar. tit. 1. num. 158.* & Manuel (licèt non ita plenè) *qq. regular. tom. 1. q. 34. art. 6.* Circa reliquas autem obseruantias regulares, dicit Hostiens. Goffred. & Manuel eum absolui à vigiliis, silentio, & abstinentiis, quæ in Ecclesia parochiali commodè seruari nequeunt. De abstinentia autem carnium, dicunt non absolui, nisi in casu necessitatis, vel quando absque scandalo ab eis abstinere nequit, vel quando caret iocio sui ordinis, per *cap. nemo potest. 16. q. 1.* At meliùs Sylvest. & Angel. asserunt considerata ratione illius textus, breuiter esse dicendum, huiusmodi parochum ab iis solùm obseruantiis regularibus absolui, quæ in Ecclesia seculari, vnà cum parochiali munere commodè seruari nequeunt; tenerique illum ad eas obseruantias, quæ potiùs adiuuant, vel non impediunt id munus. Et ita etiam generaliter docent Hostiens. *cap. quod Deo timorem. n. 9. de stat. monachor.* & ibi Ioan. Andre. *num. 15.* Cardinal. *num. 5. q. 2.* Azor *lib. 12. institution. moral. cap. 19. q. 15.* & in casu, in quo tenetur ad obseruantias regulares, credo eum teneri debito legali, subiacerèque pœnis regulæ, quia in parocho non militat ratio, quam de Episcopo tradidimus num. 18. & 19. vt eum à pœnis, & obligatione legali eximamus, vtpote qui non est in statu magistri perfectionis constitutus, nec omnino à iugo monasticæ regulæ absolutus: & ita si deponat habitum religionis, incurret excommunicationem *cap. 2. ne cleric. vel monach. in 6.* vt bene docet D. Anton. *3. part. tit. 16. cap. 5. in fine principij*, & Sylvest. suprà citatus, & à fortiori alij adducti num. 23. qui id docent de Episcopo. Credo etiam eum deposito officio parochi teneri ad suum monasterium redire, & obedire instar cæterorum, quia exemptio illa non est ratione alicuius dignitatis, vt in Episcopo, & Cardinalibus, sed ratione solius officij, quod tunc cessat: & id eo maximè verum est, quod in Episcopo deposito, vel renunciante id est satis dubium; & multi docent teneri redire, quos retuli num. 28. & rationes illorum militát in parocho, quamuis Nauar. *lib. 3. consilior. tit. de regularib. in 2. edit. consil. 79. num. 2.* & Manuel *qq. regular. tom. 1. q. 50. art. 20.* dicant hunc nec depositum, nec renunciantem teneri redire.

Quod si hic religiosus parochus indigeat dispensatione in aliquo regulæ statuto, si Ecclesia sit plenè subiecta, aut saltem quoad spiritualia Prælato religionis, ille dispensabit. Si autem sit hoc modo subiecta Episcopo, dispensabit Episcopus, qui est suus Abbas. *cap. si quis monachum. 16. q. 1.* Sic Sylvest. *verb. religio. 7. n. 12.* Angel. *vero. monachus. n. 7.* & ibi Tabien. *q. 5. num. 7.* Si vera Ecclesia illa sit exempta, dicunt Angel. & Tabien. recurrendum esse ad Pontificem. At meliùs ait Sylvest. posse ipsum secù dispensare, sicut potest secum Prælatus religionis; & hoc dicit satis probabile Tabiena ibi. 37

Hinc deducitur, cum absolui ab officio diuino iuxta ritum suæ religionis persoluendo. Illud enim iuxta ritum suæ Ecclesiæ persoluere debet. Ita docet Goffred. *sum. tit. de stat. monach. num. 4.* Hostiens. *cap. quod Deo timorem. num. 9. de stat. monachor.* & ibi Ioann. Andre. *n. 15.* Cardinal. *num. 5. q. 2.* Anchar. *num. 10.* Rofell. *verb. monach. num. 5.* Manuel n. præcedenti allegatus, & omnes. 38

Sed dubitatur, an religiosus hic parochialis Ecclesiæ præfectus teneatur habere socium sui ordinis. Quæ difficultas pendet ex intellectu textus *cap. 1. de stat. monachor.* vbi decernitur, ne singuli monachi per villas, & oppida quibuscumque parochialibus præsiantur Ec- 39

cleſis: & *cap. quod Dei timorem. eodem tit.* vbi inter monachos, & canonicos regulares id diſcriminis conſtitui videtur, vt illi ſocium neceſſariò habere debeant, ij autem ſolùm quando illum commodè habere potuerint. Qua in re variæ ſunt ſententiæ; quidam dicunt monachos non eſſe promouendos ſine ſocio ſui ordinis, ſecus de canonicis regularibus, niſi hi quoque commodè illum habere potuerint. Sic Gloſſ. *eo c. quod Dei timorem. verb. reginen.* Alij dicunt idem de vtriſque eſſe dicendum, vt ſolùm teneantur habere ſocium, quando commodè fieri poteſt, ſecus, quando non poteſt commodè fieri, vt quia it nequit reperiri, aut Eccleſia non eſt vtrique alendo: & ad *prædictum cap.* 2. reſpondent id intelligendum tam de monachis, quàm de canonicis regularibus, qui ſoli ad morandum in villis, vel in parochiis conſtitui non debent: ſecus ſi ad regendum populum inſtituantur; tunc enim idem in vtrique, ſi commodè poteſt, ſeruari debet, & aliàs non. Quæ differentia conſtituta (iuxta hos authores) *in d. c. cum Dei timorem*, in eo conſiſtit, quod faciliùs concedatur cura parochiæ canonicis regularibus, quàm monachis, eo quod illi laxiori regulæ ſubdantur. Ita ſentiunt Hoſtienſ. *ſum. tit. de ſtat. monachor. num. 7. & d. c. quod Dei timorem. num. 11. verſ. ſi commodè.* & ibi Henric. *num. 6. & 7.* Goffred. & Hugo per ipſum allegati. Alij ſic diſtinguunt. Aut Eccleſia eſt monaſterio plenè ſubiecta, ita vt parochus illius poſſit ad nutum Abbatis reuocari ad monaſterium, & tunc neceſſariò habere debet ſocium ſui ordinis, & ita intelliguntur prædicti duo textus. Aut non eſt ſubiecta, & tunc non eſt neceſſarius ſui ordinis ſocius, quia cùm religioſus ille Abbati non ſubiiciatur, non eſt cur ei ſocium dare debeat. Ita ſentiunt Gloſſ. *Clement. 1. §. adhæc. verb. ad clauſtrum. de ſtat. monachor.* & ibi Cardinal. *num. 1. oppoſit. 4.* & ibi Anchar. *n. 12. q. 2. 6.* idem Cardinal. *d. c. quod Dei timorem. num. 6. q. 4.* & ibi Anchar. *num. 9.* & ibi Ioan. Andre. *num. 17.* & clarius *cap. fin. num. 1. & 2. de capellis monachor.* vbi & Antonius *num. 4.* & eandem tenet *l. 24. tit. 7. part. 1.* & ibi Gregor. *ſuper verb. con ceos.* & *l. 25 ſequen. verb. non le deuen.* limitans hanc poſteriorem partem, quando commodè ſocius haberi nequit, idem Anton. proximè. Et hanc opinionem fatetur Abbas *eo cap. quod Dei timorem. num. 9.* ſæpius olim ſe fuiſſe ſecutum: & eam tenet Anton. Cuc. *lib. 1. inſtitut. tit. 1. num. 159.* Azor *lib. 12. eo cap. 19. q. 14.* Cæterùm verius eſt, monachos in vtroque caſu teneri habere ſocium ſui ordinis: at canonicos regulares non ſemper, ſed quando commodè habere poſſunt; quia hæc differentia clarè conſtituitur inter vtroſque *d. c. quod Dei timorem*, vbi agebatur de promotione perpetua, & deciditur, ne monachus ſine ſocio Eccleſiæ præficiatur, iuxta deciſionem Concilij Lateranenſis relatam *in d. cap. 2.* Præterea, quia *in d. cap. 2.* dicitur, *per quaſcumque parochias*; & cùm dictio illa, *quaſcumque*, ſit vniuerſalis, omnes parochias complectitur. Et ita hanc primam

CAPVT VII.

Qualiter regularibus integrum ſit de vna religione ad aliam migrare.

SVMMARIVM.

An ſit conſilium tranſire de vna religione ad aliam? n. 1.
Quæ conditiones exigantur, vt hic tranſitus ſit liceitus, & explicatur motus proprius Pij V. Quæcumque ſacrarum. num. 2.
Quo iure hic tranſitus competat. n. 3.
Quæ quæſtiones diſcutienda ſint. n. 4.
An monachibus integrum ſit tranſire ad arctiorem religionem? refertur quædam ſententia. n. 5.
Explicatur ſententia authoris. n. 6.
An toti domui religioſæ liceat tranſitus ad arctiorem religionem? n. 7.
An liceat hic tranſitus Prælatis regularibus exemptis, vel regularibus Epiſcopis depoſitis, vel qui Epiſcopatus renunciarunt, aut tranſire ad laxiorem? n. 8.
An conuerſis, & oblatis id liceat, & qui ij dicantur? n. 9.
An habentibus priuilegium, ne liceat tranſitus ad arctiorem religionem, ſed liceat, & quo pacto ea priuilegia intelligenda ſint? n. 10.
Poſt numerum decimum inuenies alia ſummaria.

ID ante omnia præmittendum eſt. Quamuis is tranſitus, quoties ſeruantur conditiones num. ſeq. tradendæ, licitus ſit; at non eſt laudabilis, niſi ob notabilem neceſſitatem, vel vtilitatem. Tum quia Apoſtoli conſilium eſt 1. *Corinthior. 7. Quiſque in vocatione qua vocatus eſt, permaneat.* Atque faciliori negotio progreſſus quiſque facit in inſtituto quod expertus eſt, quàm in alio ſibi peregrino, & inſolito: idque confirmat ſententia Abbat. Neſtor. apud Caſſian. *collat. 14. cap. 5.* ibi; *Cuique vile eſt, vt ſecundum propoſitum, quod elegit, ſummo ſtudio, ac diligentia ad operis arrepti perfectionem peruenire faciliùs, & nequaquam à ſua, quam ſemel elegit, profeſſione diſcedat.* Tum etiam, quia ex hoc tranſitu plerumque & ſcandalum, & infamia religioni deſertæ oriuntur. Eſſet autem laudabilis tranſitus in triplici caſu. Primus eſt, zelo perfectioris vitæ traducendæ. Secundus, eo quod propria religio à ſuo inſtituto declinat. Tertius, quando ob debilitatem, vel aliam iuſtam cauſam propria religio tolerari nequit; & ita docet D. Thom. ab omnibus receptus, 1. 2. q. 189. *art. 8.*

Quadruplici autem conditione concurrenti, integrum eſt regularibus ad aliam religionem migrare. Prima eſt, vt regulares tales ſint, quibus non ſit ſpecialiter is tranſitus interdictus. Secunda, ne tranſitus fiat ex temeritate, leuitate, odio, ira, contemptu, vel qualibet alia animi perturbatione, ſed ſolo melioris, & tutioris vitæ ſtudio; & ne fiat cum detrimento, vel iactura religionis, à qua recedituR. Tertia, vt tranſitus fiat ad perfectiorem religionē. Vltima, vt petatur facultas tranſeundi à Prælato, quamuis ea non obtineatur. His ergo conditionibus concurrentibus, & non aliter, licitus eſt tranſitus ex vna in alteram religionem: quod expreſsè habetur *cap. ſtatuimus*, & *cap. mandamus. 19. q. 3. cap. non eſt. cap. ſanè. cap. ſignificatum.* & potiſſimùm *cap. licet, de regularibus*, & tradunt omnes. Nec hoc derogatum eſt per motum proprium Pij V. anno 1569. incipientem; *Quæcumque ſacrarum*, vbi ſtatuit non poſſe recipi, nec retineri ab vlla religione fratres alterius ordinis, ſed debere remitti ad proprios ordines; quia, vt optimè ait Nauar. *lib. 5. conſilior. tit. de regular. in ſecunda editione. conſil. 88. num. 1.* non agit de tranſeuntibus virtute licentiæ iure communi conceſſæ *d. c. licet.* ſed de

[illegible] rum aliqui- [illegible] nes caſſauit; id conſtat ex illis verbis motus proprij, ibi; *vigore cuiuſmodi priuilegiorum tantùm, & præter ea communia indiſtinctè.* Reſpondet etiam Manuel 2. *tom. ſum. c. 6. 7. fin.* eum motum proprium non eſſe receptum: & *tom. 1. qq. regular. quæſt. 51. art. 8.* ait intelligi de his, qui tranſeunt ad aliam religionem, non petita licentia; & ic credit non differre eius motus deciſionem ab eo, quod iure communi deciſum eſt.

Quod ſi quæras, quo iure competat hic tranſitus, Azor *tom. 1. inſtitution. moral. lib. 11. cap. 17. q. 18.* Sayr. *in lau. reg. lib. 6. cap. 10. nu. 9.* & alij videntur ſentire competere iure humano. Dicunt enim, rationem, cur Prælatus religionis nequit votum tranſeundi ad ſtrictiorem religionem reuocare, eſſe, quod ius canonicum *c. licet, de regular.* hoc votum ab Abbatis poteſtate exceperit, concedendo religioſis facultatē huius tranſitus, ne ſpes

ne ſpes maioris perfectionis occluderetur. Sed id licere credo iure diuino naturali, quo licitum eſt votum propriam commutare in melius; quod ferè expreſsis verbis docet Caiet. 2. 2. *quæſt. 88. art. 12. paulo poſt principium, verſ. ad huiuscmodi ſentiam ſciendum eſt.* vbi dicens licere ex rei natura commutare propria authoritate votum in melius, hæc ait. Hoc eſt, quod *c. licet, de regular.* declaratur, nam neque ibi ſit nouum ius: ſed quia licitum fuit tranſire ad aliam arctiorem religionem propter meliorem vitam, non obſtante voto ſolemni prioris religionis, quo obligabatur non ſolùm Deo, ſed Prælatis illius religionis, & erat eis ius acquiſitum de perſona illa, ideo ius declarat illud. Ratio eſt, quia non propter ſeipſos, ſed propter Deum Prælatis data eſt illa perſona, & propter hoc ſolius Dei ratio habetur in hac commutatione, & ipſemet textus ſatis fauet huic doctrinæ.

4 Quibus poſitis, ſex quæſtiones diſputandæ ſunt. Prima eſt. Quibus religionis hic tranſitus liceat. Secunda. Qualis intentio deſideretur in tranſeunte, & ne tranſitus liceat cum religionis deſertæ iactura. Tertia. Qualiter deſideretur maior perfectio religionis ad quam tranſitur. Quarta. Qualiter deſideretur peti facultatem. Quinta. Circa has omnes conditiones, an quacumque ex eis deficiente, non valeat tranſitus, neque profeſſio in poſteriori religione, adeò vt profeſſus ad priorem reuocari queat, & quo remedio id præſtari poſſit. Vltima. Quæ interdicta ſint in iure religioſis ad alias religiones in caſu præmiſſo tranſeuntibus.

5 Qvæstio prima. An in vniuerſum religioſis vtriuſque ſexus integrum ſit ad aliam religionem perfectiorem tranſire? Et quidem de monialibus poſſet eſſe difficultas; tum quia textus *c. licet, de regular.* vbi is tranſitus permittitur, loquitur de viris religioſis: tum etiam quia monialibus tam ſtrictè impoſita eſt clauſura. *c. vnico. in princ. de ſtat. regular. in 6.* & in Trident. *ſeſſ. 25. de regular. c. 5.* & nouiſſimè à Pio V. in ſuo motu proprio, qui incipit; *Decori*, edito anno 1569. vbi poſtulat ad licitum monialium è clauſtro exitum, conſenſum ſuperioris ſcripto traditum: & duplici ſolùm de cauſa, nempe, magni incendij, infirmitatis lepræ, & epidemiæ. Quæ ratione Azor *tom. 1. inſtitution. moral. lib. 11. c. 8. q. 1. paulo poſt princ.* ait hodie non licere monialibus hunc tranſitum, quamuis olim licuerit.

6 Cæterùm dicendum eſt, hodie etiam licere. Ducor, quia olim licebat, vt habetur expreſsè *c. 1. 20. q. 4.* & docent ibi Gloſſ. *verb. origines. & c. vnico. in princ. verb. perpetua. de ſtat. regular. in 6.* & ibi Archidiac. *num. 1. verb. perpetua.* Dominic. *num. 11.* Abb. *c. fin. num. 7. de ſtat. monach.* Additonat. *ad Abb. c. non eſt littera C. ad finem. de regular.* Sylueſt. *verb. religio. 4. q. 16. dict. 2.* Gregor. Lopez *l. 9. verb. religioſis. tit. 7. part. 1.* nec conſtat vbi id ius commune ſublatum ſit, quia in hoc caſu 16 loquitur Tridentinum, nec motus proprius Pij V. tantùm enim tranſitum ex aliis cauſis interdicunt, ne ſit materia vagandi monialibus, nec inſ[illegible] dicendam m[illegible] eo negante, quippe qui poſſet eos reuocare. Sic Ioan. Andre, Abbas, Henricus, Roſella, Angelus, Sylueſt. *ibidem*, Azor *tom. 1. inſtitution. moral. lib. 12. c. 14. q. 7. fin.* Nec obſtat contraria deciſio Clementis I V. quia intelligitur, quando Pontifex iis exemptis licentiam denegat. De Epiſcopis autem regularibus, qui iam Epiſcopatui, ex Pontificis licentia, renunciarunt, exiſtimo dicendum eos transire poſſe ad religionem ſtrictiorem, ſicut idem diximus de Prælatis exemptis, qui immediatè ſubſunt Pontifici. Quia (vt diximus cap. præced. n. 5.) ij Epiſcopi non ſubſunt Prælatis regularibus, ſed ſolùm Pontifici; atque ideo illius licentiam poſtulare debent ad tranſitum faciendum. At ſi iterum reditent ad ſuam religionem, cùm iam ſubſint Prælatis illius, ſat eſſet licentia ab eo petita, etſi non obtenta. Tranſire autem ad laxiorem religionem eis non licet, quia quamuis non teneantur redire ad ſuam religionem, manent tamen veri illius religioſi.

Quartò,

7 Secundò, poteſt eſſe difficultas de tota domo religioſa, an ad ſtrictiorem religionem tranſire poſſit? Id enim fieri poſſe ſupponitur *c. recolentes, verſ. exterius. de ſtat. monach.* quod Abb. *ibi. num. 1.* dicit intelligendum de authoritate Epiſcopi interuenienti, per *c. ſicut. de exceſſib. Prælatorum.* Verùm hic textus *c. ſicut.* loquitur de vnione duplicis monaſterij, vt conſtat ex eius initio, & de monaſterio non exempto, & conſequenter ſubiecto Epiſcopo, vt docet ibi Gloſſa *verb. in ea.* Quare vbi non fieret hæc vnio, ſed omnes religioſi alicuius conuentus, vel totius religionis, ſe transferre vellent ad arctiorem religionem, hæc authoritas non deſideraretur: quia ſicut cuilibet licet, licentia ſuperiori petita, etſi non obtenta, ita & omnibus id licebit. Atque ita abſque vlla limitatione cenſent licere hunc totius domus religioſæ tranſitum, Gregor. Lopez *l. 9. verb. religioſi. tit. 7. part. 1.* & Manuel Rodrig. *qq. regular. tom. 3. q. 52. art. 6.* nec obſtat *c. vnicum. §. confirmant. in fin. de religioſ. domib. in 6.* vbi textus concedit facultatem quibuſdam olim Mendicantibus arctatis ad nullum in poſterum recipiendum, vt ad quamuis religionem tranſire poſſint. Subiicitúrque ibi ſic: *Ita vt nullus ordo ad alium, vel conuentus ad conuentum ſe, ac loca ſua totaliter tranſferat: abſque licentia Sedis Apoſtolicæ.* Vnde Gloſſa finalis, & omnes Doctores colligunt, aliquando non eſſe idem in toto quoad totum, & in parte quoad partem. Sed hoc non obſtat, quia cautè dicit textus, *ſe, ac loca ſua totaliter tranſferat*; at nos loquimur de ſola perſonarum tranſlatione: & Anchar. *ibi. num. 2. conſtitil. 4.* quærit, quid in aliis religioſis vltra illos, an ſicut ſingularibus eſt permiſſum, ita vni conuentui ſe, ac locum ad alium ſtrictiorem transferre? & reſpondet, regulam inſtituram in loco, vel antiquum ipſius loci ſtatum, non poſſe alteri loco abſque Epiſcopi licentia ſubiici; vbi non loquitur de perſonarum tranſlatione, ſed de ea quæ vnà cum loco facienda eſt.

8 Tertiò, poteſt eſſe difficultas de Prælatis regularibus exemptis, quos ad religionem ſtrictiorem tranſire non poſſe, niſi licentia obtenta à Pontifice, ſentiunt Hoſtienſ. *c. illud. in princ. de cleric. excom. miniſtran.* & Archidiac. *c. ſi Abbatem. ad finem. de elect.* dicentes hic deciſum eſſe à Clemente I V. & ſi ſubſint immediatè Pontifici, tenet idem D. Anton. 3. *part. tit. 16. c. 4. in fine princ.* Verùm dicendum eſt hos, ſi non ſubſint immediatè Pontifici, poſſe inſtar aliorum religioſorum tranſire ad ſtrictiorem religionem, petita, etſi denegata licentia à ſuperiore: quia textus *c. licet, de regularibus*, ſolos Epiſcopos excipit, illis interdicens tranſitum ad religionem, non obtenta Pontificis licentia. Et ita re hac ſatè diſputata, tradit Ioan. Andre. *regul. cum non ſint. 66. num. 11. & 12. de regul. iur. in 6.* atque ipſum ſequuntur Abbas *c. licet. num. 15.* Anchar. *num. 8. notabil. 11.* & ibi Henric. *num. 4.* Roſell. *verb. religio. 4. num. 8.* Angel. *verb. religioſus. num. 55.* Sylueſt. *verb. religio. 4. q. 3.* Tabien. *verb. religio. q. 14. nu. 25.* Si verò ſubſint immediatè Pontifici, vt Generales religionum, poſſunt petita licentia. & Pontifice non reſ[illegible] [illegible]

Præterea, quia cui textus *nec c. licet*, de ſolis viris religioſis loquitur; at rationes in eo traditæ ad honeſtatem huius tranſitus ſuadendam procedunt æquè in monialibus: & ita hanc partem ſuſtinent qui poſt Trident. ſcripſerunt, Mandoſ. *in ſignatur. grat. verb. licentia. vol. 9. verſ. quæ dictæ ſunt.* Tapia *authent. ingreſſi. verb. ingreſſu. c. 9. n. 37. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ.* Manuel Rodrig. allegato Franc. de Marques *tom. 3. regular. q. 52. art. 6.* & Thom. Zerola *in praxi Epiſcopal. 1. part. verb. monialis. fin.* tractans hanc quæſtionem remittit eius ſolutionem ad Abbatem hic allegatum, vbi dicit poſſe: & ita clarè ſentit idem. Addit autem Manuel exigi ad hunc exitum licentiam ſuperiorum, & ordinarij ob clauſuram indictam monialibus in eo decreto Tridentini, quam, inquit, tenentur dare. Sed id non credo, ſatis eſt petere, etſi non obtineatur, quia Tridentinū no loquitur in hoc caſu, vt probauimus.

UNIVERSIDAD DE NAVARRA DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cleſis: & *cap. quod Dei timorem. eodem tit.* vbi inter monachos, & canonicos regulares id diſcriminis conſtitui videtur, vt illi ſocium neceſſariò habere debeant, ij autem ſolùm quando illum commodè habere potuerint. Qua in re variæ ſunt ſententiæ; quidam dicunt monachos non eſſe promouendos ſine ſocio ſui ordinis, ſecus de canonicis regularibus, niſi hi quoque commodè illum habere potuerint. Sic Gloſſ. *eo c. quod Dei timorem. verb. reginen.* Alij dicunt idem de vtriſque eſſe dicendum, vt ſolùm teneantur habere ſocium, quando commodè fieri poteſt, ſecus, quando non poteſt commodè fieri, vt quia it nequit reperiri, aut Eccleſia non eſt vtrique alendo: & ad *prædictum cap.* 2. reſpondent id intelligendum tam de monachis, quàm de canonicis regularibus, qui ſoli ad morandum in villis, vel in parochiis conſtitui non debent: ſecus ſi ad regendum populum inſtituantur; tunc enim idem in vtrique, ſi commodè poteſt, ſeruari debet, & aliàs non. Quæ differentia conſtituta (iuxta hos authores) *in d. c. cum Dei timorem*, in eo conſiſtit, quod faciliùs concedatur cura parochiæ canonicis regularibus, quàm monachis, eo quod illi laxiori regulæ ſubdantur. Ita ſentiunt Hoſtienſ. *ſum. tit. de ſtat. monachor. num. 7. & d. c. quod Dei timorem. num. 11. verſ. ſi commodè.* & ibi Henric. *num. 6. & 7.* Goffred. & Hugo per ipſum allegati. Alij ſic diſtinguunt. Aut Eccleſia eſt monaſterio plenè ſubiecta, ita vt parochus illius poſſit ad nutum Abbatis reuocari ad monaſterium, & tunc neceſſariò habere debet ſocium ſui ordinis, & ita intelliguntur prædicti duo textus. Aut non eſt ſubiecta, & tunc non eſt neceſſarius ſui ordinis ſocius, quia cùm religioſus ille Abbati non ſubiiciatur, non eſt cur ei ſocium dare debeat. Ita ſentiunt Gloſſ. *Clement. 1. §. adhæc. verb. ad clauſtrum. de ſtat. monachor.* & ibi Cardinal. *num. 1. oppoſit. 4.* & ibi Anchar. *n. 12. q. 2. 6.* idem Cardinal. *d. c. quod Dei timorem. num. 6. q. 4.* & ibi Anchar. *num. 9.* & ibi Ioan. Andre. *num. 17.* & clarius *cap. fin. num. 1. & 2. de capellis monachor.* vbi & Antonius *num. 4.* & eandem tenet *l. 24. tit. 7. part. 1.* & ibi Gregor. *ſuper verb. con ceos.* & *l. 25 ſequen. verb. non le deuen.* limitans hanc poſteriorem partem, quando commodè ſocius haberi nequit, idem Anton. proximè. Et hanc opinionem fatetur Abbas *eo cap. quod Dei timorem. num. 9.* ſæpius olim ſe fuiſſe ſecutum: & eam tenet Anton. Cuc. *lib. 1. inſtitut. tit. 1. num. 159.* Azor *lib. 12. eo cap. 19. q. 14.* Cæterùm verius eſt, monachos in vtroque caſu teneri habere ſocium ſui ordinis: at canonicos regulares non ſemper, ſed quando commodè habere poſſunt; quia hæc differentia clarè conſtituitur inter vtroſque *d. c. quod Dei timorem*, vbi agebatur de promotione perpetua, & deciditur, ne monachus ſine ſocio Eccleſiæ præficiatur, iuxta deciſionem Concilij Lateranenſis relatam *in d. cap. 2.* Præterea, quia *in d. cap. 2.* dicitur, *per quaſcumque parochias*; & cùm dictio illa, *quaſcumque*, ſit vniuerſalis, omnes parochias complectitur. Et ita hanc primam

CAPVT VII.

Qualiter regularibus integrum ſit de vna religione ad aliam migrare.

SVMMARIVM.

An ſit conſilium tranſire de vna religione ad aliam? n. 1.
Quæ conditiones exigantur, vt hic tranſitus ſit liceitus, & explicatur motus proprius Pij V. Quæcumque ſacrarum. num. 2.
Quo iure hic tranſitus competat. n. 3.
Quæ quæſtiones diſcutienda ſint. n. 4.
An monachibus integrum ſit tranſire ad arctiorem religionem? refertur quædam ſententia. n. 5.
Explicatur ſententia authoris. n. 6.
An toti domui religioſæ liceat tranſitus ad arctiorem religionem? n. 7.
An liceat hic tranſitus Prælatis regularibus exemptis, vel regularibus Epiſcopis depoſitis, vel qui Epiſcopatus renunciarunt, aut tranſire ad laxiorem? n. 8.
An conuerſis, & oblatis id liceat, & qui ij dicantur? n. 9.
An habentibus priuilegium, ne liceat tranſitus ad arctiorem religionem, ſed liceat, & quo pacto ea priuilegia intelligenda ſint? n. 10.
Poſt numerum decimum inuenies alia ſummaria.

ID ante omnia præmittendum eſt. Quamuis is tranſitus, quoties ſeruantur conditiones num. ſeq. tradendæ, licitus ſit; at non eſt laudabilis, niſi ob notabilem neceſſitatem, vel vtilitatem. Tum quia Apoſtoli conſilium eſt 1. *Corinthior. 7. Quiſque in vocatione qua vocatus eſt, permaneat.* Atque faciliori negotio progreſſus quiſque facit in inſtituto quod expertus eſt, quàm in alio ſibi peregrino, & inſolito: idque confirmat ſententia Abbat. Neſtor. apud Caſſian. *collat. 14. cap. 5.* ibi; *Cuique vile eſt, vt ſecundum propoſitum, quod elegit, ſummo ſtudio, ac diligentia ad operis arrepti perfectionem peruenire faciliùs, & nequaquam à ſua, quam ſemel elegit, profeſſione diſcedat.* Tum etiam, quia ex hoc tranſitu plerumque & ſcandalum, & infamia religioni deſertæ oriuntur. Eſſet autem laudabilis tranſitus in triplici caſu. Primus eſt, zelo perfectioris vitæ traducendæ. Secundus, eo quod propria religio à ſuo inſtituto declinat. Tertius, quando ob debilitatem, vel aliam iuſtam cauſam propria religio tolerari nequit; & ita docet D. Thom. ab omnibus receptus, 1. 2. q. 189. *art. 8.*

Quadruplici autem conditione concurrenti, integrum eſt regularibus ad aliam religionem migrare. Prima eſt, vt regulares tales ſint, quibus non ſit ſpecialiter is tranſitus interdictus. Secunda, ne tranſitus fiat ex temeritate, leuitate, odio, ira, contemptu, vel qualibet alia animi perturbatione, ſed ſolo melioris, & tutioris vitæ ſtudio; & ne fiat cum detrimento, vel iactura religionis, à qua recedituR. Tertia, vt tranſitus fiat ad perfectiorem religionē. Vltima, vt petatur facultas tranſeundi à Prælato, quamuis ea non obtineatur. His ergo conditionibus concurrentibus, & non aliter, licitus eſt tranſitus ex vna in alteram religionem: quod expreſsè habetur *cap. ſtatuimus*, & *cap. mandamus. 19. q. 3. cap. non eſt. cap. ſanè. cap. ſignificatum.* & potiſſimùm *cap. licet, de regularibus*, & tradunt omnes. Nec hoc derogatum eſt per motum proprium Pij V. anno 1569. incipientem; *Quæcumque ſacrarum*, vbi ſtatuit non poſſe recipi, nec retineri ab vlla religione fratres alterius ordinis, ſed debere remitti ad proprios ordines; quia, vt optimè ait Nauar. *lib. 5. conſilior. tit. de regular. in ſecunda editione. conſil. 88. num. 1.* non agit de tranſeuntibus virtute licentiæ iure communi conceſſæ *d. c. licet.* ſed de

[illegible] rum aliqui- [illegible] nes caſſauit; id conſtat ex illis verbis motus proprij, ibi; *vigore cuiuſmodi priuilegiorum tantùm, & præter ea communia indiſtinctè.* Reſpondet etiam Manuel 2. *tom. ſum. c. 6. 7. fin.* eum motum proprium non eſſe receptum: & *tom. 1. qq. regular. quæſt. 51. art. 8.* ait intelligi de his, qui tranſeunt ad aliam religionem, non petita licentia; & ic credit non differre eius motus deciſionem ab eo, quod iure communi deciſum eſt.

Quod ſi quæras, quo iure competat hic tranſitus, Azor *tom. 1. inſtitution. moral. lib. 11. cap. 17. q. 18.* Sayr. *in lau. reg. lib. 6. cap. 10. nu. 9.* & alij videntur ſentire competere iure humano. Dicunt enim, rationem, cur Prælatus religionis nequit votum tranſeundi ad ſtrictiorem religionem reuocare, eſſe, quod ius canonicum *c. licet, de regular.* hoc votum ab Abbatis poteſtate exceperit, concedendo religioſis facultatē huius tranſitus, ne ſpes

ne ſpes maioris perfectionis occluderetur. Sed id licere credo iure diuino naturali, quo licitum eſt votum propriam commutare in melius; quod ferè expreſsis verbis docet Caiet. 2. 2. *quæſt. 88. art. 12. paulo poſt principium, verſ. ad huiuscmodi ſentiam ſciendum eſt.* vbi dicens licere ex rei natura commutare propria authoritate votum in melius, hæc ait. Hoc eſt, quod *c. licet, de regular.* declaratur, nam neque ibi ſit nouum ius: ſed quia licitum fuit tranſire ad aliam arctiorem religionem propter meliorem vitam, non obſtante voto ſolemni prioris religionis, quo obligabatur non ſolùm Deo, ſed Prælatis illius religionis, & erat eis ius acquiſitum de perſona illa, ideo ius declarat illud. Ratio eſt, quia non propter ſeipſos, ſed propter Deum Prælatis data eſt illa perſona, & propter hoc ſolius Dei ratio habetur in hac commutatione, & ipſemet textus ſatis fauet huic doctrinæ.

4 Quibus poſitis, ſex quæſtiones diſputandæ ſunt. Prima eſt. Quibus religionis hic tranſitus liceat. Secunda. Qualis intentio deſideretur in tranſeunte, & ne tranſitus liceat cum religionis deſertæ iactura. Tertia. Qualiter deſideretur maior perfectio religionis ad quam tranſitur. Quarta. Qualiter deſideretur peti facultatem. Quinta. Circa has omnes conditiones, an quacumque ex eis deficiente, non valeat tranſitus, neque profeſſio in poſteriori religione, adeò vt profeſſus ad priorem reuocari queat, & quo remedio id præſtari poſſit. Vltima. Quæ interdicta ſint in iure religioſis ad alias religiones in caſu præmiſſo tranſeuntibus.

5 Qvæstio prima. An in vniuerſum religioſis vtriuſque ſexus integrum ſit ad aliam religionem perfectiorem tranſire? Et quidem de monialibus poſſet eſſe difficultas; tum quia textus *c. licet, de regular.* vbi is tranſitus permittitur, loquitur de viris religioſis: tum etiam quia monialibus tam ſtrictè impoſita eſt clauſura. *c. vnico. in princ. de ſtat. regular. in 6.* & in Trident. *ſeſſ. 25. de regular. c. 5.* & nouiſſimè à Pio V. in ſuo motu proprio, qui incipit; *Decori*, edito anno 1569. vbi poſtulat ad licitum monialium è clauſtro exitum, conſenſum ſuperioris ſcripto traditum: & duplici ſolùm de cauſa, nempe, magni incendij, infirmitatis lepræ, & epidemiæ. Quæ ratione Azor *tom. 1. inſtitution. moral. lib. 11. c. 8. q. 1. paulo poſt princ.* ait hodie non licere monialibus hunc tranſitum, quamuis olim licuerit.

6 Cæterùm dicendum eſt, hodie etiam licere. Ducor, quia olim licebat, vt habetur expreſsè *c. 1. 20. q. 4.* & docent ibi Gloſſ. *verb. origines. & c. vnico. in princ. verb. perpetua. de ſtat. regular. in 6.* & ibi Archidiac. *num. 1. verb. perpetua.* Dominic. *num. 11.* Abb. *c. fin. num. 7. de ſtat. monach.* Additonat. *ad Abb. c. non eſt littera C. ad finem. de regular.* Sylueſt. *verb. religio. 4. q. 16. dict. 2.* Gregor. Lopez *l. 9. verb. religioſis. tit. 7. part. 1.* nec conſtat vbi id ius commune ſublatum ſit, quia in hoc caſu 16 loquitur Tridentinum, nec motus proprius Pij V. tantùm enim tranſitum ex aliis cauſis interdicunt, ne ſit materia vagandi monialibus, nec inſ[illegible] dicendam m[illegible] eo negante, quippe qui poſſet eos reuocare. Sic Ioan. Andre, Abbas, Henricus, Roſella, Angelus, Sylueſt. *ibidem*, Azor *tom. 1. inſtitution. moral. lib. 12. c. 14. q. 7. fin.* Nec obſtat contraria deciſio Clementis I V. quia intelligitur, quando Pontifex iis exemptis licentiam denegat. De Epiſcopis autem regularibus, qui iam Epiſcopatui, ex Pontificis licentia, renunciarunt, exiſtimo dicendum eos transire poſſe ad religionem ſtrictiorem, ſicut idem diximus de Prælatis exemptis, qui immediatè ſubſunt Pontifici. Quia (vt diximus cap. præced. n. 5.) ij Epiſcopi non ſubſunt Prælatis regularibus, ſed ſolùm Pontifici; atque ideo illius licentiam poſtulare debent ad tranſitum faciendum. At ſi iterum reditent ad ſuam religionem, cùm iam ſubſint Prælatis illius, ſat eſſet licentia ab eo petita, etſi non obtenta. Tranſire autem ad laxiorem religionem eis non licet, quia quamuis non teneantur redire ad ſuam religionem, manent tamen veri illius religioſi.

Quartò,

7 Secundò, poteſt eſſe difficultas de tota domo religioſa, an ad ſtrictiorem religionem tranſire poſſit? Id enim fieri poſſe ſupponitur *c. recolentes, verſ. exterius. de ſtat. monach.* quod Abb. *ibi. num. 1.* dicit intelligendum de authoritate Epiſcopi interuenienti, per *c. ſicut. de exceſſib. Prælatorum.* Verùm hic textus *c. ſicut.* loquitur de vnione duplicis monaſterij, vt conſtat ex eius initio, & de monaſterio non exempto, & conſequenter ſubiecto Epiſcopo, vt docet ibi Gloſſa *verb. in ea.* Quare vbi non fieret hæc vnio, ſed omnes religioſi alicuius conuentus, vel totius religionis, ſe transferre vellent ad arctiorem religionem, hæc authoritas non deſideraretur: quia ſicut cuilibet licet, licentia ſuperiori petita, etſi non obtenta, ita & omnibus id licebit. Atque ita abſque vlla limitatione cenſent licere hunc totius domus religioſæ tranſitum, Gregor. Lopez *l. 9. verb. religioſi. tit. 7. part. 1.* & Manuel Rodrig. *qq. regular. tom. 3. q. 52. art. 6.* nec obſtat *c. vnicum. §. confirmant. in fin. de religioſ. domib. in 6.* vbi textus concedit facultatem quibuſdam olim Mendicantibus arctatis ad nullum in poſterum recipiendum, vt ad quamuis religionem tranſire poſſint. Subiicitúrque ibi ſic: *Ita vt nullus ordo ad alium, vel conuentus ad conuentum ſe, ac loca ſua totaliter tranſferat: abſque licentia Sedis Apoſtolicæ.* Vnde Gloſſa finalis, & omnes Doctores colligunt, aliquando non eſſe idem in toto quoad totum, & in parte quoad partem. Sed hoc non obſtat, quia cautè dicit textus, *ſe, ac loca ſua totaliter tranſferat*; at nos loquimur de ſola perſonarum tranſlatione: & Anchar. *ibi. num. 2. conſtitil. 4.* quærit, quid in aliis religioſis vltra illos, an ſicut ſingularibus eſt permiſſum, ita vni conuentui ſe, ac locum ad alium ſtrictiorem transferre? & reſpondet, regulam inſtituram in loco, vel antiquum ipſius loci ſtatum, non poſſe alteri loco abſque Epiſcopi licentia ſubiici; vbi non loquitur de perſonarum tranſlatione, ſed de ea quæ vnà cum loco facienda eſt.

8 Tertiò, poteſt eſſe difficultas de Prælatis regularibus exemptis, quos ad religionem ſtrictiorem tranſire non poſſe, niſi licentia obtenta à Pontifice, ſentiunt Hoſtienſ. *c. illud. in princ. de cleric. excom. miniſtran.* & Archidiac. *c. ſi Abbatem. ad finem. de elect.* dicentes hic deciſum eſſe à Clemente I V. & ſi ſubſint immediatè Pontifici, tenet idem D. Anton. 3. *part. tit. 16. c. 4. in fine princ.* Verùm dicendum eſt hos, ſi non ſubſint immediatè Pontifici, poſſe inſtar aliorum religioſorum tranſire ad ſtrictiorem religionem, petita, etſi denegata licentia à ſuperiore: quia textus *c. licet, de regularibus*, ſolos Epiſcopos excipit, illis interdicens tranſitum ad religionem, non obtenta Pontificis licentia. Et ita re hac ſatè diſputata, tradit Ioan. Andre. *regul. cum non ſint. 66. num. 11. & 12. de regul. iur. in 6.* atque ipſum ſequuntur Abbas *c. licet. num. 15.* Anchar. *num. 8. notabil. 11.* & ibi Henric. *num. 4.* Roſell. *verb. religio. 4. num. 8.* Angel. *verb. religioſus. num. 55.* Sylueſt. *verb. religio. 4. q. 3.* Tabien. *verb. religio. q. 14. nu. 25.* Si verò ſubſint immediatè Pontifici, vt Generales religionum, poſſunt petita licentia. & Pontifice non reſ[illegible] [illegible]

Præterea, quia cui textus *nec c. licet*, de ſolis viris religioſis loquitur; at rationes in eo traditæ ad honeſtatem huius tranſitus ſuadendam procedunt æquè in monialibus: & ita hanc partem ſuſtinent qui poſt Trident. ſcripſerunt, Mandoſ. *in ſignatur. grat. verb. licentia. vol. 9. verſ. quæ dictæ ſunt.* Tapia *authent. ingreſſi. verb. ingreſſu. c. 9. n. 37. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ.* Manuel Rodrig. allegato Franc. de Marques *tom. 3. regular. q. 52. art. 6.* & Thom. Zerola *in praxi Epiſcopal. 1. part. verb. monialis. fin.* tractans hanc quæſtionem remittit eius ſolutionem ad Abbatem hic allegatum, vbi dicit poſſe: & ita clarè ſentit idem. Addit autem Manuel exigi ad hunc exitum licentiam ſuperiorum, & ordinarij ob clauſuram indictam monialibus in eo decreto Tridentini, quam, inquit, tenentur dare. Sed id non credo, ſatis eſt petere, etſi non obtineatur, quia Tridentinū no loquitur in hoc caſu, vt probauimus.

UNIVERSIDAD DE NAVARRA DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

9 Quartò, potest esse difficultas de conuersis, & oblatis religioni, inter quos id discriminis est, teste Abbate *c. non est. num. 1. de regularibus*, quod oblati dicuntur, qui se, & sua dedicarunt monasterio, habita non mutatione; conuersi autem, qui se, & sua dedicarunt habitu mutato. Sunt autem seculares, eo quod ad ordines non promoueantur. Quidam ergo sentiunt nec conuersos, nec oblatos posse ad strictiorem religionem transire, quod oblatione illa efficiantur quasi serui illius Ecclesiæ: & pro hac opinione citatur Glossa *c. vt lex eminencia. verb. professi, in fine. 27. q. 1.* Sed hæc Glossa (vt bene aduertit Gregor. Lopez statim allegandus) loquitur de oblatis Ecclesiæ secularibus. At in propriis terminis citata prædicta Glossa tenent hanc sententiam Abb. *dicto c. non est. n. 1.* addens, etiam licentia petita à suo superiori, & Additionat. *ad Abbatem. ed. cit. verb. & adde. de regularib.* Angel. *verb. monachus. num. 1.* Armill. *ibi. num. 1.* Tabien. *n. 1. & verb. religio. q. 27. num. 28.* Barbati. *c. in præsentia. num. 18. de probationib.* & alij. Sed idem Abb. *c. quæsitum. 5. de cleric. conjug.* dicit hanc sententiam esse valde singularem, si est vera; quare de illius veritate dubitat: & Archidiac. *d. c. vt lex, ad finem super glos. vers. sciens*, ait aliquos sentire licere is transire ad strictiorem religionem; & Gregor. Lopez *l. 9. verb. religiosis. tit. 7. part. 1.* refert hac sententiam in vltimo loco, ac proinde ei videtur adhærere. Et ita credo, hos conuersos, & oblatos posse transire ad strictiorem religionem. Ducit, quod oblatio illa eam conditionem tacitè imbibitâ habet, nisi ad meliorem, & strictiorem religionis frugem se recipere voluerint: sicut id contingere in quacumque obligatione cum homine contracta probauimus *lib. 4. c. 19. à num. 30.* & ita Couarru. *c. 1. num. 19. de testam.* ait, oblatum Ecclesiæ seculari, posse se ad aliam Ecclesiam transferre, & Tapia *authent. ingressi. verb. sua. c. 6. num. 57. C. de sacr. sanct. Eccles.* tenet licitum esse iis ad religionem transire strictiorem; & *verb. ingressi. c. 9. num. 38.* idem repetit: & Rosell. *ac authent. ingressi. num. 8. fin.* dicit eos posse transire ad strictiorem. Idem Manuel *gg. regular. tom. 3. quæst. 21. art. 2. & quæstione 52. art. 7.* Betoius *c. in præsentia. num. 55. de probationib.* Mantua *ibi. num. 8.* quamuis in fine de relinquunt cogitandum. Idem etiam sentit Felip. *eo. cap. in præsentia. n. 4. fine.*

10 Vltimò, est difficultas de religiosis habentibus priuilegium, ne à sua religione ad aliam licet transitus. Cæterùm, nec hoc priuilegium eum transitum zelo bono effectum impedit, vt expressè deciditur *c. licet, statim in princ. de regular.* vbi dicitur, eiusmodi priuilegium concessum credi, ne transitus fiat temerè, leuiter, aut cum iactura prioris religionis, præterea altioris religionis amplectendæ: atque ita eum transitum minimè interdici, quando non fictè, sed verè adest animus ad meliorem frugem recipiendi. Quæ tamen decisio intelligenda est, quando priuilegium continetur, ne liceat hic transitus absque prædicta licentia superioris, vel eo inuito inter-

[illegible]

tur *licet.* At si priuilegium neget eum transitum absque licentia obtenta Prælati, non haberet locum interpretatio *d. c. licet.* sed necessariò ea obtenenda esset, vt is transitus, quantumcumque bono zelo factus, firmitatem haberet. Quamuis enim hunc transitum absque vllo causæ impedire, esset contra ius diuinum, & inspiratio ni Spiritus sancti ad meliora inuitantis obstare, vt recte ait Cordub. *in reg. D. Franc. c. 10. q. 5. punct. 2.* at inter omnino summus Pontifex prædictum transitum impedire potest, ductus causa conseruandi pacem religionum, & contentionum, iacturæque ipsarum, & scandalorum e eo transitu consurgentium vitandorum, vt bene ait idem Cordub. *in eadem reg. c. 2. q. 17 punct. 4.* Et ideo limitationem hanc ad illum textum tradunt Hostiens. *c. non est. num. 2. de regular. & eo. c. licet, statim in princ.* vbi Ioan. Andre. *num. 2.* Anton. *num. 3.* & Cardinal *nouabil. 1.* Subdit Hostiens. *eo. c. licet. num. 7.* in casu in quo religio habeat priuilegium, ne absque obtenta Prælati licentia integrè fit ad strictiorem religionem transire, ad obtinendam eam licentiam, superiori immediato denegante, adeundum esse mediatum illius superiorem: quod non intelligo via appellationis. Cùm enim superior immediatus vtatur iure suo, eam licentiam denegans, consulàrque suæ religionis eo priuilegio munitæ vtilitati, nullam infert iniuriam eam licentiam denegando, vt proinde ad eam iniuriam repellendam locus sit appellationi. Sed potest aditi superior, vt fortè precibus illius, & bono zelo inclinatus concedat licentiam, quam immediatus superior denegarat. Specialiùs autem de his priuilegiis est habendus sermo num. 74.

SVMMARIVM.

An desideretur recta intentio, & ne cedat in detrimentum religionis derelictæ, vt transitus ad arctiorem liceat? n. 11.

Ex quibus coniecturis comprehendantur leuitas, & mala intentio. n. 12.

An ea præsumentur, quando non petita licentia transitus? num. 13.

An in dubio præsumatur malus animus, & standum sit dicto transire volenti? n. 14.

An in dubio huius mali animi, vel an religio sit strictior, standum sit iudicio subditi, vel superioris? n. 15.

An in hoc dubio sit necessarium obtineri licentiam, an sufficiat petiti? n. 16.

An liceat ingredi religionem laxiorem gratiâ vacandi literis, animo firmo, vel dubio, vel conditionali transeundi postea ad strictiorem? n. 17.

Quid si hic animus tempore nouitiatus superueniat? n. 18.

QVÆSTIO secunda. Qualis intentio desideretur in volenti transire ad perfectiorem religionem, vt is transitus liceat, & quale religionis desertæ detrimentum ei obstet. Hac in re *c. licet, de regularib.* expressè deciditur, eum transitum, vt licitus sit, ac firmitatem obtineat, non temeritate, leuitate, odio, ira, contemptu, vel alia qualibet animi perturbatione, sed studio perfectioris vitæ faciendum. Insuper ne fiat cum iactura, & detrimento religionis, à qua receditur. Quare si religio deserta notabile damnum, ingentémve infamiam ex eo transitu pateretur, posset restitutione petita, transeuntem reuocare: tum quia textus *eo. c. licet*, vult expressè caueri religionis omissæ iacturam ex eo transitu consurgentem, atque communis religionis desertæ vtilitas prepondeat peculiari huius transeuntis bono. Tum etiam, quia si Ecclesia in temporalibus læsa restitui potest *c. 1. de in integrum restitut.* à fortiori restituenda est in spiritualibus, ac in personæ alienatione læsa. Et ita docent Innocent. *eo. c. licet. num. 1.* & ibi Hostiens. *num. 5.* & *6.* Ioan. Andre. *num. 22.* Anton. *num. 14.* Anchat. *num. 11. opposit.* Cardinal. *num. 4. quæst. 2.* Henric. *num. 7.* Bonifac. *Clem. 2. num. 18. de regular.* D. Anton. *3. part. tit. 1. c. 4. in fine princ.* Sylvest. *verb. religio. 4. quæst. 1. fine.* Anton. Cucus *lib. 3. instit. maior. tit. 1. num. 141. & 142.* Atque tunc non licere transitum docent etiam Turrecrem. *c. 1. num. 3. 19. q. 3.* Angel. *verb. religiosus. num. 34.* Tabien. *verb. religio. q. 13. num. 24.* Quod iure optimo limitat Anton. Cucus, & colligitur ex Sylvest. *ibidem*, dummodo peruersi religionis desertæ mores causam huius transitus ad meliorem frugem appetendi non præbeant; nam si causa sint, illis hoc damnum imputabitur, & non transitui. Et quidem hoc placet, quamuis Abb. *eo. c. licet. num. 12.* & Rosel. *verb. religio. 4. num. 5.* de hoc dubitent, dicentes ob religionis damnum non resistendum esse Spiritui sancto ad meliora promouenti; nec id spectandum esse, cùm non ex transeuntis culpa consurgat: idque tunc solùm considerat textus *d. c. licet.* cùm ex leuitate transitus contingit. Cæterum non est recedendum à communi sententia.

tentia. Cùm enim (vt bene ait Sylvest.) id damnum non ex religionis culpa oriatur, est vtique spectandum: & *text. d. c. licet.* id in omni eventu spectat, cùm transitum hunc maturo consilio faciendum gratiâ prædicti damni vitandi decernat.

12 Zelus autem in transire volenti non bonus, nec ardor maioris perfectionis quærendæ, sed potiùs leuitas quædam, & temeritas ex coniecturis deprehendenda sunt; vt si nimirum tira præcessit, minatúque est transire volens, fore, vt ibi non maneat: vel est inconstans, facilèque monasteria mutat, non præsumetur ex bono zelo, sed ex animi perturbatione, aut leuitate transeundi voluntas oriri. Ita docent Ioan. Andre. *eo. c. licet. num. 6.* Anton. *num. 5.* Hostiens. *num. 15. & 16.* Cardinal. *num. 3. 4. 5.* Eadem leuitas, ac temeritas præsumentur, quando transiens carnium esu indiget, & appetit transitum ad religionem, in qua illæ non eduntur, vt bene docent idem authores, & Innocent. *eo. c. licet. num. 1. fine.*

13 Idem malus transeuntis animus præsumitur, quando nulla à superiori petita licentia transiuit: quod apertè colligitur ex *eo c. licet. vers. quocirca*, vbi deciditur, petendam esse ad hunc transitum licentiam, ne bonum obedientiæ contemni videatur. Si ergo ex non petita licentia præsumitur bonum obedientiæ contemni, quæ principem in religiosis locum tenet, non potest instinctus Spiritus sancti, nec bonus zelus præsumi. Atque ita docent Lapus *allegat. 130. in alia edit. 135. num. 1.* Hostiens. *eo. c. licet. num. 15 verb. bonum obedientiæ* & ibi Abb. *num. 10.* Henric. *num. 8.* idem Hostiensis *sum. tit. de regular. num. 7. fine.* Astens. *sum. 1. part. lib. 1. tit. 10. art. 10. q. 1. fine.* Abulens. *c. 30. Num. 9. 75.*

14 At quando petita est licentia, & sunt coniecturæ malum animum suadentes, sed res manet dubia, non constat inter Doctores, an malus, an potiùs bonus animus præsumendus sit: nam Anchar. *in c. licet. num. 7. notab. 9.* ait fortè leuitatem esse præsumendam, nisi aliter de bono animo constaret. Ducitur, quia ad noua constituenda, & ad discedendum ab eo, quod diu æquum visum est, debet esse euidens vtilitas, vt dicitur *l. in rebus. ff. de constitutionib. Princip.* & quia consilium regulariter est in priori vocatione persistere, nisi magna aliunde vtilitas appareat, vt diximus num. 1. Alij verò dicunt bonum animum præsumendum, tum ob generalem bonitatis cuiuslibet hominis præsumptionem, dum de eius malitia non apparet: tum etiam, quia cùm ille externus transitus sit ex se bonus, & ardorem maioris perfectionis præ se ferat; indicat bonum animum, vbi vehementiores mali animi coniecturæ non vrgent, iuxta illud Euangelij, *ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Et quia in cordis penetralibus latentia nequeunt testibus probari: sed proprio dicto statur, vbi non sunt vehementissimæ coniecturæ oppositum suadentes, vt probauimus *lib. 9. de matrim. disput. 32. num. 5.* Et hoc quidem placet, quia ex coniecturæ vehementiores sunt, quàm oppositæ: atque ita docent Gloss. [illegible]

Hostiens. *fine.* [illegible]

Addique Ho[illegible]

dendum.

15 Quod si in hoc dubio mali, an potiùs boni animi superior denegaret licentiam malum animum diiudicans, aut non bonum sibi persuadens, non standum est iudicio subditi, vt statim ei transire liceat: nec etiam superioris denegantis, sed eius superioris iudicium spectandum est, ad quem, vt ad superiorem prouocari debet; sicut contingit, quando religiosus malè, & contra ius vexaretur. Et idem dicendum est, quando dubitatur, an religio sit arctior, necne; & ita intelligi debet textus *eo. c. licet. vers. si verò.* ibi. *si verò probabilius dubietur vtrum quis velit ad ordinem arctiorem, aut laxiorem ex charitate, an ex temeritate transire, superioris est iudicium requirendum, ne fortè Angelus Satanæ in lucis Angelum se transformet.* Sic docent Innocent. *ibi. num. 2. fine.* Abbas *num. 5.* Henric. *num. 11.* Hostiens. *sum. tit. de vot. num. 7.* Astens. *sum. 1. part. lib. 1. tit. 20. art. 10. quæstione. 1. & 2.* Rosell. *verb. religio. 4. num. 2.* Angelus *verb. religiosus. n. 14.* Sylvest. *verb. religio. 4. quæst. 1. notab. 1. & quæst. 2.* Abulens. *c. 30. Numero. quæst. 73.* Tabien. *verb. religio. Num. 24. & 25. quæst. 23. & 24.* Antonius Cucus *lib. institution. maior. tit. 1. n. 132.* Azor *lib. 12. institution. moral. c. 14. q. 1.*

16 Ex quo deducitur, in dubio hoc boni animi, an potiùs leuitatis, aut an religio, ad quam fit transitus sit strictior, non integrum esse religioso transire denegata licentia per superiorem, sed ad licitum transitum, oportere vt ab eo, vel ab alio superiore, ad quem prouocatur, obtenta licentia fit. Constat, quia *eo. c. licet. vers. tales ergo*, tantùm concedimus facultas transeundi, quando superior proterue, & malitiosè hanc licentiam denegat, cùm constat de bono petentis animo, ac de maiori religionis alterius aufferitate. Quando verò alterutrum horum est dubium, dicitur *eo. c. licet. vers. si verò probabiliter.* iudicium superioris esse requirendum, & non dicitur solum consilium. Ergo tunc necessaria est licentia obtenta; alias non oporteret superioris iudicium requirere: & ita colligitur ex doctrina allegata num. præced. & docet Caiet. 2. 2. q. 189. *art. 8. paulo post princ.*

17 Tandem dubitatur, an fas sit alicui religionem laxiorem ingredi eo animo, vt in ea literas addiscat, eo quod sit in ea addiscendi opportunitas, vt vbi doctus euaserit, transeat ad strictiorem, vt ad Carthusum: aut saltem an id liceat, quando huiusmodi animus dubius est. In nemine inueni quæstionem hanc: & hic iustè procedere videtur, quia vtitur iure suo, quod habet transeundi quocumque tempore ad strictiorem religionem; verumtamen loqui possimus in triplici casu. Primus est, quando ante nouitiatus ingressum adest hic animus certus, aut saltem dubius. Secundus, quando tempore nouitiatus superuenit. Tertius, quando post professionem, aut post vota biennij in Societate Iesv, huiusmodi animus incipiet. Et quidem in primo casu existimo id esse contra iustitiam, ac proinde teneri illum, qui cum eo animo ingrederetur, expensas omnes restituere religioni laxioti, deductis debitis ministerio religioni per ipsum exhibito. Quando autem stipendium ei debeatur ministerio, dicemus c. 10. huius lib. num. 1. Ducos, quia est ius habeat quocumque tempore transeundi ad religionem arctiorem; at non habet ius ingrediendi religionem laxiorem fraudulenter, & absque firmo permanendi in ea animo; & nulla religio conscia eius fraudis, & intentionis non permanendi, sed ad aliam transeundi, eum admitteret. Secus esset, si ingrederetur animo firmo perseuerandi in illa, sub ea tamen conditione, nisi Deus tanfitum ad arctiorem religionem inspiraret: quippe hic recta intentione ingreditur, nec vllam fraudem committit, nec eius intentionis conscia religio, eum expelleret. Et confirmatur, quia acceptans parochiale beneficium firmo animo intra annum assumendi sacerdotij; prout [illegible] tenetur, sub ea conditione, nisi [illegible] quidquam contigerit; non tenetur fructus restituere, nec alicuius culpæ reus est, eo quod non præsta sit intentio, vt probauimus *lib. 7. de matrim. disputatione 45. num. 10.*

18 In secundo casu, nempe, si animo perseuerandi ingrediatur, & postea in religione illam mutet, proponens firmiter, absolutis studiis, cùm sibi iam opportunius erit, transire ad aliam arctiorem religionem; aut saltem dubius sit, si ante professionem id accidat, vel vota biennij in Societate Iesv, per quæ verus fit religiosus; eredo idem dicendum, quod diximus, quando ante ingressum eo animo affectus esset, cùm tunc temporis dicatur verè ingrediens, & antea tantùm esset experiens, an sibi expediret ingredi. Quare sicut non potuit cum hoc doloso animo nouitiatum capessere; ita nec poterit verè ingredi per professionem, aut ea vota.

SVMMA

SVMMARIVM.

Quæ dicatur absoluè perfectior religio. n. 19.
An iura concedentia hunc transitum, attendant, an religio sit perfectior, an solum, an sit strictior; referuntur quædam sententia. n. 20.
Explicatur sententia authoris. n. 21.
An exigatur causa iusta, & dispensatio ad transeundum ad religionem arctiorem, quæ in se non est perfectior? n. 22.
Ad diiudicandum, quæ religio sit austerior, an sola regula, vel constitutiones ei superadditæ spectandæ sint? n. 23.
An spectanda sit perius præsens observatio, quàm rigor regulæ, & an solæ corporis asperitates considerandæ, an etiam rigor obedientiæ, & paupertatis? n. 24.
An ad transitum in hoc casu requiratur, vt non sit spes reformationis, nec Cœnobium in prouincia, in quo rigor regulæ obseruetur? n. 25.
An exigatur ad hoc dispensatio, aut iudicium superioris, & licentia ab illo obtenta? n. 26.
Quid in dubio, an religio sit arctior, necne? n. 27.
An liceat transitus à Societate IESV, vel ab alia religione Mendicanti, ad aliam Mendicantem, vel ad quamuis aliam? n. 28.
An liceat transitus à Carthusia ad Mendicantes? n. 29.
An etiam, in foro conscientiæ liceat transitus ab ordine Minorum, ad Carthusiam, & quando est priuilegium Sedis Apostolicæ ad transitum, sit tutus transitus? numero 30.
Quæ liceat transitus à Societate IESV ad Carthusiam, & an, in liceat, tutus, quoties, & quid de aliis religionibus? num. 31.
Posita inuenies alia summaria.

19 QVÆSITO tertia. An dum ius concedit transitum ad perfectiorem religionem, intelligatur nomine perfectionis, quæ absolutè, & in se perfectior est, & fructuosior, an quæ sit arctior, seuerior, & durior? Ad cuius intelligentiam præmittendum est ex doctrina D. Dionysij communiter recepta, c. 7. *de diuin. nominib.* quem refert, & sequitur D. Thom. 2.2. *q.* 188. *art.* 6. Paludan. 4. *distin.* 38. *q.* 3. *art.* 1. *num.* 11. D. Anton. 3. *part. tit.* 16. *c.* 4. §. 4. & latissimè alijs citatis Manuel Rodrig. *qq. regular. tom.* 3. *q.* 48. *art.* 1. maiorem religionis absolutam perfectionem petendam esse ex fine, ad quem religio illa ordinatur, & ex proportione mediorum, quæ ad illum obtinendum ponit. Quare cùm attendere saluti animarum prædicando, & docendo, sit altissimus omnium finis, & ad quem Schola Christi Seruatoris nostri instituta est, & ad quem munus Episcoporum dirigitur, ea erit inter religiones absolutè perfectissima, cuius ex sua principali institutione hoc munus proprium est, quamuis in externis corporis austeritatibus ab alijs excedatur. Et ideo Palud. & D. Anton. *ibidem* contendunt, ordinem Prædicatorum, vtpote qui ad hoc munus principaliter institutus

20 Hoc supposito, duplex est sententia. Prior ait, huiusmodi transitum iure concedi ratione perfectioris, ac fructuosioris religionis, & non ratione asperioris instituti. Ducitur primò ex *c. licet de regularib.* vbi hic transitus conceditur, & fit mentio melioris vitæ, vt *vers. milies ergo*, sic dicitur; *libere potest sanctiorem vitæ propositum adimplere*; & *paulo ante vers. ad frugem melioris vitæ valeat. transmigrare* Ergo ad maiorem perfectionem absolutam iura attendunt. Secundò, quia *ea. c. licet. 2. vers. si verò.* probabiliter denegatur Episcopis licentia transeundi ad religionem absque speciali indulto Pontificio, ea ratione tradita quod communis vtilitas, cui Episcopatus deseruit, priuato bono anteferenda sit: & eadem ratio militat in transitu religionis principaliter attendentis proximorum salutem ad religionem in solis corporis asperitatibus excedentem. Tertiò, quia descensus reputatur, & non progressus, quoties à meliori, & perfectiori absolutè vita transitur ad absolutè imperfectiorem. Quartò, quia *c.* 2. 19. *q.* 3. interdicitur canonicis regularibus transitus ad monachos, cùm tamen horum regula sit arctior, vt habetur *c. quod Deo timorem, ad finem de stat. monachor.* quod ob aliam rationem non fit, nisi quia institutum canonicorum regularium est ad altiorem finem, nempe ad vacandum ministeriis ad proximorum salutem spectantibus. Et ideo hanc sententiam, quæ valde probabilis est, sustinet, licèt non ita clarè, D. Tho. 2.2. *q.* 189. *art.* 8. & ipsum sequuntur Paludan. 4. *distin.* 38. *q.* 2. *num.* 17. & *q.* 3. *art.* 1. *num.* 11. Turrecrem. *c.* 1. *num.* 1. *vers. primò quidem.* 19. *q.* 3. D. Anton. 3. *part. tit.* 16. *c.* 4. *in princ. vers. potest tamen.* & §. 4. Rosel. *verb. religio.* 4. *num.* 1. Sylvest. *verb. religio.* 4. *q.* 1. *notab.* 3. & *quæst.* 2. *fin.* & *quæst.* 8. Tabien. *verb. religio. quæst.* 22. *num.* 24. Nauarr. *commentar.* 4. *de regularibus. num.* 2. & 3. Anton. Cucus *libro* 3. *institution. maior. tit.* 1. *numero* 136.

21 Posterior sententia, cui tanquam probabiliori accedo, ait, non attendi in hoc transitu vtra religio sit in ordine ad suum finem perfectior, & fructuosior, sed an sit asperior, arctior, ac durior. Ducor ex *c. licet, de regular. paulò post princ.* ibi. *Arctioris vitæ præsertim*; & ad finem ibi; *vt apud eos vitam. diceret arctiorem.* & clarius 2. 2. 20. *q.* 4. dicitur sic ex Concil. Tribulien. *Virgines sacræ si pro lucro animæ suæ propter disciplinam vitam ad aliud monasterium pergere disposuerint, Synodus concedit.* Secundò, quia ex tranag. *Viam de regular.* concediturtransitus ab omnibus mendicantibus ad Carthusiam; & in omnibus religionum priuilegiis denegantibus transitum ab illis ad aliam religionem, semper excipitur Carthusia; cùm tamen hæc non sit perfectior cæteris quoad finem, vtpote quæ nullatenus est instituta ad vacandum saluti spirituali proximorum, sed solè orationi, & silentio, cum arctissima clausura. Ergo iura non eum finem respiciunt, sed solam maiorem asperitatem. Tertiò, quia huiusmodi transitus iure videtur esse concessus ob tutiorem vitæ rationem, quæ in maioribus asperitatibus reperitur. Vbi autem ea est religio, videtur esse tutior, quamuis alia sit in se perfectior, & fructuosior. Tandem, quia Prælati cuiuslibet religionis prætendunt suam esse cæteris perfectiorem in ordine ad suum finem fructuosiorem; & ita transitus hic multis litibus esset expositus. Quæ autem sit asperior facili negotio constat. Nec obstant in contrariū adducta, quia idem textus in fine explicuit, quam religionem appellant sanctiorem, vt liceat hic transitus, sic dicens, *vt apud eos vitam diceret arctiorem.* Ad secundum dic, id speciale esse in Episcopis ob bonum commune, quod non ita versatur in transitu peculiaris religiosi ad aliam strictiorem religionem; & ita parochius, quod munus est saluti proximorum spirituali incumbere, integrum est ad religionem absque aliqua dispensatione migrare. Ad tertium negatur reputari descensum, quando religio aliam asperitatibus corporis excedit, ac tutior procurandæ propriæ saluti reputatur. Ad ...n dic, eum transitum interdici quoties non ad maioris progressus, sed temeritate, & Iesuitae quadam, vt docet Glossl. *d. c. licet. verb. licentiam.* Et ideo hanc sententiam sustinent Ioan. Andre. *c. sani. num.* 8. *de regular.* & ibi Anton. *num.* 7. Anchar. *num.* 6. Abbas *in* Cardin. *q. vlt.* Hentic *num.* 16. Rosel. *verb. religio.* 4. *num. fine.* Angel. *verb. religiosus. num.* 34. Passarell. *in princip. Minor. c.* 39. Leonard. *lib.* 2. *de inst.* 41. *dub.* 13. *num.* 120. Azor *tom.* 1. *institution. moral. lib.* 12. *c.* 14. *q.* 2. Manuel *qq. regular. tom.* 3. *q.* 52. *art.* 4. & hanc sententiam videtur amplecti lex Regia 9. & 10. *tit.* 7. *partit.* 2. ibi. *A vera ordenanza affera.* & ibi; *Mas estrecha vida*: vt bene aduertit Gregor. Lopez *eod. l.* 9. *vers. mas fuerte.*

Non tamen approbo quod ait Leonard *ex. dub.* 13. *num.* 22
102. nempe, quando religio est absolutè perfectior, fieri commutationem in melius, in qua nulla opus est relaxatione; quādo verò solùm est arctior, fieri aliquā votorum relaxa

relaxationem, quia liberatur religiosus ille obligatione operum perfectiorum, eāque commutantur in obligationem operum pœnitentiæ, quæ minus sunt perfecta, quāuis illi ob fragilitatem magis salutaria. Quare concludit exigi iustam causam ad hanc relaxationem. Sed hoc non placet; quia textus *d. c. licet*, decidens transitū hunc esse licitum, nulla relaxatione vtitur: immo illum tanquam à Spiritus sancti instinctu ex maioris perfectionis zelo procedentem laudat; ideoque non impediendum esse ait, ne Spiritui sancto resistatur: & solùm eum damnat, quando ex Iesuitate, temeritate, aut alia animi perturbatione procedit. Ergo sentit priora vota religionis laxioris commutari tunc in maius bonum, & proinde nulla alia causa opus esse. Sed reputat textus præponderare in hoc peculiari religioso maiorem religionis, ad quam transit, arctitudinem perfectiori alterius religionis fini.

23 Insuper ad diiudicandum, quæ religio sit arctior, & asperior, non solùm primæua regula spectanda est, sed constitutiones quoque regulę postea adiectæ, & si ex his redditur arctior, quām alia ex primæua sua regula strictiori, dicetur absolutè arctior, vt transitus ad illam permittatur. Nec obstat, eas constitutiones posse tolli; nam dum non tolluntur, ea vita asperior est; ac ita docent Ioan. Andre. *c. sani. num.* 1. & 3. *de constitutionibus.* Anchar. *num.* 4. Cardinal. *q.* 2. Abb. *num.* 5. idem Cardinal. *c. ad nostram. num.* 2. & 3. *de appellat.* & ibi Abb. *num.* 6. Præposit. *num.* 8. idem Anchar. *Clemens. 1. num.* 4. *notab.* 3. *de regularib.* & ibi Imola *num.* 9. Probus *additionib. ad Menochum. c.* 1. *num.* 20. *de regularib. in* 6. Lapus *allegat.* 61. *quidam Francisc.* aliàs 62. *num.* 5. & ibi Mandos. *in addition. lit. I.* & *allegat.* 130. *pro dubij propositi.* aliàs 135. *num.* 1. & ibi Mandos. *in addition. lit. C.* Cassan. *cons.* 20. *num.* 25. & 26. Rosel. *verb. religio.* 4. *num.* 8. Angelus *verb. religiosus. n.* 34. Sylvest. *verb. religio.* 4. *q.* 6. Manuel Rodrig. *qq. regular. tom.* 3. *q.* 52. *art.* 5.

24 Similiter non sunt spectandæ regulæ, & constitutionum institutio, & asperitas, sed præsens obseruantia. Quare etsi ex regula & constitutionibus laxius sit alicuius religionis institutum, arctior tamen præsens viuendi modus, quod alia religio ex se arctior sit collapsa, & relaxata; illa religio dicetur arctior, quām hæc tam collapsa. Vnde ab hac collapsa ad illam erit trāsitus, & non è contrā. Constat ex *c. sani. de regular.* ibi; *si locum, vbi nunc permanet, maioris religionis, quām Ecclesia Aromatensis existat.*; vbi textus non ponderat qualis fuerit prior regula, sed qualis sit præsens obseruātia. Et ratio est, quod transitus hic permittatur ad ducendam strictiorem vitam; id enim desiderium præsumitur à Spiritu sancto procedere. *c. licet. de regular.* Ergo attendendus est præsens viuendi in ea religione modus. Confert etiam ad hoc *l. leuissima. 35. ff. de condition. & demonstration.* ibi; *leuissima libertatis conditio ea intelligenda est, quæ ad libertatem perducit, quamuis natura grauior, & durior sit.* Atque ita docent D. Tho. 2.2. *q.* 189. *art.* 8. ...stent. *ibi p. quia post p.* ... Cardinal. *num.* 1. *notabil.* 2. & *cons.* 20. *pro concessione præmisso. num.* 2. idem Abb. *d. c. licet. num.* 7. & *c. ad nostram. num.* 6. *de appellat. & cons.* 95. *num.* 2. *volum.* 1. Archidiac. *c.* 2. *n. omnes.* 19. *q.* 5. & ibi Bellamer. *statim in princ.* & ibi Turrecr. *c.* 1. *num.* 1. Felin. *eodem c. ad nostram. num.* 6. *fine.* & ibi Deci. *in nou. edit. num.* 26. Dominic. *c. ne cui. dist.* 15. Fabet. 5. *penult. num.* 3. *instit. de hæredib. institutis.* D. Anton. 3. *part. tit.* 16. *c.* 4. §. 4. Rosell. *verb. religio.* 4. *num.* 8. Angel. *verb. religiosus. num.* 34. Sylvest. *verb. religio.* 4. *q.* 2. & 6. Tabien. *verb. religio. q.* 25. *num.* 24. Maior 4. *dist.* 38. *q.* 1. *in arg. com.* 2. & 3. *conclus.* Gregor. Lopez *l.* 9. *vers. mas fuertes. tit.* 7. *part.* 1. Nauar. *commentar.* 4. *de regular. num.* 3. Cordub. *in regul. D. Franc. c.* 2. *q.* 19. *punct.* 2. Anton. Cucus *lib.* 3. *institution. maior. tit.* 1. *num.* 113. Leonard. *lib.* 2. *de inst.* 41. *dub.* 13. *num.* 101. Azor *lib.* 12. *institution. moral. c.* 14. *quæst.* 5. & 8. Manuel Rodrig. citatus *ex art.* 5. Quod quidem verissimum est, quamuis Gigas *in addit. ad Deci. ex. c. ad nostram. fit. A.* dicat hoc sibi olim displicuisse, & nunc dubium videri, quippe non inspicitur quod sit, sed quod fieri debet. *l. sed licet. ff. de offic. Prætor.* Sed hoc non obstat; nam quoad obligationem, & culpam omissionis non attenditur quod sit, sed quod fieri debet. At ad diiudicandam religionem strictiorem, & hic, & nunc aptiorem perfectiori viuendi modo, spectatur præsens vita, & non vetus institutum iam collapsum. Insuper non solæ externæ corporis asperitates spectandæ sunt, sed rigor obedientiæ, & paupertatis, & abnegatio propriæ voluntatis, quæ strictè in aliqua religione obseruantur, quia hæc asperiorem reddunt religionem, & præponderant multis corporis asperitatibus. Vnde hæc mutuò conferenda sunt, vt maior religionis austeritas diiudicetur.

Vt tamen permittatur transitus à religione ex suo instituto, & constitutionibus strictiori, ad arctiorem iuxta solum præsentem viuendi modum, exigitur, vt non sit in prouincia aliud eiusdem religionis Cœnobium, in quo sit arctior instituti obseruatio, nec subsit probabilis spes pristinæ vitæ formulæ in ea religione reuocandæ, vt bene docent Ioan. Andre. *eo. c. sani. num.* 3. & ibi Cardinal. *quæst.* 3. Abb. *num.* 7. Anchar. *num.* 4. Angel. Tabien. Sylvest. Gregor. Lopez, Cordub. Azor *quæst.* 8. & Manuel Rodrig. allegatus n. præcedenti. 25

Immo & tunc requiri dispensationem superioris affirmat Anton. à Cordub. allegatus num. 25. quia est transitus à meliori bono ex voto debito, ad minus bonum. At hoc non credo; & expresè significant D. Thom. Turrecrem. & Nauarr. allegati eo. num. 25. & D. Anton. 3. *part. tit.* 16. *c.* 4. *in princ. vers. secundo propter.* & Caiet. 2.2. *q.* 189. *art.* 8. *paulò post princ.* Vbi dicunt, in hoc casu desiderari iudicium superioris, sicut in casu dubio diximus num. 15. & 16. ad hunc transitum faciendum; cùm tamen statim subdant, exigi dispensationem quando ad minus strictam omnino religionem transitus; & ideo clarè sentiunt id superioris iudicium non esse dispensationem quandam. Atque eodem modo loquuntur Ioannes Andre. & Cardinal. proximè allegati, dicentes exigi superioris iudicium, qui iudicet, an aliquod sit monasterium in ea prouincia obseruans pristinam regulam, & an omnino desperetur reformatio, quæ sunt conditiones petitæ ad hunc transitum. Vnde sicut in hoc casu dubio diximus num. 15. non sufficere licentiam à superiore petitam ad transitum; sed desiderari, vt ea obtineatur: ita in præsenti casu dicendum est, vt bene docet Caiet. *ibidem.* Et ratio est, quia transitus hic non est ad melius absolutè, sed ad melius in quodam casu. At superioris est iudicare, quid in peculiari casu agendum sit.

In dubio autem, an religio sit arctior, necne, quid 27
agendum sit explicuimus in hoc c. n. 15. & 16.

Ex his deducitur, quid in ea quæstione dicendum sit, 28
an liceat transitus ex vna religione mendicanti in alium ordinem monasticum? Et quidem si spectemus solam religionis ipsius asperitatem, & austeritatem *c. licet, ac regular.* concedentis transitum ad religionem strictiorem à minus stricta; absque dubio liceret transitus ab vna mendicanti in aliam strictiorem, licèt non mendicantem, aut mendicantem, quia non dubium est, quin inter ipsas quædam sint strictiores aliis. Atque ita Paludanus *in* 4. *distin.* 38. *q.* 3. *art.* 1. *num.* 11. & D. Anton. 3. *part. tit.* 16. *c.* 4. §. 4. Sylvest. *verb. religio.* 4. *q.* 6. asserunt, à religione fratrum Prædicatorum ad nullam concedi transitum; bene tamen ab omni alia ad illam: & Passarell. *in princ. Minor. c.* 39. asserit, attento iure communi, ab omnibus religionibus ad suam, nempe Minimorum, esse transitum, & à sua ad nullam, quia omnium, vt ipse credit, est strictissima ob votum quadragesimalis vitæ, vt dicit expresè Iulius II. in ipsorum priuilegiis, & D. Bonanent. *in expos. reg. Minor. c.* 2. *q.* 12. & 13. *tom.* 1. & Cordub. *in tad. reg. c.* 2. *q.* 17. *punct.* 1. contendunt, à religione Minorum

rum ad nullam esse transitum, à cæteris tamen ad illam posse transiri. At in extravag. *Viam, de regular.* expressè interdictum est sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Pontifici reservatæ, quam incurrunt tam recipientes, quàm recepti, ne transitus fiat à quacumque religione mendicanti ad quamcumque aliam, præterquàm ad Carthusiam. Fundamentum huius decisionis videtur esse; nam, vt ait Suar. *tom. 2. de relig. tract. de vot. lib. 3. c. 6. num. 24.* vix iudicari potest, religionem illam esse perfectiorem, ad quam transitus prohibitus est, sed supponitur esse saltem quamdam æqualitatem, vel non esse tantam distantiam, quin, omnibus pensatis, melius sit in incepto statu perseverare: & addit, posse eam prohibitionem fundari in maiori vtilitate, & commodiori, in ordine ad bonum commune, & quietem, & pacem religiosorum, & ideo esse iustam, etiamsi in particulari constet transitum prohibitum esse ad perfectiorem; & confirmata est hæc prohibitio sub excommunicatione in tegr. 25. Cancellariæ. Qui autem intelligantur nomine Mendicantium, dicemus num. 121. Et etiamsi non omnes recipientes in hac excommunicatione comprehendantur, sed solùm quidam ordines ibi expressi, vt bene Suar. *3. tom. in 3. part. disputat. 22. sect. 5. num. 17.* at in Societate IESV per concessionem Pij IV. & Pij V. extensa est hæc censura reservata, tam respectu transeuntium, quàm recipientium, respectu quorumvis ordinum, de mpto Carthusiensi; & vt bene notat ibi Suar. *num. 21.* potest Generalis Societatis IESV absolutere ab hac censura, tam religiosum suum apostatam, quàm alios eum recipientes: quia Pius IV. & Pius V. indistinctè huius censuræ absolutionem concesserunt Generali Societatis IESV. Et quamuis aliquis posset contendere, huic decisioni non esse locum, quando non ex temeritate, sed ex bono zelo fieret transitus: sic enim intelligenda esse huiusmodi privilegia, iuxta *d. c. licet, de regularib.* ostendimus num. 10. & poterit quoque sumi ex proœmio ipsiusmet extravag. ex quo ratio finalis decreti deducitur, vbi testatur Pontifex, velle se viam præludere huic transitui, fucatis coloribus melioris vitæ prætenso. At existimo, ex nulla causa licitum esse huiusmodi transitum; quia *c. licet, de regular.* dum declarat transitum ad arctiorem religionem interdictum intelligi, quando causa levitatis fit, loquitur de privilegiis interdictis huiusmodi transitum, & non de iure communi, quale est prædicta extravagans; nec enim eadem est ratio, quia ius commune maturiori consilio præsumitur editum, & favorabilius est, quàm privilegia specialia. Præterea, quia in eadem extravaganti in proœmio non sola ratio obtendi fucatis strictioris vitæ coloribus traditur, sed additur alia his verbis: *de voluntate etiam conservationis ordinis monasticorum prouidere*; quæ militant in transitu facto ex quocumque fine. Tamen quia Pius IV. & Pius V. in suis literis Apostolicis concesserè Societati IESV (vt [illegible] videtur in eius privilegiis. *verb. apostat. §. 4.*) ne al-

[illegible] privilegio gaudent omnes Mendicantes per participationem, vtpote quæ in eo non est interdicta. At quando privilegium expressè dicit exigi licentiam obtentam non est locus interpretationi textus *de licet.*, vt intelligatur, quando transitus ex levitate fit, sicut num. 10. probauimus. Et quamuis Gregorius XIII. in concessione anni 1582. declarans in Societate IESV sufficere licentia Præpositi Generalis, vt professi illius transeant ad alia religionem, interdixerit communicationem huius privilegij alis Mendicantibus: sed hæc restrictio solum deseruit ad hoc, vt virtute illius indulti non sufficiat alius religionibus consensus solus superioris, de q dicemus num. 66. nam in priori indulto Pij IV. & Pij V. vt bene notat Suar. *5. tom. in 3. part. disputat. 22. sect. 5. n. 19.* dicebatur esse necessariam licentiam superioris, indultum Papæ censeretur subrepitium; non tam dicebatur sufficere licentiam superioris absque indulto Sedis Apostolicæ.

Secundò deducitur, an verum sit quod quidam Doctores dicunt, nempe, posse transiri à Carthusia ad ordinem Prædicatorum perfectè suam regulam observantium: qui sunt D. Anton. & Sylvest. num. præcedenti allegati, testantes in Academia Parisiensi fuisse id sententia Theologorum, & canonici iuris Doctorum decretum; atque ex Carthusia ad quemcumque ordinem mendicantium posse tuta conscientia hodie transiri, dummodo fiat id studio, & amore vitæ melioris, & citra omnem offensionem, & lites vtriusque religionis, tradunt Nauar. *lib. 5. consil. in 1. edit. consil. 68. fine. & in 2. consil. 63. fine.* Manuel Rodrig. *2. tom. sum. c. 6. num. 9.* Leonard. *lib. 1. de inst. c. 41. dub. 13. num. 100. fin.* & Cordub. num. præcedenti allegatus ait, à Carthusia ad Minorum religionem posse transiri: & D. Bonauent. *in qq. super regulam Minorum. q. 12.* relatus etiam num. præcedenti ait, posse ab omnibus religionibus ad Minorum ordinem transiri. Sed nullatenus hoc credo: existimoque à Carthusia ad nullam religionem transiri posse: quia in Extravag. *Viam, de regular.* & in omnium religionum privilegiis conceditur transitus ab omnibus religionibus ad Carthusiam, & nullibi legitur concessus transitus à Carthusia ad quamcumque aliam; quod euidenter indicat Carthusiam existimari à Sede Apostolica omnium religionum absolutè, & simpliciter strictissimam; cuius iudicio standum est: non enim ad hoc exigitur, vt in omnibus sit cæteris arctior; constat enim in aliquibus religionibus esse aliqua arctiora. Sed satis est, vt omnibus pensatis sit arctior; quod vtique Carthusia habet, vtpote quæ in nullo vnquam euentu carnibus vescitur, perpetuo choro, & silentio, perpetuæque clausuræ, velutì cuidam carceri perpetuo, & aliis perpetuis pœnitentiis astricta est. Quæ austeritates coniunctæ præponderant quibusdam peculiaribus aliarum religionum austeritatibus, quas Carthusia non obseruat. Atque ita hanc partem tuentur Azor *tom. 1. lib. 12. institut. moral. c. 14. fine.* Manuel Rodrig. *tom. 3. qq. regular. q. 52. art. 19.* & alij.

Tertiò deducitur, non esse tenendum quod ait D. Bonauentura *qq. super regulam D. Francisc. qu. 8. 13.* vbi ait, à religione Diui Francisci ad nullam posse licitè transiri; & quod ait Cordub. *in eadem regulam. c. 2. quæst. 17 punct. 3.* nempe, decisionem extravag. *Viam, de regular.* concedentis Mendicantibus transitum ad Carthusiam, procedere in solo foro externo, quod Ecclesia præsumat Carthusiam cæteris religionibus strictiorem esse. At hoc nullatenus dicendum; sed eam decisionem in vtroque foro locum habere, tum ob dicta num. præced. tum etiam, quia laqueum inicerent conscientiis concedere absolutè transitum, si in solo foro externo is esset licitus, quippe Mendicantes ea decisione nixi transirent absque scrupulo ad Carthusiam, cum tamen in fo[illegible] esset vulgus. Atque ita tenent Manuel *ex regularib. tom. 2. quæst. 22. art. 18.* & optimè Nauar. *lib. 4. consil. 14. num. 3. in 2. edit. de regularib. consil. 35. num. 3.* ait, non oportere, vt consulens sit solicitus & laboret ad iudicandum, vita religio sit arctior, sed de his satis fore ad conscientiæ tranquillitatem id supponi à Sede Apostolica transitum concedenti. Hic etiam addendum est, Clementem VIII. in constitutione edita anno 1596. & Paulum V. alia edita anno 1608. prohibuisse fratribus Beatæ Mariæ de mercede, ne prætextu quarti voti quod emittunt, recipiant fratres Minores, nec alios strictioris regulæ, declarantes strictiorem regulam esse declarandam alia ratione, quàm respectu quarti voti prædicti, frantesque professionem recepti contra has constitutiones.

Id demum observandum est, Pium V. vivæ vocis oraculo concessisse Societati IESV (sicut constat ex eius privilegiis. *verb. apostat. §. 11.*) vt si quis ex illa ad Carthusiam transire vellet, ires ei menses ad transitum præscribantur, intra quos si non ingrediatur, vel non admittatur, vel non perseueret, teneatur redire, nec ei amplius liceat ad Carthusiam transire absque Generalis Præpositi consensu, sub pœna excommunicationis latæ, & censuratum ac pœnarum, quas apostatæ incurrunt, quarum absolutio reseruatur Pontifici, vel Generali Societatis IESV; quod per Breue suum confirmauit, ac denuo concessit Gregor. XIII. interdixitque præsentis gratiæ communicationem omnibus aliis Mendicantibus qui sua priuilegia cum Societate participant, vel participare poterunt. Atque proinde transitus ab aliis religionibus, excepta Societate, ad Carthusiam licitus est, non solùm semel, sed iterum, & iterum, cùm nullo iure interdicatur, nec hoc priuilegio cæteræ religiones gaudeant. Deinde aduertendum est, per priuilegium concessum à Sanctissimo Domino nostro Paulo V. anno 1610. 3. Apilis Carmelitis discalceatis, quo etiam gaudet Societas, iuxta concessionem illi factam à Pio V. nullum è Societate posse transire ad Carthusiam sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, nisi petita, & obtenta licentia à superioribus, quam licentiam sibi Generalis reseruauit.

Quis Prælatus possit concedere licentiam transeundi ad laxiorem religionem? n. 70.
Et quis in Societate IESV? n. 71.
Quæ sunt legitimæ causæ ad hunc transitum? n. 72.
An si minor fuit professus, desideretur leuior causa? n. 73.
Licentia absolutè concessa transeundi ad aliam religionem, an intelligatur de laxiori, & an priuilegium, quod aliquem effectum operatur, debeat, ad alios effectus extendi? n. 74.
Licentiam habens transeundi ad laxiorem religionem, an possit ad ordines militares transire? n. 75.
An transiens indebitè ad laxiorem sit apostata, aut incurrat excommunicationem dimittentium habitum, & si legitimè ad aliam transit, indigeat nouis anno nouitiatu, & professione, vt valeat licentia impetrata, tacendo habitum dimissionem, & an eicti possint absque alia licentia ad laxiorem religionem transire? n. 76.
Quando dubium est, an legitima sit transeundi licentia, vel constet esse illegitimam, quod medium adhiberi possit? num. 77.
An sufficiat licentia petita, & non obtenta in transitu ad religionem æquè strictam? n. 78.
An religiosus professus ad chorum possit deputari ministerio laicorum auctoritate Prælati, & subinde liber maneat à recitandi obligatione? refertur quædam sententia. n. 79.
Explicatur sententia authoris. n. 80.
Quis Prælatus hoc possit, & an sit necessarius eiusdem consensus, & causa iusta, & voluntas ipsius professi? n. 81.
An transeuntem cum legitima licentia ad aliam religionem possit Prælatus admittere animo non retinendi eum, sed dandæ licentiæ manendi extra claustrum? n. 82. & 83.
Et ibi declaratur Tridentinum sess. 14. cap. 11. de reformatione.
An possit iis transitus concedi licentia standi extra claustrum in iis casibus, in quibus proprii religiosi alumnis concedi possit? n. 84.
An monachus translatus ad aliam religionem, vt sit Prælatus illius, maneat finito officio monachus prioris? n. 85.
An monachus transitus ad aliam religionem, debeat fidere iuxta antiquitatem prioris professionis? n. 86.
An teneatur ad vota peculiaria emissa in priori religione? num. 87.
Postea inuenies alia summaria.

QVÆSTIO quarta. Qualis licentia superioris desideretur ad transeundum ad arctiorem religionem, & quis sit hic superior. Qua in re textus *c. licet, de regular.* decidit petendam esse licentiam à Prælato; at non esse necesse, vt ea obtineatur, sed ea iniustè denegata, liceat transire: quod intelligendum est iuxta dicta num. 16. & num. 27. quando constat in volente transire animum maioris perfectionis quærendæ adesse, & religionem ad quam transitur, esse strictiorem. Nec audiendi sunt quidam, quos tacito nomine refert Manuel Rodrig. *qq. regular. tom. 3. quæst. 52. art. 3.* qui dicunt hoc procedere in foro externo; at in foro conscientiæ non esse licitum [illegible] Quos iure optimo ibi improbat; nam textus ille nulla præsumptione nititur, sed consulens bono religiosi anhelantis ad maiorem perfectionem, concedit eum transitum; quod minimè præstaret, si non redderet eum in foro conscientiæ tutum.

Hinc primò deducitur, minus bene Abbatem antiquum, & Petrum (vt refert alter Abb. *d. c. licet. num. 10.*) asserere, non ex necessitate, sed ex solo honestatis debito petendam hanc transeundi licentiam. Ducuntur ex testimoniis, quæ textus ille adducit ad probandum hunc transitum licitum esse, nempe; *Vbi spiritus Dei est, ibi libertas.* &, *qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege.* Immo ait Petrus non esse vsu receptum, vt ea licentia petatur. At dicendum est, eam licentiam esse necessariò petendam, vt constat ex verbis, & ex ratione, quam subdit textus *de licet. verf. quæ vero*, ob quam hanc licen-

An necessarium sit peti, & obtineri licentiam, vt licitus sit transitus ad arctiorem religionem, & id procedat in foro conscientiæ? n. 32.
An ex solo honestatis debito ea licentia petenda sit? n. 33.
An sufficiat peti licentiam post transitum? n. 34.
An petita licentia sit expectandum responsum? n. 35.
De qua re interrogandus sit petens licentiam, & an teneatur causam transitus superiori aperire? n. 36.
An statim denegata licentia sua sit transire, vel sit petenda causa, & an potius à superiore denegante ad alium superiorem prouocandum sit, quamuis in ea religione interdicta sit appellatio? n. 37.
An concedenda sit statim licentia, an potius quærenda sit prius religio strictior volens admittere, & an licentia simpliciter concessa ouerando conscientiam subditi, intelligatur int, vt subditus ille extra religionem viuens maneat sub prioris Prælati obedientia, & ipsi incumbat cura illius? n. 38.
An transiens ad strictiorem religionem admittendus sit absque literis dimissoriis prioris Prælati, atque illis deficientibus, quid faciendum? n. 39.
Quis sit Prælatus ille, à quo hac transeundi facultas ad strictiorem, vel æqualem, vel minus strictam religionem petenda est? referuntur varia sententiæ à numero 40. vsque ad 58.
Explicatur ex sententia authoris, quis superior licentiam concedere debeat transeundi ad strictiorem religionem. numero 59.
Quid si religiosus non sit exemptus, & monasterium arctius sit in alia diœcesi? n. 60.
Quid in mundi voluntè transire ad arctiorem reli[illegible]
An exigatur quoque consensus conuentus? n. 62.
Quis possit licentiam concedere quando is transitus ad strictiorem non bono zelo intenditur? n. 63.
An solus Pontifex possit concedere transitum ad æquè arctum monasterium absque iusta causa? n. 64.
Quid si adsit causa, quæ superior possit? n. 65.
An exigatur consensus conuentus? n. 66.
Ad transeundum ad laxiorem religionem absque causa legitima, an possit Pontifex, & in solus licentiam dare? numero 67.
An si adsit causa legitima possit Prælatus Papæ inferior? & explicatur Tridentinum sess. 25. de regula. c. 19. & extravag. Viam, de regularib. n. 68.
An ea licentia necessario in scriptis danda sit, & præmissa causæ iudiciali cognitione? n. 69.

JUNTA DE ANDALUCIA
NOMBRE DE USUARIO
CONSEJERIA DE CULTURA

tiam peti vult, ibi *subditus cum humilitate, & patientia debet transeundi licentiam postulare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur.* At verbum (*debet*) necessitatem præcepti importat (vt constat ex dictis hoc libro 6. c. 4. num. 36.) & ratio ibi tradita eam quoque indicat; & ita docent Abb. *ibi num.* 10. Cardinal. *num.* 1 *in tabul.* 6. Natar. dicens esse grave peccatum eam non petere, *lib.* 3. *consil. tit. de regular. in 2. edit. cons.* 59. *fin. in 2. cons.* 51. *fin.* atque Ioan. Andre *in c. licet. n.* 5. dicit falsum esse, vsu non receptum esse, vt petatur licentia, & se vidisse seruari, vt petatur. Et culpam existimo fore lethalem, quia res non est levis præsumere contemnere bonum obedientiæ, & magnis vtriusque religionis fitibus, & scandalis causam dare, cùm probabilissimum sit, esse integrum religioni deserta hunc transitum, non petita licentia, reuocare (vt dicemus num. 96.)

34 Secundò deducitur, non satisfieri hanc obligationi petendo licentiam post transitum ad arctiorem religionem, quia quoties in aliquo actu requiritur peti licentia, est necessaria ante actum illum postulanda: atque ita docent Abb. *in c. licet. n.* 11. Rosell. *verb. religio n.* 4. *num.* 4. Angel. *verb. religio n.* 35. Azor *lib.* 12. *inst. moral. c.* 14. *q.* 8. *fine.*

35 Tertiò deducitur, non statim ac petitur licentia, fas esse transire ad strictiorem religionem, sed debito tempore expectandum esse superioris responsum; quippe consilium, vel licentiam petere iussus, eodem ire cogitur, debito tempore responsum expectare, vt expressè habetur *c. cum in veteri. ad fin. de elect.* Atque ita docent Ioan. Andre. *d. c. licet. n.* 21. Anton. *n.* 11. Abb. *n.* 8. Cardinal. *n.* 1. *oppositi.* 3. Anchar. *n.* 3. *num.* 7. & *n.* 10. *oppositi.* 1. Rosell. *verb. religio. 4. n.* 4. Angel. *verb. religiosus n.* 35. Sylvest. *verb. religio. 4. q.* 1. *n.* 10. *dub.* 1. Azor *lib.* 12. *institution. moral. c.* 14. *q.* 5. *verb. quæres ex post quam.*

36 Quinto deducitur, subditum transeundi licentiam petentem interrogandum esse à superiori de causa ad transitum inducente, subindeque subditum teneri causam exprimere. Constat ex *cod. cap. licet. verbis. quotiens.* vbi dicitur superiorem teneri concedere hanc licentiam, ne propositum diuinitus inspiratum impedire videatur. Ergo quò deliberet, an licentia postulata denegenda sit, opus est eum certiorem fieri de causa transitus, vt doceat, an propositum illud sit diuinitus inspiratum. Deinde, quia non ex quabibet causa is transitus permittitur, sed cùm ex maioris perfectionis ardore proficiscitur. Ergo opus est de hoc ardore superiorem certum reddi, vt videat, num licentiam concedere iure teneatur. Atque ita docent Innocent. *ex c. licet. n.* 1. & 2. Ioan. Andre. *n.* 1. *verf. postulandam.* & *n.* 6. Hostiens. *num.* 8. *verf. quantum.* Cardinal. *n.* 3. *q.* 6. & 7.

37 Quintò deducitur, non statim ac superior denegat licentiam fas esse subdito transire ad strictiorem religionem, quia potest ex iusta causa denegare: & *cod. c. licet. verf. cuius ergo.* tamen conceditur transitus licentia non obtenta, quando superior proternè, & indiscretè negat, [illegible] *non obstante tamen indiscretia contradictione Prælati.*

gatæ si à licentiæ causam; & si superior eam [illegible] nobit, sibi imputare debet, & licebit iam subdito transire. Et ita docent Innocent. *ex c. licet. n.* 4. Hostiens. *num.* 16. Ioan. Andre. *n.* 9. & 10. Cardinal. *n.* 3. *q.* 14. Similiter licebit subdito statim transire, quàdo superior indicans causam esse iustam, denegat licentiam, vel nihil responder, vel allegat causam denegationis euidenter iniustam; quia tunc iam constat de proterua, & indiscreta licentiæ denegatione. Et ita docent Innocentius *ibi. num.* 2. Hostiens. *num.* 15. Ioan. Andre *num.* 7. Anton. *num.* 6. Abb. *num.* 9. Cardinal. *num.* 3. *quæst.* 8. Anchar. *num.* 5. *not. ab.* 7. & *num.* 10. *oppositi.* 1. Rosell. *verb. religio.* 4. *num.* 3. Sylvest. *verb. religio* 4. *quæst.* 1. *not. ab.* 2. Tabien. *verb. religio. quæst.* 24. *num.* 25. Azor *tom.* 1. *institution. moral. lib.* 12. *cap.* 14. *quæst.* 5. Quod si verisimili causa in denegandi licentia duci videatur, non licet subdito ad religionem transire, sed ad superiorem alium pronocandum est, à quo res hæc decernenda est. Sic Innocent. *ex. num.* 2. Hostiens. *num.* 5. Ioan. Andre. *num.* 7. & 8. Anton. *num.* 8. Rosel. Sylvest. Tabien. & Azor proximè adducti. Quod quidem verum habet, etiamsi in tali religione interdicatur appellatio; quippe intelligitur id interdictum in solis spectantibus ad correctionem: vt bene docet Sylu. *verb. religio.* 4. q. 2.

Sextò deducitur, etsi iusta transitus ad strictiorem religionem causa sit, non statim concedendam esse transitus licentiam. Sed primò quidem religio strictior parata ad recipiendum volentem transire, quærenda est quod si antea ille recedat, est apostata, cùm sub nullius obedientia sit. Et ita docent Innocent. *c. final. num.* 2. *de renunciat.* & ibi Hostiensis *num.* 5. Ioan. Andre. *num.* 7. Anton. *num.* 14. Abb. *num.* 3. Cardinal. *num.* 2. *quæst.* 3. Monach. *c. cum singula. num.* 5. *de præben. in* 6. & ibi Anchar. *num.* 2. Barth. Socin. *consil.* 221. *præsens consultatio. num.* 3. *vol.* 1. Gregor. Lopez *l.* 9. *verb. a era. tit.* 7. *part.* 1. Rebuffus *prax. benefic. tit. de translation. monach. num.* 8. Manuel Rodrig. *qq. regular. num.* 3. *quæst.* 52. *art.* 19. *fine.* Posset tamen superior dare statim ei licentiam exeundi monasterio, vt sub sua obedientia adhuc manens quærat religionem strictiorem. Id tamen non esset consilium, nisi ad maius malum vitandum, quando fuga religiosi illius timeretur. Atque ita tradunt Innocent. Hostiens. Ioan. Andre. Anton. Abb. Cardin. Monach. Anchar. Socin. Gregor. Lopez proximè allegati. Quod si licentia hæc sit simpliciter concessa onerando conscientiam religiosi, ait Socin. *ibidem* censeri datam in casu à iure permisso, nempe, ita vt ille maneat in seculo sub obedientia Prælati concedentis licentiam, quia in dubio potius præsumenda est voluntas actus liciti quàm illicitè faciendi *l. meritissimi. pro scion.* At Gregorius Lopez *ibidem* relata hac sententia, dicit illam pugnare cum doctrina Bald. *l. penult.* §. *si plures. n.* 1. *C. de oper. libert.* vbi tradit, religiosum egredientem obtenta transeundi licentia, censeri manumissum, ac proinde in posterum non esse illius Prælati inquirere, vbi religiosus ille moretur, nec eum ad monasterium reuocare. Sed prior doctrina Socin. placet, quia Prælatus ille non potuit illam licentiam concedere, ita vt omnino manumitteretur religiosus ille, sed ita vt sub sua obedientia maneat, donec ad strictiorem religionem transeat, vt ex Innoc. & alijs probauimus.

Tandem deducitur, transeuntem ad strictiorem religionem, non esse admittendum absque literis dimissoris superioris prioris religionis, vt constat ex *c. si autem. n.* 19. *q.* 3. quod est ex Vrbano II. vbi post quam decretum est non transeundum ad strictiorem religionem inconsulto superiore, & ab eo licentia non petita, subditur sic, *Discedentem verò nullus Abbatum, vel Episcoporum, nullus monachorum sine communi literarum cautione suscipiat.* Quare cum subditus absque his literis adit superiorem strictioris religionis, est ab eo superior laxioris consulendus, interrogandusque, an dederit licentiam, aut cur denegauerit. Et tunc si nullam, aut manifestè iniustam denegaſam affignet, poterit securè ipsum ad strictio- [illegible] ium incontinenti probare falsum, non est huius superioris causam discutere; sed ille non est admittendus, dotec causa coram superiore prioris Prælati decisa sit, & iustus ab eo approbatus. Atque ita docent Innocent. *c. licet. n. vb.* Ioan. Andre. *n.* 13. Hostiens. *n.* 17. Cardinal. 13. *q.* 17. 18. & 19. Anchar. *n. penult.*

Hactenus egimus de petitione facultatis transeundi religionem, superest agendum, quis sit Prælatus ille à quo facultas hæc petenda est. Et quidem potest hæc licitè peti à religioso ad transeundum ad strictiorem religionem, vel ad æquè strictam, vel ad laxiorem. De qua confusissimè agunt Doctores, & difficillimè eorũ opiniones percipi, & cynri possunt. At qua claritate potuerint, referam primò eorũ sententias, & deinde proprium excitabo. Et primò quidẽ quãdo peritur licentia transeundi ad stri

ad strictiorem; quidam dicunt petendam esse licentiam à Prælato & conuẽtu: quia cùm res hæc gravis sit, non est per solum Prælatum expedienda. Ita sentiunt quidam, quos tacito nomine referunt dicentes hoc esse tutius, Innocent. *c. fin. n.* 1. *de renunciat.* & ibi Hostiens. *n.* 3. Ioan. Andre. *n.* 7. Anton. *num.* 13. & exigi quoque licentiam conuentus, tenet Turrecr. *cap. statuimus. num.* 2. 19. *quæst.* 3.

41 Alij dicunt sufficere peti licentiam à solo Prælato. Ita docent Archidiacon. *ex c. statuimus. num.* 2. & ibi Bellamer. *num.* 3. Monach. *cap. cum singula. num.* 4. *de præben. in* 6. & ibi Franc. §. *prohibemus. n.* 3. reprobans sententiam dicentem exigi quoque consensum conuentus. Anton. *c. non est. n. vbi de regular.* & ibi Abbas *n.* 6. idẽ Abb. *c. ex nefastis. n.* 4. *de his quæ fiunt à Prælatis.* & *c. fin. n.* 2. *de renunciat.* vbi Cardin. *n.* 2. 9. 3. Aitens. *sum.* 1. *part. lib.* 1. *tit.* 20. *art.* 10. *q.* 4. Bellamer. *c. ex part. num.* 4. *de temporib. ordinand.* Rebuff. *prax. benefic. tit. de translat. monach. num.* 5. Rosell. *verb. Abb. num.* 1. Nauarr. *commentar.* 4. *de regular. num.* 10. Manuel Rodrig. *qq. regular. tom.* 3. *quæst.* 52. *art.* 3. limitat autem Abb. *ex c. finali. num.* 2. *de renunciat.* cum Anton. *ibi. num.* 13. nisi monasterium illud strictius sit in alia diœcesi, quia tunc exigitur quoque licentia Episcopi diœcesis monasterij laxioris, à quo transitur ad strictius, cùm eius interest, eo quod eximitur, seu alienatur religiosus ab eius iurisdictione. Ex qua ratione colligitur, hos Doctores loqui, quando id monasterium arctius non erat exemptum, sed iurisdictioni Episcopi subiectum. Quis autem sit hic Prælatus, num immediatus ipsius conuentus, an solus Prouincialis, an Generalis, non explicant ij Doctores: solùm ad explicuerũt Rebuff. & Manuel Rodrig. & Rebuff. ait, non sufficere peti licentiam ab immediato conuentus superiore, & refert pro se Romanum *singular.* 452. *Domini mei, qui de volente transire ad æquè strictam religionem.* & ita non pertinet ad hunc casum eius doctrina, sed ad sequentem; & Manuel Rodrig. dicit, hunc Prælatum esse Prouincialem, aut Generalem. Et hæc sentiunt Doctores, quando ad strictiorem transitur.

42 Quando autem transitus est ad æqualem religionem, nempe ita strictam, conueniunt Doctores communiter solùs Romani Pontificis esse, facultatem transeundi ad æquè strictam religionem concedere, nulla legitima causa transitus subsistente. Ita docet Anton. *cap. fin. num.* 13. *de renunciat.* & ibi Cardin. *num.* 2. *quæst.* 3. Abb. *cap. non est. num.* 6. *de regular.* Franc. *cap. cum singula.* §. *prohibemus. num.* 4. *de præben. in* 6. Rosell. *verb. Abb. num.* 3. Angel. *verb. religiosus. num.* 34. Sylvest. *verb. religio.* 4. *quæst.* 2. Tabien. *verb. religio. quæst.* 25. *num.* 24. Anton. Cucus *lib.* 3. *institution. maior. tit.* 1. *num.* 132. Azor *lib.* 12. *institut. moral. cap.* 14. *quæst.* 9. atque absolutè ait, esse tutius, vt Pontifex dispenset, D. Anton. 3. *part. tit.* 16. *cap.* 4. *ad finem principij*, quamvis Dominicus *ex* §. *prohibemus. num.* 5. fateatur posse Episcopum, & Abbatem hanc licentiam absque causa indulgere, quando religiosus non est eximitus. & monasterium est in eadem [illegible]

43 Sed non concordant hi Doctores, an prædicta Pontificis licentia legitimis causis destituta excuset in foro conscientiæ. Quippe affirmant in vtroque excusare Angel. & Sylvest. n. præced. allegati, sed Franc. ibidem allegatus ait in solo foro externo excusare.

44 Quando verò causa legitima subest, communissima Doctorum sententia est, posse Prælatum Pontifice inferiorem hanc licentiam indulgere. Atque ita fatentur omnes Doctores allegandi, & Manuel *tom.* 3. *qq. regular. quæst.* 52. *art.* 9. Et diuersimodè explicant, quis hic Prælatus sit. Quidam dicunt hunc esse Abbatem. Ita docent Glosl. *cap. cum singula.* §. *prohibemus. verb. canonic. de præben. in* 6. & *cap. non est. verb. pers. in tit. de regular.* vbi Ioan. Andre. *fin. num.* 6. Lapus *allegat.* 150. alias 135. *num.* 1. Bellamer. *cap. ex part. ad fin. de temp. ordinan.* Rosel. *verb. Abbas. num.* 3. Addit autem Abbas, ad maiorem solùm cautelam esse petendam Episcopi licentiam. Non autem explicant prædicti Doctores, an nomine Abbatis intelligant immediatum, an supremum Prælatum regularem, nempe Generalem totius religionis: atque hunc esse qui potest hanc licentiam concedere, tradit Roman. *singular.* 452. *Domini mei.*

Alij dicunt Episcopum posse hanc licentiam indulgere. Sic Monachus *cap. cum singula. num.* 4. *de præben. in* 6. Speculat. *tit. de dispensat.* §. *sunt quoque. num.* 6. *verf.* 24. Archidiac. *cap. si religiosus. in fin. de elect. in* 6. & *c. quàm sit.* 18. *quæst.* 2. *num.* 6. Innocent. *cap. fin. num.* 1. *de renunciat.* & ibi Hostiens. *num.* 3. Ioan. Andre. *num.* 7. Imol. *Clement. 1. num.* 11. *de regular.* & ibi Bonifac. *num.* 18. Tabien. *verb. religio. q.* 23. *n.* 24.

Alij ita distinguunt; si monasterium æquè strictum, ad quod transitus fit, sit in eadem diœcesi, potest Abbas hanc facultatem concedere: si verò sit in alia, necessarius est quoque consensus Episcopi, à cuius diœcesi in aliam transitur, quia tunc subtrahitur ab eius obedientia religiosus ille transiens ad æquè strictum alterius diœcesis monasterium. Ita docent Anton. *c. significantum in fin. de regular.* Dominic. *cap. cum singula.* §. *prohibemus. num.* 5. *de præben. in* 6. & ibi Franc. *num.* 4. Mandos. *additionib. ad Lapum. allegat.* 61. *quidam Franciscalis. allegat.* 62. *litter. A.* quàd limitant Dominicus, & Franciscus religiosus ille sit exemptus. Tunc enim aiunt necessariam esse licentiam Romani Pontificis, cui ille subest.

Alij dicunt necessariam esse licentiam Episcopi, & Abbatis. Ita docent Anton. *cap. fin. num.* 13. *de renunciat.* & ibi Cardin. *num.* 2. *quæst.* 3. Abb. *num.* 2. Anchar. *cap. cum singula. de præben. in* 6. *num.* 1. Henric. *c. licet. num.* 9. *de regular.* atque addunt Antonius, & Abbas, id verum esse, siue monasterium sit in eadem, siue in alia diœcesi. Sed limitat Cardinalis, nisi Abbas ille habeat quasi Episcopalem iurisdictionem, quia tunc dicit satis esse eius licentiam cum conuentu.

Tandem alij vtuntur hac distinctione; si religiosus ille transire volens sit exemptus, sui Abbatis erit facultatem hanc indulgere: si autem exempta non sit, id erit Episcopi; quia respectu exemptorum, nulla est in Episcopo iurisdictio: secus respectu non exemptorum. Ita tradunt Angel. *verb. religiosus. num.* 34. Sylvest. *verb. religio. 4. quæst.* 9. Tabien. *verb. religio. q.* 23. *num.* 24. Gregor. Lopez *l.* 9. *verb. mas fuerit. fin. tit.* 7. *part.* 1. Anton. Cucus *lib.* 3. *institut. maior. tit.* 1. *n.* 131.

Insuper, an vnà cum Prælato sit quoque necessarius consensus ipsius conuentus ad hunc transitum in æquè strictam religionem, dissentiunt Doctores. Quidam dicunt eum necessarium esse per *cap. statuimus.* 19. *q.* 3. Ita docet Glosl. *c. cum singula. verb. canonic. de præben. in* 6. & addit, non obstare textum *c. si religiosus. in fin. de elect. in* 6. decedentem, ex solius Abbatis consensu, irrequisito conuentu, posse monachum ad prælaturam transire; quia is transitus est, vt ex illo eminetur patens; & ideo specialis est, vt non sit licentia conuentus necessaria. Idem sustinent Monach. *ex c. cum singula. n.* 4. & ibi Anchar. *n.* 2. Cardin. *c. fin. n.* 2. 9. 3. *de renunciat.* Rebuff. *prax. benef. tit. de translat. monach. n.* 7. Rosel. *verb. Abb. n.* 4. Leonard. *lib.* 2. *de iustit. c.* 40. *dub.* 15. *n.* 107. *verf. dico secundo.* Angel. Sylvest. Tabien. n. præceden. allegati. Bellamer. *cap. ex part. fin. de temp. ordinand.* Alij autem dicunt non esse opus consensu monasterij. Sic docent Franc. *ex c. cum singula.* §. *prohibemus.* Additionat. *ad Abb. c. non est. in litter. C. in fin. de regular.* & fauet Innocent. *c. final. n.* 1. *de renunciat.* & ibi Hostiens. *n.* 3. Ioan. Andre. *n.* 7. Ant. *n.* 13. & Anton. Cucus n. præceden. allegat. dum dicunt tutius esse, si hic consensus accedat, quasi sentiant eum non esse necessarium, sed ad maiorem cautelam tantummodo peti. Et hæc sunt quæ tradunt Doctores de licentia transeundi ad æquè strictam religionem.

50 Circa transitum autem ad religionem minus strictam, concordant similiter Doctores, neminem præter Pontificem posse licentiam indulgere, quando nulla transeundi iusta causa adest: aiuntque aliqui absolutè posse illum absque ea causa. Ita docent Glossa. *c. cùm singula. §. prohibemus. verb. commic. de præben. in 6.* & ibi Dominic. *num. 5.* Ioan. Andr. *additio. ad Speculator. tit. de dispensat. §. sunt quoque num. 6. litera D.* Lapus *allegat.* 130. aliàs 155. *num. 3.* Anton. *c. significatum in fin.* & *c. non est. in fin. de regular.* Cardin. *c. fin. num. 2. q. 3. de renunciat.* & ibi Abb. *num. 2.* Mandos. *in sign. gra. verb. licentia col. 8. vers. quæ ad minorem.*

51 Sed alij dicunt eam licentiam non prodesse in foro conscientiæ, quia cùm votum religionis strictioris commuterur in quid minus, interuenit quædam eius dispensatio, quæ absque causa legitima est nullius momenti: vtpote quæ est ex obligatione iuris diuini confurgente ex voto. Et ita docent Abb. *c. non est. num. 6. de regular.* Franc. *c. cùm singula. §. prohibemus. nu. 4. de præben. in 6.* Maior *4. dist. 38. q. 21. conclus. 3.* Angel. *verb. religiosus. num. 34.* Sylvest. *verb. religio. 4. q. 2.* Rosel. *verb. Abb. n. 5.* Tabien. *verb. religio. q. 23. num. 24.* Nauar. *lib. 3. consilior. in utraque edit. tit. de regular. consil. 56. num. 2. & in 2. consil. 88. num. 2. & commentar. 4. de regularib. num. 10.* Cordub. *in regul. D. Francisci c. 21. q. 17. punct. 1. & q. 18. punct. 1.* Manuel *2. tom. sum. cap. 6. num. 8. & qq. regularibus cum. 5. q. 52. art. 10.* Azor *num. 1. institution. moral. lib. 12. c. 14. q. 8. fin.* Leonard. *lib. 2. de inst. c. 41. dub. 13. n. 102.* & idem (etsi repidans) tenet Sot. *lib. 1. de iust. q. 7. art. 3. ad finem corpor.* dicit enim verendum esse validam non esse dispensationem.

52 Si verò adsit causa iusta, adhuc affirmant aliqui solus Romani Pontificis esse, licentiam hanc indulgere, quod cõtineat quandã in solemni religionis strictioris voto dispensationem, etsi partim admittatur commutatio; dispensatio autem hæc soli Pontifici reseruatur. Ita videntur sentire quidam absolutè dicentes solum Pontificem posse hanc licentiam concedere. Hi sunt Speculat. *tit. de dispensat. §. sunt quoque. n. 6. vers. 24.* Abb. *consil. 96. num. 3. vol. 1.* Monach. *c. cùm singula. nu. 6. de præben. in 6.* & ibi Anchar. *num. 2.* Imol. *Clem. 1. num. 11. de regul.* Roman. *singul. 452. Dominici nati.* Henric. *c. hinc. num. 10. de regular.* addens, id verum esse, etsi tempore professionis religiosus ille fuerit minor, eo quod respectu professionis censeatur maior, nec sibi aduersus illam concedatur restitutio. Nauar. *lib. 3. consil. tit. de regular. in 1. edit. consil. 49. n. 3. in 2. consil. 81. n. 3. & consil. 63. n. 3.* Mandos. n. 50. allegatus, Cordub. *in reg. Divi Franc. cap. 2. q. 17. punct. 1.* Alij asserunt hoc idem cum quadam limitatione, nempe, quando probabile ex mora adeundi Pontificis periculum impendet. Hi sunt Anton. *c. significatum. in fin.* & *c. non est. in fin. de regular.* Dominic. *c. cùm singula. §. prohibemus. num. 6. de præbend. in 6.* Rebuff. *præx. benef. tit. de transiat. mandat. num. 10.* Azor *tom. 1. lib. 12. institution. moral. c. 14. q. 8.* addens, vel quando ad Pontificem difficile [illegible] non est verb. necessit. concedere ad hoc: & Astensis *sum. 1. part. lib. 1. tit. 20. art. 10. quæstione 4.* docens, nec Abbatem cum conuentu posse. Potest etiam probari ex bulla Gregorij XIII. incipienti; *Cùm alias felicis recordationis concessa Societati* 1229. vbi specialiter concedit eius Generali, vt possit professis eiectis ab ipsa concedere licentiam transeundi ad aliam religionem: & hoc priuilegium non vult communicari aliis religionibus. Ergo supponit in aliis religionibus non posse etiam Generalem concedere hanc facultatem professis eiectis, nedum in ipsa persistentibus.

53 Cæterum communissima sententia est, posse Prælatum Pontifice inferiorem dispensare in hoc religioso ad minus strictam religionem transitu. Et in hoc concordant omnes Doctores allegandi, & Manuel *qq. regular. tom. 3. quæst. 52. art. 3.* & cum limitatione n. præcedentibus adductam, nempe, vt hoc intelligatur, quando est periculum in mora adeundi Pontificis, reprobat Franc. *c. cùm singula. §. prohibemus. num. 4. de præben. in 6.* & tunc tantùm de consilio adeundum Pontificem, docet Angel. *verb. religiosus. num. 34.* & id tantùm esse rutius, docet Tabien. *verb. religio. quæst. 23. nu. 24.* Diffident tamen circa hoc, quisnam sit ille Prælatus. Quidam dicunt esse Abbatem cum conuentu, & Episcopum. Ita docent Cardin. *c. final. n. 2. q. 3. de renunciat.* Franc. n. 51. allegatus, Bellamet. *c. ex parte, ad fin. de tempor. ordinan.* limitatque Cardin. nisi Abbas ille habeat quasi Episcopalem iurisdictionem, quia tunc ait sufficere eius licentiam cum conuentu.

54 Alij dicunt Episcopum posse in hoc dispensare. Hi sunt Speculat. *tit. de dispensat. §. nunc de Episcoporum. n. 3. vers. 20.* Archidiac. *c. quam sit. num. 6. 18. q. 2. & c. si religiosus. in fin. de eleti. in 6.* Innocent. *c. dilectus. num. 1. ad fin. de tempor. ordinan. & c. fin. num. 1. de renunciat.* & ibi Hostiens. *num. 3.* Ioan. Andre. *num. 7.* Anton. *num. 13.* Abb. *num. 2. & c. significatum. in fin. & c. non est. num. 6. de regular.* Rosel. *verb. Abb. n. 5.*

55 Alij dicunt Abbatem posse. Sic Ioan. Andre. *addition. ad Speculat. tit. de dispensat. §. sunt quoque. num. 6. littera D. & c. non est. in fin. de regular.* vbi Hostiens. *num. 2.* Paludan. *4. dist. 38. q. 2. art. 4. num. 43.* D. Anton. *2. part. tit. 11. c. 2. §. 9. vers. hoc autem videtur.* Sylvester *verb. votum. 4. quæst. 3. dist. 6.*

56 Alij sic distinguunt: si religiosus exemptus sit, potest Abbas religionis, qui loco Episcopi præest: si autem non exemptus, id munus est Episcopi. Ita docent Maior *4. dist. 38. q. 21. conclus. 5.* cum Angel. *verb. religiosus. nu. 34.* Sylvest. *verb. religio. 4. q. 2.* Tabien. *verb. religio. q. 23. n. 24.* Gregor. Lopez *l. 9. verb. mas fuertes. tit. 7. 5. art. 1.* Leonard. *lib. 2. de iust. c. 41. dub. 13. n. 103.* Addunt Angel. & Sylvest. si is religiosus exemptus superiorem non habeat, Pontificem esse adeundum.

57 Præterea inter hos est difficultas, an necessarius quoque sit consensus conuentus; id enim negat Addinotat. *ad Abb. c. non. est. litter. C. ad fin. de regular.* & fauent qui dicunt verius esse in hoc casu non esse opus conuentus consensu; quasi id non necessarium putent. Hi sunt Innocent. *c. fin. n. 1. de renunciat.* Hostiens. *n. 3.* Ioan. Andre. *num. 7.* Anton. *num. 13.* At esse quoque necessarium consensum conuentus, testantur Cardin. *in re c. fin. num. 2. q. 3.* Palud. & Sylvest. vbi allegati eos n. 56. idem Rosel. *verb. Abb. nu. 4.* Sylvest. Angel. Tabien. Leonard. vbi allegati sunt n. præced. Bellamet. *cap. ex part. fine. de tempor. ordinan.* Nauar. *lib. 3. consil. tit. de regular. in utraque edit. consil. 56. n. 3.* Manuel *2. tom. sum. c. 6. n. 8.*

58 Verum nec hi authores explicant quis sit ille Abbas, sine Prælatus religionis, quinn hoc transitu est licentiam concessurus. Potest enim nomine illius Abbatis, seu Prælati religionis intelligi immediatus cõuentus ipsius Prælatus, aut Prouincialis, aut Generalis, & quis eorum id non explicant authores, demptis quibusdam paucis, dem Angel. *verb. religiosus. num. 35.* & Sylvest. *verb. religio. 4. q. 3.* hanc quæstionem in specie mouerunt, quisnam sit religiosus superior, à quo petenda sit hæc licentia; & quamus non explicentur distinctè quis sit ille, id petendam licentiam hanc transeundi quando ad tractiorem, & quando ad æquè, vel minus strictam transitur: at in his omnibus apertè loquuntur. Nam proximè disputarant, an Prælatus inferior Papa posset ad omnes hos tres transitus facultatem concedere. Et responderant, posse Prælatũ regularem respectu exemptorũ; & statim quærunt quis sit hic Prælatus regularis? & Angel. *eo nu. 35.* dicit hunc in ordine fratrum Minorum esse Custodem vel Ministrum prouincialem, & in ordine Prædicatorum esse Prouincialem: in monasticis autem ordinibus, esse Abbatem, vel Præpositum, vel Priorem. Sed Sylvest. *eo q. 3.* ei contradicit, & subobscurè loquitur. Verum sentit Generalem totius religionis

gionis habere vicem Episcopi respectu exemptorum; & ita quoties Doctores asserunt non exemptos petituros esse licentiam transeundi ab Episcopo, dicendũ esse exemptos eam petituros à totius religionis Generali. Quoties autem exempti petere debent hanc licentiam ab Abbate, exempti subinde petituri sunt à superioribus aliis ordinatis inferioribus Generali, qui quidem habent vicem Abbatis respectu exemptorum. Et tandem ex his infert, in aliquo casu posse licentiam hanc concedere immediatum conuentus Prælatum, in alio verò non. Qui tamen sint casus hi, non amplius explicat. Eandem quæstionem tetigit Antonius Cucus *lib. 3. institut. maior. tit. 1. num. 137.* & videtur expressè loqui de prædicto triplici transitu, quis de omnibus illis egerat, dicens posse exemptis Prælatum religionis ad omnes illos dare facultatem: & deinde quærit *eo. num. 137.* quis sit hic Prælatus; & sustinet eum non esse Prælatum immediatum religionis, sed Generalem, aut Prouincialem; idque probat. Quia dum quispiam ad religionem admittitur, non illi soli monasterio, in quo profiteur, sed toti religioni, aut saltem prouinciæ ius acquiritur: & ita ad totam prouinciam pertinet. Ergo illum alienare non poterit immediatus Prælatus conuentus, sed toti prouinciæ Præfectus. Secundò, quia immediatus Prælatus nequit sua sola authoritate eum ad aliud eiusdem religionis Cænobium transferre. Ergo minus poterit eum à religione penitus alienare, concedendo licentiam ad aliam transeundi. Eandem tetigit Azor *lib. 12. institut. moral. cap. 14. q. 7. 8. & 9.* & clarè *q. 7.* agit de licentia transeundi ad strictiorem; nam etsi id non explicat, constat ex subseqnentibus: nam *q. 8.* agit de licentia transeundi ad minus strictam, & *q. 9.* de licentia trãseundi ad æquè strictam: dicit ergo *eo. q. 7.* licentiam transeundi ad strictiorem petendam esse ab immediatis religionum Prælatis, vt in ordine Minorum à Guardiano, in ordine Prædicatorum à Priore, &c. & hos Prælatos volentes transire dicit petituros à Prouinciali, Prouincialem autem à Generali, & hunc à Romano Pontifice, cui soli subiicitur. Et mox *q. 8.* dicit licentiam transeundi ad religionem magis strictam petendam esse ab Episcopo, si religiosus non sit exemptus: si verò sit exemptus, ab eo religionis Prælato, qui habet iurisdictionem quasi Episcopalem in religiosos; & vtrumque limitat, quando non est facilis aditus ad Papam, aut ex mora periculum imminet: non autem in specie explicat, quis sit hic Prælatus habens iurisdictionem quasi Episcopalem in exemptos. Sed *c. 13. quæst. 1.* id explicuit, dicens cum Nauar. *lib. 3. consil. tit. de regular. in utraque edit. consil. 56. n. 3.* Manuel *2. tom. sum. c. 6. n. 8. tit. de regular. in utraque edition. consil. 56. num. 1.* Generalem totius religionis posse licentiam ad hunc transitum concedere: & *eo cap. 34. quæst. 9.* quærit quis possit concedere licentiam transeundi ad æquè arctam religionem; & respondet, respectu non exemptorum Episcopum; respectu verò exemptorum, Prælatum, qui præest prouinciæ, vel conuentui. Tandem eandem [illegible] Manuel *2. tom.* Prouincialem posse concedere etiam religiosis Mendicantibus facultatem transeundi ad laxiorem religionem.

59 Hactenus explicuimus tam varias authorum sententias: restat explicare nostram, quam nonnullis conclusionibus explicabimus. Prima conclusio sit. Prælatus immediatus ipsius conuentus poterit licentiam transeundi ad strictiorem religionem concedere: & si ille sit transiturus, eam petiturus est à Prouinciali, & hic à Generali, & hic à Romano Pontifice, sicut bene sentire Sylvest. ibi allegat. contra Rebuff. *c. tit. num. 42. fin.* & contrarios allegatos num. præced. Ducor, quia textus *cap. hinc. vers. ratione ergo. & vers. quæ ea. de regular.* indistinctè ait esse petendam licentiam à Prælato religionis, ne bonum obedientiæ videatur contemni: & eodem modo loquuntur Doctores citati d. num. 42. At hi sunt verè Prælati, & petita ab illis licentia, non censetur contemni bonum obedientiæ, sed recognosci, & æstimari.

60 Atque id verum credo, etiamsi monasterium strictius sit in alia diœcesi, nec religio illa exempta sit: tunc enim etiam non est necessarium, petere licẽtiam ab Episcopo, sed satis erit si ea licentia petatur ab immediato Prælato religionis, contra aliquos, quos retuli eo num. 42. limitantes, quando monasterium laxius non est exemptum, & strictius est in alia diœcesi. Sed meliùs loquuti sunt alij ibi relati, qui absolutè, & indistinctè docuêre, licentiam hanc à Prælato esse petendam. Ducor autem, quia re vera hic petit licentiam à Prælato, & licet Episcopus sit quoque eius Prælatus, & ab eius obedientia eximatur, non est ab omnibus Prælatis licentia hæc petenda, sicut etsi Generalis & Prouincialis sint quoque Prælati exemptorum, & liberetur ab eorum obedientia transiens ad religionem strictiorem, non ideo ab illis omnibus necessariò petenda est licentia: sed satis est, si petatur ab immediato Prælato, vt probauimus num. præced.

61 Exciperem monasteria monialium, ad quarũ transitum ad religionem strictiorem, non crederem sufficere, peti licentiam ab Abbatissa, sed existimo eam necessariò petendam à Prælato cui subsunt, sine is sit Episcopus, vt in monialibus ipsi subditis; sine sit aliquis alius Prælatus regularis. Et ita tenet Manuel Rodrig. *qq. regular. tom. 3. q. 52. art. 6.* Probatur, quia ea licentia à Prælato postulanda est. At Abbatissa non est proprie Prælata. Item, quia monialem egredi monasterio est res grauissima, vtpote cui tam arctè est præcepta clausura: at res tam grauis non est committenda iudicio mulieris. Insuper, quia debet diiudicare de causa transitus, & an sit instinctus Spiritus sancti, & ardor maioris perfectionis, an potiùs leuitas quædam, aut temeritas, vt diximus num. 37. Quod diiudicare, non est muliebrius concessum.

62 Nec credo esse necessarium ad licentiam hanc concedendam consuli conuentum, ne dum eam consentire. Quia *d. c. licet, de regular.* obligat ad petendam licentiam à solo Prælato. Nec Prælatus eam concedens alienat religiosum, nec eum transitum debito fine intentum impedire potest. Sed ipse religiosus vtens iure suo alienat se in aliud instituturum, iure id sibi permittente, nec amplius obligante, quàm ad recognoscendum bonum obedientiæ, petita, etsi non obtenta licentia à superiore. Et ita multi ex Doctoribus allegatis num. 42. tantùm dixêre, esse tutius peti à conuentu, quasi sentientes id non fore præcisè necessarium; & alij allegati num. 42. dixêre, à solo Prælato licentiam hanc petendam esse.

63 Secunda conclusio. Si transitus ille ad strictiorem religionem non ex zelo melioris frugis, sed ex leuitate quadam, aut alia animi perturbatione procederet, nec alia legitima transeundi causa concurreret, non posset Prælatus religionis, qualiscumque sit ille, eum transitum concedere: quia etsi sit commutatio voti in maius bonum, at est acquisitum ius illi religioni, & est alienatio rei ipsi acquisitæ nulla iusta causa occurrente: nec illi religioso conceditur similis transitus, nisi quasdo ex prædicto maioris boni zelo intenditur, vt dicimus num. 11. An verò ad posse Pontifex, dicemus num. sequenti fine.

64 Tertia conclusio. Solius Pontificis est indulgere licentiam monacho transeundi ad æquè strictum monasterium, quando nulla legitima adest causa, vt tradunt Doctores allegati num. 43. Nec licentia Pontificis excusabit tunc in foro conscientiæ, vt probat Franc. quem retulimus num. 44. contra alios ibi allegatos. Nec credo valere licentiam, etiamsi in foro externo, in quo præsumitur Pontificem dispensare ex causa, nulla

molestia inferatur, sic transeunti. Ratio est, quia essi votum in æquè bonum tunc commutetur, at auferatur ius acquisitum priori monasterio per professionem illius monachi, & hoc fit absque iusta causa. At credo excusare licentiam Pontificiam in casu quem tractauimus num. præced. quia sola illa religionis, ad quam transitur, maior arctitudo sufficientem causam præstat, vt possit Pontifex eum transitum indulgere, etsi is aliis non esset permissus volenti transire defectu boni zeli ad eum inducentis.

65 Quarta conclusio. Si legitima eius transitus causa subsit, potest Prælatus Pōtifice inferior licentiam concedere, vt diximus num. 45. esse frequentissimam Doctorum sententiam; hanc autē licentiam existimo posse religiosis exemptis concedere Prælatum religionis non immediatum conuentus, sed Prouincialem, aut Generalem, nisi constitutio religionis aliud caueat. Nec credo esse necessariam licentiam Episcopi, siue monasterium sit in eadem diœcesi, siue in diuersa: si verò religiosus non sit exemptus, exigitur semper licentia Episcopi. Et quidem posse Prælatum regularem quoad exemptos, nulla Episcopi licentia petita, eam facultatem indulgere, constat ex Doctoribus, & rationibus adductis num. 49. Id autem non posse Prælatum immediatum religionis, sed Prouincialem, aut Generalem respectu exemptorum, probatur ex authoritate Antonij Cuci, quam retuli num. 59. & ex duplici eius ratione ibi adducta. Id autem esse Episcopi munus respectu religiosorum non exemptorum, constat ex Doctoribus allegatis num. 49. Et ratio est, quia respectu illorum est Episcopus instar Prouincialis respectu exemptorum: & ad rationem contrariam adductam n. 53. fine, respondebimus n. sequen.

66 Credo tamen tam respectu exemptorum, quàm non exemptorū exigi quoque consensum conuentus. Constat ex Doctoribus adductis num. 5. & ratio est, quia res hæc est vna de maioribus negotiis monasterij, & in qua de monachi alienatione agitur. At maiora religionis negotia non sine conuentus consensu expediri possunt, vt probauimus *lib. 5. huius operis. cap. 4. n. 64.* vbi *a n. 67. usque ad 69.* latè egimus, qualiter hic consensus conuentus computandus sit: & an sufficiat consensus maioris partis. Vnde etiam respondetur ad rationem adductam n. 53. fin. nam priuilegium Societatis Iesv non communicatum aliis religionibus in eo consistit, vt in cæteris religionibus non sufficiat solius Generalis licentia absque licentia conuentus ad hunc transitum; quæ licentia Generalis solius sufficit in Societate Iesv.

67 Quinta conclusio. Ad transeundum ad laxiorem religionem, nulla legitima causa existente, solus Romanus Pontifex potest licentiam concedere, nec ex excusabit in foro conscientiæ, nec in eo valebit, sed solùm in foro externo, ne molestia inferatur transeunti, vt constat ex dictis n. 52. vbi Doctores, & rationes attulimus

lius est, Prælatum Pontifice inferiorem eam licentiam indulgere posse, etsi ad Pontificem facilis sit aditus. Hanc probauimus ex communi Doctorum testimonio contra alios n. 53. relatos. Quod si opponatur Trident. *sess. 25. de regular. c. 19.* ibi. *Nemo regularis cuiuscumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem*, dicendum est, eius decreti mentem esse prohibere ne ex licentia concedantur absque iusta causa, nec præterquam ob causæ cognitione, vt olim interdum fiebat quibusuis Prælatis id suo arbitratu concedentibus. Et ita id decretum explicant Nauar. *lib. 3. consil. tit. de regularib. in vtraque editione. consil. 56. n. 3.* Emmanuel Sà *sum. verb. religio. n. 39.* Azor *tom. 1. lib. 12. institut. moral. c. 15. q. 1.* Leonard. *lib. 2. de exil. c. 41. dub. 13. n. 103.* Manuel *1. tom. sum. c. 6. n. 8.* Quod si iterum opponas extrauag. *Piam ambitiosa de regularib.* vbi decernitur, ne Mendicantes possint ad aliam religionem præter Carthusianam transire, absque Pontificis licentia, & aliter fore excommunicatos tam recipientes, quàm receptos. Respondet bene Leonard. *eo dubio 13. n. 104.* aut eam extrauagantem non esse quoad hoc vsu receptam: aut intelligi de transeuntibus absque legitima causa; quod indicant illa eius verba, *fructus colloquium, & vt liberius degant, & beneficia monastica consequi valeant.* Et sic Nauarr. *eo consil. 56. n. 1.* dicit Generalem D. Augustini posse suo monacho facultatem transeundi ad laxiorem religionem concedere: & Manuel *eo c. 6. n. 8.* ait posse etiam in Mendicantibus hanc facultatem concedi à Prouincialibus ex iusta causa, & neuter huius extrauagantis meminit. Manuel *qq. regular. tom. 3. q. 52. art. 15.* dicit solum Pontificem posse concedere hanc licentiam Mendicantibus, quia extrauag. *Piam* expressè dicit, absque speciali Sedis Apostolicæ licentia: & Gregorius XIII. anno 1582. concessit Societati Iesv, vt ipsius Generalis licentia sufficeret, vt etiam professi Societatis possint transire ad aliam religionem, & in eo priuilegio interdixit communicationem aliis Mendicantibus; in quo manifestè supponit, secluso hoc priuilegio, non sufficere licentiam Generalis. Sed respondeo, tantùm concludi vi eius priuilegij non posse Generalem eam licentiam concedere; & cùm iure communi res esset dubia, reliquit locum Gregor. XIII. opinionibus. Præterea in Societate Iesv solus Generalis potest. At in reliquis religionibus id non concessum est solis superioribus absque conuentus consensu; & ita hoc erit quid speciale in Societate Iesv.

Nec tamen approbo quod ait Azor *eodem c. 15. q. 1.* vbi id distinuitus constituit inter Romanum Pontificem, & alios Prælatos inferiores in hac licentia concedenda, vt ille possit eam concedere ex iusta quidem causa priùs cognita, & approbata, minimè tamen scripto tradita: cæteri concedere nequeant, nisi antea cognita causa, & expressim scripto mandata. Sed hoc discrimen nulla ratione approbo, quia ea scriptura solùm desideratur, vt fides in foro externo fiat licentiæ concessæ, si aduersus transitum aliquid opponatur: vt optimè ait Nauarr. *lib. 3. consil. tit. de regularibus in vtraque edit. consil. 56. n. 1.* At quod hunc effectum similiter desideratur in ea licentia à Pontifice concessa, vt probauimus *lib. 3. de matrim. disput. 19. n. 9.* Ergo nulla est differentia inter has licentias. Secundò, quia cùm scriptura minimè sit de substantia gratiæ, vt probauimus *ea disputat. 19. n. 2.* & ex nullo iure constet licentiam hanc esse scripto à Prælatis inferioribus tradendam, id dicendum non est, vtpote fundamento destitutum. Nec credo etiam in Prælatis inferioribus desiderari iudicialem legitimæ transitus causæ cognitionem sumptis testibus iuramento astrictis coram notario; sed satis est, si extrauidicialiter superior informetur, certióque fiat de causæ veritate. Quod nullo iure cauetur præmittendam iudicialem eius causæ cognitionem; sed tantùm desideretur legitima causa ad valorem dispensationis in eo transitu. At cæteræ dispensationes ab eis superioribus concessæ ea informatione iudiciali legitimæ causæ non indigent. Tandem, quia dispensationes commissæ à Pontifice in foro externo ordinariis, non indigent ea veritatis precum iudiciali informatione, vt probauimus *lib. 8. de matrim. diff. 5. n. 15.* ergo nec hæc licentia ea informatione iudiciali egebit.

Septima conclusio. Prælatus hic inferior cum licentiam transeundi ad minus strictam religionem ex legitima causa concedere valens, est respectu exemptorum Prouincialis, a[illegible]eneralis, & non Prælatus immediatus ipsius com[illegible]us; respectu autem non exemptorum, Episcopu[illegible] in vtroque casu existimo desiderari quoque confe[illegible] cōuentus. Ducor ex dictis n. 56. 57. 6. & 67. vbi [illegible]octorum testimonio, & rationibus hoc probauimus.

Est tamen obseruandum, in Societate Iesv Præpositum

situm Generalem posse concedere licentiam siue professis, siue iis, qui absoluto nouiatus biennio vota in ea emiserē, vt transeant ad alium etiam ordinem præter Carthusiensium, vt concessēre Paulus III. Pius IV. Pius V. & Gregorius XIII. in suis literis Apostolicis, & habetur in compendio priuilegiorū Societatis Iesv, *verb. apostasia. num. 9.* & ibi Pater noster Generalis nulli hanc facultatem communicat, sed sibi reseruat.

72 Octaua conclusio. Legitimæ huius transitus causæ sunt; si religiosus infirma aut incommoda valetudine vtatur, aut ita fragili corporis natura, vt religionis strictioris austeritates ferre nequeat, vt bene docent Abb. *cap. non est. num. 6. de regular.* Dominic. *cap. cùm singula. §. prohibemus. num. 6. de preben. in 6.* ibi Franc. *num. 4.* Anton. Cucus *lib. 3. institut. maior. in. 1. num. 135.* Azor *tom. 1. institut. moralium. lib. 12. cap. 14. q. 8. vers. quæres.* Quæ tamen bene Manuel Rodrig. *tom. 3. qq. regular. quæst. 52. art. 9.* allegans falsò Sotum, dixit hanc non esse causam sufficientem, quia possunt Prælati dispensare cum hoc in illis asperitatibus, nisi talis sit religio, vt cum tristitia, & cæterorum nota, ea dispensatio concedatur. At existimo semper esse causam iustam, quia is cum quo ita dispensatur, non potest, moraliter loquendo, non esse religioni onerosus, & causa multi scandali, notæ, & murmurationis. Item senectus iis austeritatibus tolerandis inepta. Dominic. & Franc. *ibidem.* Item in sua religione esse aliquod perfectionis impedimentum, quod non est in alia. Tabiena *verb. religio. quæst. 23. num. 24.* Item, si is religiosus odio habeatur à cæteris fratribus, aut indignè, & malè tractetur. Ita Azor *ibidem*, & Manuel Rodrig. citatus, *tom. 3. qq. regular. q. 52. art. 9.* quod limitat, quando religiosus ille præbet causam, nec emendatur. At si causæ illum pœnituit, & nititur emendari, & adhuc durat persequutio, & odium illud, erit legitima causa ad prædictum finem. Insuper etiam similes aliæ causæ, vt si in illa religione ita infamatus sit ob aliquod crimen à se perpetratum, vt semper in ea pudore suffusus, ac subinde magna tristitia affectus vitam transacturus sit. Item difficultas magna sustinendi austeritates huius religionis, quæ est in re ipsa, vt si inconsulta prudentia professus, vel non credidit ita asperam esse religionem ex simplicitate quadam. Ita Manuel Rodrig. *eo art. 9.* secus inquit quando ex prauo habitu difficultas procedit; quod idem tenent alij, quos retuli *lib. 8. de matrimon. disput. 10. num. 19.* quod tamen ibi dixi intelligendum, nisi prauus habitus eò deuenerit, vt iam votis illis ligatus non possit præ fragilitate sua frequentes lapsus vitare. Item est causa iusta, quando propter noxiam aëris temperiem nequit ille religiosus esse in ea religione. Ita Manuel Rodrig. *eo n. 9.* citat. Murin. Socin. Menochio *de arbitr. tenur. 5. casu 421. num. 26.* Sed bene limitat Manuel intelligi, nisi sit aliud monasterium eiusdem ordinis extra locum illum, in quo est mala temperies. Item est causa iusta necessitas magna parentum, cui in ea religione nequit commodè subueniri: at poterit in laxiori. Ita Manuel R[illegible]

73 Quod si professio emissa fuerit tempore minoris ætatis, nempe ante vigesimum quintum annum, facilior causa erit legitima ad dispensandum in hoc transitu, quia facilius prospicitur gestis in ea ætate, in qua non tam maturum consilium adest. Et ita sentiunt per illum textum Innocent. *cap. significatum, in fin. de regular.* & ibi Hostiens. *num. 2.* Abb. *in fine.* Franc. *cap. cùm singula. §. prohibemus. num. 5. de preben. in 6.*

74 Nona conclusio. Licentia absolutè concessa ex iusta causa, à quocumque Prælato tra[illegible]ndi ad aliam religionem, intelligitur de religione st[illegible]iori, aut æquè stricta, non autem de religione minus [illegible]cta; quia etsi priuilegium debeat operari aliquid v[illegible] ius commune. *cap. in hoc, de priuilegiis.* & *cap. si Pap[illegible]le priuileg. in 6.* [illegible]uro tamen aliquo effectu, quem op[illegible]ur, non debet extendi ad alium, in quo non inuenitur eadem ratio, vt bene tradit Decius *cap. 1. in nou. edit. num. 28. de rescript.* & probatur *cap. cùm dilectus, de consuetud.* & *l. si quando. C. de emissio. tollen.* at præfata licentia operatur effectum transeundi ad parem religionem, ad quam sine illa transire non poterat. Ergo non debet operari effectum transeundi ad laxiorem, cùm dispar huius transitus ratio sit. Sic Nauarr. *lib. 3. consil. in 2. edit. tit. de regular. consil. 57. num. 1.* & Manuel Rodrig. *qq. regular. tom. 3. quæst. 52. art. 11.* Quod tamen limitatem, nisi adiecta esset dictio vniuersalis; vt ad quamcumque religionem transire possit. Tunc enim dictio vniuersalis comprehendit etiam religionem laxiorem.

Non tamen approbo, quod ait Nauarr. *eod. tit. de regular. in 2. edit. consil. cons. 58. n. 1.* nempe licentiam à Pontifice concessam Mendicanti transeundi ad quemcumque ordinem religiosum laxiorem, comprehendere etiam transitum ad ordines militares; quia illæ sunt veræ religiones. Sed iure optimo eius Additionator contrarium sentit, & iam Congregatio Cardinalium die 17. Nouembris 1578. declarauit eas licentias non extendi ad transitum ad ordines militares, nisi expressè id concedatur. Idem quoque tradit Manuel Rodrig. citatus *quæst. 52. tom. 3. art. 12.* quia esto sint veræ religiones, non comprehenduntur sub communi nomine religionum. Quare idem credo, etsi licentia esset vniuersalis transeundi ad quamcumque religionem. Sed vt transitus hic liceret, oporteret id exprimi.

Vtrum verò absque debita licentia transiens ad laxiorem religionem, aut æquè strictam, sit apostata, & incurat excommunicationem diminentium habitum, dicemus c. seq. n. 8. & n. 67. Et an eiecti possint absque licentia superioris transire ad laxiorem religionem, dicemus c. 9. n. 37. Et an transiens legitimè ad aliam religionem, indigeat nouo anno nouiatus, nouáque professione, diximus *lib. 4. cap. 27. num. 12. & 13.* Et an licentia obtenta, tacendo habitus dimissionem, quò facilius impetretur dispensatio, valeat, diximus *lib. 8. de matrim. disput. 25. num. vltim.* vbi latè probauimus eam non valere.

Quando autem dubium est, an licentia transeundi sit legitima, aut eam illegitimam esse constat, poterit obtineri à Pontifice confirmatio, seu approbatio illius transitus, vt bene docent Lapus *allegat. 110.* alii. 135. *n. 2.* & ibi Mandos. *in additio. lit. C.* Rebuff. *in prax. benefic. tract. de breuibus cursoribus breue quoque regulari. num. 50.* Atque idem credo posse obtineri ab eo qui eam licentiam dare poterat. Is enim sicut à principio poterat transeundi licentiam concedere, ita & modò poterit transitum approbare, cùm nihil aliud sit quàm concedere permanendi in ea religione licentiam, seu ex tunc transeundi ad illam.

Ex dictis deducitur, minus bene dixisse Rayner. *tit. sum. tit. de transit. clericorum circa fin.* vt enim refert, & improbat Ioan. Andre. *addit. ad Speculator. tit. de [illegible]* [illegible] ad æquè strictam religionem peti licentiam, etsi ea non obtineatur. Id enim à veritate alienum esse constat ex *cap. licet, de regular.* vbi id tanquam speciale concediturin transitu ad strictiorem religionem, & ex dictis à num. 43. [illegible]que ad 45. vbi vt possit in eo transitu dispensare Prælatus inferior, exigi causam diximus, & solius Pontificis esse dispensare sine causa, & hoc quoad solum forum externum.

Demum in hac quæstione supersunt aliquæ difficultates. Prima est, an religiosus choro destinatus, & proinde vt ad sacerdotium promoueatur, possit superioris iussu, & authoritate ad ordinem laicorum, seu conuersorum transferri, ita vt ad sacerdotium tam promouendus nō sit, sed futurus religiosus laicus? Nauarr. *cap. quando. quæst. 21. nu. 20. de conseru. c. 1.* id fieri posse negat. Quod superior religionis nequeat religioso concedere

cedere facultatem transeundi ad laxiorem religionem. At constat statum laicorum esse laxiorem & minus perfectum. Et confirmatur, quia D.Thom.ab omnibus receptus, 2.2.q.189.*art.8.ad* 2.docet, ex monachis arctioris vitæ, laicis tamen, licere transitum ad canonicos regulares, vbi clerici futuri sunt, & non è contrà. Quod ordo clericorum sit altior, iuxta illud D.Hieronymi ad Rusticum; Sic viue in monasterio vt clericus esse merearis. Secundò, quia Prælatus religionis non potest estimare suum religiosum professum ab onere diuini officij persoluendi, annexo professioni deputatorum ad chorum. At ab eo vtique eximere posset, si eum ad laicorum ordinem transferre valeret, tunc enim ab eo onere liber maneret. Tandem, quia principalis pars voti solemnis obedientiæ profitentis, vt choro deputetur, est hoc spirituale recitandi officij canonici onus. Ergo sicut solius Pontificis est dispensare in eo voto solemni; ita & in hac principali parte.

30 At contrarium reputo verius, quod tenet Sotus *lib.10.de iust.q.5.art.3.ad.penult.cor.sed aliud verò.* Atag. 2.2.q.83.*art.12.dub.4.in 4.arg.paulo ante & contrarium tamen. & ut ab.2.fine.* Azor *lib.10. institut.moral.c.6.q.7.* Petr.de Ledesf. *2.tom. sum.tract.9. cap.4. fol.1065. col.2.* qui omnes bene addunt, tunc hunc officij canonici obligatione liberari, eo quod iuxta veriorem sententiam obligatio hæc recitandi non ex ipsa professionis vi emanat, sed ex consuetudine, & ex eo quod religiosus ex sua voluntate, & superiorum consensu ad chorum deputatur. Quare eo ipso quod ab hac deputatione liber manet, solutus quoque à vinculo officij canonici censetur. Ratio autem huius sententiæ est, quia nullatenus substantialis religionis status variatur, sed illæsus manet, nec hic ad religionem aliam transfertur; sed cum eisdem illisumet numero religiosis votis, verus illius religionis alumnus manet. Præterea, quia etiam transeunti ad religionem aliam laxiorem, concedere potest licentiam Prælatus, vt probauimus n.66. nedum ad inferiorem quemdam statum intra eamdem religionem, eo vel maximè quod etsi humilior sit is laicorum status, & ad inferiora ministeria deputatus, est tamen durior, & asperior: & iuxta maiorem, aut minorem austeritatem diximus num.22. pensandam esse maiorem, aut minorem religionis perfectionem quoad hunc transitum. Tandem, quia saltem negari non potest ob religiosi delictum id effici in illius pœnâ posse, sicut potest alias grauiores pœnas Prælatus inferre, vt perpetui carceris, triremium, & similes. *cap.quanto.de offic.ordinar. & cap.in singulis. & cap.ea re.de stat.monach.* At in hoc casu quo culpa remouetur authoritate superioris ab eo statu deputatorum choro; bene ait Azor proximè allegatus liberari illum officij canonici pensio. Quod si arguas, inde sequi hunc ex culpa sua reportaturum illius exemptionis commodum, cùm tamen clericum degradatum ob id, nullus ab onere recitandi exideo, nihil absurdi esse, vt ad commodum ex delicto reportetur, non per se, & ex vi delicti, sed per accidens; quia in pœnam illius remouetur à statu, cui id onus erat annexum; & sic cessante principali, cessat accessorium. Sicut etiam quando culpa sua priuatur beneficiarius sua præbenda; subinde obligationibus omnibus illi præbendæ annexis, & sic onere recitandi liberatur. Nec est simile de degradato; quia non est ea sola ratio, cur maneat hic obligatione astrictus, sed quia perseverat in eo character, cui hoc recitandi onus iure ecclesiastico annectitur. Nec obstant contraria argumenta proposita num.præced. Nam ad primum negatur antecedens, & esto id esset verum, non est hic transitus ad laxiorem religionem, vt explicuimus. Ad confirmationem respondeo, loqui D.Thomam de transitu ad aliam religionem, & retenta sua doctrina, quam num.20. retulimus, dicente maiorem religionis perfectionem quoad hunc transitum attendi penes maiorem perfectionem in se, & ministeriorum ad quæ deputatur, & non penes maiorem austeritudinem, cuius contrarium num.21. probauimus. Ad secundum dico, non posse Prælatum directè, & per se eximere subditum ab ea recitandi obligatione: at posse per accidens remouendo eum ab illo statu deputatorum choro. Ad vltimum negandum est antecedens; ea enim obligatio non oritur ex voto professionis, nec ei præcisè est annexa; sed oritur ex generali consuetudine obseruanti, vt omnes professi choro deputati teneantur ad officium canonicum, quandiu choro deputati manent.

Non tamen explicant hi Doctores, cuius Prælati authoritate hæc translatio religiosi deputati choro fieri possit ad laicorum statum. Sed cùm hæc translatio 81
gratis fit, & maior quàm de vno monasterio ad aliud eiusdem ordinis, quæ solius Prouincialis est; existimo id non esse Prælati immediati conuentus, sed Generalis, aut Prouincialis, cum conuentus quoque consensu in religionibus exemptis in non exemptis autem, Episcopi cum consensu quoque conuentus; sicut de translatione ad aliam religionem æquè arctam, aut arctiorem probauimus num.66. 67. 71. & hoc nisi constitutiones religionis aliud præcipiant, quibus standum est. Quia etsi translatio hæc non sit tam grauis ac illa, at satis grauis est, vt non censeatur concessa Prælatis immediatis conuentuum, quibus minor translatio de loco ad locum denegatur. Existimoque causam iustam ad id desiderari, & eam esse vel punitionem delicti, vel ingentem vitæ humilioris in illo religioso ardorem, vel ineptitudinem ad literas addiscendas, & sacerdotum ministeria, concurrente voluntate illius ad eam translationem: non enim iniustus nisi in delicti pœnam cogi posset, vtpote quod suam professionem superat. At in Societate 1559 hæc translatio ex laico ad statum scholasticorum, vel è contrà, solius Præpositi Generalis est. Solùm enim Prouinciali permittitur in eius regula 67. vt quos tanquam indifferentes admiserit, applicet ad gradum scholasticorum, vel laicorum, & hoc intra probationis biennium.

Secunda difficultas est, an legitima licentia translatum de vna in alteram religionem possit superior re- 82
ligionis, ad quam transfertur, admittere animo eius non retinendi in claustro, sed dandæ ei postea licentiæ manendi extra claustrum perpetuò, vel per multos annos? Hanc quæstionem disputat Nauarr. *comment.4.de regular. num.11. & 12.* vbi bene eam decidit dicens duo. Prius est, ante decretum Trident. *sess.14. de reformat. cap.11.* id fuisse frequentissimum, vixque à culpa liberum; quod bono fine ea admissio destrueretur; finis enim solebat esse vagari, & liberum reddi à iugo regulæ. At potuisse ait illi licere in aliquo eventu, nempe concurrentibus maxima suæ religionis deferendæ necessitate, ob molestias, persequutiones, aut dissensiones, vel similes casus, & magna difficultate inueniendi monasterij, eum religiosum perpetuò alere in claustro volentis, & magna de transito fiducia. Tunc enim posset Prælatus eum admittere animo concedendæ licentiæ manendi extra claustrum, non tam amplè, & vagè, sed arctè ad eum locum, in quo posset Prælatus eius vitam nosse, eiusque curam habere, eumque corrigere, & si opus esset, aliò transferre.

Posterius Nauarri dictum est. Hodie est maior diffi- 8
cultas; nam Tridentinum *sess.14. de reformat. cap.11.* sic decidit circa hoc. *Nemo cuiuscumque ordinis Prælatus, vel superior vigore cuiuscumque facultatis aliquem ad habitum, & professionem admittere possit, nisi in eodem ipso, ad què transferrur. sub sui sit, eiusdem obedientia in claustro perpetuo manere.* vbi aperte hic licentiis concedendis aditum occludere videtur. Verùm Tridentinum non videtur indicere nouum ius, sed antiquum declarare, & ita improbare eas licentias, eo quod communiter erant illicitæ, ac status religioso valde perniciosæ, vt constat ex proœmio eius decreti, ex quo eius ratio finalis desumenda est, ibi. *Quia regulares de vno ad alium ordinem transitum, facilè à suo superiori licentiam standi extra monasterium obtinere solent, ex quo vagandi, & apostatandi occasio tribuitur.* Quare in casu, in quo prædictæ licentiæ ante id decretum erant licitæ, qui num. præced. explicatus est, etiam quoque modò; quod in eo casu tantæ necessitatis nec facilè concessæ dicantur, nec materiam vagandi præstent, nec sit omne salutis remedium huiusmodi religiosis occludendum. Et vtrumque dictum mihi valde placet; & hoc posterius tenet etiam Manuel *qq.regular.tom.3.q.55.art.4.*

84 Hinc deducitur, posse Prælatum eam standi extra monasterium translatus his facultatem concedere, quam licitè concedere posset propris eius religionis alumnis. Et sicut his non posset absque iusta causa concedere, secus tamen illa existenti, ita & illis; quia Tridentinum *ea. cap.11.* id solùm intendit, vt tanquam cæteri alumni hi translati tractentur; aliàs essent hi melioris conditionis, quàm alumni, qui ex causa iusta tractandi negotia monasterij, vel eius vtilitatis procurandæ, possent à Prælato cogi aliquandiu extra monasterij esse; cùm tamen hi translati compelli ad id nequirent. Et ita docent Nauar. *eod.commen.4.de regular.n.15.* & Manuel *eo.art.4.*

85 Tertia difficultas est, an translatus ad aliam religionem, vt sit Prælatus illius, finito officio maneat monachus prioris, an posterioris monasterij? Breuiter dico, remanere monachum posterioris monasterij, quia debet profiteri in posteriori, & proinde manet deinceps illius. Ita docet Nauar. *lib.3.consil.tit.de regular.in 1.edit. consil.62.num.vnic.* & latiùs Manuel *qq.regular.tom.3.q. 52.art.26.* contra alios quos ibi refert.

86 Quarta difficultas est, an transiens ad aliam religionem, & in ea professus, sedere debeat in Capitulo iuxta antiquitatem prioris, an posterioris professionis? Dic, iuxta posterioris, quia ex eo tempore incipit esse religiosus illius; quod est limitandum, nisi translatus esset, vt esset posterioris Prælatus, quia finito officio sedebit in primo loco post Prælatum in memoriam pristinæ dignitatis, nisi essent alij, qui maiorem honorem gesserint. Sic Nauarr. *lib.3.consiliorum.tit.de regular.in 1.edit.tom consil.60.in 2.lib.2.tit.de maioris.& obedient.consil.11.* Manuel. *qq.regular.tom.3.q.52.art.29.*

87 Vltima difficultas est, an legitimè translatus ad aliam religionem, teneatur ad vota specialia in priori religione emissa; vt an translatus ex religione Minimorum, teneatur à carnibus abstinere seruando vitam quadragesimalem, quam promisit? Et an qui professionem emiserat in Societate 1559, si Minor fiat, aut Dominicanus, teneatur ad ea vota specialia, quæ in Societate emittuntur à professis? Respondetur, non teneri, quia ea vota specialia annexa sunt professioni prioris religionis. Quare eo ipso quod religiosus ille expellatur, liber manet ab illis votis, vt ostendetur infrà c.9.n.54. Cessat autem prioris religionis professio per transitum legitimum ad aliam religionem. Necesse ergo est, vt accessoria cessent. Ita Suar. *tom.2.de religion.tract. de vot. lib.6.cap.3.num.7.* vbi bene addit, illa non esse valida, si professio, cui accedunt, esset irrita.

SVMMARIVM.

An valeat professio in religione arctiori ad quam transitum, quando est transitus contra prioris monasterij priuilegia? n.88.

An valeat professio, quando non bono zelo, nec petita licentia, sed leuitate transitur ad arctius, & an possit, & teneatur professus redire ad primum monasterium. n.89.

Quid si petita est, & non obtenta licentia? n.90.

Quid si petita, & obtenta sit? n.91.

Quid si bonum zelum adsit, at transitus est in notabile vel gionis deserta damnum? n.92.

An valeat, quando religio ad quam transitur, non est strictior? n.93.

An quando quis transit ad strictiorem bono zelo, non tamen petita licentia, possit reuocari: refertur quædam sententia. n.94.

Explicatur sententia auctoris. n.95.

An valeat professio in hoc posteriori monasterio? n.96.

Quid si licentia petita, & ex iusta causa denegata transit? n.97.

An possit, & teneatur hic redire ad primum monasterium? n.98.

Qua actione est reuocandus professus hic? n.99.

An si appellatione, vel querela pendenti, hic transierit ad strictiorem religionem, sit ante causæ cognitionem per viam attentati restituendus? n.100.

Pendente lite inter vtrumque monasterium, in vtro illorum esse debeat? n.101.

An si posterius monasterium nolit eum defendere, sit ad id cogendum? n.102.

An si lite mota obtineat religiosus translatus, etiam reuocatus cogatur posterius monasterium eum admittere? n.103.

An religiosus ad strictiorem religionem legitimè transiens, si ad illam non admittatur, vel admissus expellatur, aut reuocetur sit in priorem admittendus? n.104.

Quid si illegitimè transiisset? n.105.

An religionem laxiorem contra iui ingressus, nec redens ad suam admissus, peccet manens in laxiori? n.106.

An si adsint Iudices Apostolici qui decernant eum in laxiori permanere, incurrat pœnas motu proprij Pij V. contra non redeuntes ad suam religionem? n.107.

Postea inuenies summaria quæ desideramus.

88 QVÆSTIO quinta. An deficienti quacumque ex conditionibus iure petitis ad transitum in strictiorem religionem, irrita sit professio in posteriori religione, positque religiosus ille reuocari, & quo remedio? Meminisse oportet quatuor conditionum, quas num.1. petij diximus, vt permittatur transitus ab vna religione ad aliam. Difficultas ergo est, an taliter conditiones ex petitæ sint, vt quacumque ex illis deficienti, transitus, & professio in altera religione emissa, valore destituantur, an potiùs, etsi peccetur, valida sint hæc? Et quidem quando deficit prima conditio, nempe, quia contra tenorem prioris religionis transitur ad aliam, attendenda sunt priuilegij verba, an professionem irritent, necne. Et quidem extrauag. *Viam, de regular.* irritat professionem Mendicantium transeuntium ad alium monasticum ordinem, præter Carthusianum, & priuilegia Societatis 1559, quæ cæteri Mendicantes participant, irritant professionem transeuntis ad alium monasticum ordinem præter Carthusianum, absque legitima Generalis licentia, quorum priuilegiorum meminimus num. 29. & num.32. explicuimus, quid speciale habeat extra hoc vltra alios Mendicantes.

Quando deficit sola secunda conditio, quia scilicet 89
aut non bono zelo, & melioris frugis studio, sed remeritate, aut leuitate transitur; si transeatur non petita licentia, existimo professionem fore nullam. Quod fere expresè sentit Abbas *consil.91.num.1. vol.1.* & Rosel. *verb. religio. 4. num. 6.* vbi expresè dicunt non valere hunc transitum, & ita etsi professus sit in posteriori religione, posse propria authoritate redire ad primam religionem, & teneri redire, vtpote qui priori religioni alligatus est, & reddunt rationem. Quia etsi in variis sententiis eant Doctores, an bono zelo transiens non petita licentia reuocandus sit; concordant tamen vniuersi, eum reuocandum, quando bonus defuit animus, vt videbimus n.96.

Immo idem dicendum est, quando petit licentiam, 90
& non obtinuit, quia *cap.licet.de regul.* tantùm concedit transitum ad arctiorem religionem petita, etsi non obtenta

tenta licentia, quando zelo melioris frugis fit. Cùm ergo hoc deficiente transitus fiat nullo iure permittente, erit omnino irritus, & professio corruet. Item quia *eo.c.licet,verf.talis ergo.* redditur ratio, cur liceat transitus bono zelo intentus licentia petita, etsi non obtenta, his verbis; *ex lege priuata quæ publica legi præiudicat, absoluitur.* vbi Gloss. *verb.ex lege*, explicat, quæ est amor Dei; & in fine ait textus non molestandum transeuntem, quando dignoscitur transitum fuisse corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Ergo his deficientibus,potest reuocari tanquam non legitimè in posteriori ordine professus. Et hoc clarè videtur tenere Abbas *eo cap.licet in fin.* vbi expressè dicit, transeuntem ad strictiorem religionem non causa iusta ductum petita licentia,non tamen obtenta,etsi professus sit in posteriori monasterio, posse vendicari à prioris monasterij Abbate. Vbi pondero verbum, *vendicari*, quod est proprium habentis dominium.*l.in rem.ff.de rei vendicat.* & *cap.sanc.num.2. de regular.* dicit, vt teneat ingressus, oportere duo concurrere. Alterum, vt non fiat causa leuitatis; alterum verò,vt strictior sit religio, ad quam transirut. Idem videtur tenere Caueda *in decisionib. Senat.Lusitan.part.1.decis.196.num.1.&* 2. vbi ait, non concurrentibus his conditionibus posse vendicari monachum transflatum, etsi quadraginta annis steterit in posteriori monasterio.

91 Maior difficultas apparet, quando obtenta licentia est,at non bono zelo intenta,concessit tamen licentiam Prælatus aut cõscius præuæ intentionis, aut illius ignarus,quia vel petens ipsum decepit, vel ipse non interrogauit petentem licentiam de eius intentione. Et existimo in omnibus his casibus non valituram professionem; quod colligo ex verbis Abbatis num. præced. in fine relatis,dum absolutè ait,ad valorem ingressus exigi,vt non fiat causa leuitatis, sed zelo melioris frugis: & constat nomine ingressus intelligi professionem,per quam cum effectu capessitur religio. Quare iure optimo Sylues. *verb.religio.3.q.vlt.* dixit, iura de religionis ingressu loquentia, nomine ingressus intelligere professionem. Item ducor, quia *illud cap.licet.de regular.* & rationes in eo traditæ, quas num. præcedenti retulimus,vt hic transitus in prioris professionis,& iuris per ipsam priori monasterio acquisiti præiudicium permittatur; procedunt, quando transitus bono melioris vitæ zelo petitur. Ergo eo deficiente fit contra omne ius, & sic professio corruet. Fauet etiam huic sententiæ Abulens. *cap.* 30. *Numero.q.*73. vbi ait, transeuntem ex causa leuitatis,etsi licentiam petierit,reuocari posse.

92 Quando autem bonus zelus adest, at deficit altera pars eius secundæ conditionis,nempe, quia is transitus cediti notabile prioris religionis detrimentum,existimo ex eius solius conditionis defectu non fore professionem in posteriori religione irritam. Quod clarè indicant Ioan.Andr.*cap.licet.num.*22 *de regular.* & ibi Anton. *num.*14. Auc.Ca., *num.*1.*opposit.* 2.Cardin. *num.*3 *opposit.*4. dicunt enim,quando transitus tenuit,non reuocari ipso iure,sed ope restitutionis,sicut in temporibus Ecclesia læsa restituitur. Ergo supponunt tanquam certum,ex hoc solo defectu non esse irritũ transitum, sed beneficio restitutionis per Ecclesiam implorato, reuocandum. Id etiam mihi persuadeo, quia e hoc solo defectu non constat esse illicitum transitum sed sub iudice res est,vt n.11.diximus.

93 Quando deficit tertia cõditio,quia religio ad quam transitur,non est strictior,manifestum est professionem in posteriori religione fore irritam, nisi adsit legitim dispensatio potentis illam concedere ad transeundum ad æquè strictam,aut laxiorem religionem; quia nullo iure is transitus permittitur, nec hic religiosus sui iuris erat, vt validè potuerit in prioris professionis,& iuri per illam priori monasterio comparati, præiudicium profiteri in altera religione æquè stricta,aut laxiori.

Sed quando deficit vltima sola conditio, quia scilicet re vera transitur ad strictiorem religionem,& bono 94
zelo,nec contra prioris religionis priuilegia:at non petita est licentia;est potissima difficultas, an sic transiens possit reuocari ad prius monasterium? Quidam censent hunc reuocari non posse. Quia *cap.licet.in fin.de regular.* absolutè dicitur,non molestandum qui bono zelo transiit. Secundò,quia nulli præiudicium infertur,cùm cæremonia sola accidentalis desiderata sit ad licitum ingressum, nempe petitio licentiæ, nec eam obtineri sit necessarium; sed iuberut transiens petere, ne bonum obedientiæ contemnere videatur, ac proinde ad solam præsumptionem contemptus vitandam. Tandem, quia frustranea esset reuocatio,cùm statim ac reuocatus fuerit,possit,petita licentia, velit, nolit superior eam concedere,redire ad posteriorem religionem.Et ideo huius sententiæ sunt Gloss. *eo.cap.licet.verb.licentiam.* & *cap.sanc.in fine. de regularib.* & ibi Innocent. *in fine.* Goffred. Petr. & Abb. antiq. *eo cap.licet.* sicut eos ibi refert alter Abb. *num.*10. Idem Ioan.Calderin. *ibi*,Archidiac. *cap.*2. *st.num in princ.*19.*q.*3. Tutrect. *cap.*1. *num.*2. 19. *quæst.*3. Ricard. 4. *dist.*38.*art.*8.*quæst.*1. *ad* 3. & ibi Paludan. *q.* 4. *art.* 4. *num.*43. Astens. *sum.*1.*part.lib.*1.*tit.*10.*art.*10.*q.*1. Barbat. *consil.* 9. *præcharè scribit. column.*8. *verf. & adduco elegantem.tom.*1. D.Anton. 2.*part.tit.*11.*cap.*2.§.9.*verf.hoc autem videtur.* Sylues. *verb.religio.* 4. *quæst.* 1. *notabil.* 4. Tabien. *verb.religio.quæst.*24. *num.*25. Eamdem sententiam sequitur cum hac limitatione Ioan. Calder. *eo cap. licet*, vt eum refert ibi Abb. num.10. nempe, quando prius monasterium non haberet priuilegium,ne ab eo transiretur prætextu melioris vitæ, tunc enim reuocandus non esset: secus si haberet tale priuilegium.

Quamuis tamen prædicta sententia sit satis proba- 95
bilis; at frequentior,& probabilior sententia habet hũc reuocari posse. Ducor,quia *cap.licet.in fin.de regular.* dicitur,hunc reuocandum non esse, quando constat eum bono animo transiisse. At hic bonus animus minimè præsumitur,sed leuitas, & temeritas, quando non petita licentia transit(vt num.13.probauimus ex eodemmet textu.) Ergo tunc reuocandus est. Secundò probatur à contrario sensu ex *eodem cap.licet.verf.talis ergo.* vbi solùm conceditur licentia boni illius propositi adimplendi,quando superior petitam licentiam proteruè denegat. Et ideo hanc partem sustinent Gloss. *cap.* 2. *verb. monachus.*19. *quæst.*2. & *cap.inceleximus,in fin.in vlt. solut. de stat. & qualit.* & ibi Innocent. *num.* 2. Hostiens. *num.*5. Abbas *num.*1.*opposit.* 1. & ibi Zachar. *in addition. lit. B.* hoc extendens ad casum, in quo dubitatur, an petierit licentiam. Cùm enim petere licentiam sit quid facti, non præsumitur nisi probetur. Idem Hostiens. *eo.cap.licet.num.*9.*&* *num.*15.*verf. bonum obedientiæ.* & ibi Ioan. Andre. *num.*21. dicens sic se vidisse pronunciari. Anton. *num.*13.Anchar. *num.*12.*quæst.*1. Abb. *num.*10. Cardinal.*num.*3.*quæst.* 2. Henr. *num.*8. idem Abb. *consil.*39.*num.*2.*volum.*1. Gasp.Calder.*consil.*25.*quæstion professur. in eo regular.* Lapus *allegat.*130. aliàs 135. *num.*1. & ibi Mandosi. *in addition. lit. R.* idem Mandos. *addition. ad Lapum,allegat.*61. aliàs 62.*quidam Francisc. lit.A.* Paul. *Clement.*1. & ibi Cardin. *in princ.num.* 5.*opposit.*1.*de regularib.* Roman. *consil.* 341. *circa primum. numero* 3. & 4. Maior 4. *dist.*38.*quæst.*11.*in arg. contra* 2. *conclus.* Rosel. *verb.religio.*4.*num.*4.*&* 6. D.Anton. 3. *part.tit.*16. *cap.*4. §.1.*fin.* Nauar. *lib.*3. *consil.tit. de regul.in* 1.*edit. consil.* 59. *num.*2.*in* 2.*consilio* 52.*num.*2. Leonard. *lib.*2. *de inst.cap.*42. *dub.*13. *num.*101. Azor *lib.*12. *institut.moral. cap.*1.*q.*6. Et limitationem num.præced. adductam ex Ioan. Calder.reprobant Gasp. Calder. & Abb. *eo. c.licet.num.*10. & ibi Cardin. proximè allegati. Nec obstant adducta in contrarium,num. præced. Nam ad primum constat ex dictis in prima ratione huius sententiæ, vbi probauimus eam partem textus potiùs fauere huic sententiæ. Ad secundum dic, eam petitionem licentiæ non desiderari

desiderari solùm ad licitum ingressum, sed ad eius firmitatem, vt satis probatum est. Ad vltimum respondent Ioan.Andre.Anton.Cardinal.Anchar.Abb. *eo consil.* 95. *num.*2. Rosel. proximè allegati, eam reuocationem non fore frustraneam;tum quia potest ille mutato proposito permanere in priori religione, à qua transierat;tum etiam,quia ea reuocatione satisfit iuri, etsi possit reuocatus iterum ad eam religionem, seruato iuris ordine, nempe petita licentia, transire,sicut inordinata alicuius electione repulsa,admittitur ordinata eiusdem electio. *c.innotuit. & c.super eo.de elect.*

96 Ex his deducitur primò, quid dicendum sit de valore professionis in secundo monasterio, ad quod non petita licentia transitum est. Si enim sustineamus priorem sententiam dicentem hunc reuocari non posse,est subinde dicendum professionem fuisse validam. At retenta nostra sententia dicenti posse reuocari,dicendum est esse irritam. Atque ita clarè sentiunt Abb. *consil.* 95. *num.*2. *vol.*1. & Rosel. *verb.religio.* 4. *num.*6. vbi dicunt transitum omnino non valuisse, & loquuntur de professo tam in posteriori religione. Idem sentit Mandos. *addit.ad Lapum,allegat.*61.*quidam Franciss.*alias 62.*lit.A.* vbi ait hunc transitum esse nullius momenti, & ideo reuocari posse.

97 Immo idem existimo,quando petita est licentia,sed ex iusta causa denegata est, quia nõ conceditur is transitus sine licentia, nisi quando remerè, & proteruè licentia denegatur;vt constat ex *eo.cap.licet.verf.talis ergo.* & constabit ex dicendis num.100. vbi hunc transeuntem reuocari posse probabimus.

98 Secundò deducitur,hunc professum iam in secundo monasterio, posse propria authoritate ad prius redire, cùm professio posterior irrita sit, & prior valida. Et ita docet Abb. *consil.*95.*num.*2. *volum.*1. & probat ex *cap. inteleximus,de aetat.& qualitat.* ibi; *ad primum domum redire curatis.* qui reditus approbatur in eo textu,& *c.mandamus.* 19.*q.* 3. ibi; *præcipimus vt redeat.* Quare credo etiam eum teneri redire,si commodè, & absque scandalo possit, & religiosi prioris monasterij velint eum admittere:id enim ratio adducta probat.

99 Reuocabitur autem huiusmodi professus triplici actione. Prima est rei vendicatio; quamuis enim hæc non competat nisi domino. *l. in rem.ff.de rei vendicat.* at hæc est larga rei vendicatio, & competit pro homine libero alterius potestati subiecto, adiecta tamen causa. Secunda actio est,conditio ex Canon.*Saturnine.*19.*q.*3. Vltima est, implorare officium Iudicis. Ita docent Innocent. *cap. licet. num.* 4. *de regular.* & ibi Ioan. Andre. *num.*9. Anton. *num.*9. Hostiens. *num.*16. Abb. *num.vlt.* Cardin.*num.*3.*quæst.*14. Roman. *consil.*341. *circa primum. num.* 1. Atque triplex hæc actio competit, non solùm quando religiosus transit ad strictiorem religionẽ non petita licentia;sed etiam quando petita,& ex iusta causa denegata transiuit, vel nulla causa assignata, & non petiit subditus causam, cùm tunc eam debeat petere, vt diximus num. 38. atque ita docent Innocent. Ioan. Andre. Hostiens. Cardinal. *ibid.* Et potest Abbas religiosum hunc repetere, etsi non appellauerit Abbas ante transitum, vt bene docent Innocent. & Hostiens. *ibid.*Ioan.Andre. *num.*11. Cardinal. *q.*16.

100 Quod si Abbas prætendens monachum transiuisse illicitè,appellarit ex causa verisimili ante transitum, & appellatione pendente transierit;debet statim ante causæ cognitionem per viam attentati restitui officio Iudicis priori monasterio. Ita docent Innocent. *eo.cap.licet. num.*4. Hostiens. *ibi.num.*16. Ioan.Andre.*num.*9. Anton. *num.*9. Cardin. *num.*3.*quæst.*11.*&* 12. Anchar.*num.penult.* Addũtque Innocent.Hostiens.Ioan.Andre.& Anton. idem fortè esse si non est appellatum, sed res ad superiorem delata est per viam querelæ;& Anchar.ait, hanc restitutionem in vtroque casu faciendam.

101 Sed dissident Doctores pendente lite inter vtrumque monasterium,in quo debeat esse ille monachus sic translatus. Hostiens. *cap.licet.num.*16.& ibi Ioan.Andre. *num.*11. Anton. *num.*10. Abb. *in fin.* aiunt,in posteriori monasterio ad quod transiit,ipsum esse futurum,quia hoc est in quasi possessione ipsius, & est reus. At verius est, eum futurum in priori monasterio, à quo transiit: quia prius monasterium legitimam ipsius possessionem habebat per professionem, qua in dubio spoliari non debet; & si iniustè ante legitimam declarationem iustitiæ transitus spoliatum est, debet restitui recuperata sua pristina possessione,eo vel maximè quod Abbas ipsum admittens ad posterius monasterium absque dimissoriis literis priotis Abbatis,aut sine huius transitus examine, fuerit in culpa,vt probauimus num.40. & ita docent Innocent. *eo.cap.licet.num.*4. Cardin. *num.*3.*q.*15. Anchar. *num.penult.*

Sed si posterius monasterium nolit cum defendere, 102
cogetur vtique officio superioris,quando annus à transitu iam lapsus est; secus si is nondum lapsus sit. Et ita docent Ioan.Andre.Hostiens.Anton. Cardin. *n.*3.*q.*15. vbi allegati sunt num.præced.

Et si lite mota obtinuit religiosus ille translatus, 103
& iam reuocatus, cogetur posterius monasterium, velit,nolit,eum admittere. Quia ex quo iam in eum consensit,non potest retrocedere. argum. *cap.dilectissimi.*8. *quæst.*2. nisi ex secunda receptione scandalum imminet. Quod arbitrio superioris relinquitur. Sic docent Ioan.Andre. *eo.cap.licet.num.*12. & ibi Hostiens.*num.*16. Cardin. *num.*3.*q.*15. Anchar. *in fine.*

Tandem difficultas est,an religiosus,qui ad alium re- 104
ligionem transiit,& postea ad pristinam redit,sit necessariò admittẽdus;sit potest hæc quæstio tractari,quando iustè, & quando iniustè. Et quidem quando iustè transiit, vt ad strictiorem religionem impetrata licentia,concors est Doctorum sententia,si hic non inueniat religiosos eum admittere volentes, vel expellatur,aut voluntate mutata redeat ad priorem religionem;teneri religionem priorem eum admittere, quoties hæc contingunt ante professionem in posteriori religione emissam;secus si contingant post. Quoniam facultas,& abdicatio iuris,quod quis habet, facta ex causa, non obtinet firmitatem ea non sequuta. At hæc transitus facultas concessa fuit,vt in posteriori profiteretur;quod subsequutum non est. Atque ita docent Bald. *l.cum in adoptatis, in princ. num.*4. *C.de adoption.* Astens. *sum.*1.*part. lib.*1.*tit.*10.*art.*10.*quæstion.* 4. D.Anton. 3.*part.tit.*16. *cap.*4. §.*fin.* Rosel. *verb. religio.*4. *nu.* 9. Turrect. *cap.*1. *num.*9.19.*quæst.*3. Sylues. *verb.religio.*4.*quæst.*3. Tabien. *verb.religio.quæst.*24.*num.*25 *fine.* Gregor. Lopez *l.*9. *verf. Aetatis.tit.*7.*part.*1. Anton.Cueus *lib.*3.*institut.maior.tit.*1. *num.*140. Azor *num.*1. *institut. moral.lib.*12. *cap.*14.*q.*11. Atque idem est dicendum si transierit ea licentia petita,& iniustè denegata;quia tunc perinde est,ac si concessa esset ob illam causam: cùm ius eam tunc cordat. *cap. licet, verf. talis ergo, de regular.* Cùm ergo non sit subsequuta,erit necessariò admittẽdus.Et idem procedit quoties ex legitima dispensatione transiit ad æquè, aut minus arctam religionem, & in ea professus non est,cùm eadem prorsus ratio militet. Addunt bene D.Antonin.Astens.Rosel.*num.*10.Sylues.Turrect. *num.*10. si licentia fuerit simpliciter concessa, eo quod religio, & religiosus ille simpliciter renunciarunt iuri suo,non concurrente legitima causa, non valere licentiam: & sic necessariò redeuntem esse admittendum, quia datur ansa vagandi,quod interdictum est *cap. Abbates.*18 *quæst.*2.

Si verò iniustè translatus sit, eo quod licentia non 105
petita sit,aut ea iustè denegata fuerit; Anton. *cap.inceleximus.num.*10. *de aetat.& qualitat.* & ibi Abb. *ad fin.* dicunt,non posse prius monasterium cogi ad ipsum recipiendum. Sed meliùs idem Abb. *consil.*95. *n.* 2. *volum.*1. citatis Ioan. Andrea, & Hostiensi, ait habere hunc ius,

vt ad prius monasterium admittatur, cùm transitus ad posterius, & professio in eo emissa non valuerint, eo vel maximè quod *cap. final. de regular.* inseantur Abbates admittere fugitiuos in religionem, si secundùm ordinem regularem admisti possint, nedum qui nunc propriè fugitiui sunt, sed ad aliam religionem prætermisso iuris ordine recessêre. Atque ob eamdem rationè idem dicendum est, si absque legitima dispensatione transierit ad religionem laxiorem, aut æquè arctam; quia eadem, immo fortior ratio militat, cùm tunc certius sit professionem esse irritam.

106 Quod si religionem laxiorem contra ius ingressus, & ad saniorem mentem rediens repetat prius Cœnobium, nec in id admittatur, eo quod iam senior, aut infirma valetudine vtens sit, aut alia de causa, vt tuto in religione laxiori permaneat, ait Azor *lib.12. institut. moral. cap.15. quæst.2.* eum indigere dispensatione potentis eam concedere, quia sicut transeundo absque facultate legitima peccabit, ita & absque illa persistendo. Sed hoc non placet, quia si hic in perpetuum repulsam patiatur à priori religione, nullatenus peccabit transeundo ad quamcumque laxiorem, vt dicemus cap.9. Ergo nec in laxiori perseuerando, sed sola noua prioris professionis irritæ ratificatione indigeret. Quæ qualiter facienda sit, diximus *lib.5. huius operis. cap.4. num.81.* & latiùs *lib.7. de matrimon. disp.37. a num.59.*

107 Id demum obseruandum est. Si hic contrarius ad religionem laxiorem transiens, & ad priorem reuersus, vt Pius V. in quodam suo proprio motu iussit, non admittatur, & Iudices Apostolicos adeat, qui causa cognita decernant, eum in laxiori permanere debere; nullatenus incurret pœnas in eo proprio motu statutas contra non redeuntes ad pristinam religionem omissa laxiori. Quod hic non permaneat in laxiori religione virtute aliquarum facultatum, quas penitus abrogauit Pius V. in eo motu proprio: sed vi sententiæ latæ à Iudicibus Apostolicis ad id destinatis. Et ita docêt Nauar. *lib.3. consilior. tit. de regular. in 1. edit. cons. 72. num. vnic. in 2. cons. 59. num. vnic.* Azor *tom.1. institution. moral. lib.12. cap.15. quæst.2. fine.*

SVMMARIVM.

An transeuntes ad aliam religionem sint incapaces quorumuis beneficiorum, etiam curatorum? & explicatur Tridentinum sess.14. cap.11. de reformat. n.108.

Quæ pœnæ statuuntur Clement. 1. de regular. mendicantibus transeuntibus ad non mendicantes? n.109.

An illis subiaceat mendicans transiens ad religionem mendicantem, vel ad Carthusiam, vel non mendicans transiens ad quamcumque? n.110.

Quid de mendicantibus non simpliciter, sed cum moderatione approbatis? n.111.

Quid de mendicantibus nouitiis, vel inuitidè professis? n.112.

Quid de mendicantes, qui stlu mendicant, at possunt ex regul. habere redditus? n.113.

Quid de iis qui ex solis suis constitutionibus non possunt habere redditus, & possessiones in communi? n.114.

Quid si iis ex priuilegio, aut iure nouiore Tridentini permissum sit habere redditus & possessiones in communi, vel de facto illa habeant contra iura? n.115.

An nomine mendicantium comprehendatur moniales subiecti ordinibus mendicantium? n.116.

An non soli comprehendantur quatuor ordines antiqui, sed etiam de nouo adiecti, & an habens facultatem transeundi ad mendicantes debeat hoc de nouo adiectos querere, & an religiosi Societatis sint verè mendicantes? n.117.

Quid si mendicans transit ad non mendicantes, & postea redit ad mendicantes? n.118.

Quid de mendicanti cruce Episcopo, & postea Episcopatu depositus transeunti ad non mendicantes? n.119.

An Clement. 1. de regularibus interdicens hoc transeuntes vocet & loco in Capitulo, intelligatur de voce actiua, & passiua? n.120.

Quid de hac voce in administratione Ecclesiæ secularis? n.121.

De qua voce in Capitulo, & de quibus Prælatis in textu intelligatur? n.122.

Quod nomine loci in Capitulo intelligatur? n.123.

An priuetur loco in choro, & aliis congregationibus? n.124.

An hæc pœna procedat in omnibus qui iam transierant, vel in posterum ad mendicantes transibunt; & an ij cum quibus dispensatur ad transitum, & habendam prælaturam possint habere hanc vocem, & locum? n.125.

An interdicantur Priuatum, & administrationes in sola religione, an etiam extra? n.126.

Quid intelligatur nomine officiorum? n.127.

An intelligatur officium prædicandi? n.128.

Quid de officio docendæ alicuius facultatis? n.129.

An possint in esse vicarij Episcopi? n.130.

An possint hi ad gradus literarios promouere? n.131.

QVÆSTIO vltima. Quæ in iure interdicta sint religiosis transeuntibus in casu permisso ad alias religiones. Et quidem in Trident. *sess.14. cap.11. de reformat. in fin.* statuitur, vt omnes religiosi, etsi canonici regulares sint, translati ad alium ordinem, sint omnino incapaces quorumcumque beneficiorum secularium, etiamsi curata sint. Et intelligitur, quamuis ad strictiorem sit transitus, vt bene docet Leonard. *lib.2. de instit. cap.41. dub.13. num.105.* quia generaliter loquitur de translatis vigore etiam cuiuscumque facultatis. 108

Rursus *in Clement.1. de regular.* duo statuuntur. Prius est, vt mendicantes, qui authoritate etiam Apostolica ad non mendicantes transierant, aut in posterum transibunt, quamuis tunc Prioratus, vel officia, aut curam animarum, vel regimen quodcumque obtineant, inibi vocem, aut locum in Capitulo non habeant, etiamsi hoc ab aliis sibi liberè concedatur. Posterius est, ne sic translati assumantur in posterum ad Prioratus, administrationes, aut quæcumque officia, etiam tanquam vicarij, seu ministri, vel locum aliorum tenentes, & ne animarum curam, aut regimen possint pro se, vel pro aliis exercere. Et quidquid in contrarium gestum fuerit, decernitur ibi fore irritum ipso iure, nullis priuilegiis obstantibus. 109

Ex quo colligitur, non subiacere his pœnis mendicantem transeuntem ad aliam mendicantem, vel si non mendicãs transeat ad quamcumque aliam religionem. Quia solùm loquitur ea Clementina de mendicanti transeunti ad non mendicantes. Ita tradunt Gloss. *ibi. verb. non mendicantium.* & ibi Anchar. *num. 4. notab. 3.* Bonifac. *num.19.* Imola *num.9.* Cardin. *in princ. num.16. quæst.8.* Nauar. *lib.3. cons. tit. de regular. in 1. edit. cons.57. num. in 2. cons.66. fin.* Azor *lib.12. institut. moral. cap.14. quæst.12.* Nec credo intelligi mendicantes transeuntes ad Carthusiam, quia textus *Clement.1.* apertè loquitur de transeuntibus virtute alicuius priuilegij, etiam Apostolici ad religionem minorem, & ita ad non mendicantem. At sic transitus iure communi permissus est tanquam ad religionem strictiorem, etsi mendicans non sit, extra iag. *Vtam, de regular.* 110

Nec subiacent quoque his pœnis mendicantes, qui non simpliciter, & omnino à Sede Apostolica approbati sunt: sed cum hac moderatione, vt nullum in posterum ad professionem admittant, possintque ad quosuis alios ordines approbatos transmigrare. *cap. vnic. §. confirmatos. de religios. domib. in 6.* Quippe hi expresè excipiuntur *in ea Clement.1. in fin.* & ita tradunt omnes.

Nec claduntur mendicantes nouitij, nec ita inuaidè professi, vt licitè possint ad aliam religionem transire, vtpote qui ad priorem non sunt obligati; quia expresè loquitur ea Clementina de professis, qui ex ri professionis tenentur in priori vocatione persistere. Et ita

Et ita docent Gloss. *ibi. verb. vt professores.* Imol. *num.6.* Bonifac. *num.53.* Cardinal. *in princ. num. 9. quæst.1.* At comprehendunur qui in Societate IESV emiserunt vota biennij, vt dicemus n.117.

113 Ne comprehendunrur etiam nomine mẽdicantium ij, quibus ex regula, vel constitutionibus non est interdictum habere in communi redditus, & possessiones, quamuis actu mendicent, quod constat ex *cap. vnico. §. confirmatos. de relig. domib. in 6.* vbi dicitur, mendicantes esse, quibus ad congruam sustentationem redditus, aut possessiones habere professio, aut regula quælibet interdicunt. Atque ita docent Lapus *allegat. 4. an dispositio. num.5.* Archidiac. *eo cap. vnico. paulo post princ. vers. mendicant.* & ibi Ioan. Andre. *paulo post princ.* Anchar. *num.1. notab.4.* & ibi Dominic. *§. confirmatos. n.9.* Franc. *eodem §. num.4.* idem Dominic. *cap.2. num.11. de regular. in 6.* & ibi Franc. *num. 6.* Imol. *Clement. 1. num. 8. de regular.* & ibi Cardin. *in princ. num.10. quæst.3.* Felin. *cap. in præsentia. num.52. fine. de probat.* Palud. *4. dist.38. quæst.2. num.17.* D. Antonin. *5. part. tit.16. cap.3. in princ.* Mandos. *regul.23. Cancellaria. q.3. fine.* Manuel Rodrig. *qq. regular. tom.3. quæst.52. art.15. ad finem.*

114 An verò comprehendantur qui ex constitutionibus arctantur ad non habendos redditus, & possessiones in communi, non constat inter Doctores; quidam enim asseuerant, quia *cap. vnicum. §. confirmatos. de relig. domib. in 6.* tantùm petit vt ex regula, vel professione, non possint habere redditus, & possessiones in communi: & antiquitus littera textus loco *professionis*, dicebat *constitutionis.* Et ita sentiunt Lapus *allegat. 4. an dispositio. num. 2.* Ioan. Andre. *eo cap. vnico. paulo post princ.* & ibi Anchar. *num.1. notab.4.* Dominic. *ibi. §. confirmatos. num.8.* & ibi Franc. *eodem §. num.3.* Anton. Cucus *lib.3. institut. maior. tit.1. num.6.* Deci. *cap. ad nostram. in nona edit. num. 27. de appellat.* Mandos. *regul. Cancella. 23. quæst.3. fin.* & explicant Anchar. Dominic. & Franc. allegato Lapo, quamuis hæ constitutiones non sint à Pontifice approbatæ. At verius est, non censeri mendicantes, nisi hæ constitutiones à Pontifice sint approbatæ, quia nequeunt priuati sibi legem imponere, à qua recedere non liceat. Et ita docent allegato Paul. Anchar. *Clement.1. num.6. fin. de regular.* & ibi Imol. *num. 8.* Bonifac. *n.79.* Cardin. *in princ. n.10. q.3.* Federic. *cons.25. in princ.* Nauar. *lib.3. consil. tit. de regular. in 1. edit. cons.63. in 2. cons. 65. nu. vnico.* quod procedit, etiamsi hæ constitutiones iureiurando sint stabilitæ, quia adhuc ipsimet statuentes possunt collegialiter contrauenire; & ita docent Paul. Anchar. Cardin. & Bonifac. *ibidem.*

115 Comprehenduntur tamen mendicantium nomine ij, quibus ex regula, vel constitutionibus à Sede Apostolica approbatis interdictum est redditus, & possessiones in communi habere, quamuis illicitè contra prohibitionem illa habeant, vel licitè ex Pontificis dispensatione, sicut hodie in Trident. *sess.25. de regular. cap.3.* dispensatum cum omnibus mendicantibus præter Minores de obseruantia, & Capucinos, vt habeant redditus, & possessiones in communi. Ratio est, quia licèt in hoc dispensatum sit cum illis, retinent tamen quoad alia, omnia priuilegia mendicantium. At priuilegium tollens vnum, non tollit aliud. *l. si domus tua. ff. de seruitut. urban. prædior. cap. pastoralis. de priuileg. cap. ex tuarum, de authorit. & vsu pallij.* Ergo licèt priuilegio habiles facti sint ad habenda bona in communi, non subinde liberantur aliis iuribus loquentibus de mendicantibus. Atque ita docent Lapus *allegat. 4. an dispositio. nu. 4. & 5.* & ibi Mandos. *in additionibus. verb. retinere.* Dominic. *cap. vnico. §. final. in fin. de religios. domib. in 6.* & ibi Franc. *§. confirmatos. num.3.* idem Dominic. *cap.2. num.11. de regular. in 6.* Imol. *Clement. 1. nu.8. de regular.* & ibi Bonifac. *num.58.* Felin. *cap. in præsentia. num.52. vers. ipsa hoc modo de probation.* Rebuff. *in contordat. rubr. de Reg. ad prælatur. nominat. facien. verb. mendicantibus. vers. sicut illi.* Sylvest. *verb. religio. 3. quæst.5.* Manuel Rodrig. *qq. regul. tom.3. q.51. art.15. ad finem.* Mandos. *reg.23. Cancel. quæst.4. num.4. & sequ.* qui bene limitat *num.5.* allegat. Casladoro, & Felin. nisi priuilegium dispensans, vt ij religiosi habeant redditus in communi, contineret expresè eos in posterum non fore mendicantes.

Hinc deducitur, quid de monialibus ordinum mendicantium, vt Prædicatorum, & Minorum censendum sit. Quidam enim negant, eo quod iure mendicantes non sint, cùm possint habere possessiones, etsi priuilegia quædam ordinum mendicantium habeant. Ita sentiunt Guillelm. de mont. Laudin. *Clement. 1. de regular.* & satis inclinat in hanc partem Cardin. *ibi. in princ. n. 15. q.7.* quamuis tandem contrarium concludat; non quia sint verè mendicantes, sed quia sint quasi pars monasterij virorum mendicantium. Eandem sententiam tenent Paludan. *4. dist.38. quæst.2. num.17.* D. Antonin. *5. part. tit.16. cap.3. in princ. versiem nota.* Sylvest. *verb. religio. 3. quæst.3. dict.3.* Angel. *verb. nouitius. num.6.* Sed contrarium tenent; eo quod non obstat, cum illis esse dispensatum ad habendos redditus in communi, quominus verè mendicantes sint, vt diximus num. præced. Sic docent Lapus *allegat. 4. an dispositio. num. 2. & 5.* & ibi Mandos. *in addition. lit. A.* Gloss. *Clement. 1. verb. quæsibet. de regular.* & ibi Imol. *num.8.* Bonifac. *num.56.* Dominic. *cap. 2. num.11. de regularib. in 6.* & ibi Franc. *num.6.* Sed priorem sententiam veriorem reputo, quia, vt bene aiunt Angel. & Sylvest. hæ moniales non habent ex priuilegio, sed ex sua regula posse habere redditus in communi. Si tamen aliquæ essent moniales huiusmodi, quibus ex regula interdictum esset, eos redditus habere, vera esset prior sententia. 116

Insuper comprehenduntur non solùm quatuor ordines mendicantes, de quibus fit mentio *cap. vnico. §. sanè. de relig. domib. in 6.* qui sunt Prædicatores, Minores, Augustiniani, Carmelitæ; sed etiam omnes alij ordines, qui postea à Sede Apostolica tales instituti sunt: vt religio Minimorum, & Societatis IESV, quia omnes illi verè mendicantes sunt. Et ita docet Azor *instit. moral. tom.1. lib.12. cap.14. quæst.11. vers. queres:* atque in simili tradit Nauar. *consment. 4. de regular. num.15. vers.2.* & Manuel Rodrig. *qq. regular. tom.3. q.52. art.23.* vbi tradunt, fratres quosdam, quibus concessa est facultas transeundi ad non mendicantes, si mendicantes admittere volentes non inuenirent, non satisfacturos, si apud mendicantes olim institutos non admittantur, nisi admitti quoque tentent apud denuò tales creatos. Et Suarez *tom.5. in 3. part. disp.31. sect.6. num.7.* docet, suspensionem latam *cap. non solum, & cap. constitutionem. de regularib. in 6.* in superiores ordinum mendicantium admittentes ad professionem ante annum nouitiatus, extendi ad mendicantes postea creatos: nam lex generalis & perpetua non solùm tunc natos, sed in posterum nascituros obligat; & idem Suar. *eodem tom. disp.22. sect.5. num.16.* ait, excommunicationem latam in extrauag. *Vtam, de regular.* contra mendicantes transeuntes ad alium ordinem, quàm Carthusianum, extendi ad religiosos Societatis IESV: & non ad solos professos, sed etiam ad alios, qui finito nouitiatus biennio emiserunt vota simplicia, quia ij omnes sunt verè religiosi mendicantes, eorumque priuilegiis gaudent, vt declarauit Pius V. in Bulla anno 1571. & postea Gregorius XIII. in Bulla edita anno 1581. & in alia 1584. & fuit hic maximus fauor religionis, vt in ea personæ conseruentur, nec facilis sit transitus ad alios ordines cum detrimento religionis desertæ. Dictis ex parte contrarius est Horatius Mandos. *de priuileg. ad instar. glossa 2. num. penultim.* dicens Collegia Societatis IESV non esse mendicantia, sed solùm Societatem, quæ ex professis constat; & *gloss.11. num.24.* defendit religiosos scholares Societatis IESV non esse verè mendicantes, sed tantùm quodammodò. Idem tradit Manuel Rodrig. *tom.3. regular. q.49. art.1.* 117

Nihil tamen certò definiunt, sed rationes adducunt pro vtraque parte, ibique referunt fundamenta, quæ aliàs ostendunt esse verius, quod Pius V. in Bulla suprà citata declarauit ad eam dubitationem tollendam. Proposita enim ratione dubitandi, quæ sumitur ex redditibus Collegiorum, quibus illi scholares fruuntur, definit, se ad eam ambiguitatem tollendam declarare domos, Collegia, & personas omnes Societatis esse verè, & propriè mendicantia. Quare iam non videtur posse id in dubium vocari.

118 Sed quid si mendicans transiuit cum legitima facultate ad non mendicantes, & postea pœnitentia ductus redit ad mendicantes, an incurrat pœnas prædictæ Clementinæ 1. in ordinem mendicantem iam translatus; an solùm dum in non mendicanti extitit? Incurrere in vtroque affirmant, dummodo in vtroque professus sit, Paulus & Lapus *ea Clement. 1.* vt eos referunt, & sequuntur Anchar. *ibi. num. 4. notabil. 4.* Imol. *num. 11.* Cardin. *in princ. num. 4. notab. 6.* Rebuff. *præx. benef. tit. de dispensat. cum regular. num. 51.* Sed iure optimo contrarium tenuit Bonifac. *ibi. num. 85.* dicens, euadere prædictas pœnas transeuntem postea ad mendicantes: & sic esse capacem vocis in Capitulo, & officiorum, quibus interdictum sibi erat permanenti in ordine non mendicantis; quia ea Clementina 1. expreßè reddit inhabilem adhæc mendicantem transeuntem ad non mendicantes, respectu ordinis non mendicantis, & dum in eo perseuerat. Nec textus pœnalis ita extendendus est, vt comprehendat quoque hos religiosos ad mendicantes iam regressos. Et à fortiori id verum esset, si absque debita licentia transiuisset, cùm professio tunc apud non mendicantes sit irrita. Quo casu diximus num. 111. non esse locum his pœnis.

119 Rursus difficultas est de religioso ex ordine mendicantium creato Episcopo, qui ex Pontificia licentia Episcopatum deponit, & postea transit ad non mendicantes, an comprehendatur prædictis pœnis? Id negat Bonifac. *ead. Clement. 1. num. 83. & 84.* Quod textus loquatur de religioso mendicanti astricto iuæ regulæ, vt colligitur ex proœmio, vbi eam rationem eius decisionis reddidit, *vt quietius in sua vocatione mendicans perstiterit.* At creatus Episcopus iam liber est à regulæ iugo, vt diximus cap. præced. num. 19. Quamuis autem hoc sit satis probabile: at probabilius reputo, eum subiacere his pœnis, quod verè ante professionem in posteriori monasterio verus religiosus ordinis mendicantium sit, quamuis à iugo regulæ absolutus; & ita transiens ad ordinem non mendicantem, dicitur verè non persistens in priori vocatione. Atque ita docent Paulus & Lapus *eadem Clement. 1.* quos referunt, & sequuntur Anchar. *ibi. num. 4. notab. 4. fin.* Imol. *num. 10.* Cardin. *in princ. num. 17. q. 9.*

120 Hactenus egimus de religiosis quos illæ pœnæ afficiunt; iam de pœnis ipsis agere oportet. Quæ pœna est duplex. Prior est, vt voce, & loco in Capitulo careat mendicans transiens ad non mendicantes, etiamsi tunc Prioratus, vel officia, vel regimen quodcumque obtineat ibidem. Quæ intelligenda est de voce tam actiua quàm passiua, cùm indistinctè & generaliter textus vocem in Capitulo huic transeunti interdicat, vt bene tradit Nauar. *commentar. 4. num. 24. de regular.*

121 Sed difficultas est, an si is mendicans transiens ad non mendicantes obtineret administrationem in Ecclesia seculari collegiali, possit in eius Ecclesiæ Capitulo vocem habere? Cuius solutio pendet ex ipsa textus interpretatione. Si enim virgula adiiciatur verbo, *obtineat*, sensus est, vt vbicumque ille transiens administrationē obtineat, careat voce in Capitulo: ac subinde hic illa carebit. Atque hunc sensum magis approbat Cardin. *ea Clement. 1. in princ. num. 5. opposit. 3.* Si verò virgula adiiciatur verbo, *inibi*, sensus est, vt si inibi, id est, in ipsa religione, administrationē habeat, careat voce in Capitulo. Quare eam extra religionem habens, non priuatur hac voce. Et hic sensus est verior, ac conformior textui, & in nouioribus decretalibus ita se habet textus interpunctio. & ita docent Gloss. *ibi. verb. inibi.* Paulus, & Stephanus *ibidem*, vt eos referunt, & sequuntur Anchar. *ibid. n. 12. q. 11. & n. 11. q. 3.* Imol. *num. 12.* Bonifac. *n. 60.*

Sed grauior difficultas est, quam mouet Gloss. *eadem Clement. 1. verbo inibi*, qualiter textus mendicantibus, qui ad non mendicantes transferant, & in ordinibus non mendicantibus Prioratus, & officia habebant, interdicat vocem in Capitulo habere. Quippe id absurdum videtur, vt ij Prælati maneant, & hac voce careant, cùm multa expediri nequeant absque Prælati, & maioris partis Capituli consensu. Quare non satis bono religionis ac negotiorum expeditioni consulturum esset. Quod si dicas ea tunc absque Prælati consensu expedienda, vt Sede vacanti contingit, argum. *ex cap. penultim. de supplen. neglig. Prælator. in 6.* Id non valet, quia vacanti Sede id reperitur decisum in iure. Nec tum etiam potest Capitulum omnia negotia expedire, iuxta notata *cap. illa, ne Sede vacanti.* At in hoc euentu nullibi id decisum reperitur, nec militat eadem ratio: quia cùm Sedis vacatio breui tempore duratura præsumatur ob tempus iure præscriptum, quo Prælatus creandus est. *cap. si electio. de electi. in 6.* nihil absurdum est, si aliquot negotia tunc expedienda committantur soli Capitulo. At cùm Prælatus hic possit diu viuere, maius esset periculum, si voce in Capitulo careret. Quare duplicem sensum tradunt Doctores huius pœnæ. Prior est, vt nō intelligatur interdicta vox in peculiari cōuentus Capitulo, sed in solis Prouinciali, & Generali. Posterior est, vt hæc pœna non comprehēdat principales monasterij Prælatos; sed alios his subiectos habentes aliquam administrationem in monasteriis, qui carebunt voce in Capitulo, etiam peculiaris monasterij. Quos sensus amplecti cogit vitatio prædicti absurdi: atque ita docent Gloss. *in verb. inibi*, & ibi Anchar. *n. 10. q. 2.* Imol. *n. 12.* Bonifac. *n. 62. & 66.* Cardin. *in princ. n. 5. opposit. 4.*

Dum autem transiens hic priuatur loco in Capitulo, intelligitur in rebus honoris, vt in electionibus, & tractatibus: secus in rebus oneris, vt in disciplinis & correctionibus, ne pœna immunitatem pariat contra *l. relegatorum. in fin. ff. de interdict. & relegat.* & ita allegato Zenzelino docent Anchar. *ea Clement. 1. num. 5. notab. 5.* Imol. *n. 13.* Bonifac. *num. 78.* Cardinal. *in princ. num. 7. opposit. 7.*

Non tamen priuatur loco in choro, & aliis congregationibus præter solum Capitulum, ne pœna de solo loco in Capitulo loquens extendatur ad locum in aliis. Et ita docent Gloss. *ea Clement. 1. verb. locum*, & ibi Imol. *n. 13.* Bonifacius *n. 67.* Rebuff. *præx. benefi. tit. de dispens. cum regular. n. 54.*

Tandem hæc prior vocis, & loci in Capitulo priuatio procedit non in solis, qui tunc transierant ex mendicantibus ad non mendicantes, sed etiam in his qui in posterum transibunt; quia textus expresse de vtrisque loquitur. Et ita docet Bonifac. *ibi. n. 87.* ex quo rectè infert *n. 88. & 89.* & Rebuff. *præx. benefic. tit. de dispensat. cum regular. n. 56.* si cum his transeūtibus dispensetur à Pontifice vt transeant, Prioratūsque obtinere valeant, non libinde gaudebunt hac voce, & loco in Capitulo, nisi ea quoque exprimātur. Quia cùm hæc separari valeant Prioratu, vt constat ex *illa Clement. 1.* non extenditur ea dispensatio, vt pote odiosa, ad hæc.

Posterior pœna est, ne transeuntes in posterum admittantur ad Prioratus administrationes, aut quæcumque officia, etiam tanquam vicarij, seu ministri, vel locum aliorum tenentes: & ne animarum curam, aut regimen possint pro se, vel pro aliis exercere. Circa quam pœnam primò dubitatur, an Prioratus, & administrationes censeantur tantùm interdicta intra religionem; an ita intelligi consuluit Fedezic. *cons. 161. quidam religiosus,*

religiosus, per totum: quia in priori parte textus loquutus fuerat de habentibus administrationem intra religionem, & illis quòm interdixerat vocem, & locum in Capitulo. Et mox cùm venit ad posteriorem pœnam, vtitur textus dictione, *quæque*, cuius est præcedentia continuata. Quare in ea pœna solam administrationem, & Prioratus intra religionem interdicere videtur. At meritò hanc sententiam improbat Lapus *ea Clement. 1.* quem referunt, & sequuntur ibi Anchar. *in fin.* & Cardin. *ibi. verb. ad Prioratus. num. 1. quæst. 2.* quia textus vniuersaliter loquitur vtens dictione, *quæcumque*. Insuper quia (vt diximus num. 122.) probabile est, interdici quoque in priori pœna vocem, & locum in quacumque administratione extra monasterium.

127 Secundò dubitatur, quid nomine *officiorum* intelligatur. Gloss. *ea Clement. 1. verb. officia*, dicit posse intelligi quæuis officia: & sic non licere his officium Sacristæ, Camerarij, Oeconomi, Syndici, & hoc egere declaratione: videri tamen non omnia officia intelligi, sed solā regulæ ecclesiasticæ subiecta. Idem tradunt Imol. *ibi. n. 13.* Bonifac. *num. 70. & 71.* Cardin. *ibi. verb. ad Prioratus. quæst. 1.* Vnde inferunt hi tres non interdici officia religionis onerosa, vt syndicatum, & similia. Alij verò dicunt intelligi omnia munia per religiosos fieri solita, vt Oeconomi, Castaldi, Ostiarij, Cellarij, & similia; quia textus interdicit quæcumque officia. Et hoc est verius, quod sustinent allegato Paulo, & Stephano, Anchar. *ibi. n. 5.* Nauar. *comment. 4. de regular. n. 24.* Azor *lib. 11. instit. moral. c. 14. q. 11. vers. quæres.*

128 Hinc deducitur contra Bonifacium, *ea Clement. 1. num. 74. & duplici sequent.* interdici his munus prædicandi, quia interdicitur officium parochi, pro se, vel pro alio exercendum, cuius est proprium prædicandi munus. Sic Gloss. *ea Clement. 1. verb. officia.* Anchar. *num. 5.* Imol. allegato Stephano, *num. 14.* Cardinal. *ibi. verb. ad Prioratus. n. 2. q. 4.* Nauar. *comment. 4. de regular. n. 24.* Azor *tom. 1. lib. 12. instit. moral. c. 14. q. 11. vers. quæres.* Leonard. *lib. 2. de inst. c. 41. dub. 13. num. 105* quod bene intelligunt Stephanus, Cardinal. Anchar. & Imol. *ibidem*, de officio publicæ & solemnis prædicationis, secus de priuata instructione.

129 Atque idem dicendum est de officio lectoris Theologiæ. Sic Paulus, quem referunt, & sequuntur Anchar. Imol. Azor. Leonard. num. præced. allegati. Atque idem dicendum est de officio lectoris iuris canonici. i. Paul. Anchar. Imol. Azor *ibidem*. Atque idem de officio lectoris aliarum facultatum. Paul. Anchar. & Imol. *ibi.* quorum omnium ea est ratio, quod hæc vniuersa dicantur in religione officia.

130 Secundò deducitur, non posse hos esse Episcopi vicarios, quia *ea Clement. 1.* interdicuntur ipsis quæcumque officia ab ipsis etiam tanquam vicariis exercenda. Ita tradunt Paul. Imol. Anchar. allegati num. 123. Cardin. *ea Clement. 1. verb. ad Prioratus. num. 4. quæst. 6.* Nauar. *comment. 4. de regular. num. 24.* Sed bene Bonifac. *ea Clement. 1. num. 86.* id temperat, quando id vicarij munus ex consuetudine, vel priuilegio obiri deberet per illius religionis monachos, quia (vt diximus num. 128.) sola officia per religiosos obiri solita interdicuntur.

131 Tandem aliqui sentiunt, nec hos religiosos transeuntes posse gradu aliquo literario insigniri, vt licentiæ, vel doctoratus. Sic Paulus, quem refert, & sequitur Bonifac. *ea Clement. 1. num. 91.* Sed meritò contrarium tenet Cardin. *ibi. verb. ad Prioratus. num. 4. quæst. 5.* quia ad gradus hos progredi, non est officium, aut administratio.

CAPVT VIII.

De pœnis apostatarum, & fugitiuorum à religionis obedientia, & qualiter religiosis ab illa appellare permittatur, aut Prælatos regulares recusare.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputanda sint. n. 1.
Qui religiosi dicantur verè apostatæ, & fugitiui. n. 2.
Improbantur dicentes idem esse apostatam, & fugitiuum. numero 3.
An ad apostasiam conferat aliquid dimissi habitum, aut illum retinere? n. 4.
Improbantur dicentes occultantem habitum esse apostatam. num. 5.
An Beatæ D. Francisci, & D. Dominici, & religiosi Societatis IESV, qui post votorum bienniij, vel tempore nouitiatus emissa recedunt ab eo statu, sint apostatæ? n. 6.
An sint apostatæ religiosi transeuntes absque debita licentia ad religionem laxiorem? referuntur quædam sententiæ. n. 7.
Proponitur sententia authorum. n. 8. & ibi remissiuè, an hi excommunicationem incurrant?
An hi dicantur fugitiui? n. 9.
Explicatur motus proprius Pauli IV. postquam diuina bonitas, an de solis veris apostatis intelligatur. n. 10.
An priuilegia Societatis IESV excommunicantia recedentes ab ea, intelligantur de solis apostatis? n. 11.
An confundus sit fugitiuus religiosus à carceribus fugiens? num. 12.
Quid si perpetuo carceri damnatus esset? n. 13.
Quid si carcer esset iniustus, aut modus detinendi iniustus esset, aut iustus tantùm secundum allegata & probata? numero 14.
An liceat fugere si pœna mortis, aut mutilationis imminet, iusto sit, si religiosus in carcere maneret? n. 15.
An secularia, vel religiosus triremibus damnatus licitè fugiat? n. 16.
Explicatur Tridentinum sess. 25. de regular. c. 4. & an regularibus à superiore grauatis liceat absque licentia fugere? num. 17.
An hi possint ab ordinariis puniri iuxta idem Tridentini decretum? n. 18.
Postea inuenies alia summaria.

NON est sermo in præsenti de apostasis à fide, quia 1
ratio de illa dictum est *lib. 2. huius tractatus.* Nec etiam de eiectis à religione per superiorum sententiam; quia de his cap. sequen. tractandum est. Sed solùm de recedentibus superiori inconsulto. Quadruplex igitur in præsenti est quæstio disputanda. Prima. Qui religiosi verè dicantur apostatæ, & qui fugitiui. Secunda. Quibus pœnis subdantur apostatæ à religionis obedientia. Tertia. Quibus subiaceant fugitiui. Vltima. Qualiter religiosis à superiorum obedientia appellare permissum sit, & eos recusare.

Est ergò prima quæstio circa religiosos apostatas, & 2
fugitiuos, & qualiter differant inter se. Et quidem hoc inter vtrosque distat, quod fugitiui proprie dicantur, qui à monasterio recedunt absque superiorum licentia, vt extra ipsius potestatem, & obedientiam sint. *l. quis fit fugitiuus. ff. de adilitio edicto.* Apostatæ autem sunt, qui à monasterio recedunt animo & voluntate exercendi obedientiæ iugi in perpetuum, deserendique instituti religiosi. Quare si hic animus desit, sed fugiant animo aliquandiu extra religionem vagandi, postea que ad religionem redeundi, erunt quidem fugitiui, non autem apostatæ. Hanc differentiam tradunt Angel. *verb. apostasia. num. 4.* & ibi Sylvest. *quæst. 4. num. 9.* Caietan. *2. 2. q. 12. art. 1. dub. 2. colum. vlt.* & ibi Aragon *in dub. de apostasia à religione.* & ibi Bañez *dub. 1. de apostasia à religione. conclus. 2. & 3.* Nauar. *lib. 5. consil. tit. de apostatis in vtraque edit. consil. vnic. num. 6. & duplic. sequen.* Valent. *2. 2. disput. 1. q. 12. punct. 1. ad finem.* Azor *tom. 1. institut. moral. lib. 11. c. 16. q. 1.* Leonard. *lib. 2. de inst. c. 41. dub. 15. num. 109.* Manuel Rodrig. *qq. regular. tom. 1. q. 30. art. 1.* Quare fugitiuus est nomen commune fugitiuis, qui non sunt apostatæ, & qui verè apostatæ sunt: omnis enim apostata est fugitiuus, quamuis

Nihil tamen certò definiunt, sed rationes adducunt pro vtraque parte, ibique referunt fundamenta, quæ aliàs ostendunt esse verius, quod Pius V. in Bulla suprà citata declarauit ad eam dubitationem tollendam. Proposita enim ratione dubitandi, quæ sumitur ex redditibus Collegiorum, quibus illi scholares fruuntur, definit, se ad eam ambiguitatem tollendam declarare domos, Collegia, & personas omnes Societatis esse verè, & propriè mendicantia. Quare iam non videtur posse id in dubium vocari.

118 Sed quid si mendicans transiuit cum legitima facultate ad non mendicantes, & postea pœnitentia ductus redit ad mendicantes, an incurrat pœnas prædictæ Clementinæ 1. in ordinem mendicantem iam translatus; an solùm dum in non mendicanti extitit? Incurrere in vtroque affirmant, dummodo in vtroque professus sit, Paulus & Lapus *ea Clement. 1.* vt eos referunt, & sequuntur Anchar. *ibi. num. 4. notabil. 4.* Imol. *num. 11.* Cardin. *in princ. num. 4. notab. 6.* Rebuff. *præx. benef. tit. de dispensat. cum regular. num. 51.* Sed iure optimo contrarium tenuit Bonifac. *ibi. num. 85.* dicens, euadere prædictas pœnas transeuntem postea ad mendicantes: & sic esse capacem vocis in Capitulo, & officiorum, quibus interdictum sibi erat permanenti in ordine non mendicantis; quia ea Clementina 1. expreßè reddit inhabilem adhæc mendicantem transeuntem ad non mendicantes, respectu ordinis non mendicantis, & dum in eo perseuerat. Nec textus pœnalis ita extendendus est, vt comprehendat quoque hos religiosos ad mendicantes iam regressos. Et à fortiori id verum esset, si absque debita licentia transiuisset, cùm professio tunc apud non mendicantes sit irrita. Quo casu diximus num. 111. non esse locum his pœnis.

119 Rursus difficultas est de religioso ex ordine mendicantium creato Episcopo, qui ex Pontificia licentia Episcopatum deponit, & postea transit ad non mendicantes, an comprehendatur prædictis pœnis? Id negat Bonifac. *ead. Clement. 1. num. 83. & 84.* Quod textus loquatur de religioso mendicanti astricto iuæ regulæ, vt colligitur ex proœmio, vbi eam rationem eius decisionis reddidit, *vt quietius in sua vocatione mendicans perstiterit.* At creatus Episcopus iam liber est à regulæ iugo, vt diximus cap. præced. num. 19. Quamuis autem hoc sit satis probabile: at probabilius reputo, eum subiacere his pœnis, quod verè ante professionem in posteriori monasterio verus religiosus ordinis mendicantium sit, quamuis à iugo regulæ absolutus; & ita transiens ad ordinem non mendicantem, dicitur verè non persistens in priori vocatione. Atque ita docent Paulus & Lapus *eadem Clement. 1.* quos referunt, & sequuntur Anchar. *ibi. num. 4. notab. 4. fin.* Imol. *num. 10.* Cardin. *in princ. num. 17. q. 9.*

120 Hactenus egimus de religiosis quos illæ pœnæ afficiunt; iam de pœnis ipsis agere oportet. Quæ pœna est duplex. Prior est, vt voce, & loco in Capitulo careat mendicans transiens ad non mendicantes, etiamsi tunc Prioratus, vel officia, vel regimen quodcumque obtineat ibidem. Quæ intelligenda est de voce tam actiua quàm passiua, cùm indistinctè & generaliter textus vocem in Capitulo huic transeunti interdicat, vt bene tradit Nauar. *commentar. 4. num. 24. de regular.*

121 Sed difficultas est, an si is mendicans transiens ad non mendicantes obtineret administrationem in Ecclesia seculari collegiali, possit in eius Ecclesiæ Capitulo vocem habere? Cuius solutio pendet ex ipsa textus interpretatione. Si enim virgula adiiciatur verbo, *obtineat*, sensus est, vt vbicumque ille transiens administrationē obtineat, careat voce in Capitulo: ac subinde hic illa carebit. Atque hunc sensum magis approbat Cardin. *ea Clement. 1. in princ. num. 5. opposit. 3.* Si verò virgula adiiciatur verbo, *inibi*, sensus est, vt si inibi, id est, in ipsa religione, administrationē habeat, careat voce in Capitulo. Quare eam extra religionem habens, non priuatur hac voce. Et hic sensus est verior, ac conformior textui, & in nouioribus decretalibus ita se habet textus interpunctio. & ita docent Gloss. *ibi. verb. inibi.* Paulus, & Stephanus *ibidem*, vt eos referunt, & sequuntur Anchar. *ibid. n. 12. q. 11. & n. 11. q. 3.* Imol. *num. 12.* Bonifac. *n. 60.*

Sed grauior difficultas est, quam mouet Gloss. *eadem Clement. 1. verbo inibi*, qualiter textus mendicantibus, qui ad non mendicantes transferant, & in ordinibus non mendicantibus Prioratus, & officia habebant, interdicat vocem in Capitulo habere. Quippe id absurdum videtur, vt ij Prælati maneant, & hac voce careant, cùm multa expediri nequeant absque Prælati, & maioris partis Capituli consensu. Quare non satis bono religionis ac negotiorum expeditioni consulturum esset. Quod si dicas ea tunc absque Prælati consensu expedienda, vt Sede vacanti contingit, argum. *ex cap. penultim. de supplen. neglig. Prælator. in 6.* Id non valet, quia vacanti Sede id reperitur decisum in iure. Nec tum etiam potest Capitulum omnia negotia expedire, iuxta notata *cap. illa, ne Sede vacanti.* At in hoc euentu nullibi id decisum reperitur, nec militat eadem ratio: quia cùm Sedis vacatio breui tempore duratura præsumatur ob tempus iure præscriptum, quo Prælatus creandus est. *cap. si electio. de electi. in 6.* nihil absurdum est, si aliquot negotia tunc expedienda committantur soli Capitulo. At cùm Prælatus hic possit diu viuere, maius esset periculum, si voce in Capitulo careret. Quare duplicem sensum tradunt Doctores huius pœnæ. Prior est, vt nō intelligatur interdicta vox in peculiari cōuentus Capitulo, sed in solis Prouinciali, & Generali. Posterior est, vt hæc pœna non comprehēdat principales monasterij Prælatos; sed alios his subiectos habentes aliquam administrationem in monasteriis, qui carebunt voce in Capitulo, etiam peculiaris monasterij. Quos sensus amplecti cogit vitatio prædicti absurdi: atque ita docent Gloss. *in verb. inibi*, & ibi Anchar. *n. 10. q. 2.* Imol. *n. 12.* Bonifac. *n. 62. & 66.* Cardin. *in princ. n. 5. opposit. 4.*

Dum autem transiens hic priuatur loco in Capitulo, intelligitur in rebus honoris, vt in electionibus, & tractatibus: secus in rebus oneris, vt in disciplinis & correctionibus, ne pœna immunitatem pariat contra *l. relegatorum. in fin. ff. de interdict. & relegat.* & ita allegato Zenzelino docent Anchar. *ea Clement. 1. num. 5. notab. 5.* Imol. *n. 13.* Bonifac. *num. 78.* Cardinal. *in princ. num. 7. opposit. 7.*

Non tamen priuatur loco in choro, & aliis congregationibus præter solum Capitulum, ne pœna de solo loco in Capitulo loquens extendatur ad locum in aliis. Et ita docent Gloss. *ea Clement. 1. verb. locum*, & ibi Imol. *n. 13.* Bonifacius *n. 67.* Rebuff. *præx. benefi. tit. de dispens. cum regular. n. 54.*

Tandem hæc prior vocis, & loci in Capitulo priuatio procedit non in solis, qui tunc transierant ex mendicantibus ad non mendicantes, sed etiam in his qui in posterum transibunt; quia textus expresse de vtrisque loquitur. Et ita docet Bonifac. *ibi. n. 87.* ex quo rectè infert *n. 88. & 89.* & Rebuff. *præx. benefic. tit. de dispensat. cum regular. n. 56.* si cum his transeūtibus dispensetur à Pontifice vt transeant, Prioratūsque obtinere valeant, non libinde gaudebunt hac voce, & loco in Capitulo, nisi ea quoque exprimātur. Quia cùm hæc separari valeant Prioratu, vt constat ex *illa Clement. 1.* non extenditur ea dispensatio, vt pote odiosa, ad hæc.

Posterior pœna est, ne transeuntes in posterum admittantur ad Prioratus administrationes, aut quæcumque officia, etiam tanquam vicarij, seu ministri, vel locum aliorum tenentes: & ne animarum curam, aut regimen possint pro se, vel pro aliis exercere. Circa quam pœnam primò dubitatur, an Prioratus, & administrationes censeantur tantùm interdicta intra religionem; an ita intelligi consuluit Fedezic. *cons. 161. quidam religiosus,*

religiosus, per totum: quia in priori parte textus loquutus fuerat de habentibus administrationem intra religionem, & illis quòm interdixerat vocem, & locum in Capitulo. Et mox cùm venit ad posteriorem pœnam, vtitur textus dictione, *quæque*, cuius est præcedentia continuata. Quare in ea pœna solam administrationem, & Prioratus intra religionem interdicere videtur. At meritò hanc sententiam improbat Lapus *ea Clement. 1.* quem referunt, & sequuntur ibi Anchar. *in fin.* & Cardin. *ibi. verb. ad Prioratus. num. 1. quæst. 2.* quia textus vniuersaliter loquitur vtens dictione, *quæcumque*. Insuper quia (vt diximus num. 122.) probabile est, interdici quoque in priori pœna vocem, & locum in quacumque administratione extra monasterium.

127 Secundò dubitatur, quid nomine *officiorum* intelligatur. Gloss. *ea Clement. 1. verb. officia*, dicit posse intelligi quæuis officia: & sic non licere his officium Sacristæ, Camerarij, Oeconomi, Syndici, & hoc egere declaratione: videri tamen non omnia officia intelligi, sed solā regulæ ecclesiasticæ subiecta. Idem tradunt Imol. *ibi. n. 13.* Bonifac. *num. 70. & 71.* Cardin. *ibi. verb. ad Prioratus. quæst. 1.* Vnde inferunt hi tres non interdici officia religionis onerosa, vt syndicatum, & similia. Alij verò dicunt intelligi omnia munia per religiosos fieri solita, vt Oeconomi, Castaldi, Ostiarij, Cellarij, & similia; quia textus interdicit quæcumque officia. Et hoc est verius, quod sustinent allegato Paulo, & Stephano, Anchar. *ibi. n. 5.* Nauar. *comment. 4. de regular. n. 24.* Azor *lib. 11. instit. moral. c. 14. q. 11. vers. quæres.*

128 Hinc deducitur contra Bonifacium, *ea Clement. 1. num. 74. & duplici sequent.* interdici his munus prædicandi, quia interdicitur officium parochi, pro se, vel pro alio exercendum, cuius est proprium prædicandi munus. Sic Gloss. *ea Clement. 1. verb. officia.* Anchar. *num. 5.* Imol. allegato Stephano, *num. 14.* Cardinal. *ibi. verb. ad Prioratus. n. 2. q. 4.* Nauar. *comment. 4. de regular. n. 24.* Azor *tom. 1. lib. 12. instit. moral. c. 14. q. 11. vers. quæres.* Leonard. *lib. 2. de inst. c. 41. dub. 13. num. 105* quod bene intelligunt Stephanus, Cardinal. Anchar. & Imol. *ibidem*, de officio publicæ & solemnis prædicationis, secus de priuata instructione.

129 Atque idem dicendum est de officio lectoris Theologiæ. Sic Paulus, quem referunt, & sequuntur Anchar. Imol. Azor. Leonard. num. præced. allegati. Atque idem dicendum est de officio lectoris iuris canonici. i. Paul. Anchar. Imol. Azor *ibidem*. Atque idem de officio lectoris aliarum facultatum. Paul. Anchar. & Imol. *ibi.* quorum omnium ea est ratio, quod hæc vniuersa dicantur in religione officia.

130 Secundò deducitur, non posse hos esse Episcopi vicarios, quia *ea Clement. 1.* interdicuntur ipsis quæcumque officia ab ipsis etiam tanquam vicariis exercenda. Ita tradunt Paul. Imol. Anchar. allegati num. 123. Cardin. *ea Clement. 1. verb. ad Prioratus. num. 4. quæst. 6.* Nauar. *comment. 4. de regular. num. 24.* Sed bene Bonifac. *ea Clement. 1. num. 86.* id temperat, quando id vicarij munus ex consuetudine, vel priuilegio obiri deberet per illius religionis monachos, quia (vt diximus num. 128.) sola officia per religiosos obiri solita interdicuntur.

131 Tandem aliqui sentiunt, nec hos religiosos transeuntes posse gradu aliquo literario insigniri, vt licentiæ, vel doctoratus. Sic Paulus, quem refert, & sequitur Bonifac. *ea Clement. 1. num. 91.* Sed meritò contrarium tenet Cardin. *ibi. verb. ad Prioratus. num. 4. quæst. 5.* quia ad gradus hos progredi, non est officium, aut administratio.

CAPVT VIII.

De pœnis apostatarum, & fugitiuorum à religionis obedientia, & qualiter religiosis ab illa appellare permittatur, aut Prælatos regulares recusare.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputanda sint. n. 1.
Qui religiosi dicantur verè apostatæ, & fugitiui. n. 2.
Improbantur dicentes idem esse apostatam, & fugitiuum. numero 3.
An ad apostasiam conferat aliquid dimissi habitum, aut illum retinere? n. 4.
Improbantur dicentes occultantem habitum esse apostatam. num. 5.
An Beatæ D. Francisci, & D. Dominici, & religiosi Societatis IESV, qui post votorum bienniij, vel tempore nouitiatus emissa recedunt ab eo statu, sint apostatæ? n. 6.
An sint apostatæ religiosi transeuntes absque debita licentia ad religionem laxiorem? referuntur quædam sententiæ. n. 7.
Proponitur sententia authorum. n. 8. & ibi remissiuè, an hi excommunicationem incurrant?
An hi dicantur fugitiui? n. 9.
Explicatur motus proprius Pauli IV. postquam diuina bonitas, an de solis veris apostatis intelligatur. n. 10.
An priuilegia Societatis IESV excommunicantia recedentes ab ea, intelligantur de solis apostatis? n. 11.
An confundus sit fugitiuus religiosus à carceribus fugiens? num. 12.
Quid si perpetuo carceri damnatus esset? n. 13.
Quid si carcer esset iniustus, aut modus detinendi iniustus esset, aut iustus tantùm secundum allegata & probata? numero 14.
An liceat fugere si pœna mortis, aut mutilationis imminet, iusto sit, si religiosus in carcere maneret? n. 15.
An secularia, vel religiosus triremibus damnatus licitè fugiat? n. 16.
Explicatur Tridentinum sess. 25. de regular. c. 4. & an regularibus à superiore grauatis liceat absque licentia fugere? num. 17.
An hi possint ab ordinariis puniri iuxta idem Tridentini decretum? n. 18.
Postea inuenies alia summaria.

NON est sermo in præsenti de apostasis à fide, quia 1
ratio de illa dictum est *lib. 2. huius tractatus.* Nec etiam de eiectis à religione per superiorum sententiam; quia de his cap. sequen. tractandum est. Sed solùm de recedentibus superiori inconsulto. Quadruplex igitur in præsenti est quæstio disputanda. Prima. Qui religiosi verè dicantur apostatæ, & qui fugitiui. Secunda. Quibus pœnis subdantur apostatæ à religionis obedientia. Tertia. Quibus subiaceant fugitiui. Vltima. Qualiter religiosis à superiorum obedientia appellare permissum sit, & eos recusare.

Est ergò prima quæstio circa religiosos apostatas, & 2
fugitiuos, & qualiter differant inter se. Et quidem hoc inter vtrosque distat, quod fugitiui proprie dicantur, qui à monasterio recedunt absque superiorum licentia, vt extra ipsius potestatem, & obedientiam sint. *l. quis fit fugitiuus. ff. de adilitio edicto.* Apostatæ autem sunt, qui à monasterio recedunt animo & voluntate exercendi obedientiæ iugi in perpetuum, deserendique instituti religiosi. Quare si hic animus desit, sed fugiant animo aliquandiu extra religionem vagandi, postea que ad religionem redeundi, erunt quidem fugitiui, non autem apostatæ. Hanc differentiam tradunt Angel. *verb. apostasia. num. 4.* & ibi Sylvest. *quæst. 4. num. 9.* Caietan. *2. 2. q. 12. art. 1. dub. 2. colum. vlt.* & ibi Aragon *in dub. de apostasia à religione.* & ibi Bañez *dub. 1. de apostasia à religione. conclus. 2. & 3.* Nauar. *lib. 5. consil. tit. de apostatis in vtraque edit. consil. vnic. num. 6. & duplic. sequen.* Valent. *2. 2. disput. 1. q. 12. punct. 1. ad finem.* Azor *tom. 1. institut. moral. lib. 11. c. 16. q. 1.* Leonard. *lib. 2. de inst. c. 41. dub. 15. num. 109.* Manuel Rodrig. *qq. regular. tom. 1. q. 30. art. 1.* Quare fugitiuus est nomen commune fugitiuis, qui non sunt apostatæ, & qui verè apostatæ sunt: omnis enim apostata est fugitiuus, quamuis

quamuis non omnis fugitiuus sit apostata; quod bene tradunt Sylvest. & Azor citati. Vnde fugitiuus, vt importat speciem particularem distinctam contra apostatam, dicitur ille, qui discedit ad tempus, vt liberè vagetur cum animo redeundi ad religionem, vt docent omnes DD. supra adducti.

3 Hinc deducitur primò, incautè aliquos Doctores sensisse idem esse fugitiuum, & apostatam, nec talem dici diu vagantem extra religionem cum animo redeundi. Hi sunt, citato Raynerio, D. Antonin. 2 *part. tit. 11. cap. 6. paulo post principium.* & 1 *part. tit. 16. c. 5. §. 3.* Tabien. *verb. apostasia. n. 14. n. 17.* & ibi Armil. *n. 6.*

4 Secundò deducitur, ad veram apostasiam nihil referre, an habitus religionis dimittatur, necne; sed verè apostatam esse recedentem à religione animo nunquam redeundi ad illam, etsi habitum retineat. Quis licet habitus monachum non facit, sed regulæ monasticæ professio; sic apostatam reddit recessus à monastica professione, etiamsi habitus non deponatur. Atque ita docent Angel. & Sylvest. Caiet. Nauar. Bañez, Aragon, Valent. & Manuel Rodrig. allegati num. 2. Tabien. *verb. apostasia. quæst. 11. num. 14.* & ibi Armilla *num. 11.* Anan. *c. fin. statim in princ. de apostatis.* Azor *tom. 1. institut. moral. lib. 12. cap. 17. quæst. 6.* idem etiam Manuel 1. *tom. sum. c. 41. num. 1.* Et è contrà non est apostata, sed solùm fugitiuus, qui dimisso habitu fugit ad tempus, si animum ad religionem redeundi habeat; vt bene docent Valent. *ibidem*, & clarè constat ex definitione apostatæ tradita n. 2.

5 Tertiò deducitur, incautè aliquos iuris peritos appellare apostatam religiosum, qui ita fœræ religionis habitum alio cooperit, vt exterius non appareat. Hi sunt Gloss. *Clemens. 2. verb. exterminet. de vita, & honest. cleric.* & ibi Imol. *num. 31.* & ibi Card. *verb. dignum. num. 2. quæst. 3.* Ioan. Andre. *regul. cum. in fin. de regul. in 6.* & *c. Dum qui. num. 2. de vit. & honest. clericor.* & ibi Anchar. *num. 4. n. 2. 4.* & ibi Imol. *num. 2.* Franc. *c. 2. in princ. num. 2. ne clerici, vel monachi. in 6.* & ibi Probus *additionib. ad Monacchum. à num. 8. usque ad finem.* Anan. *rubr. de apostat. num. 3.* & *c. fin. in fin. eod. tit.* Rebuff. *præx. benefic. tit. de dispensat. cum regulari. num. 45.* D. Anton. 3 *part. tit. 16. c. 6. paulo post princ.* & *in. 24. c. 5.* Sylvest. *verb. excommunicatio. 9 casu 24. num. 5. quæst. 4.* Sed omnes isti de apostatis largè, & impropriè sumpta intelligendi sunt: nam, vt constat num. præcedens, habitus dimissio, vel detentio nihil refert ad veram apostasiam, sed eam solus animus recedendi in perpetuum ab instituto religioso constituit. Et ita hunc non esse propriè apostatam tradit, dicens sic decisum esse à Rota. Mandof. *in signat. grat. verb. licentia. vers. qui licentia non obtenta.* Manuel *qq. regular. tomo 1. quæst. 50. art. 2.* Verùm verò is sit excommunicatus ob habitus occultationem, dicemus n. 63.

6 Quinto deducitur, non esse apostatas mulieres, quas vulgò vocamus Beatas tertij ordinis D. Francisci, & D. Dominici, si ab eo statu recedant in perpetuum, matrimoniòque copulentur contra vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ emissa. Ita docent Bañez 2. 2. *quæst. 12 art. 1.* vbi de apostasia à religione, *dub. 1. conclus. 1.* & ib Aragon *in dub. vnic. de apostasia à religione*; & vterque eam rationem reddit, quia hæ solis simplicibus votis astringuntur. Immò Bañez generaliter dicit, si sit religio in qua votum simplex tantùm emittatur, vt accidit in his mulieribus, non esse apostasiam retrocedere ab illa. Sed hæc ratio nullatenus est legitima, nec doctrina vera est, quatenus de religione agit: nam religiosi Societatis IESV solis biennij simplicibus votis astricti, per quæ nonnij esse desinunt, ac veri religiosi efficiuntur, sunt verè & propriè apostatæ, si ab eo statu recedant, vt decidit Gregorius XIII. in sua extraiug. *ascendente Domino.* Sed ratio legitima huius doctrinæ (quam approbo, quatenus agit de illis Beatis) est, quia illa Beatarum congregatio non est approbata à Sede Apostolica tanquam religio, nec per ea vota constituuntur in statu verè religioso. At apostasia hæc est recessus à statu verè religioso. Nonnij autem Societatis IESV, qui tempore nostratus astrinxerunt se votis paupertatis, castitatis, & obedientiæ, vt in ea fieri consuetum est, peccabant quidem mortaliter, si recedant absque legitima licentia ab eo statu, quia erunt transgressores votorum: at non erunt apostatæ, quia per ea vota non desinunt esse nonnij, nec efficiuntur veri religiosi.

Quintò deducitur decisio eius quæstionis, an sit apostata, qui propria religione deserta transit absque legitima licentia ad religionem laxiorem: Quidam affirmant hunc esse apostatam. Ita Franc. *cap. 2. in princ. n. 7. ne clerici, vel monachi. in 6.* & ibi Dominic. §. *final. num. vltim.* Verùm ij Doctores non affirmant hunc propriè & verè esse apostatam; & ita explicati possunt de apostasia latè & impropriè sumpta, vt alios iuris peritos dicentes occultantem habitum esse apostatam, explicuimus num. 5. At hunc esse verè apostatam, subiicique omnibus apostatarum pœnis, affirmat Suarez 5. *tom. in 3. part. disputatio. 31. sect. 6. num. 4.* Ducitúrque, quia relinquens statum suum religiosum, & alium assumens inaniidè, perinde est ac si religiosum statum omnino deponeret. At transiens absque legitima licentia ad religionem laxiorem, transit inaniidè, & professio posterior est irrita, & omnino dimissi priorem. Ergo est verus apostata; actus enim omnino irritus immunitatem non præstat, neque aliquid confert.

At non est recedendum à frequentissima sententia 8
afferenti hunc non esse verè & propriè apostatam, sed largè, impropriè, & secundùm quid, ac proinde apostatarum pœnis non subici, quamuis lethaliter peccet, & sub iudice sit, an excommunicationem ex alio capite incurrat; de quo dicemus num. 67. & 68. Ducitur, quod non simpliciter à religiosæ vitæ, sed à certæ religionis instituto recedat, cùm in qualibet religione tria vota religiosi substituti substantialia emittantur. Et quamuis transitus hic irritus sit; at animus transeuntis non fuit omnino à religioso instituto recedere, sed ad aliam religionem transire. At apostasia verum animum dimittendi religiosum statum desiderat, vt diximus num. 2. Quare licet quoad alios effectus perinde sit non efficere, & irritè efficere; at quoad hoc non est idem: nam omnino deponens statum religiosum, habet animum ab eo recedendi, qui deficit in transeunte ad aliam religionem, quamuis inaniidè. Et ita hanc sententiam sustinent Gloss. *c. ex parte. verb. ad nigros. de tempor. ordinan.* & *cap. final. de apostatis, in fine.* vbi Hostiensis *fine.* Anton. *num. 1.* Anan. *num. 3.* Archidiac. *cap. penult. in fine. distinc. 50.* Innocent. *cap. intelleximus. fine. de extra. & qualit.* vbi Ioan. Andre. *fine.* Hostiensis *num. 5.* Anton. *num. 5.* Abb. *num. 1. appo. 1. fine.* Bellamer. *fine.* Lapus *allegat. 33. alias 34. numeroni.* & ibi Mandof. *addit. tomo.* Bald. *authen. ingressuri. num. 4. C. de Episcop. & cleric.* Cardin. *d. c. ex parte. fine.* & ibi Henric. *num. 7.* Bellamer. *num. 3.* idem Abb. *c. fine. num. 6. de regular.* Archidiac. *c. penult. in fine. distinct. 50.* & ing. *cap. cùm singula. §. prohibemus. num. vlt. de praben. in 6.* Dominic. *c. si quis ex clericis. d. 22.* Astens. 2. *part. sum. lib. 6. tit. 4. art. 3. colum. 5. verso. sed quid de apostata.* Rebuff. *præx. benefic. tit. de translat. monach. num. 21.* & *tit. de dispensat. cum regular. num. 40.* Roman. *cons. 341. circa primum. numero 1.* Calcaneus *consil. 127. ad primum. quod sit excommunicatus. num. 2. & 3.* Angelus *verb. religiosus. num. 36.* & *verb. apostasia. num. 5.* Sylvester *verb. religio. 4. quæst. 4.* & *verb. apostasia. quæst. 4. num. 9.* vbi Armilla *num. 11.* Tabiena *verb. religio. quæst. 23. num. 14.* & *verb. apostasia. quæst. 11. num. 14.* Decisio Capellæ Tholosanæ *16. item fuit quæsitum. an monach.* & ibi Auserius *in addit. num. vnic.* Caiet. 2. 2. *quæst. 2. art. 1. colum. 1. verso. in eodem. art. 1. addatur.* & ibi Bañez, bi de apostasia à religione, *dub. 1. conclus. 4.* & ibi Aragon *dub. vnic.* Nauar. *lib. 5. consil. in vtraque editione. tit. de postulatio. consil. vnic. num. 5.* Emmanuel Sà *summ. verb. religio. num. 71.* Valent. 2. 2. *disputat. 1. quæstione 12. punct. 1.*

ad finem.

ad finem. Leonard. *lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 13. num. 102.* Manuel *qq. regular. tom. 1. q. 50. art. 2.* Azor *lib. 12. institut. moral. c. 17. q. 7.*

9 Immò aliqui dicunt hunc non esse fugitiuum, quòs tacito nomine refert Sylvest. *verb. apostasia. q. 4. n. 9.* qui tamen bene sic distinguit. Si his ingrediatur monasterium eiusdem religionis etsi non eiusdem rigoris, vtrumque tamen sub est eidem Prælato, non est fugitiuus: secus si ad diuersi ordinis monasterium transeat. Cùm enim indebitè, ac inaniidè transeat fugiens ab obedientia suo superiori debita, est verè fugitiuus.

10 Sextò deducitur intellectus motus proprij Pauli IV. qui incipit; *Postquam diuina bonitas*, vbi diuersas pœnas statuit contra temerè vagantes extra religionem. Nomine enim horum vagantium soli veri apostatæ à religione illam in perpetuum deserentes comprehenduntur. Quia Paulus IV. decies repetit apostatas, & apostasiam. Nec obstat, Paulum IV. expresiè etiam comprehendere omnes professos, qui temeritate propria, quouis prætextu extra claustra suorum monasteriorum degunt, aut in posterum degent. Quæ verba hæc intelligenda sunt quando degunt apostatando. Quam interpretationem suadet tam iterata apostasiæ in eo motu proprio repetitio. Nam eiusdem verbi in eodem canone, vel lege repetitio grande mysterium continet, vt optimè tradunt Gloss. *Clement. 1. verb. diœcesanis. de iure patronat.* & ibi Imola *num. 1.* & ita docet Nauar. latiùs probans *libro 5. consil. in vtraque editione tit. de apostatis. consil. vnic. à num. 9. usque ad 13.* Manuel Rodrig. *qq. regular. tomo 1. quæst. 50. art. 4.* & vterque addit, non obstare motum proprium Pij V. incipientem; *Quæcumque sacrarum*, quia editus est ad prioris interpretationem; & proinde recipit omnes limitationes, & interpretationes, quas prior declararus patitur, iuxta regulam à nobis comprobatam *lib. 7. de matrim. disputat. 46. num. 21.* At ille motus proprius Pij V. nihil prorsus de his pœnis egit, nec priorem Pauli IV. declarauit, sed tantùm interdixit transitum ex vna religione in aliam virtute priuilegiorum religionis, non autem eum qui iure communi concessus erat, vt diximus e præcedenti n. 1.

11 Septimò deducitur intellectus priuilegiorum Societatis IESV in excommunicatione statuta contra recedentes ab ea, in Bulla Pij V. & Bulla, *ascendente Domino*, Gregorij XIII. quarum fit mentio in priuilegiis eiusdem, *verb. apostata. §. 1. & 2.* non enim illam incurrent, qui soli fugitiui sunt animo ad illam redeundi: sed soli veri apostatæ ab ea animo nunquam redeundi discedentes. Quia Pius V. exprimit recedentes, aut exeuntes à Societate. At non dicitur exire, aut recedere à Societate, qui eam non deserit, sed ad tempus vult vagari postea rediturus. Et clarius Gregorius XIII. sic enim ait: *Ita quoque excommunicationis maioris hac sententia, & aliis apostatarum pœnis, si qui à Societate desciuerint, subiacere, ac tanquam veros apostatas puniri posse.* Vbi notandum est id, *à Societate desciuerint*; quod per solam veram apostasiam fit, & ita eos statim veros apostatas appellat.

12 Octauò deducitur decisio eius quæstionis, an censendus sit fugitiuus religiosus qui è carcere in quo iussu sui superioris inclusus est, fugit? Et quidem certum est, non esse integrum ei fugere; quia etsi id cæteris vinctis, siue secularibus, siue Ecclesiasticis permissum sit, at secus est de religiosis, qui sua se libertate priuarunt exeundi è claustro, vagandique. Atque ita docent Caietanus 2. 2. *quæst. 69. art. 4. dub. 2. in fine.* Armilla *verb. accusatio. num. 19.* Nauar. *commentar. 4. de regular. num. 64. circa. 5.* Salzed. *in addition. ad prast. Bernard. Diaz. in c. 137. §. in res contra. carcerem.* Aragon etiam 2. 2. *quæstione 69. art. 4. circa 2. ratum.* D. Thom. *dub. 1. fin.* & ibi Salon *contrarium. 2. post 2. conclus.* Bañez *eod. art. 4. post 3. conclus.* Petrus de Ledesma 2. *tom. summ. tit. 8. c. 2. 4. fol. 781. colum. 1.* Sayr. *clauis regia lib. 12. c. 18. num. 9.* Manuel Rodrig. *de ord. iudiciar. cap. vltim. mentio 4. fine.* & *tom. 1. summ. cap. 42. num. 1.* & *qq. regular. tom. 2. quæstione 28. art. 8.* Quod temperandum est, nisi pœna capitis imponenda esset illi religioso; tunc enim naturale conseruandæ vitæ desiderium ius fugiendi præbet, quod nullo religiosi voto abdicatum est. Et ita bene temperant Bañez, Petr. de Ledesm. & Salon citati: quod idem dicendum est, si sententia abscindendi membri imponenda esset ob eandem rationem, vt bene docet Salon *ibidem.* Adde etiam his alias causas, quarum mentio fiet num. 14. propter quas licitum est religioso perpetuo carceri damnato fugere, propter illas etiam licebit fugere incluso ad tempus in carcere, cùm similis ratio in hoc procedat.

Maius autem dubium est, quando religiosus perpetuo carceri condemnatus esset. Bañez num. præced. allegatus censet huic licitum esse fugere, non quidem ad vagandum, aut habitum dimittendum: sed ad impetrandam illius pœnæ veniam à superiori Prælato, Summòve Pontifice. Ducitúrque, quia in tanta angustia durissimum esset religioso hac libertate priuari. Cæterùm hoc nullo pacto credo. Sed dicendum est, non licere ei fugere, quod si fugiat, teneri redire; tum quia frequentissima, & multo probabilior sententia habet, nulli perpetuis carceribus damnato fugam licere, nedum religioso, quod sententiæ iustæ clausuram illam iubenti parere teneantur: tum etiam, quia Trident. *sessa 25. de regular. c. 4.* interdicit regularibus aditum ad superiorem, nisi ab eis missi, aut vocati fuerint. Quo præcepto liberantur solùm religiosi, quando iniustè gravati nullo alio modo sibi consulere possunt, vt dicemus num. 1. Ergo id non licebit religiosis iustè perpetuo carceri damnatis. Atque ita docent Nauar. *ex commentar. 4. num. 64. corollar. 5.* Salzed. *eo. c. 137. §. sed verum clericus, in fine.* Sayr. *eo. c. 18. num. 9. fine.* Manuel *eo. art. 6.*

Est tamen hoc temperandum, vt intelligatur quando ea carceris pœna iusta est, ac legitimo iuris ordine seruato imposita: secus enim fugere licebit. Similiter fugere licebit, quando licet sententia iusta fuerit, at modus exequendi iniustus est: vt si custos carceris suo proprio motu, vel Iudicis, vel alterius iussu iniustè illi cibum, vestitum, vel ignem, ad vitam sustentandam necessaria denegat: vt contigit cuidam regulari sic damnato, cui custos carceris solas quinas vncias panis cum aqua in dies singulos ministrabat, & media hyeme in loco frigidissimo cogebat dormire, ignem denegans, & solam tunicam indui permittens. Vtramque limitationem adhibent Nauar. *eod. num. 64. corollar. 7. & 8.* Sayr. *eod. cap. 18. num. 10.* Salzed. *eo. c. 137. §. est tamen superior, & seq.* Manuel Rodrig. 1 *sum. sum. c. 40. num. 1. & eo. art. 6.* Atque idem intelligo quando iustè secundùm allegata & probata damnatus esset ex certum re vera innocens esset, aut non tantis criminis tanta pœna digni. Quia in foro conscientiæ non tenetur quispiam huiusmodi sententiæ obedire.

Item quantumuis præcepto superioris iussus esset, aut sententia iusta damnatus, vt in carcere maneret, posset quidem fugere, si pœna mortis, aut mutilationis imponenda esset, vt bene docet Salon num. 13. allegatus. Quamuis huiusmodi sententiæ parendum esse tuentur Caiet. 2. 2. *quæstione 69. art. 4. dub. 2.* Valent. 2. 2. *disputat. 5. quæst. 14. punct. 4. col. 4. in fine ad 3.* Sayr. *eo. c. 18. n. 14.* & probant, quia sicut potest iusta sententia ferri, qua ponitur rem vita, ad quam non minorem inclinationem habet, quàm ad eius conseruationem; ita poterit per iustam sententiam priuari fuga, quæ aliquam posset vitam suam conseruare. At verùs est, huiusmodi sententiam esse iniquam, ac proinde illi non obtemperandum, quod intolerabile sit, & propensioni naturali repugnans, tum cogere, vt aliquid agat, quod ad mortem sibi inferendam cooperetur; quamuis possit damnati, vt illam ab alio iniuria patiatur, quandò per fugam nequit sibi consulere. Et ita censent Sayr. *eodem cap. 18. numero 1.* Soius *libro 5. de iustitia*

9.6.art.4.circa finit.ad 2.vers.an verò simul. Aragon 2.2.q. 69.*art.4.circa 2.argum.* D.Thom.*vers. ad secundum respondetur*; & ibi Salon *contra secundam conclus.*2.Ludouic.Lopez *1.part.instructor.c.66.* Vazquez *1.2.quæst.96.art.5 disputat.174.c.1.num.10.*Leonard.*lib.2.de inst.cap. 31. dub. 5.num.34.*

16 Nonò deducitur, quid dicendum sit de religioso ttremibus damnato.Bañez *2.2.quæst.69.art.4.post 5.conclus.* ait, religiosum durissimæ pœnæ subeundæ damnatum posse fugere,non vt vagetur,sed vt superiorem,aut Pontificem adeat veniam petiturus: & ita cùm tiremium pœna gravissima sit,dicendum est iuxta eius sententiam, posse fugere. Ducitur fundamento quod ex ipso retulimus num.11.Ceterum nullatenus,credo licere ei fugam, quando iustè damnatus esset ob rationes eo num. 13. tradiras. Item, quia etiam secularibus huic pœnæ damnatis negant licitam esse fugam,Nauar. *comment. 4.de regular.num.64.coroll.2.*Valent.*2.2.disput. 4. quæst.13.punct. 4.colum.4.ad 4.*Nauar.*lib.de restit.c.3.in nou.edit.in 3. part. dub.4.num.185.initio. iuncto num. 188. in fine. ad 2.* Sayr. *clau.reg.l.b.12.c.8.num. 8.* Vazquez *1.2. quæst.96. art. 5. disput.174.c.1.num.7.* limitans *num.10.* vt non teneantur redire, si iam abiissent extra regnum Principis ferentis sententiam. Ducitque, quia etsi pœna hæc sit veluti perpetuò mori; est tamen quoddam veluti mori confitens non in sola passione, sed etiam in actione illorum hominum: iubentur enim ita mori, ac proinde fugiendo omittetent actum iustè eis præceptum. Et quamuis respectu secularium probabilius censeam licere eis fugam,quia hoc genus pœnæ est veluti quædam perpetua mors. *l.2.coniug.ff. de regul. iuris.* nec videntur damnati, vt sponte ibi maneant,id enim durissimum esset, sed vt patienter ferant ibi detineri: sicut dum quis verberibus damnatur. Et ideo hanc partem sustinent Cordub.*sum. quæst.195.dub.1.*Ludouic. Lopez *1. part. instructor. c. 153. col.1.§.ac sic quoque.*Bañez *eo.art.4 conclus*5.& ibi Salon *contra 2.conclus.4.*Petr.de Ledesf.*2.tom.summ.tract.8.c. 24. fol. 781. colum. 2.* Leonard.*lib.2.de iust.c.31.dub.5 num.39.* quamuis inquam in secularibus hoc probabilius censeam: at religiosis nullo modo id concederem,quia non eadem fugiendi libertate qua seculares gaudent, vt diximus num. 12.

17 Vltimò deducitur intellectus ad Tridentinum *sess.25. de regularib. c. 4.* vbi interdicitur religiosis recessus à suis conuentibus absque superioris licentia, etiam prætextu superiores suos adeundi, nisi ab eis vocati fuerint. Non enim id decretum intelligendum est de religiosis à superiore iniquè vexatis qui nullo alio remedio suæ vexationi consulere possunt,quàm fugiendo ad superiores,quò grauamen auferant; nam licentiam petitam iniustè denegabit superior immediatus, aut inferior iustè timet eam licentiam petere: sed intelligendum est de religiosis qui absque iusta causa huius iniqui grauaminis sic fugiunt. Quippe non est credendum religiosis his adimi tam iustam defensionem iure naturali concessam. Item quia,vt optimè tradunt Bald. *c. ad nostram.num.4.de appellat.*& ibi Decius *in noua edition.num.2.*religioso iniquè grauato licita est ad superiorem fuga. Et ita docent Nauar. *comment.2.de regular.num.61.*& comment. *3.n.51.ac 4.*Anton.Cucus *lib.3.institution.maior.sit.1.num.150.*Emmanuel Sà *summ.verb.religio.num.71.*Azor *tom.1.institut. moral.lib.11.c.11.quæst.7.*Manuel Rodrig.*qq.regular.tom.1. quæst.30.art.3.& de ordin.iudiciar.c.13.num. 4.fin.* & *tom.1. summ.c 45.num.1.*Sayr.*clau.reg.lib.12.c.17.num.40.*Quod intellige verum,quando certò,& euidenter constaret,religiosum à suo superiore iniquè vexari, nec aliud remedium habere,nisi à suo monasterio recedens superiorem adeat,vt possit se apud illum tueri, quatenus ius naturale concedit,& non aliter;vt bene docet Azor *ea.q.7.& 8.* Item intellige,nisi ex hac fuga scandalum, ac in religione perturbatio sequeretur; sic Manuel Rodrig. *eo. c. 43. num. 1.tem.1.summ.* Quod limitandum censeo, quando scandalum, & perturbatio tanti momenti essent, & ita præponderarent defensioni illius religiosi, vt merito illi anteponenda essent. Atque in his solis duobus casibus vera est sententia,quam tradit Bañez *2.2.quæst.12. art.1. dub.1.post 6.conclus.*vbi ait huiusmodi religiosos sic confugientes ad superiorem peccare mortaliter.

Quare etsi Tridentinum *sess.25.de regular. c. 4.* decernat religiosos sine licentia superiorum in scriptis obtenta recedentes à suis monasteriis, posse ab ordinariis locorum tanquam sui instituti defectores puniri; id decretum non habebit locum in religiosis quos num.præced. diximus posse iustè fugere,vt superiores adeant, si fidem sufficientem faciant huius iustæ causæ fugiendi; quod tunc fuga hæc vacet culpa.Ita docent Nauar. *comment.3. de regular.n.51.ad 4.* Manuel Rodrig. *qq.regular.tom. 1. q. 30.art.4.fine.*Sayr.*eo.c.17.n.40.* 18

SVMMARIVM.

An apostata à religione sit attento iure communi excommunicatus? refertur quædam sententia. n.19.

Explicatur sententia authoris.n.20.

An apostata promotus ad ordinem sacrum, possit in ordine sacro ministrare, & an hac censura innitatur alicui priori censuræ.& quid si aliam priùs incurrisset? n.21.

An possit ascendere ad superiores ordines? n. 22.

An sublata per dispensationem priori suspensione, possit ad ordines superiores ascendere? n.23.

An interdicatur vsus ordinis ante apostasiam suscepti? numero 24.

An si ad solos ordines minores promoueatur, possit in eis ministrare? refertur quædam sententia. n.25.

Explicatur sententia authoris.n.26.

An incurrat hanc suspensionem illicitè ad aliam religionem transiens,ibiq; ad ordinem sacrum promotus? refertur quædam sententia. n.27.

Explicatur sententia authoris.n.28.

An apostata redeuns ad religionem, possit ad omnes ordines promoueri? n.29.

Explicatur qualiter obligetur quidam motus proprius Pauli IV. contra hos apostatas. n. 30.

An apostatæ redeuntes ad religionem possint eligi in Abbates? refertur quædam sententia. n.31.

Explicatur sententia authoris. n. 32.

Apostata an possint vbicumque à suis superioribus capi, vocato auxilio brachij secularis? n. 33.

An gaudeant priuilegiis religionis? & explicatur Tridentinum sess. 25.c.19.de regular.& sess.7.cap. 10.de reformat. num.34.

An electi, vel existentes licitè extra religionem, gaudeant eius priuilegiis? n.35.

Qualiter in carceres conficiendi sint. n.36.

Postea inuenies alia summaria.

QVÆSTIO secunda.Quibus pœnis subdantur apostatæ à religionis obedientia. Diuersæ pœnæ numerantur. Prima est excommunicatio, quam ipso facto incurrunt per *c.2.ne clerici, vel monachi.in 6.* Qua ideo ibi excommunicantur dimittentes temerè habitum suæ religionis, vt periculosa euagandi occasio religiosis subtraharetur,vt dicitur ibi in proœmio. Ergo siue habitu induti,siue eo exuti,à religione defecerint, vt liberè euagentur,incurrent; atque ita docent Gless. *c. 2. verb.ipso facto. ie clerici,vel monachi.in 6.*& ibi Dominic.*in princ.num.11.* Archidiac. *c.Abbates.num.8. 18. quæst. 2.* & ibi Bellamer. *num.4.*Ioan. Andre. *c.fin.num. 1. de apostat.* & ibi Anton. *num.4.*Anchar.*num.2.*Cardin. *num.vnic.quæst.1.* Hentic. *ex parte. num. 3. de tempor. ordinandor.* & ibi Bellamer. *num.3.vers.secundò dic.*Rosel. *verb. excommunicatio. 1. casu 6.num.1.*Aitens.*2.part.sum.lib.6.tit.4.art.3. colum.5.vers. id quid de apostata.*Armil.*verb.apostasia.num.12.* Tabien. *verb.excommunicatio.5.casu 23.quæst.1. num. 2.* Hentiquez *lib. 13.de excommunic.cap.39. num.1.fin.* & *cap.40. num.1.* Azor *tom.1 lib.11.institut.moral.c.17.q.6.* 19

20 At dicendum est,nullatenus attento solo iure communi apostatas à religione excommunicationem incurrere ratione apostasiæ. Quia *cap.1.ne clerici,vel monachi. in 6.* soli professi dimittentes temerè habitum suæ religionis excommunicationi subduntur. At hi apostatæ de quibus est quæstio, licèt verè sint apostatæ, tamen non dimiserunt habitum suæ religionis, vt supponimus. Immo ad eam excommunicationem incurrendam nihil refert apostasia, sed sola temeraria habitus dimissio est eius causa,siue cum apostasia, siue absque illa contingat(vt dicemus n.45.) Nec obstat finem eius excommunicationis esse subtrahere occasionem vagandi religiosis,quia non quamcumque occasionem huiusmodi comprehendit, sed occasionem ex habitus dimissione consurgentem. Immo dum retinetur habitus, non est ea occasio; nam apostatæ ex habitu cognoscentur religiosi, & poterunt capi, vt suæ religioni restituantur. Nec alibi in iure canonico reperitur excommunicatio lata in hos apostatas; ergo illam non incurrent. Et ita docent Glossa *cap.1.verbo apostatæ, de tempor.ordinan.in 6.*Hostiens.*summ. tit. de apostat. num.4.* Imol. *cap.Deus qui.num.2. de vit.& honest.clericor.* Anan. *rubr.de apostat.num.3.*& *cap.3.num.1.eod.tit.*Francisc. de Platea *tract.de excommunic.§. 9.num. 1.* habetur *tom. 14. tractatuum.* D.Anton.*3.part.tit.24.cap.33.fin.* Aitens.*sum. 2.part.lib.7.tit.1.art.2.casu 36.*Aragon *2.2.quæst.12.art.1. in dubio de apostasia à religione*, & ibi Bañez *dub.1. post 2. conclus.*Suarez *5.tom.in 3. part. disput.31. sect.6. num.1.* Leonard.*lib.2.de iust.cap.41.dub.15.num.109.*Manuel Rodrig. *1.tom. sum. in 2.edit.cap.43.num.1.fin.* Idem apertè significant Abb. *cap.fin. num. 2. de apostasia.* Angel.*verb. apostasia.num.6.*& ibi Sylvest.*quæst.8.fine.nu.11.* Tabien. *quæst.12.num.15.* vbi dicunt posse Episcopum dispensare cum his apostatis ad ordines minores durante apostasia promotis, nisi essent quoque excommunicati. Idem clarè etiam indicat Franc. *eo cap.2.in princ.num.7.* & Caiet. *sum.verb.apostasia. initio*, vbi dicunt apostatam propter habitus dimissionem incurrere excommunicationem; sentiunt ergo non incurrere ob solam apostasiam.Dixi autem,iure communi;nam per varia religionum priuilegia excommunicationem incurrunt, vt per priuilegia Societatis IESV diximus n.11.

21 Secunda apostatam à religione pœna est, vt si durante apostasia ordinem sacrum recipiant, non possint in ordine suscepto ministrare, quantumlibet postea redeant pœnitentia ducti ad religionem pristinam,nisi ex dispensatione Pontificia; haberur expresè *cap.fin. de apostat.* Quæ suspensio ordinis in apostasia suscepti, minimè innitur alicui priori censuræ ab his apostatis incursæ, vt in hanc suspensionem incidant, eo quod illa censura ligati ordinem susceperint: sed solùm ordinis sacri receptioni in ex apostasia nititur. Quare si apostatæ hi alia censura innodati essent, vt excommunicatione ob religionum priuilegia, vel ob habitus dimissionem, vel alia quauis censura, non in solam hanc suspensionem incurrerent, sed in irregularitatem quoque recipiendo ordinem illum sacrum cum ea,per *cap.cum illorum,de sentent.excommunic.* Quippe duæ hæ pœnæ non repugnant,vt altera alteram excludat,nec altera in alteram commutatur:& ita incurrent hanc suspensionem,etsi absoluti ab ea excommunicatione,vel censura,nondum tamen deposita apostasia, ad ordinem sacrum promouerentur;quæ bene docet Suar.*5.tom.in 3.part.disp.31.sect.6.num.1.*

22 Hinc primò deducitur, huic apostatæ recipienti ordinem sacum in apostasia,non esse integrum ascendere ad superiores ordines; etsi quidam, quos tacito nomine refert Ioann.Andre.statim allegandus, contradicant. Ducuntúrque,eo quod *in illo cap.fin.*solus vsus ordinis eius sacri in apostasia recepti interdicatur:& cùm textus pœnalis sit,non est extendendus ad interdictum ordinis superioris recipiendi. At dicendum est,hunc quoque ascensum consequenter interdici ex regula tradita *cap. cum illorum, de sentent. excommunicat.* ibi *cum maiora intelligantur illis prohibita, quibus vetitis sunt minora.* At minus est posse vti ordine suscepto, quàm posse ad superiores ascendere. Et ita docent relato Boatio Ioan.Andre. *eo.cap.fin.num.1.* & ibi Anton. *num. vltim.* Cardin.*fin.*Anchar.*num.3.* Abb. *num. 2.* Anan. *statim in princ.*Hentic. *cap.ex part.num.3.*& ibi Bellamer. *num.3. vers.secundò dic.de tempor.ordinan.* Tabien. *verb.apostasia. quæst.12.num.15.* & ibi Armill. *num.12.* Suar.*5.tom.in 3. part.disp.31.sect.6.n.3.*

Secundò deducitur, dispensationẽ Pontificiam cum apostata hoc, vt in ordine sacro suscepto in apostasia, ministret,extrèdi quoque,vt possit ad superiores ascendere. Atque ita docent Anton. & Anan. n. præceden. relati,quamuis aliquantulum trepident;subdunt enim, nisi dicatur dispensationem tanquam odiosam non esse sic extendendam, cùm hæc separari possint: & ideo turum esse vt in dispensatione vtrumque exprimatur. At absque timore aliquo id asserendum est. Quia etsi dispensatio sit strictè interpretanda, extenditur tamen ad ea,quæ separari possunt,quando is cum quo dispensatur, non erat ante dispensationem per se inhabilis ad accessorium, sed ad solum principale; & quia circa principale impeditus erat, consequenter quoque erat circa accessorium. Tunc enim remoto defectu principali per dispensationem, cessabit quoque consequenter defectus accessorius,vt probauimus *lib.8.de matrim. disput.1.num.23.*quod contingit in hoc casu.Nam promotus ad ordinem sacrum durante apostasia, non erat per se primò impeditus, ne ascenderet ad ordines superiores: sed consequenter & accessoriè ratione impedimenti vsus ordinis sic suscepti(vt diximus n.præced.) Ergo sublato per dispensationem illo impedimento,& concesso ordinis illius vsu,cessat quoque impedimentum ascendendi ad ordines superiores. 23

Tertiò deducitur, non interdici ordinis cuiusque ante apostasiam suscepti vsum. Quia *eo cap.fin.* solius ordinis sacri in apostasia suscepti vsus veratur; & ita docet Suar.relatus n.22.fine. 24

Quartò deducitur, quid in ea difficultate censendum sit, an si apostata durante apostasia recipiat ordines minores, suspensionem hanc incurrat? Frequentissima sententia id affirmat dicens,hunc apostatam ordines minores recipientem, non recipere ordinum exequutionem. Quamuis enim prædictum. *cap. fin. de apostat.*suspensionem hanc ordinis suscepti tantùm videatur statuere, quando apostata ad aliquem sacrum ordinem promouetur: at mens eius textus minimè fuit restringere suspensionem hanc ad ordinem sacrum, sed facultatem tantùm dispensandi; ita vt sensus sit, quemcumque ordinem recipiat apostata, caret eius exequutione. At si sint ordines minores, poterit Episcopus dispensare in eorum vsu. Si autem ordo receptus sacer sit, solius summi Pontificis erit dispensatio. Ita sentiunt Archidiac. *cap.salubrium.in fin.1.quæst.7,* & ibi Bellamer.*fin.*Ioan.Andre. *eo cap.fin. num.1.* & ibi Hostiens.*statim in princ.*Anton.*nu.3.& 4.*Anchar.*num.1. & 2.* Abb.*num.2.* Cardinal. *num. vnic.quæst.1.* Anan.*n.1.* Henric. *cap. ex part. num.4. de tempor. ordinandor.* & ibi Bellamer. *num.3.vers.secundo dic.*Aitens.*1.part.sum.lib.6. tit.4.art.3.col.5.vers.sed quid de apostata.*Angel. *verb. apostasia.num.6.*& ibi Sylvest. *quæst.8. fin. num.11.* Tabien. *quæst.12.num.15.* Armill. *num. 12.* Idem significant Innocent. *cap.intelleximus.fin.de aetat. & qualit.* & ibi Cardin. *num.vnic.apposit.1.*Ioan.Andre.*num.obiim.*Hostiens. *num.penult.*Bellamer.*num.2.apposit 4.* Maiol.*lib.1.de irregularit.cap.1.num.15.*vbi absolutè dicunt,hunc recipientem ordines,non recipere eorum exequutionem.Idem videntur clarius tenere D.Antonin.*3.part.tit.17.cap.4. col.4.*

col.4.vers.apostatæ à religione. Sylvest. *verb.ordo.5.q.6.fine.* Maiol. *lib.5.de irreg.cap.34.num.1.* Henriq. *lib.13. de excommunic.cap.19.num.1.fin.& cap.40.num.1.fin.* vbi dicunt hunc irregularem; & id dicit Henriquez ratione excommunicationis per hos apostatas contractæ:& Azor *lib.12.instit.moral.cap.17.quæst.5.* ait,cùm *in cap.2.ne clerici,vel monachi. in 6.* excommunicatio irrogetur religiosis habitum temerè dimittentibus, ac proinde etiam quibuscumque apostatis à religione, inde fieri, vt si ij religiosi ordinem ecclesiasticum,etiam minorem susciperint, suspensionem, irregularitatémve contrahant; quamuis in textu *dict.cap. fin. de apostat.* ante sextum Decretalium edito, solùm sermo fiat de apostatis ad ordinem sacrum promotis. Immo dicunt aliqui ex his Doctoribus, nec hodie posse Episcopum dispensare cum apostata promoto ad ordines minores, sed seruandum esse quod statuitur *cap.cum illorum, de sentent. excommun.* quia hodie hi apostatæ fiunt excommunicati *cap.2.ne clerici, vel monachi.in 6.* & sic recipiunt ordines illos in excommunicatione. Sic Ioann. Andre. Anton. Cardinal. *eo.cap.fin.* proximè citati,Henric.& Bellamer. *eo.cap.ex part.* Astens. Armil.proximè allegati. Sed melius dixerunt Abbas *eo.cap.fin.num.2.* Anan. *ibi.num.1.* Sylvest.*eo.verb.apostasia.* Angel. Tabien. proximè allegati, non posse Episcopum cum his apostatis ad ordines minores promotis dispensare, sed seruandum esse quod traditur *dicto cap. cum illorum*, quando vltra apostasiam incidissent in excommunicationem *cap.2. ne clerici, vel monachi. in 6.* eo quod habitum dimisissent. Addunt Angel.& Sylvest.ibi, casu, quo possit Episcopus dispensare,id intelligendum esse,quando religiosus non est exemptus,ac proinde subiectus Episcopi iurisdictioni;quia(vt probauimus n.20.) ob solà apostasiam absque habitus dimissione, non incurritur illa excommunicatio. Sed idem dicendum esset, si ob religionis priuilegia,vel ob aliam causam, in excommunicationem,aliámve censuram incidissent.Sed hoc extra rem præsentem est, tantàm enim agimus de pœnis ob solam apostasiam incursis.

26 At probabilius reputo,apostatam, si aliam censuram non incurrisset, minimè interdici promouerì ad ordines minores: quare si ad illos promoueatur, recipiet eorum executionem,quia *eo.cap.fin.de apostat.* solùm est sermo de apostatis recipientibus ordinem sacrum, iisque solis vsus ordinis illius interdicitur,ac dispensatio Pontifici reseruatur; & absque textu & efficaci ratione dicitur,recipientibus ordinem minorem interdici quoque illorum vsum, sed non cum prædicta reseruatione,quia textus id non dicit: nec alij textus,quos adducunt D. Antonin. Sylvest. & Maiol. id probant, *cap.penult.& cap.fin.distinct.50.* quia pelor textus non de apostatis, sed de agentibus publicam pœnitentiam tractat. Posterior autem, etsi de apostatis agat sic dicens; *quos ad clericale officium non admitti iubemus*, non continet sententiam latam,sed ferendam, cùm solùm iubeat hos ad ordines non promouendos: non autem interdicit vsum ordinis,si promouearntur. Adde etiam,eum textum esse desumptum ex Concilio Arelatensi II *cap.25.* quod cùm prouinciale sit,irregularitatem inducere nequit. Et ideo hanc sententiam sustinet Suar. *5.tom.in 3.part.disput.31.sect.6.num.2.*

27 Quintò deducitur, quid dicendum sit de religioso transeunte contra iuris ordinem ad alium ordinem laxiorem, an si recipiat in eo transitu perseuerans ordinem sacrum, incurrat hanc illius vsus suspensionem? Et quidem Doctores asserentes hunc esse verè apostatam,quos allegauimus n.7.dicent subinde hunc incurrere hanc suspensionem,& tenet Suar.ibi allegatus; & hunc incurrere tenent etiam Gloss. *cap.ex part. verb.libere,de tempor. ordinand.* & ibi Henric. *num.6.* Bellamer *num.3.vers.quarto dic.* Subdunt tamen hi duo,posse Episcopum in hac suspensione dispensare, eo quod non si receptus ordo ille in vera apostasia, cùm hic non sit verè apostata. Alij autem sic distinguunt; si occultus sit transitus, nullam suspensionem incurrit, secus si sit publicus. Ita docent Innocent. *eo.cap.ex parte.fin.* & ibi Ioan.Andre.*fin.* Hostiens.*fin.* Anton.*fin.* Cardin. *n.vnic. oppositi.1.*Abb.*fin.*Maiol. *lib.1.de irregul.cap.1.num.15.* subdunt Anton. & Abb. posse religionis Abbatem in hoc casu dispensare.

At verius reputo, hunc nulla censura affici, quod 28
textus *d.cap.fin. de apostat.* expresè eam suspensionem statuat religiosis recipientibus ordinem in apostasia: at hic non recipit in apostasia, cùm verus apostata non sit. Item pro hac parte facit *cap.ex part.de tempor. ordinand.* vbi rogatus Pontifex de quodam monacho conuentus Cattiloci, qui ad nigros monachos transierat, & ad sacerdotium ascenderat,respondit,ei liberè permittendum sacerdotij vsum, nisi aliud impedimentum obstaret; quamuis hic textus non plenè hanc partem probet, quia transitus ille videtur à minus strictà ad strictiorem religionem.Et hanc sententiam tenet Gloss.*in eo.cap.fin. in fin.* Hostiens. *summ.de apostat.num.3.* Astensis 2. *part. sum.lib.6.tit.4.art.3.col.5. vers.sed quid de apostata.* Sayr. *de censur.lib.4.cap.13.num.16.* Azor *lib.12.instit.moral. cap.17.quæst.5.*

Vltimò deducitur, apostatam à religione posse de- 29
posita apostasia, & post reditum ad suam religionem, ad omnes ordines promoueri,& in eis sic susceptis ministrare,quia textus *eo.cap.final.de apostat.* solum ordinis sacri vsum in apostasia recepti interdicit, etsi post susceptionem apostata ille ad sanam mentem rediens amplectatur suam religionem.At hic nullum ordinem sacrum durante apostasia recipit. Ergo in hoc non habet locum decisio illius textus. Et ita docent Innocent. *eo. cap.fin.num.vnic.* & ibi Ioan.Andre.*num.1.*Hostiens. *statim in princ.*Anton. *num.vltim.* Cardin.*num.vnic.quæst.2.* Anchar.*num.3.*idem Innocent. *cap.suitlexinus, in fin.de æt.& qualit.* & ibi Hostiens.*num. penult.*Ioann. Andre. *num.vltim.*Anton.*num.9.*Cardin.*num.vnic.opposit.2.*Bellamer.*num.2.opposit.4.& cap.ex part.num.3. de tempor ordinan.*& ibi Henric.*num.2.*Suar.*5.tom.in 3.part. disput.31. sect.6.num.5.*

Sed dictis hucusque de his apostatis obstat fortiter 30
motus proprius Pauli IV. cuius meminimus n.10. vbi hos apostatas à religione suspendit in perpetuum ab omni cuiuscumque ordinis ecclesiastici executione,& ab omni gradu, ab omnibúsque beneficiis obtentis, & eorum fructibus, & eos reddit inhabiles ad quoscumque gradus, & quæcumque beneficia in posterum obtinenda. Sed existimo hunc motum proprium receptum non esse,& ita non habere vim obligandi.Ducor, quia Maiol. Henric.Suar. Sayro, quos in hac apostatarum suspensione allegauimus, cùm sint auctores neoterici, nullam de hoc motu proprio mentionem fecerit,quasi nulla ipsius extet memoria aut receptio. Et si illius meminêre Nauarr.& Manuel,vt n.10.retulimus; id tantùm fuit ad probandum ipsum non agere de fugitiuis à religione, sed de solis apostatis; & motum proprium Pij V. quem ipsi dixêre esse editum ad confirmationem prædicti motus proprij Pauli IV, fatetur idemmet Manuel *2.tom.sum.cap.6. num.7.fin.* vsu receptum non esse.

Tertia apostatarum à religione pœna est, vt & post- 31
quam ad meliorem vitæ frugem,& ad priistinam religionem se receperint,& bonæ opinionis extiterint,nequeant in Abbates, seu superiores religionis eligi. Ita docent Laurent.Iacob.& Petr.quos refert, & sequitur Archidiac. *cap.2.num.2. ne clerici, vel monachi.in 6.& cap. legi. num.1.16. quæst.1.* & ibi Bellamer. *paulo post princ.* D.Anton. *3.part.tit.14.cap.13.* Sylvest. *verb.excommunicatio.9.casu 24.num.52.notab.2.*Immo Iacob. & Petr. (vt refert non improbans Archidiac. *eo. cap.2.num.1.*) dicunt hos,si eligantur,teneri resignare, vt conscientiam suam salutent.Probat Archidiac.*eo.cap.post.num.de vnic.* vbi electus in Episcopum, voto religionis à se antea emisso nondum impleto, cogitur resignare. Ergo à fortiori professus, qui semel religionem apostatando deseruit, vtpote qui grauius peccat.

32 At omnino neganda est hæc pœna, dicendúmque est iure eligi posse, quod nullum sic iuramentum pœnam infligens, & abs re penitus sit re ratione *cap.perpetuæ de voto*, cui oppositi innituntur,cùm id decisum ibi sit non ratione culpæ præteritæ, sed adhuc pendentis, eo quod adhuc illud religionis votum nondum impletum obligabat. Et ideo hanc partem sustinent laticissimè Oldrad. *cito cõsil.201.*Ioan.Andre.*addition.ad Speculator.in ne clerici,vel monachi.§.vnic.litter.E.*Anchar. *cap.2.num.3.ne clerici,vel monachi.in 6.*& ibi Probus *addition.ad Monach. num.7.fin.*Dominic.*ibi.§. Doctores. num.4.* Franc. *ibi. in princ.nu.7.*Azor *lib.12.institut.moral.cap.17.quæst.vltim.* quod bene limitat Franc.nisi ille apostata aliunde irregularitatem incurrisset, vt quia cum aliunde esset excommunicatus, celebrasset. Sed limitatio non est ad rem,quia de pœnis,quæ ratione solius apostasiæ incurruntur est sermo nunc.

33 Quarta apostatarum à religione pœna est, vt monachi apostatæ, vel fugitiui possint vbique & extra territorium apprehendi à suo superiore; quam latè probat Nauarr.*commentar.3.de regular.num.50.* Manuel *qq.regular.tom.1.quæst.30.art.6.* qui varia religionum priuilegia refert, in quibus non tantùm hoc permittitur; sed inuocare quoque auxilium brachij secularis ad eos apprehendendos: & .Pius V. in Bulla Societati concessa concessit Præposito Generali,& alijs superioribus Societatis, vt possint recedentes ab ea post biennij vota, vbicumque sint, siue in seculo, siue in alia religione, inuocato auxilio brachij secularis, summariè & sine figura iudicij reuocare, capere,& incarcerare, ac debitæ pœnæ subicere; cuius sit mentio in compendio priuilegiorum eius,*verb.apostata.§.5.*& ibi Pater noster Generalis concedit hanc facultatem omnibus superioribus contra apostatas vagantes in seculo. Si verò sint in alia religione,solis Prouincialibus eam concedit; & *ibi. §. 6.* habetur id posse superiores Societatis I E S V, etsi hi apostatæ in Romana Curia inueniantur ex priuilegio Carmelitis concesso.

34 Quinta apostatarum pœna est, vt non gaudeant religionis priuilegiis. Sic afferit dicens de hoc non esse dubium Horatius Mandol.*de priuileg. ad instar. gloss. 3. num.10.*& probat ex decreto Trident.*sess.25.de regular. cap.19.*ibi. *Quod si antea habitum sponte dimiserit tanquam apostata puniatur, interim verò nullo priuilegio suæ religionis iuuetur.* Sed aduerte,Tridentinum non de quibuscumque apostatis loqui,sed de his qui recedunt à religione habitum dimittentes, prætendentes professionem esse nullam. Vnde cùm sit pœnale hoc decretum, non est ad alios apostatas, in quibus hæ conditiones non concurrunt, extendendum: & cùm loquatur per verbum futuri,*non iuuetur*, exigitur sententia Iudicis,vt ea pœna incurratur. Verbum enim futuri non importat sententiam latam, sed ferendam, vt contra multos à se relatos tenet Tiraquell. alios multos referens *lib.primum.verb.reuertatur. num.152. & tribus sequentibus.C.de reuoc.in.donation.*Couarru.*cap.si hæredes.num.10. de testamen.*Azebed.*lib.7.recopila.tit.5.l.4.num.9.* Molin.*tom.1. de iust.disput.88.col.5.*§.*initio.*vbi ex hac doctrina infert, legem Lusitanam statuentem in pœnam vt contractus sit nullus, exigere sententiam Iudicis, eo quod in ea apponatur verbum futuri; & in similibus terminis eiusdem Trident. tenent Nauarr. *lib.1.consil.tit.de tempor.ordinan.in 1.edit.1570.consil.19.in 2.1570 consil.17.* Nam cùm Tridentinum *sess. 7. de reformat. cap.10.* statuat, vt initiati cum dimissoriis Capituli Sede vacante intra vacationis annum, amittant priuilegia clericalia, his verbis; *nullo priuilegio clericali proferum in criminalibus gaudeant*, ait Nauarr.ibi exigi Iudicis sententiam, quia *gaudeant* est verbum futuri. Quod si opponas, hanc esse pœnam priuatiuam ad sui executionè nulla actione indigentem, nec priuantem bonis propriis iure peculiari ab aliquo possessis, sed bonis communibus,quorum Ecclesia est dispensatrix; in quibus casibus multi dicunt non exigi Iudicis sententiam ad pœnam incurrendam; non,inquam, obstat, quia neutrum sufficere,vt pœna absque sententia Iudicis incurratur, probauimus *lib.9.de matrim.disp.30.n.1.*

Immo nec recedentem licitè à monasterio gaudere 35
eius exemptione,sustinent Federic.*cons.19.* & Ioan. de Ligha. *Clem.ne in agro.de stat.monach.*vt eos refert Mandol. *ea.gloss.3.num.9.* quia priuilegium non ratione sui, sed ratione monasterij ipsi conceditur. Sed iure optimo cum Cardinali per ipsum relato, limitat hoc Mandosius ibi, vt intelligatur quando ei speciali monasterio priuilegium concessum esset. Nam si toti religioni, gaudet illo qui extra religionem licitè est, nec ad aliud migrat.Secus ait n.8.de eiectis; quia ille adhuc est sub illius religionis obedientia, sub qua non sunt eiecti.

Vltima pœna est statuta *cap.nobis de apostat.* vbi præ- 36
cipitur, vt hi apostatæ in carceres detrudantur, si mitis, vel blanditiis induci nequeant, vt abiectum habitum iterum sumant, & ibi durè affligantur, vt solùm modo vita sibi misera reseruetur, donec à suo crimine resipiscentes ad sanam mentem redeant.

SVMMARIVM.

Triplex excommunicatio infligitur cap.2.ne clerici, vel monachi.in 6.n.37.

Explicantur conditiones petitæ, vt religiosi habitum dimittentes incurrant excommunicationem. n.38.

An ad id desideretur, vt simul audiant Physicam, vel legem? num.39.

An verbum, temerè,*in eo textu positum debeat intelligi cum omni proprietate? n.40.*

Quinam dicatur temerariè habitus dimisso. n.41.

Quæ ignorantia excusat à temeraria legis transgressione. Refertur quædam sententia. n.42.

Explicatur sententia auctoris, & an opus sit operari ex lege contemptu? n.43.

An dicatur temerarius transgressor, qui dum dubitatet, non apposuit diligentiam,vt certior de lege fieret? n.44.

An sit ad hanc excommunicationem apostasia à religione absque habitus dimissione,vel habitus dimissio absque apostasia? n.45.

An fugitiui à religione non dimisso habitu illam incurrant? num.46.

An religiosus per sententiam habitu spoliatus, ac carceri perpetuo damnatus, fugiens absque habitu incurrat hanc excommunicationem? n.47.

An exigatur ad eam perpetua habitus dimissio? n.48.

Requiritur ad eam ea habitus dimissio, quæ moraliter loquendo talis dicitur; & an religiosus teneatur semper habitum deferre? n.49.

An simul cum habitus dimissione exigatur alterius habitus assumptio? refertur quædam sententia. n.50.

Explicatur sententia auctoris. n.51.

An sufficiat aliquam partis habitus dimissio? n. 52.

Quid si retento habitu monasticorum, deponat professus habitum professorum? n.53.

An ad diuidicandum, an omissio habitus ad breue tempus subiciatur huic excommunicationi, spectanda sit intentio dimittentis, & sin incurrat, si intentio fuit diu dimittendi, etsi mutato proposito breui duret? n.54.

Quando breui durat ob causam apparentem, vt ad currendum falcandum, celebrandum festum amici, an incurratur? num.55.

Quid ex causa turpi, vt ad pœcandum cum matre velapsus? num.56.

Quid

Quid si ex quis abeat incognitum ad peccandum? n. 57.
Quid de dimissione habitus ad scelus perpetrandum? n. 58.
An desideretur vna cum habitus dimissione exegatio extra monasterium absque licentia? refertur duplex sententia. num. 59.
Explicatur sententia authoris: & quid quando religiosus ille habitu dimisso se occultat? n. 60. & 61.
An occultans habitum suæ religionis absque causa iusta, incurrat referitur quadam sententia. n. 62.
Explicatur sententia authoris. n. 63.
Quid si habitum professorum celat habitu nouitiorum? n. 64.
Quid si habitum alterius religionis assumat eam non ingrediendo? n. 65.
Quid si id fiat causa alicuius obsequij exhibendi ei religioni? num. 66.
Quid si eam ingrediendo contra iuri refertur quadam sententia. n. 67.
Explicatur sententia authoris. n. 68.
Quid si deponat, vt nolle abeat causa inuisendi alicuius amici? n. 69.
An professus Societatis IESV habitum deponens incurrat? num. 70.
Quid de religioso certato Episcopo, Cardinali, vel paroche? remissiuè. n. 71.
Postea inuenies alia summaria.

57 QVÆSTIO tertia. Quibus pœnis subiaceant fugitiui à religione; de qua re extat textus *cap. 2. ne clerici, vel monachi. in 6.* Vbi primò excommunicantur religiosi professi habitum religionis suæ in scholis, vel alibi temerè dimittentes. Secundò, iidem professi accedentes ad quæuis studia, nisi à suo Prælato cum consilio sui conuentus, vel maioris partis eiusdem sit priminis licentia sibi concessa. Tertiò, excommunicantur Doctores, siue Magistri qui religiosos habitu dimisso leges, vel Physicam audientes scienter docere, aut in scholis suis præsumpserint retinere. Cuius triplicis excommunicationis absolutio nulli ibi reseruatur. De qua triplici excommunicatione seorsim agendum est.

58 Prima ergo excommunicatio est contra religiosos habitum suæ religionis temerè dimittentes in scholis, vel alibi. Quadruplex conditio requiritur ad hanc excommunicationem contrahendam. Prima est, dimissio habitus facta in scholis, vel alibi à religioso professo. Secunda, vt habitus ille dimissus sit suæ religionis. Tertia, vt dimissio illa sit temeraria. Vltima, vt talis sit dimissio, quæ attentis circumstantiis, sit apta ad periculosè vagandum. Tres priores conditiones expresè assignantur *eo. cap. 2.* Quarta autem colligitur ex decisionis illius ratione, quam idemet textus in suo proœmio assignat, ibi; *vt periculosa religiosis euagandi materia subtrahatur*: & eam tradunt Caiet. *summ. verb. excommunicatio. cap. 61.* Passarell. *in prinoleg. Minim. cap. 34.* Valent. 2. 2. *disput. 1. q. 12. punct. 1. ad finem.* Bañez 2. 2. *q. 12. art. 1.* vbi de apostasia à religione.

39 Possetque quispiam existimare requiri aliam quintam conditionem, nempe, vt ij religiosi temerè habitum dimittentes adeant auditum Physicam, vel leges, sine superioris licentia cum consilio conuentus, vel maioris partis, & posset inniti verbis textus *eo. cap. 2.* nam postquam interdixerat hanc temerariam habitus dimissionem, & aditum ad studia hæc absque prædicta licentia, addit hæc; *si quis horum temerarius violator extiterit, excommunicationis incurrat sententiam.* Quare cùm solùm dixerit in plurali, *violator horum*; nec horum violator sit, qui alterum ex his violat, videtur vtriusque violatio petita ad hanc excommunicationem incurrendam. Cæterùm ea conditio non est necessaria, sed satis est alterius partis ex illis violatio. Quod expresè docent omnes authores deinceps allegandi, qui tanquam duplicem excommunicationem vtramque referunt, ac explicant. Et ideo ea pars, *violator horum*, debet explicari disiunctiuè; & ita explicant Gloss. *eo cap. 2. verb. horum.* & ibi Archidiac. *num. 6. fin.* & D. Antonin. *3. part. tit. 14. cap. 53. fin.* Suar. *5. tom. in 3. part. disputat. 23. sect. 4. num. 26.* Quamuis non desint aliqui, quos tacito nomine refert Anton. *cap. Dicit qui. num. 3. de vit. & honest. clericor.* dicentes requiri quoque, vt ij religiosi prædicta studia absque licentia adeant, vt hac censura ligentur.

Atque illa conditio, vt temeraria sit habitus dimis- 40
sio, est cum tota verbi proprietate accipienda, vt rectè docent loquentes de omni canone inligente excommunicationem, vel aliam pœnam, Caiet. *1. 2. quæst. 53. art. 3. circa solut. ad 2.* eo quod in materia pœnali, vtpote restringenda, amplectenda sit proprietas verborum pœnam restringens: & loquens de excommunicatione huius textus, docet id Suar. *5. tom. in 3. part. disp. 23. sect. 4. num. 27.* Quia bis repetitur in eo textu, initio enim dicitur, *temerè habitum dimittat*; & paulo inferiùs, *si quis horum temerarius violator extiterit.* Nam (vt n. 10. diximus aliis citatis) repetitio eiusdem verbi in eodem canone grande mysterium continet.

Dicitur autem temeraria habitus dimissio, quando 41
absque causa sit, secus si ex iusta causa; vt si religiosus per loca Turcarum, aut hæreticorum, aut aliorum religiosi habitus hostium transiturus esset, & oporteret ad se tuendum habitum dimittere: vel ex alia iusta causa. Et ita docent Gloss. *eo cap. 2. verb. temerè.* & ibi Dominic. *in princ. num. 9.* Franc. *in princ. num. 7.* Monach. *cap. 1. de sentent. excommunic. in 6. num. 12.* & vniuersi Doctores citandi. Nec requiritur causa omnino iusta & sufficiens ad liberandam à culpa habitus dimissionem: sed satis est, vt causa sit apparens, nec omnino à culpa excusans ob ignorantiam culpabilem, vel ob imprudentem timorem, vbi iusta timoris causa deerat. Quamuis enim tunc sit mala habitus dimissio; at non ex temeritate, sed ex causa apparenti procedit. Atque ita bene docet Suar. *ea sect. 4. n. 27. & 29.*

Sed dubium est, qualis ignorantia excuset, ne dica- 42
tur temeraria transgressio. Nam aliqui videntur censere solam ignorantiam inculpabilem, seu inuincibilem ab hac temeritate excusare. Ita videntur sentire Gloss. *cap. 1. verb. temerarius. de sent. excommunic. in 6.* & ibi Dominic. *§. si quis. num. 10.* Franc. *cap. 1. in princip. nu. 4. ne clerici, vel monachi.* aiunt enim non exigi dolum, sed satis esse negligentiam, stultitatem, seu leuitatem. Glossæque addit, secus esse si non adsuit culpa. At in omni ignorantia culpabili reperitur negligentia; & clarius id docet Nauarr. *sum. cap. 27. num. 28.* vbi relatis Angelo, & Gabriele, dicentibus non incurri excommunicationem latam *cap. 1. de sentent. excommunicat. in 6.* quando is canon violatur ex ignorantia, eo quod textus petat temerariam violationem, ait id esse verum quando ignorantia est iusta.

Cæterùm dicendum est, excusare ignorantiam, etsi 43
crassa sit, & supina, quia hæc dictio, *tem*[illegible] idem quod *scienter*, vt docent optimè Cardinalis *[illegible] quis. notab. 1. de stat. monachor.* & ibi Anchar. *num. 15.* Suar. *5. tom. in 3. part. disput. 4. sect. 10. num. 3.* qui addit, esse etiam idem quod *consulto, & præsumendo.* Nec minorem energiam habet, quàm *præsumere*, vt docet idem Suar. *ibi. disputat. 23. sect. 4. num. 29.* At quando canon punit scienter facientem, aut præsumentem aliquid facere, excusat ignorantia crassa, & supina, vt latè probauimus *lib. 9. de matrim. disput. 32. num. 36. & duplici sequen.* Immo *temerè*, importat propiè aliquid facere cum contemptu legis, atque adeò ex ea superbiæ radice prouenit, quæ respuit subesse regulæ, vt optimè docent D. Thom. *2. 2. quæst. 53. art. 3. ad 2.* & circa illam Caietan. & Suarez *ea sect. 4. num. 3.* vbi bene explicat contemptum hunc petitum ad temerariam transgressionem, non esse formalem legis contemptum, sed voluntatem dimittendi non obstante prohibitione legis. Atque addunt

D. Thom. & Caiet. temerè aliquid fieri, plus importare quàm præcipitanter. Quidquid enim impulsu voluntatis, seu passionis, non regente ratione fit, dicitur præcipitanter fieri, non autem semper temerè. Sed vltra illud importat contemptum legis, quod valde notandum ait Caietan. ad interpretandos canones temerè aliquid facientibus pœnas inferentes, quos de propria hac temeritate intelligendos iure optimo dicit. At quod ex ignorantia crassa fit, dicitur quidem ignoranter fieri, non tamen præsumendo, nec cùm legis contemptu. Et ideo pro hac parte sunt Monachus *cap. 1. de sentent. excommunic. in 6. num. 12.* & ibi Ioann. Andre. *num. 5.* vbi dicunt temerè fieri quod fatuè, vel stultè fit: non enim fatuè videtur fieri, quod procedit ex prædicta ignorantia. Et in propriis terminis docent Suar. *5. tom. in 3. part. disput. 4. sect. 10. num. 3.* & alij, quos retuli *lib. 9. de matrim. disput. 32. num. 38.* Secus esset, quando ignorantia esset affectata, aut adeò crassa, vt esset quasi scientia, & ingens temeritas, vt aliis citatis probauimus *eadem disp. 32. n. 39. & 40.*

44 Quare non approbo quod ait Suar. *ea disputat. 4. sect. 10. num. 3.* nempe, dici temerarium legis transgressorem, si cùm suspicionem, vel dubitationem talis legis, aut eius obligationis habeat, non adhibet aliquam diligentiam ad sciendum, an ea lex sit, vel an in eo euentu obliget: quia aliàs temerè se exponit transgressionis periculo, & si in re illam transgrediatur, dicetur temerarius transgressor. Sed hoc non placet, quia quamuis ad culpam mortalem contrahendam dicatur hic sufficienter temerarius ratione periculi, cui se exponit, & dicatur non cordatè, sed præcipitanter facere: at temeritas vltra præcipitationem, & imprudentiam, exigit contemptum, vt num. præced. diximus. Item quia similiter quoad mortalem legis transgressionem reputatur sciens, qui crassè, & supinè ignorat: non tamen reputatur sciens, vt dicatur temerarius transgressor, vt n. præced. probauimus. Tandem, quia omnis ignorantia culpabilis supponit necessariò præcessisse aliquam dubitationem circa legem, & aliàs erit inuincibilis, vt latè probauimus *lib. 1. huius tractat. c. 16. à n. 21.*

45 Ex declaratis conditionibus ad hanc excommunicationem incurrendam peritis deducitur primò, nihil prorsus referre apostasiam à religione ad hanc excommunicationem contrahendam: quippe textus *eo c. 2.* solos religiosos temerè habitum religionis deponentes excommunicat. Hæc autem dimissio potest contingere absque apostasia, & è contrà potest esse apostasia absque hac dimissione, vt probauimus n. 4. Quare religiosus dimittens temerè habitum absque apostatandi animo, eam incurrit; vt bene docent Paludan. *4. distinct. 18. quæst. 3. art. 3. num. 41.* Nauarr. *lib. 5. consil. in vtraque edit. tit. de apostat. consil. vnic. nu. 6.* Valent. 2. 2. *disput. 1. quæst. 12. punct. 1. ad finem.* Leonard. *lib. 2. de iust. c. p. 41. dub. 15. num. 109.* Manuel *qq. regularib. tom. 1. quæst. 50. art. 1. & regul. tom. in 2. edit. cap. 41. num. 1. fin.* & è contrà quantumuis apostata sit, si non dimittit habitum, non incurrit hanc censuram, vt probauimus num. 20. contra alios in 19. relatos.

46 Secundò deducitur, minus bene dixisse Rebuffum *præx. benefic. tit. de dispensat. cum regular. num. 17.* religiosum exeuntem à monasterio absque superioris licentia, & sic fugitiuum, incurrere hanc excommunicationem; neque enim fugitiui ibi excommunicantur, sed habitum dimittentes. Et ita docent Nauarr. *comment. 1. de regular. num. 61. & summa Lat. cap. 27. n. 133.* Leonard. n. præced. allegat. Bañez 2. 2. *quæst. 12. art. 1.* vbi de apostasia à religione, *dub. 1. conclus. 6.*

47 Tertiò deducitur, religiosum iustè damnatum carceri perpetuo, habitúque religioso exutum, & indutum secularem, non incidere in hanc excommunicationem si vestitus eo habitu seculari è carcere fugiat. Quod etsi fugiendo peccarit, at non dimisit habitum, sed iustè eo spoliatus est, nec illum contra iustam sententiam licitè induere poterat. Et ita docet Nauarr. *commentar. 4. de regular. num. 64. coral. 5.* Manuel *qq. regular. tom. 2. q. 22. art. 6.*

Quartò deducitur, non esse opus ad hanc excom- 48
municationem, vt in perpetuum deponatur habitus religiosus, sed satis esse deponi ad tempus; quod apertè colligitur ex text. *eo. cap. 2.* dum excommunicat religiosos dimittentes habitum in scholis, vel alibi; nam scholæ non solent esse perpetuæ. Item quia mens textus non fuit apostasiam à religione punire, cui communiter adiungitur perpetua habitus dimissio (vt probauimus n. 25.) sed temerariam habitus dimissionem, gratiâ euitandæ occasionis vagandi religiosis. Quæ dimissio indifferens est ad perpetuam, & ad temporalem, & vtraque eam vagandi occasionem affert, & ita docent Caietan. *summ. verb. excommunicatio. cap. 61.* ab vniuersis Doctoribus allegandis receptus.

Quintò deducitur, etsi quæcumque habitus religio- 49
si spoliatio absque rationabili causa dicatur temerè fieri, eo quod habitum suum religiosus in omni loco, ac tempore deferre debeat *cap. 20. dist. 20. quæst. 1. & cap. sanctimonales. d. 23.* quod intellige de solo honestatis debito, vt rectè aliis citatis tenet Sylvest. *verb. excommunicatio. 9. casu 24. num. 52. notab. 2.* & D. Anton. *3. part. tit. 14. cap. 53.* Nauarr. *summ. cap. 27. num. 131.* non tamen quamcumque habitus absque iusta causa spoliationem hac excommunicatione affici; quia textus *eo. cap. 2.* non excommunicat religiosos se habent spoliantes, sed illum dimittentes. Quare ea dimissio necessaria est, quæ morali modo loquendo, & iuxta prudentium arbitrium iure optimo dimissio temeraria dici possit. Quia constitutio pœnalis non est extendenda vltra verborum proprietatem communi prudentium vsu, & sermone morali receptam. Atque ita docent Sylu. *ibid.* Nauarr. *summ. c. 27. Latin. n. 131. Hisp. n. 131. 132.* Suar. *5. tom. in 3. part. disputat. 23. sect. 4. num. 27.* Bañez 2. 2. *quæst. 12. art. 1.* vbi de apostasia à religione, *dub. 1. initio.* Azor. *lib. 12. institut. moral. cap. 13. quæst. 5. casu 16.* Manuel Rodrig. *qq. regular. tom. 2. q. 76. art. 6.*

Sed aliquæ insurgunt circa huiusmodi dimissionem 50
difficultates. Prima est, an necessaria sit alterius habitus assumptio vna cum illa dimissione ad hanc excommunicationem incurrendam? Nam non exigi assumptionem alterius habitus, sed satis esse totius habitus proprij dimissionem, vel eius saltem partis, qua dimissa nequit cognosci religiosus suæ religionis, tradit Suar. *5. tom. in 3. part. disp. 23. sect. 4. num. 28.* quia textus *eo. cap. 2.* non petit alterum habitum induci, sed proprium dimitti, & solo proprio dimisso, vel ea parte, qua dimissa religiosus cognosci nequeat, datur sufficiens vagandi causa; quæ eius prohibitionis ratio finis assignata in ipsius textus proœmio. Huic etiam sententiæ fauet D. Anton. *3. part. tit. 14. cap. 53.* vbi sub disiunctione ait incurrere religiosum exutum habitu proprio, aut seculari indutum exhibentem se conspectibus hominum.

Cæterùm etsi hæc sententia probabilis sit, at proba- 51
biliorem reputo exigi quoque alterius habitus assumptionem. Ducor, quod ipsemet Suar. *ead. sect. 4. num. 27.* fateatur habitus dimissionem propriè dici, quando fit mutatio in alium habitum ad se occultandum, vel incedendum eo modo. At verba huius textus pœnalis sunt cum tota verborum proprietate intelligenda, vt probauimus num. 38. Item quia communiter, & morali modo loquendo non datur materia vagandi dimisso proprio habitu, aut notabili eius parte, si alius non assumatur. Nec enim nudi, aut indecenter vestiti solent communiter homines vagari. Et ad ea quæ rara sunt, leges non adaptari solent. *l. non ad ea. ff. de legibus.* Tandem, quia Gloss. *ea cap. 2. verb. horum*, & *verb. ipso facto.* & ibi Dominic. *in princ. num. 11.* Franc. *in princ. num. 7.* appellant hunc religiosum apostatam; & Gloss. *ibi. verb.*

professu, assignat excommunicationis eius causam, quod religiosus ad seculum redire nequeat. At ex secundùm quid apostata, & redeus ad seculum non accidunt absque alterius habitus assumptione. Et ideo hanc sententiam docent Sylvester *verb. excommunicatio. 9. casu 24. num. 51. notab. 2. & num. 53. notab. 3. fine.* Nauarr. *summ. cap. 27. Hist. num. 132. Latin. num. 131.* Tolet. *lib. 4. sum. cap. 18. num. 5.* Bañez *2. 2. quæst. 12. art. 1.* vbi de apostasia à religione, *dub. 2. post 2. conclus. corol. 1.* Manuel *93. regular. tom. 2. q. 76. a. 6. notab. 1. & 2.* Valent. *2. 2. disp. 1. quæst. 12. punct. 1. ad finem.* Emmanuel Sà *summ. verb. excommunicatio*, vbi de non reseruatis. *num. 9.* Atque eidem sententiæ fauent Ioan. Andre. *eo. cap. 2. num. 4.* & ibi Probus *addition. ad Monach. num. 7. fin.* Dominic. *ibi in princ. num. 9.* Franc. *in princ. num. 5.* Rosel. *verb. excommunicatio. 1. casu 16. num. 5.* vbi dicunt tunc huic excommunicationi locum esse, quando religiosus habitu proprio exuitur, indutus seculari se aliis ostendit.

32 Quare opinionem relatam ex Suar. n. 50. quatenus ait incurri hanc excommunicationem, non tantùm quando totus habitus dimittitur, sed etiam quando ea sola pars exterior, qua deposita non cognoscetur deponens religiosus suæ religionis, in eo solo casu admitto, quando partem alterius vestis induereat, quia tunc datur habitus depositio cum alterius assumptione; & quamuis non sit totius habitus depositio, est tamen depositio in exterior specie, seu forma, in qua potissimum habitus consideratur; & cuius depositio sufficientem vagandi materiam præstat. Quare minus bene Abb. *cap. Deus qui nos. num. ultim. de vit. & honest. clericor.* dixit non incurri dimisso solo habitu exteriori, dummodo interior retineatur, etsi alio habitu assumpto occulteretur. Quod quidem verum non est: nam (vt bene ait Dominic. *eo. cap. 2. in princ. num. 6. fin. ne clerici, vel monachi. in 6.*) dum is textus excommunicat deponentes habitum, non loquitur de habitu interno, sed externo, per quem quispiam cognoscitur esse religiosus talis ordinis, & vitatur vagandi materia. Et quamuis specialis difficultas sit (vt dicemus n. 63.) an per solam habitus occultationem incurratur hæc excommunicatio; at in hoc casu est diuersa ratio, nam in illo proprius habitus non dimittitur, quod petit textus, sed solùm occultatur. At in hoc pars proprij habitus vnà cum occultatione cecurrit. Non tamen esset locus huic excommunicationi, quando sola habitus pars dimittitur, at ex retenta satis cognosci potest religiosus sui ordinis, dummodo per assumptam aliam vestem non ita retenta occulteretur, vt cognosci nequeat; si enim ita occulteretur, erit locus excõmunicationi. Quia datur dimissio habitus ita, vt impediat religiosi cognitionẽ. Ratio autem huius est, quia quando adhuc cognosci potest, non est ex dimissio simpliciter, sed solùm ex parte, & secundùm quid, nec sequitur vagandi occasio; quæ bene docet Suarez *ibidem.*

33 Ex quo deducitur, quid dicendum sit de religioso professo dimittente habitum professorum, induto tamen habitu nouiriorum suæ religionis. Quæ in re sic distinguendum censeo. Si nullum habitum nouiriorum peculiarem induat, quo non possit cognosci professus, sed tantùm deponat aliquid superadditum, quo professi à nouitiis secernuntur, non incurret. Quia (vt n. 49. probauimus) non satis est dimissio habitus absque alterius assumptione. Si verò induat peculiarem habitum nouiriorum, deposito simul professorum, ita vt ille professus suæ religionis non cognoscatur, incurret. Quia textus *eo. cap. 2.* excommunicat expressè professos deponentes habitum suæ religionis, & alium assumentes. At hic verè deponit habitum suæ religionis; nam quem assumit, non est habitus religionis, sed tyronum experientium an religio eis apta sit, vt in illam admittantur. Item datur sufficiens vagandi ansa, quam textus vitare voluit. Cùm enim nouitius fuga impediri nequeat, nec possit is ad suam religionem inuitus reuocari, poterit liberè vagari nullo impediente, sed ad summum cogetur habitum illum deponere. An verò idem sit, si habitus professorum non dimittatur, sed habitu nouiriorum omnino occulteretur, dicemus n. 64.

34 Secunda difficultas est, an subdatur huic censuræ dimissio habitus ad breue tempus ex causa non excusante, etsi aliunde ea causa turpis sit: Suar. *5. tom. in 3. part. disp. 23. sect. 4. num. 5.* docet spectandam dimittentis intentionem quoad tempus permanendi in ea habitus dimissione. Nam si à principio animum habuit diutiùs in illa permanendi, vel nihil cogitauit de temporis mora, sed simpliciter dimittere intendit ad suum beneplacitum, vel tempore ad actionem prauam intentam petito; ait hunc incurrere hanc excommunicationem, quamuis paulo pòst mutata praua intentione habitum sumat, & sic depositio fuerit momentanea. Quod vtraque dimissio grauis sit, & directò contraria legi, ac subinde à principio sufficiens ad contrahendam hanc censuram, nec à futuro per accidens eueniu pendens. Quare totam huius quæstionis difficultatem eò pertinere censet, quando à principio fuit solius dimissionis ob breuissimum tempus animus. At hoc non placet. Sed existimo intentionem in hac re non spectandam esse, sed euentum. Ducor, quia quoties actio ex malitia externa non est grauis, & lethalis; sed solùm est talis per relationem ad prauam operantis intentionem, non subiacet excommunicationi sicut probauimus *lib. 2. huius tract. cap. 3. num. 7.* vt non erit excommunicatus qui leuiter percutit puerum clericum, ita vt percussio illa ex malitia sola externa non esset mortalis, quamuis intendat percutere vsque ad eius interitum, & sic ex praua intentione peccet mortaliter. Nec excommunicationem in fures latam incurret incipiens furari rem modicam animo furandi vsque ad notabilem quantitatem. Sed tunc demum ille incurret, quando persistens in percussione clerici pereuentit ad notabilem sufficientem ad mortalem externam percussionem. Hic autem quando ad similem furti quantitatem accesserit. Ergo similiter dimittens habitum religionis non statim incurret hanc censuram, quouis prauo animo affectus sit: sed quando ea dimissio eò peruenerit, vt censeatur exterius grauis, ac sufficiens ad culpam lethalem. Atque proinde difficultas huius quæstionis non in intentione dimittentis sita est, sed in euentu externo volito: quod clarè sentiunt Tabien. *verb. excommunicatio. 5. casu 23. quæst. 1. num. 2.* & Sayr. *de censur. lib. 5. c. 13. num. 11.* vbi dicunt, dimittentem habitum non statim incurrere hanc excommunicationem, sed quando eò peruenerit, vt vagetur, vel sic se hominum conspectui exhibeat: nec incurrere, si ante hunc euentum mutata intentione induat habitum.

35 Est ergo difficultas, quando ea habitus depositio modico tempore durat, vt spatio vnius horæ. Et quidem si ex aliqua apparenti causa habitus dimittatur postea assumendus, etsi illa causa non omnino honesta sit, nec excusans; non erit locus huic excommunicationi, vt si religiosus habitum deponat, quò expeditius currat, aut saltet, aut lapidem proiciat: quia huiusmodi dimissio, etsi non omnino vacet culpa, at non est adeò euectaria, vt culpa mortalis sit; nec meritò temeraria dici potest, vtpote quæ causam apparentem habet, iuxta dicta n. 41. Item quia dimissi non dicitur quod breui tempore sumendum est *l. diuortium. ff. de diuortio.* Et ita docent Probus *addit. ad Monach. cap. 2. num. 7. ne clerici, vel monachi. in 6.* Paludan. *4. dist. 18. quæst. 1. art. 3. num. 41.* Francisc. de Platea *tractat. de excommunicat. §. num. 5.* habetur *tom. 14. tractatuum.* D. Antonin. *3. part. t. 24. cap. 5. 3.* Sylvest. *verb. excommunic. 9. casu 24. num. 51. notab. 3. & num. 53. notab. 5.* & verb. *habitus. quæst. 2.* Tabien. *verb. excommunicatio. 5. casu 21. quæst. 1. num. 2.* Nauarr. *eodem cap. 26. Hist. num. 131. 132. Latin. num. 131.* Passarel. *in priuileg.*

in priuileg. Minimor. cap. 34. Suar. *5. tom. in 3. part. disput. 23. sect. 4. num. 27. & num. 29.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 13. quæst. 5. casu 16. & cap. 17. quæst. 9.* Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 13. num. 13. & 14.* Manuel Rodrig. *qq. regular. tom. 2. quæst. 76. art. 6. notab. 1.* Confectius *in priuileg. Mendicant. in notabilib. positis post Bullas Apostolic. in 15. cap. 14.* & explicant Sylvest. *eo notabili 3. & ea quæst. 2.* Nauarr. Manuel. Suar. *eo num. 29.* Azor *eo casu 16.* hoc esse verum, etsi eo breui tempore religiosus ille alias vestes habitu deposito induat. Quare optimè Cardinal. *Clement. 2. in princ. num. 4. quæst. 3. de vita, & honest. clericor.* Rosel. *verb. excommunicatio. 1. casu 16. num. 3.* & Sylvest. *eo notabili 3.* & Nauarr. & Manuel *ibidem* tradunt religiosum induentem ad breue tempus vestes virgaras, vel partitas, clericis omnino interdictas, vt festum amici celebret, vt nuptias, primum sacrum, doctoratum, non inuolui hac censura. Quare non sibi consonat Rosella *eodem casu 26. num. 5.* vbi cùm hunc posteriorem casum *num. 3.* admisisset, priorem negat *n. 4.* dicens esse valde periculosum. Nec audiendus est Vandalus *in constitutionibus fratrum Prædicatorum. cap. de apostas.* vbi in his casibus censuram hanc incurri affirmat.

36 Sed maior est difficultas, quando ex causa turpi habitus dimittitur eo breui tempore, vt gratiâ furandi maiori voluptate, aut clàm aliquid furandi. Et quidem Paludanus, & D. Antonin. Manuel n. præceden. allegati, censent hunc incurrere, quia textus *eo. cap. 2.* solam temerariam habitus dimissionem excõmunicat, non distinguent, an breuis, diuturnàve sit; atque satis temeraria est hæc, vtpote quæ nulla honesta causa, nec apparenti nititur. At probabilius credo, hunc non incurrere, cuius rationem assignabo num. sequent. & ita docent Sylvest. *verb. excommunicatio. 9. casu 24. num. 55. notab. 3.* Tabien. Nauarr. Azor duplici loco cit. Passarell. Suarez *num. 27.* Sayro *nu. 16.* Confectius allegati num. præcedenti; quod intelligitur, etiam assumpto alio habitu, vt n. sequenti explicabimus.

37 Adhuc tamen controuersia est, quid dicendum, si eo breui spatio habitus dimittatur causâ diuagandi, aut eundi ad lupanar, vt dimittens incognitus adeat. In quo euentu hunc incurrere testatur Sylvest. *eo casu 24. num. 55. notab. 3.* & *num. 54. quæst. 5.* Tabiena, Nauarr. Passarellus, Sayr. Confectius citati numer. præcedenti. Et in hoc casu explicant Sylvester, Nauarr. & Passarell. doctrinam Paludani allegatam ibi: nam etsi generaliter dixerit ibi Paludanus, deponentem habitum ad horam ex causa turpi incurrere; at exemplum hoc adhibuit, vt si causâ eundi ad lupanar. Idem tenet Bañez dicens esse certum apud omnes *2. 2. quæst. 12. art. 2.* vbi de apostasia à religione, *dub. 2. conclus. 2.* Manuel *1. tom. summæ. 2. edit. cap. 43. num. 1. fin.* & hoc dicit esse probabilius Suarez *5. tom. in 3. part. disput. 23. sect. 4. num. 31.* Et ratio est, quia grauitas huius delicti non est pensanda ex temporis duratione; sed ipsa habitus dimissio est per se res grauis, & sufficiens ad peccatum mortale, quod peccatum est huic legi contrarium, & materia huius censuræ. Ponitque Sylvest. discrimen inter hunc casum, & tactum n. præcedent. quod in illo dimittat religiosus habitum in ordine ad se ipsum, nempe, vt maiori voluptate peccet: in hoc autem dimittat in ordine ad alios, nimirum, vt incognitus vagetur. Cæterùm, quamuis hæc sententia sit satis probabilis, probabilioresst tamen credo, hunc non incurrere, etsi habitum alium ad sic se occultandum, eo breui spatio assumat: in hoc enim casu procedit tota hæc difficultas; nam vbi nullus habitus alius assumatur, iam diximus num. 32. per nullam dimissionem incurri hanc censuram. Ducor, quia ad hanc censuram incurrendam desideratur moralis dimissio, nec sufficit quæcumque habitus spoliatio (vt n. 49. probauimus.) Ac dimissio tam momentanea non dicitur moralis dimissio, vt habetur ex *l. diuortium. ff. de diuortio.* Et confirmatur, quia ipsemet Sylvest. *eo casu 24. num. 53. notab. 3. fin.* & Passarellus *eo. cap. 34.* fatentur opus esse ad hanc censuram dimitti habitum assumpto alio ad vsum; at habitus alienus ad tam breue spatium assumptus, statimque deponendus, non dicitur moraliter assumptus ad vsum. Tandem, quia etsi dimissio illa momentanea ex malitia alterius speciei illi adiuncta sit grauis; at in ratione dimissionis temerariæ, quæ sola subiicitur huic censuræ, censetur leuis, nec nomine dimissionis moraliter loquendo, sed cuiusdam spoliationis digna. Et ideo hanc sententiam clarè sensit esse probabilem Suarez *eo. num. 31.* cùm contrariam solùm probabiliorem appellarit: & huius sententiæ est clarè Toledo *lib. 4. summæ. cap. 18. num. 3.* vbi ait, deserentem habitum religionis multo tempore, excommunicari; & Emmanuel Sà *sum. verbo excommunicatio.* vbi de non reseruatis, *num. 9.* vbi absolutè docet, non incurri hanc censuram ob alterius habitus breui tempore assumptionem; & clarius Azor *lib. 12. instit. moral. cap. 13. quæst. 5. casu 16. vers. in igitur.* vbi ait ob tam breuem habitus dimissionem in monasterio, vel extra, etiam ad scelus perpetrandum, non esse locum huic censuræ.

38 Hinc deducitur, quid sentiendum de dimittente habitum, ne deprehensus in scelere perpetrando cognoscatur. D. Anton. *3. part. tit. 16. cap. 6. paulo post principium.* & Sylvest. *verbo habitus. quæst. 2.* affirmant, hunc non euadere hanc excommunicationem. Sed vt id verum sit, intelligendum est iuxta dicta num. præcedent. quando dimissio habitus, & alterius assumptio, non sunt ad breue tempus.

39 Tertia difficultas est, an hæc habitus dimissio, vt huic excommunicationi locus sit, debeat comitari temeraria vagatione, & extra monasterium necessariò esse debeat; Calcaneus *cons. 123. ad 1. quod sit excommunicatus. num. 7.* affirmat exigi religiosum fugitiuum esse vagando absque superioris licentia, & habitu dimisso, quod *eo. cap. 2.* ratio excommunicationis reddatur, ne vagandi religiosis ansa detur. Alij dicunt non subdi huic censuræ dimissionem habitus intra priuatos monasterij parietes, sed quando extra illos est, quia *eo. cap. 2.* excommunicantur dimittentes habitum in scholis, vel alibi. At si textus non intelligeret alibi, quàm intra monasterium, sufficienter id explicaret dicendo, *qui alibi, vel in quouis loco.* Item quia redditur ratio, vt religiosis materia vagandi subtrahatur. Ita docet Angel. *verbo excommunicatio. 7. casu 27. initio.* & hanc partem dicit Rosella *verbo excommunicatio. 1. casu. 16. num. 5.* esse post factum amplectendam; at ante factum contrariam, tanquam veriorem.

40 Sit tamen prima conclusio. Non est opus ad hanc excommunicationem, vt religiosus recedat absque superioris licentia, habitumque deponat; sed quantumcumque obtenta licentia abeat, incurret deponendo habitum. Ratio est, quia textus *d. cap. 2.* non petit monachi euagationem, sed solam habitus dimissionem aptam ad occasionem diuagandi præstandam, qualis est hæc. Et ita docent Probus *addit. ad Monach. eo. cap. 2. fin.* Rosell. *verbo excommunicatio. 1. casu 16. num. 5.* Sylvest. *verbo excommunicatio. 9. casu 23. initio. num. 53.* Tabiena *verbo excommunicatio. 5. casu 23. quæst. 3. num. 4.* Ledesma *2. part. 4. quæst. 16. art. 2.* inter excommunicationes nulli reseruatas. *casu 25.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 33. num. 19.*

41 Secunda conclusio. Satis est, si intra priuatos monasterij parietes religiosus habitum temerè deponat, vt huic excommunicationi subdatur; quia textus solam habitus dimissionem petit, & verba illa, *in scholis, vel alibi*, generalia sunt: & quamuis actu non vagetur religiosus ille, ea tamen dimissio affert vagandi potestatem, quam textus ea pœna interdixit. Et ita docent Probus n. præcedenti allegatus, Sylvest. *verbo excommunicatio. 9. casu 24. num. 54. quæst. 5. fin.* & *num. 55. notabil. 3.*

Tabiena *verbo excommunicatio.5. casu 23. quæst.1. num.2.* Navarr. *summ.cap.27.num.131.* Sayr. *ex.c.33.num.11.* Azor *lib.12. instit.moral.cap.17. quæst.23.* qui addit, præsertim hoc esse verum, quando in monasterio habitu exuvus, aliò que assumpto, oculis secularium pateat, aut se illis obiicit, quasi sentiat idem esse hoc non sequuto; & id clarè sensit *ibi.quæst.14* dicens, incurrere deponentem habitum, etsi suam personam celet. At contrarium sustinet Rosell. *verbo excommunicatio.1.casu 16.num.5.* Sylv. Tabien. & Sayr. proximè allegati, dicentes exigi, vt sic se laicorum oculis exhibeat. Et eiusdem sententiæ videntur Ioan. Andre *in.cap.2.num.4.* & ibi Anchar. *nu.1.* Probus *ibi.addit.ad Monachum.nu.7.fin.* & ibi Dominic. *in princip.num.9.* Francus *in princip.num.5.* Francis. Platea *de excommunicat. §.9.fin.* habetur *tom.14. tract.num.* D. Antonin. *3.part.tit.24.cap.13.* Manuel *qq.regular. tom.2.quæst.76.art.8.* vbi dicunt, religiosum tunc incurrere, quando in alio habitu se laicorum conspectibus offert. Et quidam, quos ea ratio nomine refert Azor *ex.quæst.13.* dicunt non incurrere, siue intra monasterium, siue extra habitum dimittat, occultando tamen suam personam, quia tunc non dimittit, vt libertis vagetur. At pro contraria sententia fortiter vrget, quod alias non incurreret, si religiosus ille in carcere monasterij diu inclusus, & cum nullis secularibus conuersans, nec illis parens, habitum secularem gestaret; vel non inclusus, sed in monasterio cauens secularium aspectum. Cùm tamen Caietanus *verbo excommunicatio. cap. 61.* & Sayr. *ex.cap.13.num.14.* tanquam quid speciale docent, dimittentem habitum ad horam, vel etiam toto die, ex leuitate quadam, & domesticè manendo, non incurrere. Præterea, quia quantumuis religiosus ille secularium aspectum fugiat, ac se occultet, ipso tamen facto liberam habet vagandi potestatem, quam textus sub illa excommunicatione auferre voluit; & ideo hæc sententia plus mihi placet.

62 Quarta difficultas est, an retinens habitum suæ religionis, ita allo occultans absque iusta causa, vt exteriùs nullo modo appareat, incurrat hanc excommunicationem? Quidam negant incurrere. Ducuntur, quod lex pœnalis vltra verborum proprietatem extendenda non sit, & maximè hæc, quæ secundùm totam verborum proprietatem accipienda est, vt probauimus num.40. At occultare omnino habitum, non est propriè, & in rigore dimittere, nec valet in materia pœnali argumentum à rationis paritate. Nec in hac censura est prohibita omnis occasio vagandi, sed ea, quæ est per habitus dimissionem. Item, quia si religiosus aliis modis occultè incedat, vt in tenebris, aut intra cutrum, vel velata facie, est sufficiens vagandi ansa, cùm tamen luce ipsa clarius sit, hunc non incurrere. Præterea, quia non est eadem ratio in habitus occultatione, & depositione, vt constat ex Gloss. *cap.Deus qui.in fin.de vitæ, & honest. clericor.* vbi ait, religiosos non delaturos habitum suæ religionis exteriùs, sed tantùm interiùs, quando ex delatione externa scandalum consurgeret. Et ideo hanc partem sustinent Ioan. de Ligna. & Zenzelinus *Clemen.1. de vitæ, & honest. clericor.* quos refert, & sequitur Abbas *eo.cap. Deus qui. num. vltim.* Paludanus *4.distinct.18.quæst.3.art.3.num.41.* Claudius *reperit. l.vo vim. num.99.ff.de iust. & iure.* Tabiena *verbo excommunicatio.1.casu 23. quæst.1. num.2.* Sayro *de censur. lib.3.cap.33. num.9. & 10.* Suarez *5.tom.in 3. partem, disputat.23.sect.4. num.33. & 34.* & cogitandum id relinquit dubius de hac re Francus *reg. fin. num. 4. de regul. iuris. in 6.* Et hanc sententiam dicunt posse sustineri post factum, quamuis ante factum contraria tenenda sit, Rosell. *verbo apostasia. num.8.* & *verbo excommunicatio. 1.casu 16.num.2.* Angel. *verbo excommunicatio.7. casu 27 num.1.*

63 Verùm, quamuis hæc sententia sit satis probabilis, non est recedendum à frequentissima sententia dicenti, hunc esse comprehensum sub hac excommunicatione. Ducor, quia quoad effectum huius excommunicationis incurrendæ, idem est habitum propriùm dimittere, & illum ita occultare, superinduendo alium, vt nequeat quis cognosci, tanquam religiosus talis ordinis, quod ita tegens, etsi non dimittat materialiter, at eum dimittit formaliter, id est, in ordine ad videntium notitiam; quem dimissionis modum voluit in primis Pontifex prohibere sub illa excommunicatione, vt constat ex fine, quem sibi proposuit in illius textus proœmio, ibi; *vt periculosa vagandi occasio religiosis subtrahatur.* Et confirmatur, quia *cap.nonnullis, de Iudæis*, inbentur Iudæi inter Christianos commorantes sub certa pœna signum quoddam gestare, quo à Christianis secernantur. At fatentur ibi DD. eidem pœnæ eos subiici, si portent id signum ita opertum, vt non appareat, eo quod finis legis id iubentis frustraretur, & quoad eum finem idem sit, non gestare, & eo modo gestare, vt non appareat; sic occultato signo non distinguentur Iudæi à Christianis, qui finis huius legis fuit. Cùm ergo similiter finis canonis excommunicantis religiosum dimittentem habitum, fuerit, vt religiosus ex habitu cognitus vagari nequeat, idem prorsus erit, illum non gestare, ac ita operire, vt prorsus non cognoscatur religiosus. Secundò, quia vbicumque est dispositio pœnalis, posset facilè eludi, extensione non facta; at in pœnalibus permittitur extensio, vt constat ex *cap.quam, in fine.* communiter per DD. recepta, *de vsuris, in 6.* vbi constitutio pœnalis irritans vsurarij testamentum, extenditur ad codicillos, & donationem causa mortis, ne canon ille ad testamenta restrictus eludatur: *& Clement. 1. de sepultur.* excommunicantur sepelientes tempore interdicti in cœmeteriis; & tamen extenditur ad sepelientes in Ecclesiis, ne facilè constitutio illa eludatur. Neque hæc extensio est, sed tacita inclusio, vt docet Gloss. communiter recepta, *cap.1.verbo. Iniuriæ. de temporib. ordinand.in 6.* Tertiò, quia qui solis verbis legis contentus, eius mentem offendit, non euadit illius pœnas, *l. non dubium. C. de legibus. l. fraus.* & *l. contra legem. ff. eodem tit. regul. fin. de regul. iuris. in 6.* At religiosus habitum omnino operiens, sola canonis verba iubentis habitum gestare, amplectitur, & manifestè eius mentem offendit, ac manifestè transgreditur, quæ est, vt ex habitu cognitus vagari non possit: ergo incurrit eius excommunicationem. Et ex his patet solutio ad contrariam; quamuis enim ex habitus celatio non sit propriè materialiter loquendo, habitus depositio, est tamen talis propriissimè, si formaliter attenta canonis mente loquamur. Quod si adhuc persistatur, intendendo aliquo modo à proprietate verborum recedi, & sic extendi legem pœnalem, id non obstat, eius enim extensio permittitur, ne facilè eius mens eludatur. Et huius sententiæ sunt apertè omnes DD. quos num.5. retulimus, vocantes hunc religiosum apostatam: talem enim appellant, eo quod existimant talem habitus occultationem æquiparari omnino eius dimissioni, quoad pœnas dimittentis habitum incurrendas. Et in propriis terminis hanc sententiam sustinent Oldra. *consilio 184. num. 12. & sequentibus.* Ioann. Andre *cap.2. Deus qui.num.1. de vitæ, & honestate clericor.* & ibi Anton. *num. 3.* Cardin. *num.1. quæst. 1.* Anchar. *num. 4. notab. 4.* Imola *num. 2.* Idem Imola dicens sic determinatum Bononiæ, *Clement. 2. num.31.de vitæ, & honestate clericor.* & *Clemens.1. num.17. de statu monachorum.* Francus *cap. 2. in princip. num.2. ne clerici, vel monachi. in 6.* & ibi Probus *addition. 16. ad Monachum. à num. 8. vsque in finem.* Anan. *rubr. de apostat. num. 3.* & *cap. final. in fin. eodem tit.* Calcaneus *cons. 123. vers. ad 1. quod sit excommunicatus. num. 6.* Franciscus Platea, allegato Maycone, *tractatu de excommunicat. §. 9. numero 1.* habetur *tomo 14. tract.num.*

Villagut

Villagut *tract.de censur.quæst.35.num.45.* Rebuff. *prax. beneficiorum.tit.de dispensat.cum regularibus.num.43.* D. Antonin. *3.p.tit.16.cap.6.paulo post principium.* Sylvest. *verbo excommunicatio.9.casu 24.num.53.quæst.4.* Caietanus *eodem verbo excommunicatio.cap.61.* & ibi Armilla *casu 35.num. vnico.* Nauar. *sum.cap.27.2.num.131. Hispan.num.132.* Mandos. dicens sic per Rotam decisum esse, *in signatura gratiæ.verbo licentia.vers.qui licentia non obtenta.* Anton. Cucus *lib.3.instit.mater.tit.1.num.157.* Iulius Clarius *lib.5.recept. §.fin.in practica criminis. quæst.76. num.16.* Passarell. *in priuileg. Minimor.cap.34. fine.* Bañez *2.2.disp.1.quæst.12.punctio 1.fine.* Manuel *qq.regular.tom.1. quæst.30.art.2.* Azor *tom.1. instit.moral.lib.12.cap.13.quæst.5.casu 16.* & *cap.17. quæst.10.* Manuel *qq. regul. tom.2. quæst.76. art.6. notab.2.* Monald. *cons.126.num.28.vol.2.* Mascard. *conclusione 112. à num.1.vsque ad 9.* Quæ quidem sententia temperanda est, vt intelligatur, quando religiosus ille ita habitum occultat, vt à circumstantibus, vel præteruntibus, si propiùs accedat, cerni queat, & ex illo cognosci, cuius ordinis religiosus ille sit: secus, quando ab his cognosci, & videri potest, quamuis ab aliis transeuntibus, qui non ita proximè accedunt, nec videri, nec cognosci valeat; quod in hoc euentu, nec materialiter, nec formaliter habitum omnino dimittat, sed tantùm aliquo modo, & secundùm quid. Et ita docent Caietan. Armill. Nauar. Passarell. Manuel, Bañez, Azor vtroque loco.

64 Hinc deducitur, hanc quoque excommunicationem incurrere professum, qui, cùm distinctus ac peculiaris sit habitus professorum ab habitu nouitiorum, ita cooperit habitum professorum habitu nouitiorum superinduto, vt nullo modo tanquam professus cognosci valeat propterea; quam tradidimus num.53.

65 Quinta difficultas est, an qui suæ religionis habitu deposito, alterius religionis amictum assumit, excommunicationem hanc contrahat? Et quidem, quando ita assumit, vt illam non ingrediatur, incurret quidem, quia ex ea dimissione datur sufficiens vagandi causa, eo quod, etsi ratione habitus religiosus ille cognosci, ac capi possit, at facillimo negotio se eximet, vagarique potest probando se illius ordinis, quem habitus indicat, religiosum non esse; ac proinde solùm cogetur habitum deponere relicta sibi vagandi facultate? Atque ita fatentur D. Antonin. *3. part. tit.24. cap.13.* Rosell. *verbo excommunicatio.3.casu 16.num.5.* Caietan. Armill. Sayr. Passarell. num.68. allegandi, Bañez *2.2. quæst.12. art.1.* vbi de apostasia à religione, *post 2. conclus. coral.1.* Manuel *qq.regul. tom.2. quæst.76. art.2. notab.1.* Confectius *eo tit.13.cap.15.* Idque verum habet, quamuis suæ religionis habitum dimittat, vt citiùs in aliam admittatur, vt docent D. Antonin. Rosell. Passarel. *ibidem.* Et ratio est, quia verè datur materia vagandi, dum ad aliam religionem non transit; quamuis Tabien. *verbo excommunicatio.5.casu 23.9.2.n.1.* hoc non approbet.

66 Sed quid si huiusmodi habitus alterius religionis assumpto, sit ad tempus de licentia Prælati alterius religionis, vt illi religioni obsequium aliquo tempore præstetur, concionando, vel docendo? Bañez *eod. art.1. dub.2. post 2. conc.* in primo casu, quem ibi disputat, ait, hunc non esse excommunicatum, quod id non fiat temerè, sed iusta ex causa subueniendi illi religioni. At hoc ita vniuersaliter dictum non placet, sed solùm, quando grauis necessitas alterius religionis, & lex charitatis id suadent, nec commodè id obsequium præstari potest retento propriæ religionis habitu: quoniam, seclusis his circumstantiis, temeraria est dimissio, præponderatque propria habitus retentio subsidio illius necessitatis non ita vrgentis. Et ita docet Azor *tom.1. lib.12.instit.moral.cap.17.§.14.*

67 Potissima autem difficultas est, quando assumitur habitus alterius religionis ad illam transeundo contra iura. Qua in re duplex est sententia. Prior affirmat, hunc incurrere, quia textus *cap.1. ne clerici, vel monachi. in 6.* non qualitercumque dimittentes habitum religionis excommunicat, sed dimittentes habitum religionis suæ: ac hic re vera deponit habitum religionis suæ; nam adhuc post ingressum in posteriorem religionem, prior religio verè sua est iure, & obligatione, quamuis in intentione, & voluntate transeuntis iam sua non sit; quod prorsus abs re est, & ea dimissio temeraria est, cùm grauissimum peccatum sit hic transitus. Ideo huius sententiæ clarè sunt DD. quos num.7. allegauimus, dicentes hunc esse apostatam; & expressè, & in propriis terminis hanc sustinent Sylvest. *verbo excommunicatio.9. casu 24.num.54.fin. & verbo religio.4.9.4.* Nauar. *sum.cap. 27. Hispan. num.132. Latin. num.131.* Azor *lib.12. instit.moral.cap.13.quæst.5.casu 16. vers. quarto.* & *cap.14.quæst.10.* & *cap.17.quæst.11.* Suar. *5.tom.in 3. part.disput.13.sect.4.num.32.* & hæc sententia valde probabilis est.

Posterior sententia, cui tanquam probabiliori accedo, asserit hunc non incurrere. Et quamuis variæ rationes à DD. tradantur; at hæc vnica est, quæ vim aliquam habet, nempe, quia textus *eo. cap. 2.* eam habitus dimissionem excommunicationi subiicit, quæ attentis circumstantiis apta est ad periculosè vagandum, vt probauimus num. 38. Sed huiusmodi dimissio non est talis, cùm transeundo ad aliam religionem, eiusque habitum assumendo, non detur ansa vagandi, nec, vt euagetur, habitum assumat. Nec sufficit, si dicas eum transire ad laxiorem religionem, vbi licentius viuet, quia satis est, vt in religione sit absque vagationis periculo. Et ideo huius sententiæ sunt DD. quos num.8. allegauimus, dicentes hunc non esse apostatam; & in propriis terminis docent Lapus *allegat. 53.* alias *54. num. vnico.* Abbas *cap.sane.num.6.de regularibus.* Franc. *cap.2.in princip.num.5.ne clerici, vel monachi in 6.* & ibi Dominic. *§.fin. num.vlt.* Roman. *cons.341.circa 1.num.1.* Rebuff. *prax. beneficiorum. tit. de translat. monachorum. num.11.* & *tit. de dispensat. cum regularibus. num.46.* Anan. *cap. fin. num.3. de apostatis.* Rosell. *verbo apostasia. num.6.* Angel. *verbo religiosus. num.36.* & *verbo excommunicatio.7. casu 27.n.1.* Tabiena *verbo excommunicatio. 5. casu 27. quæst.2.num.3.* Armill. *verbo excommunicatio.casu 53.num.vnico.* Caietan. *eodem verbo excommunicat. cap.61.* Passarellus *in priuilegiis Minimorum.cap.34.* Aragon *2.2.quæst.12.art.1.* in dubio, quod disputat de apostasia à religione. Leonard. *lib.2. de iust. cap.41.dub.13.num.102.* Sayro *de censuris. lib.3.cap. 38.num.17.* Manuel Rodrig. *qq.regul.tom.2. quæst.76. art.4.notabili 2.* & dicit esse valde probabilem Azor *tom.1. instit.moral.lib.12.cap.13.quæst.5.casu 16.vers. quarto, & cap.17.quæst.11.* & eam tenet *ibi.quæst.12.* Aliquando tamen incurret excommunicationem iuxta varia religionis priuilegia, vel si transeat ex non mendicantibus ad mendicantes, per extrauagant. *Viam, de regular.* de qua re satis egimus toto cap. præcedenti.

68

Sexta difficultas est, an religiosus, cui necessarium est noctu aliquò extra monasterium petere, & gratia vitandi scandalum, ac suspicionem malam, assumit habitum secularem, incurrat hanc excommunicationem? Bañez *2.2. quæst.12. art.1.* vbi de apostasia à religione, *dub.2. post 2. conclusionem*, in secundo casu, quem ibi disputat, respondet, si pensatis omnibus circumstantiis illa dimissio exsultat à mortali, excusari quoque eam ab excommunicatione, vt si nullum sequatur scandalum inter domesticos vtriusque domus: at si sit mortalis dimissio, incurrere excommunicationem. Cui addo, hoc intelligendum, si in ratione dimissionis sit mortale, iuxta ea quæ num.17. tradidimus.

69

Septima difficultas est, an religiosi Societatis Iesu v habitu dimisso induentes secularem ligentur hac excommunicatione *d. cap. 2.* Et breuiter respondeo, hac non ligari; quia textus loquitur de professis dimittentibus habitum religionis suæ, & sic supponit peculiarem habitum habere religionem illam, quo à cæteris

70

discernatur. At Societas IESV caret habitu peculiari, ac proprio, & vtitur habitu communi accommodato vsui patriæ, vt habetur in eius constitutionibus. *part.6. cap.2.§.15.*

71 Vltima difficultas est, an incurrat religiosus creatus Episcopus, Cardinalis, aut Prælatus, habens iurisdictionem quasi Episcopalem in aliqua diœcesi, aut parochus, si habitum deponat? Sed de hoc satis hoc lib. 6. c.6.n.23.34.35.36.

SVMMARIVM.

Quæ conditiones petantur, vt religiosus adiens studia absque licentia, incurrat excommunicationem cap.2.ne clerici, vel monachi. in 6. & an exigatur habitum deponi? n.72.
Quid si studia sint aliàs permissa, vt canonum, & Theologiæ? n.73.
An sub hac excommunicatione claudantur religiosi Societatis IESV, qui post vota biennij, vel post professionem adeunt studia absque legitima licentia? n.74.
Quid si religiosus adeat alium conuentum, in quo sunt studia, caucà studendi, absque prædicta licentia, vel ex quo adeat studia extra illum conuentum sita? n.75.
Quid si religiosus absque prædicta licentia adeat studia eiusdem oppidi? n.76.
Quid in religiosis, in quibus licentia mittendi alio ad habitandum extra monasterium, non pendet ab immediato conuentus Prælato, & an eam facultatem augeat hic textus concedens illis hanc facultatem, & an loquatur textus de solo immediato Prælato? n.77.
An quoties licentia est nulla defectu potestatis in concedente, aut quia dolo, & metu est imperata, aut ex quacunque alia causa, vel absque vlla licentia adit religiosus studia incurratur hac censura? refertur quædam sententia. n.78.
Explicatur sententia authoris. n.79.
Quid intelligat textus per vllam disiunctionem, dum petit adhiberi consilium conuentus, vel maioris tantùm partis. n.80.
An sufficiat adhiberi consilium conuentus, id non sequendo, an potius requiratur consensus? refertur quædam sententia. n.81.
Explicatur sententia authoris. n.82.
An Priores, qui sunt extra conuentum, possint adire studia ex sola Prælati licentia? n.83.
An Prælatus monasterij adiens studia absque sui superioris licentia, incurrat hanc censuram? refertur quædam sententia. n.84.
Explicatur sententia authoris. n.85.
An Episcopus possit dare hanc licentiam religiosis non exemptis? refertur quædam sententia. n.86.
Explicatur sententia authoris. n.87.
An non solus Prælatus, sed eius vices tenens possit? n.88.
Postea inuenies alia summaria.

72 Secunda excommunicatio contenta *in cap. 2. ne clerici, vel monachi. in 6.* est contra professos accedentes ad quæuis studia, nisi à suo Prælato cum consilio conuentus, vel maioris partis, eiusdem licentia primitus obtenta; quæ excommunicatio triplicem petit conditionem, vt incurratur. Prima est, vt sit religiosus professus. Secunda, vt accedat ad quæuis literarum studia. Tertia, vt is accessus sit absque licentia Prælati, cum consilio conuentus, vel maioris partis; quæ omnes ex ipso contextu constant. Quartam conditionem addit Armilla *verbo excommunicatio, casu 53.fin.* nempe, vt religiosus ille abeat, habitu dimisso; & refert pro se Caiet. *in sum. eodem 3.vis. cap.6.* Sed hoc non est verum, quia textus eam conditionem non petit in hac excommunicatione, sed in prima excommunicatione ibi inflicta, de qua hucusque egimus, & in tertia, de qua agemus à num. 89. & in ea tertia excommunicatione loquitur Caietanus; quare falsò allegatur. Et ideo incurrere hùc religiosum, etsi habitum non deponat, docent Anchar. *eo.cap.2. in fin.* & ibi Francus §. *DD.num.vnico. vers.in ea glos.in fine.*

Nec requiritur, vt studia sint aliàs prohibita; sed incurret religiosus abiens ad studia aliàs permissa, vt canonum, & Theologiæ, absque prædicta licentia, quia textus expresè dicit, *ad quæuis studia.* Atque ita docent Archidiac. *eo. cap. 2. num. 2.* Ancharan. *num.1.* Ioann. Andre. *statim in principio.* Dominic. *in princ. num.7.* Francus *in princ. num.3.* D. Antoninus *3. part. tit. 24. cap.53.* Rosell. *verbo excommunicatio.1. casu 16. num.5.* Sylvest. *verbo excommunicatio. 9. casu 25. num.55. initio.* Caietan. *sum. verbo excommunicatio. cap.61.* Nauarr. *sum.c.27.n.133.* & omnes allegandi. 73

Ex prima conditione videtur deduci, non incurrere hanc excommunicationem religiosum Societatis IESV, qui post vota biennij, quibus nouitius esse desinit, fitque verus religiosus, absque legitima licentia adit studia, quia non est professus. Immo videtur nec incurrere professus sic adiens, quia in Societate IESV non est congregatio aliqua conuentus, & in nullo casu eius consilium petitur, nec ad id congregatur. At existimo vtrumque incurrere. Ducor, quia mens illius textus fuit excommunicare religiosos veros, qui absque licentia recedere à conuentu nequeunt, vt constat ex proœmio, ibi; *vt periculosa religiosis euagandi materia subtrahatur.* Quare dum postea solos professos excommunicat, intelligit nomine professorum eos, qui verè & propriè religiosi sunt, ad excludendos nouitios, qui tales non sunt, explicuit, *aut expresè, vel tacitè professos,* quia tunc nulla vera religio erat, à Sede Apostolica cum solis votis simplicibus approbata. Non obstat etiam alia ratio, quia ei satisfiet ex iis quæ num.77. dicemus. 74

Secundò deducitur ex secunda conditione, non loqui eum textum, si religiosus locum alium adeat, vbi sunt intra suæ religionis claustrum studia; tunc enim non exigitur licentia, nisi proprij superioris inconsulto conuentu, etsi eò studendi causà petat: hoc enim est potiùs mutatio Cœnobij, quàm ad studium literarum profectio. Quare textus intelligitur de adeunte studia, quæ extra suæ religionis claustrum sunt, quia tunc est profectio ad studium. Atque ita docent Ioan. Andre. Anchar. Dominic. Sylu. Caietanus, Nauarrus allegati *n.73.* Angel. *verbo excommunicat.7. casu 27. n.3.* Tabien. *verbo excommunicatio. 5. casu 23. initio.* Ledesm. *2. part. 4. quæst.26. art.2.* in excommunicationibus non reseruatis, *casu 25.* Azor *lib.12. instit. moral. cap.13. quæst.5. casu 16. vers. de altera excommunicatione.* Suar. *5. tom. in 3. part. disp. 23. sect.4. num.35.* Sayro *de censur. lib.3. cap.33. num.21.* Atque idem dicendum est, si adeat religiosus alium suæ religionis conuentum, ex eo aditurus studia, quæ extra conuentum sunt; quia tunc immediatè non datur licentia eundi ad studium, sed ad alium conuentum: quamuis missionis finis sit studium. Et ita textus intelligitur, quando datur licentia eundi ad studia extra claustrum existentia, extra illud manendo, quia tunc propriè est accessus ad studia. Ita docent Ledesma, & Suarez *ibidem.* At dubium restat, an si in vtroque casu religiosus ille absque licentia sui superioris adeat alium suæ religionis conuentum causà studendi in studiis intra, vel extra mansurus tamen in conuentu, incurrat hanc censuram? quia DD. prædicti id non satis explicant; & clarè explicant multi ex illis non esse necessariam prædictam licentiam Prælati cum consilio conuentus, sed sat esse solius Prælati in his casibus. Sic loquitur Caietan. quem reliqui moderniores citati sequuntur; & licèt alij antiquiores allegati hoc non explicent, sed dicant eum textum procedere in profectione ad studia extra claustrum constituta: at cùm textus excommunicationem infligat, & petat licentiam eundi ad studia obtineri à Prælato cum consilio conuentus, possunt intelligi, vt tum ad petendum hoc conuentus consilium, non habeat locum decisio illius textus, vt reliqui

reliqui authores moderniores loquuntur; etsi res hæc manet anceps, quando nulla licentia petita religiosus ille abiret. Sed existimo mentem horum DD. esse, hunc non incurrere. Ducor, quia DD. antiqui allegati absolutè docent, textum intelligi de studiis extra claustrum sitis, & non est, cur eorum sententia arctetur, vt intelligant solùm de non necessaria consilij conuentus petitione: & licèt alij DD. de hac sola loquantur; at eorum ratio probat apertè hunc non incurrere, quia textus petit accedere ad studia sine licentia, vt excommunicationi illi sit locus. Quæ verba, tanquam in materia pœnali, & petente accessum temerarium, sunt in tota sua proprietate intelligenda (vt diximus num. 40.) Cùm ergo prædicti DD. eam suæ doctrinæ rationem assignèt, quod profectio hæc non sit propriè ad studia, sed ad alium conuentum, sequitur, proficiscentem absque licentia non incurrere, quod eius actio non dicatur propriè profectio subiecta excommunicationi in illo textu statutæ.

76 Sed quid si religiosus adeat studia eiusdem loci, in quo commoratur, & maneat extra claustrum? Palud. *4. dist.18. quæst.3. art.3. num.42.* dicit non esse necessarium conuentus consilium, quando ad scholas eiusdem oppidi eundum est; sed textum loqui de scholis alibi sitis. Et idem docet Sayr. *de censur. lib.3. cap.35. num.20.* sed neuter explicat, si id habeat verum, etsi religiosus debeat manere extra claustrum, nec an incurrat, si nulla licentia petita vadat. Verùm ex eorũ doctrina id colligitur, vt, quod attinet ad eius textus decisionem, non sit necessarium conuentus consilium, etsi aliunde possit necessarium esse, nec incurratur excommunicatio ex aditu absque vlla licentia, cùm dicant, textum loqui de scholis extra id oppidum sitis. Et fundamentum eorum dicunt esse, quamuis id non explicent, quod non dicatur accessus ad studia. Et ita credo hunc non incurrere, quia textus videtur expresè loqui de profectione aliò causà studendi.

77 Nec decisio huius textus procedit in his religionibus, in quibus licentia proficiscendi ad habitandum extra claustrum, non pendet ab immediato conuentus Prælato, sed à sola Prouincialis, vel Generalis facultate; tunc enim adiens studia ex sola huius superioris facultate, inconsulto conuentu, non incurret, quia textus ille *eo. cap. 2.* de solo immediato conuentus Prælato loquitur, vt bene docent Archidiac. *ibi. num.5.* Ioan. Andr. *num.2. fin.* Anchar. *num.2. notab.2.* Dominic. *ibi. in princ. num.8. & 9.* Franc. *in princ. num.3.* D. Antoninus *3. p. tit.24. cap.53.* Rosell. *verbo excommunicatio.1. casu 16. num. vlt.* Tabien. *verbo excommunicatio.5. casu 23. quæst.5. num.6.* & constat ex illis verbis textus; *nisi à suo Prælato, cum consilio sui conuentus.* Nam Generalis, aut Prouincialis, non dicitur propriè habere conuentum; ac proinde solam eius potestatem, vt indigeat ad hanc licentiam concedendam consilio conuentus, restringit. Item, quia solam immediati Prælati conuentus potestatem voluit textus in hac licentia concedenda coarctare, vt in speciali hoc casu indigeat sui conuentus consilio, quod habitare extra conuentum sit res ardua, & ad coërcendam religiosorum propensionem ad habitandum extra contentum ex hac causa. Et ita hanc partem sustinent Caietanus, Nauarrus, Azor, Suar. *ea sect.4. num.36. & 37.* Sayro allegat. num.75. Vnde rectè colligit Suar. *eo num.37.* vbi iuxta religionis constitutiones non potest immediatus Prælatus hanc facultatem concedere cum cõsilio conuentus, eam potestatem huius licentiæ concedendæ non concedi in eo textu; quia textus non intendit horum Prælatorum facultatem augere, sed potiùs coarctare, vt si eam habeant, nequeant illa vti absque sui conuentus consilio.

78 Sed prædicti DD. non explicant, an quando licentia eundi ad studia extra claustrum, pendet à solo Prouinciali, vel Generali, si religiosus absque omni licentia ea studia adeat, incurrat hanc excommunicationem. Et vt generaliùs dubium proponatur, potest generaliter dubitari, an quoties adeundi licentia non est sufficiens, incurrat religiosus. Potest autem non esse sufficiens, vel ex defectu potestatis in concedente, quia iuxta constitutiones religionis, non potest Prælatus immediatus cum conuentus consilio, sed habito consensu, & impetrata est à Prælato immediato, petito cõsilio conuentus non consentientis, sed contradicentis; vel pendet licentia à solo Prouinciali, vel Generali, & obtenta est à solo immediato Prælato cum consilio conuentus; vel pendet licentia à Prouinciali, vel Generali, non solis, sed cum consilio, aut consensu conuentus, & obtenta est à solo Prouinciali, vel Generali, absque conuentus consilio, vel consensu. Secundò, potest esse licentia insufficiens, eo quod subreptitia fuerit, nempe dolo, aut metu incusso impetrata. Tertiò, potest nulla prorsus obtineri licentia; sed id contingit in religionibus, in quibus Prælatus immediatus cum conuentu eam concedere non potest, aut non cum solo consilio conuentus; in quo casu loqui textũ dixère authores num. præced. allegati. Neminem inueni ita latè disputantem; sed solus Suarez *ea sect.4. num.37. fin.* tractat, quando Prælatus monasterij immediatus, cui iuxta religionis constitutiones, non permittitur huius licentiæ concessio, sed reseruatur Prouinciali, aut Generali, an si de facto eam concedat cum sui Capituli consilio, incurrat religiosus hanc censuram virtute eius licentiæ studia adiens? Et respondet, hanc licentiam sufficere ad vitandam hanc censuram, quamuis non sufficiat, vt accessus ad studia legitimè fiat. Ducitúrque, tum quia seruatur forma præscripta *in eo. cap. 2.* in huius licentiæ concessione, ac proinde, cum canon ille non violetur, minimè eius pœna incurretur. Tum etiam, quia saltem sufficit, ne possit dici temeraria huius canonis violatio, quod canon ille ad incurrendam hanc censuram petit.

79 Sed in contrarium valde vrget, quia si textus in hac ferenda censura innitatur soli formæ in eo contentæ, & non potiùs defectui legitimæ licentiæ, quando solius Prouincialis, aut Generalis esset dare hanc licentiam, religiosus adiens studia absque omni prorsus licentia, liberaretur hac excommunicatione, quia forma in eo textu præscripta non habet locum in hoc casu, vt diximus num. 77. ac proinde ea forma non violatur. Quod si in hoc casu incurratur defectio legitimæ licentiæ, incurretur quoque in omnibus propositis num. præced. siquidem absque licentia abiit religiosus ille; perinde enim est absque licentia aliquid fieri, & fieri absque licentia valida, vt imperrata dolo, aut metu, aut à non potenti concedere; vt iure matrimonium cum consanguinea absque dispensatione potentis eam concedere, aut subreptitia, eodem modo subiacet excommunicationi *Clement.1. de affinit. & consanguinit.* quando ignorantia non excusaret, ac inire absque omni dispensatione; & perinde est contra paupertatis votum, si religiosus scienter doneт, cum licentia non potentis eam concedere, sicut si doneт absque omni licentia. Secundò, quia, vt diximus eo num.77. textus *eo cap.2.* nõ vult minorem, minùsve legitimam licentiam, vt religiosus ad studia extra claustrum vadat, quàm iure, & attentis religionis cõstitutionibus desideratur; sed potiùs, quando iuxta illa sufficiebat solius Prælati immediati licentia, id restringit, petitque simul conuentum consuli, vt maturiùs licentia illa consideretur. Atque ita textus duo videtur decidere. Prius est, ne religiosus absque legitima licentia adeat, ne detur materia vagandi. Posterius, quando ea licentiæ concessio spectat ad solum immediatum Prælatum, arctat eius facultatem, iubet quoque conuentum consulendum, & sic licentia et invalida, vel religiosus is ignorat hanc excommunicationem. Tandem, quia satis temeraria est eius canonis violatio,

violatio, quando, non bona fide, sed sciens licentiam illam esse illegitimam religiosus virtute illius studia petit; sicut temeratus esset, qui conscius dispensationis iuritæ consanguineam virtute illius ducetet in vxorem. Et ideo existimo in omnibus casibus num. præced. propositis incurri hanc excommunicationem, quando bona fides non excusaret religiosum. Quod si opponas, id aduersati dictis num. 75. vbi tradidimus, religiosum absque licentia migrantem in alium sui ordinis conuentum causâ studendi intra, vel extra claustrum, non incurrere hanc censuram; nam in eo casu vadit similiter absque licentia. Sed respondeo, disparem esse rationem, quia textus non excommunicat quamcumque profectionem absque licentia superiorum, sed profectionem ad studia extra claustrum sita: at quando religiosus adit alium conuentum causâ studendi, siue intra, siue extra claustrum, habitando tamen in suo conuentu, probauimus eo num. 75. non esse propriè profectionem ad studia; & ideo iure optimo diximus non subiacere illam huic excommunicationi.

80 Dum autem petit textus *eo. cap.* 2. licentiam obtinendi à Prælato cum consilio conuentus, vel maioris partis illius, dubitari iniitò poterit, quid intelligat per eam disiunctionem, *vel maioris partis eius.* Suar. 5. *tom. in* 3. *p. de. disp.* 23. *sect.* 4. *num.* 37. ait, per eam disiunctionem indicari, non esse opus totum conuentum ad consilium petendum cogere, sed satis esse maiorem eius partem, & hoc ex vi illius textus, nisi constitutiones religiosis amplius petant; & potest id probari, quia hoc modo non intellecta superflua esset ea disiunctio, cùm iure statutum sit, factum à maiori coniunctus cuiuscumque parte, dici à toto conuentu fieri. *cap. 1. & cap. finali de his, quæ fiunt à maiori parte.* At in literis Apostolicis nec vna littera superflua esse debet, quin aliquid operetur, vt probauimus *lib.* 3. *de matr. disp.* 16. *num.* 6. At existimo non sufficere conuocare maiorem partem conuentus, sed totum conuocandum esse ad consilium petendum, & eam disiunctionem positam esse maioris declarationis gratiâ ad explicandum, ita conuentum totum conuocandam esse, vt non sit necessarium totius conuentus beneplacitum, sed sufficiat maioris partis; quamuis enim ea disiunctione nó addita, sic intelligeretur prior pars, quia tamen in aliquibus casibus non sufficit maior pars, ne quisquam putaret hunc casum esse ex illis, eam disiunctionem addit textus: & quandoque verba in priuilegiis nihil nouum præter ius commune inducere, sed ad pacandas conscientias, rénique magis explicandam apponi, probauimus *lib.* 1. *de matrim. disp.* 37. *num. vlt. ad vltimum.* Dicor autem ad hoc, quia cùm valde extraordinarium sit in religionibus, quando conuentus consulendus est, non totum, sed maiorem partem cogi, idque grauibus exterorum non coactorum querelis expositum, sitque contra religionis stylum; non est credendum Pontificem in hoc casu voluisse id inducere. Et huius sententiæ expressè est Monachus *eo. cap.* 2. *n.* 2. vbi explicans eam particulam, *vel maioris partis*, sic ait *sunt enim paria, quod fit à tota capitula, vel maiori parte. e.* 1. *& casu. de his, quæ fiunt à maiori parte.* ac proinde certe eam disiunctionem esse expressionem maioris partis.

81 Rursus circa eandem partem dubium est, an sufficiat audire consilium conuentus, sicque libertum Prælato, illud non sequi. Quibusdam placet, satis esse audire consilium, quia textus expressè dicit, *cum consilio conuentus.* At quando consilium desideratur, satis est, illud petere, & expectare, nec opus est, illud sequi, vt ex multis probauimus *lib.* 1. *de matrim. disp.* 54. *num.* 54. Ita docent Franc. *eo. cap.* 2. *in fine. num.* 3. *&* 5. & Probus *ibi. adde. quod ad Monachum. nu.* 1. Aufrerius *decisione Tholosana* 271. *Item, an valeat licentia num.* 2. Suar. 5. *tom. in* 3. *p. de.* 23. *sect.* 4. *num.* 37.

82 Cæterum, quamuis hoc satis probabile sitnat probabilius existimo, requiri consentum maioris partis conuentus, quia quoties consilium petendum est ab aliquo tanquam à collega, & participe officij, est illud necessariò sequendum: & in hoc casu non est differentia inter consilium, & consensum, vt probauimus *lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 65. At conuentus est collega, & particeps officij Prælati in rebus arduis exequendis, vt probauimus *ibi. num.* 64. qualem reputat hanc textus *eo. cap.* 2. Præterea, quia nisi consilium explicetur in eo textu, vt importet consensum, nó potest disiunctio illa, *vel maioris partis*, commodè explicari; nam, vt probauimus num. præced. ea disiunctio nihil nouì addit. Sed idem est dicere, cum consilio conuentus, & cum consilio maioris partis; at si consilium merè consilium importet, & totus conuentus ad eius consilium audiendum cogendus sit, non sufficiet consilium maioris partis, sed totius conuentus. Quare census est, vt vna cum Abbate consentiat quoque totus conuentus, vel maior eius pars. Et ideo hanc partem sustinet decisio illa Tholosanæ Capellæ allegata num. præced. Paluf. *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 3. *art.* 3. *num.* 42. eam rationem reddens, quia sicut nequit Abbas sine assensu conuentus rem notabilem ad tempus non modicum alienare, ita nec personam. Nauar. *sum. c.* 27. *n.* 135. Sayr. *de censur. lib.* 3. *c.* 33. *n.* 20.

Præterea, nec decisio textus *eo. cap.* 2. locum habet in Prioribus, qui sunt extra conuentum, quia vt illi studia adeant, sufficit licentia solius Abbatis. Ita Paluf. num. præcedenti allegatus. 83

Demum superest duplex difficultas. Prior est, an ipse monasterij Prælatus adiens studia absque sui superioris licentia, incurrat hanc censuram: Affirmant quidam, & probant, quia textus *eo. cap.* 2. dicit, *nisi à suo Prælato licentiam obtineat.* At Prælatus hic habet Prælatum se superiorem. Item, quia quamuis hæc constitutio tanquam pœnalis videatur restringenda, at cùm fauorem animæ respiciat, vt periculosa religiosis euagandi occasio subtrahatur, est potius ampliandu, vt de similibus constitutionibus pœnalibus probauimus *lib.* 7. *de matrim. disp.* 9. *num.* 8. Tandem, quia in pœnalibus nomine monachorum venit etiam Abbas, vt notatur à DD. *cap. fin. de sponsis.* Et ideo hanc partem sustinent Sylvest. *verbo excommunicatio.* 9. *casu* 25. *num.* 15. *quæst.* 1. & in hanc magis inclinat, quamuis dubius, Franciscus *eo. cap.* 2. *in principio. num.* 5. 84

At frequentissima, & probabilior opinio sustinet, eum non incurrere, quia apertè textus *eo. cap.* 2. loquitur de subditis habentibus proximum, & immediatum conuentus Prælatum, vt colligitur ex his verbis, *à suo Prælato cum consilio sui conuentus*; & per hoc cessant rationes contrariæ. Et hanc tenet Archidiac. *eo. c.* 2. *num.* 5. & ibi Ioan. Andreas *num.* 2. *&* 5. Anchar. *num.* 2. *ne ab.* 2. Dominic. *in principio. num.* 9. Rotel. *verb. excommunicatio.* 1. *casu* 16. *num. vlt.* D. Antonin. 3. *p. tit.* 14. *cap.* 53. Aufrer. *decis. Tholosan.* 271. *Item, an valeat licentia. num.* 3. Angel. *verbo excommunicatio.* 7. *casu* 27. *num.* 4. Tabien. *verbo excommunicatio.* 5. *casu* 23. *quæst.* 5. *num.* 6. Nauar. *sum. cap.* 27. *num.* 135. Suar. *tom.* 5. *in* 3. *part. disp.* 23. *sect.* 4. *num.* 38. Azor *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 12. *cap.* 13. *quæst.* 5. *casu* 16. *fine.* Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 33. *num.* 22. vbi iure optimo dicit idem sentiendum de alio superiori, qui vicem Abbatis tenet in conuentu, & est verè Prælatus illius; quia eadem est ratio.

Posterior difficultas est, an Episcopus possit concedere regularibus hanc licentiam eundi ad studia: Quæ difficultas solùm procedit in religiosis non exemptis quippe respectu exemptorum constat, Episcopum nullam habere iurisdictionem, nec esse eorum Prælatum. Et communis sententia affirmat, Episcopum non posse absque Abbatis consensu concedere hanc licentiam, quod textus *eo. cap.* 7. loquatur de immediato Prælato conuentus (vt probauimus num. 77.) qualis non est Episcopus. Et ita docent Glossa *eo. cap.* 2. in casus positione, & ibi Ioan. Andre. *num.* 1. Archidiac. *num.* 3. Anchar. *num.* 1.

num. 1. *numb.* 1. Dominic. *in princip. n.* 8. Francus *in princip. num.* 3. D. Anton. 3. *part. tit.* 24. *c.* 35. Tabiena *verbo excommunicatio.* 5. *casu* 23. *fine.* Sayro *de censur. lib.* 3. *c.* 23. *num.* 23. & explicant Tabien. & Sayr. etiam circa monasteria non exempta, & Tabien. *eo casu* 33. *init.* ait, nec sufficere licentiam Episcopi cum consilio maioris partis conuentus.

87 At Sylvest. *verbo excommunicatio.* 9. *casu* 25. *num.* 5. 9. 2. aiit esse ab omni ratione alienum, negare Episcopo potestatem huius licentiæ concedendæ in monasteriis non exemptis, cùm ipse superior immediato Prælato sit, nec oporteat verba textus ad immediatum Prælatum restringere. Et iure optimo hoc ait; nam (vt diximus num. 77.) etsi textus *eo. cap.* 2. loquatur de immediato conuentus Prælato, id vtique est, quatenus coarctat eius potestatem, vt consilio conuentus indigeat, non verò, vt aliis superioribus mediatis eam potestatem deneget, nec vt respectu illorum necessarium sit conuentum consuli, quando iuxta religionis constitutiones eam dare possent. Et ideo dicendum est, consulendas esse eius religionis non exemptæ constitutiones, & vsum, & si iuxta illa possit Episcopus, non oberit decisio huius textus, nec vllatenus eius potestatem coarctabit, cùm solius immediati Prælati potestatem restringat.

88 Id demum obseruandum est, dum textus *eo. c.* 2. petit consensum Prælati cum conuentus consilio ad hanc licentiam concedendam, nomine Prælati intelligere, non tantùm ipsum Abbatem, sed etiam eius locum tenentem, qui verè est illius religionis Prælatus, vt bene notant Archidiac. *num.* 2. Ioan. Andre. Dominic. Franc. D. Antonin. Tabiena, *eo casu* 23. *fin.* Sayro allegat. n. 86. quia ille gerit in omnibus Prælati vices, totàque eius potestate gaudet.

SVMMARIVM.

Quæ conditiones petantur, vt Doctor, siue Magister docent, vel in scholis retinent religiosos audientes medicinam, vel leges incurrat excommunicationem? n. 89.

An desideretur, vt religiosus ille audiat. dimisso habitu? numero 90.

Quid si audient non sit religiosus, sed Sacerdos secularis, & an constitutio pœnalis noua loqueni, in eno de casibus iure antiquo equipanatis extendatur ad alium casum? n. 91.

An qui non sunt Doctores, vel Magistri, incurrant docendo, vel retinendo prædictos religiosos? n. 92.

An ij incurrant docentes quamuis non retineant, vel è contrà? num. 93.

An exigatur doceri in scholis, autòn eis, & non extrà retineri? n. 94.

An incurrat Magister, si notis religiosum in domo propinqua audire? n. 95.

Quid intelligatur nomine Magistri, & quid nomine Doctoris? num. 96.

Quidnintelligatur per retentionem? n. 97.

An possit, & debeat vi expellere religiosum nolentem? n. 98.

An debeat à lectione desistere, nolente religioso exire? n. 99.

Quæ ignorantia excuset Magistros ab hac censura? n. 100.

Postea inuenies summaria quæ desiderantur.

89 Tertia excommunicatio inflicta *eo. c.* 2. *ne clericis, vel monachis in* 6. est in Doctores, siue Magistros, qui religiosos habitu suo dimisso leges, vel Physicam audientes, scienter docere, aut in scholis suis præsumpterint retinere. Quare, vt optimè aduertit Caietan. *summ. verbo excommunicatio. c.* 61. *fin.* quatuor conditiones petuntur ad hanc excommunicationem contrahendam, duæ ex parte religiosorum, nempe, vt audiant leges, vel Physicam, id est, medicinam, & vt audiant habitu dimisso; & aliæ duæ ex parte Doctorum, seu Magistrorum, nempe, vt scienter, & præsumptuosè tales religiosos doceant, vel retineant. 90

Hinc deducitur primò decisio eius quæstionis, an DD. hi incurrant, quando religiosus audiens habitum non dimisit? Nam Glossa *eo. c.* 2. *verbo dimisso.* ait incurrere, quia participant in crimine, ob quod ille religiosus excommunicationem incurrit; eo enim ipso quod medicinam, vel leges audit, etiam habitu retento, contrahit excommunicationem contentam *c. final. ne clericis, vel monachis.* Ergo & Doctores, siue Magistri participantes docendo cum religiosis in hoc crimine, incurrent quoque hanc censuram. *c. super. c. vers. in* 2. *ver. quæstionis, & c. si concubina, de sententia excommunicationis.* Vnde ait Glossa, hanc excommunicationem potiùs esse declarationem iuris veteris, quàm nouum casum continere, atque eos incurrere, eo quod in crimine cum criminoso participet, docent quoque Archidiac. *eod. c.* 2. *num.* 7. Ioan. Andre. *num.* 6. Francus *ibi.* §. *Doctores. num. vnic. vers. in ea glos. in fine.* Dominicus *eodem* §. *num.* 1. Astens. 1. *part. summ. lib.* 7. *tit.* 2. *art.* 1. *casu* 37. Rosella *verb. excommunicatio.* 16. *casu* 26. *num.* 5. *fine.* Sylvester *verbo excommunicatio.* 9. *casu* 26. *num.* 56. *quæst.* 1. Quare dum petit textus, vt religiosus habitu dimisso audiat, dicunt Archid. Dominic. & Francus supplendum esse, *maximè*, vt præcipuè hic casus includatur non excluso alio, nimirum, quando habitu retento audit. Cæterum omnino tenendum est, Doctores, siue Magistros non incurrere hanc excommunicationem, si religiosus habitu retento eas facultates audiat, quia (vt diximus num. præced.) textus expressè petit religiosos habitu dimisso audire; & ad libitũ dicitur absque fundamento aliquo hanc non esse nouã excommunicationem, vel supplendum esse, *maximè.* Et ideo hanc partem sustinent Caietan. *in sum. verb. excommunicatio. c.* 61. *fine.* Tabiena *verb. excommunicatio.* 5. *casu* 23. *quæst.* 3. *n.* 4. Nauar. *summ. c.* 27. *num.* 134. Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. disp.* 23. *sect.* 4. *num.* 36. Dixi autem non incurrere hanc censuram, quia verè incurrent excommunicationem latam *dicto c. super. & c. si concubina.* eo quod religiosus, etiam habitu retento eas facultates audiens, excommunicationi latæ *c. fin. ne clericis, vel monach.* subiaceat; ac proinde Magister docendo, vel retinendo eum, tanquam participans in hoc crimine, incurret excommunicationem latam *eo c. super. & c. si concubina.* contra participantes cum excommunicato in eodem crimine. Et id bene docent Tabiena, Nauar. & Suarez *ibid.* Et in hoc bene dixerunt Doctores allegati pro priori sententia; sed minus bene vtramque excommunicationem cõfundunt, cùm, quando religiosus habitum dimittit, Magistri docentes, vel retinentes semper hanc excommunicationem incurrant, nec quidquam refertat ad excommunicationem, an religiosus ille denunciatus sit, necne. Immo, quamuis religiosus nullam excommunicationem incurrat, excusante illum inuincibili ignorantia, Magistri non ignorantes incurrent hanc excommunicationem, vtpote quæ nullatenus pendet ab excommunicatione per religiosos contracta. At verò excommunicationem latam *d. c. super. & d. c. si concubina.* contra participantes in crimine, non incurrent Magistri, nisi postquam religiosus ille audiendo excommunicationem incurrit, vt fatentur omnes DD. allegati, cùm antea non verè participent in crimine cum excommunicato. Immo, vt bene ait Suarez *ea sect.* 4. *num.* 41. *fin.* oportet, vt religiosus ille sit iam de excommunicatione denunciatus, quia (vt probauimus *lib.* 7. *de matrim. disput.* 48. *num.* 5.) participans in crimine cum excommunicato, non ligatur ea excommunicatione, nisi participet cum illo, postquam proprio nomine denunciatus sit. Quare bene ait Tabiena *eo. num.* 4. *quæst.* 3. si religiosus has facultates audiat habitu retento; Magistros docentes, vel retinentes vnica excommunicatione ligari, nempe, lata *eo c. super. & c. si concubina.* quod participent in crimine cum illo (intellige, si iam religiosus ille denunciatus sit.) Quod si audiat habitu dimisso incurrent duplicem, alteram, eo quod participent in crimine, alteram autem quod doceant, vel retineant religiosum

gioſum habitu dimiſſo audientem leges, vel medicinam, contra deciſionem *d. cap.* 2.

91 Secundò deducitur, quid dicendum de Magiſtris docentibus leges, vel medicinam ſacerdotes ſeculares. Videntur enim hanc excommunicationem incurrere, quia quamuis *in hoc c.* 2. de ſolis religioſis has facultates audientibus mentio fiat; at *c. finali, ne clerici, vel monach.* æquè excommunicantur religioſi, ac ſacerdotes ſeculares ſcientiam audientes. At conſtitutio nona, etiam pœnalis, loquens in vno de caſibus æquiparatis iure antiquo, debet extendi ad alterum, in quo eſt eadem ratio, vt optimè docet Gloſſa. *c. ſi poſtquam. verb. prouiſione de elect. in 6. & l. ſi quis ſerno, verbo excendatur. C. de furtis.* Sed dicendum eſt, non incurrere, quia textus *eo. c.* 2. ſolos Doctores excommunicat, qui religioſos audientes has facultates docent, vel retinent. Non eſtergo extendenda ad eos, qui docent præſbyteros ſeculares, quia, etſi ſecundùm certam qualitatem ius aliquod æquiparet duo extrema, aliud ius loquens poſtea de altero ex illis extremis in caſu non æquiparato, non extenditur ad aliud, vt tradunt Gloſſ. *c. conſtitutionem. verbo prorogamus, de regulibus in 6. & reg. quæ à iure. verbo quæ à iure. de regularis. eodem lib. & c. 5. verbo declaramus, ne clerici, vel monachi. eod. lib.* vbi etiam Dominicus *num.* 7. Francus *num.* 3. & ita idem Franc. *d. c.* 2. §. *Doctores. n. vnico. numb.* 1. Tabien. *verbo excommunicatio. 5. caſu* 23. *q.* 5. *n.* 6. *fine.*

92 Tertiò deducitur, alios, qui non ſunt Doctores, ſiue Magiſtri, retinentes etiam poſitiuè cooperando, vel non compellentes, cùm ex officio teneantur, religioſos, qui dimiſſo habitu prædictas facultates audiunt, non incurrere hanc cenſuram, quia ſolos Doctores, ſiue Magiſtros docentes, vel retinentes textus excommunicat; & ita bene docet Suar. *ea ſect.* 4. *num.* 41.

93 Quarto deducitur, Doctores, ſiue Magiſtros docentes, quamuis non retineant in ſuis ſcholis huiuſmodi religioſos, incurrere hanc cenſuram, & è contrà ſi retinent, quamuis non doceant, quia textus *ea. c.* 2. diſiunctiuè potit docere, vel retinere; & ita bene docet Suarez *ea ſect.* 4. *n.* 40. & 41.

94 Similiter incurrent, ſi doceant ſine in ſcholis, ſiue extrà, non tamen incurrent, ſi non docentes retineant extra ſcholas, quia textus *ea. c.* 2. excommunicauit abſque limitatione aliqua docentes; at quoad retinentes petit, vt in ſcholis ſuis retineant. Atque ita docent Archidiac. *ea. c.* 2. *num. vlt. verſ. ſcienter*, & ibi Ioan. Andre. *n.* 3. Dominic. *ibi.* §. *Doctores. n.* 2. Franc. *eod.* §. *num. vnic. verſ. vltimo. notab.* 1.

95 Non autem incurrent Magiſtri docentes, quamuis nolint religioſos in domo ſcholis propinqua audire, tum quia inhibere nequeùt, ne in domo illa ſint; cùm etiam, quia ad illos miſtendos nec principaliter, nec incidentèr intendunt. Sic Gloſſ. *eod. c.* 2. *verſ. retinere.* & ibi Ioan. Andre. *fine.* Archidiac. *ibi. ad finem, verſ. in ſcholis.* Monachus *num.* 4. Probus *in additionibus ad ipſum num.* 3. *verbo non poteſt.* Domin. *ibi.* §. *Doctores. num.* 3. Franc. *eo.* §. *ad finem.* Hoſtienſ. *ſumm.* 2. *part. lib.* 7. *tit.* 2. *art.* 2. *caſu* 37. Roſell. *verb. excommunicatio.* 1. *caſu* 16. *num.* 6. Syluester *verb. excommunicatio.* 9. *caſu* 26. *n.* 5. 7. *q.* 2. Tabien. *verb. excommunicatio.* 5. *caſu* 23. *q.* 4. *n.* 5.

96 Sed dubitabis primò, quid nomine Magiſtri, & quid nomine Doctoris *in eo c.* 2. intelligatur. Suarez *d. ſect.* 4. *num.* 39. & 41. ait, non intelligi idem nomine Magiſtri, & Doctoris, ſed Magiſtri nomen ad officium docendi referri, Doctoris autem ad gradum; atque ita dicit, non oportere retinentem in ſcholis fungi munere docendi, ſed ſatis eſſe, ſi Doctoris eius Academiæ gradum obtinuerit. Certè cùm hoc non credo, ſed exiſtimo idem importare vtrumque nomen, atque ita Doctores appellari Magiſtros docentes; quare ſi hoc munere non fungantur, minimè incurrent hanc cenſuram, quamuis Doctoris gradu inſigniti ſint, retinendo in ſcholis prædictos religioſos. Quod mihi perſuadeo. Primò, quia textus *eo. c.* 2. ait, *Doctores quoque, ſine Magiſtri*, quæ dictio, *ſine*, poteſt declaratiuè (vt ita dicam) intelligi, vt indicat ibi Dominic. §. *Doctores. num.* 1. Quare in dubio ſic videtur intelligenda, vt conſtitutio hæc pœnalis magis reſtringatur. Secundò, quia textus dicit, *aut in ſcholis ſuis præſumpſerit retinere.* At ſcholæ non dicuntur proprie inſignitorum Doctoris gradu, ſed Magiſtri munere fungentium. Tandem, quia communiter DD. idem videntur intelligere nomine Magiſtri, & Doctoris, vt Gloſſ. *eo. c.* 2. *in* ratio ſuppoſitione, vbi ſic ponit ſummam caſus illius in textu contenti. *Doctor, qui religioſum admiſit in auditorio ſuo eſt excommunicatus.* & Ioan. Andre. *eo. c.* 2. *initio*, Anchar. *ibi. initio*, Dominicus *ibid.* Franc. §. *Doctores, init.* Caietan. *ſum. verb. excommunicatio. c.* 61. *initio, & fine.* Nauar. *ſum. c.* 27. *n.* 154. ſolius Doctoris meminêre explicantes hunc caſum tacito Magiſtri nomine, quaſi ſentientes Doctoris nomine intelligi docentem, ac proinde idem eſſe Doctorem, & Magiſtrum.

Secundò dubitabis, quid intelligat textus per illam particulam, *retinere.* Reſpondeo, retinere eſſe concurrere poſitiuè, ſiue rogando, ſiue conſulendo, ſiue defendendo ſua authoritate, & fauore, vel violentia aliqua; quando autem adeſſet ſola negatio, id eſt, non expellere, non dicere, tur retinere, niſi Magiſter ille eſſet Rector Vniuerſitatis, cui ex officio incumberet expellere, vt DD. communiter tradunt in materia de reſtitutione, dum explicant caſus, in quibus incurritur obligatio reſtituendi propter actus negatiuos iniuſtitiæ; atque ita bene docet Suarez *ea ſect.* 4. *num.* 41. 97

Tertiò dubitabis, quid poſſit ac debeat Magiſter, ſi dum publicè docet, norit adeſſe religioſum habitu dimiſſo audientem has ſcientias. Quidam docent, poſſe, ac debere vi expellere nolentem exire, quia dum textus *eo. c.* 2. iubet, ne Magiſter hunc doceat, aut in ſcholis retineat, dat ei conſequenter vi expellendi facultatem, quando id ad exitum deſideratur, argum. ex *c. veniens, de ſent. excommunic.* vbi liberatur excommunicatione expellens vi clericum excommunicatum perturbantem diuina officia. Et ita docent Gloſſa *eo. c.* 2. *verb. retinere.* & ibi Archidiac. *fine.* Ioan. Andre. *fine.* Dominic. §. *Doctores. num.* 3. *fin. ſuper gloſſ. verb. per hanc.* Franc. *eodem* §. *fin.* Aſtenſ. 2. *part. ſumm. lib.* 7. *tit.* 2. *art.* 2. *caſu* 37. Roſella *verb. excommunicatio.* 1. *caſu* 16. *num.* 7. Syluester *verb. excommunicatio.* 9. *caſu* 26. *num.* 17. *quæſt.* 3. limitans citra ſanguinis effuſionem, aut perculſionem. Tabien. *verb. excommunic.* 5. *caſu* 23. *q.* 4. *num.* 5. Armilla *verb. excommunicatio. caſu* 53. *fine.* Quamuis autem hoc ſit probabile, verius eſſe credo, non integrum eſſe Magiſtro eam vim inferre, niſi Rector ſit Vniuerſitatis, aut aliunde iuriſdictione hac præditus, quia hoc publicæ poteſtatis eſt, quali non fungitur Magiſter ex ſolo docendi officio; nec textus ille *cap.* 1. hanc vim concedit, ſed ſolùm interdicit, ne religioſum illum doceat, aut retineat concurrendo poſitiuè, aut quando iuriſdictionem habet, concurrendo negatiuè, vt diximus num. præced. Nec eſt ſimile in caſu *eius cap. veniens*, quia diuina officia celebrari nequeunt excommunicato non expulſo: at doceri poteſt, eo religioſo nolente exire, vt num. ſequenti declarabimus; & ita docet Suarez *ea ſect.* 4. *num.* 40.

Quando autem adhibita diligentia, nequit religioſus expelli, dicunt omittendam lectionem, exiturúmque è ſcholis Magiſtrum, ne hanc excommunicationem contrahat, ſicut fieri debet excommunicato accedente ad diuina officia audienda, cùm expelli nequit. Ita docent Gloſſ. Aſtenſ. Roſella *num.* 8. Syluester, Tabiena, num. præcedenti allegati. At meliùs Suarez *ea ſect.* 4. *num.* 41. aſſerit, non teneri Magiſtrum deſiſtere à ſuo munere, ne ille audiat, quia iam tunc non dicetur propriè eum docere, aut retinere, quod textus petit, ſed tolerare & permittere, dum docet alios, ſicut diximus num. 95. dum notit Magiſter religioſum ex domo ſcholis vicina audire. Deinde, quia cùm textus petat ſcienter hæc à Magiſtro

præſtati, à fortiori petit voluntariè hæc fieri, ſcientia enim propter voluntatem perfectiorem deſideratur.

100 Tandem cùm textus *eo. c.* 1. petat ad hanc excommunicationem ſcientiam, & præſumptionem, excuſabit ignorantia, quamuis culpabilis ſit, vt bene docet Suarez *ea ſect.* 4. *num.* 19. Limitat Francus *eo. c.* 2. §. *Doctores, ad finem*, dummod non ſit craſſa. At dicendum eſt, etiam craſſam, & ſupinam excuſare, dummodo non affectata, aut adeò craſſa ſit, vt poſſit dici ingens temeritas, vt diximus numero 43.

SVMMARIVM.

Proponuntur probantia religioſis non licere appellationem. numero 101.

Explicatur, quando liceat religioſis ſecundum ius commune à correctione regulæ appellare. n. 102.

An id liceat, ſiue iudicialiter, ſiue extraiudicialiter procedat religionis Prælatus? n. 103.

An ſit diſcrimen inter appellationem ſecularium, & regularium, & in cauſa correctionis, vel in aliis? n. 104.

An in appellatione in cauſa correctionis, & in aliis caſibus prohibitis ſit neceſſarium exprimere cauſam, & in imperatione literarum exprimere cauſam condemnationis? numero 105.

An ea expreſſio cauſæ ſit de ſubſtantia appellationis, vel quid operetur? n. 106.

Referuntur varia priuilegia interdicentia religioſis appellare. num. 107.

Hæc priuilegia commentitiſſima ſunt. n. 108.

Qualiter intelligantur. Refertur quadam ſententia. n. 109.

Explicatur ſententia authoris. n. 110.

An religioſis integrum ſit Prælatum recuſare? n. 111.

101 QVÆSITIO vltima. Qualiter religioſis integrum ſit à correctione ſuorum ſuperiorum appellare, vel ſe recuſare. Et quidem loquendo de appellatione, videtur religioſis interdicta *c. ad noſtram, de appellationibus*, ibi. *Non minus ecce iuxta tenorem mandati, quod in prædicta regula continetur, & inſtitutionem ordinis corrigat, & caſtiget. & c. irreprehenſibilis, eodem tit. in fin.* ibi. *Ne religioſi, cum pro aliquo excſu fuerint corrigendi, contra regularem Prælati ſui, & Capituli diſciplinam appellare præſumant.* Idem habetur *c. cum ſpeciali, in fin. eodem tit.* Secundò, quia Tridentinum *ſeſſ.* 25. *de regular. c.* 4. præcipit, ne religioſi è ſuis conuentibus recedant etiam cauſa ſuperioris adeundi.

102 Sed, vt clarius procedamus, primò dicemus, quid iure communi, deinde quid attentis religionum priuilegiis cenſendum ſit. Et quidem, ſi ſolùm ius commune attendamus, non eſt integrum religioſis appellare à correctione, & mandatis ſuorum Prælatorum legitimè factis ſecundùm regulares conſtitutiones: ſecus, quando Prælati regulares modum excedunt. Conſtat ex *c. de Priore, de appellat.* vbi Prior regularis, qui appellationi religioſi non detulit, grauiter puniri iubetur, ex *c. licet, de offic. ordinarij*, vbi dicit Pontifex, quamuis in corrigendis exceſſibus ſit appellationis refugium interclufum, non eſſe ſuæ intentionis remedium appellationis omnino excludere, quaſi id concedat, vbi in correctione exceditur; & *c. ſuper quæſitionum, verſ. nos autem, de offic. delegat.* ibi, *niſi modum excedat, non licet appellare.* Idem probatur ex *c. ad noſtram, de appellat.* à contrario ſenſu; ea enim redditur ibi ratio, cur à correctione regulari non ſit appellandum, ne regulari ab obſeruantia regulari exorbitanti patrocinium exhibeatur. Ergo à contrario ſenſu, quando non iniquè, ſed iuſtè religioſus ſe tuetur contra Prælati exceſſum, integrum erit ei appellare. Et optimam rationem tradit Abbas *eo. c. licet num.* 1. quod appellatio permiſſa ſit gratiâ auferendi grauamina. *c. vt debitus, de appellat.* At grauamen minimè eſt, dum iuxta regularem diſciplinam religioſus corrigitur, & caſtigatur. Secus autem vbi modus in eo præcriptus exceditur. Ergo in priori caſu, non erit locus appellationi, ſed in ſolo poſteriori. Nec obſtant iſti contrarium adducta; quia textus illi denegantes regulatibus appellationem, loquuntur, quando modus regularis diſciplinæ in corrigendo non exceditur, vt ſatis probatum eſt. Nec etiam obſtat Tridentinum, quia, vt bene reſpondent Nauar. Azor, Sayro, Emmanuel ſtatim allegandi, non interdicit Concilium appellationem ad ſuperiorem, ſed receſſum à monaſterio præterea ſuperioris adeundi. Et ideo hanc tenet Gloſſ. *hic. c. ad noſtram, de appellat.* & ibi Innocent. *num. vnic.* Hoſtienſ. *num.* 6. Anton. *num.* 6. Cardin. *fin.* Bald. *num.* 2. Abbas *ſtatim in princ. notab.* 1. Præpoſitus *num.* 3. Alex. de Nevio *num.* 13. Franc. *num.* 4. Decius *num.* 1. Imola *fin.* Idem Gloſſ. *eo. c. de Priore, verbo contempſit.* & ibi Hoſtienſ. *ad fin.* Abbas *num.* 6. Idem Gloſſ. *d. c. licet, verbo interd.* & ibi Abbas *num.* 1. & *c. reprehenſibilis, ad fin. de appellat.* Idem Innocent. *c. cum ſpeciali, in fin. eod. tit.* Hoſtienſ. *fin.* Anton. *fin.* Franc. §. *vlt. num.* 4. Angel. *verbo appellatio. num.* 10. vbi Syluest. *q.* 7. *n.* 9. Armill. *num.* 16. Tabien. *quæſt.* 11. *num.* 11. Nauar. *comment.* 3. *de regular. num.* 51. & *lib.* 2. *conſiliorum, in* 1. *edit. tit. de ſententia, & re iudicata. conſ. vnico. num.* 6. & *tit. de appellat. conſil.* 4. *num.* 1. & *tit. de lite pendente. conſ. vnico. num.* 8. qui titulus ponitur in additionibus poſt librum 5. & *eo conſ. vnic. de lite pendente. n.* 8. dicit, per hanc appellationem ſuſpendi ſententias, & cenſuras Prælati regularis. *in* 3. *eo. tit. de appellat. conſ.* 4. *num.* 1. & *conſ.* 5. *num.* 6. Azor *lib.* 12. *inſtit. moral. c.* 11. *quæſt.* 8. Manuel *de ordin. iudiciali. c.* 13. *num.* 4. & 99. *regular. num.* 1. *q.* 29. *art.* 2. Sayr. *clauis regia lib.* 12. *c.* 17. *à num.* 38. *vſque ad* 40.

Quidam temperant hoc modo, vt ſi Prælatus regularis procedat iudicialiter, liceat ſemper ab eius ſententia appellare, ſi verò procedat extra iudicium, & ad pœnitentiam ſeu proceſſu regulari, non liceat appellare, niſi quando modum, ac regulæ metas in correctione excedit. Ita ſentire videntur Gloſſ. finalis *c. ad noſtram*, & ibi Hoſtienſ. *num.* 8. dum eam rationem reddunt, cur à correctione ſecundùm regulam appellari nequit, niſi modus excedatur, quia proceſſu ſit ad pœnitentiam, & extra iudicij formam; quaſi concedant ſemper appellationem, dum in forma iudicij procederet, nec in hoc verſatur aliquod diſcrimen inter regulares, ac ſeculares. Et ita ſentiunt Tanctedus & Vincentius *eo. c. ad noſtr. num* (vt eos refert ibi Abbas num. 7.) & idem ſentunt Hoſt. *c. cum ſpeciali, num.* 8. *de appellat.* & ibi Ioan. Andre. *num.* 18. Anton. *fin.* Bellamer. *num.* 14. Franc. *ibi.* 5. *vlt. num.* 4. At verius eſt, quoad hoc nihil diſtare inter vtrumque procedendi modum, ſed ſiue iudicialiter, ſiue extraiudicialiter procedatur, integrum non eſſe appellare, quando ſuperior non excedit regulæ limites; ſecus, quando illos tranſgreditur; quod textus *eo. c. cum ſpeciali, in fin.* prohibet appellari in regularium cauſis, quatenus appellatio eſſet contra inſtituta regulæ. Ergo nullum eſt diſcrimen in hoc, ſed licebit in vtroque proceſſu appellare, vbi ea inſtituta excedunturs; & in neutro licebit illis non exceſſis. Item, quia vbi ſecundùm inſtituta regulæ Prælatus procedit, in neutro procedendi modo grauat. At ea excedent, in vtroque quoque: appellandi autem facultas grauamini inuitur. Et ideo ita docent Abbas *eo. cum ſpeciali.* §. *finali. num.* 3. & ibi Alexand. de Nevio *num.* 8. Præpoſitus *fine.*

Sed hinc inferes, nullum eſſe diſcrimen hodie inter regulares, & ſeculares, & inter correctionè, & alios proceſſus, cùm vtrique appellare valeant, dum grauantur, & neutri, dum non grauantur. Id fatetur Innoc. *eo. c. ad noſtram. num. vnic.* & ibi Baldus *num.* 1. Sed Hoſtienſ. *eo. c. ad noſtram. num.* 4. & 5. quem ſequuntur Ioan. Andre. *ibi. in fin.* Anton. *num.* 6. Imola *fin.* reprehendit Innocentium, eo quod multi ſint caſus in quibus grauantur ſeculares, in quibus religioſi minimè grauentur? quod non tam rigidè modus iudicialis obſeruandus ſit aduerſus regulares, quàm aduerſus ſeculares, vt conſtat ex *c. qualiter* §. *fin. de accuſat. & c. per tuas* 5. *fin. de ſententia.* Verum optimè Abbas *eo. c. ad noſtram. num.* 7. & 8. & ibi Alex. de Nevio

num. 13. & 14. defendunt Innocentium, quia quamuis vera sit doctrina Hostiensis, quatenus sit facilius grauari secularis, quàm religiosos, non obstat doctrinæ Innocentij, sed vtraque vera est; quia Innocentius in hoc solo ait nullam inter vtrosque constitui differentiam, quoad facultatem appellandi, quod ea solùm vtrisque concedatur, quando grauantur, cum quo stat sæpius concedi secularibus, eo quod sæpius grauari possint. Nec etiam hodie dicitur esse differentiam inter vtrosque, quoad hoc, quod si sententia etiam definitiua est notorio iure fulcita, non debet admitti appellatio, tam in secularibus, quàm in regularibus, secus autem, vbi posset competere excusatio, aut non probatum probabo. Et idem tradit Abbas *c. licet. num. 1. de offic. ordin.*

105 Est tamen differentia quoad hoc inter causam correctionis, & alias, quod licet regulariter in appellatione à sententia definitiua, non sit opus exprimere causam, sed satis sit dicere, appello ab iniqua sent. *l. 1. in fin. & seq. ff. de appell. c. cùm in Ecclesia. eo. tit. & c. 1. eodem tit. in* 6. At in appellatione definitiua in causa correctionis, & in omnibus aliis casibus, in quibus appellatio est interdicta, vt quoties committitur causa appellatione remota, est opus in ipsa appellatione exprimere causam grauaminis. Ratio est, quia in causis correctionis, & aliis prohibitis interdicitur appellatio regulariter, & solùm admittitur in casu speciali, nempe cùm modus excedit; & ideo, cùm ius ex appellatione resultat, nisi in eo casu speciali, oportet eam causam specialem exprimere, vt appareat appellatura in casu concesso. Cùm enim videat Iudex appellationem interponi contra ius, debet in dubio præsumere eam iniustam, & ideo, vt de eius iustitia constet, oportet causam exprimere. Atque ita docent Innoc. *c. ad nostram. num. cons. de appellat.* & ibi Ioan. Andre. *num. vlt.* Anton. *num. vlt.* Abbas *num.* 8. & 9. Baldus *num.* 2. Decius *in noua edit. num.* 28. Francus *num.* 3. & 4. Præpositus *ibi.* Felinus *num. vlt.* & Iarnes idem Felinus multis aliis citatis. *c. quoad consultationem. num.* 10. *de sentent. & re iudic.* Idem Gloss. *c. Romana. §. si autem. verbo mandatur, de appell. in* 6. & ibi Franc. *in fin.* Dominic. *num. vlt.* Idem Francus *c. cum speciali. §. porro. num.* 6. *de appell.* Idem Abbas *c. consuluit. al. 1. fin. de appell.* Nauar. *lib.* 2. *consiliorum, tit. de appellat. in* 1. *edit. cons.* 2. *num.* 1. *& num.* 3. *in* 2. *cons.* 1. *num.* 1. & 3. Quare concludunt Abbas *eo. c. ad nostram. num.* 9. & ibi Francus *num.* 3. & 4. siue ad correctionem procedatur in iudicio, siue extra iudicium, siue appelletur ante sententiam, siue post, esse necessarium exprimere in appellatione causam appellandi, nempe superiorem excedere modum. Insuper in impetratione literarum talis appellationis oportet exprimere causam condemnationis, ne sint sobreptitiæ, quia ea expressa forsan Pontifex literas denegaret; & ita tradunt Innocentius, & reliqui in locis citatis *in eo. c. ad nostram.*

106 Dum autem dicimus in appellatione in casibus interdictis, opus esse causam exprimere, non ita accipiendum est, quasi expressio causæ sit ita de appellationis substantia, vt ob id omnino vana sit, nec causam denoluat ad superiorem: sed est necessarium, vt Iudex à quo tenetur deferre appellationi, eiusque iurisdictio suspendatur, ea saltem non expressa, potest non obstante appellatione sententiam exequi. Ita docent Francus *c. cum speciali. §. vlt. num. vt. de appell. & c. Romana. §. si autem, in fin. eodem tit. in* 6. Felinus *c. quod ad consultationem. num.* 20. *de sent. & re iudic.* & ita Glossa *eo. c. Romana. §. si autem, verb. mandetur.* & Dominic. *eo. §. fin.* & Abbas *c. consuluit. al. 1. fin. de appell.* & Decius *c. ad nostram, in noua edit. num.* 29. *eodem titulo*, cautè tamen dixêre, eiusmodi causa non expressa iniquo Iudici admittere appellationem.

107 Sed superest discutiendum, quid sentiendum sit attentis religionum priuilegiis, extant enim varia de hac re. Bonifacius VIII. statuit non licere fratribus Franciscanis à correctionibus Prælatorum eiusdem ordinis aliquatenus appellare, vt refert Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo appellare. num.* 1. & Sixtus IV. concessit Augustinianis, & Carmelitanis, vt Generalis eorum possit suum munus obire, reiecta quauis appellatione ab eius præceptis, monitionibus, ordinationibus, & mandatis, ac decretis, vt refert idem Sorbus *ibi. verbo Generalis. num.* 11. & 12. & Iulius II. prohibuit sub pœna excommunicationis fratribus, & sororibus ordinis Prædicatorum appellare à mandatis, & ordinationibus Prælatorum dicti ordinis, vt refert Sorbus *ibi. verbo appellare. num.* 3. & Paulus III. concessit Societati IESV, vt non liceat à correctione regulæ secundum ordinationes eius factæ appellare, nec posse per quemuis Iudicem appellationem admitti, vt habetur in compendio priuilegiorum Societatis IESV, *verbo appellatio. §.* 1. & *ibi. §.* 2. habetur, per priuilegium concessum Canonicis sancti Saluatoris, nullos è Societate IESV posse appellare ad quemcumque, etiam ad Pontificem, nisi de speciali eius licentia, ab institutis, ordinationibus, correctionibus, & mandatis Congregationis Generalis, aut Præpositi Generalis, aut aliorum superiorum, & appellationes, & inde sequuta fore irrita; & *eodem §.* 1. refertur, per priuilegium Cistercienſibus concessum non licere appellare in Societate IESV sub excommunicatione lata ipsi Pontifici reseruata, à reformationibus, seu correctionibus Præpositi Generalis, aut visitatorum quos ipse deputauerit, nisi à Generali Congregatione, & in casu denegatæ iustitiæ, aut pro notoria iniuria: & Sorbus *eo verb. appellare, in suis annotationibus circa §.* 1. refert Gregorium XIII. in quodam motu proprio anno 1575. *Quoniam nostro pastorali*, interdixisse sub excommunicatione Pontifici reseruata, & aliis pœnis, fratribus Franciscanis de obseruantia ad secularia Tribunalia appellare: concessisse tamen eis appellationem ad Generalem, vel Protectorem, vel Pontificem. Atque similiter refert, Congregationem Cardinalium edidisse decretum anno 1587. vt appellatio hoc ordine interponatur, à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & ab hoc ad Cardinalium Congregationem; & etiam refert hanc appellationem esse permissam à Sixto V. in motu proprio anno 1588. *Ad Romanum speculat. Pontificem.*

108 Quæ quidem priuilegia meritò, ac iure optimo religionibus concessa sunt, ac ab eis appellandi vsus exulauit, maximè ad externos Prælatos, vt ad Nuncium, & Pontificem, vt optimè inter cæteros docuit Sotus *lib.* 5. *de iust. q. 6. art. 3. calum. penult. vers. at vero sententiæ*, quem sequuntur Cordub. *qq. practic. c.* 23. *num.* 6. *vers. §.* Aragon 2. 2. *q.* 69. *art.* 3. *col. antepenult.* & ibi Salon *dub.* 2. Sayr. *clauis regia. lib.* 12. *c.* 17. *num.* 41. & 42. Manuel *de ordine iudiciali. c.* 15. *num. vlt. & qq. regular. tom.* 1. *q.* 29. *art.* 5. Valent. 2. *disput.* 5. *q.* 13. *punctio* 3. *fin.* & Bañez *eo. art.* 3. *fin.* Et ratio est ob bonum, & tranquillitatem, ac honorem religionum, quæ in simplici quadam obedientia consistunt nec modicum hæc detrimentum patiuntur, quando religiosorum causæ extra priuatos parietes tractantur, à Iudicesque externos deferuntur; nec creditu facile erit, vt omnes superiores religiosi ita iniqui sint, vt grauamen aliqui illatum non auferant, & si aliquando, quod rarissimè continget, id accideret, damno huic priuato præponderat pax, ac commune totius religionis bonum, quod religiosi proprio priuato anteponere debent, sicut quilibet ciuis, etsi ad vitam adeò perfectam ac religiosi non teneatur, debet priuatum suum bonum communi Reipublicæ postponere.

109 Sed difficultas est, qualiter intelligantur hæc priuilegia, ac religionum constitutiones, nimirum an interdicant omnino religiosis appellationem: aliqui enim id videntur significare. Dicunt enim religiosos per professionem hoc appellandi iure in sui fauorem introducto cessisse, quod ad ferendas constitutiones religionis se obligarint, quibus appellatio prohibetur. Quamuis enim ius naturale vnicuique appellationem, qui se tueretur, concedat,

concedat, cùm tamen eam non præcipiat, sed solùm permittat, possunt religiosi huic iuri renuntiare; sicut & iure matrimonij, & proprij habendi iure naturali permissa, non tamen præcepta, per professionem à se abdicarunt, nec hoc Pontificum authoritati aduersatur denegata facultate ad ipsos appellandi: nam ipsi quoque tranquillitati religionum prospicientes, iuri huic cessérunt, approbantes religionum constitutiones, illisque priuilegia concedentes appellationem hanc interdicentia. Ita docent Bañez, & Salon num. præcedenti allegati, Petrus de Ledesma 2. *sum. summa tract.* 8. *c.* 14. *immediate ante* 8. *conclusionem, fol.* 778. Sed hoc non exhaurit difficultatem; quamuis enim fatendum sit, religiosos quodammodo cessisse huiciuri, nimirum quatenus prædictæ religionis constitutiones, & priuilegia ius appellandi religiosis auferunt: at superest explicandum, qualiter ius hoc per illa ablatum sit, nimirum an in vniuersum, an potius in aliquo peculiari casu; & ideo Sotus, & Valentia num. præcedenti allegati concessêre ad Pontificem posse appellari, & Aragon, Sayro, Manuel vtroque loco relati eodem num. præcedenti in solis causis leuibus denegant hanc appellationem, eam permittentes in causis grauibus, & omnes prædicti DD. solam appellationem ad Prælatos externos videntur reprobare: neque enim religionum decus, ac tranquillitas tantum detrimenti patitur causis ad eiusdem religionis superiores delatis. Immo, vt retulimus num. 107. fin. appellatio hæc ad superiores eiusdem ordinis religiosis permissa est, ac ipsis non auferentibus grauamen, ad superiores externos. Quare non intelligo quod ait Sylues. *verb. appellatio. §.* 7. *num.* 9. vbi postquam dixit, integrum esse religiosis appellare, si in correctione modus excedatur; id limitauit dicens, non appellandum ad Prælatos intra ordinem, sed extra, quando constitutiones à Pontifice approbatæ appellationem interdicunt. Hoc, inquam, non intelligo, quia multo maius damnum religioni sequitur causis ipsius extra religionem deductis; quare constitutiones hoc potiùs interdixêre, vt ex DD. allegatis constat.

110 Quare dicendum est, ea priuilegia & constitutiones denegantia religiosis appellationem, intelligenda esse eo modo quo ius commune eam denegans, intelligendum esse diximus num. 102. nempe, quando Prælati religionum corrigentes, aut punientes religiosum non excedunt limites religiosæ disciplinæ, tunc enim minimè grauant: secus quando grauant, eos limites prætergrediendo. Ratio est, quia eodem tenore, eadémque verborum forma, eadémque vitandæ religionum perturbationis ratione, ius commune, & constitutiones priuilegiaque appellationem hanc interdixerunt. Nil ergo mirum si eodem modo intelligenda esse dicamus. Atque ita docent Nauar. commentar. 3. *de regularib. num.* 51. *ad* 1. & *lib.* 2. *consilior. tit. de appellat. in vtraque edit. cons.* 4. *n.* 5. Azor *lib.* 11. *inst. mor. cap.* 11. *q.* 8. Manuel *qq. regul. tom.* 1. *q.* 29. *art.* 1. Sayr. *clauis regia lib.* 12. *c.* 17. *num.* 38. Sed contra hoc fortiter obstare videtur, quod priuilegia in dubio aliquid vltra ius commune operari debeant. *c. Abbas, de verb. significat.* Sed facilè posset responderi, id quidem regulare esse, aliquando tamen nihil nouum continere: sed maioris expressionis gratiâ concedi, vt probauimus *lib.* 2. *de matrim. disput.* 37. *num. vlt. ad vltimum.* Quamuis autem solutio hæc planè satisfacere videatur; at exiſtimo aliquid amplius continere priuilegia hæc, & constitutiones: nam attento iure communi, non solùm conceditur appellatio quando grauamen est certum; sed etiam quando est dubium: & solum denegatur quando apertè constat nullum esse grauamen, vt constat ex *cap. cum speciali. §. porro. de appellat.* & ibi tradunt DD. ex Sylvestro *verb. appellatio. q.* 12. *num.* 15. At priuilegia religionum, ipsarum que constitutiones à Pontifice approbatæ, dum religiosis appellare interdicunt, hoc amplius continere credo, nempe vt ipsis appellare non permittatur, nec ea appellatio suspendat ius, quando excessus Prælatorum manifestus non fuerit: hoc enim pax, simplicitas, & obedientia religiosorum postulat; quæ bona dicta priuilegia, & constitutiones spectant. Quando autem non est locus appellationi, potest ille religiosus causâ querelæ ad superiorem accedere; vt bene docet Nauar. *lib.* 2. *consilior. in* 1. *edit. tit. de sentent. & re iudic. cons.* 2. *n.* 8. *in* 2. *tit. de appell. cons.* 5. *n.* 8. Manuel *de ordin. iudic. c.* 13. *num.* 4. & *qq. regular. tom.* 1. *q.* 29. *art.* 1. Sayr. *lib.* 12. *clauis regia. cap.* 17. *num.* 38. *fine.* At hæc querela non suspendit iurisdictionem Prælati inferioris donec inhibeatur.

Demum superest tractandum de facultate recusandi 111
Prælatos regulares. Eos enim non posse recusari tradunt Gloss. *fin. c. ad nostram, de appellat.* & ibi Hostiens. *num.* 9. per *c. cum speciali, in fin. eod. tit.* vbi cùm duo statuisset ille textus, nempe qualiter Iudex recusari, & ab eo appellari posset, subiunxit hæc. *Cæterùm hæ duæ constitutiones præmissæ volumus ad regulares extendi contra suas speciales observantias.* Vbi Innocent. *num. penult.* Ioan. Andr. *fin.* Abbas *fin.* Præpositus *fin.* Alex. de Neuo *fin.* dicunt per illud pronomen (*hæ*) relationem fieri ad proximas constitutiones, nempe de appellatione, & recusatione. Idem constat ex *c. super eo. el 2. eod. tit.* ibi. *Vbi appellationis remedium tollitur, sicut appellationi sic recusationem non est aliqualiter deferendum.* Cùm ergo constitutiones religionis, & priuilegia denegent religiosis appellationem; denegabunt subinde recusationem. At dicendum est, in hoc æquipari recusationem, & appellationem, vt neutra absque causa liceat; & constitutio illa edita *d. c. cum speciali*, non extenditur ad regulares, quatenus extensio impediret eorum correctionem iuxta regularia instituta. Quare quando superior valde suspectus crederetur, excellisque ob passionem, posset recusari; sicut in hoc casu potest ab eo appellari, vt diximus num. præcedenti. Et ita docent Hostiensis *eo. c. cum speciali. num. vlt. verb. extendi.* & ibi Ioan. Andre. *n.* 18. Antonius *fin.* Bellamer. *num.* 14. Abbas *ibi §. porro. num.* 3. Alexand. de Neuo *eod. §. num.* 8. Præpositus *in fin.* Francus *num.* 4. Hoc autem temperant Hostiensis, Ioan. Andre. Anton. Bellamer. Franc. *eodem*, quando processus Prælati esset extra iudicium; nam quando iudicialiter procederet, licetet semper ipsum recusare, eodem modo quo secularibus id licet: sicut idem sentiunt de appellatione, vt retulimus num. 104. At sicut ibi limitationem hanc in appellatione reprobauimus, dicentes idem sentiendum esse de vtroque processu, similiter reprobamus in recusatione, dicentes omnino idem vtrouis modo procedat Prælatus; & ita docent Abb. Alex. de Neuo, & Præpositus *ibidem.* At sicut num. præcedenti fin. diximus appellationem non concedi religiosis, nisi quando manifestus est Prælati excessus: ita nec recusatio concedenda est, nisi quando manifesta est causa suspicionis Prælati, cùm textus *d. c. super eo.* æquiparet recusationem, & appellationem, & vtraque tranquillitati religionis æquè aduersetur.

CAPVT IX.

De religiosis à religione eiectis, ad quid obligentur, & quæ potestas sit Prælatis regularibus in illos.

SVMMARIVM.

Quotuplex quæstio disputanda sit. n. 1.
An professi possint expelli à religione? refertur quædam sententia. n. 2.
Explicatur sententia auctoris. n. 3.
Quando religiosi dicuntur incorrigibiles. n.
An soli incorrigibiles possint expelli? n. 5.
An monachi etiam possint expelli à monasterio? n. 6.
An religio expellere professum absque iusta causa peccet contra iustitiam? n. 7.

num. 13. & 14. defendunt Innocentium, quia quamuis vera sit doctrina Hostiensis, quatenus sit facilius grauari secularis, quàm religiosos, non obstat doctrinæ Innocentij, sed vtraque vera est; quia Innocentius in hoc solo ait nullam inter vtrosque constitui differentiam, quoad facultatem appellandi, quod ea solùm vtrisque concedatur, quando grauantur, cum quo stat sæpius concedi secularibus, eo quod sæpius grauari possint. Nec etiam hodie dicitur esse differentiam inter vtrosque, quoad hoc, quod si sententia etiam definitiua est notorio iure fulcita, non debet admitti appellatio, tam in secularibus, quàm in regularibus, secus autem, vbi posset competere excusatio, aut non probatum probabo. Et idem tradit Abbas *c. licet. num. 1. de offic. ordin.*

105 Est tamen differentia quoad hoc inter causam correctionis, & alias, quod licet regulariter in appellatione à sententia definitiua, non sit opus exprimere causam, sed satis sit dicere, appello ab iniqua sent. *l. 1. in fin. & seq. ff. de appell. c. cùm in Ecclesia. eo. tit. & c. 1. eodem tit. in* 6. At in appellatione definitiua in causa correctionis, & in omnibus aliis casibus, in quibus appellatio est interdicta, vt quoties committitur causa appellatione remota, est opus in ipsa appellatione exprimere causam grauaminis. Ratio est, quia in causis correctionis, & aliis prohibitis interdicitur appellatio regulariter, & solùm admittitur in casu speciali, nempe cùm modus excedit; & ideo, cùm ius ex appellatione resultat, nisi in eo casu speciali, oportet eam causam specialem exprimere, vt appareat appellatura in casu concesso. Cùm enim videat Iudex appellationem interponi contra ius, debet in dubio præsumere eam iniustam, & ideo, vt de eius iustitia constet, oportet causam exprimere. Atque ita docent Innoc. *c. ad nostram. num. cons. de appellat.* & ibi Ioan. Andre. *num. vlt.* Anton. *num. vlt.* Abbas *num.* 8. & 9. Baldus *num.* 2. Decius *in noua edit. num.* 28. Francus *num.* 3. & 4. Præpositus *ibi.* Felinus *num. vlt.* & Iarnes idem Felinus multis aliis citatis. *c. quoad consultationem. num.* 10. *de sentent. & re iudic.* Idem Gloss. *c. Romana. §. si autem. verbo mandatur, de appell. in* 6. & ibi Franc. *in fin.* Dominic. *num. vlt.* Idem Francus *c. cum speciali. §. porro. num.* 6. *de appell.* Idem Abbas *c. consuluit. al. 1. fin. de appell.* Nauar. *lib.* 2. *consiliorum, tit. de appellat. in* 1. *edit. cons.* 2. *num.* 1. *& num.* 3. *in* 2. *cons.* 1. *num.* 1. & 3. Quare concludunt Abbas *eo. c. ad nostram. num.* 9. & ibi Francus *num.* 3. & 4. siue ad correctionem procedatur in iudicio, siue extra iudicium, siue appelletur ante sententiam, siue post, esse necessarium exprimere in appellatione causam appellandi, nempe superiorem excedere modum. Insuper in impetratione literarum talis appellationis oportet exprimere causam condemnationis, ne sint sobreptitiæ, quia ea expressa forsan Pontifex literas denegaret; & ita tradunt Innocentius, & reliqui in locis citatis *in eo. c. ad nostram.*

106 Dum autem dicimus in appellatione in casibus interdictis, opus esse causam exprimere, non ita accipiendum est, quasi expressio causæ sit ita de appellationis substantia, vt ob id omnino vana sit, nec causam denoluat ad superiorem: sed est necessarium, vt Iudex à quo tenetur deferre appellationi, eiusque iurisdictio suspendatur, ea saltem non expressa, potest non obstante appellatione sententiam exequi. Ita docent Francus *c. cum speciali. §. vlt. num. vt. de appell. & c. Romana. §. si autem, in fin. eodem tit. in* 6. Felinus *c. quod ad consultationem. num.* 20. *de sent. & re iudic.* & ita Glossa *eo. c. Romana. §. si autem, verb. mandetur.* & Dominic. *eo. §. fin.* & Abbas *c. consuluit. al. 1. fin. de appell.* & Decius *c. ad nostram, in noua edit. num.* 29. *eodem titulo*, cautè tamen dixêre, eiusmodi causa non expressa iniquo Iudici admittere appellationem.

107 Sed superest discutiendum, quid sentiendum sit attentis religionum priuilegiis, extant enim varia de hac re. Bonifacius VIII. statuit non licere fratribus Franciscanis à correctionibus Prælatorum eiusdem ordinis aliquatenus appellare, vt refert Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo appellare. num.* 1. & Sixtus IV. concessit Augustinianis, & Carmelitanis, vt Generalis eorum possit suum munus obire, reiecta quauis appellatione ab eius præceptis, monitionibus, ordinationibus, & mandatis, ac decretis, vt refert idem Sorbus *ibi. verbo Generalis. num.* 11. & 12. & Iulius II. prohibuit sub pœna excommunicationis fratribus, & sororibus ordinis Prædicatorum appellare à mandatis, & ordinationibus Prælatorum dicti ordinis, vt refert Sorbus *ibi. verbo appellare. num.* 3. & Paulus III. concessit Societati IESV, vt non liceat à correctione regulæ secundum ordinationes eius factæ appellare, nec posse per quemuis Iudicem appellationem admitti, vt habetur in compendio priuilegiorum Societatis IESV, *verbo appellatio. §.* 1. & *ibi. §.* 2. habetur, per priuilegium concessum Canonicis sancti Saluatoris, nullos è Societate IESV posse appellare ad quemcumque, etiam ad Pontificem, nisi de speciali eius licentia, ab institutis, ordinationibus, correctionibus, & mandatis Congregationis Generalis, aut Præpositi Generalis, aut aliorum superiorum, & appellationes, & inde sequuta fore irrita; & *eodem §.* 1. refertur, per priuilegium Cistercienſibus concessum non licere appellare in Societate IESV sub excommunicatione lata ipsi Pontifici reseruata, à reformationibus, seu correctionibus Præpositi Generalis, aut visitatorum quos ipse deputauerit, nisi à Generali Congregatione, & in casu denegatæ iustitiæ, aut pro notoria iniuria: & Sorbus *eo verb. appellare, in suis annotationibus circa §.* 1. refert Gregorium XIII. in quodam motu proprio anno 1575. *Quoniam nostro pastorali*, interdixisse sub excommunicatione Pontifici reseruata, & aliis pœnis, fratribus Franciscanis de obseruantia ad secularia Tribunalia appellare: concessisse tamen eis appellationem ad Generalem, vel Protectorem, vel Pontificem. Atque similiter refert, Congregationem Cardinalium edidisse decretum anno 1587. vt appellatio hoc ordine interponatur, à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & ab hoc ad Cardinalium Congregationem; & etiam refert hanc appellationem esse permissam à Sixto V. in motu proprio anno 1588. *Ad Romanum speculat. Pontificem.*

108 Quæ quidem priuilegia meritò, ac iure optimo religionibus concessa sunt, ac ab eis appellandi vsus exulauit, maximè ad externos Prælatos, vt ad Nuncium, & Pontificem, vt optimè inter cæteros docuit Sotus *lib.* 5. *de iust. q. 6. art. 3. calum. penult. vers. at vero sententiæ*, quem sequuntur Cordub. *qq. practic. c.* 23. *num.* 6. *vers. §.* Aragon 2. 2. *q.* 69. *art.* 3. *col. antepenult.* & ibi Salon *dub.* 2. Sayr. *clauis regia. lib.* 12. *c.* 17. *num.* 41. & 42. Manuel *de ordine iudiciali. c.* 15. *num. vlt. & qq. regular. tom.* 1. *q.* 29. *art.* 5. Valent. 2. *disput.* 5. *q.* 13. *punctio* 3. *fin.* & Bañez *eo. art.* 3. *fin.* Et ratio est ob bonum, & tranquillitatem, ac honorem religionum, quæ in simplici quadam obedientia consistunt nec modicum hæc detrimentum patiuntur, quando religiosorum causæ extra priuatos parietes tractantur, à Iudicesque externos deferuntur; nec creditu facile erit, vt omnes superiores religiosi ita iniqui sint, vt grauamen aliqui illatum non auferant, & si aliquando, quod rarissimè continget, id accideret, damno huic priuato præponderat pax, ac commune totius religionis bonum, quod religiosi proprio priuato anteponere debent, sicut quilibet ciuis, etsi ad vitam adeò perfectam ac religiosi non teneatur, debet priuatum suum bonum communi Reipublicæ postponere.

109 Sed difficultas est, qualiter intelligantur hæc priuilegia, ac religionum constitutiones, nimirum an interdicant omnino religiosis appellationem: aliqui enim id videntur significare. Dicunt enim religiosos per professionem hoc appellandi iure in sui fauorem introducto cessisse, quod ad ferendas constitutiones religionis se obligarint, quibus appellatio prohibetur. Quamuis enim ius naturale vnicuique appellationem, qui se tueretur, concedat,

concedat, cùm tamen eam non præcipiat, sed solùm permittat, possunt religiosi huic iuri renuntiare; sicut & iure matrimonij, & proprij habendi iure naturali permissa, non tamen præcepta, per professionem à se abdicarunt, nec hoc Pontificum authoritati aduersatur denegata facultate ad ipsos appellandi: nam ipsi quoque tranquillitati religionum prospicientes, iuri huic cessérunt, approbantes religionum constitutiones, illisque priuilegia concedentes appellationem hanc interdicentia. Ita docent Bañez, & Salon num. præcedenti allegati, Petrus de Ledesma 2. *sum. summa tract.* 8. *c.* 14. *immediate ante* 8. *conclusionem, fol.* 778. Sed hoc non exhaurit difficultatem; quamuis enim fatendum sit, religiosos quodammodo cessisse huiciuri, nimirum quatenus prædictæ religionis constitutiones, & priuilegia ius appellandi religiosis auferunt: at superest explicandum, qualiter ius hoc per illa ablatum sit, nimirum an in vniuersum, an potius in aliquo peculiari casu; & ideo Sotus, & Valentia num. præcedenti allegati concessêre ad Pontificem posse appellari, & Aragon, Sayro, Manuel vtroque loco relati eodem num. præcedenti in solis causis leuibus denegant hanc appellationem, eam permittentes in causis grauibus, & omnes prædicti DD. solam appellationem ad Prælatos externos videntur reprobare: neque enim religionum decus, ac tranquillitas tantum detrimenti patitur causis ad eiusdem religionis superiores delatis. Immo, vt retulimus num. 107. fin. appellatio hæc ad superiores eiusdem ordinis religiosis permissa est, ac ipsis non auferentibus grauamen, ad superiores externos. Quare non intelligo quod ait Sylues. *verb. appellatio. §.* 7. *num.* 9. vbi postquam dixit, integrum esse religiosis appellare, si in correctione modus excedatur; id limitauit dicens, non appellandum ad Prælatos intra ordinem, sed extra, quando constitutiones à Pontifice approbatæ appellationem interdicunt. Hoc, inquam, non intelligo, quia multo maius damnum religioni sequitur causis ipsius extra religionem deductis; quare constitutiones hoc potiùs interdixêre, vt ex DD. allegatis constat.

110 Quare dicendum est, ea priuilegia & constitutiones denegantia religiosis appellationem, intelligenda esse eo modo quo ius commune eam denegans, intelligendum esse diximus num. 102. nempe, quando Prælati religionum corrigentes, aut punientes religiosum non excedunt limites religiosæ disciplinæ, tunc enim minimè grauant: secus quando grauant, eos limites prætergrediendo. Ratio est, quia eodem tenore, eadémque verborum forma, eadémque vitandæ religionum perturbationis ratione, ius commune, & constitutiones priuilegiaque appellationem hanc interdixerunt. Nil ergo mirum si eodem modo intelligenda esse dicamus. Atque ita docent Nauar. commentar. 3. *de regularib. num.* 51. *ad* 1. & *lib.* 2. *consilior. tit. de appellat. in vtraque edit. cons.* 4. *n.* 5. Azor *lib.* 11. *inst. mor. cap.* 11. *q.* 8. Manuel *qq. regul. tom.* 1. *q.* 29. *art.* 1. Sayr. *clauis regia lib.* 12. *c.* 17. *num.* 38. Sed contra hoc fortiter obstare videtur, quod priuilegia in dubio aliquid vltra ius commune operari debeant. *c. Abbas, de verb. significat.* Sed facilè posset responderi, id quidem regulare esse, aliquando tamen nihil nouum continere: sed maioris expressionis gratiâ concedi, vt probauimus *lib.* 2. *de matrim. disput.* 37. *num. vlt. ad vltimum.* Quamuis autem solutio hæc planè satisfacere videatur; at exiſtimo aliquid amplius continere priuilegia hæc, & constitutiones: nam attento iure communi, non solùm conceditur appellatio quando grauamen est certum; sed etiam quando est dubium: & solum denegatur quando apertè constat nullum esse grauamen, vt constat ex *cap. cum speciali. §. porro. de appellat.* & ibi tradunt DD. ex Sylvestro *verb. appellatio. q.* 12. *num.* 15. At priuilegia religionum, ipsarum que constitutiones à Pontifice approbatæ, dum religiosis appellare interdicunt, hoc amplius continere credo, nempe vt ipsis appellare non permittatur, nec ea appellatio suspendat ius, quando excessus Prælatorum manifestus non fuerit: hoc enim pax, simplicitas, & obedientia religiosorum postulat; quæ bona dicta priuilegia, & constitutiones spectant. Quando autem non est locus appellationi, potest ille religiosus causâ querelæ ad superiorem accedere; vt bene docet Nauar. *lib.* 2. *consilior. in* 1. *edit. tit. de sentent. & re iudic. cons.* 2. *n.* 8. *in* 2. *tit. de appell. cons.* 5. *n.* 8. Manuel *de ordin. iudic. c.* 13. *num.* 4. & *qq. regular. tom.* 1. *q.* 29. *art.* 1. Sayr. *lib.* 12. *clauis regia. cap.* 17. *num.* 38. *fine.* At hæc querela non suspendit iurisdictionem Prælati inferioris donec inhibeatur.

Demum superest tractandum de facultate recusandi 111
Prælatos regulares. Eos enim non posse recusari tradunt Gloss. *fin. c. ad nostram, de appellat.* & ibi Hostiens. *num.* 9. per *c. cum speciali, in fin. eod. tit.* vbi cùm duo statuisset ille textus, nempe qualiter Iudex recusari, & ab eo appellari posset, subiunxit hæc. *Cæterùm hæ duæ constitutiones præmissæ volumus ad regulares extendi contra suas speciales observantias.* Vbi Innocent. *num. penult.* Ioan. Andr. *fin.* Abbas *fin.* Præpositus *fin.* Alex. de Neuo *fin.* dicunt per illud pronomen (*hæ*) relationem fieri ad proximas constitutiones, nempe de appellatione, & recusatione. Idem constat ex *c. super eo. el 2. eod. tit.* ibi. *Vbi appellationis remedium tollitur, sicut appellationi sic recusationem non est aliqualiter deferendum.* Cùm ergo constitutiones religionis, & priuilegia denegent religiosis appellationem; denegabunt subinde recusationem. At dicendum est, in hoc æquipari recusationem, & appellationem, vt neutra absque causa liceat; & constitutio illa edita *d. c. cum speciali*, non extenditur ad regulares, quatenus extensio impediret eorum correctionem iuxta regularia instituta. Quare quando superior valde suspectus crederetur, excellisque ob passionem, posset recusari; sicut in hoc casu potest ab eo appellari, vt diximus num. præcedenti. Et ita docent Hostiensis *eo. c. cum speciali. num. vlt. verb. extendi.* & ibi Ioan. Andre. *n.* 18. Antonius *fin.* Bellamer. *num.* 14. Abbas *ibi §. porro. num.* 3. Alexand. de Neuo *eod. §. num.* 8. Præpositus *in fin.* Francus *num.* 4. Hoc autem temperant Hostiensis, Ioan. Andre. Anton. Bellamer. Franc. *eodem*, quando processus Prælati esset extra iudicium; nam quando iudicialiter procederet, licetet semper ipsum recusare, eodem modo quo secularibus id licet: sicut idem sentiunt de appellatione, vt retulimus num. 104. At sicut ibi limitationem hanc in appellatione reprobauimus, dicentes idem sentiendum esse de vtroque processu, similiter reprobamus in recusatione, dicentes omnino idem vtrouis modo procedat Prælatus; & ita docent Abb. Alex. de Neuo, & Præpositus *ibidem.* At sicut num. præcedenti fin. diximus appellationem non concedi religiosis, nisi quando manifestus est Prælati excessus: ita nec recusatio concedenda est, nisi quando manifesta est causa suspicionis Prælati, cùm textus *d. c. super eo.* æquiparet recusationem, & appellationem, & vtraque tranquillitati religionis æquè aduersetur.

CAPVT IX.

De religiosis à religione eiectis, ad quid obligentur, & quæ potestas sit Prælatis regularibus in illos.

SVMMARIVM.

Quotuplex quæstio disputanda sit. n. 1.
An professi possint expelli à religione? refertur quædam sententia. n. 2.
Explicatur sententia auctoris. n. 3.
Quando religiosi dicuntur incorrigibiles. n.
An soli incorrigibiles possint expelli? n. 5.
An monachi etiam possint expelli à monasterio? n. 6.
An religio expellere professum absque iusta causa peccet contra iustitiam? n. 7.

An professus hic possit compellere monasterium, vt ipsum admittat.. & alat., expensisq; ad lites necessarias contribuat, & an requiratur ad id possessio monachatus cap. 8.

An monachum alens possit petere à monasterio alimenta? numero 9.

An monachus possit agere in iudicio ad id: n. 10.

1 PRIVS disputandum est de eiectis ab aliis religionibus, dempta Societate 1 5 5 v, & de iure expellendi eis inherenti, deinde de eiectis à Societate 1 5 5 v: & ideo quadruplex est quæstio disputanda. Prior est de facultate omnium religionum expellendi suos religiosos, & de actione religiosorum ad reclamandũ contra ipsum religionem. Secunda, an religio retineat iurisdictionem aliquam in expulsos, teneatutque eos, & apostatas, fugitiuósque quærere, atque reuocare? Tertia, an religiosi professi expulsi maneant liberi à votis, & ab obseruantiis regularibus, vel an possint cogi ad redeundum ad religionem, vel ad transeundum ad aliam? Vltima quæstio est de iure quod habet Societas 1 5 5 v ad expellendos religiosos, & de actione ipsorum si iniustè expellantur, & qualiter votis obligati maneant.

2 QVÆSTIO prima. An religio ius habeat expellendi religiosos, atque sic actionem reclamandi habeant, quando absque causa legitima expelluntur? Quidam sentiunt, ob nullum crimen posse professum expelli, sed quando contumax, & incorrigibilis est, esse in monasterij carcerem includendum. Dicuntur ex *cap. impudicas, & c. si quis sacro. 27. quæst. 1.* vbi moniales impudicæ iubentur à cæterarum consortio excluſæ in monasterij ergastula includi: & fortiùs ex *c. fin. de regularib.* vbi religiosum superiores iubentur apostatas, & fugitiuos, & eiectos ad monasterium reuocare, si salua monastica disciplina id fieri possit; sin minus, eos in separata aliqua monasterij loca includere. Et ita docent Guffred. *summ. tit. de apostat. num. 11. & num. vlt.* & ibi Hostiensis *num. 4.* Abbas *c. cum ad monasterium. num. 13. fin. de statu monachor.* Cardin. *Clem. 1. §. quia vero. num. 5. quæst. 1. eod. tit.* Imol. *c. cum in Ecclesiis. num. 8. de maiorit. & obedien.* & ibi Ioan. And. *num. 9.* Ioannes Lupus *de libert. ecclesiast. parte 2. q. fin. num. vlt.* habetur *tomo 15. tractatuum parte 1.* Graffis *1. part. decisionum. lib. 3. c. 5. num. 145.* Angelus *verbo Abbas. num. 18.* vnde cùm textus *ex cap. cum ad monasterium*, decidat, monachum proprietarium eiiciendum esse, ait Abbas *ibi. num. 13. fin.* eam decisionem correctam esse per *cap. fin. de regular.* quod posterius est, vbi decidit, inclusionem in carcerem imponendam esse monacho ob delicta expellendo, ne vagandi occasio detur.

3 Cæterùm tanquam certissimum tenendum est, integrum esse religioni monachos contumaces, & corrigi renuentes expellere; quis id supponit textus *c. fin. de regularib.* dum decidit, eiectos quærendos esse à superioribus, & *c. cum ad monasterium, de statu monach.* decernitur, monachum proprietarium expellendum; nec est verum id corrigi per *c. fin. de regularib.* quia hic textus explicabitur num. 8. & *c. fin. de statu monachor.* iubentur Visitatores expellere rebelles, ne ouis morbida sanas inficiat; & regula D. Augustini *cap. 20.* & D. Benedicti *cap. 28.* expressè tradunt, incorrigibiles posse à religione eiici; & praxis religionum id obseruat, extantque multa Pontificum priuilegia id concedentia, quæ refert Corduba *in regul. D. Francisci. cap. 2. q. 21. punctio 1.* & multa alia eruditissimè affert P. Petrus Ribadeneira *in libro institut. Societatis 1 5 5 v cap. 13.* ad id comprobandum. Et ratio ipsa id suadet, quia resecandæ sunt carnes putridæ, ne sanas cæterum pant, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne cæteras inficiat, vt docet D. Hieronymus *in Epist. ad Cel. de R. 5.* & refertur *c. resecanda. 24. q. 3.* Præstat enim bonum commune priuato; nec commodè possunt omnes tales religiosi in carcerem coniici, idque minus graue religionum onus esset. Nec obstat textus *c. impudicas, & c. si quis sacro. 27. q. 1.* tum quia est desumptus è Concilio prouinciali Tiburiensi. *c. 6.* quod vim decreti vniuersalis non habet: tum etiam, quia non decidit nunquam posse religiosum eiici, sed ob id speciale luxuriæ crimen iubet moniales in monasteria, & ergastula recludi, vt seceletis sui pœnitentiam agant. Nec obstat etiam *c. fin. de regular.* quia non loquitur de eiectis in perpetuum, vt dicemus à n. 8. Et ideo hanc sententiam tenent D. Thom. *quodlibet. 12. art. vlt.* D. Bonauentura *in regul. D. Francisci. quæst. 14.* Anton. *c. cum olim, el 2. num. 36. de priuileg.* Cardin. *ibi. n. 4. vers. quid si est expulsus.* Alexand. de Neuo *c. sicut. el 1. num. 22. de iureiur.* D. Antonin. *3. part. tit. 16. cap. 4. fin.* Humbert. *in regul. D. Augustini. c. 99.* Turrecrem. *in regul. D. Benedict. tract. 88.* Sylvest. *verb. religio. 6. quæst. vlt.* & *verb. Abbas. quæst. 3. num. 6. vers. 2.* Armill. *verb. religio. num. vlt.* Nauarr. *comment. 2. num. 35. vers. 2. de regular. & lib. 3. consilior. tit. de regular. in 1. edit. cons. 50. num. 1. in 2. cons. 77. num. 1.* Anton. Cucus *lib. 3. institut. maior. tit. 1. num. 130.* & *num. 139.* Cordub. *ex quæst. 21. punct. 1.* Passarellus *in priuileg. Minimorum. c. 16.* Molin. *tom. 1. de iust. disput. 1. col. ante pen. §. de eiectio.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 16. q. 1.* Leonard. *lib. 2. de iust. c. 41. dub. 14. num. 106.* Manuel *qq. regul. tom. 1. quæst. 30. art. 13.* Capuccinus *in priuileg. Mendicantium, verbo eiicere, in suis annotationib. in princip.*

4 Quod si petas quis ne incorrigibilis dicendus. Respondeo, tripliciter dici aliquem incorrigibilem, atque de eius emenda iure optimo desperari. Primò, quando in criminibus perpetratis perseuerat. Ita docent Anton. *cap. cum non ab homine. num. 22. de iudiciis*, & ibi Abbas *num. 30.* Maiol. *lib. 5. de irregularit. c. 26. num. 4.* Sayro *de censur. lib. 5. cap. 21. num. 37.* Graffis *1. part. decisionum. lib. 1. c. 24. num. 19.* & idem dicit Abbas *ibi*, etiamsi committat alia delicta dissimilia, id est, non æquè grauia. At vertius est, exigi vt delicta sint similia, id est, æquè grauia, aut grauiora, per *cap. vt fama*, ibi. *Ad similia, vel peiora facilè labetur.* Et ita docent Barbatius *in additionibus ad praedictum locum Abbatis, verb. alia delicta*, Maiolus, Graffis, & Sayro proximè allegati. Secundo, quando ter monitus non desistit; Anton. Abbas. Maiolus. Sayro, Graffis *ibidem.* Tertiò, si assignatum pœnitentiæ locum deserat fugiendo: Abbas, Maiolus, Sayro *ibidem*: & hoc pacto intelligendus est Antonius, dum ait non esse incorrigibilem qui pœnitentiam non implet, quando solùm non implet minimè arrepta fuga, vt bene explicat Abbas *ibidem.*

5 Quamuis autem D. Thomas, D. Bonauentura, Cardinalis, Sylvester, Armilla, Antonius Cucus num. 3. allegati, solos incorrigibiles expelli posse tradant; at bene Azor *tom. 1. institut. moral. lib. 12. c. 16. quæst. 3.* ait, ideo esse verum standò in iure communi. At iure peculiari, & instituto religionum à Sede Apostolica approbato ob multa alia potest professus expelli, quod ius etiam decernit apud quos expellendi potestas sit.

Quæri autem potest, vtrùm ea quæ dicta sunt, procedant etiam in monialibus, ita vt illæ expelli possint propter incorrigibilitatem, quãdo monialis adeò incorrigibilis esset, vt in nullo monasterio eius reformatio, & correctio sperareturⁿ? Ratio dubitandi est, quia praxis hucusque non recepit monialem expelli tanquam incorrigibilem, nec Doctorem inueni id dicentem; neque ex aliqua historia constat aliquam eiectam esse. Et ideo dico in rigore posse eiici, quia omnes rationes adductæ n. 3. ad probandum licitam esse regularium eiectionem, eandem vim habent in monialibus, nec strictiùs hæ religionis votis obligantur, quàm illi: nec præceptum clausuræ ipsas ligat, nisi quamdiu in monasteriis detinentur, sicut nec delato habitus quoscunque religiosos, nisi eo tempore. Nec Doctorem asserentem licitam esse regularis incorrigibilis dimissionem inueni, qui discrimen in hoc constituat. At quamuis attento rigore hoc ita sit, nullatenus auderem consulere Prælato alicui, vt id inconsulto Romano Pontifice, aut eius Nuncio efficeret, quod sit res noua, & inusitata, & ideo non modicum scandalum

afferret, & grauem ansam multis monialibus quæ in monasteriis sunt, & facilè mutantur, vt se incorrigibiles fingerent, vt monasterium desererent. Quare potiùs bono communi consulendum est, & illa monialis incorrigibilis includenda in monasterij carcere, ne alius offendiculo sit, quàm eiicienda cum tanto scandalo, & periculo communis boni aliarum.

7 Si tamen religio aliquem professum dimittat absque causa iusta, peccat contra iustitiam. Et ratio est aperta, quia professio est contractus reciprocus, quo religiosus se obligat religioni ad perseuerandum in illa; & e contrà religio sese obligat ad illum retinendum, & tractandum tanquam filium, dum ille iustam expulsionis causam non præbuerit, vt fatentur omnes. Ergo dimissio absque causa erit contra iustitiam; & in hoc nulla est difficultas.

8 Hinc deducitur, professum iniustè expulsum posse compellere monasterium, vt ipsum admittat, & ab eo alimenta percipiat, quia iniustè eo iure spoliatus est. Quod bene docent Surdus *de alimen. tit. 6. quæst. 35. n. 6.* Molin. *tom. 1. de iust. disput. 140. colum. ante pen. §. quando religiosus.* Quod intelligendum est, ita vt iniustè eiectus possit petere alimenta futura, non tamen præterita, nisi mutuò illa accepisset, vel quibus illa paratet, vt rectè, aliis allegatis, tradit Nauarr. *comment. 2. de regular. num. 65. versic. Addo septimò.* Et ratio est, quia pecunias quibus se aluit, tenebatur dare monasterio, & ad ipsum monasterium pertinebant. Quare in rigore loquendo aluit se sumptibus monasterij. Confirmat hoc Ananias *cap. ex parte. num. 3. de accusation.* dicens huiusmodi monachum posse agere ad alimenta futura, non tamen ad præterita, si opera sua, vel alicuius donatione se aluit: secus si pecunia mutuò accepta; sicut de filio se alente distinguit Bart. *l. liberis. la 2. §. 1. num. 3. ff. de alimen. & cibar. legat.* Idem quod Ananias tradunt Felinus *c. cùm dilectã. num. 16. fulient. 3. de rescript. & d. cap. ex part. in fine. vers. Item nota.* Afflictus *decis. 19. num. 4.* & Surd. *de alimen. tit. 5. quæstione 3. num. 48.* Vnde vlteriùs fit, vt si monachus quasi iniustè expulsus conueniat monasterium, debeat ab illo accipere alimenta, cùm sit in possessione monachatus, & percipiẽdi alimenta à monasterio, vt in Collegiali expulso à Collegio tradit Bolognettus *repet. authentic. habita. numero 546. C. ut filius pro parte*, & citatis Bartolo, Alberico, & Rebuffo, tradit Surdus *de alimen. tit. 1. quæst. 129. num. 4.* & in propriis terminis monachi litigantis de iniusta expulsione, tradunt allegato Matthæo, Imola *Clement. 1. num. 37. de statu monachorum*, & ibi Cardinal. §. *quia verò. num. 7. quæst. 4.* Lara *l. si quis à liberis. §. si vel parens. num. 59. ff. de liber. agnoscen.* Boëtius, Alciatus, Afflictus, quos refert, & sequitur Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæstione 35. num. 21.* Velasc. *consil. 7. num. 3. tom. 1.* Surdus *de alimen. tit. 1. quæst. 128. num. 10.* & *ibi. num. 11.* dicit cum Bartolo *tract. de alimen. num. 43.* quod tenetur etiam monasterium ad alimenta, interim dum disputatur an sit monachus. Quod limitant aliqui ad casum in quo ille esset in propria possessione monachatus. Sic Lancellotus *de attent. parte 2. cap. 4. limitat. 11. num. 30.* Sed verius est, sufficere aliquam monachatus præsumptionem. Sic Surdus *de alimen. tit. 1. quæstione 121. num. 2.* citans Simonem de Prætis *de interpret. vlt. volun. lib. 5. dub. 2. num. 12.* & 13. Boëtium *decis. 324. num. 4.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 35. num. 21.* Ioseph. Ludouic. *decis. 46. num. 4.* Similiter tenetur monasterium expensas ad lites necessarias ei contribuere, vt bene docet Velasc. *ibidem.*

9 Ex quo etiam fit, vt si monachum hunc alens animo donandi cauerit, possit à monasterio alimenta repetere, quia cùm monasterium teneatur eum monachum alere, & admittere, qui ipsum aluit dicitur vtiliter monasterij negotium fecisse. Sic docet Surdus *de alimen. tit. 6. quæst. 19. fin.* allegãtque Rebuffum, cuius locum non inueni.

Quod si quæras, qualiter monachus hic possit agere, cùm nomine proprio actionem habere nequeat, vtpote qui caret proprio, nec agat etiam nomine monasterij, quippe non de monasterio, sed de proprio spolio agit. Respondent bene Cardinalis, & Imola nuper citati numero 8. monachum hunc officio Iudicis potiùs restitui, quàm iure actionis. Quia, vt probant rationes dictæ, ius agendi monachus non habet. Sed qualiter hoc verum sit dicetur infrà cap. 12. vbi explicabitur an monachus habeat legitimam personam comparendi in iudicio. 10

SVMMARIVM.

Explicatur caput finale de regularib. qualiter monasterium teneatur quærere hos fugitiuos, & eiectos, & eis inclusis in alio monasterio quis teneatur alimenta præstare, à numero 11. vsque ad 14.

Quando monachus ratione suæ reformationis datur optio transeundi ad aliud monasterium, à quo debeant alimenta. numero 15.

Quid si hi fugitiui, aut eiecti redire nolint? num. 16.

An ille textus intelligatur de solis eiectis iniustè? num. 17.

An consuetudine abrogatus sit, & an alio iure quærendi sint eiecti iniustè, & apostatæ, & fugitiui? num. 18.

An, esto non sit abrogatus ille textus, obstet quando reuocatio eiectorum afferret aliis scandalum, & periculum? num. 19.

An monasterium reuocans eiectos teneatur præstare alimentorum expensas ab illo factas? num. 20.

Quid de expensis factis fugitiuorum, & apostatarum, vel an ipse religiosus teneatur eas soluere? num. 21.

Quid si apostata ille caperetur ab aliquo in monasterium reuocandus, aut ipse sponte propria redeat, vel si fugisset ex iusta causa, an teneatur monasterium ei ad alimenta? numero 22.

Quid si monasterium successit postea in hæreditatem nominis illius monachi, vel tempore fugæ, aliqua licitè acquisiuit? remissiuè num. 27. post inuenies alia summaria. numero 23.

QVÆSTIO secunda. An religio teneatur expulsos, ac apostatas, fugitiuósque quærere, ac reuocare, eisque alimenta tempore fugæ impertiri? Difficultas huius quæstionis pendet ex intellectu textus *capitis finalis de regularibus*, vbi quatuor statuuntur. Primum est, vt præsidentes Capitulis, seu Abbates, seu Priores, quærant annuatim suos religiosos professos fugitiuos, aut eiectos. Quare ea obligatio non solis Abbatibus, aut aliis, qui Capitulis generalibus præsident, imponitur, sed etiam immediatis conuentuum Prælatis: atque ita tenebuntur hi iuxta hunc textum quærere, & reuocare professos fugitiuos, & eiectos, quia textus de omnibus his loquitur. Atque ita docent Hostiensis *ex cap. final. initio*, & ibi Cardinalis *num. 2. quæst. 6.* Abbas *num. 3.* Archidiac. *cap. Abbates. num. 4. 18. quæstione 2.* & ibi Bellamer. *num. 2.* Rosella *verb. Abbas. num. 2.* Sylvester *verb. apostasia. quæstione 6. num. 10.* Azor *lib. 12. instit. moral. cap. 1. num. 17. quæst. 2. ad finem.* Manuel *qq. regularib. c. 1. q. 30. art. 5.* 11

Secundum, quod in eo textu statuitur, est, vt per censuram ecclesiasticam compellantur Prælati admittere eos fugitiuos, & eiectos, quando salua ordinis disciplina admitti possunt. Glossa *ibi, verbo salua*, explicat, imposita eis pœnitentia quam regula illius ordinis ei delicto imponi iubet. Sed manifestè nouum aliud intendit, vt ex ipsomet contextu apparet; atque ita sensus est, vt hi fugitiui, & eiecti admittantur ad religionem, 12

quando ea admisso non esset contraria regulæ illius ordinis: si enim regula præscriberet has ad religionem non admittendos esse, vt regula D. Benedicti *cap.* 29. id præcipit de his qui post fugam ter recepti, fugiunt iterum, textus non habet eos admitti, sed in locis competentibus ad agendam pœnitentiam constitui. Et ita explicant Hostiensis *eo cap. final. num.* 6. 7. & 8. Antonius *ibi. num.* 9. Cardinalis *num.* 1. *notab.* 3. Ioannes Andre. *num.* 4. Anchar. *num.* 5. Henricus *in fine.* Archidiac. *cap. Abbates. numero* 6. 18. *quæstione* 2. & ibi Bellamera *num.* 4. D. Antoninus 3. *part. tit.* 16. *cap.* 5. Antonius *in principio.* Sylvester *verbo apostasia. quæstione* 5. & 7. *num.* 10. & ibi Armilla *num.* 14. Azor *lib.* 12. *instit. moral. c.* 17. *quæst.* 2.

13 Tertium est, vt si salus ordinis disciplina, fugitiui, vel eiecti recipi nequeant, prouideant dicti Prælati, vt apud eadem monasteria in locis competentibus, si absque graui scandalo id fieri poterit, alioquin in alijs eiusdem ordinis religiosis domibus ad agendam ibi pœnitentiam, talibus vitæ necessaria ministrentur; nomine autem competentium locorum intelliguntur ergastula monasterij, in quibus religiosi ita separati ab alijs vitam transigant sui delicti pœnam luentes. Sic docent Hostiensis *ibi. num.* 9. Ioannes Andre. *num.* 4. Antonius *num.* 10. Ancharanus *num.* 6. Abbas *numero* 1. *notab.* 4. Cardinalis *num.* 1. *quæstione* 8. Henricus *num.* 7. Archidiac. *dicto cap. Abbates. num.* 3. & ibi Bellamer. *num.* 1. *fine.* D. Antoninus 3. *part. tit.* 16. *cap.* 5. §. 2. Sylvester *verb. apostas. quæstione* 7. *num.* 10. Azor *lib.* 12. *instit. moral. cap.* 17. *quæstione* 2. Vel intelligi potest, ne admittantur, vt viuant instar aliorum monachorum, sed vt cæteris monachis seruiant, vt docent Innocentius *ibi. num.* 2. *vic.* Antonius *num.* 10. D. Antoninus, & Sylvester proximè citati. Dum autem dicit textus, *quando absque graui scandalo id fieri poterit*, nomine huius scandali intelligitur, quando ex ea admissione cæteri religiosi ita offendentur, vt potius se exituros, quàm cum talibus eiectis commoraturos dicerent. Ita tradunt Hostiensis *eo cap. fin. num.* 9. Ioannes Andre. *num.* 4. Antonius *num.* 10. Cardinalis *num.* 1. *notab.* 4. Anchar. *num.* 6. D. Antonin. & Azor proximè allegati. Vel in hoc standum est prudentis arbitrio, vt docent Sylvester *verb. apostasia. q.* 7. *n.* 10. & ibi Armilla *n.* 14. Manuel *quæst. regular. tomo* 1. *q.* 30. *art.* 5. *fine.*

14 Circa id autem quod iubet textus, vt his fugitiuis, & eiectis apud alia monasteria eiusdem ordinis constitutis necessaria vitæ subministrentur, dubitatur cuius expensis subministrari debeant, nimirum an expensis prioris monasterij, à quo fugerunt, eiectiue sunt, an potiùs posterioris, in cuius ergastulo includuntur. Quidam censent hunc expensis prioris monasterij alendum, quod nulla sit ratio ob quam posterius monasterium, cui non seruit, grauetur ad eum alendum. Ita docet Glossa *eo cap. fin. al. in fin.* alij docent alendum à posteriori monasterio; & hanc sententiam videtur ibi sequi Innocentius *num. unico* cum duplicem sententiam referens, hanc in vltimo loco ponit. Sed melius alij sic distinguunt; si religiosus hic bona sua contulerat monasterio, & quidem alimentis sufficientia, ex illis ali debet, vt *cap. delinquit. 16. quæst.* 6. & dicam latius infrà lib. sequent. cap. 25. num. 26. Si autem non contulit, aut sufficientia non sunt, alendus est impensis prioris monasterij, quod si id non habuerit vnde eum alat, ministrabit alimenta posterius monasterium. Ita docent Hostiens. *eo cap. final. num. vltimo.* & ibi Ioann. Andre. *fin.* Anton. *num.* 14. Cardinal. *num.* 2. *quæst.* 10. Abbas *in fin.* Anchar. *num.* 9. Henric. *num.* 7. D. Antonin. 3. *part. tit.* 16. *cap.* 5. §. 3. Sylvest. *verbo apostasia. quæst. vltim.* Azor *l.* 12. *institutiones. c. quæst.* 3. Tapia *authent. ingressi. verbo sua cap.* 6. *num.* 37. 38. & 39. *C. de sacrosanct. Eccles.* Quod si vtrumque monasterium habuit bona huius, quodlibet modi-

cum contribuere tenetur, vt bene docet Anan. *eo cap. final. num.* 8. Manuel *quæst. regular. 1. quæst.* 23. *art.* 2. ait; si professus est in monasterio bonorum capaci, ad quod hæreditas huius peruenit, tenetur eum alere, si autem nulla est hæreditas, tenetur monasterium vbi commisit delictum, & in hoc casu vera est opinio Abbatis. At in religione Minorum, cùm neque in cõmuni, nec in particulari fratres aliquid habeant, vtis receptum est vt monasterium in quod mittitur, eum alat. Quod si neutrum monasterium ad alimenta sufficiat, discrepant hi Doctores. Abbas enim, & Archid. *cap. si quis rapuerit. num.* 2. 27. *quæst.* 1. & ibi Bellamer. *ad fin.* dicunt, teneri Episcopum contribuere, cuius est omnibus indigentibus prouidere. *cap.* 2. *dist.* 82. Alij dicunt teneri tunc Capitulum generale prospicere. Sic Hostiens. Ioan. Andr. Anton. Card. Ancharan. Henric. D. Anton. Sylu. Tapia, Azor *ubidem.* Quod si nec Capitulum generale posset, dicunt omnes isti, præter Sylvestrum, & Azor, qui de hoc non meminere, teneri Episcopum. Sed existimo nullam esse specialem obligationem Episcopi subministrandi hæc alimenta, sed solam generalem, qua tenetur alijs pauperibus, quod nulla sit ratio specialis huius obligationis, eo vel maximè quod religiosis ignominiosum non sit mendicare. Dum autem dicunt hi Doctores, quando vtrumque non est sufficiens, teneri Capitulum generale, intelligendum est quando nec partem contribuere vtrumque potest; si enim id possit, vtrumque suam partem contribuet, & ita sustinent Cardin. & Azor proximè allegati. Intelligo autem danda alimenta à posteriori monasterio, quando hic religiosus non esset priori vtilis. Si enim illi esset adeò vtilis, vt æqualiteret alimentis, cessaret prædicta ratio, atque ita non deberentur alimenta, iuxta dicenda num. sequenti.

Hinc deducitur, si monasterium, eo quod eius disci- 15
plina collapsa fuerit, ad pristinam regulæ obseruantiam reuocetur, data optione monachis in eo remanendi, aut ad aliud commigrandi, ipsis ad aliud recedentibus deberi alimenta à priori monasterio, quia non est cur posterius grauetur ad ea subministranda. Atque ita docent Anton. D. Anton. Sylvest. Azor num. præcedenti allegati, Tabien. *verbo religio. quæst.* 27. *num.* 28. *fine.* Quod temperandum, vt bene temperant Sylu. Tabien. & Azor *ubidem*, quando hi religiosi sunt posteriori monasterio inutiles. Si enim ei vtiles sint, ipsa ratio suadet vt ab eo alantur.

Vltimum quod statuitur *eo cap. final. de regularib.* est, 16
vt si noluerint hi eiecti, aut fugitiui redire, excommunicentur à Prælatis, illique faciant ab Episcopo eos publicè excommunicatos denuntiari, donec obediant.

Sed circa decisionem huius textus dubitatur primò 1
de quibus eiectis illa intelligatur. Quidam sentiunt intelligi de eiectis iniustè, vel defectu potestatis diuinitentis, vel defectu causæ, vel defectu ordinis iuridici seruati: secus autem de iustè eiectis per sententiam diffinitiuam rectè, & ritè latam. Sic docet Nauarr. *comment. 2. de regula. num.* 36. & *lib.* 3. *consil. tit. de regul.* 1. *edit. cons.* 51. *fine. in* 2. *consil.* 78. *fin.* Manuel *quæst. regular. tom.* 1. *quæst.* 30. *art.* 71. Azor *l.* 17. *instit. cap.* 16. *quæst.* 2. *fin.* & *cap.* 7. *quæst.* 2. Sed hanc expositionem dicit esse periculosam additio *ad. cons.* 77. *Nauarr. in* 2. *edit. l.* 3. *tit. de regular.* tum quia id caput finale absolutè loquitur de eiectis, qui potiùs tales dicuntur quando iustè eiecti sunt; tum etiam quia loquitur de eiectis, qui secundùm ordinem regularem non possunt amplius recipi, qui nequeunt esse iniustè eiecti; illos enim tenetur religio admittere, & ideo non placet ea prior expositio.

Sed placet quod dicunt alij, quos tacito nomine re- 18
ferti, nec improbat, & sic videtur sequi Azor *tom.* 1. *instit. moral. l.* 12. *cap.* 17. *quæst.* 2. nempe, totum id decretum cùm sit iuris humani, consuetudine abrogatum fuisse;

neque

neque enim religionum Præfecti religiosos eiectos quotannis perquirant, neque reducunt, neque repetunt. Quare ex vi illius decreti non tenentur Prælati quærere, nec reuocate eiectos, nec fugitiuos; sed seruanda sunt quoad hoc statuta religionum, & ius naturale, quod solos iniustè eiectos restitui dictat, & sic quærendi sunt, vt ad pristinum statum restituantur. Si verò apostatæ, & fugitiui sint, tenebitur eodem iure diuino naturali Prælatus religionis, si commodè possit, eos quærere, vt corrigat, & puniat iuxta regulæ, & constitutionum præscriptum, vtpote qui verè sui subditi sint; vt vel sic spirituali eorum saluti prospiciat, & si delictum non fuerit expulsione dignum, admittat correctos in religionem.

19 Et esto id decretum *capitis finalis* esset in viridi obseruantia, & ita obligaret, an intelligendum esset, quando reuocatio hæc eiectorum non afferret aliis scandalum, & periculum, possẽtque commodè detineri, & corrigi? Nam desperata eorum correctione, imminentique prædicto periculo præferendum est commune religionis bonum. Atque ita docent D. Antoni. 3. *part. tit.* 16. *cap.* 5. §. 1. *fin.* Sylvest. *verb. apost. num.* 10. *q.* 6. *fin.* Armil. *verbo religio. num.* 16. Corduba *in regul. D. Francisci. cap.* 2. *quæst.* 21. *punct.* 2. Graffis 1. *part. decis. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 151. Manuel *quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 30. *art.* 5.

20 Posterior difficultas est, an monasterium reuocans eiectos, aut fugitiuos, & apostatas, teneatur soluere ea, quæ religiosus illo tempore, quo fuit extra religionem, in propriis alimentis consumpsit, vt si mutuò accepit nummos ad alimenta, vel caupo, aut quidam alij bona fine existimantes eum non fugere, subministrarunt? Et quidem eiectis iniustè probauimus n. 6. teneri monasterium ad alimenta ministranda. De eiectis autem iustè, clarum est non teneri monasterium, cùm eos à se præciderit, & eieceric iustè, ac proinde obligatione eos alendi se liberauerit ob eorum culpam, in pœnamque delicti eorum. Et ita tenet Paulus *cons.* 76. *num.* 1. *vol.* 1. Surd. *de alimentis. t.* 7. *q.* 35. *n.* 1.

21 Tota difficultas est de fugitiuis, & apostatis. Videtur enim monasterium teneri ad id, quod vtiliter eius negotium gestum sit alendo eius religiosum, ne fame periret, monasteriúmque factum sit ditius, cùm in ipsius alimentis tantundem intra monasterium esset consumpturum, prout tenebatur; nec æquum est, vt qui bona fide illa subministrauit, iacturam illorum absque culpa sua faciat. Tandem, quia si monachus sic fugitiuus plurima acquireret, ea essent monasterij; cùm ergo Monasterium sentiat commodum, sentire debet etiam damnum. *regul. qui sentit. de regulis iuris in* 6. At existimo ad nihil teneri monasterium. Ducor, quod monasterium non tenetur eos alere, quandiu in fuga sunt, vt docent Henric. *cap. finali. num.* 6. *de regular.* & Surd. *de alimentis. t.* 8. *priuileg.* 97. *num.* 6. *t.* 9. *quæst.* 27. *num.* 22. *fin.* docentes monasterium teneri ad expensas per monachum in studio factas. Limitatur, si de superioris licentia in studio erat, quasi oppositum sentientes, quando erat fugitiuus. Et ratio est, quia ideo tenetur monasterium ad monachi alimenta, quod monachus ipsi ministret, acquiratque, vt testantur Paul. *cons.* 76. *nu.* 1. *vol.* 1. & idem Surd. *de alment. t.* 6. *quæst.* 35. *num.* 1. At apostatæ, & fugitiui sua culpa non seruiunt: ergo monasterium liberatur obligatione ipsos alendi, quandiu in fuga sunt. Cùm ergo monasterium non teneretur hos alere, eius negotium non gestum est eos alendo, nec exinde factum est ditius. Deinde, quia ex contractu, vel delicto monachi non tenetur monasterium, nisi quatenus inde factum est ditius, in eiúsque vtilitatem contractus ille redundauit, vt dicemus infrà lib. sequenti. Cùm ergo in hoc casu neutrum concurrat, non tenebitur monasterium, nec bona fides contrahentis cum illo monacho, sufficiens est ad illius obligationem in monasterium transferendam. Præterea, quia ea alimenta subministrare fuit potiùs in monasterij detrimentum, illis enim non ministratis religiosus ille necessariis sibi deficientibus, vexatione dante intellectum, ad saniorem mentem rediret, & ad pristinam religionem se reciperet. Item, quia pater non tenetur alere filium sua culpa à patris consortio recedentem, vt optimè Pinel. *cap.* 1. *part.* 1. *num.* 54. *C. de bon. mater.* Emmanuel Suarez *in communibus opin. verbo filius. num.* 185. Ascani. *Clem. tit. de patria potest. effect.* 17. *num.* 42. Surdus *de alment. t.* 7. *quæst.* 7. *num.* 1. & 2. nec vxor culpa sua à viro diuertens expensas interim factas repetere potest, vt tenet Gloss. *cap. significasti. verbo matrim. de diuortio.* Ioannes Lupus *rubr. de donat. inter virum & vxorem.* §. 6. 4. *n.* 6. & 10. Surd. *eo quæst.* 7. *num.* 2. Tenebitur autem religiosus hic ea alimenta subministrantibus restituere, si aliquando restituendo fuerit, eo modo quo dicemus in tractatu de voto paupertatis teneri eum restituere quæcumque alia debita, à quorum obligatione eximitur monasterium. Tandem, quia non obstat religiosum hunc acquirere monasterio, vt vel sic tanquam sentiens commodum sentire debeat & damnum, quia id deficit in illis qui ita alterius potestati subiecti sunt, vt rei acquisitæ dominium non comparent; vt seruus quicquid acquirit, acquirit domino, qui tamen non tenetur damna per seruum illata in ipsius vtilitatem non conuersa refarcire.

Dum autem dicimus monasterium non teneri ad ali- 22
menta apostatæ, vel fugitiui, intelligendum est, quandiu ille in fuga fuerit: nam si ab aliquo caperetur in monasterium reuocandus, ex tunc tenebitur monasterium ad alimenta, & expensas, quia ex tunc vtiliter eius negotium geritur, fitque id quod monasterium efficere tenebatur, vt contingit in seruo fugitiuo, cuius alimenta repetit, qui captum reuocat ad dominum. Similiter si ipse pœnitentia ductus redeat; necessarias reditus expensas tenetur monasterium soluere, quia ad eum reuocandum tenebatur. Denique potiori iure tenetur monasterium ad alimenta, & expensas monachi fugitiui lici è fugientis, & ex causa iusta, vt se præsentet superiori, quia, vt diximus num. 8. monasterium tenetur dare monacho expensas necessarias ad litem, & monacho accusanti Abbatem debentur alimenta, vt constat ex *cap. ex parte. de accusationibus.*

Quid autem si monasterii successit postea in pater- 23
nam hæreditatem nomine illius monachi, vel tempore fugæ aliqua ille licitè acquisiuit laborando, dicemus in tractatu de voto paupertatis.

SVMMARIVM.

An professi expulsi eximantur omnino à religionis iurisdictione, nec possint ad eam reuocari, nec ipsi tenentur redire? refertur quædam sententia. n. 24.

Tenentur ij mores corrigere, & quandiu non corrigunt, nec petunt iterum admitti, sunt in malo statu. n. 25.

An quando correcti non admittuntur, liberentur à voto obedientiæ, & paupertatis? refertur quædam sententia. n. 26.

An neutrius voti obligatione eximantur? n. 27.

An teneantur esse sub obedientia Episcopi, & cuius Episcopi, & an summi Pontificis? refertur quædam sententia. n. 28.

Explicatur sententia authoris. n. 29.

Expulsi à religione possunt cogi ad illam redire. n. 30.

Non tenentur in alius obedire Prælatis religionis, quandiu extra religionem sunt. n. 31.

An possint hi religionem cogere, vt ipsos iam conuictos admittat? n. 32.

An si iterum admittantur, indigeant noua professione, & sint restituendi ad pristinum locum? n. 33.

An quando in pristinam religionem non admittuntur, teneantur ad aliam transire? & quid de religioso, cuius omnino destructa est religio? n. 34.

An professi eicti possint ad aliam religionem æqualem, vel laxiorem transire? refertur quædam sententia. n. 35.

Refertur sententia authoris. n.36.
An is transitum licitus sit inuitis prioris religionis superioribus? n.37.
An ante, vel post professionem in posteriori monasterio possit à priori reuocari? n.38.
Quomodo fratres Minores sic eiecti possint ad aliam religionem transire, & an valeat professio aliter transeuntium? num.39.
An eiecti possint compelli à superiori eiicienti, vel à summo Pontifice, vt ad aliam religionem transeant? refertur duplex sententia. n.40. & 41.
Explicatur sententia authoris, & an possint cogi ad aliam pœnitentiam subeundam? n.42.
An possit superior professum ex conuentione expellere, vt ad aliam religionem transeat, & quid de ligatis solis votis, aut tuuitiorum votis in Societate IESV, etsi non ingrediantur, vel non perseuerent, an teneantur ad Societatem regredi? n.43.
An teneatur Societas eos admittere? n.44.
An professi eiecti possint habere proprium, aut consumptum aliquem rei, vel diuitias accumulare, vel indigeant ad id licentia Episcopi? n.45.
An possint testari, & remissiue eis acquirant, & an sint capaces beneficij secularis, & sint capaces succedendi, si à religione incapaci eiiciantur? n.46.
An sint illicita, & superflua expendant, teneantur accipientes restituere? n.47.
An peccent tunc contra votum paupertatis? n.48.
An possint donationes non malas, & eleemosynas, quas voluerint, facere? n.49.
An possint mendicare? n.50.
An teneantur ad observantias regulares? num.51. refertur quædam sententia.
Explicatur sententia authoris, & an teneantur ad horas canonicas? remissiue. n.52.
An teneantur ad ieunia, & alia sub peccato mortali contenta in regula? n.53.
Quid si peteret illum eiectum admittendum, si corrigatur, an interim teneatur ad regulam? n.54.
An teneantur deferre habitum religionis? n.55.
An teneantur ad alia voti in religione, iuxta eius institutum emissa, vt in fratribus Minimis ad votum quadragesimalis vitæ? n.56.
An iniustè eiecti, vel iustè tantùm, secundùm allegata, & probata teneantur ad regulas? n.57.
Quid de damnatis pœna triremium? n.58.
An eiecti ibi possint ad ordines promoueri? n.59.
Inuenies postea alia summaria, quæ desiderantur.

24 QVÆSTIO tertia. An religiosi professi expulsi maneant à votis, & obseruantiis religiosis liberi, nec ad redeundum ad religionem, aut ad transeundum ad aliam possint cogi? Quidam sentiunt iustè in perpetuum eiectos, de his enim est sermo, eximi omnino à superiorum religionis iurisdictione, ac proinde, nec teneri redire ad religionem, nec posse ad id per superiores cogi. Ducuntur, quia per talem iustum repulsum religiosus ille desinat esse membrum illius ordinis, ac proinde ab eius iurisdictione eximatur; sicut seruus eiectus à domino efficitur sui iuris, desinitque sub domini potestate esse. Secundò, quia res iudicata seruanda est, *l. res iudicata. ff. de regulis iuris.* & iniustum videtur vt per sententiam in perpetuum eiectus reuocetur inuitus ad suam religionem; quamuis enim culpa sua eiectus sit, cùm repulsu illo præterita illa culpa punita sit, non ampliùs punienda est, cogendo eum redire. Tandem id probat Nauarrus statim allegandus, quia huic parti fauere videtur Gloss. *cap. fin. de regularib.* in casus expositione; quia cùm de fugitiuis, & eiectis loquatur, quantum ad eos requirendos, at de solis fugitiuis loquitur, quoad eos ad reditum compellendos; & Abbas *ibi num. 2. metab. vltim.* dicit posse Prælatum excommunicare monachum fugitiuum redire nolentem, nil de eiecto exprimens, & D. Antoninus *3. p. tit. 16. cap. 1. statim in princip.* vbi cùm tractet de fugitiuis, & eiectis, at quoad effectum compellendi ad redeundum, de solis fugitiuis loquitur. Sed hi Doctores parum, aut nihil fauent huic sententiæ; sed illam tenent Nauarrus *comment. 2. num. 36. de regularib.* & *lib. 3. consil. tit. de regularib. in 1. edit. cons. 18. num. 2. fin.* & *cons. 64. num. 1.* & *in fin. num. 2. cons. 80. num. 1.* & *in fin.* & *cons. 79. num. 1. vers. 2. adde.* Sayro *thesaur. casuum. 1. lib. 6. cap. 9. nu. 16.* Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 30. art. 20.* Azor *tomo 1. lib. 12. instit. moral. cap. 17. quæst. 1.* & meliùs *cap. 16. quæst. 6.* & id tanquam probabile defendit Sorbus *in priuileg. Mendicantium. verb. eiicere in suis annotat. in princip.* & fauent Tolet. *lib. 4. summe. cap. 18. num. 1.* Manuel *tomo 2. summ. cap. 95. num. 11.* Emmanuel Sà *summ. verbo religio. num. 40.* vbi absolutè dicunt, hos eiectos eximi ab obedientiæ voto.

Sed dicendum est, eiectos hos tanquam incorrigibiles teneri mores corrigere, habilésque se reddere vt iterum admittantur, & ita correctos se denuo offerre religioni: quare possunt cogi redire, quia donec se corrigant, per ipsos stat, quominus votum perseuerandi in religione expleant, quod probatur omnibus rationibus, quas num. 30. afferemus, quæ fortius hanc partem probant, & ibi soluentur contrariæ. Ita docent Sotus *lib. 7. de iustit. quæst. 2. art. 5. in solut. ad 3. sub fin.* Graffis *1. p. decis. lib. 3. cap. 5. num. 147.* Angles *florib. 2. part. tract. de voto. quæst. vnic. art. 2. difficult. 8.* Thomas Zerol. *praxi Episcop. 2. part. verbo regul. vers. test. 65.* Cordub. *in regul. D. Francisci. cap. 2. quæst. 21. punct. 3.* Aragon *2. 2. quæst. 88. art. 3. fol. 997. §. hucusque diximus.* Contad. *in suis responsis. 1. part. quæst. 285.* Philiarc. *de officio sacerdotal. tit. 1. part. 2. lib. 2. cap. 21. fin.* Sayr. *clau. reg. lib. 10. cap. 9. n. 25.* & *num. 27.* & à fortiori hoc docent authores quos num. 30. allegabimus, vt ex sententia ipsorum ibi referenda constabit. Non placet tamen quod addit Graffis, nempe, teneri hos adire Romanum Pontificem, vt cogat superiores ad admissionem: tum quia est difficillimum, & difficillimè obtinebunt: tum quia non datur sufficiens fundamentum illis ad hanc obligationem.

Sed difficultas est, quando hi eiecti post debitam sui eiectionem petunt ad religionem admiti, & adhuc expelluntur. Sotus, Angles, Corradus, Graffis *num. 148.* Aragon num. præcedenti allegat. Sayr. *eodem. cap. 9. num. 27.* & 28. Monald. *cons. 69. num. 5.* tradunt absolutè hos liberari voto obedientiæ, & paupertatis, tutóque manere in seculo; atque huius exemptionis obedientiæ voto rationem reddunt, eo quod Prælatus eos reiecerit; exemptionis autem à paupertatis voto, eo quod conuentus eos non alat; atque indistinctè eiectos eximi à voto paupertatis, sicut & obedientiæ, tradunt Tolet. Emmanuel Sà, Sayr. Manuel, Rodriguez allegati num. 24. fin. immo addunt Angles ibi, & Azor *lib. 12. institution. moral. cap. 16. quæst. 6.* & Sayr. *eo. cap. 9. num. 26. fin.* desinere tunc hos esse religiosos illius ordinis.

Cæterùm intelligo hos authores, præter Angles, tantùm velle obligationem eorum votorum non omninò esse eandem in seculo, eo quod non habeant superiorem, cui subiciantur, sed eos à sua obedientia reiecerit: & cùm victus quoque à monasterio eis denegetur, nec habeant superiorem, à quo petere debeant licentiam acquirendi necessaria ad victum, non paupertatis omnimodæ obligatio erit, sed solo aliquo modo illa astricti manebunt, prout status eorum patitur, vt num. 31. declarabimus, quippe rationes, quibus innituntur, hoc tantùm probant, nec superior religionis potuit eiectos hos liberare votorum, & monasticæ professionis iugo, quia Prælati non possunt facere de monacho non monachum; immo de Pontifice id multi negant. Et quamuis verius sit, id posse Papam, nunquam tamen id facit nisi ex aliqua vrgentissima causa ob commune totius Regni bonum. At de essentia monachatus sunt tria illa vota. *cap. cum ad monasterium, de statu monacher.* & confirmatur quia omnes fatentur eos non obligari à voto castitatis. At eadem est ratio de aliis, cùm enim omnia æquè sint solemnia, ac religioni essentialia, perpetuitate gaudent, nec potest eorum obligatio cessare per superiorum repulsum, sed suspendi, in quantum status eiectorum non patitur eam obedientiam, & paupertatem seruari; præterea quia monachus factus Episcopus non liberatur tribus votis substantialibus, vt probauimus suprà; ergo multo minus eiectus: tandem, quia aliàs ex suo delicto commodum reportaret, nempe exemptionem à votis, contra ea, quæ traduntur *cap. 1. de postulat. Prælator.* & *cap. Sedes Apostolica. de rescriptis.* & ideo hos non eximi à votorum eorum, & monasticæ professionis obligatione, sed manere veros eiusdem ordinis religiosos, vtrisque ligatos, tenent Nauarr. *comment. 2. de reg. num. 34. 35. 36.* & *comm. 3. num. 46.* quamuis dicat hos transire in obedientiam Episcopi, de quo dicemus num. sequenti. Cordub. *in reg. D. Francisci. c. 2. quæst. 21. punct. 3.* Azor *tom. 1. lib. 12. instit. moral. cap. 16. quæst. 4.* & *quæst. 7. fin.* & *quæst. 11.* & *cap. 17. quæst. 2.* Suarez *5. tom. in 3. part. disputat. 21. sect. 1. num. 20.* Ribadeneira *in lib. de instit. Societ. IESV. cap. 14. §. asiquemo.* Vazquez *1. 2. quæst. 96. art. 4. disput. 165. num. 87.* Leonardus *l. 2. de iustitia. cap. 41. dub. 15. num. 112.* Petr. de Ledesm. *2. 2. summ. tract. 10. cap. vltim. dub. 2. in col. ad 4. fol. 1212.* Mol. *tom. 1. de iust. disput. 340. col. antepenult. §. quando vero.* & *col. penult. paulo ante §. quoad votum.* & *2. tom. disp. 276. column. antepenult. §. quoad cæteros.* Manuel *quæst. regul. tom. 1. q. 30. art. 19.* Et ita Sayro *eodem cap. 9. n. 18.* se explicat, postquam enim dixerat eiectos hos eximi à voto obedientiæ, & paupertatis, subdit teneri eos vtrumque votum meliori modo, quo possint, adimplere.

28 At dicit Nauarrus vtroque loco, quem num. præcedenti allegauimus teneri hos eiectos ex vi voti obedientiæ in professione emissi, esse sub Episcopi obedientia, & potestate, ac proinde teneri se illi inuitare, vt eorum obligationem sciens curam eorum habeat. Idem repetit *lib. 3. consilior. 1. de regular. in 1. edit. consil. 50. num. 3. cons. 51. num. 2. in 2. cons. 77. num. 3.* & *cons. 78. num. 2.* & *consil. 79. num. 1.* Idem tenet Thomas Zerola *in praxi Episcopali. part. 2. verb. regulares. vers. 1.* idémque tanquam probabile amplectitur Sorbus *in priuileg. Mendicantium. verb. eiicere. in suis annot. in fine.* Quod si quæras, cui Episcopo debeant esse subiecti, an originis, an domicilij, in quo situm erat monasterium, an loci, in quem habitatui se conferunt; respondet Nauar. *eo comment. 2. de regular. n. 34.* eos subiici Episcopo originis, quod illud immutabile sit. *l. assumptio. ff. ad municip.* cùm cæteri domicilia deperdi valeant. Subdit tamen, posse Episcopum originis aditum concedere eis licentiam transeundi ad aliam diœcesim, vt eius Episcopo subsint, & absque hac licentia id integrum eis non esse. Damnatos autem triremibus ait subiici Episcopo, cui triremes subsunt; at finito triremium tempore, aut ab illis redemptos teneri redire ad domicilium originis, vt Episcopo eius subsint, vel alteri de eius licentia. Tandem hæc limitat, nisi eiecti illi exulerent à diœcesi originali. Cùm enim in illa nequirent esse, ait soli Pontifici, quandiu exulant, eos subiici. Et fortè ait hos suis conscientiis satisfacturos, si tam longè à Romana vrbe eligerent Episcopum, cui obedirent. Id enim est iuxta tacitam Pontificis mentem.

29 Cæterùm omnino tenendum est, hos minimè teneri ex vi voti in professione emissi, Episcopo alicui obedire, sed tantùm instar aliorum eleri eorum Episcopo subiici, in cuius diœcesi habitauerint. Ratio est, quod ad nullam aliam obedientiam ex voto teneantur, præterquam ad eam quam promiserunt; at non promiserunt obedire extra religionem Episcopo. Item, quia ipsemet Nauarr. fatetur (vt dicemus num. 32.) hos eiectos non teneri ad aliam religionem transire, eo quod illam non vouerint. Cùm ergo nec vouerint Episcopo obedire, non tenebuntur ex vi voti eius obedientiæ subesse. Tandem, quia id est contra totius Ecclesiæ praxim, & nunquam more seruatur, vt hi Episcopo subsint. Et ideo hoc tenet Mol. dicens contrarium esse omnino impossibile, *tit. 1. de iust. disput. 140. colum. antepenult.* & Manuel *quæst. regul. tom. 1. quæst. 30. art. 19.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. c. 16. quæst. 11.* Leonard. *l. 2. de iust. cap. 41. dub. 15. num. 114.* vbi addit hoc maximè locum habere in iis religiosis, qui erant ab Episcopi iurisdictione exempti: nam in non exemptis ait esse valde probabilem contrariam sententiam, quia ex vi voti suberant Episcopo. At subdit, nec in hoc casu teneri se Episcopo offerre, vt ipse eos dirigat, ab eóque in omnibus dependeant, sicut nec tenentur cæteris religionis Prælatis se ad id offerre; quia hunc viuendi modum non vouerunt, sed tantùm in religione constitutos obedire: immo nec manent sub obedientia Pontificis, quatenus est Prælatus regularis, sed solùm quatenus est Pontifex; quia militat eadem ratio, cùm non vouerint obedientiam Pontifici, vt Prælato religionis, nisi quandiu religio eos pateretur, & essent in illa. Neque est simile de monacho facto Episcopo, quia hic non est à religione expulsus, sed priuilegio Pontificio exemptus ab aliorum religionis Prælatorum obedientia, non autem ab obedientia Pontificis, vt est Prælatus regularis, vt diximus c. 6. n. 5.

30 Ex his deducitur primò contra Doctores num. 24. allegatos, quantumcumque per sententiam diffinitiuam expulsos à religione, teneri quandocumque superiores voluerint eos admittere, ad religionem redire, posèque eos ad id cogi. Probatur ex *cap. total. de regular.* vbi statuitur, hos eiectos debere censuris ecclesiasticis cogi redire ad religionem; quod decretum num. 17. probauimus intelligi de iustè per sententiam diffinitiuam eiectis. Quod si dicas rorum id decretum non esse vsu receptum, vt diximus num. 18. id non obstat, quia Pontifex in ea parte non videtur statuere nouum ius quantum ad potestatem hos eiectos compellendi ad reditum, & ipsorum obligationem ad redeundum, sed ex supposita obligat Prælatos ad diligentiam hanc eos quærendi, & compellendi adhibendam; quippe si eiecti hi vinculo suæ professionis non tenerentur, astringi non possent ad reditum, cùm capessere religionis institorum, a quo quispiam liber est, debeat esse voluntarium. Secundò, quia professi eiecti non liberantur votorum obligatione, & veri eiusdem ordinis religiosi manent, vt probauimus numero 27. Ergo sunt in malo statu, quandiu per ipsos steterit, eo quod mores non corrigunt, quominus admittantur, teneantque id procurare, nedum à superioribus coacti redire. Tertiò, quia ob eorum delicta non debent commodum liberatis consequi, & fieri potioris conditionis, quam alij religiosi. Nec obstant rationes contrariæ adductæ num. 24. Non prima, quia seruus potest liberè manumiti à Domino, & ideo expulsus ab illo consequitur omnino libertatem; at professus religionis nequit absolui à professione monastica, & à suorum votorum obligatione. Nec obstat etiam secunda ratio, quia non est indicatum absolui monachum illum à iugo monasticæ professionis, & ab obligatione redeundi, si redire iubeatur, & correctus admittatur. Nec iniustum est ad hoc cogi, quin potiùs est iustissimum, nec ex culpa sua liber euadat. Nec id est delicti prioris pœna, sed consequitur obligationem professionis, quam spontè emisit, à qua non est absolutus. Et ita docent D. Bonauent. *in regul. D. Francisci. cap. 14. ad fin.* Humbertus *in reg. D. August. cap. 99.* Sylueft. *verbo apostasia. quæst. 6. num. 10.* & *verbo religio. 6. quæst. 12. num. 12.* Passerelus *in priuileg. Minimorum cap. 16.* additio *ad Nauar. lib. 1. cons. in 1. edit. tit. de regular. cons. 77. fin.* referens generale Dominicanorum Capitulum Parisiis habitum hanc sententiam amplexum fuisse. Cord. *in reg. D. Francisci. cap. 2. quæst. 21.*

quæst.21.punct.1. Svar.*5.n.in 4.p.disp.27 sect.5.n.20.* Vazq. *1.2.quæst.96.art.4.cap.105.cap.8.nu.87.* Leonardus *lib.2. de inst. disput.141.dub.15.num.111.* Id etiam apertè videtur docere Molina *tom.1. de iustitia.disput.140.col.penult. paulo ante §.quod votum.* & Manuel *quæst.regular.tom.1. quæst.10. art.19.* vbi de horum eiectorum obligatione tractantes dicunt satis eis esse, si conentur taliter viuere, vt digni sint, qui iterum admittantur, paratique sint in eadem religione Prælato obedire, si sublatis impedimentis iterum recipiantur. Idem apertè supponunt Angelus *verbo religiosus. num.* 41. Tabiena *verbo religio. quæst.21.num.26.* vbi Armil.*num.15.* vbi dicunt tunc integrum esse eiectis ad aliam religionem transire, quando desperata est admissio in aliquod pristinæ religionis monasterium, vbi clarè supponunt, quotiescunque religio voluerit ipsos admittere, eos non excusari ab hac obligatione. Quare bene D.Bonauentura, Humbertus, Passarellus, & Corduba *ibidem* dicunt, religioni integrum esse hos religiosos reuocare, quandiu in alia professi non sunt. Et Federicus *consil.134.* ait, vt monachi eiecti possint plenè à claustro absolui, exigi, vt ad aliud monasterium, aut ad curam animarum transferantur.

31 Non tamen dum extra religionem sunt tenebuntur obedire Prælatis religionis aliquid aliud præter reditum ad religionem præcipientibus, quia eo ipso quod eos eiecerunt, constituêre eos extra ipsorum potestatem, & curam, ac subinde obedientiam, & hoc est quod Doctores num.16. allegati intelligunt, dum dicunt hos liberos esse à voto obedientiæ, quia tantùm promisêre obedientiam, dum sub cura, & potestate superiorum manerent. Et hanc partem apertè tenet Azor *lib.12. institut. moral. cap.16. quæst.11. immediatè ante versicul. hinc etiam soluuntur.* vbi ait, hos eiectos teneri eo esse animo vt superiorum iussis obtemperent quandocunque in eorum cura, & potestate erunt constituti; & Leonard. *lib.1. de iust. cap.41.fin.* vbi ait cessare ex parte executionem voti obedientiæ ob defectum materiæ, nempe, quia hi carent superiore à quo dirigantur, vt Molina *tom.1. de iustitia. disp.140. col.penult. paulo ante §. quod ad votum.* & Manuel *quæst. regular. tom.1. quæst.* 30. *art.19.* vbi dicunt satis esse his eiectis, si parati sint ad obediendum Prælato intra religionem, si in eam iterum admittantur; & clariùs idem Molin. *tom.1.de iustit. disput.176. col.antepenult.§.quod ad exteros.* vbi ait hos eiectos carere superiore cui pareant, & cuius ductum, aut voluntatem sequi teneantur.

32 Secundò deducitur, quid in ea quæstione dicendum sit, an eiecti hi possint quoque cogere religionem, vt eos iam plenè correctos admittat; quippe id ex eo probari videtur, quod cùm religio ius habeat hos reuocandi, videntur etiam ipsi iure cogendæ religionis potiri post sufficientem correctionem, ne dispar vtriusque contrahentis conditio existat. Idque affirmant Nauarr. *lib.3.consil.tit.de regular.in 1.edit.cons.51.fin. in 2.consil.18. fin.* Cordub. *in regul. D.Francisci. cap.2. quæst.71.punct.2.* Molin.*tom.1.de iustit.disp.140.col.penult.§.quod ad votum.* Tapia *in tract.ingressi. verb. sua. cap.6.num.43.* Leonard. *lib.2. de iustit.cap.41. dub.15.num.111.vers.sic.verum tamen puto.* Limitat Cordub.nisi aliud obstet, vtpote si sit probabile scandalum ex tali admissione, vel si redeant morbo aliquo contagioso infecti, vel aliàs inhabiles ad ordinis officia; vel tandem, si ad aliorum terrorem valde conducat, hos iterum non admittere. Similiter limitat Leonardus, nisi religio iustas non admittendi causas haberet. Quæ sententia verissima esset, si seruanda esset decisio textus *capitis final. de regularib.* qui hos iterù admitti iubet, quando religionis regula non repugnat, eaque repugnante iubet, vt in ergastula monasterij includantur, vt retulimus n.111. verùm cùm ea decisio aut de solis iniustè eiectis intelligenda sit, iuxta Doctores quos retulimus num.17. aut vsu abolita sit, vt diximus num.18. dicendum est, religionem nequaquam ad hoc teneri, quia iusta sententia sunt in perpetuum ex parte religionis eiecti, qua tuta conscientia potest iuuari religio; nec mirum si dispar sit eiectorum, & religionis conditio: hæc enim disparitas meritò, & iure optimo inducitur propter eiectorum delictum, sicut in matrimonio carnali eadem disparitas reperitur inter coniugem innocentem, & adulterum; innocenti enim integrum est post diuortij sententiam adulterum ad reconciliationem cogere, quod ius adultero quantùuis emendato denegatur. Et ideo hanc partem tenent Manuel *q.regul.tom.1.q.10.a.20.fin.* Azor *lib.12.inst.moral.c.17.q.2.*

Tertiò deducitur, immeritò Nauarr. *lib.3.consil.tit.de* 33
regularib.in 1.edit.cons.64.fin.in 2.cons.80.fin. dixisse, fortè eiectos per iustam sententiam diffinitiuam à religione non posse ad illam redire absque noua professione, etiam de consensu superiorum, saltem ad eum gradum, & locum, in quo ante eiectionem erant, quamuis subiiciat, se nec hoc approbare, nec reprobare. At dicendum est, nullatenus noua professione indigere, quia à priori non sunt absoluti, sed eius obligatio ad tempus, quo hi extra religionem manent, est quoad aliqua suspensa, nec sunt omnino à regularum obligatione absoluti, sed solùm quandiu iterum in religionē non admittuntur. Et ideo hanc partem tuetur Manuel *quæst. reg.tom.1.quæst.30.art.28.* & eandem tenentur sequi omnes Doctores, quos num.27. retulimus, dicentes hos à professione priori non absolui; & consonat hoc iis, quæ diximus cap. 6.n. 31. vbi probauimus, monachū Episcopum redeuntem ad suam religionem non indigere noua professione. Subdit tamen Manuel *eo artic.28. fin.* eos iterum ad religionem receptos minimè restituēdos esse ad eum locum, & gradū, in quibus ante repulsum erant, quia denuò se subiiciunt potestati eius, à quo per repulsum liberi erant. At hæc ratio non probat intentum, quia ea obligatio non extincta erat, sed tantùm suspensa, donec ad religionem redirent, manente firma priori professione. Ergo prioris antiquitas, & gradus seruanda sunt; & ita credo, nisi ob præterita delicta, his per superiores priuentur.

Quartò deducitur, immeritò aliquos Doctores di- 34
cere, hos religiosos eiectos, quando admissio in suam pristinam religionem post debitam correctionem desperatur, teneri ad aliam religionem transire. Ducuntur autem, quia eo ipso quod in hac professi sunt, religioni in genere sese generatim astrinxêre: cùm ergo in hac iam nequeant esse, tenebuntur aliam ingredi, non enim eorum conditio per repulsum dicitur esse melior. Et ita docent D.Bonauent. *in reg. D.Francisci.quæst.14.ad finem.* Cordub.*in eandem reg.cap.2.quæst.21.punct.*3.D.Antonin. *3.part.tit.1.cap.4.fin.* Passarel. *super priuilegia Minim.cap. 16. & cap. 39. fin.* & id supponunt D.Antonin. *eo.tit.26. cap.5 §. 3.fin.* Angelus *verbo religioso. num.* 41. Sylvest. *verbo religio.6.quæst.*11. Armil. *verb.religio. num.*15. & ibi Tabiena *q.15.n.26.* vbi dicunt, hos eiectos, quando in suam religionem non admittuntur, nec inuenisse aliam, posse in seculo viuere. Et idē clarè sentit Federic. *cons.* 38. vbi rogatus de quodam eiecto non inuenienti religionem volentem illum admittere, ait Episcopum debere curare, vt in aliquam recipiatur, & si non inueniat, debere ipsum Episcopum admittere eum ad professionem in genere, & ei deputare habitum regularem, ita vt seruet vota: & tanquam probabile tenet Sorbus *in priuileg. Mendicantium, verbo eiicere. in suis annotationibus in fin.* & idem tenet Altisiodor. *lib.3.sua summe. tract.21. quæst.penult.* de religioso, cuius omnino destructa est religio, idque probat, quod religiosus sic dominium sui transtulerit in Deum. At omnino tenendum est contrarium, quia professus minimè vouet religionem in genere, sed hanc; ergo vel ad hanc, vel ad nullam tenetur. Addo, etiamsi generatim in ea professione censeretur religio promissa, at etiam manens in seculo religiosus est, & tribus vocis obstrictus, quamuis iusta sententia

damna

damnatus, viuat extra claustrum. Et ita clarè tenent hanc partem Sotus *lib.7. de iust.quæst.2.art.1.in solutione ad 3.sub finem.* Philiarcus *de offic. sacerdotali. tom.1.part.2. lib.3. cap.71. fin.* dum dicunt hos eiectos, dum correcti adhuc repelluntur, tutos manere in seculo: & in propriis terminis docent Nauarr. *comm.2. de regular.nu.36.* Azor *lib.12.institut.moral.cap.16.quæst.7.& quæst.15.& cap. 17.quæst.2.* Molin. *tom.1.de iustitia.1.disp.140. colum.penult. paulo ante §.quod ad votum.* Leonard. *lib.2. de iustitia.cap. 41.dubio 15.num.111.* Manuel *quæst.regul.tom.1.quæst.50. art.10.* Atque idem dicendum est contra Altisiodorensem de religioso cuius omnino destructa est religio, non enim tenetur ad aliam; neque obstat eius ratio, quia non transtulit dominium sui quoad omnem regulam, sed quoad illam solùm, quam professus est.

35 Sed duplex est circa hoc difficultas. Prima, an hic professus eiectus possit propria authoritate ad aliam religionem, siue æqualem, siue laxiorem transire? Quidam negant licitum esse hunc transitum absque speciali Romani Pontificis dispensatione. Ducuntur, quia Gregorius XIII. in Bulla concessa Societati IESV, incipienti; *Cum alias felicis recordationis*, indulsit Generali Societatis IESV, vt ex ipsius licentia possit professus ab illa eiectus transire ad aliam religionem, prohibuitque eius indulti communicationem omnibus aliis religionibus sua priuilegia cum prædicta Societate copiosè participantibus. Ergo supponit esse necessariam licentiam, nec posse superiores religionis eam concedere, sed solum Papam. Item, quia professus quantumuis eiectus perseuerat religiosus illius ordinis, & illi subiectus, & tenetur reuocatus redire, vt probauimus num.30. Sic tenent Cordub. *in regul. D.Francisci cap.2.quæst.21.punct.*1. Suarez *tom.5.in 1.part. disp.12. sect.5.num.20.* Alij verò censent cum licentia sui Prælati posse hunc transire ad æqualem, seu laxiorem, quando nulla subest spes, vt in proprium admittatur. Sic docent Angelus *verb. religioso.num.42.* & Tabien.*verbo religio.quæst.25.*

36 Cæterùm existimo posse hunc ad aliam religionem, siue æqualem, siue laxiorem absque vlla prorsus licentia transire. Hoc tenent D. Antonin.*3.part.tit.16.cap.4. fin.* dicens se vidisse consilia peritorum hoc tenentium. Armill. *verb.religio.num.*15. Nauarr. *lib.3. consil.tit. de regul.in 1.edit.consil.51.num.2.in 2.consil.78.nu.2.* Passarel. *super priuileg. Minimor. cap.39.fin.* Emmanuel Sà *summ. verbo religio. num.* 40. Manuel Rodrig. *quæst. reg. tom.1. quæst.10.art.71.* & sequitur tanquam probabile Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo eiicere. in suis annotationibus in fine.* idemque supponit idem Manuel 2. *tom.summ.cap.6.num.11.* vbi dicit valere professionem in alia religione, quando eiectus tanquam incorrigibilis taceat professionem in priori. Quæ sententia intelligenda est, quando professus ille in perpetuum eiectus est, ita vt quamuis correctus, nulla subsit spes, vt admittatur. Nam quando correctus admittetur, cùm teneatur ad priorem religionem redire, & se corrigere vt admittatur, manifestum est, eum non posse ad aliam religionem transire absque legitima licentia: & ita bene tempetamit Armil. *eo.n.*15. Ducor, quod hic exemptus est ab obedientia, & obseruantiis illius religionis, & potest liberè in seculo manere; ergo à fortiori poterit ad aliam religionem transire. Secundò, quia lata diuortij sententia, si coniux innocens monitus nolit adulterum sibi reconciliare, potest adulter statum mutare profitendo in aliqua religione, vt probauimus *lib. 10.de matrim. disp.10.num.16.* Item, quia prior religio non habet ius omnino in professum exgressum, vt ipsum quasi ligatum habeat, ne possit sibi consulere statum alium religiosum eligendo, si ad reconciliationem minimè admittatur; sed solùm habet ius reconciliandi quandiu statum non mutauit. Nec obstant rationes contrariæ, quia ad primam respondeo, priuilegium Societatis IESV, quod aliis religionibus non communicatur, in eo consistere, vt possit solus Generalis Societatis eam indulgere licentiam quibuscumque professis ab ipsa eiectis, cùm tamen non quicumque professi eiecti possint propria authoritate ad aliam religionē transire, nec solus Generalis aliarum religionum possit eam licentiam concedere; sed solùm poterū transire, quando sufficienter correcti non admittuntur in religionem pristinam, aut de licentia Generalis, aut Prouincialis, cum consensu conuentus, vt probauimus hoc lib.6.c.7. n.66. & 69. Nec obstat etiam posterior ratio, quia constabit eius solutio ex dicendis num.sequenti.

Immo & iniuris prioris religionis superioribus re- 37
nuentibus admissionem post debitam huius eiecti correctionem, potest hic ad aliam religionem transire, sicut de coniuge adultero, dum innocens reconciliationi resistit, probauimus *lib.10. de matrim.disp.10.num.16.* quod ea voluntas refragans ingressi, huiusmodi, nec volens admittere, sit irrationabilis.

Hinc deducitur; etsi possit hic religiosus eiectus 38
ante professionem in posteriori religione, & tempore nouitiatus reuocari à priori, & quod verus prioris religiosus sit, & quoad reuocationem hāc subiectus Prælatis prioris illius religionis: at post professionem non poterit, quia res tam non est integra, & desinit esse religiosus prioris, & posteriori obligatur per professionem illam validam, sicut de coniuge adultero, qui post diuortij sententiam renuente innocente reconciliationem transit ad religionem, probauimus *eodem lib.10. de matrim.disp.10 num.16.*

Demum id obseruandum est, Innocentium IV. con- 39
cessisse fratribus Minoribus, vt eiecti ex illorum ordine possint transire ad alios ordines approbatos, præterquàm ad ordinem D.August. Templariorum, Hospitaliorum, & aliorum religiosorum armaportantium, deferendo tamen testimonium Generalis, vel Prouincialis ordinis dicti Minorum: & prohibuit ne aliter dicti religiosi absque licentia Sedis Apostolicæ admittantur. Circa quam concessionem dubitari meritò potest, an professio in alia religione fratris Minoris sit eiecti, nec deferentis suæ eiectionis testimonium, valida sit. Manuel Rodrig. *tom.1.regul.tit.quæst.30.art.21.fin.* negat valere. Ducitur, quia tanquam forma sub qua concediturlicentia eius transitus, petatur id testimonium; at deficiente forma deficit quoque valor actus. Sed melius idemmet 2.*tom.summ.c.6.n.11.* dicit valere professionem, quia Pontifex eam non iniuit, nec testimonium illud petitur tanquam necessaria forma, sed tanquam res præcepti, vt de legitima monachi constet eiectione.

Secunda difficultas est, an professi eiecti possint à sui- 40
perioti eiicienti compelli, vt ad aliam religionem transeant? Nauarrus varius in locis suis hoc defendit partem negantem, vt *commentar. 4. de regularib. num.* 71. & *lib.3. consil.tit.de regularib.in 1.edit.consil.17.fin. & consil.19.n.2. & consil.64.num.1. & in 2.consil.16.fin. & consil.77.nu.1. & consil.80.num.1.* idem tenent Leonard. *lib.2. de iustitia. cap. 41. dub. 15. num.114. fin.* addens nec Pontificem posse ad id cogere. Manuel Rodrig. *quæst.reg.tit.1.q.30. art.22.* & Vega *tom.2.summ.cap.86.casu 14.* qui duo licet in fine loquantur de religione strictiori, at in principio loquuti sunt indistinctè, & ratio qua hanc partem probant, etiā probat de quacunque religione. Et hanc partem tanquam probabilem tenet Sorbus *in compend. priuilegiorum Mendicantium, verbo eiicere. in suis annotationibus in fin.* & idem tenet loquens de strictiori religione Graffis 1.*part.decis.lib.3.cap.5.num.147.* probatque Nauarrus *eo consil.* 50. & 77. quia sicut Iudex nequit extra suæ iurisdictionis territorium aliquid iubere. *l.finali. ff. de iurisdictione omnium iudicum.* & *cap. 2. de constitutionibus in 6.* ita neque extra suæ iurisdictionis territorium valet; enim argumentum de loco ad tempus. *l.non omne. ff. de reb. credit.* Ergo cùm hic superior habeat solum iurisdictionem in hunc religiosum, dum manet ei subditus in

religione,

religione, & ab illa expulsus desinat esse ei subditus, non poterit superior præcipere vt post repulsum ingrediatur aliam religionem. Et confirmatur, quia paria sunt aliquid fieri tempore inhabili, & referri ad tempus inhabile. *l. in tempus. ff. de hæred. instit.* Secundò potest probari ex *l. fin. C. de pœnis*, ibi. *Præsis vltra tempus administrationis suæ interdicere non potest.*

41 Hi verò censent posse Prælatum ad id cogere, quia tempore, quo cogit, est religiosus ille sub eius obedientia, & per professionem ita se religioni obligauit, vt nullatenus integrum ei sit ad seculum redire. Ita docet D. Bonau. *in regul. D. Francisci. quæst. 14.* Passarellus *in priuilegia Minimorum cap. 16.* & tanquam probabile amplectitur Sorbus allegatus num. præced. & Antonius de Amatis *decis. Genuens. 46. in fin.* ait; Mendicante possunt cogere eiectum ad intrandum aliam religionem.

42 Sed prior opinio tenenda est, ita vt nullus superior ad id cogere possit. Ducor autem non fundamentis à Nauarro allatis, quia vt Iudex per sententiã diffinitiuam possit cogere, satis est vt damnandus sit ei subditus tempore, quo sententiam profert, sicque tunc intra suum territorium; & hæc concurrunt in nostro casu, alitò nullus Iudex posset damnare triremibus, vel exilio decennio, si antea contingeret suum munus finiri, & damnatus ille, dum est in triremibus, vel in exilio, esset extra suum territorium; & dum textus *l. final. C. de pœnis*, decidit, non posse Iudicem interdicere vltra suæ administrationis tempus, Glossa *ibi. verb. administrationis.* & *l. 1. verbo obtempera. C. de postulando.* & ibi Salyc. *num. 4.* dicunt hoc intelligi quando Iudex procedit per modum mandati; secus quando causa cognita profert sententiam. Vel intelligitur, vt explicant Bartol. *ea l. 1. num. 2.* Bald. *num. 1.* Paul. *num. 1.* Salyc. *num. 1.* quando iubet per sententiam interloquutoriam, secus quando per sententiam diffinitiuam, quia hæc sententia fertur præmissa causæ cognitione, & magna solemnitate interueniente. Cùm ergo ante repulsum à religione, dum hic subditus erat, damnatus sit per sententiam diffinitiuam, vt eiceretur ab ea religione, ad aliamque transiret, & transierit in rem iudicatam, eo non appellante, non obstabit obligationi parendi eum futurum extra huius Prælati iurisdictionem tempore, quo sententia exequenda est. Quare legitimum huius sententiæ fundamentum est, quod professio religionis debeat esse voluntaria, sicut & matrimonium; ac proinde sicut in nullo casu potest quis ad matrimonium cogi, nisi ipse se ad illud ineundum propria voluntate obligarit: ita nec ad religionis professionem. At professus in aliqua religione non se obligauit ad profitendum in alia; & ideo etsi quis ob sua delicta damnari possit, vt in monasterium pœnitentiam acturus detrudatur. *cap. quoniam de simonia.* at vt in illo profiteatur cogi nequit. Ex quo sequitur, posse per hanc sententiam diffinitiuam cogi eiectos hos ad aliam pœnitẽtiam suis delictis condignam subeundam. Et ita tenet Manuel Rodrig. *qq. regul. tom. 1. quæst. 30. art. 22.*

43 At potest superior religionis eum professum sub ea conditione eiicere, vt transeat ad aliam religionem; cui conditioni professus ille conuinens tenebitur aliam ingredi, aut non ingrediens, ab ea re tempore nouitiatus recedens tenebitur tanquam non impleta conditione ad priorem redire, à qua sub illa solùm conditione absolutus erat; & sic seruatur in praxi in Societate Iesu cum professis ab illa eiectis: poteritque idem seruari cum ligatis solis biennij votis, vtpote qui verè, & plenè subditi sint. Poterit enim Pater nostet Generalis non aliter eos absoluere ab illorum votorum obligatione, nisi ad aliam religionem transeant: immo & idem poterit superior cum nouitiis eiusdem Societatis, qui ex sua deuotione vota emisêre iuxta Societatis formam. Nam etsi per illa non transeant in superioris iurisdictionem, & potestatem: at poterit superior nolle ab iis votis liberos eos reddere per dimissionem à Societate, nisi sub prædicta conditione; sicut posset nolle absoluere, nisi alia commutatione acceptata. Et ita Pius V. in quadam Bulla concessit Societati Iesu, & refertur in eius priuilegiis, *verb. apostata. §. 9.* vt eiecti ab ipsa post professionem, aut biennij vota cum conditione transeundi ad aliam religionem, tenentur intra tempus à Generali præfixum ingredi, & si non ingrediantur, aut ingressi non perseuerent, teneantur absque vlla mora ad Societatem regredi sub excommunicationis latæ pœna reseruatæ Pontifici, aut Generali Societatis.

Vnde fit, eiectos post vota biennij, aut professionem à Societate sub prædicta conditione, teneri Societatem admittere, si postea non ingressi, aut non perseuerantes redeant, cùm absolutè nondum expulsi sint: at si iudicaret eos repulsu absoluto dignos, posset iterum absolutè expellere. 44

Quintò deducitur, hos professos eiectos à religione nihil tanquam proprium posse sibi acquirere, aut capere, neque acquirere alicuius rei dominium, sed solùm ius habere acquirendi vsum eorum, quibus ad victum, vestitum, & habitationem indigent. Constat ex dictis num. 23. vbi probauimus hos teneri voto paupertatis, prout status eorum patitur. Ita docet Nauarr. *comment. 2. de regularib. num. 54.* Leonard. *lib. 2. de inst. cap. 41. dub. 15. num. 112.* Sayr. *clau. regie lib. 6. cap. 9. num. 18.* Molina *tom. 1. de instit. disp. 240. colum. antepenult. §. quando verò.* & *tom. 2. disput. 276. column. antepenult. §. quod ad ceteros.* Azor *lib. 12. instit. moral. cap. 16. quæst. 4.* qui bene addit, hos nec vsum, nec vsumfructum, qui sit iure consistit, sibi comparare, sed nudum vsum, qui res est facti, non iuris, quia prior vsus, aut vsus fructus pugnat cum voto paupertatis. Addit Sayro, non posse hunc diuitias accumulare: sed id non credo, quippe non aduersatur paupertatis voto hæc accumulatio retento solùm illarum vsu. Addit etiam Nauarr. teneri hunc licentiam Episcopi obtinere, vt bona, quæ comparat, conuertat in proprios vsus sibi necessarios. Sed loquitur Nauarrus consequenter ad sententiam ipsius, quam retulimus, ac impugnauimus num. 28. & 29. Quare eam licentiam minimè desiderari dicendum est, sed, vt bene docent Molin. vtroque loco citato, Leonard. *eo dubio. 15. n. 113.* Manuel Rodriguez *qq. reg. tom. 1. quæst. 30. art. 19.* eo ipso quod à religione eiiciũtur, censeri tacitè eis concessam administrationem, & commoditatem vsus rerum, quas comparant. 45

Sextò deducitur, hos non posse testari, quia potestas testandi pugnat cum paupertatis voto, nec hi sunt domini eorum bonorum, sed solùm vsus, & commoditas eorum conceduntur illis dum viuunt. Et ita docent Molina *ea disp. 277. §. quod ad ceteros.* Leonard. *eo dub. 15. num. 113.* Sayro *eo cap. 9. num. 28.* Cui autem acquirant, & an sint capaces beneficij secularis, dicemus tractatu de voto paupertatis, vbi etiam explicabitur, an sint capaces succedendi, si ab ordine Minorum, vel à Societate sint professi eiecti. 46

Sed maior difficultas est, an si in illicita, & superflua expendant, teneantur accipientes ab eis restituere? Videntur enim teneri, quia illi non sunt domini, sed administratores, & hoc ad vsus licitos, & necessarios; nec superior religionis potest concedere licentiam expendendi in superflua, & illicita, & accipientes non obstante ea licentia tenebuntur restituere, vt dicemus tractatu de voto paupertatis. Et ideo hæc pars est valde probabilis, & conformis communi sententiæ traditæ, vt bene ait Leonardus *de instit. cap. 41. dub. 15. num. 115.* At placet quod tradunt Leonardus *ibi*, & Molina *tom. 2. de inst. disput. 276. versic. quod ad ceteros.* & *disput. 520. paulo post principium.* nempe, hos non teneri restituere, quoniam commoditas tota, vsus, & dispositio illorum bonorum, interim dum viuunt, perinde ad ipsos spectat ac si religiosi non essent, neque habent iam tunc, cui in ea parte pareant, & cuius ductum, & voluntatem, in ea parte sequi teneantur, sed perinde quoad administrationem, acquisitionem, & alienationem eorum bonorum se habent, ac si dominium illorum haberent, ac sui iuris omnino essent; quod quidem vsus ita comprobat, & monasterium nullam penitus curam habere de horum bonorum administratione. Et quamuis dum religiosus ille manet religioni subiectus, ea facultas tam ampla concedi nequeat; at per repulsum eo ipso conceditur, cùm iam pro tunc non maneant perfectè voto paupertatis ligati, sed secundùm quid. Cui sententiæ satis fauent Doctores, quos retulimus num. 26. dicentes, religiosos hos eximi à paupertatis voto. Consonant his, quæ diximus supra in hoc lib. cap. 6. n. 13. de religioso Episcopo in vlus prophanos expendente bona.

48 Sed rursus difficultas esse potest, an saltem peccent contra paupertatis votum sic illicitè, & superfluè expendentes, an solùm peccatum committant, quod quicunque seculares sic expendentes perpetrarent? Videntur enim peccare contra votum paupertatis, quia non sunt domini, nec expendunt in vsus licitos, prout paupertas promissa patitur. At ex doctrina num. præcedenti tradita clarè deducitur, eos non peccare contra paupertatis votum, cùm de eiusmodi bonis possint in vita disponere, perinde ac si merè seculares essent, ac veri domini. Insuper, quia quidquid religiosus donat, aut consumit contra paupertatis votum, tenetur accipiens restituere, vtpote acceptum absque legitima licentia ad transferendum illius dominium. At sic accepta, non sunt obnoxia restitutioni; ergo dispendens non peccat in votum paupertatis.

49 Quare à fortiori poterunt vitæ suæ tempore facere donationes non malas, & eleemosynas, quas voluerint, cùm plenam eorum bonorum administrationem habeant, vt bene docet Molina priori loco allegatus num. 47.

50 Quod si ad victum necessaria his eiectis sufficiant, non tenentur manuum suarum labore acquirere, sed integrum eis est emendicare, sicut cuicunque seculari liberum est omnia pauperibus erogare, & ex eleemosynis emendicatis viuere. Sic Nauarr. *comm. 2. de regular. n. 37.* Azor *lib. 12. instit. moral. c. 16. fine.*

51 Tandem superest disputandum, an teneantur hi ad obseruantias regulares, & reliqua vota iuxta religionis suæ institutum in ea emissa, præter tria substantialia, castitatis, paupertatis, & obedientiæ? Et loquendo de obseruantiis regularibus, aliqui videntur asserere hos teneri, quia iniquum est, vt commodum exemptionis ex sua miquitate reportent. *cap. 1. de postul. Prælat.* & *cap. Sedes Apostolic. de rescript.* Sic videntur sentire D. Antonin. *3. part. tit. 16. cap. 5. §. 3. fine* Angelus *verbo religiosus. num. 42.* Syluester *verb. religio. 6. quæst. 17.* Armilla *verb. religio. num. 15.* Cordub. *in reg. D. Francisci. cap. 2. quæst. 21. punct. 3.* Passarel. *in priuileg. Minim. cap. 59. fin.* aiunt enim hos non inuenientes religionem, in quam admittantur, teneri viuere regulariter.

52 At dicendum est, eos non teneri ad obseruantias regulares, vt ad ieiunia, vigilias, defectum ciborum, quia omnia hæc comitantur vitam monasticam, & ratione solus religionis, à qua expelluntur, tenebantur ad illam. Et confirmatur, nam talis professus per se, & immediatè solùm vouit tria substantialia vota, reliqua verò mediatè, & consecutiuè, supposito, quod in eadem religione perseueraret; vnde sicut vouens profiteri in religione aliqua non tenetur ex vi huius voti ad speciales regulæ obseruantias, donec de facto profitetur: ita similiter non tenetur eiectus. Nec obstat ratio contraria, quia etsi absurdum sit reportare per se commodum exemptionis ex delicto; at reportare per accidens ratione alicuius principalis quod defuit, cui obligatio illa accessoria erat, nil absurdi continet, & id contingit in hoc casu. Nam quia obligatio ad eas obseruantias est annexa perseuerantiæ in religione, deficiente hac per expulsionem legitimam, & perpetuam ob eiecti demerita, deficit per accidens, & consequenter obligatio accessoria. Et ita sustinet Sotus *lib. 7. de iustit. quæst. 2. art. 1. in solutione ad 5. sub fin.* Nauar. *comment. 5. de regular. num. 46.* & *lib. 3. consil. tit. de regularib. in 1. editione consil. 51. n. 2. in 2. consil. 78. num. 2.* Aragon *2. 2. quæst. 55. art. 3. fol. 997. §. hucusque diximus.* Philiarcus *de officio sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 5. cap. 21. fin.* Sayro *clausuar. casuum tom. 2. lib. 19. num. 28.* Emman. Sà *sum. verbo religio. num. 40.* Leonard. *lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 15. fin.* Conrad. *in sua respons. 1. part. quæst. 281.* tanquam probabile sequitur Sorbus *verbo eiicere. in suis annot. a. fine.* An verò teneantur ad horas canonicas, dicimus tractatu de horis canonicis.

Nec approbo quod ait Manuel *1. tom. qq. regular. quæst. 30. art. 19. fin.* vbi prædictam sententiam limitat, vt intelligatur de ieiuniis, ad quæ non obligat regula sub culpa mortali, vt contingit in ordine Prædicatorum, & de his ait locutum Sotum num. præcedenti allegatum. Quare concludit, fratres Minores professos eiectos in perpetuum non liberari ieiuniis, ad quæ eorum regula sub mortali obligat. Sed hanc limitationem non approbo, tum quia omnes prædicti Doctores indistinctè loquuntur, nec eos latebat in aliquarum religionum regulis contineri aliqua præcepta sub mortali obligantia, & eorum ratio generalis est, & in omnibus hoc idem probat; tum etiam quia Nauarrus *eo comment. 5. de regul. num. 46.* dicens, eiectos liberari obligatione regulæ, & ieiuniorum ipsius, meminit fratrum Minorum, nec eos excepit, immo subdidit, posse quoque eos tangere pecunias, cùm tamen contrarium in sua regula interdicatur. 53

Limitatem tamen prædictam sententiam, vt intelligatur de eiecto in perpetuum tanquam incorrigibili, ita vt nulla subsit spes, vt emendatus admittatur iterum; nam quandiu subest ea spes, non censetur eiectus in perpetuum, sed donec corrigatur, & ita tenetur se corrigere, & correctus petere, vt iterum admittatur, & si denegetur admissio, ex tunc manebit liber ab obseruantiis regularibus. Hoc clarè indicant Sotus, Aragon, Philiarcus, Sayro num. 50. allegati. Nam priùs dicunt teneri hos eiectos se corrigere, & si post correctionem non admittantur, eos manere liberos à iugo regulæ. 54

Hinc deducitur, hos eiectos in perpetuum non teneri deferre habitum suæ religionis, quia cùm eo spolientur per iustam sententiam, eo vti nequeunt. Sic Nauarrus *comment. 2. de regular. num. 36.* & *lib. 5. consil. tit. de regul. in 1. edit. consil. 51. num. 2. in 2. consil. 78. num. 2.* Azor *tom. 1. institut. moral. lib. 17. cap. 18. quæst. 15.* Leonard. *lib. 2. de iustit. cap. 41. dub. 15. num. 112.* Sayro *clau. reg. lib. 6. cap. 9. num. 28.* Manuel *qq. regul. tom. 2. quæst. 30. art. 26.* Atque limitant bene Sayro & Manuel, quando habitu spoliarentur; nam si non spolientur, non poterunt illum dimittere, quia delato habitus non est annexa obligationi regularum religionis, nam Episcopus est his exemptus, cùm tamen habitum suæ religionis deferre teneatur. 55

Sed quid dicendum de aliis votis, vltra tria substantialia in religione, iuxta eius institutum emissis, vt in religione fratrum B. Mariæ de mercede emittitur quartum votum vacandi redemptioni captiuorum, & in ordine Minimorum quartum votum solemne vitæ quadragesimalis? Videntur enim hi eiecti obligari his votis, quod ea expressè emiserint, & nulla sit ratio cur eorum obligatione liberentur: sicuti si vouissent aliqua recitare, tenerentur. Et satis fauent huic parti Sotus, Aragon, Philiarcus, Sayro, Conradus allegati num. 50. dicentes enim hos eiectos non teneri ad regulares obseruantias, eam reddunt rationem, quod eas non expressè vouerint. At in contrarium vrget, quod hæc vota emittantur vt annexa professioni illius vitæ monasticæ, 56

fice, & vt illam concomitantia, & quasi accessoria. Cùm ergo hi liberi euadant à principali votæ monasticæ obligatione, liberabuntur quoque obligatione accessoria horum votorum, non ita vt illa transeant, sed vt eorum obligatio suspendatur, dum hi extra religionem sunt. Præterea, quia votum definit obligare, quando est ita notabilis mutatio facta materiæ, vt reddatur notabiliter difficilior, & quæ à principio præuisa retraheret à voti emissione, vt probauimus *lib. 4. huius operis*. At in nostro casu facta est mutatio non solùm notabilis, sed etiam notabilissima. Tandem, quia ea vota emittuntur ad felicem religionis statum conseruandum. Ergo tandiu censentur obligare, quandiu professus est de eius corpore. Et ita hæc pars mihi placet, non vt ea vota omnino extinguantur, sed suspensa sint, quandiu durat ea conditio. Solam enim hanc suspensionem probant rationes prædictæ; nec est similis ratio de votis peculiaribus, quæ ille emisit in religione, quia hæc nullam habent connexionem, aut dependentiam à professione, & à vita regulari: & fortè de his votis intelliguntur prædicti authores; & hanc partem expressè tenet Vega 2. *tom summæ cap. 86. casu 16.*

57 Rursus dubitari posset, an hucusque dicta de eiectis vera sint, quando iniusta est eiectio, & de damnatis pœnæ triennium. Et quidem quando iniusta est eiectio re ipsa, & iusta secundùm allegata, & probata, credo habere verum hucusque dicta de eiectis, quia eiectio est valida, & perpetua; at quando iniusta omnino est, videtur hos non eximi à regularis obseruantiæ obligatione, & cæterorum ad quæ alij religiosi obligantur, quia cùm eiectio illa non sit valida, minimè exonerat eiectos, sed manent veri illius religionis membra. Nihilominus dicendum est eos manere exemptos, sicut cæteri iustè eiecti, quia exemptio hæc non pendet ex iustitia, aut iniustitia expellentium, sed ex necessitate, & impossibilitate expulsorum, quæ æqualia sunt in eiectis iniustè, immo si quid affert commodi eiectio illa, eo potiùs potiri debent iniustè eiecti quàm cæteri. Ad rationem in contrarium respondetur, eiectionem iniustam validam quidem esse ad exonerandum eiectum, inualidam tamen esse ad exonerandam religionem.

58 De damnatis autem pœnæ triennium, si in perpetuum damnentur, constat eos liberos euadere, cùm eiectio sit perpetua; at cùm pœna temporalis est, & ea finita admittendi sint ad religionem, existimo eos teneri ad obseruantias regulares, quas commodè possint ibi obseruare, perinde ac religiosi, qui ex iusta causa ex superiorum licentia ad tempus absunt à religione, quia non sunt eiecti, sed vera illius religionis membra.

59 Demum superest difficultas, an eiecti hi ad ordines promouere possint? Ratio dubitandi est, quia non possunt titulo professionis, cùm iam non sint à monasterio alendi; nec titulo patrimonij, cùm proprium habere nequeant, de qua re bene tractat Nauar. *lib. 1. consil. in 1. edit. tit. de eccl. & qualit. consil. 9. in 2. lib. 3. tit. de regularib. consil. 84.* & ipsum sequens Manuel *qq. regularib. tom. 1. quæst. 30. art. 25.* & sustinent posse quidem si beneficium sufficiens habeant, aut patrimonium, ne mendicare cogantur, & dummodo non contraxerint irregularitatem ratione delicti, aut notorietatis grauissimorum criminum, ob quæ eiiciuntur; quia etsi dominium habere nequeant, possunt tamen habere vsum patrimonij sufficientis debitæ sustentationi, ne mendicare cogantur. Quod satis est vt ad ordines promoueantur: si tamen irregularitatem contraxerint, est prius petenda dispensatio, vel à Pontifice, si illi referuetur, vel ab Episcopo, in cuius diœcesim iuerint habitaturi, si Episcopus in illa dispensare possit.

SVMMARIVM.

Proponuntur rationes ad probandum non esse liberum Societatis expellere eos, qui vota in ipsa emiserunt. n. 60.

Explicatur qualiter ea vota sint perpetua ex parte vouentis, non verò ex parte Societatis, & quomodo ab ipsa acceptentur, & quæ differentia sit inter ipsa, & professionem. n. 61.

Hæc vota sunt conditionalia secundùm quid, & ij expulsi à Societate manent omnino à votis liberi. n. 62.

Quid si non sint emissa iuxta formam Societatis, vel in dubio, an sic emissa sint? n. 63.

An in his votis sit aliqua iniustitia, eo quod ex parte emittentium sint perpetua, non autem ex parte Societatis? n. 64.

An si data opera repulsum à religione procurent, prauis suis moribus liberentur votorum obligatione? n. 65.

Explicatur sententia authoris. n. 66.

Quid de eo, qui sibi falsa imposuit, vt expulsionem extorqueret? n. 67.

An si hic emiserat votum recitandi, dum in Societate permaneret, teneatur expulsus fraudibus prædictis ad hos preces? n. 68.

An qui post vota biennij, aut tempore nouitiatus emissa commisit culpas sufficientes dimissionis, quamuis ex se non essent veniales, peccet mortaliter? n. 69.

An qui post ea vota peccati dimittit, peccent lethaliter? n. 70.

An dimissi teneantur aliquid Societati restituere? n. 71.

Quid si data opera vt à religione expellerentur? n. 72.

An possint eiecti compelli ingredi aliam religionem? remissiuè. n. 73.

An professi è Societate eiecti teneantur ad speciale obedientiæ votum, quod emiserunt, vel ad alia simplicia post professionem emissa referatur quædam sententia. n. 74.

Explicatur sententia authoris. n. 75.

QVÆSTIO vltima de iure quod habet Societas IESV ad expellendos religiosos, & de actione ipsorum, si iniustè expellantur, & qualiter votis obligati maneãt; quæ quæstio propositis aliquibus difficultatibus dissoluetur. Et vt distinctè procedamus, prius agemus de expulsis post vota simplicia biennij aut coadiutorum formatorum à Societate, deinde de expulsis post solemnem professionem. Prima igitur difficultas est, qualiter possit Societas absque iniustitiæ labe expellere eos, qui sola simplicia biennij, aut coadiutorum formatorum vota emisêre, & an illi per dimissionem liberentur prorsus votorum obligatione? Videtur enim repugnare Societatem liberam esse ad hos expellendos, hos autem carere libertate exeundi, quod in horum votorum emissione quidam contractus ineatur; neque enim soli Deo, sed etiam Societati fiunt, ipsãque Societas ea acceptat, aliàs nullam iurisdictionem in eos acquireret; ergo sicut hi non possunt liberè exire, ita nec Societas potest eos liberè dimittere. Secundò, quia videtur iniustitia in eo contractu; nam ad iustitiam contractus maximè desideratur æqualitas contrahentium, & ea deficit in his votis, cùm obligatio promittentis sit omnino perpetua, non autem obligatio Societatis ea vota acceptantis. Tertiò, quia triplex est modus solutionis votorum, nempe, dispensatio, irritatio, vel commutatio; at expulsi nullo ex his modis soluuntur votis. Non enim ea vota vtpote religiosi substantialia, subsunt potestati irritandi, aut dispensandi superiorum religiosus, no vel maximè quod sint vota religionis & castitatis, quorum dispensatio Pontifici reseruatur: neque etiam in aliquid aliud commutantur, quod eiecti facere teneantur; nec possunt etiam commutari, nisi per solum Pontificem.

Pro huius intelligentia suppono, latum esse discrimen inter vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ emissa in Societate IESV in solemni professione, & eadem vota simplicia emissa post biennium probationis, vel à coadiutoribus temporalibus, vel spiritualibus formatis; quod in illis est reciproca obligatio inter religionem, & professum, ita vt sicut professus non potest à religione recedere, ita nec Societas eum expellere, nisi in casu grauissimo, & si aliàs illum expelleret, peccaret contra iustitiam, teneretúrque eum recipere, vt de professis

fessis aliarum religionum dixi num. 7. at in votis simplicibus biennij, vel coadiutorum formatorum non includitur hæc mutua obligatio. Nam quamuis Ecclesia approbans religionem Societatis, talia vota tanquam veræ religionis acceptet; at Societas ea non admittit, & ideo in manibus superiorum non fiunt, vt habetur *in constitutionibus Societatis. p. 5. §. 3. & lit. D.* Dicitur autem Societas ea vota non admittere, non quia promissionem in illis inclusam quæ sibi fit, nõ accepter, sed quia ex vi talis acceptationis ipsa non remanet ad retinendum vouentem obligata; & sic debet intelligi quod in declarationibus *ea littera D.* dicitur, nempe huiusmodi vota soli Deo, & non homini offerri; non enim intenditur Societatem ex vi talium votorum nullum ius acquirere in vouentem; sed ideireo id dicitur, quod præcisè ex eo voto non resultet obligatio in Societate retinendi vouentem, licèt aliunde oriatur hæc obligatio, vt dicemus n. 64. & 66. sicut contingit in eo qui sui venditione se tradit in perpetuam alterius seruitutem, domino traditionem acceptante: nam ille quidem verè statu seruitutis perpetuæ ad seruiendum domino astrictus manet, & licèt ex vi traditionis, & acceptationis hic vegum ius in illum acquirat, at non manet ad eum retinendum obligatus, sed poterit manumittere. Sic hui usmodi vouentes in Societate se per illa vota Societati tradunt astricti ad perpetuò in ea manendum; at Societati liberum est eos dimittere, quamuis aliunde ex vi suarum constitutionum non possit eos dimittere absque iusta causa.

62 Secundò suppono, hos omnes per dimissionem à Societate, liberos prorsus à votorum obligatione euadere, non per dispensationem, irritationem, aut commutationem, sed quia dum emittuntur iuxta Societatis constitutiones inhibitam habent conditionem, dum Societas eos retinuerit, vt n. 66. probabimus; atque ita cùm eos expulerit, cessat eorum obligatio, non quasi Generalis relaxet vota, aut in eis dispeaser, sed quia tollit conditionem sine qua ea vota non subsistunt, vt probauimus *lib. 4. cap. 24. num. 11.* sicut habens votum ingrediendi religionem aliquam in particulari, si in eam non admittatur patiens in perpetuum repulsum, manet liber à voto, non quod fuit irritum, commutatum, aut in eo dispensatum, sed quia religio à qua eius executio pendebat, illum admittere renuit. Ita vota biennij, vel coadiutorum formatorum desinũt obligare per expulsionem, absque irritatione, dispensatione, vel commutatione, ex hoc quod Societas non vult eos retinere, vnde ea vota sunt secundùm quid condirionalia; &, vt diximus, eodem modo, sub eadémque forma emittuntur vota aliquando à nouitiis volentibus ea ex deuotione emittere, vt constat ex *3. p. constitutionum. cap. 1. lit. T. & p. 5. cap. 4. lit. G.* Quare similiter cessant per legitimam à Societate expulsionem.

63 Dum autem dicimus vota hæc cessare per legitimam expulsionem, intelligitur quando ea iuxta Societatis formam emiserunt. Si enim in Societate emisissent ea vota non iuxta formulã votorum ipsius, manifestũ est, ratione repulsus à Societate eos non manere liberos, vt constat ex *2. p. constit. cap. 4. §. 5.* Societas enim cùm expellit aliquem, tamen reddit liberum à votis secundùm ipsius formam emissis, quia hæc vota habent tacitã conditionem, nisi expellatur; reliqua verò non, sed sunt merè absoluta. Quare si suit votum perpetuæ perseuerantiæ in Societate, vt expellatur, iudicandum est ac de illo, qui vouit religionem, ac perseuerantiam in illa, & postea expellitur, de quo diximus *lib. 4. cap. 6. num. 106.* de reliquis autem votis spectandum est, an ea obligauerint perseuerantiæ in Societate. Tunc enim quando ita à Societate expellitur, vt non teneatur ad illam redire iuxta dicta eo num. 106. non tenebitur ad ea vota, quia cessante obligatione principali, cessat accessoria; & in dubio hanc esse intentionem crederem illius qui hæc vouit se in Societate seruaturum, immo & illius qui intra Societatem hæc vouit, nec meminit, an suam intentionem restrinxerit ad ea in Societate seruanda, quia extrèmè paupertas, & obedientia vouẽtur in seculo, cùm difficillimè in eo seruari possint, & quãuis castitas promitti soleat in seculo, at non sola promittitur in hoc eneuru, sed vnà cum paupertate, & obedientia: quare videtur promissa eo modo, quo paupertas, & obedientia. Præterea, quia communis promittentium hæc ex sua deuotione in religione mens est, dum in religione perseuerant; & ita à communiter accidentibus hæc mens in dubio præsumitur.

64 Nec iniustitia aliqua in hoc reperitur; quod apertè constat, cùm Sedes Apostolica, & Trident. *sess. 25. de regularib. cap. 16.* hoc Societatis institutum approbauerint; ac proinde in re maximè ad mores spectante errassent, si iniustitia in his votis inueniretur. Ratio autem cur iniustitia non inueniatur, ea est, quia scienti, & volenti iniuria irrogari nequit, *regul. 50. iuris, de regulis iur. in 6.* at emittentes prædicta vota, norunt eam conditionem; nam ipsis traditur antea legendum totum Societatis institutum, & biennio probationis considerandum, vt habetur *in constitut. an examine. cap. 1. §. 1. 5. 1. p. constit. c. 4. §. 5.* & specialiter hic punctus eis proponitur, vt habetur *in examine. cap. 6. §. 8. & lit. A.* Quare cùm liberè eam scientes conditionem admittant, nulla est iniuria, eo vel maximè quod quilibet suæ priuatæ vtilitati valeat renuntiare. *cap. ad Apostol. de regul.* Deinde, quia in muleis contractibus ex inæqualitas reperitur, iure sic ex iustis causis disponente, vt si pubes sponsalia cum impubere contrahat, pubes nunquam resilire potest; id autem licet impuberi cùm primum pubertatem adeptus fuerit, vt constat ex *cap. de illis. 1. vers. mulier, de desponsat. impuberum.* Similiter si maior cum minore contractum ineat absque tutoris authoritate, soli minori reclamare permissum est. *l. non eo minor. C. de procurat.* & minor cũ maiori contrahens beneficio restitutionis adiuuari potest, quo tamen maior caret. Si ergo fauore minoris ætatis, & ob causas leuioris momenti potest iure hæc inæqualitas constitui, & eundam parti libertas recedendi à contractu concedi, ea denegata alteri, cur eadem inæqualitas constitui non poterit fauore religionis ob causas maximi momenti, quales sunt, ne religio, quæ magnis, & difficilibus Ecclesiæ ministeriis dicatur, patiatur detrimentum retentis in ea personis, quæ scandalo sint, & bonum eius nomen obscurent? Deinde, quia hac ratione religiosi hi facilius in officio suo continebuntur, nitentúrque progressus in virtutibus facere, dum videntsequs facientes posse dimitti. Præterea, quia in aliarum quoque religionum professis similis inæqualitas in contractu per professionem emisso reperitur. Nam ipsi nunquam possunt resilire; at religio potest ipsos, si contumaces, incorrigibilésque sint, expellere; immò aliquo modo maior inæqualitas reperiur: nam hi expulsi à Societate manent omnino à votorum obligatione liberi, & penitus sui iuris, ac si nunquam vouissent; at professi cuiuscunque religionis, quancumus expulsi, manẽt votis ligati, cùm tamen religio non teneatur eos alere, ac eos tanquam membra putrida expulerit. Tandem, quia licèt tali vouenti non obligetur Societas ex ratione votorum, obligatur tamẽ ex iuis constitutionibus ad illum retinendum, neque dimittere valet, nisi iusta de causa, vt dicemus n. 66. quæ obligatio fortissima est, & multo facilius est particularem à debito deficere, quàm Generalem Societatis, cui soli ius expellendi competit. Et hinc soluitur obiectio posita n. 69. in argumento. Ad primum & 3. constat ex dictis n. 61. & 62. suppositione 1. & 2.

65 Secũda difficultas est, an religiosi Societatis solis biennij votis, aut coadiutorum formatorũ astricti, aut votis nouitiatus tempore emissis iuxta formam Societatis, qui prauis suis moribus data opera repulsum à religione procu-

Procurant, tuti maneant? Et videntur tuti manere, quia *2. parte constit. cap. 4. §. 6.* dicitur, recedentem sponte sua à Societate, esse dimittendum, si redeat ad Societatē absque sufficientibus pœnitentiæ signis, & vera perseuerandi voluntate; & paulo antè *cap. 2. §. 4.* dictum fuerat, causam dimittendi è Societate esse, si quis nequeat, vel nolit proprium suum iudicium infringere. Ecce igitur censetur legitimè dimissus à Societate, qui intendens directè fugere à Societate discedit, & qui non vult infringere suum iudicium, cùm tamen *in dicto cap. 4. §. 4.* dictum sit, eiusmodi homines liberos manere à votis post dimissionem; & Pontifices, qui Societatis institutum approbarunt, eo ipso concessêre hanc facultatem relaxandi, in quantum opus est ad omnes scrupulos auferendos. Item, quia *p. 3. cap. 4. lit. B.* dicitur esse Societatis eos dimittere; quod si acciderit, eos manere liberos ab omni votorum obligatione. Ergo quoties Societas iure dimittit, manet alter verè liber. At in hoc casu propter illius defectus iure Societas dimittit. Item, quia dimissio est actus præcisè se tenens ex parte dimittentis, nullatenus ad id requisito præsise & ex natura rei concursu dimissi, nisi per modum obiecti circa quod est dimissio. Ergo dimissio, quæ est iusta, & legitima ex parte dimittentis, & versatur circa hominem dimissione dignum, est simpliciter, & absolutè legitima; & sic simpliciter votorum obligatione liberat.

66 At credo eos non liberari votorum obligatione, sed teneri ad impedimenta per malitiam apposita auferenda, & ad se offerendum religioni ad eius ingressum, si superiores eum admittere velint; quod satis constat ex his, quæ diximus *lib. 4. cap. 13. num. 47.* vbi ex communi Doctorū sententia probauimus non liberari voti conditionalis obligatione, qui data opera nititur conditionem non impleri, vt liber euadat; sicut etiam qui promisit Xenodochio ministrare, non satisfaciet voto, si data opera malè seruiens, rēsque illius dispendens, dimissionem extorserit. Secundò, quia non minus hic obligatur ad religionem ex parte sui, quàm si absolutè, & absque ea cōditione voueret. Conditio enim illa non adlicitur ad maiorem ipsius vouentis libertatem, sed vt religioni libertum sic ipsum dimittere, si ineptus ipsi videatur. At si nulla conditione id votum emissum esset, hic liber non maneret; ergo nec ea conditione adiecta, cùm non minus ea apposita astringatur, quàm non apposita. Tertiò, quia nulla condonatio fraudibus, & iniuriis extorta liberat extorquentem, sed tenetur rem in pristinum statum reuocare. Cùm ergo illa votorum remissio per repulsum à Societate, non sit libera, sed fraudibus extorta, non liberabit expulsum, donec mutatis moribus, veritateque detecta nitatur iterum admitti. Nec obstant in contrarium adducta, quia ea constitutionum loca tantum probant Societati integrum esse ob eas causas rebelles illos dimittere; at non probant eos manere liberos, quippe non liberantur nisi quando ex parte Societatis expulsio est voluntaria, qualis non est in hoc casu, sed per malitiam extorta. Atque ita decreuit Congregatio Generalis *decreto 18. §. 4.* cuius verba num. 27. referemus, vbi eadem in istos statuit quæ in eos, qui ficticiis causis dimissionem extorquent, de quibus agemus eodem num. 72. Nec obstat etiam secunda ratio, quia licèt dimissio illa se teneat ex parte dimittentis; at cùm debeat esse voluntaria, oportet vt sit legitima, ne dimissus extorqueat illam per malitiam, & fraudes. Et ita docet Leonardus *lib. 2. de iustit. cap. 40. dub. 15. à num. 118. vsque ad 171.* & pro hac parte sunt Doctores quos allegauimus *lib. 4. cap. 21. num. 47.* dicentes, votum conditionale minimè deobligare, quando culpa vouentis non impletur conditio. Et pro hac etiam parte est quod diximus *lib. 4. cap. 16. num. 108.* vbi diximus non satisfacere voto ingrediendi religionem qui deliquit in eum finem ne admitteretur, aut vt admissus excluderetur. Quando autē ille adhibita sufficienti diligentia, fraudéque detecta non admitteretur, sed repulsum in perpetuum pateretur, credo eum manere à votis liberum, quia iam per ipsum non stat; consultò autem dixi, detecta veritate, quia detegere teneretur, si id opus esset ad nouam admissionem, quia ea non detecta existimare possent superiores vitia priora non ex industria, sed ex prauis affectibus, & ex mala indole ortum habuisse, & ita iudicarent illum Societati ineptum, & ideo non admittere auderent. Sed dices, vt hic liber euadat opus est adesse legitimam dimissionem; at præcedens non fuit talis, vtpote quæ fraudibus extorta est, nec præsens est legitima, quia Prouincialis modò non admittens, caret potestate expellendi post biennij vota. Sed respondetur, quamuis careat potestate dimittendi; at vbi quis semel est dimissus à Patre nostro Generali, habet potestatem non admittendi iterum, & sic ratam habendi priorem dimissionem, quando denuo admittere non expedire iudicauerit.

Atque idem censendum est de eo qui sibi falsa aliqua imposuit, vt expulsionem extorqueret, vt graues lapsus Venereos, quia similiter dimissio hæc est inuoluntaria, vtpote quæ fraudibus extorta est. Atque ita decreuit Cōgregatio Generalis *decreto 18. §. 4.* hos nullo modo tutos in conscientia esse, & huiusmodi expulsionem in foro conscientiæ fore irritam, eósque in eodem foro omnibus subiacere apostatarum censuris, ac pœnis: & si hoc in exteriori foro constiterit, posse superiores contra eos agere tanquam contra veros apostatas, iuxta Societatis priuilegia, & sacrorum canonum dispositionem. 67

Sed quid si hic emiserat votum recitandi quotidie, dum in Societate permaneret, an expulsus fraudibus prædictis maneat ad preces illas fundendas astrictus? Leonard. *lib. 2. de iust. cap. 40. fin.* quæstionem hanc tractat, & dicit probabile esse hunc non teneri immediatè, quia mens ipsius videtur esse non se obligare, nisi dum in monasterio maneat: at teneri mediatè, quippe tenetur iteratam admissionem procurare; & admissus tenebitur vi prioris voti. At probabilius aut hunc manere obligatum: quia conditio sub qua promisit, non cessauit eo modo, quo debuit, quod mens vouentis fuerit se obligare quandiu superior ipsum sponte retinere vellet. At posterior hæc pars omnino mihi placet, & est dictis conformis: quia sensus illius voti est, quandiu religiosus Societatis fuero. Et ita si ille à Societate fugeret, nullus dubitaret illum eo recitandi voto teneri, quia cùm nōdum expulsus sit, manet religiosus Societatis. At hæc dimissio fraudibus extorta eum non liberat votis, sed adhuc manet religiosus Societatis, vt probauimus num. 70. ergo adhuc manet eo voto ligatus. 68

Quarta difficultas est, an lethaliter peccet qui post ea biennij vota, aut etiam tempore nouitiatus emissa, committit culpas sufficientes dimissioni ex Societate, quamuis ex se illæ non essent nisi veniales, nec dimitti intendat, vt si frequenter regulas ad nullam culpam obligantes transgrediatur, vt si nollet orare temporibus præscriptis, ingrederetúrque omnium cubicula, & similia efficeret, & quid quando non commissis his culpis petit admitti? Sit prima conclusio. Quando sua post vota biennij, siue nouitiatus ex fragilitate, aut vehementi passione in eas culpas incideret, ar mediocrem adhiberet diligentiam ad eas cauendas, non peccaret mortaliter, secus quando ex grani negligentia, & adueterter se ad repulsum è Societate disponi; tunc enim peccaret mortaliter cōtra perpetuum in Societate perseuerantiam iis votis promissam. Probatur prior pars, quia promittens aliquid non se obligat ad media adhibenda, vt id impleat cum omni conatu possibili, sed tantùm cum mediocri, iuxta rei promissæ difficultatem. Probatur posterior pars ex dictis c. 4. num. 18. vbi consuetudinem hanc esse lethalem probauimus. Item, quia vouens aliquid censetur indirectè se obligare ad media necessaria mediocri diligentia apposita ad id explendum; & hac ratione probauimus *libro 4. cap. 16. numero 61.* vouentem religionem scientem esse opus discere Grammaticam, vt admittatur, obligari consequenter ad eam addiscendam. Cùm ergo ad perseuerantiam in religione, quæ per ea vota biennij, aut quæ tempore nouitiatus emittuntur, promittitur (eadem enim prorsus est formula vouendi, vt diximus num. 62.) desideretur niti vitare has culpas, ac se corrigere, qui non adhibet ad id mediocrem diligentiā, peccabit mortaliter contra perseuerantiam iis votis promissam. Secundò, quia reus est culpæ lethalis qui se impotentem reddit ad votum explendum, vt qui post religionis votum iniret, consummatérque matrimonium, quo consummato iam nequit ad religionem migrare. Ergo similiter peccabit qui tales culpas non vitat, cùm similiter impotentem se reddat, vt in religione promissa perseueret. Tandem, quia vouens religionem, & illam ingrediens, tenetur vt voto satisfaciat, experiri bona fide, & mediocrē adhibere diligentiam, vt in ea perseueret, vt probauimus *lib. 4. cap. 16. num. 89. & sequentib.* nedum ad id tenebitur qui promisit per ea vota in Societate perseuerare.

70 Secunda conclusio sit. Qui post ea biennij vota, aut nouitiorum petunt à Societate dimitti, humiliter significata sua tentatione, aut difficultate ad perseuerandum, & ad se instituto Societatis accommodandum, ac proponentes se vincere, mediocrémque adhibere diligentiam ad perseuerandum nisi dimittantur, non peccant; secus autem si tenaciter petant non habentes eum animum acquiescendi, & procurandi mediocriter perseuerantiam, si iudicet superior eos non dimittendos; tunc enim peccabunt mortaliter. Constat, quia proponens Pontifici causas, vt secum dispenset in voto castitatis, si proponat Pontifice non dispensante, niti ad votum implendum, non peccat vtique, quia mediis licitis curat se voti obligatione liberari. At non euaderet culpam mortalem, qui ita tenaciter peteret, vt paratus non esset ad mediocrem diligentiam adhibendam, vt votum seruet, Pontifice non dispensante, aut si sua tenacitate, & rebellione quasi cogeret Pontificem, vt secum dispensaret. Ergo idem dicendum est de petentibus votorum Societatis obligatione liberari per legitimam ab ea dimissionem, cùm hic quoque soluendæ eius obligationis modus sit licitus.

71 Quinta difficultas est, an dimissi ex Societate post vota biennij ob culpas, quas non curarunt mediocri diligentia vitare, teneantur aliquid Societati restituere? Videntur teneri, suppofito hoc, peccare lethaliter contra vota, vt probauimus numero 75. quia per hæc vota traditi sunt religioni, vt decidit Greg. XIII. in sua extrauag. *ascendente*; at culpabiliter subtrahens rem alteri traditam, tenetur restituere, cùm traditio conferat dominium rei, & ius proprium: sed hi culpabiliter subtrahunt seipsos religioni; ergo tenentur restituere. Sed verius est non teneri; & praxi ita receptum est, quia ex vi votorum non tenentur, vtpote quæ omnino cessant per dimissionem legitimam, vt diximus numero 62. neque etiam ex lege iustitiæ, quia religio nec per ea vota, nec per solemnem professionem acquirit ius iustitiæ in personam. Non enim per professionem se obligat religiosus suo monasterio ex iustitia, sicut seruus dominō; sed ex solo obedientiæ voto, quod est actus religionis. Neque obstat argumentum de traditione, quia id verum habet, quando traditio est in bonum alterius, cui res traditur, & producit obligationem iustitiæ. At in præsenti religiosus non proteritur in religionis bonum, sed ad suum spiritualem in virtutibus progressum; nec religio acquirit ius iustitiæ, sed obedientiæ. Et ita Doctores *in tractatu de relig.* communiter tradunt, suadentes professo vt fugiat nulla vi, aut fraude illata, non teneri aliquid religioni restituere, quasi non peccarit contra iustitiam; sed contra votum obedientiæ, quo professus ille perseuerare tenebatur.

Quare etiamsi data opera Societatis religiosi eās culpas admitterent, vt ex religione expellerentur, non teneretur religioni aliquid restituere; quia non delinquunt contra iustitiam, sed contra sola vota; alis autem ratione tenebuntur redire, quia, vt diximus num. 70. non euadunt à voto perseuerandi in religione liberi. 72

Sexta difficultas est, an possit Generalis Societatis IESV obligare eiectos, siue nouitios votis ligatos, siue eos, qui vota biennij emiserunt, aut professionem, vt transeant ad aliam religionem, & si ab ea recedant, quid facere teneantur? Sed de hoc diximus suprà num. 43. 73

Vltima difficultas est, an professi quatuor votorum eiecti in perpetuum à Societate teneantur ad votum solemne obedientiæ Pontifici circa missiones, quod in sua professione emittunt, & tam illi, quàm reliqui eiusdem professi ad vota simplicia, quæ post professionem emittunt? Gabriel Vazquez 1. 2. *quæst. 96. art. 4. disput. 165. cap. 8. num. 91. & 92.* ait per expulsionem à Societate cessare eorum votorum obligationem. 74

Ar id non credo, quia etsi in fine eorum votorum addatur, omnia intelligi iuxta constitutiones Societatis IESV; at nullibi habetur in eius constitutionibus professos expulsos liberari eorum votorum obligatione. Nec Gregor. XIII. in sua extrauagan. *ascendente*, vbi latissimè, & ad vnguem Societatis Iesu institutum explicuit, eam liberationem declarauit, sicut declarauit, & declarant constitutiones, eiectos post vota biennij, & coadiutorum formatorum liberos omnino à votis euadere. Adde idem dici in professione solemni, cuius perpetuitatem non tollit id additum, eo quod nihil contra eius perpetuitatem in constitutionibus continetur; sed id additum refertur ad modum, quo ea vota obseruanda sunt, qui in constitutionibus declaratur. Sicut dum alij religiosi vouent tria vota, addiuntque, iuxta talem regulam, illud additum nullam conditionem importat, sed modum obligationis eorum votorum. Et confirmatur, quia si professus hic expulsus admitteretur iterum, non indigeret noua horum votorum emissione, sicut nec noua professione. Quare ea vota sunt solùm suspensa, nec obligant dum ille extra Societatem est. Atque idem intelligo de solenni obedientiæ Pontifici voto; idem enim est annexum statui Societatis, eiusque professionis: non enim professus ille se obligat ad sic obediendum eundo inter infideles instar clerici secularis, sed tanquam membrum corporis Societatis IESV. Quare dum repulsum est membrum resecatum, suspensa est eius obligatio. Et hanc partem probant rationes, quas adduximus in professis aliarum religionum num. 56. 75

CAPVT X.

Qualiter nouitij subiiciantur præceptis regularum, & superiorum, ab ipsisque puniri valeant.

SVMMARIVM.

Si nouitius resilire velit, non tenetur ad regulas, vel superiorum præcepta. n. 1.
Explicatur, quando tentatur ad expensas, quando sillo animo ingressus est. n. 2.
An tenetur, quando recto animo ingressus est, & resilit refertur quadam sententia. n. 3.
Explicatur sententia authoris. n. 4. & 5.
An nouitij volentes perseuerare obligentur præceptis regulæ, & superiorum refertur quadam sententia. n. 6.
Explicatur sententia authoris. n. 7.

Procurant, tuti maneant? Et videntur tuti manere, quia *2. parte constit. cap. 4. §. 6.* dicitur, recedentem sponte sua à Societate, esse dimittendum, si redeat ad Societatē absque sufficientibus pœnitentiæ signis, & vera perseuerandi voluntate; & paulo antè *cap. 2. §. 4.* dictum fuerat, causam dimittendi è Societate esse, si quis nequeat, vel nolit proprium suum iudicium infringere. Ecce igitur censetur legitimè dimissus à Societate, qui intendens directè fugere à Societate discedit, & qui non vult infringere suum iudicium, cùm tamen *in dicto cap. 4. §. 4.* dictum sit, eiusmodi homines liberos manere à votis post dimissionem; & Pontifices, qui Societatis institutum approbarunt, eo ipso concessêre hanc facultatem relaxandi, in quantum opus est ad omnes scrupulos auferendos. Item, quia *p. 3. cap. 4. lit. B.* dicitur esse Societatis eos dimittere; quod si acciderit, eos manere liberos ab omni votorum obligatione. Ergo quoties Societas iure dimittit, manet alter verè liber. At in hoc casu propter illius defectus iure Societas dimittit. Item, quia dimissio est actus præcisè se tenens ex parte dimittentis, nullatenus ad id requisito præsise & ex natura rei concursu dimissi, nisi per modum obiecti circa quod est dimissio. Ergo dimissio, quæ est iusta, & legitima ex parte dimittentis, & versatur circa hominem dimissione dignum, est simpliciter, & absolutè legitima; & sic simpliciter votorum obligatione liberat.

66 At credo eos non liberari votorum obligatione, sed teneri ad impedimenta per malitiam apposita auferenda, & ad se offerendum religioni ad eius ingressum, si superiores eum admittere velint; quod satis constat ex his, quæ diximus *lib. 4. cap. 13. num. 47.* vbi ex communi Doctorū sententia probauimus non liberari voti conditionalis obligatione, qui data opera nititur conditionem non impleri, vt liber euadat; sicut etiam qui promisit Xenodochio ministrare, non satisfaciet voto, si data opera malè seruiens, rēsque illius dispendens, dimissionem extorserit. Secundò, quia non minus hic obligatur ad religionem ex parte sui, quàm si absolutè, & absque ea cōditione voueret. Conditio enim illa non adlicitur ad maiorem ipsius vouentis libertatem, sed vt religioni libertum sic ipsum dimittere, si ineptus ipsi videatur. At si nulla conditione id votum emissum esset, hic liber non maneret; ergo nec ea conditione adiecta, cùm non minus ea apposita astringatur, quàm non apposita. Tertiò, quia nulla condonatio fraudibus, & iniuriis extorta liberat extorquentem, sed tenetur rem in pristinum statum reuocare. Cùm ergo illa votorum remissio per repulsum à Societate, non sit libera, sed fraudibus extorta, non liberabit expulsum, donec mutatis moribus, veritateque detecta nitatur iterum admitti. Nec obstant in contrarium adducta, quia ea constitutionum loca tantum probant Societati integrum esse ob eas causas rebelles illos dimittere; at non probant eos manere liberos, quippe non liberantur nisi quando ex parte Societatis expulsio est voluntaria, qualis non est in hoc casu, sed per malitiam extorta. Atque ita decreuit Congregatio Generalis *decreto 18. §. 4.* cuius verba num. 27. referemus, vbi eadem in istos statuit quæ in eos, qui ficticiis causis dimissionem extorquent, de quibus agemus eodem num. 72. Nec obstat etiam secunda ratio, quia licèt dimissio illa se teneat ex parte dimittentis; at cùm debeat esse voluntaria, oportet vt sit legitima, ne dimissus extorqueat illam per malitiam, & fraudes. Et ita docet Leonardus *lib. 2. de iustit. cap. 40. dub. 15. à num. 118. vsque ad 171.* & pro hac parte sunt Doctores quos allegauimus *lib. 4. cap. 21. num. 47.* dicentes, votum conditionale minimè deobligare, quando culpa vouentis non impletur conditio. Et pro hac etiam parte est quod diximus *lib. 4. cap. 16. num. 108.* vbi diximus non satisfacere voto ingrediendi religionem qui deliquit in eum finem ne admitteretur, aut vt admissus excluderetur. Quando autē ille adhibita sufficienti diligentia, fraudéque detecta non admitteretur, sed repulsum in perpetuum pateretur, credo eum manere à votis liberum, quia iam per ipsum non stat; consultò autem dixi, detecta veritate, quia detegere teneretur, si id opus esset ad nouam admissionem, quia ea non detecta existimare possent superiores vitia priora non ex industria, sed ex prauis affectibus, & ex mala indole ortum habuisse, & ita iudicarent illum Societati ineptum, & ideo non admittere auderent. Sed dices, vt hic liber euadat opus est adesse legitimam dimissionem; at præcedens non fuit talis, vtpote quæ fraudibus extorta est, nec præsens est legitima, quia Prouincialis modò non admittens, caret potestate expellendi post biennij vota. Sed respondetur, quamuis careat potestate dimittendi; at vbi quis semel est dimissus à Patre nostro Generali, habet potestatem non admittendi iterum, & sic ratam habendi priorem dimissionem, quando denuo admittere non expedire iudicauerit.

Atque idem censendum est de eo qui sibi falsa aliqua imposuit, vt expulsionem extorqueret, vt graues lapsus Venereos, quia similiter dimissio hæc est inuoluntaria, vtpote quæ fraudibus extorta est. Atque ita decreuit Cōgregatio Generalis *decreto 18. §. 4.* hos nullo modo tutos in conscientia esse, & huiusmodi expulsionem in foro conscientiæ fore irritam, eósque in eodem foro omnibus subiacere apostatarum censuris, ac pœnis: & si hoc in exteriori foro constiterit, posse superiores contra eos agere tanquam contra veros apostatas, iuxta Societatis priuilegia, & sacrorum canonum dispositionem. 67

Sed quid si hic emiserat votum recitandi quotidie, dum in Societate permaneret, an expulsus fraudibus prædictis maneat ad preces illas fundendas astrictus? Leonard. *lib. 2. de iust. cap. 40. fin.* quæstionem hanc tractat, & dicit probabile esse hunc non teneri immediatè, quia mens ipsius videtur esse non se obligare, nisi dum in monasterio maneat: at teneri mediatè, quippe tenetur iteratam admissionem procurare; & admissus tenebitur vi prioris voti. At probabilius aut hunc manere obligatum: quia conditio sub qua promisit, non cessauit eo modo, quo debuit, quod mens vouentis fuerit se obligare quandiu superior ipsum sponte retinere vellet. At posterior hæc pars omnino mihi placet, & est dictis conformis: quia sensus illius voti est, quandiu religiosus Societatis fuero. Et ita si ille à Societate fugeret, nullus dubitaret illum eo recitandi voto teneri, quia cùm nōdum expulsus sit, manet religiosus Societatis. At hæc dimissio fraudibus extorta eum non liberat votis, sed adhuc manet religiosus Societatis, vt probauimus num. 70. ergo adhuc manet eo voto ligatus. 68

Quarta difficultas est, an lethaliter peccet qui post ea biennij vota, aut etiam tempore nouitiatus emissa, committit culpas sufficientes dimissioni ex Societate, quamuis ex se illæ non essent nisi veniales, nec dimitti intendat, vt si frequenter regulas ad nullam culpam obligantes transgrediatur, vt si nollet orare temporibus præscriptis, ingrederetúrque omnium cubicula, & similia efficeret, & quid quando non commissis his culpis petit admitti? Sit prima conclusio. Quando sua post vota biennij, siue nouitiatus ex fragilitate, aut vehementi passione in eas culpas incideret, ar mediocrem adhiberet diligentiam ad eas cauendas, non peccaret mortaliter, secus quando ex grani negligentia, & adueterter se ad repulsum è Societate disponi; tunc enim peccaret mortaliter cōtra perpetuum in Societate perseuerantiam iis votis promissam. Probatur prior pars, quia promittens aliquid non se obligat ad media adhibenda, vt id impleat cum omni conatu possibili, sed tantùm cum mediocri, iuxta rei promissæ difficultatem. Probatur posterior pars ex dictis c. 4. num. 18. vbi consuetudinem hanc esse lethalem probauimus. Item, quia vouens aliquid censetur indirectè se obligare ad media necessaria mediocri diligentia apposita ad id explendum; & hac ratione probauimus *libro 4. cap. 16. numero 61.* vouentem religionem scientem esse opus discere Grammaticam, vt admittatur, obligari consequenter ad eam addiscendam. Cùm ergo ad perseuerantiam in religione, quæ per ea vota biennij, aut quæ tempore nouitiatus emittuntur, promittitur (eadem enim prorsus est formula vouendi, vt diximus num. 62.) desideretur niti vitare has culpas, ac se corrigere, qui non adhibet ad id mediocrem diligentiā, peccabit mortaliter contra perseuerantiam iis votis promissam. Secundò, quia reus est culpæ lethalis qui se impotentem reddit ad votum explendum, vt qui post religionis votum iniret, consummatérque matrimonium, quo consummato iam nequit ad religionem migrare. Ergo similiter peccabit qui tales culpas non vitat, cùm similiter impotentem se reddat, vt in religione promissa perseueret. Tandem, quia vouens religionem, & illam ingrediens, tenetur vt voto satisfaciat, experiri bona fide, & mediocrē adhibere diligentiam, vt in ea perseueret, vt probauimus *lib. 4. cap. 16. num. 89. & sequentib.* nedum ad id tenebitur qui promisit per ea vota in Societate perseuerare.

70 Secunda conclusio sit. Qui post ea biennij vota, aut nouitiorum petunt à Societate dimitti, humiliter significata sua tentatione, aut difficultate ad perseuerandum, & ad se instituto Societatis accommodandum, ac proponentes se vincere, mediocrémque adhibere diligentiam ad perseuerandum nisi dimittantur, non peccant; secus autem si tenaciter petant non habentes eum animum acquiescendi, & procurandi mediocriter perseuerantiam, si iudicet superior eos non dimittendos; tunc enim peccabunt mortaliter. Constat, quia proponens Pontifici causas, vt secum dispenset in voto castitatis, si proponat Pontifice non dispensante, niti ad votum implendum, non peccat vtique, quia mediis licitis curat se voti obligatione liberari. At non euaderet culpam mortalem, qui ita tenaciter peteret, vt paratus non esset ad mediocrem diligentiam adhibendam, vt votum seruet, Pontifice non dispensante, aut si sua tenacitate, & rebellione quasi cogeret Pontificem, vt secum dispensaret. Ergo idem dicendum est de petentibus votorum Societatis obligatione liberari per legitimam ab ea dimissionem, cùm hic quoque soluendæ eius obligationis modus sit licitus.

71 Quinta difficultas est, an dimissi ex Societate post vota biennij ob culpas, quas non curarunt mediocri diligentia vitare, teneantur aliquid Societati restituere? Videntur teneri, suppofito hoc, peccare lethaliter contra vota, vt probauimus numero 75. quia per hæc vota traditi sunt religioni, vt decidit Greg. XIII. in sua extrauag. *ascendente*; at culpabiliter subtrahens rem alteri traditam, tenetur restituere, cùm traditio conferat dominium rei, & ius proprium: sed hi culpabiliter subtrahunt seipsos religioni; ergo tenentur restituere. Sed verius est non teneri; & praxi ita receptum est, quia ex vi votorum non tenentur, vtpote quæ omnino cessant per dimissionem legitimam, vt diximus numero 62. neque etiam ex lege iustitiæ, quia religio nec per ea vota, nec per solemnem professionem acquirit ius iustitiæ in personam. Non enim per professionem se obligat religiosus suo monasterio ex iustitia, sicut seruus dominō; sed ex solo obedientiæ voto, quod est actus religionis. Neque obstat argumentum de traditione, quia id verum habet, quando traditio est in bonum alterius, cui res traditur, & producit obligationem iustitiæ. At in præsenti religiosus non proteritur in religionis bonum, sed ad suum spiritualem in virtutibus progressum; nec religio acquirit ius iustitiæ, sed obedientiæ. Et ita Doctores *in tractatu de relig.* communiter tradunt, suadentes professo vt fugiat nulla vi, aut fraude illata, non teneri aliquid religioni restituere, quasi non peccarit contra iustitiam; sed contra votum obedientiæ, quo professus ille perseuerare tenebatur.

Quare etiamsi data opera Societatis religiosi eās culpas admitterent, vt ex religione expellerentur, non teneretur religioni aliquid restituere; quia non delinquunt contra iustitiam, sed contra sola vota; alis autem ratione tenebuntur redire, quia, vt diximus num. 70. non euadunt à voto perseuerandi in religione liberi. 72

Sexta difficultas est, an possit Generalis Societatis IESV obligare eiectos, siue nouitios votis ligatos, siue eos, qui vota biennij emiserunt, aut professionem, vt transeant ad aliam religionem, & si ab ea recedant, quid facere teneantur? Sed de hoc diximus suprà num. 43. 73

Vltima difficultas est, an professi quatuor votorum eiecti in perpetuum à Societate teneantur ad votum solemne obedientiæ Pontifici circa missiones, quod in sua professione emittunt, & tam illi, quàm reliqui eiusdem professi ad vota simplicia, quæ post professionem emittunt? Gabriel Vazquez 1. 2. *quæst. 96. art. 4. disput. 165. cap. 8. num. 91. & 92.* ait per expulsionem à Societate cessare eorum votorum obligationem. 74

Ar id non credo, quia etsi in fine eorum votorum addatur, omnia intelligi iuxta constitutiones Societatis IESV; at nullibi habetur in eius constitutionibus professos expulsos liberari eorum votorum obligatione. Nec Gregor. XIII. in sua extrauagan. *ascendente*, vbi latissimè, & ad vnguem Societatis Iesu institutum explicuit, eam liberationem declarauit, sicut declarauit, & declarant constitutiones, eiectos post vota biennij, & coadiutorum formatorum liberos omnino à votis euadere. Adde idem dici in professione solemni, cuius perpetuitatem non tollit id additum, eo quod nihil contra eius perpetuitatem in constitutionibus continetur; sed id additum refertur ad modum, quo ea vota obseruanda sunt, qui in constitutionibus declaratur. Sicut dum alij religiosi vouent tria vota, addiuntque, iuxta talem regulam, illud additum nullam conditionem importat, sed modum obligationis eorum votorum. Et confirmatur, quia si professus hic expulsus admitteretur iterum, non indigeret noua horum votorum emissione, sicut nec noua professione. Quare ea vota sunt solùm suspensa, nec obligant dum ille extra Societatem est. Atque idem intelligo de solenni obedientiæ Pontifici voto; idem enim est annexum statui Societatis, eiusque professionis: non enim professus ille se obligat ad sic obediendum eundo inter infideles instar clerici secularis, sed tanquam membrum corporis Societatis IESV. Quare dum repulsum est membrum resecatum, suspensa est eius obligatio. Et hanc partem probant rationes, quas adduximus in professis aliarum religionum num. 56. 75

CAPVT X.

Qualiter nouitij subiiciantur præceptis regularum, & superiorum, ab ipsisque puniri valeant.

SVMMARIVM.

Si nouitius resilire velit, non tenetur ad regulas, vel superiorum præcepta. n. 1.
Explicatur, quando tentatur ad expensas, quando sillo animo ingressus est. n. 2.
An tenetur, quando recto animo ingressus est, & resilit refertur quadam sententia. n. 3.
Explicatur sententia authoris. n. 4. & 5.
An nouitij volentes perseuerare obligentur præceptis regulæ, & superiorum refertur quadam sententia. n. 6.
Explicatur sententia authoris. n. 7.

Quid de nouitiis Societatis IESV, *qui ex deuotione vota emiserunt? n.8.*

An nouitius delinquens possit puniri à Prælato regulari, vel à Iudice seculari, aut ecclesiastico? proponuntur probantia partem affirmantem. n.9.

Exponuntur sententia authoris, & an teneantur nouitij, si pestea resilire velint, stare sententiæ? num. 10. vsque ad 14.

An nouitij immunes sint à solutione gabellarum? refertur duplex sententia. n.15.

Explicatur sententia authoris. n.16.

An nouitij possint excommunicari à proprio Episcopo, vel à religionis Prælato? n.17.

An possint ad ordines promoueri? refertur quædam sententia. n.18.

Refertur sententia authoris. n.19.

A quo Episcopo possint initiari? refertur quædam sententia. n.20.

Sententia authoris exponitur, & an nouitiorum dedicatio sit conditionalis, an pura, resoluendaque in cæteros conditionis, & quid dictet inter vtrumque modum? n.21.

An si desideretur licentia Prælati religionis, vt nouitius ordinetur, & an ille Prælatus possit ea dare dimissorias, vt à quocunque Episcopo ordinetur? & ibi remissiuè, an nouitius gaudeat priuilegiis religionis? n.22.

1 HAc in re certum apud omnes est, liberum prorsus esse nouitiis ab instituto regulari incepto retrocedere ad seculum redeundo, ac proinde tunc à præceptis regulæ, & superiorum, eorúmque iurisdictione reddi omnino immunes. Constat ex *cap.1. & cap. 2. de regul. iuris in 6.*

2 Hinc deducitur solutio illius quæstionis, an nouitij à monasterio recedentes teneantur soluere expensas in suis alimentis à monasterio consumptas? Quæ quæstio planè procedit, quando ministeria religioni à nouitio exhibita non æquiualerent expensis illis: quando enim æquualerent, certum est, nihil à nouitio deberi, etiamsi nouitius animo in seculum redeundi ingressus esset, sed expensas compensari ministeriis illis. Tunc autem æquualentia dicentur, quando monasterium obsequio illius nouitij indigebat, quo ab eo non exhibito, expensas totidem factuum esset monasterium pro alio ministro: secus autem quando eo ministerio non indigebat; sed id per alios eiusdem religionis supplendum esset non amplioribus à monasterio expensis factis.

3 Quæstio igitur procedit, quando recta perseuerandi intentione ingressus est, & ministeria ipsius non sunt æquualentia expensis, ac postea mutato animo exiit. Et quidem videtur ad eas teneri per *cap. delapsis. 16.quæst.6. & cap. si quis rapuerit. 7. quæst.1.* vbi decidit, in probatione existentes non debere esse onerosos monasterio. Sed hæc iura nil probant; nam vt bene ait Ancharan. *cap. beneficium. num.1. notab.4.fin.de regul. in 6.* ea iura non loquuntur de nouitiis qui in religione sunt ad experiendum, an is status ipsis conueniat, sed de regularibus qui in aliud monasterium causâ pœnitentiæ agendæ ob delicta detrusi sunt. Quare concludit, veros nouitios vel non teneri ad huiusmodi expensas, vel saltem ad dimidiam solùm expensarum partem teneri; & in hanc partem posteriorem magis inclinat, licèt cogitandum relinquat: ducitúrque, quod ex probatio, & monasterij, & ipsius nouitij fauorem respiciat. *cap. ad Apostolicam, de regularibus.* ac proinde extens ad solam dimidiam expensarum partem ipsius nouitij fauori correspondentem astringetur; & refert pro se Ioan. Andre. *eo cap. beneficium. in fin.* qui quidem hanc sententiam innuit, licèt non expresè eam dicat, solùm enim ait eos textus loqui de inclusis propter culpam; probationem autem nouitiorum esse in vtriusque fauorem.

Cæterùm dicendum est, nullatenus teneri ad expensas. Ducor, quia liberè potest redire ad seculum, vt diximus num.1. at non posset liberè, si ad expensas teneretur: sæpe enim retineri posset, quod expensas soluendo non esset, eo quod monasterium eum alere teneatur, & ipse quoque monasterio inseruire; & per accidens est si ratione morbi, aut alia causa non inseruiat, aut expensæ mercedem laboris excedant. Nam si labor excederet expensas, nó haberet ius nouitius mercedis excessus exigendi. Et ideo hanc partem sustinet Dominicus *cap. 1. num.5. & cap. beneficium. fin. de regular. in 6.* Francus *cap. 1. in principio. num.2. notab.3.* & *cap. beneficium. fin. eod. tit. & lib.* Barbatius *cap. in presentia. nu.58. de probat.* Ananias *cap. sl. auunnu. fin. de regular.* Nicol. de Vbald. *de success. ab intestato*, vbi de success. regular. *2. part. num.10. fin.* habetur *8. tom. tract. part.2.* Guillelm. Redon. *de stolis ecclesiast. quæst.8. in princip. num.71.* habetur *tom.14. tract.* Lælius Zecchius *de Rep. ecclesiastica. tit. de regular. cap.3. num.10.* Rosella *verbo nouitius. num.11.* Sylvester *verbo religio. 5. quæst.8.* Anton. Cuc. *lib.3. instit. maior. tit.1. nu.81.* Manuel *quæst. regul. tom.3. quæst.11. art.vltimo. §. circa eundem cons.* Azor *lib.12. instit. moral. cap.3. q.6.* Emmanuel Sà *summ. verb. religio. num.8.*

Hoc tamen temperandum est, nisi pactum esset lat- 5
giendi monasterio expensas nouitij, vt in monasteriis monialium contingit; tunc enim siue nouitia perseueret, siue exeat, expensæ debentur monasterio, nulla prorsus ratione habita ministerij religioni exhibiti, quia in omni euentu, & absque vlla exceptione contractus soluendi expensas initur.

Circa principalem igitur quæstionem obligationis 6
nouitiorum ad statuta regulæ, & præcepta superiorum, Sarmiento *lib.2. selectarum. cap.5. num.9. versic. ex supradictis dubiis manet, an præceptis regulæ teneantur*, & quidam, quos tacito nomine refert Azor *lib.12. instit. moral. cap.2. quæst.10.* existimant nouitios non teneri religionis statutis ratione voti, aut præcepti, quod regula, & institutum ordinis constituit; at verò superioris præcepto ligari, & cogi posse, non quidem absolutè, & simpliciter, quia liberè valent à religione recedere, sed si in probatione permanere velint. Tum quia eorum probatio id postulat; tum etiam, quia dum in probatione versantur, se superiori subiiciunt, & obligant; cùm aliter probari commodè, & gubernari nequeant. Nam vt habetur *cap. recolentes. versic. si enim. de statu monachor.* dignum est, vt qui similem cum aliis vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam. Confirmatur, quia licèt clerici non subsint Principibus secularibus, tenentur tamen eorum legibus in commune Reip. bonum editis.

Sed verius est, eos non astringi præceptis, & statutis 7
religionis, & eius superiorum. Ducor, quia nondum in religioforum cœtubernium, & sodalitium admissi sunt, sed in probatione versantur, ad experiendum an admittendi sint, sicut Cathecumenus Ecclesiæ legibus non astringitur, donec perfectè per baptismum in Ecclesiæ gremium admissus sit. Neque obstant argumenta contraria: quia solùm probant decentissimum esse nouitios eas regulas obseruare; non autem probant teneri, quia verè non sunt partes communitatis religioforum, sed in via, vt ad eam communitatem per professionem admittantur; sicut Cathecumenus non est verum Ecclesiæ membrũ, sed est in via, vt per baptismum fiat. Nec est simile de clericis, quia vera pars Reipubl. ciuilis sunt. Et ideo hanc partem sustinent Rosel. *verb. nouitius. num. vltim.* & ibi Angel. *n.18.* Armil. *n.18.* Tabien. *q.15. n.34.* Sylvester *verb. religio. 5. q.6.* Cordub. *in quæst. lib.1. quæst.3. in 5. probat. 1. opinione.* Anton. Cuc. *lib.3. tit.1. num.79.* Azor *di.ta quæst.10.* Henriq. *lib.7. de indulg. c.22. num.7. & lib.6. de pœnitentia. c.16. n.3. ad finem.* Emmanuel Sà *sum. verb. religio. num.8.* Graffis *1. p. decis. lib.3. c.5. n.15.* Manuel *quæst. regul. tom.1. q.21. art. vlt.* Cataneus *in sua summa. verb. nouit. ad finem.*

Sed

8 Sed maior est difficultas de nouitiis Societatis IESV, qui ex deuotione, pro vt fieri solet, vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ emiserunt. Videntur enim teneri regulis, & præceptis instar religioforum eiusdem Societatis, qui per vota biennij desiere esse nouitij, & in corpus Societatis cooptati sunt; quia sub eadem prorsus forma vota emittunt huiusmodi nouitij. Insuper, quia si violent castitatem fornicando, aut paupertatem retinendo proprium, eiusdem prorsus criminis rei sunt, ac religiosi, qui vota biennij emisserẽ, violantes hæc vota. Ergo simili quoque culpa mnodabuntur, si obedientiam violent, transgrediendo regulas ac superiorum præcepta. Cæterùm existimo dicendum, posse quidem superiorem religionis imponere eis præcepta in virtute obedientiæ, & obligantia sub mortali, non quasi superior ius habeat in nouitium, cuius vota ei emissa non sunt, nec ab eo acceptata, sed quia nouitius promisit Deo exhibere obedientiam huic superiori, & eo ipso quod superior hic præcipit, obligatus est Deo nouitius per suum votum ad parendum huic superiori; sicut si quispiam promitteret Deo se recitaturum calculos virgineos, quoties confessarius id iusserit, confessarius quidem nullum habebit ius in eum vouentem, quia nulla ipsi promissio est facta, nec acceptata. At eo ipso quod ipse iubeat eas preces fundi, tenebitur Deo ipse vouens ratione voti ab eo emissi; nam tunc temporis ponitur conditio in re, qua posita se obligauit Deo; adde iurisdictionem, & potestatem superioris in religiosos non consurgere ex vi, & natura votorum, sed deriuari à Pontifice erigente religionem, vt probauimus *lib.4. cap.24. num.16.* quæ in solos veros religiosos, & perfectè subditos concessa est. Secundò existimo, quando superior religionis, vel regula absolutè imponit præceptum obligans communitatem, eo præcepto non comprehendi nouitios, quia manifestis superiorum, & regulæ intentio est, eos solos obligare, qui plenè superioribus, & regulæ subiiciuntur, & sunt veræ partes illius communitatis, & in quos iurisdictionem acquisierunt; quæ tria non reperiuntur in nouitiis, quantumuis eo obedientiæ voto obligatis. Neque obstat, hos nouitios promisisse obedientiam secundùm regulam, & seruaturos se regulam, quia huiusmodi votum intelligitur eo modo, quo obligat regula: huiusmodi autem rigida regulæ præcepta non censentur nouitiis illis inposita, sed veris religiosis, qui regulæ subsunt; & ex his soluta manet contraria obiectio.

9 Hinc primò deducet quispiam, nouitios hos in delictum aliquod incidentes, non posse puniri à Prælato religionis, vtpote qui nulla in eos iurisdictione gaudet, sed vel puniendos à Iudice seculari, si nullo ecclesiastico ordine insigniti sint, & delictum sit seculare, aut à Iudice ecclesiastico, si delictum sit ecclesiasticum. Et cõstituatur, quia cùm nouitius nullis regulis, aut superioris præceptis astringatur, non poterit superior regularis eum astringere ad pœnam subeundam; & proinde coram illo conueniendus non erit. Atque ita eos non gaudere priuilegio fori docet Thomas Tribunus *decis. Senen. lib.2. decis.57. num.17. & tract. de mods. & ordine procedendi criminaliter inter regul. c.2. art.21.*

10 Cæterùm dicendum est primò, nouitium gaudere priuilegio fori, ac proinde conueniri non posse coram Iudice seculari. Ducor, quod etsi non perfectè, & omnino religiosus sit, at est intra religionem, eiúsque pars, quamuis imperfecta, quo ratione ipsum percutiens innodatur sententia excommunicationis, instar percutientis clericum. *cap. religiosa. de sentent. excommunicat. in 6.* Item ex *l. statua liber. 14. ff. de quæstionib.* vbi habetur, statu liberum in delicto repertum non vt seruum ob ambiguum conditionis statum, sed vt liberum puniendum esse. Ergo pari ratione nouitius, cuius dubius status est, an furorus sit religiosus, an laicus, deserto monasterio, si delinquat, non instar laici coram Iudice secularis, sed instar religiosi conueniendus est. Item, quia adhærentia religiosis suæ religionis, *l. quæ religiosis. ff. de rei vendicat.* Atque ita docent Glossa. *cap. beneficium, verbo conferendum, de regularibus. in 6.* & Ioan. Andre. *in 1. verf. in glos. 5.* & ibi Dominicus *num.7.* Ancharan. *num.3. q.2. inuit.* Francus *num. 4. inuit.* Probus *ibi. adde. ad Mona-churo. num.4.* Idem Francus *dicto cap. religiosa. 1. quæstio. num. 3.* & ibi Dominicus *num. 3.* & Archidiaconus *fin.* Federicus *cons.32. quæst. vltis est.* Hostiens. *cap. penult. n.4. & 5. de regular.* Anton. *c.1. n.6. fin. de foro compet.* Anchar. *cons.69. num.12. column. penult. versis. consequenter quæritur.* Iason *1. cum quadam puella. num.25. vers. & quod dicitur religioso. ff. de iurisdict. omnium Iudic.* Decius *eadem consultatione in nouo edit. num.286. fin. de probat.* Ioannes Lupus *sub. de dona. §.38. num.7.* Plaza *de delict. c.42. num.23.* Idem Iason *authent. si qua mulier nu.59. C. de sacrosanct. Eccles.* Cumani *l. si pupillus hoc modo. 61. num.11. ff. de verb. obligat.* Tiraq. *de retract. lignag. §.1. glos.8. num.21.* Bertachinus *de gabellis. 7. p. num.56.* Nauarr. *summ. cap.12. num.65.* & *lib.3. consil. 1. edit. tit. de regular. cons.58. num.4. in 2. lib.2. tit. de foro competen. cons.6. num.4.* Cordub. *in quæst. lib.1. quæst.36. aper. 1. in 2. probat. versis. sed neque ista ratio. & in 2. opinion. prob.6.* Stephan. Laberteng. *tract. de contract. eorum. glos.2. quæst. 17. num.27. fin.* Brunorus *inter decis. Canaleen. decis.11. n.7. part.5.* Canaleen. *decis.10. num.37. part.5.* Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap.2. n.12. amplia num.13. in col. ad 6. Sarmient. l.1. select. c.5. n.9. vers. ex supradictis.* Plaza *de delictis. c.42. n.vlt.* Anton. Cuc. *lib.4. instit. maior. tit.1. num.92.* Paul. & Angel. quos refert, & sequitur Bobad. *lib.2. politic. c.18. n.86.* Bellug. *in spec. print. rubr. 11. §. videm. n.5. fin.* Decian. *practic. criminal. tom.1. lib.4. c.9. n.24.* Farinac. *practic. criminal. tom.2. in 3. edit. tit. de inquisi. q.8. n.46. amplia. n.16.* Steph. Cotta *repert. dicti c. religioso. n.14.* Mandol. *in casib. annal. n. 67. casu 198.* Gutier. *q. canon. lib.2. c.1. n.107.* Brunor. *in sua comp. verb. nouitius intra conum.* Menã *in suis quæst. variis. lib.2. quæst. vltim. n.198.* Ludouic. Lop. *1. part. instruct. cons. c.47. col.2. vers. sed vtrum.* Girond. *de gabel. 7. p. in princ. n. 46.* Spino *spec. testam. glos. 12. principali. n.60.* Azor *lib.12. instit. moral. c.2. q.11.* Petrus Caball. *cons.175. n.8. & 9. tom.1.* Mol. *tom.1. de iust. disp.339. col.4. §. nouitij autem ingressi. & col. antepen. §. ad id vrdit. & tom.3. disp.671. n.1.* Læl. Zecchius *de Rep. eccles. tit. de regular. c.5. n.9.*

Secundò dico, nec posse nouitium hunc, si in reli- 11
gione permanere velit, coram Iudice ecclesiastico conueniri, ab eove puniri: sed coram Prælato religionis conueniendus est, ab eoque puniendus, quis sicut fauore religionis eximuntur nouitij instar professorum à ciuili potestate, sic etiam ab Episcopali, dum in probatione versantur, sicut hodie professi ab vtraque potestate eximuntur. Atque ita docent Nauarr. *lib.3. cons.1. edit. tit. de regular. cons.58. n.4. in 1. lib.2. tit. de foro compet. cons.6. nu.4.* Cordub. & Azor *n.* præced. allegati, Mol. *tom.3. de iustit. disp.671. n.1.* & aperte videtur idem sentire Sarmient. *n.* præced. allegatus, dum ait nouitium tanquã religiosum puniendũ esse. Vnde nõ approbo, quod ait idem Nauarr. *in 2. edit. cons. 1. in de foro cõp. cons.5. n.2.* vbi dicit posse nouitios hos puniri à suo Prælato, vel à Iudice ecclesiastico.

Et hoc idẽ non solum procedit quãdo nouitius cõtra 12
religionis regulã & statutũ delinquit, sed etiã si cõmittat alia delicta etiã capitali pœna digna, vt homicidiũ. Est enim puniendus si permanere velit, à Prælato regulari, perinde ac si esset professus, quia dum permanet exemptus est à quacũque alia iurisdictione, vt probauimus n. præced. & docet Nauarr. in omnibus locis ibi allegatis, & Azor ibi quoque allegatus; vnde si tortura necessaria sit ad cõprobandum delictũ, potest ille nouitius à Prælato regulari torqueri instar professorũ, vt bene ait Nauarr. *in 2. cons.5. n.5.* Similiter si exigatur ab eo nouitio debitũ ciuile, exigendũ est, non coram ecclesiastico Iudice, sed coram Prælato religionis, vt bene tradit Azor *il. 1. eod.* cum exemptus sit à potestate Iudicis ecclesiastici, solúque religionis Prælatis subsit.

13 Vnde non placet quod tradunt Rosella *verb. nouit. n.* 12. & ibi Tabiena *9.13.n.14.* Armilla *n.18.* Sylvest. *verbo religio. 5. quæst.7.* Antonius Cucus *lib.3. institut. maior. tit. 1. num. 80.* dum dicunt neutrum posse punin à religionis Prælato pœna perpetui carceris ob delictum ea dignum, sed solius temporalis, si eam pati velit. Ducuntur, quod non possit impediri illis reditus ad seculum, qui impositis carceris perpetui pœna impediretur vtique. Illis fauet Henriquez *lib.6. de pœnitentia c.16. num.3. ad finem*, dicens non posse nouitios duro monasterij carcere puniri; & *in comment. litt. T.* ait, posse leui pœnitentia, vt discipulum à Magistro. Sed meritò alij tenent, posse quoque eos perpetuo carceri damnari; quia supposita permanendi voluntate, subdantur plenè quoad delicta Prælato regulari; ergo possunt ab eo qualicunque pœna ei delicto debita plecti. Quod si permanere nolint, neutra pœna puniri valent, cùm ante professionem sit plena exeundi à potestate Prælati facultas eis concessa per religionis egressum. Vnde non est quod distinguant prædicti authores inter pœnam perpetui, aut temporalis carceris; sed vtraque, si permanere velint, puniri possunt, neutra autem, si ad seculum redire eligant. Quare neutra pœna impeditur eis libertas religionis deserendæ, cùm vtramque solùm subire cogantur, casu quo in religione permanere velint, & neutri subiciantur, si egredi placeat. Et ita docet Ancharan. *c.1. fin. de regul. in 6.* & Lupus, quem referunt Prantus *ea c.1. num. vlt.* & ibi Dominicus *l. 1. n. 12.* & licèt prima facie videantur illi contradicere, at re vera non contradicunt: nam ad aliam quæstionem pertractandam diuertunt, nempe, an constitutionibus religionis cuidam delicto pœnam perpetui carceris imponentibus, nouitius eius delicti reus tanta pœna dignus sit; & vterque iure optimo concludit non tanta pœna eum dignum esse. Quippe cùm annus probationis ad auferitatem regulæ probandam concedatur, non debet trãsgressio illius sub ea pœna prohibẽtis ita graui delicto tribui nouitio, cùm in eo statu constitutus sit, vt experiatur, an eam prohibitionem sustinere valeat. Et quod possit nouitius perpetuo carceri damnari, tenet Lælius Zecchius *de Rep. eccles. tit. de regul. c.3. n. 10.* licèt possint nouitij nolle subdi iudicio Prælati regularis, sed exire; at si consentiant, non poterunt pœnã, cui acceptantes iudicium Prælati regularis se subdidere, effugere: quia legitimo iudicio damnati sunt. At poterunt nolle profiteri, cùm ad hoc cogi nunquam valeant. Quod si nouitio alicui imponatur pœnitentia pro aliquo delicto, si id fiat more religionis, & absque figura iudicij, tunc si religionem deferat, non tenetur eam pœnitentiam subire, quia cùm illæ pœnitentiæ imponantur more religioso, & tanquam religionis membris, intelliguntur impositæ rebus in eodem statu permanentibus, cùm id commune sit omnibus actibus, vt intelligantur rebus in eodem statu permanentibus *l. quod Seruius. ff. de condit. caussa.* & multis allegatis probat Titaqueh. *l. si vnquam. in præfat. num. 167. C. de reuocandis donationibus.* Immo dum permanent in religione, credo eos non teneri sub aliqua culpa ad has pœnitentias subeundas, quia ex solo superioris imponentis præcepto ad eas tenentur: præcepta autem superioris, & regulæ nouitios non astringunt, vt diximus num. 7. vt quando in figura iudicij pœna esset posita; quamuis liberum sit nouitio, re integra, vel ante cœptum iudicium deserendo religionem, id iudicium vitare: at vbi semel volens perseuerare, & iudicio se subiecit, & res non est integra, quia iam cœptum est, ne quibit retrocedere, & tenebitur stare sententiæ superioris, cuiusque pœnam exequi, nisi iusta appellatione ea sententia suspendatur. Quia vbi cœptum est iudicium, ibi debet finem accipere. *l. ubi cœptum. ff. de iudiciis.*

14 Quod si nouitius è religione egredi eligat, subdetur quidem Iudici seculari, à quo ob id delictum in religione patratum puniri valet, quia delictum impunitum manere non debet, & è monasterio egressus est merè secularis. Atque ita docet Fatinacius *pract. criminum tom.1. in de inquisit. in 3. edit. quæst. 8. num.46. ampl.16.* Bobad. *lib.2. cap. 18. num.87.* Stephan. Lambert. citatis numeris 12. quod tamen intelligendum est, quando nouitius ille nullo ordine insignitus esset: si enim aliàs esset clericus, puniendus à Iudice ecclesiastico, vt constat.

Secundò deducitur solutio huius quæstionis, an nouitij qui non sint aliquo ordine insigniti eximantur ex vi nouitiatus à solutione gabellarum, si vel ipsi propria bona, vel monasterium, vel quiuis alius nomine ipsorum ea vendat, aut commutet? Quidam deberi gabellam affirmant, quod veri religiosi nõ sint, ad seculumque redire valeant; ac proinde hoc personarum ecclesiasticarum priuilegio non gaudeant. Ita docent Lafarte *de decimis vendit. n.19. num.50.* & *in additionibus ad eundem num.* Manuel *quæst. reg. tom.2. q.47. art.8. ad finem.* & *to.3. q.74. a.9.* immò addit Lafarte *eo. n. 50.* nec religiosos Societatis IESV, qui finito nouitiatus biennio vota simplicia emittunt, immunes esse à gabellarum solutione, quod nondum professi sint. Alij verò censent loquentes de nouitiis, rem hanc pendere ex futura professione: si enim nouitius postea illam emittat, non debebitur gabella ex rebus tempore nouitiatus venditis, secus si ad seculum redeat. Ducuntur ex doctrina Tiraquelli *de retract. lignag. §.1. gloss.8. num.39.* vbi disputans, an nouitius possit rem patrimonialem extraneo traditam retrahere ratione sanguinis, dicit posse retrahere; at valore retractus pendere ex futuro eueniu: si enim profiteatur, non valebit, secus si redeat ad seculum. Ita docent Parlador *de rebus quotidianis. in 2. edit. lib.1. cap. 13. §. 1. num. 21.* Gironda *de gabellis. 7. part. in princ. num. 46.* Temperat Parlador, nisi mandato nouitij vendat monasterii eius bona in ipsius monasterij vtilitatem conuertenda, quia tunc censentur ac bona monasterij, & proinde sunt à gabellis exempta. At prædictam distinctionem meritò reprobat Lafarte *in addit. ad d.c.19. num.50.*

16 Sed multo verius est, nouitios immunes esse ab harum gabellarum solutione, quippe eo quod nouitij in religionem admissi sunt, pars eius communitatis, quæ verè ecclesiastica est, ac proinde tanquam personæ ecclesiasticæ sunt reputandi: atque ideo Doctores allegati num. 10. tradunt eos priuilegio fori gaudere. Et hanc partem tuentur Bertachinus *de gabellis. 7. parte principali. num. 56.* Mol. *3. tom. de iust. disp. 671. num. 2.* Mena *in suis variis. lib.2. q.21. num.198.* Quod autem addit Lafarte de religiosis Societatis IESV, est omnino à veritate alienum, cùm constet ex extraug. *ascendente*, Greg. XIII. eos verè esse & propriè religiosos, non aliter quàm professos; & ita aduertunt Molin. *ibi. num.5.* Manuel *eo. q. 74. a.9.* & ipse Lafarte *additionib. ad id c.19. n.5.* cantauit palinodiam.

17 Deducitur tertiò, non esse approbandum quod tradit Hentiq. *lib.6. de pœnit. c.16. num. 3. in comment. litt. S.* vbi ait non posse nouitios excommunicari à Prælato religionis, sed à proprio Episcopo; nam cùm à iurisdictione Episcopi sint nouitij omnino exempti, vt probauimus num.11. non poterunt ab ipso excommunicari: sed si loquamur de Prælato religionis, videntur posse ab eo excommunicari. Quia, vt tradunt Doctores *in tract. de excommunicat.* is superior potest excommunicare, qui iurisdictionem in foro externo habet. At ea potitur Prælatus religionis in nouitios dum in religione perseuerare volunt, vt probauimus num.10. Sed in contrarium vrget, quod excommunicatio non possit ferri ob delictum præteritum, sed ob delictum futurum, ratione contumaciæ non obedientiæ. At Prælatus religionis non potest suo præcepto obligare nouitios, nec excommunicatione præcepto ei adiuncta. Cæterùm dicendum est, in solo duplici casu id posse. Prior est, quando pœnam aliquam ratione delicti nouitio imponeret; tunc enim posset sub pœna latæ excommunicationis præcipere nouitiis, vt pœnam illam subirent: quia, vt probauimus num. 12. potest

potest obligare ad eam pœnam ratione iurisdictionis, quam in foro externo ad eam imponendam habet. Ergo potest quoque sub excommunicatione præcipere illius obseruantiam. Posterior casus est, quando Pontifex constitutione, aut præcepto aliquo interdiceret aliquid sub pœna excommunicationis: si enim nouitij id præceptum violarent, posset superior religionis eos punire fulminando sententiam illam excommunicationis à Pontifice comminatam transgressoribus; quia ea pœna est cõdigna delicto. Sicut posset quoque infligere quamcunque aliam pœnam à Pontifice staturam in transgressores; quia dum nouitij manere volunt in religione, est legitimus Iudex ad imponendas pœnas eorum delictis condignas, vt probauimus eo n.12. & seq.

28 Tandem dubitatur, an nouitij possint ad ordines promoueri; id enim multi negant dicentes, neque ad primam tonsuram promoueri posse. Ducuntur ex *c. monasteriis. 19. q. 3.* quod est D. Gregorij lib.8. epist.13. ibi; *monasteriis omnibus fraternitas vestra districtius interdicat, vt eos, quos ad conuersionem suscepterint, prius quàm biennium in conuersione compleant, nullo modo audeant tonsurare.* Atque ita docet Lambertinus *de iure patr. lib.1. p.1. q. 7. art. 14. num.4.* Angel. *verbo nouitiat. num.20.* Rosella *ibi. num. 31.* Armilla *num.18.* Tabiena *9. vol.* Sylvest. allegatis Raynerio, & Goffredo *verb. religio. 5. q.10.* Azor *lib. 12. instit. moral. c.2. q.13.* Cataneus *in sua summ. verb. nouitiat. ad finem.* Quod idem apertè sentit Tapia *authen. ingressi, verbo ingressi. c.2. n. 36.* vbi asserit, nouitium initiatum sacris ordinibus censeri tacitè profiteri, quasi sic initiari, sit actus professorum. Sed falsò allegat pro se Calderinum *cons. 5. de regular.* Farentur tamen Angel. *verb. dispens. n.8.* & ibi Sylvest. *9.14. dist. 5.* posse Prælatum religionis dispensare cum nouitio, vt tempore nouitiatus initietur, per *c. monachus. d.77.* Quatenus autem textus ille transiribiennium probationis petit, ait Sylvest. *eo verbo religios. q. 10.* & Lambert. *eodem num. 4.* consuetudine explicatum esse, vt sufficiat nouitium illum professum esse, vt possit sacris ordinibus initiari, quamuis id biennium transactum non sit.

29 Verùm existimo, posse nouitios quibuscumque sacris ordinibus initiari. Ducor, quod nullus sit textus id interdicens: nam *cap. monasteriis*, nullatenus loquitur de ordinibus accipiendis. Sed optimè id explicat Turrecremata *ibi. num.1.* id est, tonsuram monachalem facere, & habitum professorum induere. Et constat ex ratione, quam subiungit textus his verbis; *sed hoc spatio eius morsque eorum solicitè comprobentur, vt quis eorum non sit contentus eo, quod voluit, aut ratum non habeat id, quod elegit.* Et ita clarè supponunt Ancharanus *cap. cum nullus de temporibus ordinand. in 6. num.4. quæst. penult.* & ibi Francus *fin.* Henricus *cap. de hic. num.16. de sepulturis.* Anton. Cucus *lib.3. instit. maior. tit.1. num. 94.* vbi tradunt, posse nouitium intra annum probationis initiari ab Episcopo in cuius diœcesi est, & tenent Henriquez *lib. 14. de irreg. cap.9. num.2. & in comm. littera F. & lib.7. de indulgentiis. cap.22. num.vltim. in comment. littera I. & lib.10. de sacram. ordinis. cap.23. num.3. in comment. littera G.* Suarez *tom.5. in 3. part. disp.59. sect. 3. num.13.* Manuel *quæst. regul. tom.1. q.3. art.4. ad finem.*

30 Sed difficultas est, à quo Episcopo initiari debeat. Hentiq. *lib.10. de sacramento ordinis. c.23. num.3. in comment. littera G. & lib.14. de irregularit. cap.9. num.2. & in comment. litt. F.* dicit nouitium à proprio Episcopo ordinandum esse, per *cap. cum nullus de tempor. ordin. in 6.* Cui fauent Doctores asserentes per nouitiatum non censeri acquisitum domicilium in eo loco probationis, ac mutatum prius, quod nouitius non habeat animum perpetuæ habitationis in loco religionis, sed experiendæ regulæ, eique experta statuendi, an ibi permansurus sit, an potiùs ad pristinum domicilium reuersurus: sicut domicilium non compararet, vtpote quod animum perpetuò habitandi requirat, vt tradidimus *lib.3. de mutuuum, diffin. 23. num.1.* qui à proprio domicilio migraret aliò nondum firmiter statuens illic permanere, sed solùm experiri, an id expediens sibi sit. Hi sunt Lapus, & Paulus, quos refert, & sequitur Francus *cap.2. in princ. num.2. de sepult. in 6.* & ibi Dominicus *num.4.* Card. *cap. de hic. quæst.5. de sepult.* & ibi Henric. *num.25.* Petrus de Verald. *de canonic. Episcop. cap.9. num.34.* habetur *tom.5. tract. part.1.* Lælius Zecchius *de Rep. eccles. tit. de regul. c.3. num.9.* Suarez *tom.2. de religione. tract. de voto. c.11. n.*

31 Cæterùm quamuis hæc sententia sit valdè probabilis; at credo probabilius, posse nouitium ordinibus initiari ab Episcopo in cuius diœcesi est in probatione. Ducor, quod nouitius ex parte sua animum perpetuò habitandi habeat, ac prioris domicilij mutandi, & hoc animo affecti omnes ingrediantur; quamuis in nouitiatu sit ad experiendam religionis austeritatem, & si ferre non potuerit, liberum sit egredi, cùmque animum habeat. Quare non potest dici dubius circa perseuerantiam; dubius enim est qui in neutram partem inclinans, est animo pendulus: sicut non diceretur dubius, sed reuera domicilium acquireret migrans aliò, ibi quantum est ex parte sua perpetuò mansurus, licèt animum habeat illius loci deserendi, si cæli temperies sibi incommoda sit, aut quid aliud felicius sibi contingat, iuxta dicta *lib.3. de mutuum. diffin. 23. num.1. & 16.* Et confirmatur, quia cùm nouitij ex animi æstimatione ingressi sint monasterium, vt ibi perpetuò maneant, ex distinctio tanquam actus perfectus habenda est; quamuis forte in aliquo casu, aut impedimento occurrenti mutari valeat *d. cum quidam. 8. & l. etsi non sint. §. infella. vers. quid ergo. ff. de aur. & arg. leg. 1.* Secundò, quia dedicatio nouitij est pura, & non conditionalis, quamuis mutabilis, & resoluenda in euentum conditionis, si religio non placuerit, vt latè probaui *lib.4. huius operis. cap.39. nu.20.* vbi ostendi discrimen inter dispositionem à principio puram, sed resoluendam sub conditione, & inter purè conditionalem, quod hæc dum pendet conditio nullum effectũ operatur, at illa interim operatur suum effectum, donec resoluatur: ergo per hanc nouitij dedicationem acquiritur domicilium. Atque ita nouitium ordinibus initiandum ab Episcopo loci vbi est in probatione, tradunt Francus *cap. cum nullus, in fin. de tempor. ordin. in 6.* & ibi Anchar. *nu.4.* Henric. *cap. de hic. num.16. de sepulturis.* Anton. Cucus *lib.3. instit. maiorum. tit.1. num.94.* Atque idem censent Doctores qui dicunt habitatione nouitij acquiri domicilium, ac censeri prius desertum. Hi sunt Goffredus *in sum. tit. de sepulturis. num.7.* Hostiensis *c. de hic. ad finem. vers. quod si quis de sepult.* vbi Ioann. Andre. & alij citati *dicto lib. 4. cap. 39. num. 20. in fine.*

32 Nec requiritur licentia Prælati religionis, vt nouitius quoscunque ordines suscipiat, quia quoad ordinum susceptionem non illi subiicitur, vt statim dicemus, neque ex vi voti obedientiæ, quod nondum emisit, neque ex vllo alio præcepto tenetur eam licentiam ab eo petere: licèt enim in nouitiatum admittatur, & sub obedientia vitæ etiam tempore probationis, non tamen sub obligatione culpæ, sed voluntariè, vt difficultates religionis experiatur: esset tamen grauis deordinatio contra disciplinam regularem, quam nouitius proposuit obseruare, dum in probatione esset, rem adeò grauem sine licentia Prælati facere, & sufficiens iudicium præberet, vt putaretur velle religionem deserere, aut an expediret illum è religione dimittere; quare nec excusari posset à graui peccato veniali, non tamen esset mortale propter rationem dictam. Immo nec Prælatus religionis potest illi licentiam dare, aut literas dimissorias conferre, vt à quocumque Episcopo possit ordines suscipere. Quia Prælatus religionis non habet omnimodam potestatem & iurisdictionem circa nouitium, nec nouitius est illi quoad omnia subiectus; sed tantùm habet circa illum potestatem, & iurisdictionem necessariam ad bo-

num ergimen, & finem probationis, & quod hanc tantùm esse exemptos à iurisdictione Episcopi; ad finem autem probationis in religione nõ est necessarium quod Prælatus religionis possit dare nomine facultatem, nec literas dimissoriis ad suscipiendos ordines à quocumque Episcopo, vt bene docet Soutez *num.1. de relig. lib.6. de voto c.11 num 9.* & nos diximus *lib.4.c.39.n.21.* Quare ea facultas seu literæ dimissoriæ ad ordines suscipiendos petendæ sunt ab Episcopo originis, id est, in cuius diœcesi natus est nouitius, vel ab Episcopo in cuius diœcesi domicilium habebat, quando ingressus est religionem, vel ab Episcopo in cuius diœcesi est monasterium, in quo nouitiatum agit, iuxta dicta num. præceden. nisi religio ad id habeat privilegium; quia si illud habet, etiamsi in illo non exprimatur quod possit communicari nouitiis, potest Prælatus prædictam licentiam, seu dimissorias conferre nouitio, vt à quocunque Episcopo ordines suscipiat, perinde ac cæteris religiosis professis; quia satis probabile est nouitios gaudere privilegiis religionis, vt ex Molina, Henriquez, & Azor diximus loco citato numero 17.

CAPVT XI.

Qualiter religiosis interdictum sit esse executores testamentorum, aut commissarios ad testamentum nomine committentis conficiendum, absque superioris licentia.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputandæ sint. n. 1.
Nullus religiosus potest suscipere munus executoris testamenti, vel cuiuscumque vltimæ voluntatis, nec id exequi, etiam ad causas pias, absque superioris licentia. n.2.
Improbatur quædam sententia. n.3.
An hoc verum sit in solis religiosis claustralibus, & non in aliis, qui extra claustrum præstant alicui beneficio? n.4.
An Prælatus immediatus religionis possit hoc munus obire absque superioris licentia? n.5.
Quid de missa ab Abbate ad regendum aliquem conuentum, reuocabili ad Abbatis nutum? n.6.
Omnes religiosi, demptis Franciscanis, possunt licentia superioris obtenta esse testamenti executores. n.7.
An id habeat verum, etiam, quando legata non pia? numero 8.
An vltra licentiam exigatur vtilitas monasterij? n.9.
An sufficiat licentiam obtineri post susceptum officium? numero 10.
An sufficiat licentia tacita in hoc casu, & quotiescumque in iure requiritur alicuius licentia? n.11.
An licentiam semel concessam possit superior reuocare, quamuis à Papa concessa sit? n.12.
An religiosus possit capi hoc munus acceptare? n.13.
Et quid si absque licentia acceptauit? n.14.
Quicumque superiores religiosis possunt hanc licentiam concedere. n.15.
Quid si consuetudine, vel statuto aliud caueatur? n.16.
An Societatis IESV solus Generalis potest hanc licentiam concedere. n.17.
An religiosus Societatis IESV id officium acceptans absque licentia Generalis, peccet mortaliter, non tamen contra institutum, sed contra præceptum iuris communis? n.18.
An possit religiosus ex sola Episcopi licentia hoc munus obire? num. 19.
Superiore nostrum cuius sit dare hanc facultatem. n.20.
An possitas hæc testamentum, exequendi vel illa mortecha, transeat in monasterium, & an officium executoris testamenti transeat ad heredes? n.21.
An religiosi executores testamentorum teneantur rationem executionis ordinariis reddere, & possint in ea dispensare ab aliis punirì? num. 22.
Quid si sint religiosi præpositi alicui Ecclesiæ secularis? n.23.
Postea inuenies alia summaria.

QVINTVPLEX est pertractanda quæstio. Prima est. An religiosi omnes, demptis Franciscanis, possint esse testamentorum executores? Secunda. An Franciscani possint eo munere fungi? Tertia. An executio testamenti, per quoscumque religiosos, etiam Franciscanos facta absque superioris licentia, valida sit? Quarta. An omnes Franciscani possint esse commissarij ad faciendum testamentum? Vltima. An religiosus testamenti executor, possit religiosi, vel sibi applicare aliquid ex iis, quæ inter paupetes distribuere iussus est? 1

QVÆSTIO prima. An religiosi omnes, demptis Franciscanis, possint esse testamentorum executores? Prima conclusio sit. Nullus religiosus potest esse executor testamenti, siue ad causas prophanas, sine ad pias, absque obtenta superioris licentia. Constat ex *c.2. de testamentis in 6.* ibi. *Religiosus executor ab aliquo in sua vltima voluntate deputatus, non potest, cum velit, vel nolle non habeat, huiusmodi officium suscipere, vel exequi, nisi à superiore suo pertes hoc licentia, & obtenta.* Idem omnino habetur *Clementina vnic. de testam.* Posita autem est in hac prohibitione vtraque illius distinctionis pars *suscipere vel exequi*, vt bene animaduertunt Ioan. Andre. *eo. c.2. num.1.* & ibi Dominicus *in princ. num.* 1. quia posset aliquis credere, non licere suscipere eat post id officium susceptum, licere exequi, cùm multa fieri prohibeantur, quæ tamen fere mel facta tenent. Vt igitur intelligant religiosi non tantùm sibi interdici susceptionem huius muneris absque superioris licentia, verùm etiam illius absque dicta licentia suscepti executionem, addita est vtraque illius distinctiopis particula; vnde non solius testamenti, sed cuiuscumque vltimæ voluntatis prohiberur religiosos absque licentia superioris executor esse, siue ea codicillus, siue donatio causa mortis, siue epistola sit. Ratio est, quia vtrque textus indistinctè loquitur de vltima voluntate, sub qua hæc omnia comprehenduntur. Atque ita docent, allegato Zenzelino. Glossa *ex Clem. vnica. verb. cuiusliber in addit.* & ibi Card. *n.1.* Imola *n.6.*

Hinc deducitur, minus verum esse, quod tradit Nauart. *lib.3. de restit. c.1 part.3. in nouis edit. dub. 1. num.167.* vbi ait regulates posse esse testamenti executores, nisi eis specialiter suæ religionis instituto interdictum sit, ac religiosos Societatis IESV solis suis constitutionibus arceri, ne id munus obeant. Constat enim ex dictis n. præcedenti, iure communi omnibus religiosis id munus interdictum esse: ac proinde non est verum, solis suis constitutionibus id interdici religioso Societatis IESV, nec etiam est verum, reliquis religiosis, præter Franciscanos, id esse licitum, nisi suis constitutionibus prohibeatur. 3

Temperanda tamen est conclusio, vt intelligatur de religiosis claustralibus; qui enim extra claustra sunt, vt beneficiis perpetuis præsint, possunt absque superioris licentia munus hoc obire. Quia huiusmodi religiosi non sunt sub Abbatis obedientia, vt probauimus hoc lib. c. 6. num. 36. ac proinde cessat in eis ratio prohibitionis tradita *c.1. de testam. in 6.* nempe, quia non habent velle, & nolle. Et ita docent Glossa *ibi. in princip. verbo religiosi*, & ibi Francis *num.5.* Dominicus *num.6.* Glossa *Clem. vnic. verb. quod vtique de testamentis.* & ibi Card. *in 4. notab. 5.* Abbas *ibi. num.3.* Bonifacius *num. 16.* Gregor. Lopez *l. 1. verbo fraylis. tit. 10.* Fulmius Pacianus *cons. 161. num. 181. tom. 1.* 4

Secundò temperanda est, nisi sit ipse religionis superior, etiam conuentualis; is enim potest absque alicuius sui superioris licentia hoc munus obire. Quia cùm his superiores possint aliis religiosis facultatem concedere huius muneris obeundi, vt dicemus num. 15. possunt quoque ipsi eo munere fungi. Quia integrum eis est, vti omnibus facultatibus, quas aliis concedere possunt, vt probauimus *lib. 8. de matrim. disput. 3. num. 1.* Atque ita docent Paulus *cons. 15. n. 1. vol. 1.* Iacobus à canibus *tract. de executoribus vltimæ voluntatis. partic. 1. num. 35. & 36.* habetur *tom. 8. tract. p. 1.* Rosel. *verbo religio. 1. num. 10.* Sylvester *verbo testam. 2. q. 2. dicto 1.* Tabiena *verbo executor. q. 1 n. 2.* Mol. *tom. 1. de iust. disp. 247. col. penult.* Manuel *qq. reg. tom. 3. q. 70. n. 1.* quamuis immeritò contrarium dixerint Card. *Clem. vnic. notab. 5. n. 7. de testam.* & ibi Bonifacius *num. 15.* 5

ducti, quia hi superiores habent à quibus licentiam petant. Sed hæc ratio non obstat; quia cùm ipsi possint subditis facultatem huius muneris suscipiendi concedere, nulla alia eorum superioris facultate obtenta, possunt quoque ea licentia secum vti. Quod tamen intelligendum est, nisi aliud in eius religionis consuetudinibus cautum sit, aut superioris præcepto interdictum, tunc enim nõ possent secum hac facultate vti, vt bene temperant Molina, & Manuel *ibidem*: vnde si contra earum constitutionum, aut superioris præceptum superior immediatus hoc munus obiret, nulla superioris licentia impetrata, peccaret contra solas constitutiones, & id præceptum. An verò etiam contra ius commune, dicemus num. 18. fine.

6 Hinc deducitur, qualiter verum sit, quod tradit Paulus *eo cons. 15. num. 1. volum. 1.* vbi ait, posse hoc executoris munus suscipere Priorem conuentualem missum extra monasterium ad regendum aliquem fratrum conuentum, etsi pro libito Abbatis possit remoueri. Idem Fulmius Pacianus *cons. 161. num. 183. & duplicis sequenti.* Quod satis dubium esse ait Gregor. Lopez *l. 1. verbo fraylis. tit. 10. p. 6.* Sed id verum est, si re vera constituatur ille eius conuentus Prælatus, qui hanc licentiam subditis concedere possit, nec aliquo superioris, aut constitutionis regularis præcepto sibi interdicetetur, ea facultate vti, iuxta tradita num præcedenti. Nec posse ad nutum Abbatis remoueri, id tollit; quoniam dum non remouetur, est legitimus Prælatus.

7 Secunda conclusio. Quicumque religiosus, demptis Franciscanis de obseruantia, potest licentia sui superioris obtenta, munus hoc executoris testamenti obire. Constat, quia *c.2. de testam in 6. & Clem. vnic. eodem tit.* solùm interdicitur id munus non obtenta superioris licentia, nec ibi aliqui religiosi excipiuntur; nec alio iure aliqua aliorum religiosorum exceptio traditur præter Franciscanos de obseruantia, de quibus dicemus n. 24.

8 Hæc conclusio dupliciter ab aliquibus temperatur. Priùs, vt intelligatur quando religiosus ille executor esset testamenti, quoad sola legata pia: nam ad prophana requires esse ex superioris licentia, quod indecens sit, ac prohibitum *c.2. de postulando.* religiosum secularibus negotiis intermiscere. Sic temperant aliqui, quos tacito nomine refert Card. *Clem. vnic. num. 10. q. 2. de testam.* Cæterùm hac limitatione reiecta dicendum est, ad vtraque legata exequenda posse religiosum ex superioris licentia constitui testamentarium, tum quod textus allegati indistinctè loquantur de executione testamenti, eam solam absque superioris licentia prohibentes: tum etiam, quia religiosus ex legata prophana exequens, non se negotiis secularibus immiscet, sed valde pius, quia in exequenda defuncti voluntate pietas semper maximè versatur. Et ita tradunt Card. ibi, & Imola *eadem Clem. num. 10.* & ibi Bonifac. *num. 91.* Francus *c. 2. in princ. num. 1. de testam. in 6.* D. Anton. *3. part. tit. 1. c. 3. §. 9. notabili 7.* Iacobus à canibus *tractatu de executoribus vltimæ voluntatis. partic. 1. num. 31.* habetur *tom. 8. tract. part. 1.*

9 Posterius temperatur, dummodo executio illa cedat in monasterij vtilitatem; si enim non cedat, minimè sufficit licentia superioris. Huius sententiæ videntur esse clarè Archid. *c. mon. achi. el 2. num. 1. 16. q. 1.* & ibi Bellamer. *statum in princip.* dicunt enim interdici religiosis hoc munere fungi, *c. ex parte de postulando.* qui quidem textus, vt munus in eo prohibitum hoc at religiosis, petit superioris licentiam, ac monasterij vtilitatem simul concurrere. Cæterùm hanc limitationem merito reiicit Bonifacius *Clement. vnic. n. 8. & 9. de testam.* tum quia textus ille *ex parte*, nequaquam loquitur de munere executoris testamenti, sed de officio aduocati: tum etiam, quia iuta de officio executoris loquentia solam superioris licentiam exigunt, vt constat ex dictis num. 2. idque iure optimo, spectarunt enim, maximam in exequenda defuncti voluntate pietatem esse.

Tertia conclusio. Non sufficit licentiam obtineri post susceptum executoris officium ad illud exequendum, sed ad illud quoque acceptandum prærequirit. Constat ex dictis num. 2. vbi probauimus, non tantùm exequi, sed etiam id munus suscipere interdici religiosis. Et ita docent Francus *c. 1 in princ. num. 2. notab. 3. de testam. in 6.* & ibi Dominicus *num. 1.* 10

Immo nec sufficit tacita superioris licentia, quæ habetur ex ratihabitione de præsenti, aut præterito, ad hoc munus acceptandum, quia textus allegati num. 2. licentiam superioris obtineri exigunt. Vbi autem in actu aliquo exigitur alicuius licentia, ea debet esse expressa, vt tradunt plurimi Doctores, quos retuli *lib. 3. de matrim. disput. 35. num. 16.* & Corsetus *in suis singularibus. verbo licentia. num. vnic.* Tiraquel. multos alios allegans, *l. connub. 16. cons. 7. num. 8.* Purpuratus *l. si ab. num. 67. C. de pactis.* Abbas, Francus, & Ioannes Lupus statim allegandi: & ita conclusionem hanc tradunt Gloss. *Clem. vnica. verbo obtenta, de testam.* & ibi Abbas *num. 6.* Card. *in. num. 9 apposita. 3.* Imola *num. 7.* Dominic. *cap. 2. in princ. num. 4. de testamenti in 6.* & ibi Francus *num. 3.* Campegius *de dot. part. 5. quæst. 81. num. 2.* Ioannes Lupus *rubr. de donationibus inter virum, & vxorem. §. 68. nu. 29.* Rosel. *verbo religio. 1. num. 9.* Faciunt etiam multi Doctores, qui petente statuto, vel lege aliqua licentiam viri, vt contrahat vxor, vt petitur in hoc Regno *l. 55. Tauri*, dicunt exigi expressam, nec tacitam sufficere, quod tenent multi, quos refert Matienzo *libro 5. recop. tit. 3. l. 3. glossa 1. num. 5. & num. vltimo.* Sed iure optimo contrarium sustinet Sylvest. *verb. testamentum. 2. q. 2. dicto 3. dicitis.* quando superior potens contradicere, & videns tacet, quia etsi textus exigat licentiam superioris peti, ac obtineri, cùm tamen licentia possit expressè, & tacitè concedi, nec textus explicet esse expressè concedendam, non est cur restringatur ad expressam licentiæ concessionem, sed sufficiet, siue tacitè, siue expressè concedatur. Nec video, cui fundamento innitatur, vt quoties exigitur licentia ad aliquem actum, ea debeat esse expressa. Immo eam latè reprobaui, probans satis esse licentiam tacitam, *ea disput. 35. num. 17. & 20.* & tenent multi alij, quos refert Ioannes Lupus *ro. §. 68. nu. 27.* & quos congerit ibi Barahona *in addit. litera F.* Insuper, quia lib. sequenti probabimus, satis esse licentiam tacitam & præsumptam, vt religiosus possit aliquam rem possidere; vbi etiam explicabimus, quando adsit hæc licentia præsumpta, cùm tamen exactiùs interdictum sit hoc religiosis absque superioris licentia, vtpote quod est cõtra paupertatis votum. Item faciunt ea, quæ dicemus lib. sequent. cap. 2. num. 26. vbi ostendemus, consensum tacitum eius, de cuius hereditate tractatur, sufficere ad pactum de futura successione: & retenta nostra opinione, nempe, hanc licentiam non esse necessariam ad valorem actus, sed vt rectè fiat, est subinde dicendum, sat esse ratihabitionem de futuro; quando, nempe, non est recursus ad superiorem, & probabiliter creditur fore, vt si adesset, vellet.

Vtrùm autem licentiam hanc semel concessam possit superior reuocare ad libitum, quando res non est integra, quia cœpit religiosus eo munere vti, non videntur concordare Doctores. Quidam dicunt, religiosum contradicere non posse ob Prælati sui obedientiam: at hæredibus, & aliis, quorum executio illa interest, integrum esse contradicere, illisque contradicentibus superiorem cogendum esse in licentię concessione permanere. 12

num ergimen, & finem probationis, & quod hanc tantùm esse exemptos à iurisdictione Episcopi; ad finem autem probationis in religione nõ est necessarium quod Prælatus religionis possit dare nomine facultatem, nec literas dimissoriis ad suscipiendos ordines à quocumque Episcopo, vt bene docet Soutez *num.1. de relig. lib.6. de voto c.11 num 9.* & nos diximus *lib.4.c.39.n.21.* Quare ea facultas seu literæ dimissoriæ ad ordines suscipiendos petendæ sunt ab Episcopo originis, id est, in cuius diœcesi natus est nouitius, vel ab Episcopo in cuius diœcesi domicilium habebat, quando ingressus est religionem, vel ab Episcopo in cuius diœcesi est monasterium, in quo nouitiatum agit, iuxta dicta num. præceden. nisi religio ad id habeat privilegium; quia si illud habet, etiamsi in illo non exprimatur quod possit communicari nouitiis, potest Prælatus prædictam licentiam, seu dimissorias conferre nouitio, vt à quocunque Episcopo ordines suscipiat, perinde ac cæteris religiosis professis; quia satis probabile est nouitios gaudere privilegiis religionis, vt ex Molina, Henriquez, & Azor diximus loco citato numero 17.

CAPVT XI.

Qualiter religiosis interdictum sit esse executores testamentorum, aut commissarios ad testamentum nomine committentis conficiendum, absque superioris licentia.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputandæ sint. n. 1.
Nullus religiosus potest suscipere munus executoris testamenti, vel cuiuscumque vltimæ voluntatis, nec id exequi, etiam ad causas pias, absque superioris licentia. n.2.
Improbatur quædam sententia. n.3.
An hoc verum sit in solis religiosis claustralibus, & non in aliis, qui extra claustrum præstant alicui beneficio? n.4.
An Prælatus immediatus religionis possit hoc munus obire absque superioris licentia? n.5.
Quid de missa ab Abbate ad regendum aliquem conuentum, reuocabili ad Abbatis nutum? n.6.
Omnes religiosi, demptis Franciscanis, possunt licentia superioris obtenta esse testamenti executores. n.7.
An id habeat verum, etiam, quando legata non pia? numero 8.
An vltra licentiam exigatur vtilitas monasterij? n.9.
An sufficiat licentiam obtineri post susceptum officium? numero 10.
An sufficiat licentia tacita in hoc casu, & quotiescumque in iure requiritur alicuius licentia? n.11.
An licentiam semel concessam possit superior reuocare, quamuis à Papa concessa sit? n.12.
An religiosus possit capi hoc munus acceptare? n.13.
Et quid si absque licentia acceptauit? n.14.
Quicumque superiores religiosis possunt hanc licentiam concedere. n.15.
Quid si consuetudine, vel statuto aliud caueatur? n.16.
An Societatis IESV solus Generalis potest hanc licentiam concedere. n.17.
An religiosus Societatis IESV id officium acceptans absque licentia Generalis, peccet mortaliter, non tamen contra institutum, sed contra præceptum iuris communis? n.18.
An possit religiosus ex sola Episcopi licentia hoc munus obire? num. 19.
Superiore nostrum cuius sit dare hanc facultatem. n.20.
An possitas hæc testamentum, exequendi vel illa mortecha, transeat in monasterium, & an officium executoris testamenti transeat ad heredes? n.21.
An religiosi executores testamentorum teneantur rationem executionis ordinariis reddere, & possint in ea dispensare ab aliis punirì? num. 22.
Quid si sint religiosi præpositi alicui Ecclesiæ secularis? n.23.
Postea inuenies alia summaria.

QVINTVPLEX est pertractanda quæstio. Prima est. An religiosi omnes, demptis Franciscanis, possint esse testamentorum executores? Secunda. An Franciscani possint eo munere fungi? Tertia. An executio testamenti, per quoscumque religiosos, etiam Franciscanos facta absque superioris licentia, valida sit? Quarta. An omnes Franciscani possint esse commissarij ad faciendum testamentum? Vltima. An religiosus testamenti executor, possit religiosi, vel sibi applicare aliquid ex iis, quæ inter paupetes distribuere iussus est? 1

QVÆSTIO prima. An religiosi omnes, demptis Franciscanis, possint esse testamentorum executores? Prima conclusio sit. Nullus religiosus potest esse executor testamenti, siue ad causas prophanas, sine ad pias, absque obtenta superioris licentia. Constat ex *c.2. de testamentis in 6.* ibi. *Religiosus executor ab aliquo in sua vltima voluntate deputatus, non potest, cum velit, vel nolle non habeat, huiusmodi officium suscipere, vel exequi, nisi à superiore suo pertes hoc licentia, & obtenta.* Idem omnino habetur *Clementina vnic. de testam.* Posita autem est in hac prohibitione vtraque illius distinctionis pars *suscipere vel exequi*, vt bene animaduertunt Ioan. Andre. *eo. c.2. num.1.* & ibi Dominicus *in princ. num.* 1. quia posset aliquis credere, non licere suscipere eat post id officium susceptum, licere exequi, cùm multa fieri prohibeantur, quæ tamen fere mel facta tenent. Vt igitur intelligant religiosi non tantùm sibi interdici susceptionem huius muneris absque superioris licentia, verùm etiam illius absque dicta licentia suscepti executionem, addita est vtraque illius distinctiopis particula; vnde non solius testamenti, sed cuiuscumque vltimæ voluntatis prohiberur religiosos absque licentia superioris executor esse, siue ea codicillus, siue donatio causa mortis, siue epistola sit. Ratio est, quia vtrque textus indistinctè loquitur de vltima voluntate, sub qua hæc omnia comprehenduntur. Atque ita docent, allegato Zenzelino. Glossa *ex Clem. vnica. verb. cuiusliber in addit.* & ibi Card. *n.1.* Imola *n.6.*

Hinc deducitur, minus verum esse, quod tradit Nauart. *lib.3. de restit. c.1 part.3. in nouis edit. dub. 1. num.167.* vbi ait regulates posse esse testamenti executores, nisi eis specialiter suæ religionis instituto interdictum sit, ac religiosos Societatis IESV solis suis constitutionibus arceri, ne id munus obeant. Constat enim ex dictis n. præcedenti, iure communi omnibus religiosis id munus interdictum esse: ac proinde non est verum, solis suis constitutionibus id interdici religioso Societatis IESV, nec etiam est verum, reliquis religiosis, præter Franciscanos, id esse licitum, nisi suis constitutionibus prohibeatur. 3

Temperanda tamen est conclusio, vt intelligatur de religiosis claustralibus; qui enim extra claustra sunt, vt beneficiis perpetuis præsint, possunt absque superioris licentia munus hoc obire. Quia huiusmodi religiosi non sunt sub Abbatis obedientia, vt probauimus hoc lib. c. 6. num. 36. ac proinde cessat in eis ratio prohibitionis tradita *c.1. de testam. in 6.* nempe, quia non habent velle, & nolle. Et ita docent Glossa *ibi. in princip. verbo religiosi*, & ibi Francis *num.5.* Dominicus *num.6.* Glossa *Clem. vnic. verb. quod vtique de testamentis.* & ibi Card. *in 4. notab. 5.* Abbas *ibi. num.3.* Bonifacius *num. 16.* Gregor. Lopez *l. 1. verbo fraylis. tit. 10.* Fulmius Pacianus *cons. 161. num. 181. tom. 1.* 4

Secundò temperanda est, nisi sit ipse religionis superior, etiam conuentualis; is enim potest absque alicuius sui superioris licentia hoc munus obire. Quia cùm his superiores possint aliis religiosis facultatem concedere huius muneris obeundi, vt dicemus num. 15. possunt quoque ipsi eo munere fungi. Quia integrum eis est, vti omnibus facultatibus, quas aliis concedere possunt, vt probauimus *lib. 8. de matrim. disput. 3. num. 1.* Atque ita docent Paulus *cons. 15. n. 1. vol. 1.* Iacobus à canibus *tract. de executoribus vltimæ voluntatis. partic. 1. num. 35. & 36.* habetur *tom. 8. tract. p. 1.* Rosel. *verbo religio. 1. num. 10.* Sylvester *verbo testam. 2. q. 2. dicto 1.* Tabiena *verbo executor. q. 1 n. 2.* Mol. *tom. 1. de iust. disp. 247. col. penult.* Manuel *qq. reg. tom. 3. q. 70. n. 1.* quamuis immeritò contrarium dixerint Card. *Clem. vnic. notab. 5. n. 7. de testam.* & ibi Bonifacius *num. 15.* 5

ducti, quia hi superiores habent à quibus licentiam petant. Sed hæc ratio non obstat; quia cùm ipsi possint subditis facultatem huius muneris suscipiendi concedere, nulla alia eorum superioris facultate obtenta, possunt quoque ea licentia secum vti. Quod tamen intelligendum est, nisi aliud in eius religionis consuetudinibus cautum sit, aut superioris præcepto interdictum, tunc enim nõ possent secum hac facultate vti, vt bene temperant Molina, & Manuel *ibidem*: vnde si contra earum constitutionum, aut superioris præceptum superior immediatus hoc munus obiret, nulla superioris licentia impetrata, peccaret contra solas constitutiones, & id præceptum. An verò etiam contra ius commune, dicemus num. 18. fine.

6 Hinc deducitur, qualiter verum sit, quod tradit Paulus *eo cons. 15. num. 1. volum. 1.* vbi ait, posse hoc executoris munus suscipere Priorem conuentualem missum extra monasterium ad regendum aliquem fratrum conuentum, etsi pro libito Abbatis possit remoueri. Idem Fulmius Pacianus *cons. 161. num. 183. & duplicis sequenti.* Quod satis dubium esse ait Gregor. Lopez *l. 1. verbo fraylis. tit. 10. p. 6.* Sed id verum est, si re vera constituatur ille eius conuentus Prælatus, qui hanc licentiam subditis concedere possit, nec aliquo superioris, aut constitutionis regularis præcepto sibi interdicetetur, ea facultate vti, iuxta tradita num præcedenti. Nec posse ad nutum Abbatis remoueri, id tollit; quoniam dum non remouetur, est legitimus Prælatus.

7 Secunda conclusio. Quicumque religiosus, demptis Franciscanis de obseruantia, potest licentia sui superioris obtenta, munus hoc executoris testamenti obire. Constat, quia *c.2. de testam in 6. & Clem. vnic. eodem tit.* solùm interdicitur id munus non obtenta superioris licentia, nec ibi aliqui religiosi excipiuntur; nec alio iure aliqua aliorum religiosorum exceptio traditur præter Franciscanos de obseruantia, de quibus dicemus n. 24.

8 Hæc conclusio dupliciter ab aliquibus temperatur. Priùs, vt intelligatur quando religiosus ille executor esset testamenti, quoad sola legata pia: nam ad prophana requires esse ex superioris licentia, quod indecens sit, ac prohibitum *c.2. de postulando.* religiosum secularibus negotiis intermiscere. Sic temperant aliqui, quos tacito nomine refert Card. *Clem. vnic. num. 10. q. 2. de testam.* Cæterùm hac limitatione reiecta dicendum est, ad vtraque legata exequenda posse religiosum ex superioris licentia constitui testamentarium, tum quod textus allegati indistinctè loquantur de executione testamenti, eam solam absque superioris licentia prohibentes: tum etiam, quia religiosus ex legata prophana exequens, non se negotiis secularibus immiscet, sed valde pius, quia in exequenda defuncti voluntate pietas semper maximè versatur. Et ita tradunt Card. ibi, & Imola *eadem Clem. num. 10.* & ibi Bonifac. *num. 91.* Francus *c. 2. in princ. num. 1. de testam. in 6.* D. Anton. *3. part. tit. 1. c. 3. §. 9. notabili 7.* Iacobus à canibus *tractatu de executoribus vltimæ voluntatis. partic. 1. num. 31.* habetur *tom. 8. tract. part. 1.*

9 Posterius temperatur, dummodo executio illa cedat in monasterij vtilitatem; si enim non cedat, minimè sufficit licentia superioris. Huius sententiæ videntur esse clarè Archid. *c. mon. achi. el 2. num. 1. 16. q. 1.* & ibi Bellamer. *statum in princip.* dicunt enim interdici religiosis hoc munere fungi, *c. ex parte de postulando.* qui quidem textus, vt munus in eo prohibitum hoc at religiosis, petit superioris licentiam, ac monasterij vtilitatem simul concurrere. Cæterùm hanc limitationem merito reiicit Bonifacius *Clement. vnic. n. 8. & 9. de testam.* tum quia textus ille *ex parte*, nequaquam loquitur de munere executoris testamenti, sed de officio aduocati: tum etiam, quia iuta de officio executoris loquentia solam superioris licentiam exigunt, vt constat ex dictis num. 2. idque iure optimo, spectarunt enim, maximam in exequenda defuncti voluntate pietatem esse.

Tertia conclusio. Non sufficit licentiam obtineri post susceptum executoris officium ad illud exequendum, sed ad illud quoque acceptandum prærequirit. Constat ex dictis num. 2. vbi probauimus, non tantùm exequi, sed etiam id munus suscipere interdici religiosis. Et ita docent Francus *c. 1 in princ. num. 2. notab. 3. de testam. in 6.* & ibi Dominicus *num. 1.* 10

Immo nec sufficit tacita superioris licentia, quæ habetur ex ratihabitione de præsenti, aut præterito, ad hoc munus acceptandum, quia textus allegati num. 2. licentiam superioris obtineri exigunt. Vbi autem in actu aliquo exigitur alicuius licentia, ea debet esse expressa, vt tradunt plurimi Doctores, quos retuli *lib. 3. de matrim. disput. 35. num. 16.* & Corsetus *in suis singularibus. verbo licentia. num. vnic.* Tiraquel. multos alios allegans, *l. connub. 16. cons. 7. num. 8.* Purpuratus *l. si ab. num. 67. C. de pactis.* Abbas, Francus, & Ioannes Lupus statim allegandi: & ita conclusionem hanc tradunt Gloss. *Clem. vnica. verbo obtenta, de testam.* & ibi Abbas *num. 6.* Card. *in. num. 9 apposita. 3.* Imola *num. 7.* Dominic. *cap. 2. in princ. num. 4. de testamenti in 6.* & ibi Francus *num. 3.* Campegius *de dot. part. 5. quæst. 81. num. 2.* Ioannes Lupus *rubr. de donationibus inter virum, & vxorem. §. 68. nu. 29.* Rosel. *verbo religio. 1. num. 9.* Faciunt etiam multi Doctores, qui petente statuto, vel lege aliqua licentiam viri, vt contrahat vxor, vt petitur in hoc Regno *l. 55. Tauri*, dicunt exigi expressam, nec tacitam sufficere, quod tenent multi, quos refert Matienzo *libro 5. recop. tit. 3. l. 3. glossa 1. num. 5. & num. vltimo.* Sed iure optimo contrarium sustinet Sylvest. *verb. testamentum. 2. q. 2. dicto 3. dicitis.* quando superior potens contradicere, & videns tacet, quia etsi textus exigat licentiam superioris peti, ac obtineri, cùm tamen licentia possit expressè, & tacitè concedi, nec textus explicet esse expressè concedendam, non est cur restringatur ad expressam licentiæ concessionem, sed sufficiet, siue tacitè, siue expressè concedatur. Nec video, cui fundamento innitatur, vt quoties exigitur licentia ad aliquem actum, ea debeat esse expressa. Immo eam latè reprobaui, probans satis esse licentiam tacitam, *ea disput. 35. num. 17. & 20.* & tenent multi alij, quos refert Ioannes Lupus *ro. §. 68. nu. 27.* & quos congerit ibi Barahona *in addit. litera F.* Insuper, quia lib. sequenti probabimus, satis esse licentiam tacitam & præsumptam, vt religiosus possit aliquam rem possidere; vbi etiam explicabimus, quando adsit hæc licentia præsumpta, cùm tamen exactiùs interdictum sit hoc religiosis absque superioris licentia, vtpote quod est cõtra paupertatis votum. Item faciunt ea, quæ dicemus lib. sequent. cap. 2. num. 26. vbi ostendemus, consensum tacitum eius, de cuius hereditate tractatur, sufficere ad pactum de futura successione: & retenta nostra opinione, nempe, hanc licentiam non esse necessariam ad valorem actus, sed vt rectè fiat, est subinde dicendum, sat esse ratihabitionem de futuro; quando, nempe, non est recursus ad superiorem, & probabiliter creditur fore, vt si adesset, vellet.

Vtrùm autem licentiam hanc semel concessam possit superior reuocare ad libitum, quando res non est integra, quia cœpit religiosus eo munere vti, non videntur concordare Doctores. Quidam dicunt, religiosum contradicere non posse ob Prælati sui obedientiam: at hæredibus, & aliis, quorum executio illa interest, integrum esse contradicere, illisque contradicentibus superiorem cogendum esse in licentię concessione permanere. 12

permanere, quia inchoata executione, quasi contrahitur cum hærede, & legatariis, quorum interest, sicut per additionem hæreditatis, quasi contrahit hæres cum legatariis. *l. quod dubitatum. §. fin. l. in fine ff. quibus ex causis in possessionem.* Ita docet Bonifacius *Clem. unic. num. 37. & duplici sequenti de testam.* Sed contrarium videntur tenere Glossæ *in Clem. unic. verbo obtenta.* & ibi Card. *num. 11. quæst. 15.* Abbas *num. 7.* Imola *num. 8.* D. Anton. *3. part. tit. 10. cap. 3. §. 9. notab. 7.* Angelus *verbo executor. nu. 21.* & ibi Tabiera *quæst. 15. num. 16.* Armil. *num. 25.* Sylvest. *verbo testam. 2. quæst. 1. dicto 2.* Cordu. *summ. quæst. 54. §. 7. debet notar.* Mol. *tom. 1. de tract. disput. 247. col. penult.* Ludovicus Lopez *1. part. instit. cap. 15 4. fine.* Lælius Zecchius *2. part. sum. cap. 58. num. 25.* Azor *lib. 12. instit. moral. cap. 11. quæst. 1.* Manuel *qq. regul. tom. 3. quæst. 70. art. 1.* Verum quamvis discordare videantur hi Doctores, ac re vera meo iudicio non discordant, quia posteriores hi Doctores dicunt posse superiorem revocare licentiam ad cum effectum, ne possit religiosus ulterius progredi, sed teneatur obedire, cum non habeat velle, aut nolle, quod idem fatetur Bonifacius allegatus pro contraria sententia. At cum fateantur multi ex posterioribus DD. nempe Glossæ, Card. Imola, Sylvest. Molina, Lælius Zecchius, Manuel *ibi*, peccare superiorem, sic absque iusta causa, & re non integra revocantem, videntur consequenter censere, posse superiorem cogi non revocare; ob nullam enim aliam rationem peccare videtur, nisi quia iniurius est iis, quorum interest, cum executionem cœpiam ad finem perduci, vtpote qui cum iis, quasi contraxisse videtur, cœpto semel ex illius licentia executoris officio. Quando autem res integra est, non peccat superior revocans licentiam, vt bene ait Bonifacius *ea Clementina unica. num. 37.* quia ante cœptum officium, nondum est quasi contractum cum hæredibus. Quæ quidem ratio solùm probat, non esse peccatum contra iustitiam: at si prorsus causa iusta revocationis deficeret, esse peccatum veniale, tanquam actus otiosus; quod si Pontifex eam exequenda licentiam concessisset, non posset inferior revocare, vt bene ait Ludov. Lop. *ibidem.*

13 Religiosus autem, quamvis superiore non iubente cogi nequeat ad petendam licentiam, vt executoris officium sibi commissum acceptet, vbi tamen petiit, & obtinuit acceptandi licentiam, licet nondum acceptarit, potest cogi acceptare argumento *c. quidam. de renuntiat.* vbi, qui petiit licentiam renuntiandi, cogitur mutata voluntate renunciare. Nec mirum est, diuersum esse in aliis executoribus testamentorum secularibus, qui id munus exequi compelli nequeunt, nisi priùs illud tacitè, vel expressè acceptarint. *cap. penult. de testam.* quia cùm hi nulla licentia ad acceptandum indigeant, nil prorsus ad executionem pertinens agunt ante eius acceptationem: religiosi autem cùm ad acceptandam licentia indigeant, eo ipso, quod illam petierunt, sibique concessa est, iam aliquid ad executionem pertinens egisse videntur, & ideo compelli possunt exequi, quasi id sit quoddam acceptationis genus. Et ita docent Card. *Clem. unic. num. 11. quæst. 4. de testamen.* & ibi Paulus per eum allegatus, & ibi Imola *num. 9.* Bonifacius *num. 37. & duplici sequenti.* Quod si eo non petente superior absque aliquo præcepto solam acceptandi licentiam concederet, compelli nequit acceptare eam licentiam, nec id munus, quia res omnino est integra; secus si eam licentiam acceptaret, quia perinde tunc est, ac si eam postulasset.

14 Sed dubitari meritò potest, an si absque licentia religiosus acceptarit munus executoris, possit cogi petere exequendi licentiam. Solutio pendet ex ea quæstione, an facta per religiosum hac in re absque superioris licentia, valeant? de qua agemus num. 43. Et tenendo valere, dicendum est, posse cogi, quia acceptatio illa valida fecit rem non esse integram. At solùm re integra, non potest cogi acceptare, vt diximus num. præcedenti. Tenendo autem non valere, dicendum subinde est, non posse cogi, quia cùm nullius valoris fuerit acceptatio, est perinde, ac si nil actum esset, vt ex multis probauimus *lib. 3. de matrim. disputat. 2. num. 5.* Immo tenendo acceptationem non fuisse validam, non poterit cogi, etsi superior religioso non petenti concedat exequendi licentiam, quia cùm perinde est, ac si nihil ipse egisset, poterit nolle licentiam denuo concessam acceptare, iuxta tradita n. præcedenti.

Quarta conclusio. Licentiam acceptandi officij executoris testamenti potest quilibet superior, etiam immediatus conuentus, concedere religioso: quia *cap. 2. de testam. in 6. & Clem. unic. eodem tit.* solam superioris licentiam petunt; at superior immediatus est verè superior. Et ita tradunt Ioann. Andre. *eo. cap. 2. num. 1.* & ibi Archid. *num. 1.* Anchar. *nu. 3. notab. 2.* Dominicus *ibi. in princ. num. 2.* & Francus *in eodem principio. num. 5.* Card. *ea Clem. unic. num. 4. notabili 5.* & ibi Imola *num. 9.* Bonifacius *n. 32.* Paulus *cons. 15. num. 1. vol. 1.* Rosel. *verbo religio. 1. num. 10.* Sylvest. *verbo testam. 2. quæst. 1. dicto 2.* Molina *tom. 1. de inst. disput. 247. colum. penult.* Idemque subinde docent authores, quos num. 5. retulimus, dicentes posse immediatum conuentus superiorem exequi testamentum nulla petita licentia; si enim hanc licentiam aliis concedere non posset, minus posset ea ipsemet vti: nec exigitur licentia conuentus, vt bene docent Card. Imola, & Bonifacius *ibidem*, quia nullo iure ea petitur, nec res est tam ardua, vt superioris licentiæ conuentus quoque accedere debeat.

Est tamen temperanda hæc conclusio, nisi consuetudo illius religionis obtinuisset, aut eius constitutiones præscriberent, vt hæc licentia à solo superiore mediato obtinenda sit; tunc enim non posset superior immediatus. Atque ita bene docet Francus num. 5 præcedenti allegatus. Et idem dicendum est, si superior mediatus hanc concedendæ licentiæ potestatem sibi reseruasset, quia eadem est ratio. 16

Hinc deducitur primò, in Societate IESV nullum superiorem, præter Præpositum Generalem, posse hanc licentiam concedere; sic enim habetur in eius constitutionibus *p. 6. c. 3. §. 7. in declaratione. littera D.* 17

Secundò deducitur, religiosum Societatis IESV obeuntem munus executoris testamenti, cum licentia superioris cuiuscumque præter Generalem, non solùs constitutionis Societatis, quæ ad nullam ex se culpam obligat, sed etiam præcepti impositi *c. 2. de testam. in 6. & Clem. unic. eodem tit.* omnibus religiosis, ne eo munere fungantur absque superioris licentia, quod cùm sit in re graui, obligat sub mortali. Ratio est, quia ea prohibitio intelligitur absque licentia legitimi superioris ad eam concedendam. At in hoc casu non est legitimus superior alius præter Generalem, vt duplici num. præcedenti ostendimus. Item, quia cùm superior ille facultate eius licentiæ concedendæ careat, perinde est, cum eius licentia id facere, atque absque illa; sicut non minus peccat contra votum paupertatis religiosus, qui de re aliqua disponit absque superioris licentia, quàm si disponeret cum licentia superioris, qui eam dare nequit. Quare eiusdem peccati reus erit superior quicumque Societatis, id munus obiens absque Generalis licentia, cùm solus Generalis sit legitimus superior ad eam licentiam concedendam. 18

Tertiò deducitur, non posse religiosum ex sola Episcopi licentia Abbate suo contradicenti munus hoc suscipere, quia plus subditur ratione suæ professionis, Abbati. Ita docet Bald. *rubric. de monast. & obedientia. num. 5.* Felin. *c. cum. 1. & à fin. de sententia, & de re iudicata.* Sed hoc tantùm verum est in religiosis exemptis; si enim aliqui religiosi exempti non essent, possent ex licentia Episcopi id munus obire, vtpote qui Prælato conuentuali superior est; in religiosis autem exemptis nullo modo sufficit licentia Episcopi, quia ipsi non subduntur. 19

Dubitant

20 Dubitant tamen Doctores, quis superiori mortuo hanc licentiam concedere valeat. Quidam dicunt Episcopum posse concedere hanc licentiam; sic Archid. *c. 2. n. 1. de testam. in 6.* & ibi Ioan. Andr. *n. 2. & 3.* Alij dicunt rem esse differendam vsque ad noui superioris electionem; sic Monachus *eo. c. 2. n. 1.* Azor *lib. 12 inst. moral. c. 11. q. 1.* addit Monachus, prouisione diu dilata consulendum esse Papam. Alij dicunt conuentus esse hanc facultatem concedere; sic allegato Lapo tradunt Anchar. *eo. c. 2. n. 3. notabili 2.* Dominicus *ibi. in princ. n. 3.* Francus *ibi. in fine principij.* Sed miror, cur torqueantur authores hac difficultate enodanda; nam si religio sit ab Episcopi iurisdictione exempta, manifestum est, nil posse Episcopum circa hanc licentiam concedendam. Si autem sit subdita Episcopo, constat etiam id posse Episcopum, sicut vtrumque diximus num. præcedenti. Casu ergo, quo exempta est, & in quo nihil potest Episcopus, consulendæ sunt vniuscuiusque religionis constitutiones, & si iuxta illas iurisdictio Prælati residet in conuentu, sicut iurisdictio Episcopalis manet eo defuncto in Capitulo, tunc poterit conuentus hanc licentiam concedere; si autem residet in aliquo priuato, qui plenas Prælati vices obtineat, illius erit dare licentiam: quod si apud nullum ea iurisdictio maneret, quod nunquam contingit, expectanda est noui Prælati electio.

21 Quod si quæras, an officium hoc executoris testamenti, relictum monacho, transeat in monasterium? Videtur pars affirmans vera: quia omnia iura monachi in monasterium transeunt, vt suo loco dicemus. Sed dicendum est, nequaquam transire, quia ius exequendi est personale, & ideo nequaquam transit à persona monachi. Atque ita docent Bart. *in suo quæst. q. 12. ad finem.* Horianus à Sancto Petro *l. si quis Titio. n. 37. ff. de leg. a. 2.* Paulus, quem refert, & sequitur Imola, *Clem. unic. n. 24. de testam.* vbi bene ait idem esse dicendum, si executores iussi sint à testatore pecunias aliquas in pauperes ex certi monachi voluntate distribuere; tunc enim ius illud monacho competens, non transibit in monasterium, quia monachus ille est constitutus quasi testamenti executor. Et constat etiam, quia potestas hæc exequendi non transit ad hæredes, tanquam ius meræ personale, & in quo personæ industria eligitur; vt tradit Baldus *l. id quod pauperibus. 24. n. 10. C. de Episcopis, & clericis.* Iason *l. cum quis. n. finali. ff. de verborum obligat.* Auend. *c. 4. prat. n. 43. lib. 2.* Azebed. *lib. 5. recopilat. tit. 4. lib. 6. n. 11.*

22 Tandem obseruandum est, religiosus testamenti executores quamvis exempti sint, teneri reddere rationem locorum ordinariis susceptæ executionis, ordinariosque teneri eam rationem ab ipsis exigere, & eos punire, si in executione deliquerint; id enim expressè decidit *Clem. unic. de testam.* Quod quidem limitant aliqui, vt habeat verum in religiosis solùm communem exceptionem habentibus, qui possunt coram ordinariis conuenirì ratione delicti, vel contractus, iuxta *c. 1. de priuilegiis. in 6.* secus autem de his religiosis, qui nec ratione horum possunt coram ordinariis conuenirì: tales enim nequeunt ab ordinario puniri ratione huius delicti. Ita tenent Ricard. *4. dist. 45. a. 5. q. 2.* Angelus *verbo executor. n. 20.* & ibi Armilla *n. 14.* Tabien. *q. 14. n. 15.* Sylvester *verbo testam. 2. q. 2. dicto 4.* Molina *tom. 1. de inst. disp. 247. col. penult. §. si religiosi.* Manuel *qq. regul. tom. 3. q. 70. a. vlt.* addens hodie omnes Mendicantes, & gaudentes eorum priuilegia, frui hac posteriori exemptione. Cæterum, cùm hi authores nullum huius limitationis affeant fundamentum, nec vllum verbum sit *in dicta Clem. unic.* ex quo deduci possit, mihi displicet; sed decisio illius Clementinæ absolutè loquentis habebit locum in omnibus religiosis, quantumcumque exempti, nisi speciale priuilegium contra illius decisionem habeant. Et ita hanc partem sustinent Anchar. *ea Clem. unic. n. 6.* & ibi Bonifacius *n. 64.*

23 Religiosi autem non claustrales præpositi alicui Ecclesiæ seculari exemptæ ab Episcopi iurisdictione, si testamenti executores sint, non tenentur rationem reddere Episcopo, sed Papæ, vel eius legato, vel ei, qui legitimus eorum superior fuerit: quia *ea Clement. unic.* de religiosis claustralibus loquitur. Et ita docet ibi Abbas *num. 5.* & ita intelligit Glossam *ibi. verbo deputatis. in fin.* dicentem rationem reddendam Papæ, vel legato, vel suo superiori.

SVMMARIVM.

An fratres Minores possint vltimæ voluntatis executores esse? num. 24.

An hæc prohibitio extendatur ad alios Mendicantes? n. 25.

An fratres Minores præfecti alicui Ecclesiæ seculari, possint esse executores testamentorum? n. 26.

An possint esse executores, quando distributio est facienda inter ipsos fratres, vel moniales ipsis subditas? n. 27.

An fratres Minores possint præbere consilium executoribus testamentorum, & executores teneantur illud sequi, quando testator præcepit consilium peti; & quid si petens consilium sit ingressurus ordinem ipsorum? n. 28.

An ad præstandum hoc consilium exigatur licentia superioris? num. 29.

An stante statuto, vt minor contrahere nequeat absque sui fratris consilio, possit id consilium frater dare, si iam in ordine Minorum professus sit? n. 30.

An possit in testamento committi electio pauperum, in quos eleemosynæ distribuenda est fratribus Minoribus? referitur quædam sententia. n. 31.

Explicatur sententia authoris? n. 32.

Quid si non tantùm electio, sed distributio pecuniæ committatur ipsis fratribus Minoribus? n. 33.

An exigatur licentia superioris ad hanc pauperum electionem, & distributionem faciendam, non solùm in fratribus Minoribus, sed in quibuscumque religiosis? n. 34.

An iussus facere aliquid, petito alterius consilio, eo non petito, validè faciat aliquid? n. 35.

Quid si iussus exequi cum consensu, vel cum consilio, & consensu, vel cum consilio obligando ad illud sequendum? referitur quædam sententia? n. 36.

Explicatur sententia authoris. n. 37.

Quid si adducatur clausula irritans, si ii consensus non petantur? num. 38.

An fratribus Minoribus possit committi nominatio executorum? n. 39.

Referitur quædam sententia. n. 40.

Explicatur sententia authoris, & an exigatur licentia superioris? n. 41.

An valeat prædicta nominatio executorum omnino incertorum, vel quando est generalissima nominatio? n. 42.

An fratres Minores de obseruantia possint obtenta 24 suorum superiorum licentia esse testamentorum executores? Fuluius Pacianus *consil. 162. num. 170. vol. 1.* ait forsan dici posse, vt Guardianus valeat dispensare, vt frater Minor sit executor testamenti, & *ibi. & n. 171.* a textum prohibentem hoc officium, supplendum per alia iura prohibentia cæteris religiosis sine licentia, vt intelligatur similiter absque licentia. Certissima tamen est pars negans, quam cæteri Doctores sequuntur: ex enim habetur expressè *Clement. exiui. §. proinde cum vir sanctus. cers. verum etiam, de verbor. significat.* ibi. *Prædictis fratribus non licet, nec conuenit, quam potius considerantes sui paritate status debent scire sibi interdictum, quod huiusmodi executionibus, & dispositionibus se exponant.* Duplexque traditur huius prohibitionis ratio in eo textu. Prior ibi, *cum dicti ordinis fratres non solùm à receptione, proprietate, dominio, sive usu ipsius pecuniæ, verùm etiam à contrectatione qualibet ipsius, & ab ea sive pecunia alienis.* Posterior autem his verbis, *cumque dicti ordinis professores pro nulla re temporali possint in iudicio experiri, & hæc sæpius*

absque

absque litigio, & contentationes, vel administratione pecuniæ nequeunt expediri.

25 Hæc autem prohibitio non extenditur ad alios Mendicantes, quia textus de solis fratribus Minoribus loquitur; nec rationes in eo traditæ locum habent in aliis Mendicantibus, vtpote qui id genus paupertatis non vouent. Et ita docent Glossa *cap.2.verb.mendicant. de testam.in 6.* & ibi Dominicus *in princ.n.4.* Baldus *l.id quod pauperibus.num.9.C.de Episc.& cler.* Iacobus à cantibus *de executoribus vltimæ voluntatis.partic.1.num.17.* habetur *tom.8.tract. part.1.* & plurimi alij, quos refert, & sequitur Perez *lib.5.ord.tit.2.l.4.dub.7.* & nullus contradicit.

26 Temperanda tamen est conclusio, vt intelligatur de religiosis iis, dum suæ religionis regulis subiecti manent; si enim hi Minores fratres alicui seculari Ecclesiæ præficerentur, possent vtique executores esse. Atque ita de religioso facto Episcopo vniuersaliter tradunt Card.*Clement.vnic.nu.5.notab.7.de testam.*& ibi Bonifacius *num.64.* Et ratio est, quia huiusmodi religiosi possunt in iudicio esse, pecunias contrectare, illarumque vsum, & administrationem habere; atque ideo in eis cessat ratio huius prohibitionis. Atque in simili idem dicimus de aliis religiosis n.24.

27 Secundò temperatur ab aliquibus, nisi distributio debeat fieri inter ipsos fratres, vel moniales S. Claræ ipsis subiectas; tunc enim possent fratres Minores esse testamenti executores ex Prælati licentia, quia cessant rationes huius prohibitionis. Sic affirmant Bart. *in tract.de minoricarum. lib.3. dicto 1.cap.2.* & 3. Rosella *verbo religio.1.num.7.* Angelus *verbo executor. num.* 2. Manuel *qq.regul.3.tom.quæst.70. art.2.ad finem.& art.3.fine.* At contrarium verius est, quia inde consurgunt iurgia agendi, & litigia, & pecuniarum distributio, & ideo non cessant rationes prohibitionis. Et ita sustinent Anchar. *Clementin.exiui.num.23.de verborum significat.*Sylvest. *verbo testam.2.quæst.1.dicto 7.*Baldus *ambient.ingressi.num.61. C.de sacrosanct. Ecclesiis.*

28 Quamuis autem fratribus Minoribus interdictum sit munus executorum testamenti obire, non tamen eis interdicitur consilium dare executoribus, vt expressè determinatur reddita ratione *Clem.exiui.§.proinde cum vir sanctus,in fin.de verborum significat.* ibi. *Verumtamen in his exequendis dare consilium ipsorum status non obstitit, cuius ex hoc ipsis circa bona temporalia nulla iurisdictio, sive actio in iudicio, sive dispensatio tribuatur.* Quare integrum est testatoribus præcipere suis testamenti executoribus, vt in rebus exequendis, ac distribuendis, quas excequi, & distribuere præcipiunt in suis testamentis, consilium ab huiusmodi fratribus petant; at consilio eo petito, non tenentur illud sequi: & ratio est, nam iussus aliquid facere cum alicuius consilio, tenetur quidem petere, at minimè sequi tenetur, vt latè probant *lib.1. de matrim.diffin.3.4.num.14.*& fatentur vniuersi Doctores citandi; solùm enim discrepant in verbis testatoris petentis consilium,quando obligent ad illud sequendum; quæ disputatio extra rem præsentem est; sed de ea consulantur Doctores, quos refert Mol. *lib.1.de prim. gen.cap.13.num.58.*Et id quidem intelligendum est, siue consilium determinatè, siue indeterminatè petatur, siue de personis,siue de quantitate,quia textus generaliter loquitur. Et ita tradit Bart. *tract.minoricarum.lib.3. dist.2.cap.1.*vbi, & *cap.sequent.*bene hoc limitat,nisi persona à fratribus consilium petens ipsorum ordinem ingressura esset; vt colligitur *ex d.Clem.exiui.§.dubitauerunt,*ibi. *Dubitauerunt,& dubium fratres nolunt, an liceat eis de bonis ingredientium quicquam recipere,si dentur, & si ad dandum persuasi, & conuentus eos possent inducere sine culpa, & sic etiam ad distribuendum de distributione istiusmodi verum, debeant ipsi omnibus, vel fratres dare consilium. Diuinas de cætero debent iam ministrat, quam fratres cæteri à delictis inducliuibus ad sibi dandum,& suasionibus, sed non à dandis circa distributionem consilijs abstinere.* Et bene ait Bart.*eo.cap.2.* quamuis dicta verba solùm videantur referri ad propria ingredientis bona ab eo distribuenda; at idem dicendum esse, si vellet bona aliena distribuere, quorum distributio ipsi commissa esset, quia militant rationes traditæ,nimirum fratres debere magis habere affectum ad personam,quam ad bona temporalia, & quia cùm ille ingredi vellet eorum religionem, non ita liberè disponeret de bonis, si à fratribus aliquid circa eam distributionem ei suaderetur.

29 Neque exigitur superioris licentia ad id consilium præstandum,quia nullibi interdictum est fratribus Minoribus,neque aliis religiosis id consilium circa testamenti executionem præbere, immo concessum est, vt vidimus n.præcedenti;& ita allegato Paulo docet Azor *lib.12.instit.moral.c.11.q.1.*

30 Hinc deducitur, existente statuto, vt in contractu minoris interueniat consilium sui fratris,integrum esse huic fratri, quamuis in religione Minorum professus sit, id consilium præstare, quia fratribus Minoribus non interdicitur consilium dare, vt probauimus n.28. & sic docet Barbz.*cap.tua nos.num.10.de testamentis.*

31 Triplex autem potissima in hac re est difficultas.Prima est, an possit electio pauperum committi fratribus Minoribus, vt si testator suis executoribus præcipiat pecuniæ aliquas pauperibus distribui, eligendis per fratres Minores, vel cum eorum consensu? Quidam negant. Ducuntur; quia astringere executores, vt teneantur sequi consilium fratrum Minorum in distribuendis rebus, esset in effectu facere fratres ipsos executores,tametsi aliorum ministerio: præterea, quia licèt in hoc euentu cesset aliqua prohibitionis ratio,non tamen cessant omnes, quia stat dispensatio circa temporalia,quæ inuenitur in pauperum electione, elector enim verè dicitur agens. Tandem,quia subest ratio generalis huius prohibitionis,quæ fuit,ne auocentur fratres ab spiritualibus laboribus, quibus quotidie vacare debent,vt dicitur *ex Clem.exiui.§.licet verò.*Et confirmatur,quia, etsi ratio prohibitionis cessasset, perseueraret adhuc prohibitio,sufficit enim,posse aliquando contingere litigia. Quare textus *Clem.exiui.* vt retuli num.24. tradens huius prohibitionis rationem, cautè dixit, *cum hæc sapias absque litigio.* Et ideo hanc partem sustinent Glossa *Clement. vnic. verbo dixit, de testam.* Bald. *ambient. ingressi.num.20.C.de sacrosanct. Ecclesiis.& cons.399.num.2. vol.5.*Anchar.*cons.202.num.2.*& *d.Clement.exiui.num.23.* & ibi Cardinalis *§.verum.num.14.* Francus *cap.2.in principio.nu.4.quæst.3.de testam.in 6.* Felin. *c.penult.num.finali. vers.3.limitat. de constit.* Barbat. *cap.tua nos.num.9.& 10. de testam.&cons.12.num.6.ad finem vers. sed restat modo. vol.1.* Ripa *l.ex facto.§.si quis rogatus.el 2.num.5.ff.ad Trebellianum.*Sylu.*verbo testamentum.2.quæst.2.dicto 7.*Ioann. Dilectus *de arte testandi.tit.7.cautela 7.fin.*habetur 8.*tom. tract.part.1.*Iacobus à canibus *tractatu de executore vltimæ voluntatis.part.1.num.39.* habetur *tom.8. tractatuum.p.1.* Nata *cons.408.num.4.vol.1.tract.1.part.1.* Dueñas *regula 381.ampliatione 6.fine.*Mol.*eod.1.de iustitia.diffinit.247. col.penult.§.illud est obseruandum.*Perez *lib.5.ordin.tit.2. l.4.dub.7.*

Quamuis autem sententia hæc sit valde probabilis: ar probabiliorem reputo contrariam dicentem integrum esse fratribus Minoribus hanc pauperum electionem facere. Ducor, quia hæc electio est quid facti potius,quàm iuris,vt constat ex *l.cum pater.79.§. hæreditatem. el 1. ff. de legatis.* 2. vbi decidit, ius eligendi non perimi per ꝓportationem, cùm tamen deportatus incapax sit eorum, quæ sunt iuris ciuilis,vt constat ex *eadem l.cum pater.§.pater.*Item,quia cessant in hoc euentu omnes prohibitionis rationes, quia in hac pauperum electione nulla est contrectatio, aut administratio pecuniæ:sed executores mandato testatoris distribuunt merè pauperum electione facta per fratres, nec litigium cum

cum illis aliquod esse potest; sed si quod suboriatur, id cum executoribus intentandum est, vt eorum executio impediatur. Deinde, quia cùm res hæc valde pia sit,non dedicet religiosos, nec à spiritualibus occupationibus auocat, cùm ea electio breuissimo tempore fieri possit. Tandem, quia hoc non est executoris munus obire; executores enim plura alia habent, contrectant pecunias,easque distribuunt, vendunt bona executioni testamenti necessaria.Et ex his constat ad rationes contrarias. Et ideo hanc partem tuentur Bart.*lib.5. minoricarum.d.1.cap.4.*& *d.1.cum pater. §.hereditatem. el 1. num.3.*& ibi Paulus *num.vnic.* Imola *num.5.* Abbas *Clement.religios.num.penul.de procur.a.*Bald. *l. id quod pauperibus.num.16.C.de Episcop.& cler.& authent.ingressi. num. 14.*& *ibi.C.de sacrosanct. Eccles.* Roman. *cons.409.num.9.* Anchar.*cons.412.num.2.* Alexandr.*cons.57.num.8.vol.5.* Idem Paulus *hæc facto.§.si quis rogatus.el 2.fine.ff. ad Trebell.*Bertach.*in suo repertorio.litera E.verbo executor testam. quis dari possit. vers.2.* Quesada *in suis variis quæstionibus. cap.22.num.10.*Iason *l.1.§.item acquirimus. num. 52.ff.de acquirenda possessione.*Salycetus *l.1.num.6.vers.item predicta nota.C.de hæredibus instituendis.*Anan.*cons.30. num.vlt.* Lambertinus *de iure patronatus.lib.2.part.1.quæst.2.art.11. num.vltim.*Rosel.*verbo religio.1.num.7.*Angel. *verbo executor.num.vltim.* Couarru.*c.tua nos.num.1.ad fin.de testam.* Greg.Lopez *l.2.verbo frayles.tit.10. part.6.* Minchaca *lib. 3.controuers.illust.seco cap.98.*Matienzo *l. 14.glossa 1. num. 3.tit.4.lib.5.recopi.* Caual. *in suis communibus quæstionibus. q.88.fine.*Spino *speculo testam. glos.7.8.in princip.num.31.* Simon de Præsis *de interpret.vltim. voluntatis lib. 5.interpret.1.dub.2.num.25.* Caldas *de nominatione emphyteutica. cap.6.num.5.* Manuel *qq.regul. tom. 3. quæst.70. art.2.* & *tom.2.summ. cap.70.num.13.* Quod tamen limitandum est iuxta ea quæ dicemus n.38.

33 Quod si testator disponeret, vt fratres Minores eligant pauperes,inter ipsosque distribuant,possent vtique Minores eligere, at non distribuere. Quia cùm sint hæc duo separabilia, non vitiatur prior pars vtilis per posteriorem inutilem. Sic Bart.*tractat. minoricarum.lib.3.dist.1. toto c.5.*

34 Ad hanc autem pauperum electionem faci endam exigitur licentia superioris, quia quamuis ea non sit totum executoris testamenti officium, est tamen quædam eius pars. Atque ita docent Azor *lib.12.instit.moral.c.11.quæst. 1.* allegans Paulum, etsi non loquatur in his terminis, sed quando testator præcepit omnia executioni mandari, cum religiosi alicuius consensu, in quo casu est perinde,ac si religiosus constituatur executor,vt dicemus n.38. Sed in propriis terminis id docet Manuel *1.tom. summæ. c.70.num.13.* Quare non approbo, quod ait Lambertinus *de iure patronatus.lib.2.p.1.quæst.2.art.11.num.vlt.* vbi ait,ad hoc nullam exigi superioris licentiam; immo non tantùm in fratribus Franciscanis, sed in quibuscumque aliis religiosis existimo requiri eandem superioris licentiam ad eam electionẽ,& fortiùs ad pecunias inter pauperes iussu testatoris distribuendas: quod quidem ratio prædicta probat,cum omnibus religiosis interdictum sit testamenta absque superioris licentia exequi. Item, quia monachus nihil potest agere absque Abbatis licentia,vt citato Federico docet Lambertinus *de iure patronatus. lib.2.p.1.q.4.a.7.n.1.*

35 Secunda difficultas est, an si executor iussus aliquid cum consilio, vel consensu fratrum Minorum exequi, omittat id consilium,vel consensum petere, sit irrita eius executio:Et quidem regula generalis est,quoties dispositio exigit consilium alicuius peti, eius petendi omissio irritum reddit executionis actum, tanquam non seruata forma,vt optimè docent Glossa *finali.c.nũ est, de consuetud. in 6.* Bart. *l.1.§.si plures. num. 12.ff. de exercitoria actione.* Felin.*c.penult.n.1.de constit.*& ibi Doctores,& multi alij, quos refert,& sequitur Matienzo *lib. 5.recop.tit. 4.l. 14. glossa 1.num.61.* Quod si opponas, lequem esse solemnitatem hanc, cùm id consilium non sit necessario sequendum; respondent optimè Bart.& Felin. citato Oldrado, nequaquã censendam leuem solemnitatem,quę talis est, vt ea seruata possit substantia facti mutari: at auditio consilij, quod exequens tenebatur petere, posset consulentem eo trahere, vt aliter disponeret; ac proinde eius omissio non est omissio leuis solemnitatis,sed grauis,sufficientisque ad actum irritandum.

36 Ex quo deducitur, si testator solum petat consilium fratrum Minorum in executione testamenti petendum, non vtens verbis obligantibus ad id sequendum, ac subinde consilium importet consensum,fore irritam executionem testamenti, si executor id consilium non petat,quia non seruatur forma, & fratres Minores capaces sunt eius consilij dandi. Constat ex dictis n.præcedenti,& tenet Matienzo ibi allegatus.

37 Punctus autem difficultatis eò pertinet, an quando testator iubetet, testamentum non impleri absque consensu fratris Minoris,vel copulatiuè,absque consilio,& consensu,vel si solo *consilij* verbo vteretur, obligaret ad illud sequendum,& subinde idem esset tunc consilium, quod consensus: Matienzo *lib.5.recopil.tit.4.l.14.glos.1. num.62.* censet executionem esse irritam, eo consensu non præstito, quia frater Minor capax est eius consensus præstandi,vt diximus n.32.

38 At verius est, ex sola vrbanitate id consilium, seu consensum petendum, ac proinde eo non petito valere executionem, quia regula tradita num.35. vt actus non valeat omissa consilij requirendi petitione, intelligitur, quando debens dare consilium est dandi capax. At fratres Minores sunt consilij huiusmodi dandi incapaces. Atque ita docent Bart.*l.1.§.si plures.n.6.* & 8. *ff.de exercit.actione. tract.minoricarum. l.5. dist.5.cap.vnico.* Bald.*rubric.de exercit.actione.n.10.*& *auth.ingressi. num.14. C.de sacrosanct.Eccles.*Felinus *c.penultimo.n.vltim. limit.3. de constit.*Alex.*cons.57.n.9.vol.1.*Lambertinus *de iure patronatus.lib.2.p.1.q.4.art.8.n.penult.* Rosel, *verbo religio.1. nu.8.*Sylvest.*verbo testamentum.2.q.2.dicto 8.*Manuel *qq. regul.tom.3.q.70. art. 1. ad fin.* quod quidem temperant Bart.*eo cap.vnic.*Rosel.& Manuel, vt intelligatur in casibus, in quibus fratres Minores executores testamenti esse nequeunt:quando enim eo munere fungi possunt, esset necessario talis consensus requirendus,vt executio valeat.Quod quidem ideo addunt,quia num.27 retulimus ex corum sententia casum, in quo possunt esse executores: sed cùm ibi tenuerimus in nullo casu posse esse, melius ait Sylvest. hunc consensum nunquam esse necessarium requirere. Quod si opponas, videri hoc aduersari iis,quæ n.32.dixi, vbi asserui,posse testatorem obligare suos executores, vt iis eleemosynas distribuant, quos fratres Minores elegerint; cùm tamen in hac electione consensus fratrum Minorum requiratur,non ergo sunt incapaces præstandi consensum, vt vel sic eorum consensus de sola vrbanitate requiredus sit.Sed respondeo,illam doctrinam veram esse, nec aduersari huic,quia illa doctrina intelligenda est, quando vnum,vel alterum iubetur executor facere de consensu fratris Minoris: tunc enim frater Minor capax est dandi consensus;id enim non est executorẽ testamenti esse:& ideo,vt executio illius rei valeat, est necessariò petendus hic consensus;doctrina autẽ præsens, quando executor iubereetur omnia exequi de consensu fratris Minoris;tũc enim,vt optimè dixit Azor *lib.12 instit.moral. c.11.q.1.*nil aliud est, quàm fratrẽ Minorem constituere executorẽ testamẽti,exequuturũ per aliũ,& ideo est incapax huius cõsensus præstandi, ac proinde hic cõsensus nõ ex necessitate,sed ex sola vrbanitate petẽdus est, & eo non petito valet executio.Quæ quidem declaratio apertè colligitur, quia Doctores allegati n. 32. pro ea sententia,tenent quoque hanc,& ferè in eisdẽ locis.

39 Est tamen hoc,quod nuper dixi,nempe, valere executionem,eo consilio fratris Minoris non petito; temperandum,

perandum; nisi testator adderet clausulam irritantem aliter factum, tunc enim euanesceret nominatio executoris testamenti, & perinde esset, ac si facta non fuisset, quia in officis non à lege, sed ab homine formam sumentibus, debet seruari dispositio in propria forma. *l. si quis multi bona. ad finem. ff. de acquirenda hereditate.* Quare, cùm forma ab homine præscripta seruari nequeat in hoc casu, ratione incapacitatis præstituri consensum, corruet executoris sub ea forma nominatio. Atque ita docent Bald. *in auth. ingressi. num. 14.* Felin. n. præcedenti allegatus, Francus *c. 1 in principio. n. 5. q. 4. de testam. in 6.* Barbatius *c. tua nos. n. 9. de testam.*

40 Vltima difficultas est, an possit testator committere fratribus Minoribus nominationem executorũ sui testamenti, ipsique nominare possint? Quidam negãt, sed diuersis fundamẽtis ducuntur, nã Dominicus, & Franciscus statim allegãdi ducuntur, eo quod executor testamenti debeat esse certus, vt tradũt Ioan. Andre. & Doctores *c. 1. ad finẽ. de procurat. in 6.* quare vt eque idẽ sentit de aliis monachis, neque id speciale esse in Franciscanis. Alij verò allegandi non hoc fundamẽto ducuntur, sed quia possent fratres Minores nominare executorem amicum, qui in ipsomet posset pecunias distribuere, quod textus cauere voluit, dum ipsis munus executoris intendit: vnde hi Doctores speciale hoc esse censent in fratribus Franciscanis. Hanc sententiam sustinent Francus *c. 2. in princ. n. 2. & 4. de testam. in 6.* & ibi Dominicus *n. 4.* Molina *tom. 1. de iust. disputat. 247. col. penult. §. illud est obseruandum.* & in hanc inclinare videtur Gregor. Lop. *l. 2. verb. fratles. tit. 10. p. 6.*

41 Sed verius est, id posse, quia solùm interdicitur eis esse executores: hoc autem longè diuersum est ab executoris munere. Præterea, quia ratio prohibitionis fuit, ne contrectarent pecunias, litésve circa testamenti executiones subortas agitarent, à spiritualibúsque exercitiis hoc munere distenti auocarentur; quæ omnia cessant in hac executorum nominatione: non autem fuit ratio, ne eleemosynæ ex pecuniis per executores erogandæ largirentur ipsis fratribus. Tandem, quia in hoc casu non est incerta executorum testamenti nominatio; certitudo enim in alterius voluntate bene cõfertur, vt optimè tradit Bald. cum aliis *l. ad quod pauperibus. n. 15. C. de Episcopis, & clericis.* Et ideo hanc partem sustinent Couar. *c. tua nos. n. 1. fin. de testam.* Matienzo *lib. 5. recopil. tit. 4. l. 14. gloss. 1. n. 5.* Manuel *qq. regul. tom. 3. q. 70. art. 2. & tom. 2. summa. c. 70. num. vltim.* Hæc autem nominatio exigit licentiam superioris, vt de electione pauperum dixi n. 34. quia fortior est ratio, nec religiosus habet velle, aut nolle; quæ fuit ratio prohibitionis ne esset executor absque superioris licentia, *c. 2. de testam. in 6.*

42 Hoc tamen temperandũ est, vt solùm procedat quando testator cõmisit nominationẽ executoris testamenti incerti, ex certis, vt cuiusdã ex tali collegio. Sic temperat Matienzo n. præcedenti allegatus, quia, vt ipsemet plurimis citatis probat *eodem tit. 4. l. 5. glossa 8. nu. 4.* nulli potest validè committi indefinita executoris, nec tutoris nominatio; nec etiã quando esset adeò generalis nominatio, vt ipso minimè nominante, non possent omnes exequi, vt si committeret nominare vnum de tali Regno, vel ciuitate.

SVMMARIVM.

An executio testamenti facta à religioso absque licentia superioris, valeat? refertur quædam sententia. n. 43.
Explicatur sententia authoris. n. 44.
Quid si superior contradicat? n. 45.
Quid si exceptio opponatur? n. 46

43 QVÆSTIO tertia. An valeat executio testamenti per religiosum facta absque superioris licentia, etiam si religiosus ille Franciscanus sit? Duplex est sententia. Prima negat. Ducitur, quia textus *c. 1. de testam. in 6.* sic ait; *non potest huiusmodi officium suscipere, vel exequi.* At verbum (*non potest*) præcisam necessitatem importat, & adeò priuat potentia, vt actum contrà gestum irritet: nec differt à verbo (*non possit*) vt ex multis probauimus *lib. 6. de matrim. dist. 38. nu. 20. in 3. argum.* Secundò, quia executor testamentarius id munus acceptare nolẽs, non est verè executor, cùm acceptare nequaquam cogatur; vnde, vt verus executor sit, voluntaria eius acceptatio requiritur: at religiosus non habet velle, aut nolle, nisi dependenter à suo superiore. Atque hæc ratio prohibitionis huius muneris absque Prælati licentia accepandi traditur *ex cap. 2.* Ergo acceptatio ipsius religiosi, non concurrente superioris licentia, est prorsus nulla, tanquam facta absque legitima voluntate. Tandẽ probatur ex *l. non dubium. C. de legib.* quæ nullum esse dicit, quod iure resistente, ac prohibente fit. Et ideo hãc sententiam sustinent Anchar. *Clem. vnica. num. 2. de testament.* Francus *c. 2. in princip. n. 2. de testam. in 6.* Decius *cons. 494. n. 12. & cons. 499. n. 8. vol. 4.* Sylueſt. *verbo testam. 2. q. 2. dictio 3.* Couar. *c. tua nos. nu. 2. fin. de testam.* Riminaldus iunior *cons. 403. nu. 13. vol. 4.* Perez *lib. 5. ord. tit. 2. l. 4. dub. 8.* Minchaca *de successoribus. lib. 2. §. 11. n. 178.* Molina *tom. 1. de iust. disp. 247. col. antepenult. §. religiosus tamen.* Lælius Zecchius *2. p. sua summa. c. 58. n. 25.* Man. *qq. reg. tom. 3. q. 70. art. 1. & tom. 1. q. 65. art. 3.*

Quamuis autem hæc sententia sit valde probabilis, 44
contrariam tamẽ reputo probabiliorẽ. Ducor, quod ius tantũ interdicat religiosis id munus suscipere, aut exequi absque superioris licentia, nec vlteriùs procedat, ad executionẽ irritandã: præterea quia, quamuis miles procurator esse nequeat, at si à iudicio non repellatur, tenẽt actus per eum gesti. *l. filiusfam. §. veteani. ff. de procur.* Neque obstant contrariæ: nam ad primũ respõdet optimè Greg. Lopez statim allegandus verbũ (*non posse*) minimè poni ibi respectu valoris facti, seu respectu iuris, sed respectu ipsius monachi tale officiũ suscipientis, vel exequentis, cùm nec velle, nec nolle habeat. Ad secundum respõdetur, religiosum carere quidẽ velle, & nolle honesto, & licito, absque voluntate superioris, non autem cõsensu, vel dissensu naturali, qui quidẽ sufficientes sunt ad actus valorem, dum nullo iure irritatur. Ad tertium respondent Federicus, & Greg. Lopez statim allegandi, eam legẽ procedere, quando lex aliquid prohibet ob vitium personæ, secus, quando ob solam personæ honestatẽ, & status perfectionem, vt hic contingit, & ideo hanc partẽ sustinent loquentes etiam de fratribus Franciscanis, Federicus *cons. 293. ad fin.* Roman. *cons. 409. n. 6. & singulari 242.* quod in 2. edit. est 245. & Felin. *c. 2. de iudiciis. n. 6.* quamuis ibi eius Additionator relinquat cogitandum. Decius *reg. in ambiguis. pro dotibus. 85. §. non est. num. 4. ff. de regulis iuris. & c. 2. n. 78. in nouaedit. de iudiciis.* Ripa *l. ex facto. §. si quis ita 2. num. 5. fine. ff. ad Trebellian.* Iason *l. parte furioso. num. 13. ff. de his qui sunt sui.* Hippolytus *præt. criminal. §. sequitur. n. 13.* idem Hippolytus *l. si quis. quæst. 1. n. 21. vers. & facit etiam. ff. de quæst. & cons. 19. n. 12.* Alciat. *de præsumpt. reiff. 3. præsumpt. 18. n. 3.* Gregorius Lopez *l. 2. verbo fratles. tit. 10. p. 6.* Roland. à valle *cons. 24. n. 82. vol. 1.* Simon de Prætis *de interpretatione vlt. volunt. dub. 5. antep. 3. dub. 2. n. 25.* Fuluius Pacianus *tom. 1. cons. 162. n. 79. & multis sequentibus.* Iacobus à canibus *de executor. vlt. volunt. particula 1. n. 37. & 38.* habetur *tom. 8. tract. p. 1.* Rosel. *verbo refugio. 1. n. 8.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsump. 46. n. 24.* Caual. *tom. 1. in suis cõmunibus. q. 88. n. 2. & q. 404. fin.* Azor *tom. 1. lib. 12. in sui moral. c. 11. q. 1.* Matienzo *lib. 5. recop. tit. 4. l. 14. glossa 1. n. 4.*

Hæc sententia dupliciter solet temperari, Priori modo, vt intelligatur, nisi superior cõtradicat ei executioni. Sic Feder. *eod. cons. 293. ad finem.* Romanus *ex singulari 245.* Matienzo allegatus n. præcedenti. Sed hoc intelligo, quando superior ita contradiceret, vt expresè irritaret voluntatem monachi acceptantis, vel exequentis executionem; nam simplex prohibitio non sat esset ad irritan

tandum, sicut nec simplex iuris prohibitio id efficit, quemadmodum superiore prohibente religiosis votum emittere, valet votum ab eis emissum, etiã vouendo peccent; secus, quando superior expresè prohiberet valorem irritando voluntatem.

46 Posteriori modo limitatur, nisi in iudicio opponeretur monacho exceptio defectus potestatis ad exequendum, eo quod superioris licentia careat; nam hac exceptione sibi opposita, non valerent postea gesta. Sic Romanus *cons. 409. n. 6.* Ripa, Iason, Rolandus, Menochius allegati n. 44. Hippolytus triplici loco, quem ex ipso retuli *n. 44.* idque *in præt. criminal. §. sequitur. nu. 11. & 22.* multis similibus adductis confirmat, in quibus valent gesta, dũ nulla exceptio opponitur; & satis hoc indicat Ricardus *4. d. 45. art. 5. q. 1.* vbi ait, religiosum absque licentia exequẽtem posse in iudicio per exceptionem repelli, tanquã illum, in quẽ potestas exequẽdi non cadit.

SVMMARIVM.

An religiosus sit in Franciscanis, possit esse cõmissarius ad conficiendum testamentum: refertur quædam sententia. n. 47.
Proponitur sententia authoris, & explicatur, quid de religiosis Societatis Iesv. n. 48.
An executio eius muneris valida sit sine licẽtia superioris? n. 49.

47 QVÆSTIO quarta. An religiosus possit esse commissarius ad faciendum testamentum nomine committentis? Aliqui Doctores eodem modo philosophantur de munere commissarij, ac executoris testamenti, affirmantes non posse fratres Franciscanos esse cõmissarios ad faciendũ testamentum, sicut nec testamenti executores; cæteros autem religiosos posse quidẽ ex sui superioris licentia, sicut ex eadem possunt esse executores. Sic Matienzo *lib. 5. recop. tit. 4. l. 5. gloss. 8. fin.* at Doctores, quos allegat, de solo executore loquũtur, præterquàm Tello, qui *l. 32. Taur. n. 8.* quærit, quæ personæ possint esse cõmissarij, seu executores testamenti, & respondet, cæteros religiosos præter Minores posse cum licẽtia Prælati, per *c. 2. de testam. in 6.* Minores autẽ nequaquam, per *Clem. exiui. de verborũ signif.* qui textus nec vnicum verbũ de testamẽti cõmissario cõtinent, sed de solo executore; ac proinde credo eum cõfudisse nomẽ cõmissarij, & executoris testamenti, vtroque nomine vocãdo executorẽ testamẽti: potest enim vtroque nomine appellari, & ideo vsus est particula (*seu*) quærens, an possint esse cõmissarij, seu executores testamẽti: & Spino *speculo testam. gloss. 28. principali. n. 32.* asserit non posse religiosum esse cõmissarium ad faciendũ testamentũ; & probat ex prædictis duobus textibus, qui, vt dixi, de solo testamẽti executore loquuntur, & *gloss. 5. principali. n. 32.* dicit, inhabilem ad testandũ, non posse ex cõmissione alterius testamentũ facere, quando ex iudicio suo debet testari, secus, si data sibi esset certa forma, putã, instituendi talẽ, & legandi talia Petro, & Martino; sed hanc inhabilitatẽ nulla ratione probat. Ex alia parte videtur omnes religiosos, etiã Franciscanos, posse de sui superioris licentia esse cõmissarios ad faciendum testamẽtum, quia licẽt Franciscanis interdicatur officium executoris testamenti, ea prohibitio non est extendenda ad officium cõmissarij, quod longè diuersum est, & multo minus negotij facessit, cùm executor habeat contrectare pecunias, illas distribuere, vendere bona testatoris, ad implendum testamentũ necessaria, litigiis, si quæ mouearntur, assistere. Quare nimia est occupatio, & à spiritualibus exercitiis valde auocãs: at officium cõmissarij solam voluntatis testatoris declarationem habet, quod modicæ occupationis est, nec à spiritualibus auocat; nec commissarius hic aliquid distribuit, contrectat, vel vendit, sed declarat, quæ fuerit voluntas testatoris circa hæc. Non ergo ex prohibitione officij executoris rectè deducitur prohibitio officij commissarij.

48 Verùm existimo probabiliorem esse priorem sententiam, quia executio testamentorum non tam prohibetur religiosis ob maiorem, seu minorẽ occupationẽ, quàm ob modum occupationis; qui valeret alienus à professione religiosa: non videtur autem minus alienus à religiosis cõmissio ad facienda testamenta. Quare licẽt non ita expresè inueniatur prohibitũ Minoribus esse cõmissarios ad faciẽda testamẽta; at mẽs illius Clementinæ fuit, ipsis prohibere omnia hæc officia secularia, quæ eorum institutũ dedecẽt, quale est ex potestate defuncti cõficere testamenta. Quod etiã inde cõfirmatur, quia multi negant, vt dicemus, eos posse esse de licẽtia superioris arbitratores. Atque similiter existimo de religiosis Societatis Iesv, sicut de solius Generalis licentia possunt esse testamentorũ executores, vt dixi n. 27. ita ea sola licentia sufficiens erit, vt possint esse commissarij ad facienda testamenta.

Quod si religiosus, quicumque ille sit, munus hoc 49
commissarij absque superioris licentia acceptaret, & conficeret testamentum nomine committentis, valeret vtique, tũ quia idẽ dixi de officio executoris n. 44. cùm ibi sit expressa prohibitio, nedum de officio commissarij, vbi talis prohibitio non reperitur ita expressa.

SVMMARIVM.

An executor testamenti iussus pecunias aliquas in pauperes distribuere, possit sibi, aut filiis suis, aut consanguineis, earũ pauperibus applicare, sine vnus solus, sive plures executores instituti sint? referuntur varia sententia. n. 50. 51. 52. & 53.
Distributor eleemosynæ ex testamento potest partem sibi applicare, si verè pauper sit. n. 54.
An possit quis seipsum præsentare, aut eligere ad beneficiũ ibi, si testator erat conscius paupertatis, nõ poterit distributor sibi partem applicare, nisi superuenta maior paupertas. n. 55.
An eiusmodi carum ad nominandum successorem maioratus, possit se nominare ibi, si dubium sit, an pauper ad executorie fuerit voca testatoris, poterit sibi applicare. n. 56.
Distributor potest filiis, parentibus, & cognatis pauperibus partem eleemosynæ applicare. n. 57.
An religiosus executor testamenti, possit eleemosynam, quam iussus est distribuere, suo monasterio pauperi applicare? refertur quædam sententia. n. 58.
Sententia authoris. n. 59.
An possit religiosus ille sibi applicare? refertur quædam sententia. n. 60.
Et sententia authoris. n. 61.
Quid de iusso restituere pecunias pauperibus rationes debitis incertis contractis à iudente? n. 62.

QVÆSTIO vltima. An religiosus testamenti executor, possit ex pecuniis, quas testator distribui iussit inter 50
pauperes, & pia opera, sibimet rãquam pauperi aliquas applicare? Hæc quæstio non de solo religioso, vel quocumque alio testamẽti executore procedit, sed de quocumque iusso bona aliqua inter pauperes distribuere; & ideo ita generaliter tractanda est, & inde inferemus ad religiosum. Multi ergo negant iussum aliqua bona inter pauperes distribuere, posse sibi aliquid applicare, quamuis verè pauper sit, nisi extrema necessitate laboret, in qua aliena furari sibi integrum esset. Ducuntur ex *l. si mandauero tibi, ex praum. §. 2. §. si tibi centum. ff. mandati.* vbi habetur iussum aliquid dare, cui voluerit, constumẽtemque reum esse mandati. Secũdò, quia inter dantem & accipientẽ debet esse distinctio, qua ratione expresè decidit textus *c. per nostras, de iure patronatus*, nõ integrum esse patrono se ad beneficium præsentare. Tertiò, quia si aliqui iniungeretur in pœnitentiam sacramentalem, vt aliquas pecunias erogaret in pauperes, nõ posset sibi, quamuis pauper sit, eas applicare. Quartò, quia misericordia est pars iustitiæ, & hæc necessaria est ad alterum: ergo eleemosyna, quæ actus est misericordiæ; ac proinde non potest executor sibi ipse eleemosynam dare. Quintò, quia is, cui commissa est electio admaioratum, non potest se ipsum eligere, vt multiscitatis probat Molina *2. de primogeniis. c. 4. num. 18.*

Vltimò probat Mantica ſtatim allegandus, quia id videtur clarè ſupponi *cap.cum de teſtam.* Atque ita docent Calder.*conſ.*32.*num.vnic.de teſtam.*Bald.*c.cum in iure.n.6. & 7.de elect.*& *l.ſi in cui.7.num.2. C. de fortis. & d.§. ſi tibi centum.fin.*vbi Odofredus *fin.*Alberic.*fin.*Fulgoſ.*fin.* Salyc.*num.*4.idem Alber.*l.nulli.num.*10.*C.de Epiſcop.& cleric.* Paulus *d. l.ſi in cui. num. 1. & 2. & l.nulli. fin.ff. quod quiſque iuris.*Celſus *addit.ad Baldum.c.1.ſi in cui.n.2.verſ. extra quæritur.*Florian.à Sancto Petro *l.ſi quis Tuio.n.42. ff. de legat.2.*Abbas *cap.finali.num.*4.*de inſtit.* Card.citato Paulo *Clem.vnica.num.*22.*q.*22.*de teſtam.* & ibi Anchar. *num.*16. & ibi Imola *num.*19. Bonifacius *num.*88. Idem Anchar.*c.2.n.*15.*de teſtam.in* 6. Zacharias *addit.ad Abbatem.c.1.in fin.de cohabitatione cleric.& mulierum. verſ.adde poſtremò.*Pariſi.*conſ.*26.*n.*22.*vol.*4. Ioan.Lup.*rubric.de donat. inter verũ,& vxor.§.*65.*n.*42.Iacob.de arena *tract.de commiſſariis.n.*41. habetur 8.*tom. tract.p.1.* Capra *conſ.*14. *n.*18.Roſel.*verbo reſtit.*15.*n.*8.Angel.*verbo eleemoſyna.n.*3. & ibi Syluest.*n.1.fin.& verbo teſtam.1.q.1.dicto* 5. Peralta *l.vnum ex familia.§.rogo.à n.*5.*uſque ad* 8.*ff. de legat.*2.Sarmiento *lib.*8.*ſelect. ſuper l.cum quidam.n.*21.*ff. de legat.*1. Mantica dicens id eſſe expeditum, *de coniecturis vlt.vo-luntatis.lib.*8.*tit.*5.*n.*9. Mexia *tuxa panis c.*6.*n.*49. Azebedo *in curia Piſana.lib.*2.*c.*10.*n.*4.& 5. & *conſ.*24.*n.*52. *vol.* 1.Spino *ſpeculo teſtam.gloſſa* 28 *principali.num.*28. Atque ſidem videntur tenere Felin.*c.verereſpectabili.§.ceterum.n.*9. *fin.de officio ordinarij.* & Hippolytus *l.vnius.* 5. *ſerui. qui vltrò.n.*8.*ff.de quæſtionibus,*vbi aiunt, ſolùm poſſe ſibi diſtribuere, quando executor ille eſt in neceſſitate euidentis& Padilla *l.cum quidam. n.*22.*ff.de legat.*2. vbi ait, poſſe ſibi applicare,ſi maximè egens ſit.Horoſcius *l.conſul.n.*13.& 14.*ff.de adoption.*vbi ait,non poſſe ſe eligere, niſi ſatis cognita,& dura ipſiuſmet paupertas ſit.

51 Non conueniunt autem hi Doctores, an liceat huic diſtributori eligere filium ſuum,ſuòſve conſanguineos (non tracto de filio ſpurio , quia de hoc non eſt huius loci tractare,quia hoc non pendet ex eo,quod diſtributor eligens filium, ceſſeatur eligere ſemetipſum, de quo in præſenti tractamus,ſed ex cognitione,an incapax ſit filius ſpurius recipiendi aliquid à patre.) Quidam enim ex illis dicunt nequaquã poſſe eligere filium ſuum,niſi extremè patientem , quia, cùm reputetur eadem cum patre perſona , pater eligens filium , cenſeretur ſemetipſum eligere.Ita docent Calder.Mantica, Salycet.Zacharias,Mexia n.præcedenti allegati,Bald.*cæum in iure. n.7. de elect.*& *l.tutor.*5.1.*fine.ff.de excuſat.tutorum.* Celſus *addit.ad Bald.l.*1.*nu.*19.*verb.ſuum filium. C.de ſacroſanct. Eccleſ.* Quod quidem temperant Bald.vtroque loco, & Zachar. vt intelligatur, quando pater habet in illis bonis vſumfructum. Addit Bald. *10.c.cum in iure.nu.*7.vel niſi pater iuri percipiendi vſusfructus ex his bonis diſtributis filio renunciet. In his enim caſibus aiunt diſtributionem poſſe fieri filio : quia tunc nihil acquiritur patri; ſecus,quando pater in his compararet vſumfructum , quia tunc eligens filium , cenſeretur pater ſemetipſum eligere. Item temperat Mexia,niſi filius ſit extra patriam poteſtatem. Alij autem aiunt, poſſe patrem filio ſuo verè pauperi ex his pecuniis diſtribuere, quod vera perſonarum diſtinctio inter vtrumque reperiatur. Sic docent Abbas *cap.finali.nu.*4.*de inſtit.*Bald. *l.1.nu.*19.*C.de ſacroſanct.Eccleſ.* Æneas de Falco *addit.ad Abbatem. cap.1.fin.verb. pauperib. de cohabitat. clericor. & mulierum.*Horoſcius *l.conſul.num.*13.*ff.de adopt.*Marienzo *lib.*5.*recopil.tit.*4.*l.*14.*gloſ.*1.*num.*11. Atque idem traduit Bald.& Marienzo,ſi filius ſit executor ad ea bona inter pauperes diſtribuenda;poterit enim patri ſuo verè pauperi aliquid dare ex illis.

52 Inſuper circa ſuos conſanguineos quidam negant poſſe executorem diſtribuere. Sic Alberic. *l.mandauero.*22.6.*ſi tibi centum , fine.ff.de legat.*2. & *l.nulli.num.*20. *C.de Epiſcop. & cleric.* vbi limitat , niſi teſtator adderet, vt executor poſſit diſtribuere , quibus volet. Idem ſuſtinent limitantes , quando conſanguinei ſunt valde coniuncti,Anchar,allegato Paul. *Clem.vnica.num.*16.*de teſtam.* Iacobus de arena *tract. de commiſſariis.num.* 22. habetur 8. *tomo tractat.p.*1. Alij autem aſſerunt , poſſe ſuis conſanguineis verè pauperibus , quod euidens diſtinctio reperiatur inter dantem & accipientem. Sic Abbas *cap.*1.*fin.de cohabit. clericorum , & mulierum.* & ibi Imola *num.vlt.* idem Imola *cap.cum tibi.nu.*17. *de teſtam. & Clem.*1.*num.*19.*de teſtam.* vbi Card. *quæſt.* 21. *num.* 22. Ancharanus *cap.* 1.*num.*13.*de teſtam.in* 6. Angelus,Roſella, Syluest.vtroque loco, Sarmiento *num.*21. Mantica *num.*16. alios referens,vbi eos allegat n.50.

Temperant tamen hanc ſententiam ferè omnes Doctores allegati n. 50. vt intelligatur, quando quiſpiam eſt ſolus executor : quando enim eſt ſimul cum aliis, poterit quiuis ex illis pauper exiſtens , ab aliis eligi ad partem illius eleemoſynæ capiendam. Sic Abbas *cap. cum in iure.num.*4.*de elect.* Alberic.*l.nulli. num.* 20. *C. de Epiſcop. & cleric.* Syluest. *verbo teſtam.*2.*quæſt.* 2. *dicto* 5. Cardin.Anchar,vtroque loco, Imola, Bonifacius *n.*85. Florian. de S. Petro , Iacobus de arena, Roſella , Sarmiento, Azebedo, Horoſcius allegati,num.50. Gregor. Lopez *l.*3.*verbo Tenere. tit.*10.*p.*6. Marienzo *lib.*5.*recop. tit.*4. *l.*14.*gloſ.*1.*num.*11. Manuel *qq. reg.com.*3.*quæſt.*70. *art.*4.

54 Cæterùm probabilius credo,integrum eſſe executori teſtamentario , iuſſo ſummam aliquam inter pauperes diſtribuere,ſibi, ſi verè pauper ſit, ſicut aliis pauperibus diſtribuere. Dicor,quod non futurus ſit peioris conditionis, ex eo quod diſtributor inſtitutus ſit; at ſi talis non eſſet inſtitutus , poſſet ſibi ea eleemoſyna erogari;ergo,quamuis diſtributor ſit,idem poterit. Secundò,quia applicata ſibi ea eleemoſyna , ſatisfit plenè voluntati teſtatoris,vtpote qui nil aliud intendit,quàm veram eleemoſynam erogare veris pauperibus,de quorum numero eſt executor hic pauper.Tertiò,quia magis eſt de ratione iuſtitiæ commutatiuæ eſſe ad alterum,quàm de ratione miſericordiæ;at reſtitutio incertorum facienda pauperibus , poteſt iuxta communiſſimam,& veriſſimam ſententiam, applicari ipſimet debitori , ſi verè ſit pauper , per ipſummet : ergo à fortiori eleemoſyna. Et confirmatur , quia verè ſaluatur diſtinctio perſonæ dantis,& accipientis,applicante ſibi diſtributore hanc eleemoſynam,quia eam non cenſetur largiri ipſemet diſtributor , ſed defunctus. *l.vnum ex familia.§.ſi de falcidia.ff.de legatis.*2. Et ideo communis,& veriſſima ſententia habet , poſſe hunc diſtributorem eam eleemoſynam dare filio ſuo ſpurio, nõ autem filio ſpurio teſtatoris,vt poteſt videri in Marienzo multos alios allegantí *lib.*5.*recop.tit.*8.*l.*3.*gloſ.*5.*num.*1.& 5.cuius ratio non eſt alia , niſi , quia eam eleemoſynam non cenſetur dare executor , ſed ſolus teſtator , qui ſuo ſpurio nihil poteſt dare. Neque obſtant argumenta contraria, relata num. 50. nam ad primum reſpondent Caietanus , & Nauarr. ſtatim allegandi, deciſionem illius legis intelligendam eſſe formaliter de illo,qui non vt diſtributor ſibi ipſi pauperi applicaret,vt alteri,ſed abſolutè conſumeret,quippe diſtribuens ſibi intuitu paupertatis propriæ, mandatum dantis ſatis impleſſe dicitur. Ad ſecundum reſponderur, præciſam rationem deciſionis eius textus eſſe, quia ſemet eligere , aut præſentare ad beneficium,eſſet ambitioſum , vt tradunt Gloſſ. *cap. in iure.verb.ex ſe.* & ibi Abbas *num.* 4.*de eleciione.*& meliùs aliis Lambertinus *de iure patronatus.*1.*p.lib.*2.*quæſt.*8.*art.* 2.*num.* 2. quia præſentante ſe quoplam ad beneficium, vera datur inter præſentantem , & dantem diſtinctio, cùm præſentans non conferat illud. Sed ad vitandam ambitionem voluit ille textus , vt nemo ſe poſſet præſentare , aut eligere ad beneficium ; ſed ſit omnimoda diſtinctio inter præſentantem, & accipientem. Quare Lambert. *ibi* late probat non habere locum in beneficiis ſimplicibus,non habentibus pingues redditus , nec

magnam dignitatem , quia in his non præſumitur ambitio. Ad tertium reſpondetur , non eſſe ſimile , quia opus in pœnitentiam iniunctum , eſt pœnale , quale non eſt ſibi applicare. Ad quartum conſtat etiam ex dictis. Ad quintum conſtabit ex limitatione,quam apponemus num. ſequenti. Ad vltimum reſpondetur, illum textum nil prorſus facere pro priori ſententia; tantùm enim decidit,executores cogendos, vt fideliter teſtatoris voluntatem impleant, quæ ſatis impletur applicando ſibi eam eleemoſynam , vt alteri pauperi. Et ideo hanc ſententiam ſuſtinent D.Thom. 2.2. *quæſt.*32. *art.* 9.*ad* 3. & ibi Caietan. & Aragon *circa illam ſolutionem.* Marian. Soncin. *conſil.*11.*num.*6.*vol.*1. Anton. Roſellis *de indulgentiis. num. penult.* habetur *tom.*14.*tractatuum.* Ioannes Dilectus *de arte teſtandi. tit.*7. *cautela* 10. *num.*4. habetur *tom.*8.*tractat.p.*1. Tabien. *verbo eleemoſyna. quæſt.*13.*n.*4. & Armil. *num.*9. Nauarr. *in propugnaculo apolog. ad lib. de reddituibus. monito* 13.*num.*12. Ledeſma 2.*par.*14.*quæſt.*15.*art.*7.*fol.*130.*pag.*4.Menoch.*de præſumpt. lib.*4.*præſumpt.*125.*num.*17.Segura *in directorio Iudicum.* 2.*part. cap.*1 1.*num.*14. Angles *floribus.*1.*part. tractat. de reſt.quæſt.*7.*diff.*3. Toledo *in ſine ſumma. tractat. de peccato mortali. cap.*31.*fine.*Ludou. Lopez 2.*part. inſt.cap.*107.*de eleemoſyna.quæſt.*9.Manuel 1*num.ſum.*2.*edit.cap.*199.*num. vlt. & qq.regul.tom.*3.*quæſt.*70.*art.*4. Petrus de Ledeſma 2.*tom. ſumma tract.*4.*cap.*3. *concl.*16. Vega 2.*tom.ſumma. cap.*27.*caſu* 1. Anton.Gomez *in Bulla cruciatæ clauſula* 8. *num.*7.*fine.*

55 Eſt tamen temperanda hac ſententia , niſi teſtator conſcius paupertatis executoris, ipſum nominaſſet , ad diſtribuendam aliquam eleemoſynam inter pauperes. Quare ſententia prædicta tunc tantùm eſt vera,quando vel paupertas executoris teſtamento condito ſuperuenit, vel ſi tempore teſtamenti aderat, ignota erat teſtatori. Ratio autem huius limitationis eſt,quia cùm paupertas executoris erat cognita teſtatori , eſt ſatis veriſimile fore , vt ſi teſtator vellet partem eleemoſynæ applicari ipſi executori iuſſo diſtribuere , id explicaret. Præterea , quia commiſſarius ad eligendum maioratus ſucceſſorem, non poteſt ſeipſum ad ſuccedendum in eo eligere, vt multis citatis probat Molin. *lib.* 2. *de primogenitis.cap.*4.*num.*58. Quæ quidem doctrina non alia ratione videtur poſſe defendi,ſuppoſita hac noſtra ſententia , qua aſſeruimus diſtributorem poſſe ſe eligere ad eleemoſynam, niſi quia eam electionem ad maioratum committens perſonæ ſuccedendi capaci, cenſetur illam excludere ; quia ſi voluiſſet , vt ſe quoque poſſet eligere,id explicaret. Et ideo hanc limitationem amplectitur Menoch. *de præſumpt.lib.*4.*præſumpt.*125.*num.*18.& 19. Et pro illa refert Ancharanum *conſil.* 84. *à num.* 3. ſed niſi prorſus fauet Anchar.quia in eo ſolo caſu loquitur, quando teſtator reliquit aliquod legatum monaſterio, & reliqua ſua bona inter pauperes diſtribuenda; & quæritur , an ex præſumptione ſpecialis legati relicti cenſeatur ita excluſum monaſterium , vt ex reliquis bonis nil ipſi per Abbatiſſam illius teſtamenti executricem relictam applicari valeat.Et reſpondet in eo caſu poſſe, quando ſuperuenit magna paupertas monaſterio illi. Sed hanc limitationem amplectitur quoque Manuel vtroque loco num.præced. allegat. & dicit eſſe probabilem Petrus de Ledeſma ibi allegatus in dubio , quod mouit poſt illam 16. concluſionem;qui addit,eſſe quoque probabile , poſſe quoque in hoc caſu applicare ſibi eleemoſynam illum diſtributorem. Ducitur que , quia ſolùm intendit ea bona in pauperum eleemoſynas expendi,qui finis optimè ſaluatur, applicante ſibi eo executore verè paupere partem illius eleemoſynæ. Cæterùm non audeo huius partis probabilitatem affirmare, quia rationes contrariæ ſatis vrgent , & fundamentum contrarium ſupponit id,quod probandum erat,nempe, teſtatorem voluiſſe ſolùm eam eleemoſynam in pauperes diſtribui; rationes enim prædictæ probant vltra hoc, præſumi voluiſſe teſtatorem , ne diſtributor illius eleemoſynæ particeps eſſet. Addit autem Manuel *tr. cap.* 199. *num. vlt.* ſi magna executoris paupertas peteret,vt partem illius eleemoſynæ ſibi applicaret , id cum conſilio confeſſoris faciendum. Sed hoc non approbo, quia ſi ea paupertas nota erat teſtanti , cenſetur executor excluſus ab ea eleemoſyna participanda;& ideo neque ipſe ſolus , neque cum conſilio confeſſoris poteſt ſibi aliquid applicare : ſi autem erat ignota,nullo indiget conſilio applicatio illa. Sed hãc limitationem ſublimitarem , niſi notabiliter maior paupertas ſuperueniret executori , quàm ea quæ tempore teſtamenti erat teſtatori notæ; tunc enim non cenſebitur excluſus,quin poſſit partem ſibi illius eleemoſynæ applicare : quod quidem ſatis probat doctrina allata ex Anchar. *10 conſil.* 84.*à num.*3. nam cùm legatum ſpeciale factum monaſterio,ſit coniectura ſufficiens, vt cenſeatur excluſus ab alio legato generali diſtribuendo iuxta executorum arbitrium,cenſet Anchar. ibi deficere hanc coniecturam, quando magna illius monaſterij paupertas ſuperuenit, & ita tunc poſſe ei applicari aliquid ex legato generali; & vide aliam ſublimitationem *num.vltimo.*

56 Quod ſi perpẽſis vtrinque rationibus dubium eſſet, an paupertas executoris eſſet nota teſtanti,exiſtimarem non excludi à poteſtate illius eleemoſynæ ſibi applicandæ , quia ſtat poſſeſſio pro regula generali tradita num. 54. vt poſſit ſcilicet applicare , quando non conſtat de coniectura contrariæ voluntatis , ex paupertate executoris ſibi cognita.

57 Quamuis autem amplecteremur contrariam ſententiam propoſitam num.50.vt diſtributor pauper non poſſet ſibi aliquid ex ea eleemoſyna applicare : tenendum adhuc eſſet , poſſe applicare ſuis conſanguineis, inmo & ſuo filio,vel ſuo patri,vt tenent Doctores numero 51.& 52.allegati cõtra alios ibi relatos.Præterea, ſi plures eſſent diſtributores,poſſent alij vni eorum applicare,vt tenent Doctores , quos retuli num.53. quod intelligerem cum limitatione tradita num. 55. vt ſcilicet eligere nequeant executorem illum , cuius paupertas teſtanti cognita erat , quia cùm illo præſumatur excluſus à teſtatore,non comprehenditur nomine pauperum,in quos iuſſi ſunt pecunias diſtribuere.

58 His præmiſſis circa executorem in genere , ſupereſt tractare,de religioſo executore. Et quidem duplex in hoc poteſt eſſe difficultas ſpecialis. Prior eſt, an quando ſolus ille monachus eſt executor ad eam eleemoſynam diſtribuendam, poſſit ſuo monaſterio pauperi aliquid applicare ? Quidam negant loquentes de Abbate monaſterij , quia tunc videtur ſeipſum eligere. Sic ſub aliquali dubio tenet Fulgoſ. *l. ſi mandauero.* §. *ſi tibi centum.fine.ff.mandati.* & ibi Alberic. *fin.* & *l. nulli. num.*20. *C. de Epiſcop. & clericis.* & Iacobus de arena per ipſum allegatus. Zach. *addit. ad Abbatem. cap.*1. *fine.verſ. adde poſtremò, de cohabit.clericorum.& mulierum.*

59 Cæterùm tenendum eſt, poſſe monachum illum ſuo monaſterio pauperi aliquid elargiri , quia diſtinctio perſonarum ſatis ſaluatur. Atque ita docet Bart.allegato Dyno *l.cum quidam.la* 2. *num.*3.*ff. de legat.*2. Card. *Clem.vnica.quæſt.*12.*num.*12.*de teſtam.*& ibi Imola *n.*19. Bonifacius *iibi.num.*86.& 87. Anchar.*conſil.*84.*num.*9.& 10. Bald.*cap.cum in iure.num.*6. *de elect.* Pariſ. *conſilio* 16. *num.*24. *vol.*4. Æneas de Falco *addit. ad Abbatem. cap.*1. *fine.verbo pauperibus.de cohabitat. clericorum , & mulierum.* Roſel. *verbo reſtit.*15.*num.*8. Syluest. *verbo teſtam.*2.*q.*2. *dicto* 5. Peralta *l.vnum ex familia.*§.*rogo.nu.*7.*ff.de legat.*2. Nauar.*propugnac.ad apolog.lib.de reddituibus.monit.*13.*n.*12. Marienzo *lib.*5.*recop.tit.*4.*l.*14.*gloſ.*1.*num.*12. Atque quidam ex his Doctoribus expreſsè loquuntur de Abbate monaſterij inſtituto executore. Sic Bart. Bald. Anchar. Nauar. Marienzo ibi. Hoc autem limitat Dynus,quando diſtributio eſſet commiſſa per verbum importans liberam voluntatem , ſecus quando per verba importantia

arbitrium boni viri. Sed iure optimo Bart. & Matienzo ibi hanc limitationem reprobant; immo Anchar. ait tunc potiùs esse veram hanc sententiam, quia, quando verba important arbitrium boni viri, satis est, vt executores eligant dignum; monasterium autem verè pauper est dignum satis ea eleemosyna. Nec obstat huic applicationi, fuisse cognitam monasterij paupertatem testatori, & nil illi legasse, quia, cùm ea distributio nõ sit commissa monasterio, sed peculiari monacho ad distribuendum inter pauperes, non quadrat huic casui limitationum. 55. tradita, sed optimè quadraret, si monasterio commissa esset ea executio.

60 Posterior difficultas est, an si solus monachus ille executor institutus sit, possit ex eleemosyna inter pauperes distribuenda sibi commissa, aliquid sibi tanquam pauperi retinere? Et quidè aliqui DD. innitentes prioris sententiæ relatæ num. 50. quæ generaliter tradit distributorem nil sibi posse applicare, asserunt religiosum hunc id quoque non posse. Ita docent Cald. Sylu. Bonifac. *num.* 88. Imola allegat num præcedenti; atque idem tradit Manuel *99. regul. tom. 3. quæst. 70. art. 4.* ductus alio fundamento: quamuis enim concedat nobis-
2 cum distributorem posse sibi applicare, id negat in huiusmodi religioso, quia, cùm testator eum instituens executorem, noverit esse religiosum, & subinde pauperem, censetur eum exclusisse ab ea eleemosyna participanda, iuxta limitationem traditam num. 55.

61 Cæterùm existimo, posse hunc religiosum sibi applicare, sine aliis distributoribus, sive sequamur sententiam dicentem posse sibi applicare, sive sequamur oppositam. Ducor, quia, vt optimè consideravit Parisius *consil. 26. num. 24. vol. 4.* cùm monachus hanc eleemosynam sibi applicatam expendere debeat in vibus sibi necessariis, quibus à conventu expensæ suppeditandæ essent, releuat ab eo onere conuentum, ac subinde suo monasterio censetur eam eleemosynam applicare, cui posse probauimus num. 49. Quia tamen sæpe posset contingere, vt nullo expensarum onere releuetur monasterium, quia, non obstante hac eleemosyna tantundem expendit cum illo monacho conuentus, & ideo solùm deseruit eleemosyna illa, ne monachus tam pauperem vitam transigat, Respondeo, adhuc eleemosynam cedere in monasterij vtilitatem, & verè ipsi dari; quia quidquid acquirit monachus, est re vera monasterij, illúdque posset eam eleemosynam monacho applicatam auferre, & in generales conuentus vsus consumere, & ex sola sua voluntate concedit illius vsum huic monacho.

62 Ex dictis infertur, religiosum, vel quécumque alium, cui traditur pecunia aliqua distribuenda, non vt eleemosyna pauperibus distribuenda, sed gratia exonerandi conscientiam debitis incerti domini grauatam, posse sibi applicare, si verè pauper est: nec in hoc distinguendum credo, an tradens pecuniam, norit paupertatem huius, an eam ignorarit, sed in vtroque casu id fieri posse existimo. Ducor, quia tradens pecuniam distribuendam, nil aliud intendit, quàm conscientiam suam exonerare, neque curat de pauperibus, quibus ea pecunia distribuenda est, sed de sola conscientiæ exoneratione; qui finis satis obtinetur, cuicumque pauperi, etiamsi sit ipsemet distributurus, applicetur. Atque idem intelligo, quando executores iussi sunt à testatore restituere aliquas pecunias pauperibus, ratione æris alieni, cui incertis dominis adstrictus erat: poterit enim executor verè pauper retinere, quamuis solus ipse executor institutus sit, eúsque paupertas esset testatori cognita, quia militat eadem ratio tradita, & iuxta hoc sublimitanda est limitatio, quam num. 55. tradidimus.

CAPVT XII.

Qualiter religiosus possit esse actor, aut reus in iudicio.

SVMMARIVM.

Monachus regulariter non habet personam ad comparendum in iudicio, siue vt actor, siue vt reus, sine licentia superioris. n. 1.

An regularis conueniendus sit, & contra eum formandus sit libellus; an potiùs contra monasterium, si conueniatur pro contractu, vel debito, siue ante, siue post ingressum iniuria? n. 2.

An si causa sit criminalis, sit formandus libellus contra monachum, & ipse possit constituere procuratorem ad se defendendum? n. 3.

Quid si lis intentetur circa professionis valorem? n. 4.

An possit monachus agere pro iniuria sibi illata, vel id sit monasterij? n. 5.

An possit Abbas inuito monacho eam iniuriam remittere? n. 6.

An possit monachus remittere? n. 7.

An petentes monachum, vt absoluatur ab excommunicatione, debeat satisfacere monacho, an Abbati? n. 8.

An re aliqua spoliatus possit agere, vt restituatur? n. 9.

An possit monachus constituere procuratorem, vt nomine ipsius in iudicio comparet, & valeat ea procuratoris constitutio? n. 10.

An agere de licentia Abbatis, debeat iurare de calumnia? n. 11.

An iudicium agitatum cum monacho absque superioris licentia valeat? n. 12.

An possit superior ad iudicium vtrum habere? n. 13.

An quando monachus est in studio de licentia Abbatis, vel in aliquo loco absens possit agere, & habere vocem in electione Rectoris? n. 14.

Quid quando superior est absens? n. 15.

Quid si monachus agere velit, vt in religione retineatur, vel expulsus restituatur, vel pro alimentis, vel expensis, vel pro quocumque iure sibi competente, vel pro sua electione, vel contra suum superiorem, qui ipsum beneficio spoliauit? n. 16.

Quid si regularis Prioratum, vel alium administrationem habeat? n. 17.

Quid si Abbatem accusare velit? n. 18.

An exigatur venia, & licentia ad accusandum proprium Abbatem? n. 19.

An monacho accusanti, vel denuncianti Abbatem sint expensæ à monasterio administranda, & tunc detur actio monacho, & qualiter sit admittendus ad accusandũ Abbatem? n. 20.

An has expensas consequi debeat monachus habens peculium? n. 21.

Quid si monasterium esset ex ordinibus mendicantibus? n. 22.

Quid si hæc accusatio esset ob solam monachi vtilitatem? n. 23.

An Abbas ipse accusatus debeat expensas defensionis à monasterio habere? n. 24.

An monachus aduersus quem inquirit Abbas, debeat habere expensas à monasterio? n. 25.

An monachus causam suæ electionis prosequens debeat habere expensas à monasterio? n. 26.

An monachus possit accusare aliquem præter suum Abbatem? n. 27.

An habiturus sit tunc expensas à monasterio? n. 28.

An monachus cubicularius Episcopi possit ipsum absque Abbatis licentia accusare? n. 29.

An monachis interdicta sit denunciatio? n. 30.

An monachus accusans Abbatem, teneatur lite pendente ei obedire? n. 31.

Quoties religiosus potest esse in iudicio absque superioris licentia, potest absque illa constituere procuratorem, & libellum nomine religiosi concipiendum est. n. 32.

Is cuius est accusare, est pacem inire, & pro pace intra compositionem accipere. n. 33.

Nonnisi potest accusare transigere, ac pacem inire, sine sibi sint

sint iniuria irrogata. n. 34.

Nonnisi interfecto, sint accusandi, & pacis iniundæ, & compositionis accipiendæ, an pertineat ad monasterium, vel ad quem? n. 35.

An si pater, aut filius monachi interficiantur, competat monasterio, aut monacho iter accusandi, & pacem. 36.

An pretium eius pacis inire consequatur monasterium? n. 37.

Quid si iniuria irrogata sit religioso ante ingressum religionis, vel ante illum esse pater, aut filius occisi sint, siue religio habeat bona in communi, siue non, & quatenus ille sit religiosus Societatis IESV? n. 38.

An si monachus interficiatur competat ius accusandi, & pacis monasterio, an filiis, parentibusve in sæculo relictis? referuntur varia sententiæ. n. 39.

Duplicatur sententia authoris, & cui competat pecunia ob transactionem data. n. 40.

Quid si ille religiosus esset Societatis IESV, vel religionis non habentis bona in communi? n. 41.

1 HÆc res non est exactè tractanda, sed paucis authoribus allegatis, vt Theologi notitiam aliquam assequi possint: potest autem exactius videri in Doctoribus quos referam. Hac in re ea est regula certissima, regulariter non habere religiosum personam legitimam comparendi in iudicio, siue tanquam actorem ad agendum, siue tanquam reum ad se defendendum, absque licentia superioris. Ratio est, quia in hoc æquatur religiosus seruo, & filiofamilias, contra quos, vel pro quibus, non potest fundari iudicium. *l. lis nulla. & l. vex. ff. de iudiciis, l. seruum. C. eodem tit.* quia pro mortuis habentur, & nihil habent, vt tradunt omnes DD. *cap. cum dilecta. de rescript. & authent. causa, quæ sit cum monacho. C. de Episcop. & clericis.* Speculator *tit. de actoribus. §. vnico. nu. 48. & tit. de reo. §. vnico. num. 19. & tit. de status monachorum, in princ. num. 1.* Nauarr. *comment. 1. de regular. ib. num. 64.* & nemo contradicit. Euerar. *loco à seruo ad monachum. numero 4.*

2 Hinc deducitur primò, regularem non posse conuenire, nec conueniri ratione contractus cum eo initi, nec libellum contra monachum formandum esse, sed conueniendum monasterium, & contra id formandum libellum. Sic tradunt Gloss. penult. *cap. non dicatis. 12. q. 1.* D. Anton. *3. part. tit. 16. cap. 6. §. 7.* Abbas *cap. in præsentia. num. 7. de probat.* Euerar. *loco à seruo ad monachum. num. 4.* Nauar. *com. 2. de regular. num. 29.* Quod quidem verum est, si agatur de contracto, vel ære alieno, quibus adstrictus ante religionis ingressum erat regularis; tùc enim, nec actio contra monachum intentanda est, nec ipse debet respondere, sed monasterium, aut eius procurator nomine ipsius monasterij, vt inferius latius dicemus. Non tamen tenebitur monasterium vltra bona, quæ à monacho accepit. Sic Sylueſt. *verbo religio. 8. quæst. 5.* & meliùs Speculat. *tit. de status monachorum, in princ. n. 3. 4. & 5.* Felin. multos alios allegans *c. cum. 1. & à n. 9. de sententia, & re iudicata.* Quam quidem sententiam approbat lex Regia *10. tit. 2. p. 5.* vbi Gregor. Lopez *verbo debela fazer*, hoc animaduertit, quãuis iure communi non esset modica difficultas. Quidam enim dicebant posse conuenirì monachum, & contra eum formandum libellum, quia cum eo negotium gestum est, nec potuit ingressu monasterij se obligatione eximere. Sic Abbas *d. c. cum. 1. & à num. 17.* Bertrandus *consil. 75. num. 9. vol. 3. in parte priori. & consil. 127. num. 2. vol. 7.* Rolandus à valle *de confectione inuentarij. 2. par. quæst. 12. num. 9.* habetur *8. tom. tract. p. 2.* Alij autem DD. ex *authent. & causa, quæ sit cum monacho. C. de Episcop. & clericis.* dicebant contra vtrumque formandum libellum. Sed narratio facti concipienda est in personam monachi, quia cum eo gestum est negotium; ar conclusio, & sententia condemnatoria in bonis facienda, debent referri ad monasterium, vt bene tradit Nauar. *com. 2. de regul. num. 67.* & ipsum sequutus Azor *tom. 2. instit. moral. lib. 11. cap. 12. quæst. 12.* Si autem post ingressum contraxit monachus, non tenebitur monasterium respondere, nisi inde factum sit locupletius; sed imputet sibi, qui cum persona incapaci contraxit. Sic Speculator *ibi. num. 6.*

Hoc autem intelligendum est, quando causa est ciui- 3
lis, si enim actio criminalis ob aliquod delictum à monacho commissum intentetur, ipse conueniendus est, contra ipsúmque formandus est libellus, habétque personam legitimam ad se defendendum absque superioris licentia; quia seruus similiter conuenitur, & non dominus ratione delicti commissi, vt constat ex *l. penult. in fine. C. de noxalibus.* & ita in monacho dicendum tradidit ibi Bald. *num. 1.* Speculator *tit. de reo. §. vnico. num. 19.* & Felin. *cap. cum. 1. & à num. 10. de sententia, & re iudicata.* Euerard. *loco à seruo ad monachum. num. 6.* Potest tamen Abbas ei assistere, vt tradunt Specular. & Felinus *ibi*; vnde in hoc casu potest constituere procuratorem, sicut potest se defendere, & sicut idem dicemus nu. 32. quoties ei integrum est agere.

Secundò intelligendum est, nisi lis intentetur circa 4
valorem professionis; tunc enim libellus in ipsum monachum formandus est. Sic Felin. *eodem cap. cum. 1. & à num. 9.*

Hinc deducitur, non posse monachum agere pro in- 5
iuria sibi illata, nisi Prælatus absens sit, nec procuratorem reliquerit. Sed id munus Abbatis est; constat ex *l. sed si vnius. §. ait Prætor. ff. de iniuriis*, quatenus habet, cum, qui alteri subest, non posse agere iniuriarum, si præsens sit is, cui subest, vel eius procurator, secus eo absente, nec procuratore relicto: tunc enim, vt rectè ait Panormit. ifarim allegandus, ex præsumpta Superioris licentia aget. Idem etiam constat *l. 10. tit. 9. p. 6.* ibi. *Su mayoral puede demandar por el.* Atque ita docet Glossa penult. *cap. non dicatis. 12. quæst. 1.* Speculator *tit. de actore. §. vnico.* Felin. *nu. 5.* Card. *nu. 1.* Ioan. Andr. *nu. 3.* Anchar. *n. 4.* Abbas *cap. parochianos. n. 3.* & ibi communiter DD. *de sententia excommunic.* Francus *cap. 2. in princip. num. 6. de clericis, vel monachis. in 6.* & *rubric. de testam. n. 65. eodem lib.* Decius *cap. in præsentia. nouæ edit. n. 223.* & ibi Ferrer. *num. 101. de probat.* D. Antonin. *3. par. tit. 16. cap. 6. §. 7.* Rosel. *verbo monachus. num. 8.* & ibi Armilla *num. 11.* Angel. *verbo monast. num. 1.* Sylueſt. *verbo religio. 8. quæst. 4.* Nepotis à Montalvano *de except. art. 6. nu. 10.* Monachus *de defensorio iure. ff. contra allorem*, habetur vtrque *tom. 3. tract. p. 2.* Greg. Lopez *ex l. 10. verbo su mayoral.* Nauarr. *tom. 2. de regular. num. 29. & num. 64.* vbi alios refert. Plaza *de debit. cap. 47. num. 17. fint.* Zaballos alios allegans *in suis qq. communibus. quæst. 446. num. 14.* Decianus *practicrimin. p. 1. lib. 3. cap. 8. num. 15.* & ibi Farinacius *in practicriminali. tom. 1. tit. de accusat. quæst. 13. num. 24.*

Quare potest Abbas inuito monacho eam iniuriam 6
remittere, quia cùm nullam actionem monachus habeat, sed solus superior, superioris, quamtumuis contradicat monachus, erit ea remissio. Sic allegatis Baldo, & Boerio tradunt Ascanius Clemens *de patria potestate. cap. 6. affectus 8. num. 4.* habetur *8. tom. tract. p. 2.* Nauarr. *vt commentario 2. num. 64.* quamuis Farinacius alios allegans *in practicrimin. tom. 1. tit. de accusat. quæst. 13. num. 26. gersonem præterminendum*, dicat, nec solum monachum, nec solum monasterium, sed vtrumque debere remittere; quod non credo, cùm monachus careat velle, aut nolle, omnémque suam voluntatem in monasterium transtulerit.

Non autem ipse monachus poterit eam iniuriam re- 7
mittere, cùm sui iuris minimè sit, ac agendi iure destituatur. Atque ita tradunt Antonius *cap. parochianos. n. 6. de sententia excommunic.* Cardin. *num. 2.* Hostiens. *num. 5.* Anchar. *num. 4.* Dicunt hi tres, nisi superior longè absit, vel nisi sit in scholis de licentia, quia cùm tunc possit agere, potest & iniuriam remittere. Francus *rubric. de testam. in 6. num. 65.* Decius *cap. in præsentia. nouæ edit. n. 223.* & ibi Ferrer. *num. 101. de probationibus.*

arbitrium boni viri. Sed iure optimo Bart. & Matienzo ibi hanc limitationem reprobant; immo Anchar. ait tunc potiùs esse veram hanc sententiam, quia, quando verba important arbitrium boni viri, satis est, vt executores eligant dignum; monasterium autem verè pauper est dignum satis ea eleemosyna. Nec obstat huic applicationi, fuisse cognitam monasterij paupertatem testatori, & nil illi legasse, quia, cùm ea distributio nõ sit commissa monasterio, sed peculiari monacho ad distribuendum inter pauperes, non quadrat huic casui limitationum. 55. tradita, sed optimè quadraret, si monasterio commissa esset ea executio.

60 Posterior difficultas est, an si solus monachus ille executor institutus sit, possit ex eleemosyna inter pauperes distribuenda sibi commissa, aliquid sibi tanquam pauperi retinere? Et quidè aliqui DD. innitentes prioris sententiæ relatæ num. 50. quæ generaliter tradit distributorem nil sibi posse applicare, asserunt religiosum hunc id quoque non posse. Ita docent Cald. Sylu. Bonifac. *num.* 88. Imola allegat num præcedenti; atque idem tradit Manuel *99. regul. tom. 3. quæst. 70. art. 4.* ductus alio fundamento: quamuis enim concedat nobis-
2 cum distributorem posse sibi applicare, id negat in huiusmodi religioso, quia, cùm testator eum instituens executorem, noverit esse religiosum, & subinde pauperem, censetur eum exclusisse ab ea eleemosyna participanda, iuxta limitationem traditam num. 55.

61 Cæterùm existimo, posse hunc religiosum sibi applicare, sine aliis distributoribus, sive sequamur sententiam dicentem posse sibi applicare, sive sequamur oppositam. Ducor, quia, vt optimè consideravit Parisius *consil. 26. num. 24. vol. 4.* cùm monachus hanc eleemosynam sibi applicatam expendere debeat in vibus sibi necessariis, quibus à conventu expensæ suppeditandæ essent, releuat ab eo onere conuentum, ac subinde suo monasterio censetur eam eleemosynam applicare, cui posse probauimus num. 49. Quia tamen sæpe posset contingere, vt nullo expensarum onere releuetur monasterium, quia, non obstante hac eleemosyna tantundem expendit cum illo monacho conuentus, & ideo solùm deseruit eleemosyna illa, ne monachus tam pauperem vitam transigat, Respondeo, adhuc eleemosynam cedere in monasterij vtilitatem, & verè ipsi dari; quia quidquid acquirit monachus, est re vera monasterij, illúdque posset eam eleemosynam monacho applicatam auferre, & in generales conuentus vsus consumere, & ex sola sua voluntate concedit illius vsum huic monacho.

62 Ex dictis infertur, religiosum, vel quécumque alium, cui traditur pecunia aliqua distribuenda, non vt eleemosyna pauperibus distribuenda, sed gratia exonerandi conscientiam debitis incerti domini grauatam, posse sibi applicare, si verè pauper est: nec in hoc distinguendum credo, an tradens pecuniam, norit paupertatem huius, an eam ignorarit, sed in vtroque casu id fieri posse existimo. Ducor, quia tradens pecuniam distribuendam, nil aliud intendit, quàm conscientiam suam exonerare, neque curat de pauperibus, quibus ea pecunia distribuenda est, sed de sola conscientiæ exoneratione; qui finis satis obtinetur, cuicumque pauperi, etiamsi sit ipsemet distributurus, applicetur. Atque idem intelligo, quando executores iussi sunt à testatore restituere aliquas pecunias pauperibus, ratione æris alieni, cui incertis dominis adstrictus erat: poterit enim executor verè pauper retinere, quamuis solus ipse executor institutus sit, eúsque paupertas esset testatori cognita, quia militat eadem ratio tradita, & iuxta hoc sublimitanda est limitatio, quam num. 55. tradidimus.

CAPVT XII.

Qualiter religiosus possit esse actor, aut reus in iudicio.

SVMMARIVM.

Monachus regulariter non habet personam ad comparendum in iudicio, siue vt actor, siue vt reus, sine licentia superioris. n. 1.

An regularis conueniendus sit, & contra eum formandus sit libellus; an potiùs contra monasterium, si conueniatur pro contractu, vel debito, siue ante, siue post ingressum iniuria? n. 2.

An si causa sit criminalis, sit formandus libellus contra monachum, & ipse possit constituere procuratorem ad se defendendum? n. 3.

Quid si lis intentetur circa professionis valorem? n. 4.

An possit monachus agere pro iniuria sibi illata, vel id sit monasterij? n. 5.

An possit Abbas inuito monacho eam iniuriam remittere? n. 6.

An possit monachus remittere? n. 7.

An petentes monachum, vt absoluatur ab excommunicatione, debeat satisfacere monacho, an Abbati? n. 8.

An re aliqua spoliatus possit agere, vt restituatur? n. 9.

An possit monachus constituere procuratorem, vt nomine ipsius in iudicio comparet, & valeat ea procuratoris constitutio? n. 10.

An agere de licentia Abbatis, debeat iurare de calumnia? n. 11.

An iudicium agitatum cum monacho absque superioris licentia valeat? n. 12.

An possit superior ad iudicium vtrum habere? n. 13.

An quando monachus est in studio de licentia Abbatis, vel in aliquo loco absens possit agere, & habere vocem in electione Rectoris? n. 14.

Quid quando superior est absens? n. 15.

Quid si monachus agere velit, vt in religione retineatur, vel expulsus restituatur, vel pro alimentis, vel expensis, vel pro quocumque iure sibi competente, vel pro sua electione, vel contra suum superiorem, qui ipsum beneficio spoliauit? n. 16.

Quid si regularis Prioratum, vel alium administrationem habeat? n. 17.

Quid si Abbatem accusare velit? n. 18.

An exigatur venia, & licentia ad accusandum proprium Abbatem? n. 19.

An monacho accusanti, vel denuncianti Abbatem sint expensæ à monasterio administranda, & tunc detur actio monacho, & qualiter sit admittendus ad accusandũ Abbatem? n. 20.

An has expensas consequi debeat monachus habens peculium? n. 21.

Quid si monasterium esset ex ordinibus mendicantibus? n. 22.

Quid si hæc accusatio esset ob solam monachi vtilitatem? n. 23.

An Abbas ipse accusatus debeat expensas defensionis à monasterio habere? n. 24.

An monachus aduersus quem inquirit Abbas, debeat habere expensas à monasterio? n. 25.

An monachus causam suæ electionis prosequens debeat habere expensas à monasterio? n. 26.

An monachus possit accusare aliquem præter suum Abbatem? n. 27.

An habiturus sit tunc expensas à monasterio? n. 28.

An monachus cubicularius Episcopi possit ipsum absque Abbatis licentia accusare? n. 29.

An monachis interdicta sit denunciatio? n. 30.

An monachus accusans Abbatem, teneatur lite pendente ei obedire? n. 31.

Quoties religiosus potest esse in iudicio absque superioris licentia, potest absque illa constituere procuratorem, & libellum nomine religiosi concipiendum est. n. 32.

Is cuius est accusare, est pacem inire, & pro pace intra compositionem accipere. n. 33.

Nonnisi potest accusare transigere, ac pacem inire, sine sibi sint

sint iniuria irrogata. n. 34.

Nonnisi interfecto, sint accusandi, & pacis iniundæ, & compositionis accipiendæ, an pertineat ad monasterium, vel ad quem? n. 35.

An si pater, aut filius monachi interficiantur, competat monasterio, aut monacho iter accusandi, & pacem. 36.

An pretium eius pacis inire consequatur monasterium? n. 37.

Quid si iniuria irrogata sit religioso ante ingressum religionis, vel ante illum esse pater, aut filius occisi sint, siue religio habeat bona in communi, siue non, & quatenus ille sit religiosus Societatis IESV? n. 38.

An si monachus interficiatur competat ius accusandi, & pacis monasterio, an filiis, parentibusve in sæculo relictis? referuntur varia sententiæ. n. 39.

Duplicatur sententia authoris, & cui competat pecunia ob transactionem data. n. 40.

Quid si ille religiosus esset Societatis IESV, vel religionis non habentis bona in communi? n. 41.

1 HÆc res non est exactè tractanda, sed paucis authoribus allegatis, vt Theologi notitiam aliquam assequi possint: potest autem exactius videri in Doctoribus quos referam. Hac in re ea est regula certissima, regulariter non habere religiosum personam legitimam comparendi in iudicio, siue tanquam actorem ad agendum, siue tanquam reum ad se defendendum, absque licentia superioris. Ratio est, quia in hoc æquatur religiosus seruo, & filiofamilias, contra quos, vel pro quibus, non potest fundari iudicium. *l. lis nulla. & l. vex. ff. de iudiciis, l. seruum. C. eodem tit.* quia pro mortuis habentur, & nihil habent, vt tradunt omnes DD. *cap. cum dilecta. de rescript. & authent. causa, quæ sit cum monacho. C. de Episcop. & clericis.* Speculator *tit. de actoribus. §. vnico. nu. 48. & tit. de reo. §. vnico. num. 19. & tit. de status monachorum, in princ. num. 1.* Nauarr. *comment. 1. de regular. ib. num. 64.* & nemo contradicit. Euerar. *loco à seruo ad monachum. numero 4.*

2 Hinc deducitur primò, regularem non posse conuenire, nec conueniri ratione contractus cum eo initi, nec libellum contra monachum formandum esse, sed conueniendum monasterium, & contra id formandum libellum. Sic tradunt Gloss. penult. *cap. non dicatis. 12. q. 1.* D. Anton. *3. part. tit. 16. cap. 6. §. 7.* Abbas *cap. in præsentia. num. 7. de probat.* Euerar. *loco à seruo ad monachum. num. 4.* Nauar. *com. 2. de regular. num. 29.* Quod quidem verum est, si agatur de contracto, vel ære alieno, quibus adstrictus ante religionis ingressum erat regularis; tùc enim, nec actio contra monachum intentanda est, nec ipse debet respondere, sed monasterium, aut eius procurator nomine ipsius monasterij, vt inferius latius dicemus. Non tamen tenebitur monasterium vltra bona, quæ à monacho accepit. Sic Sylueſt. *verbo religio. 8. quæst. 5.* & meliùs Speculat. *tit. de status monachorum, in princ. n. 3. 4. & 5.* Felin. multos alios allegans *c. cum. 1. & à n. 9. de sententia, & re iudicata.* Quam quidem sententiam approbat lex Regia *10. tit. 2. p. 5.* vbi Gregor. Lopez *verbo debela fazer*, hoc animaduertit, quãuis iure communi non esset modica difficultas. Quidam enim dicebant posse conuenirì monachum, & contra eum formandum libellum, quia cum eo negotium gestum est, nec potuit ingressu monasterij se obligatione eximere. Sic Abbas *d. c. cum. 1. & à num. 17.* Bertrandus *consil. 75. num. 9. vol. 3. in parte priori. & consil. 127. num. 2. vol. 7.* Rolandus à valle *de confectione inuentarij. 2. par. quæst. 12. num. 9.* habetur *8. tom. tract. p. 2.* Alij autem DD. ex *authent. & causa, quæ sit cum monacho. C. de Episcop. & clericis.* dicebant contra vtrumque formandum libellum. Sed narratio facti concipienda est in personam monachi, quia cum eo gestum est negotium; ar conclusio, & sententia condemnatoria in bonis facienda, debent referri ad monasterium, vt bene tradit Nauar. *com. 2. de regul. num. 67.* & ipsum sequutus Azor *tom. 2. instit. moral. lib. 11. cap. 12. quæst. 12.* Si autem post ingressum contraxit monachus, non tenebitur monasterium respondere, nisi inde factum sit locupletius; sed imputet sibi, qui cum persona incapaci contraxit. Sic Speculator *ibi. num. 6.*

Hoc autem intelligendum est, quando causa est ciui- 3
lis, si enim actio criminalis ob aliquod delictum à monacho commissum intentetur, ipse conueniendus est, contra ipsúmque formandus est libellus, habétque personam legitimam ad se defendendum absque superioris licentia; quia seruus similiter conuenitur, & non dominus ratione delicti commissi, vt constat ex *l. penult. in fine. C. de noxalibus.* & ita in monacho dicendum tradidit ibi Bald. *num. 1.* Speculator *tit. de reo. §. vnico. num. 19.* & Felin. *cap. cum. 1. & à num. 10. de sententia, & re iudicata.* Euerard. *loco à seruo ad monachum. num. 6.* Potest tamen Abbas ei assistere, vt tradunt Specular. & Felinus *ibi*; vnde in hoc casu potest constituere procuratorem, sicut potest se defendere, & sicut idem dicemus nu. 32. quoties ei integrum est agere.

Secundò intelligendum est, nisi lis intentetur circa 4
valorem professionis; tunc enim libellus in ipsum monachum formandus est. Sic Felin. *eodem cap. cum. 1. & à num. 9.*

Hinc deducitur, non posse monachum agere pro in- 5
iuria sibi illata, nisi Prælatus absens sit, nec procuratorem reliquerit. Sed id munus Abbatis est; constat ex *l. sed si vnius. §. ait Prætor. ff. de iniuriis*, quatenus habet, cum, qui alteri subest, non posse agere iniuriarum, si præsens sit is, cui subest, vel eius procurator, secus eo absente, nec procuratore relicto: tunc enim, vt rectè ait Panormit. ifarim allegandus, ex præsumpta Superioris licentia aget. Idem etiam constat *l. 10. tit. 9. p. 6.* ibi. *Su mayoral puede demandar por el.* Atque ita docet Glossa penult. *cap. non dicatis. 12. quæst. 1.* Speculator *tit. de actore. §. vnico.* Felin. *nu. 5.* Card. *nu. 1.* Ioan. Andr. *nu. 3.* Anchar. *n. 4.* Abbas *cap. parochianos. n. 3.* & ibi communiter DD. *de sententia excommunic.* Francus *cap. 2. in princip. num. 6. de clericis, vel monachis. in 6.* & *rubric. de testam. n. 65. eodem lib.* Decius *cap. in præsentia. nouæ edit. n. 223.* & ibi Ferrer. *num. 101. de probat.* D. Antonin. *3. par. tit. 16. cap. 6. §. 7.* Rosel. *verbo monachus. num. 8.* & ibi Armilla *num. 11.* Angel. *verbo monast. num. 1.* Sylueſt. *verbo religio. 8. quæst. 4.* Nepotis à Montalvano *de except. art. 6. nu. 10.* Monachus *de defensorio iure. ff. contra allorem*, habetur vtrque *tom. 3. tract. p. 2.* Greg. Lopez *ex l. 10. verbo su mayoral.* Nauarr. *tom. 2. de regular. num. 29. & num. 64.* vbi alios refert. Plaza *de debit. cap. 47. num. 17. fint.* Zaballos alios allegans *in suis qq. communibus. quæst. 446. num. 14.* Decianus *practicrimin. p. 1. lib. 3. cap. 8. num. 15.* & ibi Farinacius *in practicriminali. tom. 1. tit. de accusat. quæst. 13. num. 24.*

Quare potest Abbas inuito monacho eam iniuriam 6
remittere, quia cùm nullam actionem monachus habeat, sed solus superior, superioris, quamtumuis contradicat monachus, erit ea remissio. Sic allegatis Baldo, & Boerio tradunt Ascanius Clemens *de patria potestate. cap. 6. affectus 8. num. 4.* habetur *8. tom. tract. p. 2.* Nauarr. *vt commentario 2. num. 64.* quamuis Farinacius alios allegans *in practicrimin. tom. 1. tit. de accusat. quæst. 13. num. 26. gersonem præterminendum*, dicat, nec solum monachum, nec solum monasterium, sed vtrumque debere remittere; quod non credo, cùm monachus careat velle, aut nolle, omnémque suam voluntatem in monasterium transtulerit.

Non autem ipse monachus poterit eam iniuriam re- 7
mittere, cùm sui iuris minimè sit, ac agendi iure destituatur. Atque ita tradunt Antonius *cap. parochianos. n. 6. de sententia excommunic.* Cardin. *num. 2.* Hostiens. *num. 5.* Anchar. *num. 4.* Dicunt hi tres, nisi superior longè absit, vel nisi sit in scholis de licentia, quia cùm tunc possit agere, potest & iniuriam remittere. Francus *rubric. de testam. in 6. num. 65.* Decius *cap. in præsentia. nouæ edit. n. 223.* & ibi Ferrer. *num. 101. de probationibus.*

8 Et ideo cùm absolutionem ab excommunicatione pęnitenda sit satisfactio partis lęsæ. *cap. parochianos. de sent. excommunic.* si excommunicatio ob monacho iniuriam illatam contracta sit, non ipsi monacho, sed Abbati satisfaciendum est, vt absolutio impetrari possit; quia non monachi, sed Abbatis est eius iniuria remisso: atque ita docet Glos. *eo.cap.parochianos.verbo satisfaciant,* & ibi Antonius *num.*19.

9 Vnde deducitur, nec monachum vestibus, aliave re spoliatum, posse absque licentia agere, vt restituatur; sed ea actio superiori competit. Tradunt Speculator *tit. de actore.* §. *vnico. num.* 51. Nauarr. *com.* 2. *de regular. tit. num.*64. Paulus Æmilius *in decisione Rota Romanæ.p.*2.*decis.*224.*num.*7.

10 Deducitur etiam, nec monachum absque superioris licentia posse constituere procuratorem, vt nomine ipsius in iudicio compareat, quia, cùm per se comparere nequeat, nequit quoque per alium. Et ita habetur expressè *Clem.religiosis.de procurat.* & tradunt omnes; nec constitutio eiusmodi procuratoris valebit, quia textus vtitur verbo *(non potest)* quod actum reddit nullum, saltem, quando res non interdicitur ob solam personæ honestatem, sed ob ipsius vitium, vt diximus cap. præc. num.44.quod in hoc euentu contingit: hoc enim interdicitur propter monachi incapacitatem ad standum in iudicio, absque superioris licentia; atque ita docet Scacia *de iudicii.lib.*1.*cap.*101.*num.*39.

11 Vtrum autem monachus agens de licentia Abbatis, debeat iurare de calumnia, Glos. *authent. apud quos oporteat causas dicere,verbo interpellet,ad finem,* negat iuramentum hoc præstandum à monacho. At iurat optimè Curt. Senior *tract. de iurium.ando propter calumniam.* §. *quod obseruari oportet, in fine.* habetur *tom.*3. *tract.p.*2. dubitat de hoc, & in partem contrariam inclinat, quod iuramentum hoc adeò ad substantiam iudicij pertinet, vt ipsum exactum, nec præstitum reddat iudicium ipso iure nullum, vt late probat Maranta *in sua practica.p.*6.*in* 2. *iudicij parte.in* 1. *allu. num.*1. & 2. Ergo præstandum est per legitimam personam ad standum in iudicio, qualis est monachus litigans de licentia Abbatis.

12 Deducitur præterea, iudicium agitatum cum monacho absque superioris licentia in casibus, in quibus nequit agere, aut se defendere, esse nullius momenti, quippe iudicium, vt legitimum sit, debet constare Iudice, actore, & reo, vt constat ex *cap.forsi. de verborum significat.* & ex definitione iudicij tradita à Doctoribus *rubric. de iudicii.* & *C.de iudic.in rubric.* quam refert Maranta *in sua pract.p.*1.*initio.num.*1. At persona monachi non est legitima ad comparendum in iudicio, siue vt actor, siue vt reus, absque superioris licentia: ergo nullum erit iudicium agitatum cum ipso absque superioris licentia. Et ita docet Bartol. *l.filiusfam.*§.*vtrum.fin.ff. de procuratoribus.* Abbas *Clementi religiosis.num.*6.*de procurat.* Baldus, & Felin.num.seq.allegandi.

13 Potest tamen superior ratum habere iudicium agitatum cum monacho absque eius licentia: nec obstat *l.finalis.*§.*necessitatem. C.de bonis, quæ liber.* Vbi patet non ratificat gesta per filium, eo quod sint ipso iure nulla; quia ibi filius non gerebat nomen patris: at monachus agit tanquam procurator Abbatis, vel monasterij. Atque ita docent Bald. *cap.causam,in fin.de iudic.* Felin.*cap.cum.* 105. *à num.*10. *de sententia & re iudicata.*

14 Excipiuntur tamen aliqui casus, in quibus integrum est monacho agere. Primus, quando monachus est in studio de licentia Abbatis; nam eo ipso, quod licentia standi in studio conceditur, censetur quoque concessa licentia agendi, ac se defendendi in gestis ratione studij, & propsolto sibi facto, vel iniuria illata: nam concesso aliquo, intelliguntur omnia concessa, sine quibus commodè vitiri nequit, arg.*cap.præterea.*& *cap.prudentiam.*§.6. *de officio delegati.* Atque ita docent Glos.penult.*e.non dicatur.*11.*quæst.*& *cap.*1.*ex parte. verbo licet,de accusat.* & *l. si longius,fine. ff.de iudiciis.* Speculator *tit.de actor.*§. *vnico. num.*50. Baldus *authent. habita.num.*34.*C.ne filius pro patre.* Franous *cap.*2.*in princ.num.*6. *ne clerici, vel monachi. in* 6. Hentic. *cap.ex part. num.*3. *de accusa.* Anton. *ibi.num.*12. Rebuffus *de priuilegiis scholasticorum.priuileg.*156. Iacobinus de S.Georgio *l.seruus. num.* 6.*C.de iudiciis.* Nauarr. *comm.*2.*de regular.num.*65. Anton.Cucus *lib.*3 *institut. maior.tit.*3.*num.*38.Nepotis à Montaluano *de exceptionibus. art.*6.*num.*9.habetur *tom.*3.*tract.p.*2. Azor *l.*12. *instit.moral.cap.*11.*quæst.*9. Poterit etiam tunc in electione Rectoris vocem habere instar aliorum scholasticorum, & docet Francus *ibid.* atque eadem ratione idem dicendum est, si ob aliquod aliud negotium de licentia superioris esset absens à monasterio, nec ibi adesset superior, aut eius procurator. Atque ita docent Nauarr. Nepotis à Montaluano, & Azor *ibidem.* Idem Nauarrus *comm.*2.*num.*29. Tunc autem non aget monachus nomine proprio, sed nomine monasterij, cuius licentiam tacitam habet, vt docet Nauarrus vtroque loco. Sed, vt bene docet Glos. *cap. cùm pastoris.verbo cùm pastoris.*2.*quæst.*7.tantùm possunt agere de his, quæ pertinent ad studium.

15 Secundus casus est, quando superior ita absens est, vt commodè absque periculo in mora non possit haberi eius responsum. Atque ita docent citatis Speculatore, Antonio, Abbate, Cardinali, Imola, Nauarr. *comment.*2. *de regular. num.*65. *vers.addo nunc.* Hentricus *cap. ex parte.num.*3. *de accusat.* Ascanius Clemens *de patria potest.tit.cap.*6.*effectu* 4.*mutabili.*26. habetur *tom.*8.*tract.p.*2.Azor *tom.*1 *lib.*12 *instit.moral. cap.*11.*quæst.*9.*ad finem.* Atque idem docent Nauarrus, & Azor, allegatis Cardinali, & Imola, si monasterium vacat.

16 Tertius casus est, si monachus agere velit, vt in religione retineatur, vel ab ea expulsus restituatur, vel ne ei alimenta debita, aut expensæ à monasterio denegentur, vel de iure, quod habet ferendi suffragij, fedendi in choro, & super quocumque alio iure sibi competente per professionem, electionem, vel collationem canonicam, & alio quoliber titulo, cuius est capax. Quare licèt non possit electionem acceptare, vel prouisionè sibi factam, sine consensu superioris; at post acceptationem de illius licentia factam, potest absque alia licentia agere. Hæc omnia alios allegans docet Nauarr. *comm.* 2. *de regular.n.* 64.*vers.addo* 5. Azor *tom.*1.*lib.*12.*instit.moral.c.*11.*q.*9.Non tamen potest agere contra suum superiorem, qui ipsum beneficio regulari absque malo animo priuauit, quamuis contra alium suo eum beneficio spoliantem agere possit, & contra suum superiorem, si malo animo priuauit. Sic Nauarr. *comm.*2.*de regular.num.*65.*vers.addo* 5. vbi alios refert. Azor *tom.*1. *institutionum moral.lib.*11.*c.*11.*q.*9.addit Nauarr. cùm aliis præsumi fieri animo vindicandi, vel alias malo, quoties Prælatus accusatus esset ab eo subdito, vel de eius crimine instantia illius subditi inquireretur. Limitat tamen Nauarr. quando spoliaretur beneficio annuali regulari; nam si spoliaretur seculari, vel regulari perpetuo, vel ad vitam dato à Papa, posset agere de spolio, nec probatio mali animi exigeretur.

17 Quartus casus est, si regularis Prioratum, vel aliam administrationem in titulum beneficij saltem manualis habeat: nec sufficit habere in simplicem administrationem. Sic alios allegans docet Nauarr. *comm.*2. *de regular. num.*64.

18 Quintus casus est, si religiosus suum Abbatem accusare velit; potest enim illum accusare, nisi aliqua causa rationabilis impediat: alios autem accusare non potest; habetur expressis verbis *c.ex parte, de accusat.* Ratio autem, cur monachus possit accusare Abbatem, est, vt tradunt ibi Glos. *verbo alia.*& Felin. *paulo post princip.* quod monasterij vtilitatem procurare dicatur accusando Abbatem. Cur autem non possit accusare alios, tradit rationem Glos. *verbo licet,* & Felinus proximè allegatus, quia dicitur mortuus mundo, nec habere liberum arbitrium.

c. si religiosus, de electione, in 6. Causa autem rationabilis accusationi Abbatis obstans est, vt tradit ibi Glos. *verbo alia,* vt si esset excommunicatus. *c.de excepciones.* vel si esset inimicus, vel conspirator. *c.meminimus.* & *c.cum oportet.*& *c.deuenens.de accusat.c.per tuas, de simonia.*

19 Controuertitur autem valde, an exigatur tunc licentia, & venia. Quidam enim dicunt prius impertandam esse hanc licentiam; ad quod facit *l.generaliter.ff.de in iure vocando.* Ita docent Archid. *c. cùm pastoris.*2.*q.*7.*num.*1. Bellemer. *ibi.paulo post principium.* Card. *c.ex parte. c.* 1.*de accusat.* & ibi Roman. *singular.*550.*antiqua edit. nouæ autem* 556. Iacobinus de S. Georgio *d. l. generaliter. n.* 12. Nepotis à Montaluano *de exceptionibus.a.*6. *num.* 12. habetur *tom.*3.*tract.p.*2. Monachus *de defensorio iure.* §. *contra actorē.*(habetur *eodem tom.*) Surdus *de alimentis.tit.* 1. *quæst.*121.*num.*5.Quidam enim ex his DD. dicunt, impetrandam hanc veniam à Principe; sic Nepotis à Montaluano, & Monachus *ibidem:* alij ab Episcopo; sic Bellemer.& Hentricus *ibidem:* alij ab ipso Abbate, vt Archidiaconus, qui etiam ait esse petendam veniam, & licentiam. At verius est, nec veniam, nec licentiam desiderari; quia textus *d.c.ex parte,* hanc licentiam concessit. Atque ita docet Speculator *tit.de actore.*§.*vnico.num.*48. Innoc. *c.cum P.n.* 6. *de accus.* Abbas *c. ex parte.num.* 6. *eodem tit.* Rebuffus *constit.regiis.tom.*1.*tit.de sententia prouisionali, in prælusione.n.*104.

20 Quoties autem religiosus accusat Abbatem, sunt ei ministrandæ de rebus monasterij expensæ, donec causa debitum finem accipiat. Sic expressè decidit *eo. c. ex parte,de accusat.*& redditur ratio, eo quod monachus propium non habeat, vnde non solùm expensæ victus, sed etiam expensæ necessariæ ad litem prosequendam ministrandæ sunt. Quod satis innuit Glos. finalis *ibi,* dicens, expensas necessarias esse, sine quibus causa explicari nequit; & expressè docent Ioan.Andr.*ibi,fine.* Anton. *fine.* Anchar.*num.*3, Abbas *num.*9.Hentricus *num.*6. Felin. *num.*4. idque verum esse, siue monachus accuset, siue denuntiet Abbatem, quia, etsi textus *c.ex parte.* loquatur de accusatione: at eadem est ratio de denunciatione, & docet Innoc.*ibi.num.vnic.ad finem.*Ioan.Andr.*num.*3. Card. *num.*2.Hentricus *num.*6. Et quamuis monachus ad accusandum Abbatem non sit statim admittendus, sed præcedenti summaria causę cognitione; at qualitercumque admittatur, sunt ei expensæ administrandæ. Et ita tenent Speculator *t. de inquisit.c.vlt.num.*8. Innoc.*eo. c.ex parte. num.vnic.* & ibi Ioan.Andr.*num.*2.& 3. Abbas *numero* 9. Anchar.*num.vlt.* Hentricus *num.*6.Quare in hoc casu datur actio monacho contra Abbatem ad has expensas petendas, vt bene aduertunt Anan. *eo.c.ex parte.n.*3. *versic. vnta causam.* Surdus *de alimentis. tit.*1.*q.*12.*n.*1.

21 Hoc tamen est limitandum. Primò, nisi monachus accusans habeat pecunium aliquod, tunc enim non tenetur monasterium expensas litis suppeditare, quia cessat ratio reddita *eo.c.ex parte,* nempe, quod monachus non habeat aliunde expensas. Et ita docet Speculat. *tit. de inquisit.* §. *vlt.num.*1. Anton.*eo.c.ex parte.num.*10. & ibi Abbas *num.* 9.Hentric.*num.*11.Felin *num.*4.Rebuffus *constit.regiis.tom.* 1.*tit.de sententia prouisionali,in prælusione.num.*104. Surdus *de alimentis. tit.*1.*q.*121.*n.*1.

22 Secundò limitatur, nisi monasterium sit ex ordinibus mendicantibus; cùm enim eiusmodi monasterium careat bonis in communi, non tenetur has expensas ministrare. Sic dicit fortè esse Hentricus *eo.c.ex parte.n.*10.Sed huic limitationi non assentior; nam ea retenta, non posset monachus accusare Abbatem in ordinibus, cùm expensis necessariis careant. Item, quia textus *d.c.ex parte.* generaliter loquitur; neque obstat, fratres Minores non habere bona in communi (nam cæteri mendicantes hodie habent) quia ex eleemosynis emendicatis, ex quibus viuunt, debent has expensas monachio accusanti Abbatem contribuere.

23 Tertiò limitatur, si monachus accusaret Abbatem ob monasterij vtilitatem, secus, quando ob propriam. Ita tenet Bald. vt refert Surdus, eum meritò improbans, *de alimentis.tit.*1.*q.*121.*n.*3. quia satis monasterij interest bonum habere pastorem.

24 Similiter Abbas accusatus debet expensis monasterij se defendere, vsque ad litis finem, quod etiam monasterij interest, Abbatem culpæ immunem non deponi. Et ita tradunt Glos. *eodem cap.ex parte.verbo alia,* & ibi Ioan. Andr. *num.*8. Anton.*num.*9. Abbas *num.*15. Hentric.*num.* 12.Felin. *paulo post princip.* Surdus *de alimentis.tit.*1.*q.*127. *num.*1. Lara *l.si quis à liberis.*§.*si vel parens.num.*48.*ff.de liber. agnos.* Tapia *auth.ingressi.verbo sua.c.*18.*n.*11. *C. de sacrosanct.Eccles.* quod quidem extendunt Ioan.Andr. & Antonius *ibidem,* quamuis Abbas ille esset ab administratione remotus; quippe clericus suspensus aliunde non habens alimenta, est ex beneficij fructibus alendus. Sed Abbas, & Surdus *ibidem* bene aiunt hoc intelligendum de simplici suspensione, vel quando interdicitur administratio, secus si esset priuatus titulo, id est, quando est realiter, & verè depositus, quod tunc nihil habeat commune cum monasterio; numquam tamen Abbas expensis monasterij se defendet, si peculium sufficiens ad id habeat, vt de monacho accusante dixi n.21.

25 Quando autem Abbas inquisit aduersus monachum de aliquo delicto, an debeat habere expensas est satis controuersum. Quidam enim sic distinguunt; si Prælatus non seruat regulæ formam, sed via ordinaria, ac iuridica procedit, sunt ministrandæ expensæ, secus, si iuxta regulæ formam, quod tunc nullis expensis opus sit. Ita docent Speculator *tit.de inquisit.*§.*vlt.n.*5.Anton.*eo.c.ex parte.n.*7.& ibi Ananias *num.*3.Hentric.*n.*11.Simon de Prætis *de interpretat.vltim.volunt.lib.*5.*interpret.*2. *dub.* 2.*n.*15. & alij, quos refert Surdus *de alimentis.tit.*1.*quæst.*128.*num.* 6. Sed iure optimo Surdus ibi impugnat hanc distinctionem, & ait vtrouis modo procedatur, ministrandas esse expensas monacho, si ex necessariæ sint, nec aliunde habeantur: quippe non est verum, nullas exigi expensas, quando secundum regulam proceditur: posset enim monachus in sui defensionem allegare testes longè absentes. Item quia, sine monachus sit culpæ reus, siue illius immunis, non modica monasterij vtilitas vertitur in veritate indaganda, atque ipsius interest plectere, si reus sit, & absoluere, si innocens. Huius etiam sententiæ videntur alij absolutè dicentes huic monacho expensas ministrandas: hi sunt Anchar.*eo.c.ex parte.n.*7.Felinus *ibi.fin.*Ioan. Lupus *c.per vestras,in prooemio.*§.39.*n.*2.*de donat. inter virum, & uxorem.*

26 Quod si monachus causam proprium prosequatur, vt electionis suæ, aliqui negant eum habiturum expensas à monasterio. Sic Speculator *tit.de inquisit.*§.*vlt.num.*8. Archid.*c.cùm pastoris.*1.*quæst.*7.*num.*2. & ibi Bellemera *ante num.* 1. Ioan. Andre. *d.c.ex parte.num.*4.& ibi Anton. *num.*5. Abbas *num.*9. Anchar.*num.*7.Ananias *num.*7.Sed hoc intelligendum est, quando dignitas, ad quam eligitur, est extra monasterium, quia, etsi ad prælationem in suo monasterio eligatur, tenetur monasterium litis motæ expensas contribuere, quia ipsius interest. Sic Hentric. *eo.c.ex parte.num.*7. & ibi Felinus *num.*4. vbi Additionator *verb.pro electione,* citato Mariano, & Socino ait, non tantùm hunc consequuturum expensas, quando lis est ad obtinendam prælationem in proprio monasterio, sed etiam, quando ad eam referendam.

27 Dum dicitur autem *eo. c.ex parte,* non permitti monacho quemquam accusare præter propium Abbatem intelligendum est, nisi duplex concurat conditio. Prior est licentia Abbatis; posterior vtilitas monasterij: his enim concurrentibus potest quemcumque accusare, per *c.monachi. el* 1.16.*q.*1.& ita docet Glos. *eo.c.ex parte, verbo licet,*& ibi Innoc.*statum in princip.*Hostiensis *num.*1.Anton. *num.*10.Abbas *num.*6.Felin.*num.*2.Hentric.*num.*4. Card. *Clement. religiosis. num.* 3.*oppos.* 1. *fin. de procurat.* Decian. *prælim. crimin. part.*1.*lib.* 3.*cap.*8. *num.* 15. & 16. Parisac.

prax.crim.tom.1.tit.de accusat. quæstione 13 num. 24.

28 Non autem habebit expensas à monasterio, quando alium præter Abbatem accusat, vt docet Gloss. *c. cum pastoris verb. cum pastor. n.2.q.7.* Anchar. *eo.c.ex parte. n.6.* quod limitandum est cum Anton. *ibi.num.13.* nisi vilitas monasterij versatur in ea accusatione.

29 Præterea, si monachus ille sit Episcopi cubicularius, poterit absque licētia aliqua Episcopum accusare, quippe cùm ad hoc sint cubicularij, vt vitæ Prælati testes sint, vt habetur *c.cum pastoris 2.q.7.* integrum est eis illum delinquentem accusare, & docent Innoc. *c.cum P.num.6. de accusat.* Ioan. Andr. *d.c.ex parte.n.9.* Anchar. *n.4.* Card. *n.1.* Felin. *num.2.*

30 Sed maior difficultas est, an monachus quoque interdicta sit denuntiatio, sicut interdicitur accusatio *d.c. ex parte.* Innoc. *ibi. num.vnico.* & Hostiensis *num.1.* dicunt non interdici denuntiationem, atque ita integrum esse monacho denuntiare quemcumque absque aliqua superioris licentia. Ducuntúrque, quod omnibus præceptum sit *Matthæi 18. Si te non audierit, dic Ecclesiæ*; quæ quidem ratio de sola denuntiatione fraterna ad fratris solam emendam tendens, probat, & id verissimum est. Atque idem docent Gloss. *eo. c. ex parte, verbo licet.* Ioan. Andr. *num.9.* Anton. *num.11.* Card. *num.1.fine.* Abbas *n.6.* Felin. *num.1.* Hentric. *num.4.* Iulius Clar. *l.5. receptarū. §. final in practica criminali, quæst.7.num. 8.* Si autem denuntiatio iniuidica esset tendens ad punitionem, interdicta est monacho, præterquā proprij Abbatis, sicut & accusatio, vt bene tradit Ioan. Andre. Anton. Abbas, Anchar. Card. Felinus, Henric. *ibidem.* Quare ad hanc aliorum denuntiationem, sicut & ad accusationem exigetur licentia Abbatis, & vilitas monasterij.

31 Quod si quæras, an monachus accusans Abbatem, teneatur ipsi obedire, dum lis pendet, Gloss. *d.c. ex parte. verbo alia*, videtur sentire, non teneri obedire; sed intelligendum est, quoad desistendum ab accusatione illa: in reliquis enim manifestum est, teneri obedire. *c. nimme. 8.q. 4.* Et ratio est, quia adhuc ille superioris officio non est privatus; & ita docent Abbas *eo.c.ex parte.n.4.* & ibi Felin. *ante n.1. vers. in eadem glossa.*

32 Demum id observandum est, quones religiosus potest esse in iudicio absque superioris licentia, integrum quoque ei esse constituere procuratorem absque illa, quia cùm possit per seipsum in iudicio tunc comparere, poterit similiter per alium, *reg. poest. de regulis iuris in 6.* Sic Gloss. *Clem. religiosus, verbo constituere. de procuratoribus.* & ibi Imola n.15. Card. *n.3. oppos.3.* Abbas *n.7.* Archid. *c.monachi.d.2.16.q.1.n.1.* & ibi Bellamera *paulo post principium.* Innoc. *c.cum.1. & à n.1.* ibi. Host. *n.1.* Anchar. *ibi. n.11.* And. *n.1.* Abbas *n.1. & 15.* Anan. *ibi. n.1.* Bellemer. *num.13.* Hentric. *ibi n.1. & 2.* Imola *n.penult.* Anton. *n.6.* Baldus *c.cum.1. & à num.4. de sententia, & re iudicata.* Barr. & alij, quos refert, & sequitur Ioan. Lupus *c. per vestras, in prooemio. §.28.n.6. de donat. inter virum, & vxorem.* Hentric. *c. ex parte.n.8. de accusat.* Natarr. *cap.2. de regul.n.17. vers. addo 11.* qui optime addit cum Abbate *d.c.cum.1. & à n.26.* tunc etiam posse nomine religiosi concipi libellum, siue conueniat, siue conueniatur, pro quo est textus *c. dudum. de conuers. coniugatorum*, in quo sententia absoluens fuit concepta in personam monialis, in quam etiam concipienda esset sententia condemnans, si condemnaretur, quia habebat legitimam personam standi in iudicio.

33 Sed tandem superest difficultas, an monacho interfecto, vel aliis læso, comperat monasterio, aut monacho læso ius accusandi, & pacis ineundæ, & consequenter capiendæ pecuniæ, ob quam remisso mortis, aut iniuriæ concedit, an potius id ius pertineat ad filios legitimos, & patentes ipsius monachi in seculo relictos; & similiter, si pater, aut filius seculares ipsius monachi interficiantur, an monacho, eiúsve monasterio, an potius aliis consanguineis id ius accusationis, & pacis comperat? Qua in re id præmittendum est, cuius esse pacem inire, ac pro pace inita compositionem accipere, cuius est accusare, vt probat Farinacius alios referens, *prax.crim. tom.1.tit. de accusat.q.13.n.1.*

34 Hoc præmisso, prima conclusio sit. Nouitius absque dubio potest accusare, transigere, ac pacem inire, siue sibi, siue suis iniuria irrogetur, quia nondum est verè religiosus *c.religiosi. §. quamuis, de sententia excommun.in 6.* & ideo legitimam standi in iudicio personam habere. Atque ita docent Plaza *de delictis c.42. fine.* Farinac. *ea.q.13.n.23.* & nemo contradicit.

35 Secunda conclusio sit. Nouitio interfecto, ius accusandi, pacis ineundæ, & compositionis accipiendæ, nullatenus ad monasterium pertinet, sed ad alios, ad quos pertineret, si nouitius ille esset secularis; quia monasterium nondum ius in illum acquisiuit. Atque ita docet, dicens sic esse decisum per Senatum, Iulius Clar. *lib. 5. recept. pract. crim. §. finali. q.58.n.25.* Plaza *de delictis. cap.42. num. 23. & 24.* Zaballos *in suis commun. quæst. 333. num. vnico.*

36 Tertia conclusio. Patre, aut filio monachi secularibus interfectis, nec monacho, nec monasterio competit ius accusandi, aut pacis ineundæ. Hoc est contra Octauianum Vulpel *in suo tract. de pace. q. 12.* dicentem ab ipso monasterio pacem obtinendam, idque sufficere etiam in casu statuti requirentis pacem ab hæredibus defuncti, quando alius non existit filius, vel hæres. Sed probatur nostra conclusio, quia iniuria nullatenus dicitur illata monasterio; ergo nec agere, nec transigere poterit, minus etiam monachus, quia licet occiso proximior sit, eiúsque pater, aut filius, non tamen habet legitimam personam standi in iudicio. Ergo non potest accusare, & consequenter nec pacem inire. Sic Farinacius allegato Bossio *ea.q.13.n.26.*

37 Hinc deducitur, pretium pacis initæ in hoc euentu non posse consequi monasterium, quia id non est pœna delicti, sed pretium cessionis iuris accusandi, & vindictæ. *l. Item apud Labeonem. §. si quis seruo. ff. de iniuriis.* ideo talis pecunia non monasterio, sed aliis defuncti filiis est applicanda. sic Farinacius *ea. q. 13. num. 25. paulo post principium.*

38 Sed quid si iniuria facta est monacho ante religionis ingressum, vel ante illum eius pater, aut filius occisi sunt? Farinacius *ea.q.13.n.26.* allegato Bossio, ait nec monacho, nec monasterio ius pacis ineundæ, aut accusandi cōpetere, sed id ius remanere penes filios, vel consanguineos interfecti proximos. Probat non competere monacho, quia pro mortuo habetur; non monasterio, quia ipsi non est irrogata iniuria. Sed hanc sententiam veram credo, si loquamur de religionibus non habentibus bona in communi, quæ nec succedunt in bona, aut iura tenaa in communi, quæ nec succedunt in bona, aut iura religiosi: omnia enim illa per professionem transeunt in hæredes ex testamento, vel ab intestato relictos in seculo. At si loquamur de religionibus, quæ in bona religiosi succedunt, existimo id ius accusandi, pacis ineundæ, & compositionis pro iniuria illata recipiendæ, transferri in monasterium, sicut reliqua iura, & actiones, quæ religiosis ille in seculo habebat, non professione extinguuntur, sed transeunt in monasterium, iuxta *autient. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles.* & tradita ab omnibus Doctoribus, & inferius latè dicemus. Si sit autem religiosus Societatis IESV, solis biennij votis adstrictus, & nondum bonis, ac iuribus sibi competentibus abdicatus, id ius, sicut alia, retinebit: si autem illi iam renuntiauit, acquirit id ius ei, in quem aliis renuntiauit.

Hucusque egimus, quando non monachus, sed eius pater, aut filius in seculo relicti interfecti sunt: restat tractare, quid dicendum, quando ipse monachus interfectus est. Qui in re variæ sunt sententiæ. Prima sententia docet loquens, quando statet statutum, vt pœna offendentis applicaretur hæredibus offensi, eam applicandam, non monasterio, sed filio relicto in seculo, quia monasterium est ciuilis hæres, & non naturalis, vt filius.

filius. Item, quia ex applicatio fit in ius vindictæ iniuriæ illatæ, quod non est in bonis hæreditariis, & quoad hoc cēsetur filius hæres patris, licēt abstinuerit ab hæreditate. Sic tradit Barbatius *cap.in præsentia. num.117. de probat.* & ibi Felin. *num.36.* Arer. *num.75.* Mantuan. *num.60.* & vniuersaliter loquentes ius accusationis, & remissionis, & pecuniæ soluendæ pro monachi occisione, pertinere ad parentes, aut filios in seculo relictos, tradunt Boërius *decis.111.n.9.* Nicolaus Moron *de treuga. & pace. quæst.134.num.21.* habetur *tom.11. tract.p.1.* Plaza *de delictis.cap.6 num.18.* & *cap.14. à num.16. vsque ad 20.* qui *num.12.* addit, nullo relicto in seculo hærede pertinere ad monasterium. Secunda sententia loquens de eodem statuto, ait applicari hæredibus ab illo monacho institutis; quare si instituit monasterium, illi applicabitur, secus, si filium aut filios instituit; quod si simul monasterium, & filium, applicabitur vtrique pro portionibus hæreditariis. Ratio est, quia statutum defert hoc lucrum hæredibus: at verus hæres est is, qui à vero monacho institutus est. Sic Abbas *eo. cap.in præsentia.num.47.* & ibi Berol. *num.474.* addens, si nullus hæres institutus sit, succedere monasterium, tum quia succedit in omnia bona professi sola legitima reseruata filiis. Item, quia hoc acquiritur post professionem, quo casu omnia acquirit monasterio. Tertia sententia docet, loquens stante eodem statuto, ea bona applicanda esse monasterio, & non patri, aut filiis monachi. Ducitur, quia monasterio censetur illata iniuria, & pro illa agere potest, & non monachus; vnde monasterio vindicta competit iure proprio, & non ratione hæreditatis. Item, quia monachus quoad mundum pro mortuo habetur, & transit in potestatem Abbatis; ergo iudicandus est, vt monachus occisus, & non vt pater eius, qui remansit in seculo. Item, quia hoc ius acquisitum est post professionem, quo casu non succedit hæres institutus ante professionem, quia ille in sola bona ante professionem acquisita succedit; nec statuti verba loquuntur, aut loqui possunt de professis. Item, quia hoc lucrum oritur ex iniuria monacho illata; at quidquid acquirit monachus, acquirit monasterio. Hanc sustinent Federicus *cons. 34.* Anton. *eo.c.in præsentia.n.63.* & ibi Decius *edit. nona. à n. 221. vsque ad 226.* & ibi Ferret. *n.10. & duplici sequenti*, explicans, sine iniuria illata sit monacho intuitu personæ, siue intuitu monasterij Alciat. *lib.3. §. Cato.n.175. ff. de verborum obligat.* Tapia alios referens *auth. ingressi. c. 13.n. 46. C. de sacrosanct. Eccles.* Quarta sententia distinguit; si iniuria illata sit monacho intuitu monasterij, illud est præferendum filiis, & consanguineis monachi interfecti, tam in actus actione, quàm in pace ineunda, & pœna capienda: si autem facta sit iniuria intuitu personæ, præferendi sunt filij, & consanguinei monasterio. Sic tradit Parilius *eo.c.in præsentia.num.128.* Iulius Clar. aliis citatis, *lib.5. receptarum, in practica criminali. §. finali. q.58. num.25.* Zaballos *in suis commun. q.333. fine.* Addunt hi duo, quando est dubium respectu cuius iniuria irrogata sit, habendam ab vtroque pacem, & vtrique pœnam applicandam.

40 Ex his sententiis, quānis non possit negari, quin res sit valde dubia, plus placet tertia, asserens eam pœnam applicandam monasterio, illique competere ius accusationis, & remissionis, propter rationes ibi traditas, quę idem probant siue sit statutum aliquod applicans hæredibus occisi, siue id statutum non sit. Atque ita nullam facientes statuti mentionem, docent pecuniam pro occisione illa applicandam monasterio, Guill. Bened. *extr. nuntius, verbo condidit, el 2.n.17. de testam.* Padilla *l. transire. n. 38. & 39. C. de transact.* Manuel *99. reg. tom.2.q.42.a.3* Farinacius *in praxi criminali.tom.1.tit. de accusat.q.13.n.26. vers. sed tertia.* vbi notat, dum dicitur pacem obtinendam à monasterio, id intelligendum esse quoad ius accusandi, ac remissionis iuris illius faciendæ, & pecuniæ, vel pœnæ pro remissione capiendæ, secus, si agatur de obtinenda pace vigore statuti minuentis pœnam propter pacem, quod fundatum est in quiete Reipublicę, ad hoc, vt pace inita, extinguantur inimicitiæ, tunc quocumque intuitu facta sit iniuria, est semper pax requirenda à consanguineis, quia quantumuis monasterium remittat, non cessat eorum indignatio, atque inimicitiarum, & vindictæ sumendæ periculum.

Atque idem intelligo, etsi ille professus interfectus esset ex religionibus quę in eius bona non succedunt: quia rationes tertiæ sententiæ id probant, cùm non innitantur iuri succedendi, sed quod iniuria censeatur irrogata monasterio, & ille monachus censeatur vt monachus interfectus, & quod iam in monasterij potestatem transierit. Quare, cùm eædem rationes militent in religioso Societatis IESV post sola biennij vota interfecto, idem in hoc casu censendum puto.

CAPVT XIII.

Quæ munera obire, aut quos actus exercere in iudicio religiosis interdictum sit.

SVMMARIVM.

Officium aduocati, aut procuratoris an interdicatur monachis, & omnibus religiosis n. 1.

An interdicatur nuuitiis, vel iis, qui in Societate IESV vota biennij emiserē. n. 2.

Exiguuntur licentia superioris, & vilitas monasterij, vt hæc omnia licitam. n.3.

Si altera conditio deficiat, non licet hæc exercere in foro etiam ecclesiastico, & illis concurrentibus, licet etiam in foro seculari. n.4.

An sat. sit licentia petita, nec obtenta? n. 5.

An possit eam concedere Episcopus? n.9.

Quid si in aliqua religione interdictum sit superiori immediato hanc licentiam concedere, vt in Societate IESV? numero 10.

An frater Franciscanus possit de licentia superioris hæc munera obire? n.11.

An religiosus possit substituere absque superioris licentia? numero 12.

Quid si religiosus habeat licentiam, vt sit procurator, an possit absque alia superioris licentia substituere? n.13.

An religiosus interdicatur substituere, quando non constituitur procurator, sed tantum simplex nuntius ad substituendum? n. 14.

An si substituat, vel constituat procuratorem, valeat substitutio, & constitutio? n. 15.

An vilitas monasterij requisita, debeat esse diuitis, an potius sufficiat lucrum inde monasterio accrescens, vel id officium possit suscipi pro amico vtili monasterio? refertur quædam sententia. n.16.

Explicatur sententia authoris. n.17.

An superior ipse religiosus possit hæc munera obire absque alia licentia? n.18.

An in negotiis Abbatis monasterij, vel ad ipsum accusandum, vel ad denuntiandum, possit religiosus esse procurator, vel aduocatus? n.19.

Quid in negotiis cuiuscumque religiosi eiusdem religionis? num. 20.

Quid in negotiis religiosi alterius religionis? n.21.

Quid in negotiis Episcopi? n.22.

Quid pro miserabilibus personis? n.23.

Quid pro suis consanguineis? n.24.

An pluribus religiosis prosequentibus vnum negotium, possit vnus ex illis constitui procurator? n. 25.

Quid

prax.crim.tom.1.tit.de accusat. quæstione 13 num. 24.

28 Non autem habebit expensas à monasterio, quando alium præter Abbatem accusat, vt docet Gloss. *c. cum pastoris verb. cum pastor. n.2.q.7.* Anchar. *eo.c.ex parte. n.6.* quod limitandum est cum Anton. *ibi.num.13.* nisi vilitas monasterij versatur in ea accusatione.

29 Præterea, si monachus ille sit Episcopi cubicularius, poterit absque licētia aliqua Episcopum accusare, quippe cùm ad hoc sint cubicularij, vt vitæ Prælati testes sint, vt habetur *c.cum pastoris 2.q.7.* integrum est eis illum delinquentem accusare, & docent Innoc. *c.cum P.num.6. de accusat.* Ioan. Andr. *d.c.ex parte.n.9.* Anchar. *n.4.* Card. *n.1.* Felin. *num.2.*

30 Sed maior difficultas est, an monachus quoque interdicta sit denuntiatio, sicut interdicitur accusatio *d.c. ex parte.* Innoc. *ibi. num.vnico.* & Hostiensis *num.1.* dicunt non interdici denuntiationem, atque ita integrum esse monacho denuntiare quemcumque absque aliqua superioris licentia. Ducuntúrque, quod omnibus præceptum sit *Matthæi 18. Si te non audierit, dic Ecclesiæ*; quæ quidem ratio de sola denuntiatione fraterna ad fratris solam emendam tendens, probat, & id verissimum est. Atque idem docent Gloss. *eo. c. ex parte, verbo licet.* Ioan. Andr. *num.9.* Anton. *num.11.* Card. *num.1.fine.* Abbas *n.6.* Felin. *num.1.* Hentric. *num.4.* Iulius Clar. *l.5. receptarū. §. final in practica criminali, quæst.7.num. 8.* Si autem denuntiatio iniuidica esset tendens ad punitionem, interdicta est monacho, præterquā proprij Abbatis, sicut & accusatio, vt bene tradit Ioan. Andre. Anton. Abbas, Anchar. Card. Felinus, Henric. *ibidem.* Quare ad hanc aliorum denuntiationem, sicut & ad accusationem exigetur licentia Abbatis, & vilitas monasterij.

31 Quod si quæras, an monachus accusans Abbatem, teneatur ipsi obedire, dum lis pendet, Gloss. *d.c. ex parte. verbo alia*, videtur sentire, non teneri obedire; sed intelligendum est, quoad desistendum ab accusatione illa: in reliquis enim manifestum est, teneri obedire. *c. nimme. 8.q. 4.* Et ratio est, quia adhuc ille superioris officio non est privatus; & ita docent Abbas *eo.c.ex parte.n.4.* & ibi Felin. *ante n.1. vers. in eadem glossa.*

32 Demum id observandum est, quones religiosus potest esse in iudicio absque superioris licentia, integrum quoque ei esse constituere procuratorem absque illa, quia cùm possit per seipsum in iudicio tunc comparere, poterit similiter per alium, *reg. poest. de regulis iuris in 6.* Sic Gloss. *Clem. religiosus, verbo constituere. de procuratoribus.* & ibi Imola n.15. Card. *n.3. oppos.3.* Abbas *n.7.* Archid. *c.monachi.d.2.16.q.1.n.1.* & ibi Bellamera *paulo post principium.* Innoc. *c.cum.1. & à n.1.* ibi. Host. *n.1.* Anchar. *ibi. n.11.* And. *n.1.* Abbas *n.1. & 15.* Anan. *ibi. n.1.* Bellemer. *num.13.* Hentric. *ibi n.1. & 2.* Imola *n.penult.* Anton. *n.6.* Baldus *c.cum.1. & à num.4. de sententia, & re iudicata.* Barr. & alij, quos refert, & sequitur Ioan. Lupus *c. per vestras, in prooemio. §.28.n.6. de donat. inter virum, & vxorem.* Hentric. *c. ex parte.n.8. de accusat.* Natarr. *cap.2. de regul.n.17. vers. addo 11.* qui optime addit cum Abbate *d.c.cum.1. & à n.26.* tunc etiam posse nomine religiosi concipi libellum, siue conueniat, siue conueniatur, pro quo est textus *c. dudum. de conuers. coniugatorum*, in quo sententia absoluens fuit concepta in personam monialis, in quam etiam concipienda esset sententia condemnans, si condemnaretur, quia habebat legitimam personam standi in iudicio.

33 Sed tandem superest difficultas, an monacho interfecto, vel aliis læso, comperat monasterio, aut monacho læso ius accusandi, & pacis ineundæ, & consequenter capiendæ pecuniæ, ob quam remisso mortis, aut iniuriæ concedit, an potius id ius pertineat ad filios legitimos, & patentes ipsius monachi in seculo relictos; & similiter, si pater, aut filius seculares ipsius monachi interficiantur, an monacho, eiúsve monasterio, an potius aliis consanguineis id ius accusationis, & pacis comperat? Qua in re id præmittendum est, cuius esse pacem inire, ac pro pace inita compositionem accipere, cuius est accusare, vt probat Farinacius alios referens, *prax.crim. tom.1.tit. de accusat.q.13.n.1.*

34 Hoc præmisso, prima conclusio sit. Nouitius absque dubio potest accusare, transigere, ac pacem inire, siue sibi, siue suis iniuria irrogetur, quia nondum est verè religiosus *c.religiosi. §. quamuis, de sententia excommun.in 6.* & ideo legitimam standi in iudicio personam habere. Atque ita docent Plaza *de delictis c.42. fine.* Farinac. *ea.q.13.n.23.* & nemo contradicit.

35 Secunda conclusio sit. Nouitio interfecto, ius accusandi, pacis ineundæ, & compositionis accipiendæ, nullatenus ad monasterium pertinet, sed ad alios, ad quos pertineret, si nouitius ille esset secularis; quia monasterium nondum ius in illum acquisiuit. Atque ita docet, dicens sic esse decisum per Senatum, Iulius Clar. *lib. 5. recept. pract. crim. §. finali. q.58.n.25.* Plaza *de delictis. cap.42. num. 23. & 24.* Zaballos *in suis commun. quæst. 333. num. vnico.*

36 Tertia conclusio. Patre, aut filio monachi secularibus interfectis, nec monacho, nec monasterio competit ius accusandi, aut pacis ineundæ. Hoc est contra Octauianum Vulpel *in suo tract. de pace. q. 12.* dicentem ab ipso monasterio pacem obtinendam, idque sufficere etiam in casu statuti requirentis pacem ab hæredibus defuncti, quando alius non existit filius, vel hæres. Sed probatur nostra conclusio, quia iniuria nullatenus dicitur illata monasterio; ergo nec agere, nec transigere poterit, minus etiam monachus, quia licet occiso proximior sit, eiúsque pater, aut filius, non tamen habet legitimam personam standi in iudicio. Ergo non potest accusare, & consequenter nec pacem inire. Sic Farinacius allegato Bossio *ea.q.13.n.26.*

37 Hinc deducitur, pretium pacis initæ in hoc euentu non posse consequi monasterium, quia id non est pœna delicti, sed pretium cessionis iuris accusandi, & vindictæ. *l. Item apud Labeonem. §. si quis seruo. ff. de iniuriis.* ideo talis pecunia non monasterio, sed aliis defuncti filiis est applicanda. sic Farinacius *ea. q. 13. num. 25. paulo post principium.*

38 Sed quid si iniuria facta est monacho ante religionis ingressum, vel ante illum eius pater, aut filius occisi sunt? Farinacius *ea.q.13.n.26.* allegato Bossio, ait nec monacho, nec monasterio ius pacis ineundæ, aut accusandi cōpetere, sed id ius remanere penes filios, vel consanguineos interfecti proximos. Probat non competere monacho, quia pro mortuo habetur; non monasterio, quia ipsi non est irrogata iniuria. Sed hanc sententiam veram credo, si loquamur de religionibus non habentibus bona in communi, quæ nec succedunt in bona, aut iura tenaa in communi, quæ nec succedunt in bona, aut iura religiosi: omnia enim illa per professionem transeunt in hæredes ex testamento, vel ab intestato relictos in seculo. At si loquamur de religionibus, quæ in bona religiosi succedunt, existimo id ius accusandi, pacis ineundæ, & compositionis pro iniuria illata recipiendæ, transferri in monasterium, sicut reliqua iura, & actiones, quæ religiosis ille in seculo habebat, non professione extinguuntur, sed transeunt in monasterium, iuxta *autient. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles.* & tradita ab omnibus Doctoribus, & inferius latè dicemus. Si sit autem religiosus Societatis IESV, solis biennij votis adstrictus, & nondum bonis, ac iuribus sibi competentibus abdicatus, id ius, sicut alia, retinebit: si autem illi iam renuntiauit, acquirit id ius ei, in quem aliis renuntiauit.

Hucusque egimus, quando non monachus, sed eius pater, aut filius in seculo relicti interfecti sunt: restat tractare, quid dicendum, quando ipse monachus interfectus est. Qui in re variæ sunt sententiæ. Prima sententia docet loquens, quando statet statutum, vt pœna offendentis applicaretur hæredibus offensi, eam applicandam, non monasterio, sed filio relicto in seculo, quia monasterium est ciuilis hæres, & non naturalis, vt filius.

filius. Item, quia ex applicatio fit in ius vindictæ iniuriæ illatæ, quod non est in bonis hæreditariis, & quoad hoc cēsetur filius hæres patris, licēt abstinuerit ab hæreditate. Sic tradit Barbatius *cap.in præsentia. num.117. de probat.* & ibi Felin. *num.36.* Arer. *num.75.* Mantuan. *num.60.* & vniuersaliter loquentes ius accusationis, & remissionis, & pecuniæ soluendæ pro monachi occisione, pertinere ad parentes, aut filios in seculo relictos, tradunt Boërius *decis.111.n.9.* Nicolaus Moron *de treuga. & pace. quæst.134.num.21.* habetur *tom.11. tract.p.1.* Plaza *de delictis.cap.6 num.18.* & *cap.14. à num.16. vsque ad 20.* qui *num.12.* addit, nullo relicto in seculo hærede pertinere ad monasterium. Secunda sententia loquens de eodem statuto, ait applicari hæredibus ab illo monacho institutis; quare si instituit monasterium, illi applicabitur, secus, si filium aut filios instituit; quod si simul monasterium, & filium, applicabitur vtrique pro portionibus hæreditariis. Ratio est, quia statutum defert hoc lucrum hæredibus: at verus hæres est is, qui à vero monacho institutus est. Sic Abbas *eo. cap.in præsentia.num.47.* & ibi Berol. *num.474.* addens, si nullus hæres institutus sit, succedere monasterium, tum quia succedit in omnia bona professi sola legitima reseruata filiis. Item, quia hoc acquiritur post professionem, quo casu omnia acquirit monasterio. Tertia sententia docet, loquens stante eodem statuto, ea bona applicanda esse monasterio, & non patri, aut filiis monachi. Ducitur, quia monasterio censetur illata iniuria, & pro illa agere potest, & non monachus; vnde monasterio vindicta competit iure proprio, & non ratione hæreditatis. Item, quia monachus quoad mundum pro mortuo habetur, & transit in potestatem Abbatis; ergo iudicandus est, vt monachus occisus, & non vt pater eius, qui remansit in seculo. Item, quia hoc ius acquisitum est post professionem, quo casu non succedit hæres institutus ante professionem, quia ille in sola bona ante professionem acquisita succedit; nec statuti verba loquuntur, aut loqui possunt de professis. Item, quia hoc lucrum oritur ex iniuria monacho illata; at quidquid acquirit monachus, acquirit monasterio. Hanc sustinent Federicus *cons. 34.* Anton. *eo.c.in præsentia.n.63.* & ibi Decius *edit. nona. à n. 221. vsque ad 226.* & ibi Ferret. *n.10. & duplici sequenti*, explicans, sine iniuria illata sit monacho intuitu personæ, siue intuitu monasterij Alciat. *lib.3. §. Cato.n.175. ff. de verborum obligat.* Tapia alios referens *auth. ingressi. c. 13.n. 46. C. de sacrosanct. Eccles.* Quarta sententia distinguit; si iniuria illata sit monacho intuitu monasterij, illud est præferendum filiis, & consanguineis monachi interfecti, tam in actus actione, quàm in pace ineunda, & pœna capienda: si autem facta sit iniuria intuitu personæ, præferendi sunt filij, & consanguinei monasterio. Sic tradit Parilius *eo.c.in præsentia.num.128.* Iulius Clar. aliis citatis, *lib.5. receptarum, in practica criminali. §. finali. q.58. num.25.* Zaballos *in suis commun. q.333. fine.* Addunt hi duo, quando est dubium respectu cuius iniuria irrogata sit, habendam ab vtroque pacem, & vtrique pœnam applicandam.

40 Ex his sententiis, quānis non possit negari, quin res sit valde dubia, plus placet tertia, asserens eam pœnam applicandam monasterio, illique competere ius accusationis, & remissionis, propter rationes ibi traditas, quę idem probant siue sit statutum aliquod applicans hæredibus occisi, siue id statutum non sit. Atque ita nullam facientes statuti mentionem, docent pecuniam pro occisione illa applicandam monasterio, Guill. Bened. *extr. nuntius, verbo condidit, el 2.n.17. de testam.* Padilla *l. transire. n. 38. & 39. C. de transact.* Manuel *99. reg. tom.2.q.42.a.3* Farinacius *in praxi criminali.tom.1.tit. de accusat.q.13.n.26. vers. sed tertia.* vbi notat, dum dicitur pacem obtinendam à monasterio, id intelligendum esse quoad ius accusandi, ac remissionis iuris illius faciendæ, & pecuniæ, vel pœnæ pro remissione capiendæ, secus, si agatur de obtinenda pace vigore statuti minuentis pœnam propter pacem, quod fundatum est in quiete Reipublicę, ad hoc, vt pace inita, extinguantur inimicitiæ, tunc quocumque intuitu facta sit iniuria, est semper pax requirenda à consanguineis, quia quantumuis monasterium remittat, non cessat eorum indignatio, atque inimicitiarum, & vindictæ sumendæ periculum.

Atque idem intelligo, etsi ille professus interfectus esset ex religionibus quę in eius bona non succedunt: quia rationes tertiæ sententiæ id probant, cùm non innitantur iuri succedendi, sed quod iniuria censeatur irrogata monasterio, & ille monachus censeatur vt monachus interfectus, & quod iam in monasterij potestatem transierit. Quare, cùm eædem rationes militent in religioso Societatis IESV post sola biennij vota interfecto, idem in hoc casu censendum puto.

CAPVT XIII.

Quæ munera obire, aut quos actus exercere in iudicio religiosis interdictum sit.

SVMMARIVM.

Officium aduocati, aut procuratoris an interdicatur monachis, & omnibus religiosis n. 1.

An interdicatur nuuitiis, vel iis, qui in Societate IESV vota biennij emiserē. n. 2.

Exiguuntur licentia superioris, & vilitas monasterij, vt hæc omnia licitam. n.3.

Si altera conditio deficiat, non licet hæc exercere in foro etiam ecclesiastico, & illis concurrentibus, licet etiam in foro seculari. n.4.

An sat. sit licentia petita, nec obtenta? n. 5.

An possit eam concedere Episcopus? n.9.

Quid si in aliqua religione interdictum sit superiori immediato hanc licentiam concedere, vt in Societate IESV? numero 10.

An frater Franciscanus possit de licentia superioris hæc munera obire? n.11.

An religiosus possit substituere absque superioris licentia? numero 12.

Quid si religiosus habeat licentiam, vt sit procurator, an possit absque alia superioris licentia substituere? n.13.

An religiosus interdicatur substituere, quando non constituitur procurator, sed tantum simplex nuntius ad substituendum? n. 14.

An si substituat, vel constituat procuratorem, valeat substitutio, & constitutio? n. 15.

An vilitas monasterij requisita, debeat esse diuitis, an potius sufficiat lucrum inde monasterio accrescens, vel id officium possit suscipi pro amico vtili monasterio? refertur quædam sententia. n.16.

Explicatur sententia authoris. n.17.

An superior ipse religiosus possit hæc munera obire absque alia licentia? n.18.

An in negotiis Abbatis monasterij, vel ad ipsum accusandum, vel ad denuntiandum, possit religiosus esse procurator, vel aduocatus? n.19.

Quid in negotiis cuiuscumque religiosi eiusdem religionis? num. 20.

Quid in negotiis religiosi alterius religionis? n.21.

Quid in negotiis Episcopi? n.22.

Quid pro miserabilibus personis? n.23.

Quid pro suis consanguineis? n.24.

An pluribus religiosis prosequentibus vnum negotium, possit vnus ex illis constitui procurator? n. 25.

Quid

Quid si post litem contestatam procurator alicuius ingrediatur religionem n.26.

Quid si aducate? n.27.

An id sit adire Iudicem, petendo terminum allegandi iura partis? n.28.

An id sit consilium præstare verbo, aut scriptis? n.29.

An id sit interuenire, vt contra illum inter aliquos incatur? numero 30.

An id sit iura partis allegare coram arbitratore, vel arbitro? num. 32.

An qui ex pacto, vel statuto, aut lege, tenetur non aduocare, possit verbo, aut scriptis priuatim consulere? n.32.

An neque in vna causa integrum sit monachis procurare, aut aduocare? refertur quædam sententia n.33.

Explicatur sententia auctoris? n. 34.

An illa vnica causa intelligatur de vna solum, vel de pluribus successiuis, an vt vnica semper defendatur? n.35.

An prohibitio hæc intelligatur de procuratione suscipienda sine ad actus iudiciales, siue ad extraiudiciales, & possit esse procurator ad acceptandum, vel resignandum beneficium? refertur quædam sententia. n.36.

Explicatur sententia auctoris. n.37.

An ad procurationem in actibus extraiudicialibus exigatur licentia superioris, & vtilitas monasterij? n. 38.

An si religiosus sine licentia superioris procurator constituatur, vel absque vtilitate monasterij, valeant gesta? n.39.

Refertur duplex sententia. n.40.

Explicatur sententia auctoris, & ibi, quid si sit aduocatus? num. 41.

An valeant gesta, si aduersarius excipiat? n.42.

An possit exceptio hæc post litem contestatam poni? n. 43.

An si pars aduersa obiciat, non esse vtilitatem monasterij, sit audienda, vel cuius sit hoc opponere? n.44.

An si monachus procurator absque licentia constituatur gerat, vtiliter negotia monasterij, possint gesta ab ipso ratificari? num. 45.

PRÆTERÒ interdicitur religiosis munus aduocati, vel procuratoris obire, nisi superioris licentia, & vtilitate monasterij concurrentibus, habetur in Conc. Tarraconensi. c.11. & refertur *c. monachis, el 2.16. q. 1.* ibi; *Similiter, vt nullus monachorum forensis negotij susceptor, vel executor existat, nisi quod monasterij exposcit vtilitas. Abbate sibi nihilominus imperante.* Quod idem confirmatur, & approbatur *c.1. de postuland.* quæ verba explicat Glossl. *eo. c. monachis*, in casus positione, Turrecre. *fin.* Innoc. *eo.c. 2. n. vnic.* Hostiensis *num.1.* Ioannes Andr. *num.2.* Card. *num. vnic. n.2.* Antonius *num.8.* Abbas *num.3.* in hunc modum, susceptores, id est, aduocati, executores, id est, procuratores: vel, vt explicant Hostien. Ioan. Andr. Anton. Abbas, comprehenditur sub his vocibus omne munus ad causarum forum spectans; & de procuratoris officio habetur expresè *Clem. religiosus*, ibi: *Non potest sine sui superioris licentia procurationis officium suscipere.* Et quamuis textus *eo.c. monachi*, loquatur de monachis, idem tamen dicendum est de quibuscumque veris religiosis, & constat ex *eo.c.1. de postulando*, vbi consultus Pontifex, an ea prohibitio monachis facta, comprehendat quoque monachos regulares, qui laxiori regulæ inseruiunt, vt dicitur *1. quod Dei timorem, de statu regular.* respondet comprehendere. Idem etiam constat ex *d. Clem. religiosus*, quæ in ea prohibitione verbo *religiosus* vsa est; & ratio est, quia ea prohibitio non respectum habuit ad ordinem monachorũ, sed ad religionem. Atque ita docent Glossl. *ea. Clem. religiosus, verbo religiosus*, & ibi Abbas *num.1.* Imola *num.6.* & 10. Idem Abbas *eo.c.2. num.1.* Sylvester *verbo aduocatus. quæst.6.* Sayro *clauis regia lib. 12. cap. 21. num. 3.*

2 Non autem comprehenduntur nouitij in hac prohibitione, quia non veri religiosi sunt. Glossl. *ea. Clem. religiosus, verbo religiosus*, & ibi Abbas *num.1.* Imola *num.10.* Felinus *c. cum. 1. & à n.11. de sententia, & re iudicata.* Quamuis autem Glossa, & Imola ibi dicant solos professos in hac prohibitione comprehendi, non negandum est comprehendi religiosos Societatis IESV, qui sola biennij vota simplicia emisêre, quia per ea desinunt esse nouitij, & sunt verè religiosi, & solos nouitios voluerunt excludere, dum dicunt solos professos comprehendi. Vnde minus bene Titaquellus *de retract. lignagier. §. 1. glossl. 8. n. 23.* & Anton. Cucus *lib. 3. instit. maior. tit. 1. n. 95.* & Lælius Zecchius *de reb. eccles. tit. de regul. ordin. c. 3. n. 10.* dicunt nouitium non posse esse procuratorem.

3 Vnde duplex coniunctim conditio requiritur, nec sufficit alteruram contingere, nempe, superioris licentia, & vtilitas monasterij, quia textus *eo. c. monachi. & eo. c. 2.* vtramque petunt, & ita docent Glossl. *eo. c. 2. verbo imperante*, & ibi Hostiens. *num.1.* Anton. *num.1.* Abbas *num.1.* Imola *num.1. & 2.* Glossl. *Clement. religiosus, verbo licentia, de procuratoribus.* Archid. *eo. c. monachis. n.1.* & ibi Bellemera *num.12.* Idem Bellemera *c. cum. 1. & à num. 13. de sententia, & re iudicata.* vbi Imola *n. 11.* Henric. *num. 9.* Rosel. *verbo aduocat. n. n. 12.* vbi Angel. *n. 8.* Sylvester *quæst. 6.* Tabiena *q. 7. n. 8.* Armil. *num. 8.* Gullielmus Redouanus *de sponsis Ecclesiasticorum q. 1. n. 27.* habetur *tom. 14. tract.* Sayro *in clauis regia. lib. 12. c. 21. n. 3.* Fuluius Pacianus *cons. 162. num. 192. & 194.* Quamuis Bonifacius *ea. Clement. religiosus, n. 21. & 23.* minus bene communi huic sententiæ contradicat, dicens sat esse superioris licentiam, quia illa Clementina nihil aliud petitur: sed tamen debere intelligi iuxta alios textus, concurrente monasterij vtilitate.

4 Et quidem, si altera ex his conditionibus deficiat, nec in foro seculari, nec ecclesiastico integrum est religiosis ea munera aduocari, vel procuratoris obire, quia textus id prohibentes generaliter, & indistinctè loquuntur: immo expresè *c. monachi. el 2.16. q. 1. & 2. c. 2. de postulando*, dicunt, forensis, & ecclesiastici negotij; & Hostiens. *eo. c. 2. initio* explicat, forensis, id est, secularis. Atque ita docent Speculator *tit. de aduocat. §. obiciunt. c. aduocatum. n. 2.* Abbas *eo. c. 2. n. 1.* Archid. *eo. c. monachis, statim in princ.* & ibi Bellemera *statim in princip.* Sylvest. *verbo aduocatus. q. 6.* Sayro allegatus n. præcedente. Illis autem conditionibus concurrentibus poterunt aduocare, aut procurare, nedum in foro ecclesiastico, sed etiam in seculari, vt colligitur ex *c. 1. de postulando.* vbi cùm interdicatur clericis in negotiis secularibus coram Iudice seculari aduocare, excipitur, nisi propriam causam, vel Ecclesiæ suæ fuerint prosequuti. Atque ita docent Antonius *c. 2. n. 1. de postulando*, & ibi Abbas *num 2.* Imola *num. 1.* Bellemera *c. cum. 1. & à num. 13. de sententia, & re iudicata.* Henric. *ibi. num. 14.* Rosell. Angel. Sylvest. Tabien. Armil. Gullielm. Redouanus, Sayro, num. præcedenti allegati. Quod tamen intelligendum est, coram Iudice seculari, modò causa sit ciuilis; nam in criminalibus nullatenus liceret, vt constat arg. ex *c. 1. & c. final. de postulando* & bene tradunt Bellemera, Henric. Angel. Sylvest. Tabien. *ibi.* At coram Iudice ecclesiastico licitum quoque erit in criminalibus causis aduocare, & procurare, concurrentibus prædictis conditionibus, vt bene docent Henricus & Bellemera *ibi.*

Circa priorem ergo conditionem, posset quispiam existimare sat esse licentiam petitam, & non obtentam, vt monachus possit esse procurator. Videtur sat petita, quia *c. 2. de testam. in 6.* vbi exigitur licentia petita, & obtenta, vt religiosus sit executor testamenti, exprimitur, vt licentia petatur, & obtineatur: at textus *c. 2. de postulando. & c. monachi. 16. q. 1. & Clement. religiosus, de procurat.* non explicant licentiam eam obtinendam esse; & ita videntur posse intelligi de licentia petita. Cæterum dicendum est, opus quoque esse eam obtineri, tum quia *id c. 2. de postulando, & id c. monachi* petunt, vt Abbas id imperet, ibi, *Abbate nihilominus imperante*: at non dicitur imperare ex eo solùm, quod ab eo licentia petatur, nisi illam concedat. Præterea, quia *Clem. illa religiosus*, sic ait: *non potest sine sui superioris licentia.* At particula (*sine*) denotat

denotat eam obtinendam esse. *c. ne apto. c. de temporibus ordin.* Nec obstat ratio contraria, quia in eo textu maioris claritatis gratiâ vtrumque expressum est. Ita docent Cardinal. *eo. Clem. religiosus. n. 3. app. 2.* & ibi Imola *n. 10.* Paulus *ibi.* quem vtrique allegat.

6 Sufficit, vt hæc licentia præcedat susceptionem mandati procuratoris; quare ante licentiam potest institui religiosus procurator: at ipse acceptare non potest donec licentiam obtineat. Constat, quia *dicta Clem. religiosus*, sic ait: *non potest sine sui superioris licentia procuratoris officium suscipere.* Ergo sat est, vt ea licentia acceptationem officij præcedat: atque ita docet Card. *ibi. n. 3.*

7 Vtrùm autem sufficiat licentia tacita, eadem est difficultas, quam tetigi suprà c. 11. n. 11. de licentia ad acceptandum munus executoris testamenti: & qui dicunt ibi non sufficere tacitam, dicent quoque in hoc casu, cùm eadem sit ratio; & nos, qui ibi tenuimus sufficere tacitam, tenemus idem in hac quæstione.

8 Potêsque hanc licentiam concedere superior immediatus religionis, sicut in simili disi suprà c. 11. n. 15. quia militant eadem rationes, cùm similiter textus hanc licentiam petentes solius superioris meminerint, & hic verè superior sit. Præterea, quia, vt n. 18. dicemus, ipse immediatus superior potest absque alicuius licentia hoc munus obire, quod vtique non posset, nisi ipsius esset subditus ad id licentiam concedere. Atque ita docent Cardin. *ea. Clem. religiosus. num. 2. notab. 3.* & ibi Anchar. *n. 1. notab. 2.* Imola *n. 8.* addit bene Cardinal. non opus esse licentia Episcopi. Nec exigitur licentia conuentus, quia ea nullo iure petitur, sed solius superioris, vt dixi in simili, eo. cap. 11. num. 15.

9 Immo Doctores aliqui asserunt posse religiosum id munus obire ex licentia Episcopi: hi sunt Innoc. *c. cum. 1. & à n. 5. de sententia, & re iudicata*, & ibi Hostiensis *num. 2.* Ioan. Andre. *num. 2.* Antonius *num. 7.* Abbas *num. 29.* Bellemera *num. 7. & 13.* Henric. *n. 4.* & sanct. Ancharan. *ea. Clem. religiosus. n. 1. notab. 2.* vbi ait superiorem esse Episcopum, & Abbatem: sed contrarium tradit Cardin. *ea. Clem. religiosus. n. 2. notab. 3.* dicens non sat esse licentiam Episcopi; & ibi Imola *num. 8.* nisi, inquit, esset aliquis religiosus nullius monasterij. Sed dicendum est nullo pacto sufficere, nec esse necessariam licentiam Episcopi, nisi monasterium ipsi subesset; tunc enim verum dicerent priores DD. sufficere licentiam Episcopi, quia esset verus superior: at in eo casu sufficeret quoque licentia immediata superioris conuentus, quia esset verus superior, non obstante quod subesset Episcopo, si ut huic vel ei superioritati non obstat ipsum esse subditum Prouinciali, & Generali.

10 Dum autem dicimus sufficere licentiam immediati superioris, intelligendum est, nisi in aliqua religione interdictum esset superiori immediato licentiam hanc concedere, sicut in simili disi c. 11. citato. n. 16. Quare in Societate IESV non posset superior aliquis præter Generalem concedere facultatem religioso, vt esset procurator terum ciuilium, aut ad similia officia; id enim habetur expresè *6. p. constitut. c. 3. §. 7. in comment. littera D.* Vnde, vt dixi eodem c. 11. n. 18. qui cum alterius superioris facultate, præter Generalem, ea munera obiit in Societate IESV, non solùm constitutionis Societatis IESV esset transgressor, sed iuris communis imponentis hoc præceptum, quod cùm sit in materia grani, obligat ad mortale.

11 Sed de monachis Franciscanis est speciale dubium, an illi possint esse procuratores de licentia suorum superiorum. Affirmat Fuluius Pacianus *cons. 162. num. 159.* citans Cardinalem *Clem. religiosus. q. 1. n. 16. vel final. de procuratoribus.* Sed dicendum est, eos non posse etiam ex licentia suorum superiorum, huiusmodi munus obire. Probatur, quia non possunt esse executores testamentorum, vt dictum est c. 11. n. 2. cum tamen munus executoris sit magis pium, quàm munus procuratoris. Insuper, licet alij religiosi possint esse arbitri, vt infrà dicetur, non tamen possunt Franciscani id munus obire, etiam cum licentia suorum superiorum, vt probabitur n. 65. & 66. Ergo nec poterunt esse procuratores: eadem enim est, seu maior ratio in hoc munere, quæ in alijs procedit.

12 Nec tantùm non potest religiosus esse procurator, verùm etiam nec potest ex quantouis alicuius mandato ad id dato procuratorem constituere, aut substituere, quia id interdicitur *Clem. religiosus, de procurat.* Ratioque est, quia substitutus non recipit officium absque actu substituentis; atque adeò, etsi potestas substituti deriuetur à primo constituente, at fit mediante actu religiosi: si autem adsit superioris licentia, potest religiosus constituere, aut substituere procuratorem, quia, etsi textus *ea. Clem. religiosus*, dicat non posse constituere, aut substituere, & non dicat absque licentia, cùm tamen id addideris in priori parte, vbi dixerat non posse constitui ipsum religiosum procuratorem, censetur idem repetitum in posteriori; quippe vtitur textus particula (*ita*) quæ eius est naturæ, vt præcedentia repetat. Atque ita docet Glossl. *ea. Clem. religiosus, verbo substituere*, & ibi Card. *n. 4. oppos. 7. & 10. & 11.* Imola *n. 15.* Bonifacius *n. 15. & 36.* Sed credo non exigi ad hoc vtilitatem monasterij, quia is textus eam non petit, & alij textus relati n. 3. eam petentes, loquuntur quando ipsemet religiosus dicitur esse procurator.

13 Quod si religiosus habeat licentiam, vt sit procurator, & talis constituatur cum facultate substituendi, non indiget noua superioris facultate, vt substituere valeat, quia eo ipso quod facultas acceptandi officij procuratoris est sibi concessa, censetur quoque concedi facultas substituendi ex solo substituentis mandato concessa. Sic tradunt Card. *ea. Clem. religiosus. num. 7. oppos. 11.* & ibi Imola *n. 10.* Bonifa. *n. 41.*

14 Dum autem dicitur non posse religiosum absque superioris licentia substituere, intelligit Bartol. *l. 1. §. item acquirimus. num. vltim. ff. de acquirend. possess.* quando religiosus constituitur procurator, & datur ei simplex substituendi mandatum, secus si constituatur simplex nuntius ad constituendum procuratorem, quia inhabilitas nuntij non obstat, eo quod in hoc casu nudum ministerium exerceatur. Sed Abbas *ea. Clem. religiosus, in fin.* hanc licentiam reprobat, dicens in vtroque euentu exigi licentiam, quod credo verius, quia textus ille indistinctè loquitur, & religiosus non habet velle, aut nolle.

15 Sed si petas, an si substituat, aut constituat procuratorem ex mandato domini sine superioris licentia, valeat substitutio. Imola *ea. Clem. religiosus. num. 15.* tenet non valere substitutionem; quod duplici limitatione crederem verum. Prior est, quando esset ad iudicialia, secus ad extraiudicialia negotia, sicut dicemus n. 41. non esse irritum, si absque licentia constituatur ille religiosus procurator ad extraiudicialia, sed tàntùm quando ad iudicialia, quia textus *ea. Clem. religiosus*, in vtroque casu, nempe, vt ipse religiosus constituatur procuratur, & vt substituat, vtitur verbo (*non potest*). Posterior est, quando ipse religiosus constitueretur absque licentia superioris procurator, cum facultate substituendi; sicut enim principalis constitutio est irrita, ita & accessoria substituendi potestas. At si non constitueretur ipse procurator, sed nudus minister ad constituendum, vel substituendum procuratorem, existimo valere hanc substitutionem. Et in hoc casu est vera sententia Bartoli n. præcedenti allegata, & hoc probat eius ratio, quamuis peccaret religiosus id absque licentia faciens, vt n. 11. dximus.

16 Circa posteriorem conditionem, nempe vtilitatem monasterij, non modica est difficultas, quid nomine vtilitatis monasterij intelligatur. Quidam intelligunt eam vtilitatem debere esse directam, vtpote si tractetur de rebus monasterij conseruandis, aut in iudicio petendis, aut defendendis. Quare dicunt non censeri vtilitatem monasterij, vt pro ea integrum sit religiosis patrocinari,

aut procurare, si velint, & certas alienas causas id munus in iudicio obire, vt inde lucrum obuenirat monasterio, quamuis pauperi, ac aere alieno grauato. Ducunt, quod textus ea munera interdicentes petant vtilitatem monasterij; quod si nomine vtilitatis intelligeretur quæcumque indirecta, id munus semper liceret religiosis, cum lucra ex eo parta in monasterij vtilitatem cederent. Atque ita docent Ioan. Andr. re latè disputata, *regul. in argum. 78. num. 13. & sequentib. de regul. iuris, in 6.* & ibi Francus *fine.* Idem Ioan. Andre. *addit. ad Speculat. tit. de aduocato. §. obiciturc. aduocato. num. 1. verbo vtilitas.* & c. 2. *num. 5. de postulando.* & ibi Anton. *fine.* Card. *fin.* Anchar. *n. 2. notab. 5.* Imola *n. 2.* Bellemera *statim in princip.* Salucst. *verbo aduocatus. q. 7.* Christophorus de Paz *in leges styli. l. 6. scholio unico n. 8.*

17 Sed cumuis hoc sit satis probabile, reputo probabilius, sufficere vtilitatem eam indirectam monasterij indigentis ad magnam pauperiem subleuandam, & ex alieno soluendum, vt religiosus id munus obeat. Ducor, quod id non solus vtilitatis, sed maximæ monasterij necessitatis iure optimo nomen meretur. Secundò, quia Innocent. *c. cum. 1. & à n. 2. de sententia, & re iudicata.* & ibi Hostiensis *n. 2.* Ioan. Andr. *n. 2.* Anton. *n. 7.* Abbas *nu. 19.* Anchar. *n. 12.* Felin. *n. 12.* Imola *n. vlt.* Bellemera *n. 6. & 13.* Henric. *n. 4.* Decius *c. 1. nouæ edit. n. 72. de iudiciis.* Idem Imola *Clemens. 1. n. 26. de rescript.* & *Clem. religiosus. n. 8. de procurat.* & ibi Card. *n. 8. q. 3.* idem Abbas *c. 2. n. 2. ne clerici, vel mon.* & ibi Card. *n. 8. q. 3.* idem Abbas *c. 2. n. 2. ne clerici, vel mon.* & ibi Card. *n. 8. q. 3.* idem Abbas *c. 2. n. 2. ne clerici, vel mon.* Roman. *antiqua edit. singulars 274. nouæ 278.* vbi Nicolaus Pignolatus *in addit.* Eucrard. *in suis repetis loco cassius annalibus 64. casu 194.* Nauarrus, Gullielmus Redoanus, Salzedo, & Sayro statim allegandi optimè tradunt, integrum esse religioso patrocinari, aut procurare pro intimo monasterij amico, eique valde vtili; & probant ex *cap. pro venerabilem, qui filij sint legitimi.* vbi Archiepiscopus fuit procurator laici amici, cum tamen id munus magis interdictum sit Episcopo, quàm religiosis. *c. quia Episcopi, 5. 4. 5. & c. cum simulatio, 9. q. 3.* sufficit ergo indirecta monasterij vtilitas ad hoc; neque obstat argumenta contraria, quia non id fatemur de quæcumque indirecta vtilitate, & de quocumque lucro, sed quando magna monasterij indigentia ad id lucrum procurandũ obligatur, vel quando magnũ damnum sentiret ex omissione non amicus votis amici vtilissimi monasterio. Et ita hanc partem sustinent Abbas *cap. 2. num. 3. de postulando.* Nauarr. *comment. 2. de regular. num. 66.* Guillelmus Redoanus *de officiis ecclesiasticorum. q. 1. num. 27.* Salzedo *in practicam Bernardi Diaz. cap. 63. paulo post principium.* Gonzalez *reg. 8. cancellariæ. glos. 2. num. 34.* Emmanuel Sà *sum. verbo aduocatus. num. 2.* Sayro *clauis regia lib. 12. c. 21. num. 5.* Et apertè sunt huius sententiæ Rosel. *verbo aduocatus. num. 24.* & ibi Angelus *numero 9.* Tabiena *quæst. 7. num. 8.* Armilla *num. 8.* solùm enim dicunt æquius fore, & honestius, vt religiosi in his casibus ab hoc munere se abstineant. Et hæc quidem sententia vera est, etiamsi coram Iudice seculari, in causis tamen ciuilibus, eo munere fungantur, vt optimè docent Nauar. Salzedo, Sayro, Emmanuel Sà *locis citatis.*

18 Sunt tamen aliqui casus, in quibus potest religiosus aduocari, aut procuratoris munus obire. Primus est, si sit superior religionis; sicut enim potest dare subditis licentiam huius muneris obeundi, ita ipse potest id obire: & in simili de officio executoris testamenti diximus c. 11. num. 5. & tradunt Glossa *cap. de præsentium. verbo defensor. 16. quæst. 1.* & *Clement. religiosus. verbo religiosus, de procurat.* & ibi Cardin. *num. 3. oppos. 1.* Imola *num. 11.* Abbas *num. 4.* Bonifac. *n. 11. 12.* idem Abbas *c. in nostra. num. 9. de procurat.* & *c. sæpe. num. 3. de consulib.* & ibi Hostiensis *num. 1.* idem Abbas *c. 2. n. 4. de postul.* Decius *c. 2. in noua edit. n. 71. de iudic.* Felinus *c. insuper. paulo post princip. de testibus.* Bertrand. *cons. 226. num. 3. vol. 3. in priori parte.* Staphylæus *de litteris gratiæ. tit. de forma impetrandi. §. transeo nunc ad dignitates. n. 10.* Nauarr. *comm. 1. n. 64. de regul.* Azor *tom. 1. instit. moralium lib. 12. c. 11. q. 9.* Fuluius Pacianus *cons. 162. à num. 176. usque ad 181. in. 1.* vbi probat, religiosos habentes aliquam administrationem, aut aliquem Prioratum, posse esse procuratores absque licentia, & alios refert, quod verum est. Quamuis Felinus immeritò dubitarit *c. cum. 1. & à num. 11. de sentent. & re iudic.* est tamen hoc intelligendum; dummodo adsit vtilitas monasterij, vt bene animaduertit Abbas *ea. Clem. religiosus. num. 4.* cùm ad id munus obeundum non sufficiat superioris licentia, sed vtilitas quoque monasterij debeat concurrere, vt probauimus num. 3. Similiter est intelligenda, nisi in religione illa solus Generalis possit dare eam licentiam, vt contingere in Societate Iesu diximus n. 10. nam tunc nullus superior poterit absque Generalis licentia eo munere fungi, sicut in officio executoris testamenti diximus c. 11. n. 18.

19 Secundus casus est; in negotiis Abbatis monasterij potest religiosus ex illius licentia constitui procurator, vt si de eius crimine inquiratur, aut electione tractetur, & opus sit illum defendere, quia vtilitas monasterij vertitur, si bonus Prælatus ei præficiatur, ab eòque defendatur. Sic tradunt Innoc. *c. cum. 1. & à n. 2. de sententia, & re iudicata.* & ibi Hostiensis *n. 2.* Ioannes Andre. *num. 2.* Abbas *n. 29.* Anton. *n. 7.* Imola *n. vltimo.* Anchar. *n. 11.* Bellemera *n. 6.* Card. *Clem. religiosus. n. 8. q. 4. de procurat.* Fuluius Pacianus *cons. 162. n. 189. in 1.* Quod si sit ad accusandum, aut denuntiandum Abbatem, nulla opus est ipsius licentia, sed potest religiosus constitui ad id procurator. Ratio est, quia, vt dixi c. præcedenti num. 19. integrum est religioso accusare, aut denunciare suum Abbatem. Sic tradunt Innoc. Host. Ioannes Andre. Anton. *n. 6.* Abbas, & Bellemera n. præcedenti allegati, Ant. *eo. c. cum. 1. & à n. 2.*

20 Immo & in negotiis cuiuscumque religiosi eiusdem religionis potest constitui procurator, vel esse aduocatus religiosus, cum licentia superioris, quia est satis vtile suæ religioni defendi quemcumque illius monachum, & colligitur à contrario sensu ex *Clem. religiosus, de procurat.* & docent ibi citatis Ioannes de Ligna, & Zenzelino, Card. *Clem. religiosus. n. 8. q. 2. de procurat.* & ibi Imola *n. 8.*

21 Et quidem extendunt ad negotia religiosi diuersæ religionis, quia *ea. Clemens. religiosus*, vtrumque casum videtur participare. Atque ita docet Ioan. de Ligna Zenzelinus, & Card. *ibi.* Sed iure optimo contradicit Imola *ibi*, quod ad hæc munia suscipienda vltra superioris licentiam exigatur vtilitas monasterij, quæ nullatenus inuenitur in defensione religiosi alterius religionis; & ideo iure optimo *Clem. illa religiosus*, dixit, pro religioso sui, vel alterius monasterij, & non dixit, sui, vel alterius professionis, vt denotaret exigi esse eiusdem professionis, quamuis alterius monasterij. Immo nec pro negotiis alterius religionis fas esse religioso hoc munus obire, tradunt Ancharanus *consil. 57. quæstion. ex prædictis. num. 1.* Felinus *d. c. cum. 1. & à num. 11.* Quod si religiosi possint esse procuratores pro religioso alterius monasterij eiusdem professionis, multo meliori iure id munus obire poterunt pro quouis monasterio eiusdem religionis, vt bene notat Fuluius Pacianus citatus *consil. 162. numero 196.* qui *n. sequenti* docet religiosis posse esse arbitros in differentiis contingentibus in electione Abbatis alieni monasterij.

Alij quoque extendunt ad negotia Episcopi, vt possit religiosus de licentia sui Abbatis. Sic docent Hostiensis *cap. sæpe. num. 1. de consulib.* & ibi Abbas *num. 3.* dicit id notandum, licèt iure non probetur apertè. Idem tenet Felin. *c. cum. 1. & à n. 12. de sententia, & re iud.* Cardin. *Clem. religiosus. num. 8. quæst. 3. de procurat.* & placet, quia vtilitas monasterij est non modica habere Episcopam, à quo in multis dependet, propitium. Idem tradit Fuluius Pacianus citatus *cons. 162. num. 190.* extendens quoque eandem doctrinam ad defensionem laici patroni, vel magni Principis.

23 Tertius casus est, in quo potest monachus de licentia sui Abbatis esse aduocatus, vel procurator, cùm id munus suscipit pro miserabilibus personis tuendis; est enim Ecclesiæ proprium eas personas præsidio destitutas tueri. Atque ita docent Speculator *tit. de aduocato. §. obiciuntur contra aduocatum. nu. 4.* Glossa *cap. de præsentium. verbo defensor. c. 16. quæst. 1.* Cardin. *c. 1. num. unico. quæst. 1. de postulando.* & ibi Anchar. *num. 2. notab. 5.* Imola *num. 3.* Bellemera *ad fin.* idem Cardin. *Clement. religiosus. num. 3. oppos. 5. de procurat.* & ibi Anchar. *num. 1. notab. 1.* Nauarr. *comm. 2. num. 66. de regul.* Salzedo *addit. ad præct. Bernard. Diaz. c. 63. paulo post principium*, Sayro *clauis regia lib. 12. c. 21. num. 5.* Fuluius Pacianus *dicto cons. 162. n. 194. in 1.* & statim *num. 195.* docet idem de officio arbitri, etsi nulla monasterij vtilitas sit.

24 Non tamen potest pro coniunctis sibi personis, si miserabiles non sint. Quia in eo non vertitur vtilitas monasterij, nec monachos decet carnalem cognationem adeò spectare, vt ratione ipsius negotiis secularibus se implicent. Atque ita docent Imol. *Clem. religiosus. num. 10.* & ibi Anchar. *num. 1. notab. 2.* Card. *num. 3. oppos. 4.* Ioann. Andr. *c. 2. de postulando. n. 8.* Host. *ibi. nu. 2. & 3.* Abb. *num. 4. fin.* Anton. *num. 7.* Cardin. *num. unico. oppos. 1.* Anchar. *n. 3.* Henric. *n. 1.* Bellem. *n. 1.* Imola *n. 2.*

25 Vltimus casus est, in prosequutione cuiusuis negotij, vbi plures monachi admittuntur, & cõueniunt in idem, potest vnus ex illis constitui procurator pro aliis, etsi plures accusent Abbatem, vel prosequatur electionem, vel alio modo sit res communis. Constat ex *c. olim, de accusat. & c. cum. 1. & à num. 12. de sententia, & re iud.* & ex *Clem. religiosus. de procurat.* & tradit ibi Glossa *verbo causorte*, Card. *num. 13. quæst. 10.* Innoc. *ea. c. cum. 1. & à num. 4.* & ibi Host. *n. 2.* Ioann. Andr. *n. 2.* Anton. *n. 6.* Abbas *n. 29.* Anchar. *n. 11.* Imola *n. penultimo*, Bellem. *n. 7.*

26 Quod si quæras, an si post litem contestatam procurator alicuius ingrediatur religionem, possit causam illam prosequi. Respondeo, non posse, sed reuocandum esse procuratorem. Constat ex *l. aut religionis, iuncta lege proceed. ff. de procuratorib.* vbi inter casus, in quibus potest procurator post litem contestatam reuocari, proponitur hic; & docet ibi Glossa *verb. aut religionis*, & Iacobinus de Sancto Georgio *l. militè. fine. C. de procurat.* Immo non tantùm post professionem, sed etiam tempore nouitiatus potest reuocari is, qui in seculo erat procurator, non obstante litis contestatione, vt docet Gloss. *cap. 2. verbo ingredi, de procurat. in 6.* quia ex iusta causa potest tunc reuocari, vt decidit rextus ille; at iustissima causa est ingressus in nouitiatum.

27 Tandem superest quadruplex difficultas enodanda. Prima est, quid sit aduocare, quod quidem explicatur *l. 1. paulo post principiũ, vers. postulare. ff. de postulando.* vbi sic habetur; *aduocare est desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præest exponere, vel alterius desiderio contradicere.* Prior pars comprehendit aduocatum actoris, cuius est desiderium sui clientuli manifestare: posterior autem aduocatum rei, cui competit contradicere desiderio, & petitioni actoris. Sic Abbas *rub. de postulando. num. 1.*

28 Hinc deducitur primò, non esse aduocare, si quis iudicem adeat rogatutus, vt concedat terminum non allegando iuris partis. Sic Bart. *l. 1. §. aduocatus. n. 2. ff. de variis, & extraordinariis cognitionibus.* Hotrent. & Caualcan. *de brachio regio. p. 6. c. 13. num. 406. casu 5.* & constat ex *ea l.* ibi. *Non iuuiuit, qui pro tractu non affectari causis accipere quid solent aduocatorum numero erunt.* vbi Gloss. *verbo pro tractu*, inquit, *puta, vt dilationem eorum acquirant.* Immo idem credo, licèt iura partis allegent. Quia id non est comparere in iudicio, nec subscribunt petitionibus in iudicio præsentandis, quod ad aduocati munus exigitur, vt dicemus n. sequent. sed Iudici priuatim ius partis exponunt.

Secundò deducitur, aduocati munus non obire, qui consilium præstat in aliqua causa, siue verbo, siue scripto, non adeundo Iudicem, quia hic non assistit iudicio; aduocare autem est pandere alienum desiderium in iudicio. Sic Bart. *eodem §. aduocatus. n. 3. & 4. l. 1. §. postulare, n. 1. ff. de postulando.* Abbas *rub. de postulando. nu. 1.* Rosella *verbo aduocat. initio*, & ibi Angelus *initio*, Sylucst. *q. 1.* Armilla *n. 1.* Tabiena *initio*, Hortens. & Caualcan. alios referens *eodem n. 406. casu 4.* Magonius *de recta iudiciaiter patrocinandi ratione. c. 11. num. 5.* 29

Tertiò deducitur, neque esse aduocarum, qui interuenit, vt contractus inter aliquos ineatur, inducendo vtramque partem, quia hoc non est in iudicio assistere. Sic Bartolus *eodem §. aduocatus. n. 4.* 30

Quartò deducitur, neque esse aduocarum, qui intra partis allegat coram arbitratore, quia arbitramentũ est quidũ contractus transactionis, & non est propriè iudiciũ. *l. si de mitis. §. recepisset. ff. de arbitr.* Et sic nõ est hoc adesse liti, sed cõtractui. Sic Bart. *eodẽ §. aduocatus. n. 5.* Quare contrariũ, & meritò innuit, si id fieret corã arbitro, cum enim sit verũ iudicium arbitroũ tueri ibi partem rei, vel actoris, esset verè aduocare; atque ideo dicemus n. 55. & 61. religiosum non posse arbitri munere fungi, sed solius arbitratoris, quod Iudicis munus interdictum sibi sit, & arbiter sit verus Iudex, non autem arbitrator. 31

Vltimò deducitur, eum qui ex pacto, vel statuto, vel lege tenetur non aduocare, posse extra iudicium consulere verbo, aut scripto; quia id non est aduocare. Atqui ita docent *Bart. eo. §. aduocatus. n. 4.* & *l. 1. §. postulare. n. 1. ff. de postulando.* & Paulus *l. 1. ff. de legationibus. nu. unico.* Paris. *in addition. verbo postulare.* & ibi Angelus *paulo post principium.* Abbas *rubric. de postulando. num. 1. fin.* Iason *in principio. n. 21. ff. de verborum obligat.* & ibi Roman. *num. 3.* Bernard. Diaz *practic. canonic. c. 63. n. 2.* Rosella *verbo aduocatus, initio.* & ibi Angelus *initio*, Sylucst. *q. 1.* Armilla *n. 1.* Tabiena *initio.* Nec placet limitatio, quam tradit Romanus, modò id fiat gratis, quia fieri gratis, aut pretio, non variat rei naturam. Quare immeritò doctrinæ huic contradicunt Anan. *rub. de magistris. n. 23.* Decius *l. feminæ. n. 10. ff. de regulis iuris.* Ripa *l. principia. n. 57. ff. de verb. obligat.* Felinus *rub. de fide instrumentorum. n. 1.* Hortens. & Caualcan. citatus *n. 19.* 32

Secũda difficultas est, an hæc prohibitio adeò stricta sit, vt neque in vna causa permittatur monachis aduocare, aut procurare, nisi concurrente monasterij vtilitate? Quibusdã placet eam prohibitionem intelligi, quando monachi velient indifferenter ea munia exercere, secus si in vna causa; & ita in alio simili, nempe, in clericis, quibus similiter ea munera interdicuntur *cap. 1. de postuland.* tradunt Innoc. *c. vnic. in fin. de obligatis ad vsuricia.* Archid. *c. final. paulo post principium. d. 86.* & ibi Turrec. *n. 2.* Felinus *c. cum. 1. & à n. 11. de sententia, & re iudicata.* Gregor. Lopez *l. 5. verbo strofis. tit. 5. p. 3.* Bernardus Diaz *practic. canonic. c. 57. n. 1.* & *c. 60. n. unico.* Salzedo *addit. ad id c. 57. statim in principio*, ibi multos alios refert; limitantque Bernardus Diaz vtrobique, & Salzedo *ibidem*, nisi negotium illud vnum ita esset arduum, vt efficeret multum distrahi clericum. Atque ex propriis terminis religiosi, dicit Angelus *verbo aduocatus. nu. 9.* hanc opinionem sibi placere, quamuis dicat fortè meliorem esse contrariam. Eidem videntur adhærere Nauarrus, Salzedo, & Sayro *n. 27.* allegati; dicit enim posse religiosum aduocare, quando modica esse occupatio. Et tenet etiam Christophorus de Paz *in leges styli. l. 6. scholio unico. nu. 7.* limitans, modò non ex cupiditate, sed ex caritate faciat. Idem tradit Fuluius Pacianus, loquẽs de munere abiti, *cons. 162. n. 210. in 1.* & *n. 216.* expressè dicit doctrinã Innocẽtij de clericis extendi ad religiosos; & *n. 198.* dicit non requiri licentiam superioris de rigore iuris. 33

34 Cæterùm plus placet, neque in vna ciusa id permiti religiosis. Quia textus prohibentes allegati n.1. generaliter loquuntur; atque hac partem sustinet collectarius *c.dilectis, de arbitris*. Decius *cap.2. in nouis editionis n.74. de iudiciis*. Sylu. *verbo aduocatus n.7.* & hac aut forte verior. Abb. *c.2.n.4. de postulad.* Tabien. *verb. aduocatus n.7.n.8.*

35 Sed dubium est qualiter intelligatur illa vnica, iuxta priorem opinionem Felinus *c.cum.1.& 2.n.11.cons.1.considera. de sententia.& re iud.* docet, aliquos intelligere, ita vt expedita vna causa, non liceat aliam assumere, arg. *l. bouis §. hac sermone. ff. de verborum significatione*; quod, inquit, non puto verum, nec de mente Innoc. & sequacium, quia loquuntur de generali procuratione prohibita, quæ restringitur admittendo vnicam, & intelligitur de vnica successiuè, & satis dicitur habere vnicam, licèt sæpe habeat plures: & affert ad hoc quædam decisionē Rotæ, quæ dicit, quod si dicatur, vt collector vnicum tantùm subcollectorem faciat, non tollit, quin post illum possit alium substituere, & post secundum, tertium, & successiuè, sed voluit prohibere, ne duos simul substituat; quod inquit notandū ad multa. Sed optimè Decius *c.2. in noua edit. n.75. de iudiciis*, ait decisionē Rotæ bene videri in eo casu procedere. Quia cùm principali collectori data sit potestas deputādi vnius subcollectoris, si talis subcollector moriatur, vel impediatur, vel non reperiatur idoneus, conuenit, vt alius subrogetur, quia adhuc durat officiū principalis collectoris, & militat ratio substituendi alterius subcollectoris, cùm ipse solus principalis non ita facilè cōmissionem exequi valeat; & ideo rationi conuenit, sic explicare mentē superioris, vt plures successiuè cōstituere possit. At si clericis vna causa expedita, aliā susciperet, & sic cōtinuando, videtur facere contra prohibitionem *c.et quidem. 11. q.1.& c.peruenit. 86.d.&* multum in secularibus versaretur, quæ fuit ratio prohibitionis. Vnde aut non esse illicitum in vna, vel altera causa fungi officio procuratoris ex aliqua necessitate, aut ratione cōuenienti, vt propter amicum, vel coniunctum; secus si studiosè semper vnam post alteram causam susciperet. Credit ergo Decius priorem sententiam solùm intendere, vt id minus liceat pro vna, vel altera vice. Idem tenet Fulgius Pacianus *eo cons.162.n.2.14.*

36 Tertia difficultas est, an prohibitio hæc intelligatur de procuratione suscipienda, tā ad res iudiciarias, quàm extraiudiciarias? Bonif. *Clem. religiosi. n.3. de procurat.* dicit eum textum interdicētem officium procuratoris religiosis, intelligi ad quæcumque negotia, siue iudicialia, siue extraiudicialia, & probat per *c.monachi. el 2.9.1.* Itē, quia ratio distractionis à diuinis, ob quam id officium interdicitur, militat æquè in vtroque casu. Idem tradit Puteus *decis.286.n.ult.l.2.* dicens sic decisum in Rota. Guillelmus Durandus *de cessiis, rubr.15.n.9.* Flaminius *de resignatione beneficiorum. lib.9.q.4.n.6.& 7.* inde inferens, non posse eum procuratorem constitui ad resignandum beneficium.

37 Verùm textus ita districtè interdicentes monacho hoc procuratoris munus obire, videntur clarè loqui de procuratore ad standum in iudicio; nam *c.illud monachi. el 2.16.q.1.* sic ait, *nullus monachorū forensis negotij suscipere, vel executor existat. & c.1. de postuland.* sic ait; *non debent esse forensis, vel ecclesiastici negotij susciperet, vel executores.* vbi Abbas *n.1. notabili 1.* explicat, id est, neque in foro ecclesiastico, neque seculari. Et inde colligunt auctores citati n.4. non posse religiosum absque licentia superioris, & vtilitate monasterij, esse procuratorem in foro ecclesiastico, vel seculari. Item, quia textus illi iungunt officiū procuratoris, & aduocati. At hoc in foro causarum solo exercetur: ergo similiter intelligenda est prohibitio de officio procuratoris exercito in eodem foro. Item aliqui Doctores, vt retulimus n.1. dicunt per ea verba (*suspiciere, vel executori*) interdici religiosis omne officium; & tamen Abbas *eo.c.2.n.3.* explicat omne officium iudiciale. Præterea *Clem.1. de procurat.* sic ait; *sicut non potest sine sui licentia superioris procuratorio officium suscipere, nisi pro suo vade lite consorte.* vbi manifestè de procuratore ad lites sermonem habet. Item, quia non videtur nouam prohibitionē imponere assumendi officij procuratoris; immo illam supponit, & tantùm illā extendit, vt neque etiam liceat religioso substituere procuratorem; nec militat eadem prohibitionis ratio, nam multo maior est distractio in iudicialibus. Quare credo eos solùm loqui de procuratore quoad iudiciales actus, siue in foro seculari, siue in ecclesiastico exercendos. Et ita docet Card. *ea. Clem. religiosi. n.7. oppos.12.* & ibi Paulus; & clarè etiam hanc sententiam tenere videntur Rebuffus *praxi benef. tit. de procuratore ad resignandum. n.17.* & Azor *tom.1. institutionum. lib.7.c.22.q.3.* vbi dicunt, posse religiosum constituere procuratorem ad resignandum beneficium; & similiter dicit Rebuffus ad acceptandum beneficium.

38 Quod si inde inferas, licere religioso absque superioris licentia munus procuratoris obire in negotiis extraiudicialibus; id vtique negabo propter generalem rationem, quam tradidimus hoc lib. c.11. dum sermo esset de executoribus testamenti. Cùm enim religiosus careat velle, aut nolle, indiget ad omnia hæc licitè obeunda licentia superioris. At concedam non exigi vtilitatem monasterij: quia textus eam quoque poscentes agunt de procuratore ad iudicialia, vt probauimus n. præcedenti; & ita Azor n. præcedenti allegatus solùs licentiæ superioris meminit.

39 Quarta difficultas est, an si religiosus absque superioris licentia procurator constituatur, valeat actus procuratoris titulo gestus? Pars negās ex eo probatur, quia *Clem. religiosi. de procurat.* sic ait; *non potest sine superioris licentia procuratoris officium suscipere.* Quod quidem verbum (*non potest*) reddit personam inhabilem, vt probauimus *lib.6. de matrim. diff.18.n.20. in 3. argum.* Huius sententiæ videntur clarè loquentes in iudicialibus Abbas *ea. Clem. religiosus n.6.* Bartol. *l. filiusfam. §. veteranis, in fin. ff. de procurat.* vbi tradunt non valere iudicium, quoties quis in eo esse nequit nomine proprio, vel alterius; secus aut Bartolus, si fuerit aduocatus, qui nequit esse: & clarè tenet loquens de iudicialibus Abbas *c.in nostra. n.9. de procur.* vbi opponens militem non posse esse procuratorem. *l. qui stipendia. C. de procurat.* sed si non excipiatur contra eum, valere iudicium. Ergo similiter valebit, si non opponatur contra monachum procuratorem. Respondet, in eo consistere discrimen, quod miles habeat legitimam personā standi in iudicio in facto proprio, & per iuris constitutionē effici dominū instantiæ: at religiosus ne quit quicqui in iudicio deducere, nisi de licentia Prælati, & in monasterij vtilitatem; & sic nunquam effici dominūm litis: & loquentes generaliter eā tenent Card. *ea. Clem. religiosus n.7. oppos.11.* & ibi Imola *num.13.* Bonifacius *num. 26.& 27.* vbi aiunt, per illum textum reddi religiosum inhabilem, & omnino incapacem ad acceptandam procurationem absque superioris licentia: immo idem Imola *ibi n.15.* ait, si religiosus habet potestatem substituēdi, & substituat absque licentia superioris, esse irritam substitutionem; & Decius *c.2. in 1. edit. n.78. & sequ. ad 91. de iudiciis*, latissimè probat esse irritam susceptionem mandati procuratorij in religioso absque superioris licentia. Et Imol. *c.in nostra. n.37. de procurat.* reddens rationem discriminis, cur cùm interdictum sit officium procuratoris, tam clericis, quàm monachis, non possit post litem contestatā opponi is defectus clerico procuratori, possit tamen monacho, ideo esse ait, quod clericus non reddatur omnino inhabilis, supponēs monachū reddi omnino inhabilem: & loquens de actu extraiudiciali tenet Bertrand. *cons.126.n.3. vol.1. in priori parte*, vbi ait, si constituatur procurator ad acceptandum nomine alterius beneficium absque licentia, videri non valere acceptationem, quia etsi procurator sit nudus constituentis minister, tamēnque eius voluntatem habeat declarare, & ita

& ita propter eius inhabilitatem non impediatur valor actus, sed sola extremorum habilitas spectanda sit: at religiosus est incapax etiam ministerialiter operandi absque superioris licentia; quod etiam ait clarè sentire Imolam *c.accedens n. 17. de probend.* vbi dicens inhabilitatem procuratoris constituti non impedire valorem actus, excipit, nisi sit inhabilis ad ministerialiter operandum, vt *Clem. religiosi. de procuratoribus.*

40 In contrarium videtur non reperiri textum expressè irritantem hanc susceptionem mandati procuratorij, quia eodem verbo (*non potest*) vtitur *cap.2. in princip. de test. in 6.* dum officium executoris suscipere interdicit monachis: & tamen multi, nec pœnitendi authores tradunt executionem absque licentia susceptam, validam esse, vt retuli, & dixi esse probabilius cap.11. num.44. & vtraque prohibitio est propter honestatem personæ. Decet enim religiosos, quæ & nolle, & velle carent, sicut in officio executoris testamenti expressit textus *eo. cap.2.* & de executore officij procuratoris docet Glossa *ea. Clemen. religiosus, verbo substituere*, & ibi Card. *num.6 oppos.10.& num.7. oppos.12.* & ibi Imola *nu. 15.* Præterea, quia similiter interdicitur monacho, qui in seculo erat tabellio, noua instrumenta conficere, cùm tamen sit satis probabile instrumenta sic confecta, non destitui suo valore, vt dicemus n.48.

41 Sed existimo, mandatum procuratorium ad iudicialia acceptatum à religioso absque superioris licentia, nullius esse momenti, & ita gesta virtute eius esse irrita, vt tradunt multi Doctores n.39. allegati, eo quod religiosus non habeat personam legitimam standi in iudicio pro se, nec pro alio, absque superioris licentia, vt consideraunt aliqui ex Doctoribus eo.n.39. allegatis; æquiparatur enim religiosus seruo, cum quo processus est nullus, etiamsi non opponatur; & si interuenit vt procurator, non valet iudicium, vt latè probat Decius alios allegans *c.2. noua edit. l.n.78. usque ad 91. de iudiciis.* Vnde non eodem modo est hæc prohibitio, sicut prohibitio non acceptandi muneris executoris testamenti. At quoad actus extraiudiciales, etsi peccet religiosus absque licentia superioris id munus suscipiens, vt dixi num.32. existimo tamen tenere factum, & sic gesta virtute illius esse valida. Tum quia *Clement. religiosus, de procurat.* vtens verbo (*non potest*) de solis iudicialibus loquitur, vt probauimus num.37. & non datur alius textus irritans. Tum etiam, quia durissimum videtur, matrimonium contractum, sedulam solutionis debiti, acdati, terminationem rationum dati, & accepti factum, acceptationem beneficij priuilegij, & alia huiusmodi per religiosum procuratorem ad ea instituta sine licentia superioris esse nullius momenti. Et de officio aduocati bene dixit Bartolus citatus num.39. validè exercetri sine licentia superioris, etiā in iudicialibus; quia non datur textus irritās, nec ratio aliud suadens. Quod si adesset licentia superioris, & sola monasterij vtilitas deesset, existimo valere iudicium cum eo monacho procuratore habitum, quia cum licentia habet legitimam personam standi in iudicio. Tum etiam, quia Doctores dicentes esse irritationem, loquuntur quando deest superioris licentia, & *Clement. religiosi, de procurat.* vtens verbo (*non potest*) tantùm ait, *absque superioris licentia*; & alij textus petentes quoque vtilitatem monasterij, vt *cap.3. de postuland.* & *cap. monachi. el 2.16. q.1.* non eo verborum rigore vsi sunt: & ideo iure optimo potest dici, exigi quoque monasterij vtilitatem, vt ea licentia licitè concedatur, non tamen vt validè. Et in hoc casu est vera sententia Bonifacij, quē retulimus n.3. dicentis non exigi quoque vtilitatem monasterij.

42 Retenta tamen adhuc sententia dicente valere gesta, dicendum est, ea non valere, si aduersarius excipiat, opponens illum esse religiosum, licentiāque ad procurandum destitutum. Constat, quia idem diximus c.11. n.46. de religioso executore testamenti absque licentia; & non tantùm pars, cuius interest, potest defectum huius licentiæ opponere, sed etiam Iudex ex officio potest religiosum non exhibentem eius licentiæ testimonium repellere; vt optimè tradit allegans collectarium Bellemera *c.2. n.2.q.1. de postulando.*

Potest quæ exceptio hæc etiam post litem cōtestatam opponi; nec obstat *c.in cœnobio, de sententia, & re iudicata*, quia procedit in exceptionibus dilatoriis, quæ ante litis contestationem sunt necessariò opponendæ; hæc autem est exceptio peremptoria, quæ totam litem dirimit, & ideo potest etiam post litem contestatam opponi. Atque ita tradunt Glossa *Clem. religiosus, verbo suspiciere, de procurat.* & ibi Abbas *num.5.* Card. *n.13.q.9.* Imola *n.15.* Bonifac. *n.28.* idem Abbas *c.in nostra. n.9. de procurat.* vbi Imola *n.17.* Iacobinus de sancto Georgio *l. seruus. n.3. C. de iudiciis.* Decius *cons.499. n.11. vol.4. & c.2. noua edit. n.88. de iudiciis.* Limitat Bonifac. quādo ante litem contestatam aduersarius hoc ignorabat: at si sciebat, forsan non debet audiri pars excipiens, sed Iudex ex officio poterit repellere. 43

Si tamen pars aduersa obiiciat contra monachum de licentia Abbatis procurantem, eum non admittendum, quod non vertatur monasterij vtilitas, audienda non est, quod eius non sit monasterij vtilitatem inquirere, eāque sæpe occulta sit, & expediat, vt aduersarium latet. At conuentus, cuius est hanc vtilitatem nosse, & similiter ipse monachus, si ex eis constaret non esse vtile monasterio, possent hoc obiicere, & audiendi essent. Sic tradunt Innoc. *c.cum.1.& à num.3. de sententia, & re iud.* & ibi Host. *num.2.* Ioann. Andr. *num.3.* Anton. *num.7.* Abb. *num.19.* Imola *num.6. tomo.* Bellemera *num.6.* idem Bellem. *cap.2. num.2. quæst.2. de postulando.* Vantius *tractatu de nullitatibus, qualiter sententiæ, & processus qui dicuntur nulli defendi seu reparari possint. num.84.* habetur *tom. 4. tractatuum.* Fulgius Pacianus *cons.162. num.191.* & *tomo 1. num.192.* 44

Quamuis autem gesta per monachum absque licentia procurantem sint nullius valoris, si tamen vtiliter gesta sint negotium monasterij, potest illud rata habere gesta, nec poterunt irritari. *l. non eo merito. C. de procurat. & c. bene, in fine. d.96.* tradunt Glossa finalis *c.monachi. el 2.16. quæst.1.* Imola *C. num. religiosi. n.12. de procurat.* 45

SVMMARIVM.

Religiosus an possit esse tabellio? n.46.

An si monachus, qui in seculo erat tabellio, conficiat noua instrumenta, sint validi? n.47.

Refertur quædam sententia, & explicatur sententia authoris. num.48.

An monachus, qui in seculo erat tabellio, possit vetera instrumenta complere? n.49.

An ad completa exigatur licentia superioris? n.50.

An possit conuentus monasterium, & eorum quo Iudice, & an cogat complere? n.51.

Secundò interdicitur monachis officium tabellionis exercere. Constat ex *c.sicut, ne clerici, vel monachi.* vbi interdicitur clericis, & ex *c.vt inquisitionis. §. verum quia. vers. ad conferendas de hæreticis in 6.* vbi tanquam quid speciale conceditur fautore fidei, vt monachus, qui in seculo erat tabellio, possit id munus obire: & docent omnes Doctores citandi. 46

Sed non modica est difficultas, an si aduersus hanc prohibitionem monachus, qui in seculo erat tabellio, conficiat instrumentum, sit validum? Negant aliqui, quando absque licentia superioris id fieret, quia ea instrumenta facta sunt contra legis prohibitionem; atque ita docent Decius *c.2. noua editione. 2. num.78. usque ad 91. de iudiciis. & cons.494. num.14. & 495. num.10. vol.4.* Couar. *94. practi. cap.19. num.8. vers. nunc.* 47

At verius existimo valere instrumenta, quia nullibi inuenitur 48

inuenitur verbum ex instrumenta irritans : atque eodem modo id officium interdicitur clericis *d. c. sicut, ne cleric. vel monach.* Et tamen frequentissima sententia *d. c. sicut*, affirmat instrumenta ab eis confecta fore valida. Tandem, quia irritate id instrumẽtum non esset damnum ipsius religiosi delinquentis, & cui pœna imponitur, sed partium, quibus pœna infligenda non est. Et ideo hanc partem sustinent Angelus *l. Præter aut. §. final. paulo post principium. ff. de edendo.* & ibi Alex. *num.* 4. Greg. Lopez *l.* 28. *verb. contra nostra. tit.* 11. *part.* 5. limitat Alex. nisi per superiorẽ sit specialiter religioso interdictum vti eo officio, sicut de clerico, cui tabellionis officij vsus interdictus est, tradit Innoc. *cap. sicut. n. 9. nic. ne clerici vel monachi.* Cæterum hoc intelligendũ est, quando id interdictum esset publicum, ita vt ad populi notitiam peruenirent, ex tunc enim gesta essent irrita, secus antea, sicut dicitur de prodigo, cui bonorum administratio est interdicta. *l. cui bonis. ff. de verborum obligat.* Et sic in clerico, cui interdictum est vti officio tabellionis, tradunt Abbas *10. cap. sicut. num.* 11. & ibi Anchar. *nu.* 7. Rosellis *verbo tabellio num.* 7. & ibi Sylvester. *quæst.* 3. *dicto* 5. & alij, quos refert, & sequitur Couar. *99. practic. cap.* 19. *n.* 8. *vers. quod si sacerdos.*

49 Potest tamen monachus, qui in seculo erat tabellio, complere post professionẽ, & signare instrumẽta, quæ in seculo confecerat, vel in suo prothocollo breuiter, & succinctè conscripserat, vt postea per otium, quoties opus sit, latius extenderet, quia complere vetera instrumenta, non est instrumenta denuo conficere, sed executio, atque consummatio instrumenti, tempore habili confecti. Quod colligitur ex *l. alienationes.* 13. *ff. fundi. hereditando.* vbi dicitur alienationes voluntarias interdictas esse post litem motam, non autem habentes verustiorem causam, & originem intis necessarium. Atque ita docent Speculator *tit. de statu monach.* §. *qualiter concipies libellum. num.* 32. *vers.* 26. Glossa *cap. 20 officium.* §. *verum quia. verb. premisse de hæreticis, in* 6. & ibi Francus §. *ad conscribendas. fine.* Dominicus *eodem* §. Bart. *l. locum habet.* §. *si panis. num.* 3. & 4. *ff. de tabulis exhibendis.* Angelus *l. Præter aut.* §. *final. paulo post principium. ff. de edendo.* & ibi Fulg. *num.* 3. Baldus *l.* 1. *num.* 9. *C. de proscript. longi temporis.* Florianus *d. l. alienationes. num.* 20. Ananias *cap. fraternitas. num.* 17. *de hæreticis.* & ibi Felin. *num.* 11. *fallentia* 6. & *cap. consulisti. num.* 1. *de Iudæis.* & *cap. cum.* 1. *&* à *num.* 10. *de sent. & re iudic.* Henricus *cap. sicut, in fin. ne clerici, vel monachi.* Marianus Socinus *de oblationibus. libello* 8. *num.* 61. habetur *tomo* 14. *tract.* Bernard. Diaz *practicum. cap.* 58. *num.* 3. D. Anton. 3 *part. tit.* 13. *cap.* 2. §. 2. Angelus *verbo tabellio. q.* 4. & ibi Sylvest. *quæst.* 3 *dict.* 4. Armilla *num.* 3. Tabiena *quæst.* 3. *num.* 4. Nauar. *consum.* 2. *num.* 42. *de regular.* Couar. *quæst. practic. cap.* 19. *num.* 8. *vers. monachus.* Man. *quæst. regular. num.* 3. *quæst.* 8. *ar. vltimus.* Quamuis minus bene id neget contra communem omnium sententiam Franciscus Paulinus *de visitationibus.* 2. *p. q.* 4. *n.* 17. habetur *tom.* 14. *tractatuum.*

50 Exigitur tamen superioris licentia ad hoc, vt bene tradit Ioannes de Ligna, quem referunt, & sequuntur Dominicus, Francus, Marianus, Socinus, Bernardus Diaz n. præced. allegati.

51 Potestque monasterium cõueniri, vt monachus antè notarius hæc instrumenta perficiat, vt bene tradunt Fulgos. & Manuel allegati num. 49. atque Manuel imponit Angel. *l. Præter.* §. *final. paulo post principium. ff. de edendo,* sentire, posse ad hoc cogi monasterium per iudicem secularem, quod nequaquam ait Angelus, & est valde à veritate alienum, cùm Iudex secularis nullam iurisdictionem habeat in monasteria, cùisque monachos.

SVMMARIVM.

Quid sit arbiter, & arbitrator, & vtrque teneatur exactè reddere partis, quod suum est? n. 52.

In qua cognoscatur an compromissum sit in aliquem, vt in arbitrum, an in arbitratorem? n. 53.

An possit quisquam esse arbiter, vel arbitrator in propria causa. §. 4.

An religiosus possit esse arbiter? n. 55.

Qualis debeat esse vtilitas monasterij, vt religiosus possit esse arbiter, & cuius superioris licentia. n. 56.

An possit religiosus sublue Episcopus esse arbiter, aut habere aliquam administrationem? n. 57.

Quid de superiore religionis? n. 58.

Quid de nuntio, vel religioso Societatis IESV *post vnum biennij? n.* 59.

An religiosus possit esse arbitrator? refertur quædam sententia. num. 60.

Sententia authoris. n. 61.

An ad munus arbitratoris obeundum requiratur vtilitas monasterij? n. 62.

An exigatur licentia superioris, vt religiosus creetur arbiter, vel arbitrator, an solum vt ea munera acceptet? n. 63.

An possit religiosus esse compromissarius ad electionem? n. 64.

An fratres Franciscani possint esse arbitri, aut arbitratores de licentia superioris? refertur duplex sententia. n. 65.

Explicatur sententia authoris. n. 66.

Quid de religiosis Societatis IESV *? n.* 67.

An si contra prædictam prohibitionem religiosus proferat arbitrium vel arbitramentum, sit validum? n. 68. *refertur duplex sententia. n.* 69.

Explicatur sententia authoris. n. 70. 71. & 72.

An si arbiter ingrediatur religionem, possit post professionem proferre arbitrium de licentia superioris? n. 73.

Tertiò videndum est de officio arbitri, & arbitratoris, an id sit monacho interdictum. Et primùm quidem præmittendum est, quod differ inter arbitrum, & arbitratorem: id enim inter vtrumque differt, quod arbitrer sit quasi Iudex, & eligatur à partibus, vt procedat iuris ordine seruato, & secundùm ius; arbitrator verò non tenetur seruare ordinem iuris: & ideo *l. 1. ff. de arbitris*, dicitur arbitria redacta esse ad instar iudiciorum, & ita colligitur ex *l. si societatis*, aliàs *societatem.* §. *arbitrorum. ff. pro socio.* & tradunt Innoc. *cap. quinta vallis. num.* 4. & 5. *de iureiurando.* & ibi Abbas *num.* 7. & communiter Doctores *ibi. d.* §. *arbitrorum.* Sylvest. *verbo arbiter. quæst.* 1. & ibi summistæ. Et hanc quidem differentiam optimè explicuit lex regia 13. *tit.* 4. *par.* 3. ibi *Iueces auenidores son en dos maneras, la vna es quando los homes ponen sus pleytos en mano dellos, que los oyan, e les libren segun derecho, e estonce dezimos, que tales auenidores como estos, desque recibieren, e otorgaren de librarlos, a si que deben andar adelante por el pleyto, tambien como si fuessen Iueces ordinarios, facendoles començar el pleyto antes si por demanda, e por respuesta, e oyendo, e recibiendo las pruebas, e las razones, e las defensiones, que pone cada vna de las partes, e sobre todo deben dar su Iuicio afinado segun entendieren que lo deben fazer de derecho. La otra manera de Iueces de auenencia, es a que llamamos en Latin arbitratores, que quiero dezir tanto, como albedriadores, e comunales amigos, que son es cogidos por auenencia de amas las partes, para auenir, e librar las contendas en qualquier manera, que ellos tubieren por bien, estos tales, despues que fueren escogidos, han poder de oyr las razones de amas las partes, e de auenirlas en qual manera quisieren, e maguer no quisiessen antes si començar los pleytos por demanda, e por respuesta, e no catassen a quellas cosas, que los otros Iueces son tenidos de guardar, con toda eso valdria el Iuicio, o la auenencia, que ellos hiziessen, solo que sea fecho a buena fe, e sin engaño.* Vbi Gregorius Lopez *verbo su Iuicio, e verbo que ellos*, ait arbitrum arctari, vt pronunciet secundùm ius sententiam diffinitiuam; at arbitratorem non teneri pronunciare secundùm ius, sed pro bono pacis posse auferre de iure vnius, & dare alteri; & hoc significat illa lex in illis verbis, *en poder de auenirlas en qual manera quisieren.* Et docet etiam optimè Glossa *l. sed etsi in seruum. 9. verbo in vsc.*

in vsc. ff. de receptis arbitris. & constat ex *cap. nisi essent. de probend.* quia impossibile erat de iure, vt vnus haberet titulum beneficij, & alteri deberetur pensio; & tamen pro bono pacis ex potestate arbitraria fuit illud tolleratum. Atque idem docet Rosella *verbo arbiter. num.* 6. & ibi Angel. *num.* 6. Sylvest. *quæst.* 1. *differentia* 20. Tabiena *quæst.* 9. *num.* 13. Armilla *num.* 8. Bart. Alciatus, & alij, quos refert, & sequitur Menochius *de præsumpt. lib.* 2. *præsump.* 76. *num.* 14. Quod tamen intelligendum est, vt bene docent Rosel. Angel. Sylvest. Tabiena, Armilla *ibi*, dummodo arbitrator ex causa iusta, nempe, pro bono pacis, nec nimis lædens alteram partem id faciat. Et ratio diffentiæ est, quia arbiter eligitur vt Iudex, & consequenter, vt exactè iure vtriusque partis spectato reddat vtrique, quod suum est; arbitrator autem eligitur, vt amicabilis compositor, vt transigens inter partes: at ex natura compositionis, & transactionis est, vt gratiâ pacis ineundæ tribuatur aliquid de iure vnius alteri, vitata læsione magna, quippe satis lueri reportat recedens à lite. *l. Lucius*, cum ibi notatis *ff. ad Trebellianum.*

53 Hinc deducitur primò modus cognoscendi, an is, in quem compromittitur, sit arbiter, an potiùs arbitrator. Quidam enim dicũt cognosci ex nomine; si enim compromittitur in aliquem tanquam in arbitrum, dicetur arbiter: si verò tanquam in arbitratorem, dicetur arbitrator. Sic Innoc. *c. quinta vallis. num.* 6. *de iureiur.* Bart. *l. si societatem.* §. *arbitrorum. num.* 12. *ff. de arbitris.* Sed melius Abbas *dicto c. quinta vallis. num.* 7. Sylvester *verbo arbiter. q.* 3. Gregor. Lopez *l.* 23. *verbo, que los oyan. tit.* 4. *p.* 3. dicunt non ex nominis diuersitate, quod sæpe hæc nomina confundantur, sed potiùs ex modo assumendi, & potestate eis tradita dignosci, quod & illa lex apertè indicat.

54 Secundò deducitur, neminem posse esse arbitrum in propria causa. *l. penultima. ff. de arbitris*, bene tamen arbitratorem, vt constat ex *c. quinta vallis, de iureiurando*, quia arbiter eligitur quasi Iudex, & vt procedat iuris ordine seruato. At in facto proprio nemo potest esse Iudex, quia nemo potest sibi ipsi imperare. At arbitrator eligitur, vt amicabilis compositor, vt procedat extra iudicium, & partes componat, quod non repugnat in facto proprio. Sic Abbas *10. c. quinta vallis. num.* 7. & Sylvester *verbo arbiter. q.* 2. *differentia* 3. & omnino videndus Abbas *vsque ad num.* 14. & Sylvester *vota ea quæst.* 1. & teliqui summistæ, qui alias differentias inter arbitrum, & arbitratorem explicant.

55 His præmissis sit prima conclusio. Religiosus non potest esse arbiter, nisi concurrant licentia superioris, & vtilitas monasterij. His autem concurrentibus potest. Quia arbiter est verè Iudex; at religiosus non debet esse acceptator forensium negotiorum. *c. monachis. d.* 2. & *c. de præsumptionibus. 16. q.* 1. Item, quia *10. c. monachis.* & *c.* 2. *de postulando*, dicitur, ne monachi sint susceptores, & executores aliquæ licentia Abbatis, & vtilitate monasterij. Nomine autem executorum, & susceptorum, Ioan. And. *10. c.* 2. *n.* 2. & ibi Hostiensis *num.* 1. *fine.* Abbas *num.* 3. Anton. *num.* 8. Card. *num. vnico. q.* 2. Anchar. *num.* 1. dicunt intelligi omnis officia iudicialia. Cùm ergo officium arbitri iudiciale sit, non licebit religiosis, nisi ea duplici conditione concurrente. Atque ita docent Speculator *tit. de arbitris, & arbitratore.* §. *sequitur de quibusdam. num.* 29. Hostiensis *summa. tit. de arbitris. num.* 4. *fine.* Anton. *c. quinta vallis. n.* 18. *differentia* 9. *de iureiur.* & ibi Abbas *num.* 13. Imol. *num.* 28. Alex. de Neuo *num.* 107. Cardin. *Clem.* 2. *q.* 21. *num.* 21. *de rescriptis.* & ibi Imola *num.* 26. Decius *cons.* 499. *num.* 1. *vol.* 4. Antonius Blancus *de compromissis. in q.* 4. *principali. q.* 2. *n.* 5. Lantfrancus de Oriano *de arbitris. p.* 2. *in principio. num.* 6. (vterque habetur *tomo* 3. *tract. p.* 1.) Rosella *verbo arbiter. num.* 2. & ibi Angelus de Clausio *num.* 5. Tabiena *q.* 7. *num.* 10. Armilla *num.* 12. Fulgus Pacianus *consil.* 162. *numero* 188. & hoc apertè sentiunt Baldus *l. Pedius.* 7. *ad finem ff. de arbitris. & l. si qui ex consensu.* 8. *n.* 3. *C. de Episcopali audientia.* Angel. *instit. de exceptionibus.* §. *præterea. num.* 16. dum aiunt religiosum non posse esse arbitrum, bene tamen arbitratorem de licentia superioris; quasi sentiant, non satis esse licentiam superioris, vt religiosus sit arbiter, sed vtilitatem quoque monasterij desiderari.

56 Qualis autem debeat esse hæc monasterij vtilitas, satis dixi n. 16. & 17. vbi etiam dixi, satis esse vtilitatem, quę sequitur ex eo quod id officium præstetur pro amico monasterij; & docet Imola *ea. Clem.* 2. *n.* 16. & Antonius Blancus n. præced. allegatus. Dicunt tamen Antonius n. præced. allegatus, & Ioannes Andr. *addu. ad Speculatorem. tit. de arbitris, & arbitratore.* §. *sequitur. n.* 29. *verbo vtilitas*, sufficere aliqualiter expedire monasterio. Sed hoc non credo, quia res est valde grauis; & ideo ritiùs loquuntur Doctores de hac vtilitate, vt vidimus num. 17. Qualis autem licentia requiratur, & cuius superioris, nihil de nouo dicendum est; sed eadem prorsus dicenda, quæ dixi de officio aduocati, & procuratoris in hoc c. à n. 5. vsque ad 10.

57 Potest autem religiosus factus Episcopus esse arbiter, quod à religionis regulis eximatur, nec ea omnia sibi interdicantur, quæ religiosis intra claustrum degentibus interdicta sunt. Arquesta docent Baldus *l. si qui ex consensu.* 8. *num.* 5. *C. de Episcopali audientia.* Albericus *l. non distinguemus.* §. *Sacerdotio. num.* 8. *fine. ff. de arbitris.* Bertrand. *cons.* 5. *n. vltimo. vol.* 1. *in priori parte.* Lantfrancus de Oriano *de arbitris. p.* 2. *in principio. n.* 4. Antonius Blancus *de compromissis. in q.* 4. *principali. q.* 2. *num.* 6. (vterque habetur *tomo* 3. *tract. p.* 1.) Immo & monachi simplices habentes aliquam administrationem, aut aliquem Prioratum, possunt esse arbitri, & arbitratores absque Abbatis licentia, quia tunc sunt quasi emancipati à suo Abbate. Ita Fulgus Pacianus *cons.* 162. & 182. *vol.* 1. & alij, quos refert *ibidem.*

58 Similiter superior religionis nulla indiget licentia, vt arbiter sit, quia cùm ipse suis subditis eam licentiam dare possit, potest quoque ea vti. Atque ita docent Glossa *c. de præsumptionibus, verbo defensori. 16. q.* 1. Anchar. *cons.* 443. *n.* 6. *fine.* Abb. *c.* 1. *n.* 4. *de postulando.* Lantfrancus de Oriano allegatus num. præced. & Fulgus Pacianus *cons.* 162. à *n.* 175. *vsque ad* 180. *tomo* 1. Et in simili dixi num. 18. de officio procuratoris, & aduocati, quod quidem intelligendum est cum duplici limitatione ibi tradita. Prior est, vt concurrat vtilitas monasterij; posterior, vt non sit religio, in qua exigatur licentia supremi religionis Prælati.

59 De nouitiis autem religionis quidam tenuit, eis quoque interdici hoc munus, nisi ex superioris licentia, & vtilitate monasterij. Ducuntur, quia licut faciendo actus professorum, censentur tacitè profiteri; ita assumpto arbitri officio, & aliis quæ religioso interdicuntur, censentur à nouitiatu recedere. Atque ita tradunt Dominicus *c. licentia. fin. de regulis. in* 6. & allegato Paulo Francus *ibi. n.* 4. Titaquel. *de retractu lignagiorum.* §. 1. *glossa* 8. *n.* 23. Anton. Cucus *lib.* 3 *instit. maior. tom.* 1. *num.* 95. Lælius Zecchius *de Rep. ecclesiastica. tit. de regularibus. c.* 3. *num.* 10. Sed sane optimo discedit ab hac sententia Antonius Franciscus relato Vincentio Paleolo *in addu. ad Abbatum. c. quinta vallis. num.* 15. *verb. in monach. de iureiurand.* & diximus de officio aduocati, & procuratoris num. 2. Ar licut ibi dixi, religiosos Societatis IESV, qui vota biennij emiserè, comprehendi in prohibitione officij aduocati, & procuratoris, dicendum quoque est ob eandem rationem comprehendi hac prohibitione. Cuius autem superioris licentia exigatur in Societate IESV, dicemus num. 66.

60 Sed difficultas specialis est de officio arbitratoris, an id interdicatur religioso? Quidam censent non interdici, atque adeò nullam licentiam superioris requiri, vt arbitrator sit, quod id munus absque iudicij strepitu exercetur, ac opus pietatis maximè religiosis decens sit, lites componere, dissensiones euitando. Sic docent Oldradus, & Iacobus de arena relati ab Abbate *c. quinta vallis. num.* 13.

num.15. de iureiurando. Idem docet Antonius *in c. quinta vallis num.18. differentia 9.* limitans, dummodo non sit nimia occupatio, nec sit frater Franciscanus, de qua posterior limitatione dicemus n.65.

61 Secunda tamen conclusio sit. Exigitur superioris licentia, quia esse testamenti executorem est opus pietatis, & tamen exigitur licentia superioris, eo quod religiosus non habeat velle, aut nolle. Ergo cum eadem multet ratio in arbitratore, exigitur quoque eadem licentia. Atque ita docent Cynus *l. si qui ex consensu. q. 1. C. de Episcopali audientia* & ibi Baldus *num.5. & l. Pedium.7. ad finem. ff. de arbitris*, Speculator *tit. de arbitro, & arbitratore. §. sequitur de quibusdam num.19.* Abbas *c. quinta vallis num.15. de iureiur.* & ibi Imola *num.18.* Alex. de Neuo *num.107.* Idem Imola *Clem.2. num.27. de rescriptis*, & ibi Card. *num.21. q. 21.* Alex. *cons.180. num.1. vol.5.* Albericus *l. non distinguimus. §. sacerdotio. num.8. ff. de arbitris.* Decius *cons.479. num.1. vol.4.* Corneus *cons.2. num.7. vol.2.* Anchar. *cons.443. n.7.* Angelus *instit. de except. §. praeterea. num.15.* Bertrandus *cons.5. num.vltimo. vol.1. in priori parte.* Beccius *cons.40. n.6. vol.1.* Rosella *verbo arbiter. n.1.* & ibi Angelus *num.4.* Sylvester *q.16. num.14.* Tabiera *q.7. num.10.* Armilla *num.11.* Fuluius Pacianus *cons.162. n.206. tomo 1.*

62 Non tamen exigitur, ad munus hoc obeundum, vtilitas monasterij, quia ad concementia pietatem absque iudicij strepitu, quale est iudicium arbitratoris, satis est superioris licentia. Atque ita docet Abbas, Card. Imola *ea. Clem.2. num.27.* Alex. de Neuo, Rosella, Sylvest. Tabiera, Armilla allegati num. praecedenti, & tenet Fuluius Paciatius *num. 204.* & aperte significat Speculator ibi allegatus, dum ad arbitri officium exigit superioris licentiam, & monasterij vtilitatem; ad arbitratoris autem officium solius licentiæ meminit.

63 Tertia conclusio sit. Licentia ad munus arbitri, & arbitratoris non exigitur, vt religiosus creetur arbiter, vel arbitrator, potest enim ante licetiam aliquam creari, sed exigitur, vt ea munera recepter, sicut dixi num.6. de officio procuratoris, & advocati, & docet Card. *Clem. religiosis num.3. notabili 4. de procuratoribus.*

64 Ex his dedocitur, quid in ea quæstione dicendum sit, an religiosus possit esse compromissarius alienius electionis? Quidam dicunt posse, quia est officium pietatis, nec sequitur naturam aliorum compromissorum. Sic tenent Compostellanus, & Guillelmus de Mondegot, & eos refert Card. *Clem.2. q.20. n.21. de rescriptis.* Idem tenet Bonifac. *ea. Clem.2. in fin.* explicans non desiderari licentiam superioris, siue electio fit in suo monasterio siue in aliena Ecclesia. Alij verò dicunt exigi licentiam superioris, quod religiosus non habeat velle, aut nolle, etiam ad testam. *c.2. de testam. in 6.* Sic Lambertinus *de iure patronat. lib.2. q.1. q.4. ex q.num.1.* Sed optimè Paulus, quem refert, & sequitur Card. *ea. Clem. q.20. num.21.* dicit, si electio sit ad alienam Ecclesiam, exigi licentiam Prælati, eriamsi sit compromissarius secundum formam *c. cum expediat. de electione. in 6.* ob rationem traditam, secus si intra proprium monasterium.

65 Sed maior difficultas est, an religiosis Franciscanis integrum sit ex superioris licentia, atque videlicet monasterij munus arbitri obire, vel munus arbitratoris, cum sola ea licentia, sicut his consentientibus ea munera licent reliquis religiosis? Speculat. *tit. de arbitro, & arbitratore. §. sequitur de quibusdam. num.19.* fratres Minores alijs religiosis quoad hoc æquiparat, & videtur consentire Angelus *cons.272. num.5.* dicens, non posse hos absque licentia esse arbitros, vel arbitratores; quare cum licentia videtur sentire id licere, quia nullibi reperitur specialiter prohibitum fratribus Franciscanis hæc munera obire. Alij autem censent omnino illis interdici hæc munera, quantumuis licentia superioris adsit; sicut nec executores testamenti possunt de licentia superioris esse: puritas enim sui instituti, & omnium secularium negotiorum abdicatio, quæ ipsos prohibet munus executoris testamenti, quod valde pium est, acceptare iuxta *Clement. exiui, de verbor. significat.* prohibet quoque munus arbitri, aut arbitratoris de cuiuscumque superioris licentia susscipere. Atque ita docent Antonius *c. quinta vallis. num.18. differentia 9. de iureiur.* & ibi Alex. de Neuo *num.107.* Decius *cons.94. num.9. & 10. & cons.499 num.3. & 5. vol.2.* Alex. *cons.80. n.1. vol.5.* Beccius *cons.40. num.6. vol.1.* Nata *cons.85. num.2. vol.1.* Riminaldus iunior *cons.403 n.7. & sequentib.* Alciat. *de præsumpt. regul.3. præsumpt.18. n.3.* Manuel *qq. regul. tom.1. q.65. a.1.* & loquēs de officio arbitri, tenet Bald. *cons.313. n.1. vol.5.* Addunt tamen Anton. & Alex. de Neuo, non interdici Franciscanis agere ad partium cōcordiam, nullo tamen compromisso per ipsas facto: & de officio arbitri idem tenet Antonius Blancus *de compromissis. in q.4. principali. q.2. num.4.* habetur *tomo 3. tract. p.1.* & Fuluius Pacianus relatus *tractat. an Franciscanus possit esse arbitrator cum licentia superioris*, manet dubius, & nil definit *cons.162. n.171. & 173 tomo 1.*

66 Cæterum de officio arbitri placet posterior hæc sententia: at officium arbitratoris existimo licere Franciscanis ex superioris licentia, sicut aliis religiosis licet, quod nihil contra sui instituti puritatem videam in arbitratoris officio, immo valde conforme illis sit inter partes diffidentes pacem conciliare; nec huic instituto derogat ipsas compromissum fecisse de sequendo fratris Franciscani iudicio in ea re, cùm hæc omnia absque iudicij strepitu, & per quandam prudētem, & amicabilem compositionem fiant. Atque ita vltra Speculatorem n. præcedenti allegatum, sentiunt loquentes de officio arbitratoris, Bartholomæus Socinus *cons.99. n.6. vers.1. respondeo. vol.3.* Lanfrancus de Oriano *de arbitris. p.2. in princ. n.6.* habetur *tomo 3. tractat. p.1.*

67 Religiosi etiam Societatis IESV de nullius superioris licentia præterquàm Generalis, possunt esse arbitri, sicut nec executores testamenti; arbitratores autem possunt esse de cuiusuis superioris licentia, quia prius officium seculare est, & à Societatis instituto alienum, posterius autem illi conforme. At munus executoris testamenti, & alia secularia, quæ puritatem Societatis IESV dedecent, non possunt, vbi aliqua causa ea suscipiendi adest, suscipi absque licentia Generalis, vt habetur *in constit. cim. p. 6. c.5. §.7. in declarat. littera D.*

68 Tandem difficultas est, an si contra prædictam prohibitionem religiosus arbiter, aut arbitrator fiat, nempe, absque licentia Prælati, sit irritum factum? Et videtur non esse irritum, quia nullus est textus irritans; duplex enim textus allegatus numero 55. ex quo colligitur hæc prohibitio, non habet verbum denotans factum irritari, sed solam simplicem prohibitionem continens. Et cùm textus *c.2. de testam. in 6.* vtatur verbo *non potest*, interdicens religiosis executionem testamenti, fatentur multi authores, & tanquam probabilius sequuti sumus *c.11. n.44.* valere executionem sine licentia superioris factam, nedum valebit in hoc casu, vbi simile verbum in textibus non est appositum. Præterea instrumentum confectum à monacho, qui in seculo erat notarius, dixi num. 48. valere, quamuis peccet, quod non sit textus aliquis vtens verbo *irritandi.* Et hanc partem tenet Fuluius Pacianus *cons.162. à n.73.* & ait id esse verum *num.78.* licēt sit frater Franciscanus, & latissimè per plures numeros probat, & citat Corneum *cons.1. num.7. vol.2.* Alciatum *præsumpt.18. reg.3. num.1. & 9.* Romanum *cons.251. num.4. vers. quæ ad 4. vol.2.* Alex. de Neuo *c. quinta vallis. n.105. different.13. vers. sed an poterit de iureiur.*

69 Sed communis sententia est, non valere arbitrium monachi absque licentia superioris præstitum à religioso, quia æquiparatur seruo, sermi autem arbitrium nullum est *l. Pedium. 7. §. in seruum. ff. de arbitris.* ibi; *quamuis seruus arbitrium nullum sit*, vbi Glossa verb. *nullum sit*, ait, neque etiam arbitrium eius validum esse, per *l. illa verba. 68. ff. de verb. significat.* ibi; *illa verba arbitratu l. cui Titij fieri iubeo significat, & in seruum non cadunt.* & addit iratum

tim Glossa, vel fortè poni ibi arbitratum pro arbitrio, quod est simile iudicio, atque idem ait dicendum de monacho; vnde censet arbitrium monachi esse nullum, & in priori solutione idem censet de arbitramento. Atque idem tenent loquentes tam de arbitrio, quàm de arbitramento fratris Franciscani, Angelus de Aretio *cons.272. n.5.* Decius *cons.494. à num.9. vsque ad 12. & cons.499. num.5. vol.4.* Beccius *cons.40. num.6. vol.1.* Alex. *cons.80. num.1. vol.5.* Alciatus *de præsumpt. reg.3. præsumpt.18. num.3.* Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst.65. art.3.* Riminald. iunior *cons.403. à num.7. vol.4.* vbi *num.9.* aliis relatis, defendit idem, quando compromissum est factum in duos, quorum alter erat Franciscanus, dicit enim corruere; & loquens de arbitrio fratris Minoris tenet Baldus *cons.313. num.1. vol.5.* & loquens de arbitrio tenet Rofredus *in suis quæstionibus Sabbatinis. q.40. fine.* Antonius Blancus *de compromissis in quæst.4. principali. quæst.2. num.4.* habetur *tom.3. tract. p.1.* Et quamuis Doctores prædicti loquantur de fratre Franciscano, idem est de reliquis religiosis, præterquàm quod Franciscanis id munus est interdictum, quamuis superior licentiam concedat, reliquis verò conceditur ex licentia superioris, & non aliàs. Quare cùm substantia prohibitionis sit eadem, & tantùm in modo differat, si sunt irrita arbitrium, & arbitramentum fratris Franciscani in casu illis prohibito, erunt quoque irrita ab aliis religiosis præstita in casu non sibi permisso. Atque ita circa valorem executionis testamenti eodem prorsus modo loquuntur Doctores de fratribus Franciscanis, & de quibusuis aliis religiosis, quando in casu prohibito ab vtrisque fit, vt dixi cap.11. num.44.

70 Cæterum hac in re primò existimo, valere arbitramentum à quocumque religioso, etiam Franciscano, præstitum absque licentia superioris. Ducor, quia seruus hoc arbitramentum præstare potest, vt docet Glossa *d. §. in seruum, verb. nullum sit. in 2. solutione*, & ibi Baldus *ad finem*, quia est res merè facti, quod bene cadit in seruum. *§. sed cum factum in sententia de stipulatione seruorum.* Et ideo nulla est ratio, qua probetur tale arbitramentum non valere: quamuis peccet religiosus sic arbitrando absque superioris licentia. Atque ita docent Antonius *cap. quinta vallis. num.18. differentia 9. de iureiur.* Corneus *cons.2. num.7. vol.2.*

71 Secundò existimo, arbitrium religiosi absque licentia superioris præstitum, vel Franciscani etiam cum licentia, esse nullum, vt docent authores n.69. allegati.

72 Tertiò, si sola vtilitas monasterij deficiat, existimo arbitrium esse validum, sicut num.41. dixi, quando religiosus constituitur procurator ex licentia superioris absque monasterij vtilitate; quamuis enim peccet superior eam licentiam concedendo, nullo tamen iure irritatur factum.

73 Tandem, si crearus à partibus arbiter ingrediatur religionem, & ante professionem non tulerit sententiam, non posset validè etiam de licētia superioris arbitrium proferre; quia sicut morte finitus potestas arbitrandi à partibus sibi concessa; ita etiam professione. Et ita Gregor. Lopez *l.28. verbo modum. tit. 4. p.1.* ait innui ex lege, quamuis referat Albericus *l. non distinguimus. §. sacerdotio. num.9. ff. de arbitris*, dicentem contrarium. Sed meo iudicio ea lex id non innuit, sed clarè dicit, numerata enim professione arbitri inter alios euentus concludit. *Por qualquier delitos y razones se desafuera el poderio, que elos auian de iuzgar.* Et Albericus *eo num.9.* expresse est huius sententiæ; dicit enim finiri compromissum professione arbitrorum, sicut ipsorum morte.

SVMMARIVM.

Simplex religiosus non potest esse delegatus Pontificis, aut eius legati. num.74.

Nec religiosus Prælatus claustralis, id est, qui in monasterio habet alium superiorem. num.75.

Non potest legatus Pontificis efficere hū religiosos capaces huius delegationis. n.76.

An possint esse delegati Episcopi dicti religiosi? n.77.

Quid de Prælatis monasterij nullum superiorem habentibus in eo, esse sint ad nutum superioris amouibiles? n.78.

An ex Prælati possint esse Iudices conseruatores? n.79.

An exigatur ad hoc vtilitas monasterij? n.80.

Quid de superioribus religionis Minorum? n.81.

Quid de superioribus Societatis IESV? n.82.

An religiosi canonici Ecclesiæ cathedralis sint capaces huius delegationis, vel si ex dispensatione sint canonici Ecclesiæ cathedralis? n.83.

Post n.83. inuenies, quæ desideratur.

74 Quartò videndum est, an religiosus possit esse delegatus. Prima conclusio. Si religiosus Prælatus non sit, sed simplex religiosus, manifestum est, eum non posse delegatum esse ad literas Pontificis, vel eius legati exequendas, nisi ex certa scientia à Pontifice destinetur. Constat ex *cap. statutum. in princip. de rescriptis. in 6.* vbi deciditur, neminem posse ad literas Pontificis, vel eius legati exequendas delegari, nisi sit persona in dignitate constituta: at simplex religiosus non dicitur in dignitate constitutus. Item constat ex eo quod deciditur *Clem.2. de rescriptis. in fine*, quod num. sequenti referam: atque docent Glossa finalis *ea Clem.2.* & ibi Abbas *num.12.* Card. *num.2. oppos.3.* Imola *num.35.* Bonifac. *num.43.* Sylvest. *quæst.2. num.3.* & ibi Angel. *num.3.* Rosella *verbo delegare. num.11.* Nauarr. *commen.2. ad fin. de regularibus.*

75 Immo religiosus, qui aliqualem in monasterio superioritatem obtinet, si in eodem monasterio superiorem alium habeat, non potest esse huiusmodi delegatus; quia talis non dicitur in dignitate constitutus. Constat ex *Clem.2. fin. de rescriptis*, vbi deciditur, Priorem claustralem nō posse esse huiusmodi delegatum, secus de Priori conuentuali. Vbi Abbas *num.6.* & Anchar. *num.9.* eam tradunt rationem, quod claustralis non sit principalis superior monasterij, sed præsit claustro, habeatque in eodem monasterio Prælatum alium sibi superiorem. Et sic docent Rosella, Angel. Sylu. num. præced. allegati, Manuel *qq. regul. tom.1. q.65. art.5.*

76 Nec potest legatus Pontificis efficere huiusmodi religiosos capaces prædictæ delegationis, quia nequit in lege Pontificia id interdicere, vtpote quæ superioris est, dispensare. Atque ita docent Glossa finalis *Clem.2. de rescriptis*, & ibi Abbas *fine.* Card. *num.2. oppos.3.* Imola *num.31.* Bonifac. *num.45.*

77 Possunt tamen huiusmodi religiosi esse delegati Episcopi, quia ad id non petitur, vt in dignitate aliqua constituti sint; sed textus *d. c. statutum*, de solis delegatis Pontificis, vel eius legati loquitur: exigitur tamen ad hoc licentia sui Prælati. Atque ita docent Cardinalis *ea. Clement.2. q.18. in tertia quæst.16.* & ibi Anchar. *num.9.* id etiam probatur ex his, quæ dicemus num.93. vbi probabimus posse esse vicarios Episcopi, de licentia tamen Abbatis.

78 Secunda conclusio. Superiores monasterij, qui in illo nullum superiorem habent, possunt esse delegati ad literas Pontificis, vel eius legati exequendas. Probatur ex *cap. statutum, in princip. de rescriptis. in 6.* vbi dicitur, posse esse huiusmodi delegatos, qui in dignitate constituti sunt. At huiusmodi Prælati sunt in dignitate constituti, vt constat ex *cap. nisi essent. de probend.* ibi; *non dignitas Prioratus, sed persona Prioris manet mutata.* Quem textum ad hoc probandum ibi ponderat Idem. Andre. *num.4.* Anton. *num.14.* Card. *num.3. notab.6.* Et ratio est, quia hi Prælati habent præeminentiam cum administratione, & iurisdictionem in vtroque foro in suo monasterio. Idem est expresse decisum *Clem.1. de rescriptis*, vbi deciditur, Priorem conuentualem esse capacem huius

huius delegationis, secus de Priori claustrali. Cuius rationem reddidi num. 75. quod ille sit caput monasterij, nulli alij subditum, hic autem subsit principali superiori. Atque ita docent Glossa *ea. Clement. 2. verbo per electionem*, & ibi Abbas *num. 6.* Card. *num. 1. opposit. 1. num. 16. quæst. 15.* Anchar. *num. 1.* Imola *num. 21.* Idem Abbas *cap. cum olim, statim in princip. de maiorit. & obedientia. & cap. causam quæ. num. 9. de iudiciis.* Felin. *eo. cap. cum olim. num. 1. & cap. insuper. paulo post principium, de testib. eo.* Franciscus *d. statutum, in principio. num. 4. & cap. nullus. num. 2. de elect. in 6.* vbi Dominicus *num. 6.* Iason *rub. de officio eius. num. penultimo.* Rosella *verbo delegare. num. 11. & verbo religio. 1. num. 5.* Angelus *verbo delegatus. num. 3.* Sylvest. *ibi. quæst. 2. num. 3. & verbo religio. 6. quæst. 11.* Staphylæus *de literis gratiæ. tit. de forma impetrandi. §. pertranseo nunc ad dignitates. à num. 8. vsque ad 11.* Vantius *de nullitatibus*, vbi de nullitate, & defectu iurisdictionis delegatæ. *num. 8.* (habetur *tomo 4. tractat.*) Manuel *qq. reg. tomo 1. quæst. 65. art. 3.* Nec refert, Prælatos hos ad tempus constitui, posseque ad superioris nutum reuocari, quia etiam vicarius generalis Episcopi potest ad nutum eius reuocari; vt expressè habetur *ea. Clem. 2.* atque ita docent Glossa, Cardinalis, Imola, Anchar. proximè allegati, Abbas *eo. cap. causam. num. 9.* Rosella *verbo delegare. num. 11.* Angel. *verbo delegatus. num. 3.* & ibi Sylu. *quæst. 2. num. 3.*

79 Sed specialis difficultas est, an huiusmodi religionum Prælati possint eligi in Iudices conseruatores? Rationem dubitandi nobis offert textus *cap. final. statim in princip. de officio delegati, in 6.* vbi decidit, non posse esse conseruatores nisi Episcopos, vel eorum superiores, aut Abbates, vel dignitates, seu personatus in cathedralibus, vel collegiatis Ecclesiis obtinentes. Sub quibus verbis videntur clarè non comprehendi Prælati religionum, cùm etsi in dignitate constituti sint, non tamen in Ecclesia cathedrali, vel collegiata. At Imola *Clem. 2. num. 30. de rescriptis*, & ibi Bonif. *num. 37.* asserunt posse esse conseruatores, & comprehendi sub habente dignitatem in Ecclesia collegiata; quamuis referant Antoninum tenere contrarium, & in ea sententia iure optimo, quia valde impropriè, ne dicam nullatenus, potest dici monasterium Ecclesia collegiata. At hac difficultate non liberant priuilegia religionis; nam in Societate IESV concessit Gregor. XIII. in Bulla edita anno 1573. quam etiam refert Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 65. art. 3.* vt possint in conseruatores eligere quascumque personas in dignitate constituras, & vicarios generales Episcoporum, & canonicos Ecclesiarum cathedralium, quoque priuilegio gaudent omnes alij Mendicantes, & qui eorum priuilegia participant. Et ita Manuel ibi sustinet, hos Prælatos posse esse Iudices conseruatores, quia sunt verè in dignitate constituti, vt probauimus n. 74.

80 Sed fortasse prædictis obstat *cap. monachis. 1 2. 16. q. 1. & cap. 2. de postulando*, ex quibus textibus probauimus nu. 55. exigi vtilitatem monasterij ad quæcumque officia iudicialia à monacho suscipienda vltra superioris licentiam; & num. 58. probauimus, in superiore religionis non exigi licentiam, exigi tamen, vt eam delegationem acceptare valeat, eam cedere in sui monasterij vtilitatem. Quod si dicas *in Clem. 2. de rescriptis*, decisum esse, superiores monasteriorum posse hac delegatione fungi; & tamen ibi nulla fit mentio vtilitatis monasterij proprij; non obstat id, quia etiam *Clem. religiosus, de procuratoribus*, dicitur non posse esse religiosum procuratorem absque sui superioris licentia. Et tamen suppleri dicitur per *c. 2. de postulando*, dumodo concurrat vtilitas monasterij, vt diximus n. 3. Sic ergo *Clem. illa 2.* tantùm decidit, hos esse capaces ex parte dignitatis requisitæ, non autem decidit id sufficere, vt licitè exerceant. At in contrarium sunt Doctores allegati num. præcedenti, qui absolutè dixerunt eos posse esse huiusmodi delegatos, nec vtilitatis monasterij memnisse; & praxi receptum est, vt hi eligantur in conseruatores ad tuendum aliud monasterium, cùm tamen in eo non videatur verti vtilitas proprij. Potest ergo dici, satis verti vtilitatem monasterij; si enim omnes hi Prælati possint esse delegati Pontificis, & conseruatores, maxima erit vtilitas omnium monasteriorum, cùm possim indigeant omnia monasteria electione Iudicis conseruantis: & hi religiosi ita electi meliùs causis monasteriorum prospicient, & faciliùs expedientur negotia; sæpe enim in eo oppido non erit Ecclesia cathedralis, sed valde distabit, vt eligantur eius canonici, aut aliæ eius dignitates in conseruatores, & sæpe litigium erit cum ipsa Ecclesia, vel eius Episcopo, & non admittere audebunt delegationem. Atque proinde iure optimo Doctores prædicti nō meminēte huius vtilitatis, quasi supponentes hoc in maximam omnium monasteriorum vtilitatem cedere.

81 Rursus est difficultas, an hucusque dicta de potestate exequendi delegationes Pontificis, vel legati, quam diximus habere Prælatos regulares, extendenda quoque sit ad Guardianos, & reliquos superiores ordinis Minorum? Doctores extendunt prædicta, vt possint quoque hi superiores esse Iudices delegati ad exequendas literas Pontificis, aut eius legati, sicut possunt esse superiores aliarum religionum. Sic Dominicus *cap. nullus. nu. 6. de electione, in 6.* & ibi Francus *num. 2. & cap. statutum, in principio. num. 4. de rescriptis, eodem lib.* Felinus *cap. cum olim. num. 1. de maioritate, & obedientia.* Iason *rub. de officio eius. num. penult.* Angelus *verbo delegatus. num. 3.* & ibi Sylu. *quæst. 2. num. 3. & verbo religio. 6. quæst. 11.* Rosella *verbo religio. 1. num. 5. & verbo delegare. num. 11.* Staphylæus *de literis gratiæ. tit. de forma impetrandi. §. pertranseo nunc ad dignitates. à num. 8. vsque ad 11.* Fulvius Pacianus *consil. 162. num. 165. tomo 1.* Vantius *de nullitatibus*, vbi de nullitate ex defectu iurisdictionis delegatæ. *nu. 8.* (habetur *tom. 4. tractat.*) Mannel *tom. 1. quæst. regular. quæst. 65. art. 4. ad fin.* dicit multos expositores regulæ D. Francisci id asserere, quamuis ipse in cōtrariam partem inclinet, non audens eam affirmare, propter authoritatem contrarium asserentium. Ducitūrque, quia etsi hi sint in dignitate constituti, repugnat hoc munus eorum instituto, iuxta ea quæ dixi num. 64. & concludit in fine illius articuli, in quadam sui ordinis constitutione generali interdictum illis esse has delegationes, & conseruatorias acceptare. Et ego quidem seclusa ea constitutione idem assererem, nempe, eis non licere, nisi in contrariam partem authoritas tot Doctorum me traheret. At constitutio illa difficultatem dirimit. Quare dicendum est nullo modo licere.

Similiter id non licet superioribus Societatis IESV absque licentia Generalis, iuxta ea quæ diximus nu. 67. vbi retulimus constitutionem interdicentem nostris acceptare absque licentia Generalis officium executoris testamenti, & quæcumque alia, quæ puritati nostri instituti non conueniunt, atque aliis causa offensionis esse possent.

Tandem difficultas est, an religiosi canonici Ecclesiæ cathedralis regularis sint capaces, vt sint delegati ad exequendas literas Pontificis, vel eius legati, quæ à personis in dignitate constitutis, vel canonicis Ecclesiæ cathedralis sunt necessariò exequendæ, iuxta *cap. statutum, in princip. de rescriptis, in 6.* Id negant Archidiaconus *ibi. num. 1. fine.* Ioan. And. *statim in principio.* Anchar. *num. 4. quæst. 2.* Francus *in principio. num. 5.* & ibi Dominicus *num. 3.* Felinus alios allegans, & latissimè probans *cap. causam quæ. num. 4. de iudic.* Sed meliùs Abbas *dicto cap. causam quæ. num. 9. de iudiciis*, affirmat, quia sicut appellatione habentium dignitates venunt in eo textu Prælati regulares, vt probauimus num. 70. ita appellatione canonicorum Ecclesiæ cathedralis debent venire monachi Ecclesiæ cathedralis regularis, qui dicuntur canonicinte ratione religionis debet esse eorum conditio deterior; eo vel maximè quod non tractetur de odio; immò potiùs de fauore, vt faciliùs mandata Pontificia

tificia executioni mandentur. Sed quid si monachus ex legitima dispensatione sit canonicus Ecclesiæ cathedralis secularis? Felinus *eo. cap. causam quæ. num. 5.* & Rimialdus iunior *eo. num. 69.* negant posse esse delegatum. Ducuntur, quia impediretur vita contemplatiua monachi eo officio. Rursus cùm dispensatio sit stricti iuris, non extenditur nisi ad necessario connexa. Sed iure optimo hoc reprobat, dicens posse esse, Gambata *de auth. delegata à latere. lib. 8. cap. vltimo. à num. 31. vsque ad 34.* Quia esse religiosum, non est impedimentum ad hanc delegationem exercendam, quasi religiosis sit hoc interdictum, aliàs nequirent superiores religionis id munus exercere. Et ideo non est opus speciali dispensatione, aut dispensationis extensione ad hoc munus obeundum. Sed ideo simplex religiosus nequit esse huiusmodi delegatus, quod non habeat dignitatem petitam ad id munus; quare posita legitima dispensationis canonicatus dignitate sufficienti ad hoc, sit eo ipso capax huius delegationis.

SVMMARIVM.

Quid sit officium assessoris, & an habeat iurisdictionem aliquam, vel ipse ferat sententiam? n. 84.

An religiosus possit esse assessor Iudicis, & requiratur ad id vtilitas monasterij, & licentia? n. 85.

Quid de Franciscanis, & religiosis Societatis IESV? n. 86.

An valeant gesta religiosi assessoris absque legitima licentia? n. 87.

An possit religiosus esse vicarius Episcopi, & ibi remissiuè, an coadiutor Episcopi, aut beneficiarij? n. 88.

An ad hoc exigatur licentia Abbatis? n. 89.

Quis sit Prælatus, à quo obtinenda est hac licentia? referuntur varia sententia. n. 90.

Explicatur sententia authoris. n. 91.

An exigatur vtilitas monasterij? n. 92.

An fratres mendicantes possint esse vicarij Episcopi? n. 93.

Quid de fratribus Minoribus? n. 94.

Quid de religiosis Societatis IESV? n. 95.

An teneant gesta per religiosum constitutum vicarium absque licentia superioris legitima: referuntur quædam sententia. n. 96.

Explicatur sententia authoris. n. 97.

An religiosus possit esse cubicularius Episcopi, vel alterius Principis? n. 98.

An exigatur ad hoc licentia Prælati, sint religiosus sit exemptus, sint non? n. 99.

An religiosi possint esse testes iudiciales, aut in instrumento, vel testamento? n. 100.

Et quid de Franciscanis? n. 101.

An idem sit, si in testamento aliquid relinquatur monasterio, aliue religiosi testificantis? n. 102.

An exigatur superioris licentia ad testificandum in iudicio? n. 103.

Quid de religiosis Societatis IESV? n. 104.

An exigatur licentia superioris, vt religiosus sit testis in aliquo instrumento, aut testamento? refertur quædam sententia. n. 105.

Sententia authoris. n. 106.

An testimonium religiosi testificantis in iudicio sine licentia superioris, valeat? refertur quædam sententia. n. 107.

Sententia authoris. n. 108.

Quid si religiosus ille spante deponat? n. 109.

Quid si pars defectum licentia ad testificandum opposuisset n. 110.

84 Vltimò videndum est, an religiosi possint esse assessores Iudicis, aut vicarij, & cubicularij Episcoporum, & testes. Et præmittendum est, quis dicatur assessor. Azor *summa. tit. de assessoribus. num. 1.* sic definit; Assessor est, qui ab eo, cui data est iudicandi potestas, rogatur, vt sibi in cognitione causæ assideat, vt cum debito fine causam decidere instruat. Et assessor quidem non habet aliquam iurisdictionem; vnde non ipsi, sed potestate referunt sententiam. Sic Glossa *l. 1. fin. ff. de officio assessorum*, & ibi Bart. *num. 3.* Iason *num. 16.* Gregor. Lopez *p. 3. tit. 21. in summa, verbo consejero.*

85 Prima conclusio sit. Religiosus potest esse assessor Iudicis ex Prælati licentia. Sic docet Lambertinus *de iure patronatus. lib. 2. p. 1. quæst. 4. art. 7. num. 1.* Sed an requiratur vtilitas monasterij; videtur non requiri, quia verè non est Iudex, nec ipse sententiam ferit, vt dixi num. præced. Sed credo requiri quoque vtilitatem monasterij, quia is actus ad sententiam iudicialem pertinet, & assessor eam ordinat, illique subscribit, licet non tanquam Iudex eam ferens, sed tanquam assessor, & consultor. At *cap. monachis. 2. 16. quæst. 1. & cap. 2. de postuland.* ad munera iudicialia exigitur licentia Abbatis, & vtilitas monasterij.

86 Fratres autem Franciscanos existimo non posse esse assessores, etiam de licentia superioris, ob ea quæ dixi num. 55. Nec religiosi Societatis IESV poterunt eo munere fungi absque licentia Generalis, ob ea quæ dixi num. 66. & 67.

87 Si tamen religiosus eo munere fungeretur sine licentia superioris, credo valere sententiam, quod non feratur ab ipso religioso, sed se habeat in illa tanquam consultor, vt dixi num. 84.

88 Secunda conclusio. Potest religiosus esse vicarius Episcopi, quia nullibi id interdicitur. Atque ita tradunt Abbas *cap. finali. num. 4. de clericis egrotis.* Card. *Clementi. 2. num. 17. quæst. 16. de rescriptis*, & ibi Imola *num. 25.* Anchar. *num. 9.* Rebuffus *prævi beneficiorum. tit. de vicariis Episcoporum. num. 30.* Nauar. *comm. 2. de regul. ad finem, vers. addo 15. & comm. 4. num. 15. versic. 9. & lib. 3. consil. 2. de regular. in 1. editione. cons. 65. num. 3. in 2. consil. 74. num. 3.* Mandosius *de signatura grat. verbo licentia. vers. monach. licentia.* Anton. Cueus *lib. 2. instit. maior. tit. 8. num. 58.* Manuel *qq. regular. tomo 3. quæst. 76. art. vlt.* Emmanuel Sà *summa. verbo religio. num. 60.* Azor *tomo 2. instit. moralium. lib. 5. cap. 43. quæst. 10.* & alij, quos refert, & sequitur Sbrozius *de vicario Episcopi. lib. 1. quæst. 38. num. 4.* qui *num. 11.* aliis relatis, dicit idem dicendum esse de vicario Capituli sede vacante, vel locum tenente vicarij, excipi tamen religiosos ordinum mendicantium, qui esse nequeunt vicarij Episcoporum. *Clem. 1. §. ad Priorates, de regularibus*, quia est contra professionem illorum. *Clem. in plerisque, de electione*, & docent Cardinalis Alexandrinus *cap. si quis, in fin. dist. 58.* Rebuffus *eodem titulo de vicariis Episcoporum. num. 12.* Azor *eadem quæst. 10.* Sed hanc limitationem non admitto. Quia *d. Clem. in plerisque*, nullatenus agit de mendicantibus, nec ipsis hoc interdicit. *Clem.* tamen *1. §. ad Prior. utr. de regularibus*, solùm hoc interdicit mendicantibus, qui ad non mendicantes transferunt; quare potuit supponitur nō transeuntes posse esse vicarios Episcopi. Hoc etiam confirmabit, quod dicemus infrà tractatu sequenti, dum sermo fuerit de capacitate religiosorum ad beneficia; vbi etiam explicabitur, an religiosus possit esse coadiutor Episcopi, aut beneficiarij.

89 Quidam hoc extendunt, quamuis non interueniat licentia sui Abbatis. Sic Cardinalis Alexand. quem refert, & sequitur Antonius Cucus num. præced. allegatus. Sed id nullo modo credo, & ideo iure optimo exigi licentiam Prælati; tradunt Cardinalis, Imola, Rebuffus, Manuel, Emmanuel Sà, Azor, num. præced. allegati, & multi alij, quos refert, & sequitur Sbrozius *eadem q. 38. num. 10.* quia monachus non habet velle, aut nolle, *cap. 2. de reliqua. in 6.* Insuper *cap. monachis. 2. 16. quæst. 1. & cap. 2. de postuland.* interdicitur monachis quodcumque officium ad iudicia pertinens absque licentia Prælati, vt explicui *n. 55.* At vicarius Episcopi est huiusmodi; idque hodie cōstat ex Trident. *sess. 25. c. 4. de regularib.* vbi interdicitur regulares absque superioris licentia, non obstanti quocumque priuilegio, subdi obsequio alicuius

Prælati,

Prælati, Principis, vel communitatis, aut Vniuersitatis, præterea prædicationis, vel lectionis, aut cuiuscumque pij operis. At prior sententia erit tantùm vera, quando religiosus non esset exemptus; tunc enim cùm subsit Episcopo, non est necessaria licentia Abbatis, sed ab Episcopo tanquam superiori poterit ad id officium assumi. Et ita bene limitauit Nauarrus *comm. 2. de regularibus ad fin. vers. addo* 15. dicens exigi licentiam Abbatis, si religiosus sit exemptus.

90 Sed difficultas est, quis sit Prælatus hic à quo obtinenda est hæc licentia. Manuel allegatus num. 88. relato Mandosio, quem eodem num. 88. allegaui, ait hunc Prælatum esse solum Generalem, aut Prouincialem. Sed Mandosius id non explicat; sed tantùm ait, non sat esse licentiam Episcopi, & Abbatis: ducitque, quia religioso interdicitur officium procuratoris exercere *Clem. religiosus. de prouenat.* Alij dicunt, si monachus nō sit exemptus, exigi licentiam Abbatis, & Episcopi simul. Quod si discordent, dicunt præferendum Abbatem, ipsique potiùs obediendum. Sic Cardinal. *Clem. 2. num. 17. q. 16. de rescriptis*, Sbrozius *lib. 1. de vicario Episcopi q. 58. nu. 11.* & 12. & consentit Imola *in Clem. 2. num. 25.* dicens non sat esse licentiam Episcopi, si discordet Abbas; quamuis non explicet, an loquatur, quando monachus non est exemptus.

91 Sed dicendum est, sufficere licentiā immediati Prælati conuentus; quod aperte colligitur ex reliquis authoribus citatis num. 89. quia absolutè dicunt, exigi licentiam Prælati. At Prælatus immediatus est verè Prælatus. Præterea, quia vt religiosus possit fungi officio procuratoris, aduocati, arbitri, quæ ipsi iure interdicuntur, sufficit licentia immediatorum Prælatorum, vt probauimus num. 8. & num. 56. & ideo dixi num. 18. & numero 58. posse immediatos Prælatos absque licentia ea munera obire. Quod si monachus esset exemptus, nullo modo exigeretur, nec sufficeret licentia Episcopi, quia exemptorum Episcopus non est superior. Si autem monachus non esset exemptus, sufficeret licentia, vel solius immediati Prælati, vel solius Episcopi, quia vterque est legitimus eius superior; & vtroque discordante, potiùs Episcopo obediendum esset tanquam superiori vtriusque, vt agentes de officio cubicularij Episcopi dicemus infrà num. 99.

92 Maior difficultas est, an exigatur quoque vtilitas monasterij? nam *cap. 1. monachis. al. 2. 16. q. 1.* & *cap. 2. de postuland.* ad quæcumque officia iudicialia exigunt licentiam Prælati, & vtilitatem monasterij, vt probauimus num. 3. & ita censeo dicendum. At satis verritur vtilitas monasterij inseruiendo Episcopo; & ideo alia vtilitas non requiritur, vt agentes de officio cubicularij Episcopi dicemus num. 98.

93 Sed prædictam conclusionem limitant quidam, vt intelligatur de religiosis non mendicantibus; mendicantes autem dicunt non posse esse vicarios Episcopi de licentia superioris, & probant *Clem. 1. §. ad Priorates, de regularibus.* Atque ita docent Imola *cap. finali. num. 8. de clerico ægro.* Rebuffus *praxi beneficiorum. tit. de vicariis Episcoporum. nu. 32.* Antonius Cucus *lib. 2. instit. maior. tit. 8 num. 56.* Manuel *99. regul. tom. 3. quæst. 76. art. vltimo*, & alij, quos refert, & sequitur Sbrozius *de vicario Episcopi. lib. 1. quæst. 40. per totam.* Cæterùm hæc limitatio intelligenda est iuxta textum pro illa allegatum, qui quidem textus nō de mendicantibus vniuersaliter loquitur, sed de solis mendicantibus transeuntibus etiam de licentia Pontificis ad aliam religionem; illis enim interdicuntur vicariatus Episcopi, & alia officia, vt dixi num. 88. fine. Quare optimè dixit Nauar. *comm. 2. de regular. num. 15. vers. 9.* hos quoque translatos posse esse vicarios Episcopi, nisi obstaret decisio illius Clementinæ. Quare mendicantes, demptis Minoribus (de quibus num. sequente) nō translati, sed in sua religione perseuerantes, nullo iure arcentur ab officio vicarij Episcopi obeundo de licentia suorum superiorum.

Fratres autem Minores nullo pacto possunt esse vicarij Episcoporum, ob rationem, quam tradidimus n. 86. 94
& bene probat alios allegans Sbrozius *de vicario Episcopi. lib. 1. quæst. 38. num. 5.*

Religiosi autem Societatis I E S V non possunt ad id officium assumi, nisi de licentia Prælati Generalis, ob rationem quam tradidi eo num. 86. 95

Tandem contra hanc conclusionem difficultas est, an si religiosus constituatur vicarius Episcopi absque licentia legitima superioris, teneant facta quæ gesserit. 96
Hanc quæstionem disputat Sbrozius *de vicario Episcopi. lib. 1. quæst. 39.* & refert sententiam, quæ videtur tenere, gesta esse irritata ipse *à num. 4.* aliis relatis dicit veriorem esse sententiam, gesta valere. Ducitur, quod præsumatur cum legitima licentia electus ab Episcopo. Quare propter hunc communem errorem, & publicam vtilitatem, gesta valebunt, iuxta *l. Barbarius. ff. de officio Prætoris.*

Cæterùm hæc ratio tantùm probat hanc partem, 97
quando adesset communis error cum eo titulo præsumpto, in quo euentu dubitandum non est, quin gesta valeant: verùm non soluitur difficultas, quæ petit, an ex natura rei valeant gesta, secluso eo communi errore, ac proinde sit ille verus vicarius: Quia in re credo non esse vicarium verum, & ita gesta nō tenere, secluso eo communi errore; quod quidem probatur ea ratione, qua num. 69. probauimus, si absque licentia eligeretur arbiter, arbitrium fore nullum; & Doctores ibi allegati tenentes eam partem, à fortiori tenebunt hanc.

Tertia conclusio. Religiosus potest esse cubicularius Episcopi ex licentia sui Prælati. Constat ex Synodo Generali. cap. 2. & refertur *cap. cum pastoralis. 2. q. 1.* 98
quia, vt tradit Abbas *cap. cum. 1. & a fin.* relato Hostiensi, non sit absque monasterij vtilitate, cùm negotia monasterij facilius promoueantur. Atque ita docent Abbas *ibi. & c. quanto. n. 1. de officio ordinarij.* Bald. *rub. de maiorit. & obedient. num. 3.* Felinus *eo. cap. cum. 1. & a fine.* Decius *eo. in præsentia, nouæ editionis. n. 75. de iudiciis.* Roman. *in antiqua editione, singulari 500. in noua, singulari 506.* Nauar. *com. 4. de regular. n. 15. vers. 9.* Greg. Lopez *l. 59. fine. tit. 1. p. 2.* Et similiter potest esse cum licentia Abbatis cubicularius alicuius magni Principis, vt tradunt Abbas, & Decius *ibi*, quod hoc in magnam monasterij vtilitatem cedat.

Hoc tamen intelligendum est, quando religiosus esset exemptus, nam si exemptus non esset, nulla esset necessaria Abbatis licentia, vt religiosus assumeretur ab Episcopo in suum cubicularium, cùm Episcopus sit legitimus superior. Et sic docent Glossa *eo. cap. cum pastoralis. verb. aut quidam de religioso exempto.* Greg. Lopez num. 99
præced. allegatus: atque ita intelligendi sunt Baldus, & Felinus ibidem relati, dum dicunt nequire Episcopum inuito Abbate; quippe exemptorum non est superior Episcopus. Et eodem modo intelligendi sunt Dominicus *cap. si religiosus, in fine princip. de elect. in 6.* & ibi Francus *num. 3. fin.* dum aiunt, posse hoc Episcopum inuito Abbate; intelligendi enim sunt, quando monasterium non est exemptum.

Quarta conclusio. Religiosi possunt esse testes, tam iudiciales, quàm cuiuscumque instrumenti; & quamuis testamentum condere nequeant, possunt tamen esse testamenti testes. Quod quidem probatur ex *cap. nuper. de testibus. & auth. de monachis. §. cæterum.* 1. atque ita docent Iason *auth. ingressi. num. 20. C. de sacrosanct. Eccles.* Angelus de Aretio *institut. de testamentis. §. sed neque habet. num. vnico.* Ros. verbo *testam. 1. num. 13.* Sylvest. *verbo testamentum. 1. quæst. 5. dicto 1.* Armilla *verbo testamentum. num. 8.* Gregor. Lopez *l. 9. verbo, ni les fieras. tit. 1. p. 6.* Aretinus *cons. 159. num. 20. initio.* & multi alij, quos referunt, & sequuntur Burgos de Paz *l. 3. Tauri. p. 1. num. 406.* Farinacius *tract. de testibus. quæst. 61. num. 126.* Mandosius *de priuilegiis ad instar. glossa 7. num. 7. & 8.* Iulius Clar.

Clar. *lib. 3. receptarum. §. testamentum. quæst. 55. num. 7.* Tapia *auth. ingressi. §. ideòque nec de his. cap. 1. num. 65. C. de sacrosanct. Eccles.* Tello Hernandez *l. 5. Tauri. p. 2. num. 17.* & Mol. *de iustitia. tomo 1. disput. 127. §. verum autem validum sit testamentum.*

101 Quod quidem verum est, etiamsi fratres Franciscani sint; non enim eis interdicitur, nec degenerare est ab instituto suo, testes esse, etiam testamenti, cùm pecuniam non contrectent, nec quid iudiciale exerceant. Atque ita loquentes de testamento, docent Bart. *l. in tantum. 3. num. 1. ff. de rerum diuisione.* Iason, & Farinacius relati num. præced. vbi alios allegāt, & Iulius Clar. Molina, & Tello Hernandez, ibidem quoque relati id tradunt de omnibus mendicantibus. Et generaliter Franciscanos posse esse testes, docent Abbas *cap. cum nuntius. num. 4. de testibus, & attesta.* Iason *auth. ingressi. num. 20. C. de sacrosanct. Eccles.* Angelus *verbo testis. num. 3.* & ibi Sylu. *quæst. 1. dicto 1.* Albericus de maletis *de testibus. p. 1. cap. 5. num. 28. & 29.* habetur *tomo 4. tract.* Mascardus alios allegans *de probat. tit. 1. cap. 3. num. 12.* Farinacius alios referens *tract. de testibus. quæst. 60. num. 466.* & Anton. Faber *num. 1.* adducendus à nobis num. 103.

102 Præterea illud verum est, etiamsi in testamento illo aliquid relinquatur monasterio religiosi, qui illius testis scribitur. Atque ita docēt Angelus de Aretio, Rosella, Sylu. Armilla, Mandosius, allegati. num. 100. Decius, Baldus, Felinus, & alij, quos referi, & sequitur Farinacius *tract. de testibus. quæst. 60. num. 468.* Et ratio est, quia quando aliquid non est ad speciale singulorū commodum, sed Vniuersitatis, vel Collegij, potest quilibet ex ea Vniuersitate in ea causa testificari, quia id quod in communitatis vtilitatem, & non singulorum immediatam vergit, non dicitur singulorum proprium. Et ita pars illius communitatis in ea causa testificans, non dicitur in propria causa testificari, vt optimè docent Bart. *l. in tantum. 3. num. 1. ff. de rerum diuisione*, & multi alij, quos refert, & sequitur Farinacius *ea. quæst. 60. numero 463.* & adhibet exemplum Bartol. Si Ecclesiæ fratrum Minorum aliquid relinquatur, & de valore testamenti controuersia oriatur, potest religiosus illius conuentus testis esse; secus si legatum esset, vt cuius monacho vestes conficerentur. Quod in priori casu sit solius communitatis vtilitas, in posteriori verò sit singulorum.

103 Sed duplex oritur difficultas. Prior est, an exigatur superioris licentia, vt religiosus testificetur? Et quidem, vt religiosus sit testis iudiciarius, id est, vt tanquam testis in iudicio deponat, certum est exigi superioris licentiam, quia Iudex ille petiturus iuramentum tāquam à teste, non est proprius religiosi Iudex, atque ita exactus ab illo testificari non potest, nec se sponte illi subjicere ad testificandum absque superioris licentia. Atque ita docent Speculator *tit. de teste. §. 1. num. 36.* Faber *institut. de testamentis. §. testes. num. 3.* Abbas *cap. cum nuntius. num. 4. de test. bus, & attestat.* & ibi Felinus *num. 3.* Iason *auth. ingressi. num. 19. C. de sacrosanct. Eccles.* Angelus *verbo testis. num. 1.* & ibi Sylvest. *quæst. 1. dicto 1.* Albericus de maletis *de testibus. p. 1. cap. 5. num. 28. & 29.* habetur *tomo 4. tract.* Campeg. *de testibus. regul. 94.* habetur *eodem tomo.* Nellus à Geminiano *de testibus. 1. p. num. 22.* habetur *eodem tomo.* Mascard. alios allegans *de probat. tit. 2. cap. 5. num. 12.* Antonius Faber *in definitionibus forensibus Senatus Sabaudiæ. tomo 1. lib. 4. tit. 15. de testibus. definitione 10. num. 2.* Quod temperant Angelus, & Sylvest. *ibi*, quando religiosus est depositurus coram seculari Iudice. Cæterùm hæc limitatio vera est in religiosis non exemptis, qui vt coram Episcopo testificentur, nulla indigent licentia, vtpote qui sunt illi subiecti, & similiter ea non indigent, quando Iudex ille ecclesiasticus esset religiosorum superior. Cæterùm quando religiosi ab eius iurisdictione exempti sunt, indigent licentia, vt coram eo testificentur, vtpote qui testificando coram eo subduntur Iudici non suo, qui tanquam Iudex eam testificationem iureiurando firmatam petit.

Atque etiam religiosi Societatis I E S V possunt testificari de licentia suorum superiorum; interdicitur autem superioribus eorum eam licentiam concedere, nisi in causis alioqui piis, & quæ sic vni faueant, vt non in alterius detrimentum cedant, vt habetur *in constitutionibus. p. 6. cap. 3.* & vt ibi dicitur *in declarationibus. litera E.* si concessa hac facultate ad testificandum in causa ciuili occurreret articulus criminalis, vel infamatorius, non debent ij religiosi in eo testificari, nec ad hoc superior aliquis facultatem concedere debet. 104

Sed difficultatis punctus eò pertinet, an vt religiosi sint testes instrumentarij, id est, vt scribantur testes in aliquo instrumento, opus sit licētia superioris? Ea enim opus esse, vt scribantur testes in aliquo testamento, tradunt Faber *institut. de testam. §. testes. num. 3.* Mascard. *de probat. tit. 1. conclusione 260. num. 1.* & 4. Farinacius *tract. de testibus. quæst. 61. num. 150.* Angelus de Aretio *cons. 135. col. 1.* Ioannes de amicis *consil. 137. num. 22.* Et potest probari, quia id interdicitur *cap. finali. 14. quæst. 1.* quod est ex Eugenio II. vbi de Sacerdotibus loquens ait, *quanquam sacerdotum testimonium credibilius habeatur, tamen ipsi in secularibus negotiis pro testimonio, aut conficiendis instrumentis non regentur, quia eos in talibus rebus esse non conuenit.* 105

Cæterùm multo verius est, nullam exigi superioris licentiam, vt monachus testis instrumentarius sit, sed tantùm vt sit testis iudiciarius, quia nullibi id interdicitur, nec id est alicui iurisdictioni alienæ se submittere. Et ita tenent Paulus, Socinus, Siluanus, Guido Papæ, Cardinalis, Parisius, quos refert, & sequitur Burgos de Paz *l. 3. Tauri. p. 1. num. 407.* & 408. Gregor. Lopez *l. 9. verbo ni les fieras. tit. 1. p. 6.* Horosius *l. summa. ita que. num. 5. ff. de statu hominum*, & alij, quos refert Farinacius *tract. de testibus. quæst. 61. num. 128.* Atque idem intelligo de religioso Societatis I E S V, quia hoc nō reperio specialiter in constitutionibus prohibitum; atque ita standum est iure communi. 106

Posterior difficultas est, an si religiosus testificetur absque superioris licentia coram Iudice seculari, vel alio non suo, valeat eius testimonium? Quidam dicunt testimonium non valere. Sic Angelus de Aretio *institut. de iure personarum, in rub. num. 7.* Angelus de Clauasio *summa. verbo testis. num. 4.* explicans, siue sponte deponat, siue coactus; & Felinus *cap. cum nuntius. num. 5. de testibus, & attestat.* ait difficile seruari opinionem contrariam. 107

Sed verius est, id testimonium valere, quia nullibi irritatur, & potiùs interpretanda est res, vt valeat, quàm vt pereat. *c. Abbate de verborum significat.* Atque ita docēt Abbas *cap. cum nuntius. num. 4. de testibus, & attestat.* Bartholomæus Socinus *cons. 17. num. 16. vol. 1.* Molina citatus num. 100. Sylvest. *verbo testis. quæst. 1. dicto 1.* Rolandus *cons. 24. à num. 77. vsque ad 81. vol. 1.* & quamuis in principio de clericis secularibus loquuntur *num. 81.* loquitur etiam de religiosis. Burgos de Paz *l. 1. Tauri. p. 1. num. 407.* Mascardus *de probat. tit. 1. cap. 2 0. num. 12.* Farinacius alios referens *tract. de testibus. quæst. 61. n. 124.* Fulvius Pacianus *cons. 162. num. 75. vol. 1.* citans Abbatem *cap. 1. num. 17. vers. concludit tamen de iurament. casu.* Ita Guido Pap. *decis. 517. verum religios. col. 2.* 108

Quidam temperant, si religiosus ille sponte deponat, secus si coactus. Sic Angelus de Aretio *auth. de testibus. §. si verò liberum*, Roland. & Mascardus num. præced. allegati. Cæterùm melius reliqui Doctores indistinctè loquuntur, quod cogi ad testificandum nil referat ad testimonij valorem, sed id pertineat ad peccatum cogentis absque legitima iurisdictione. 109

Alij temperant, nisi pars defectum licentiæ ad testificandum opposuisset, & adhuc admitteretur; tunc enim non valeret testimonium. Sic Bartholomæus Socinus cons. 17. 110

cap.17. num. 6. vol.1. & placet limitatio, quia idem diximus de religioso executore testamenti, cui hoc opponitur suprà cap.11.num.46.

CAPVT XIV.

De aliis rebus extraiudicialibus religioso interdictis.

SVMMARIVM.

Religiosus nequit eligere sepulturam: & quando factum tempore inhabilis, relatum ad tempus habile non valeat n.1.
An si religiosus moriatur extra monasterium, possit eligere sepulturam? refertur quædam sententia n.2.
Sententia authoris. n.3.
Quid si moriatur non electa sepultura, & ibi sit aliud monasterium sui ordinis? n.4.
An monasterium teneatur expensas funeris soluere? & quid si habeat beneficium ibi? n.5.
An Abbas possit pro religioso eligere sepulturam? n.6.
An ipse Prælatus religiosus possit sibi eligere sepulturam? numero 7.
Quid si Prælatus eligeret sepulturam, & postea decederet finito prælatura? n.8.
Quid de monacho, qui præest Prioratui manuali? n.9.
An nouitius possit eligere sepulturam? n.10.
Quid si nouitius moriatur absque sepultura electione? vbi, quid si nouitius ille esset in proposito redeundi ad seculum? n.11.
Quibus expensis sepeliendi sint nouitij. n.12.
An teneatur monasterium expensas ab alio factas in funere nouitij soluere? n.13.
Quid dicendum si nouitius ille patrimonio careat, cùm tamen parentes eius sint diuites? n.14.
Post n.14. nouities alia summaria.

1 PRIMÒ interdicitur religiosis eligere sepulturam, vt constat ex *cap. final. de sepulturis in 6.* ibi: *religiosi, nisi à propriis monasteriis adeo fortasse sint remoti, quod ad eaciem moriuntur, commodè portari non possint nequeunt (cum velle, vel nolle careant) sibi eligere sepulturam, sed sicut apud sua monasteria tumulandi.* Quare cessat iam opinio Hostiensis, qui *c. de vxore. n.4. de sepulturis*, dixit, religiosum posse eligere sepulturam, quia actus refertur in tempus habile, quo religiosus per mortem eximitur à iugo obedientiæ, ac proinde debet valere, cùm idem sit, aliquid disponi tempore habili, vel inhabili, dummodo effectus conferatur ad tempus habile. *l. quod sponsa. C. de donationibus ante nuptias. l. in tempus. ff. de hæredibus instituendis.* Qua ratione textus *ex. cap. de vxore*, decidit, vxori integrum esse eligere sepulturam, reddens hanc rationem ibi; *cum electio ista ad eum potius statum pertineat, in quo mulier soluitur à lege viri.* Sed respondendum est; quandoque iure aliquid interdicitur, spectato solo effectu, & tunc procedit regula prædicta: quandoque verò prohibetur, spectato etiam initio, & tunc non sufficit, vt conferatur in tempus habile, vt constat ex *l. si mater. ff. de seruis export.* vbi minor viginti annis nequit seruum manumittere, etsi manumissio referatur in tempus, quo ea ætas completa fuerit, quia lex spectauit initium, in quo defectu perfectæ ætatis manumittens carebat maturo consilio. Sic ergo, quamuis religiosus per mortem iugo obedientiæ liberetur, quia tamen tempore vitæ non habet voluntatem, nequit eam declarare, eligendo vbi post mortem sepeliatur, vt constat ex *dicto cap. finali.* Et ita explicant eam regulam Abbas *ex. cap. de vxore. num.4.* Francus *ex. cap. finali. num.1.*

2 Difficultas autem specialis est, an quando religiosus moritur ita remotè à monasterio, vt ad illud commodè portari nequeat, possit ibi eligere sepulturam? Quidam negat, tum quia ratio textus, nempe, religiosum carere velle, & nolle, ita procedit in hoc casu, ac quãdo moritur in monasterio. Nec obstat textus *d. cap. final.* qui à contrario sensu videtur permittere hic electionem in hoc casu, quia id non permittit, sed solùm, vt non sepeliatur tunc in monasterio: atque ideo in illo textu duplex ponitur regula; prior negatiua, nempe, ne monachus possit eligere sepulturam, à qua nihil excipitur: posterior affirmatiua, nempe, vt religiosus in suo monasterio sepeliatur, à qua excipitur, quando commodè ad suum monasterium portari nequit. Atque ita clarè docere videtur Innocen. *cap. nimis iniqua. numero 2. de excessibus Prælatorum*, vbi cùm textus supponat religiosos morientes extra monasterium iustè eligere sepulturam, ait esse peculiare priuilegium Minorum, & Prædicatorum, & tenent Francus *ex. cap. finali. num.5.* & ibi Dominicus *num.4.*

3 Cæterùm verius est posse tunc eligere sepulturam, quia intellectus contrariæ sententiæ torquet nimis textum, qui priori regulæ negatiuæ, ne monachis liceat eligere sepulturam, adiecit exceptionem illam, nisi longè à monasterio moriantur. Atque idem supponit *cap. nimis iniqua. num.2. de excessibus Prælatorum*, vbi tanquam iniquam arguit consuetudinem clericorum, qui religiosorum decedentium extra sua monasteria electo sepulchro corpora ad sua monasteria deferri cogunt. Neque est verum hoc esse peculiare fratrum Minorum, & Prædicatorum priuilegium, tum quia de tali priuilegio nullibi constaretur etiam, quia textus indistinctè loquitur. Atque ita docent Glossa *ex. cap. final. fine*, & ibi Monachus *fine.* Archid. *num. vnico. vers. eligere.* Anchar. *ad finem.* Abbas *cap. 1. num. 2. de sepulturis*, & melius *dicto cap. nimis. num.2.* Rosella *verbo sepult. 1. num.1.* Ang. *verbo sepultura. num.6.* & ibi Sylvest. *quæst.6.* Tabiena *q.4. num.5.* Armilla *num.6.* Nauar. *comm.1. nu.43. de regular.* Manuel *qq. regul. tomo 3. quæst.60. art.2. vers. aduertendum tamen est.*

4 Quod si moriatur ita remotus à monasterio non electa sepultura, aut tenendo non posse eligere, sepeliendus est in Ecclesia parochiali, in qua decessit, instar secularium in itinere morientium. Atque ita docet Glossa *ex. cap. final.* in casus positione, quam referunt, & sequuntur Dominicus *eadem cap. finali*, & ibi Anchar. *fine.* Francus *num. vltimo.* Abbas *cap. 1. nu. 4. de sepulturis.* Sed quid si ibi sit monasterium aliud sui ordinis? Glossa citata dicit esse communem opinionem, sepeliendum adhuc in Ecclesia parochiali, nisi ibi sit causa perpetuæ residentiæ. Sed hoc non credo; & melius Anton. *cap. 1. num. 9. de sepult.* dicit in monasterio illo sepeliendum.

Tenebiturque monasterium expensas factas in eius monachi sepultura soluere, quia tenebatur suis expensis illum sepelire, sicut qui defunctum sepelit, potest expensas ab hærede petere. *l. si quis. ff. de religiosis, & sumptibus funerum.* Atque ita tenet Petrus de Vualdis, quem refert, & sequitur Manuel *qq. regular. tom. 3. q. 60. art. 3.* Et vterque bene temperat, nisi ille habeat beneficium etiam manuale; tunc enim expensis illius est sepeliendus, vtpote qui curam illius beneficij gerit.

5 Verùm autem possit Abbas pro religioso eligere sepulturam, affirmat Manuel *qq. regular. tom. 3. q. 60. art. 1.* Ducitur, quod pater possit eligere pro filio impubere sepulturam ratione patriæ potestatis: ar per professionem transit religiosus in potestatem Abbatis. Sed iure optimo Petrus de Vualdis per ipsum allegatus, tenet contrarium, quia falsum est fundamentum: non enim pater ratione patriæ potestatis id ius eligendæ sepulturæ pro filio impubere habet, sed ratione consuetudinis, vbi ea legitimè præscripta fuerit. Quare id ius non habetur, vbi talis consuetudo non est, vt expressè habetur *cap. penult. de sepultur. in 6.*

6 Rursus difficultas est, an ipse religionis Prælatus possit sibi eligere sepulturam? Quidam negant, id solùm concedentes supremo religionis Prælato, qui est

Generalis, quod in aliis militet ratio *dicti cap. finalis*, cùm non habeant velle, aut nolle. Sic tradunt Sylvest. *verbo sepultura. quæst.6.* & ibi Armil. *num. 6.* Sed verius est id posse, quod in multis habeat velle, aut nolle, & habeat subditos in sua potestate. Et ita satis innuit Ioannes Andr. *cap. final. fin. de sepulturis, in 6.* dum ait, intelligendum esse eam prohibitionem de religioso claustrali, quasi dicat, de eo, qui est alteri subiectus in monasterio; & tenet, licèt sub aliquali dubio, Abbas *cap. de vxore. num. 5. de sepulturis.* Idem tenent Francus *d. cap. finalis. num. 1.* Rosella *verbo sepultura. 1. num. 1.* Tabiena *verbo sepultura. quæst. 4. n. 5.* Manuel *qq. regular. tomo 3. quæst. 60. art. 1.*

7 Quod si Prælatus hic eligeret sepulturam, & postea decederet finita prælatura, non esset sepeliendus in loco electo, sed in suo monasterio, quia inspicitur tempus mortis ad habilitatem eligendæ sepulturæ discernendam: at tempore mortis non erat ille Abbas. Sic docet Petrus de Vualdis, quem refert, & sequitur Manuel num. præcedenti allegatus.

9 Similiter monachus, qui præest Prioratui manuali, potest sepeliri in monasterio, vel Prioratu illo, iuxta sui Abbatis voluntatem, quia censetur monachus illius monasterij, vel Prioratus, iuxta *cap. 1. de priuilegiis, in 6.* Sic docent Francus *cap. finali. n. 2. de sepultur. in 6.* Manuel num. præcedenti allegatus.

10 Tandem nouitius potest eligere sepulturam, quia *dictum cap. final.* solis religiosis hanc electionem interdicit; nouitius autem non est verè religiosus, maximè in odiosis. Item, quia hi habent velle, & nolle. Atque ita docent Francus *dicto cap. finali. num. 1.* Armilla *verbo sepult. n. 6.* & ibi Tabiena *q. 4. n. 5.*

11 Sed duplex restat circa hos nouitios difficultas. Prior est, vbi sint sepeliendi decedentes absque sepulturæ electione. Quidam dicunt sepeliendos esse in Ecclesia, in qua, si forent seculares, essent sepeliendi, quia non sunt verè religiosi. Sic allegato Archidiacono docent Petrus de Vualdis *de canonic. Episcopali. cap. 9. num. 34.* Angelus *verbo sepultura. num. 16.* Sed quidquid sit de iure communi, obtentum tamen consuetudine est, vt in monasterio sepeliantur. Sic docent Tabiena, & Armilla allegati, Sylvest. *verbo sepultura. quæst. 8. dicto 7.* & idem docet attentis religionis priuilegiis, Manuel *tomo 5. quæst. regular. quæst. 60. art. 2. fine.* Temperat hoc Sylv. nisi nouitius ille esset in proposito redeundi ad seculum, quia cùm tunc elegisset in seculo mori, censetur quoque elegisse sepulturam. Sed non placet limitatio, quia dum ad seculum non rediit, adhuc mansit nouitius. Ergo debet gaudere priuilegiis, & consuetudine inductis in nouitiorum fauorem.

12 Posterior difficultas est, quibus expensis sepeliendi sint nouitij. Videntur enim non monasterij expensis sepeliendi, cùm non sint veri religiosi. Sed dicendum est, si patrimonio careant, esse expensis monasterij eos sepeliendos: quia sunt à monasterio admissi, vt expectantur, & sunt membra illius, & inhumanum esset eos insepultos relinquere. Si verò patrimonium habeant, sunt illius expensis sepeliendi quod non sint veri religiosi, & si tunc monasterium eos sepeliat, repetet expensas ab hærede. Ita docent Petrus de Vualdis *de canonic. Episcopali. cap. 13. num. 3.* Manuel *quæst. regular. tomo 3. quæst. 60. art. 2. vltim.* Quibus addo, seruandam esse consuetudinem, si ea haberet, vt in quocumque casu expensis monasterij sepelirentur.

13 Hinc est, vt si nouitius dissis à monasterio, vbi ex superiorum obedientia erat, moriatur, tenetur monasterij expensas ab aliquo factas in eo funere soluere, quando teneretur, si in monasterio moreretur, quia eadem est ratio; sicut dixi num. 5. de professo moriente extra monasterium.

14 Sed quid dicendum, si nouitius ille patrimonio careat, ac parentes eius superstites sint, ac diuites, an incumbat parentibus soluere eas funeris expensas, quia si in domo parentum moreretur, eorum esset sepelire? Existimo in hoc seruandam esse consuetudinem receptam in ea religione, & secluſa ea consuetudine petendi eas expensas, sepeliendum esse expensis monasterij, quia in eius obsequio, & sub eius obedientia obiit, separatus omnino, licèt reuocabiliter, à cura paterna.

SVMMARIVM.

Religiosis, clericis, & habentibus sufficiens beneficium qualiter interdicitur vsus chirurgiæ; & omnia interdicta clericis in sacris constitutis, censentur interdicta beneficium habentibus. n.15.
An liceat causâ pietatis? n.16.
An liceat his artem chirurgicam absque incisione, & adustione, aut medicam exercere? proponuntur probanda non licere. n.17.
Explicatur sententia authoris, & soluuntur contraria. n.18.
An liceat erga miserabiles, & cognatas personas? n.19.
Quod priuilegium habeat circa hoc Societas IESV. n.20.

15 Secundò interdicitur religiosis, & quibuscumque clericis secularibus in sacris constitutis, vel etiam constitutis in minoribus, si hi sufficiens beneficium ad victum habeant, exercere artem chirurgiæ cum incisione, vel adustione. De clericis constitutis in sacris constat ex *cap. sententiam sanguinis, ne clerici, vel monachi*; de religiosis constat ex *cap. tua nos, de homicidio*; de constitutis in minibus habentibus sufficiens beneficium nullus est textus: at omnia interdicta clericis in sacris constitutis, censentur quoque interdicta habentibus beneficium sufficiens ad victum, vt docet Nauarrus *summa. cap. 25. num. 112. vers. 34.* & *comm. 4. num. 28. de regul.* Atque ita loquentes de omnibus his docent Abbas *ex. cap. sententiam sanguinis. num. 22.* Angelus *verbo medicus. num. 11.* & ibi Sylvest. *quæst. 2.* Armilla *num. 4.* Tabiena *verb. medicina. quæst. 1.* Nauart. *summ. cap. 25. num. 110.* Quare dum Armilla *verb. irregularitas. num. 47.* ait huiusmodi officium interdici quoque clericis in minoribus constitutis, intelligendus est iuxta prædictam doctrinam, quando sufficiens beneficium habent.

16 Quod adeò verum est, vt ne causâ pietatis id liceat, vt bene tradunt Anton. *cap. tua nos. num. 4. de homicidio*, & ibi Abbas *num. 5.* Socinus *num. 3.* quod intellige quando incisio, vel adustio interuenire debet. Si enim hæc non interueniant, licebit aliquando causâ pietatis, sicut de arte medicinæ dicemus num. 19. Atque ita docent Armilla *verbo irregularitas. num. 47.* Nauarrus *summa. cap. 25. num. 110.*

17 Sed difficultas specalis est, an interdictum quoque his omnibus sit artem medicinæ, seu chirurgiæ absque incisione, & adustione exercere? Ratio dubitandi est, quia nullus reperitur textus id prohibens. Secundò, quia *cap. tua nos, de homicid.* definitur, monachum exercentem chirurgiam cum incisione esse irregularem, sequuta inde morte, quamuis debitam adhibuerit diligentiam ad eam vitandam: & redditur ibi ratio, quod deliquerit exercens artem sibi interdictam. Et tamen *cap. ad aures, de aetate, & qualitate*, respondet Clemens III. Colonienſi canonico, cum non fuisse irregularem exercendo medicinam, sequuta inde morte, si diligens ad eam cauendam fuerit. Ergo sentit textus non tribui canonico culpæ exercere artem medicam, aliàs esset quoque irregularis, quamis diligentia apposita. Et ita Card. *ibi. num. 1.* & Couart. *Clement. si furiosus, de homicidio. 2. p. §. num. 3. vers. sic.* & idem colligunt ex eo textu, exercitium huius artis non esse clericis, vel monachis interdictum, atque adeò non imputari illis ad irregularitatem mortem inde absque sua culpa subsequutam, quippe qui rei licitæ operam dent. Atque ita vterque hic author videtur clarè huius sententiæ: & idem

cap.17. num. 6. vol.1. & placet limitatio, quia idem diximus de religioso executore testamenti, cui hoc opponitur suprà cap.11.num.46.

CAPVT XIV.

De aliis rebus extraiudicialibus religioso interdictis.

SVMMARIVM.

Religiosus nequit eligere sepulturam: & quando factum tempore inhabilis, relatum ad tempus habile non valeat n.1.
An si religiosus moriatur extra monasterium, possit eligere sepulturam? refertur quædam sententia n.2.
Sententia authoris. n.3.
Quid si moriatur non electa sepultura, & ibi sit aliud monasterium sui ordinis? n.4.
An monasterium teneatur expensas funeris soluere? & quid si habeat beneficium ibi? n.5.
An Abbas possit pro religioso eligere sepulturam? n.6.
An ipse Prælatus religiosus possit sibi eligere sepulturam? numero 7.
Quid si Prælatus eligeret sepulturam, & postea decederet finito prælatura? n.8.
Quid de monacho, qui præest Prioratui manuali? n.9.
An nouitius possit eligere sepulturam? n.10.
Quid si nouitius moriatur absque sepultura electione? vbi, quid si nouitius ille esset in proposito redeundi ad seculum? n.11.
Quibus expensis sepeliendi sint nouitij. n.12.
An teneatur monasterium expensas ab alio factas in funere nouitij soluere? n.13.
Quid dicendum si nouitius ille patrimonio careat, cùm tamen parentes eius sint diuites? n.14.
Post n.14. nouities alia summaria.

1 PRIMÒ interdicitur religiosis eligere sepulturam, vt constat ex *cap. final. de sepulturis in 6.* ibi: *religiosi, nisi à propriis monasteriis adeo fortasse sint remoti, quod ad eaciem moriuntur, commodè portari non possint nequeunt (cum velle, vel nolle careant) sibi eligere sepulturam, sed sicut apud sua monasteria tumulandi.* Quare cessat iam opinio Hostiensis, qui *c. de vxore. n.4. de sepulturis*, dixit, religiosum posse eligere sepulturam, quia actus refertur in tempus habile, quo religiosus per mortem eximitur à iugo obedientiæ, ac proinde debet valere, cùm idem sit, aliquid disponi tempore habili, vel inhabili, dummodo effectus conferatur ad tempus habile. *l. quod sponsa. C. de donationibus ante nuptias. l. in tempus. ff. de hæredibus instituendis.* Qua ratione textus *ex. cap. de vxore*, decidit, vxori integrum esse eligere sepulturam, reddens hanc rationem ibi; *cum electio ista ad eum potius statum pertineat, in quo mulier soluitur à lege viri.* Sed respondendum est; quandoque iure aliquid interdicitur, spectato solo effectu, & tunc procedit regula prædicta: quandoque verò prohibetur, spectato etiam initio, & tunc non sufficit, vt conferatur in tempus habile, vt constat ex *l. si mater. ff. de seruis export.* vbi minor viginti annis nequit seruum manumittere, etsi manumissio referatur in tempus, quo ea ætas completa fuerit, quia lex spectauit initium, in quo defectu perfectæ ætatis manumittens carebat maturo consilio. Sic ergo, quamuis religiosus per mortem iugo obedientiæ liberetur, quia tamen tempore vitæ non habet voluntatem, nequit eam declarare, eligendo vbi post mortem sepeliatur, vt constat ex *dicto cap. finali.* Et ita explicant eam regulam Abbas *ex. cap. de vxore. num.4.* Francus *ex. cap. finali. num.1.*

2 Difficultas autem specialis est, an quando religiosus moritur ita remotè à monasterio, vt ad illud commodè portari nequeat, possit ibi eligere sepulturam? Quidam negat, tum quia ratio textus, nempe, religiosum carere velle, & nolle, ita procedit in hoc casu, ac quãdo moritur in monasterio. Nec obstat textus *d. cap. final.* qui à contrario sensu videtur permittere hic electionem in hoc casu, quia id non permittit, sed solùm, vt non sepeliatur tunc in monasterio: atque ideo in illo textu duplex ponitur regula; prior negatiua, nempe, ne monachus possit eligere sepulturam, à qua nihil excipitur: posterior affirmatiua, nempe, vt religiosus in suo monasterio sepeliatur, à qua excipitur, quando commodè ad suum monasterium portari nequit. Atque ita clarè docere videtur Innocen. *cap. nimis iniqua. numero 2. de excessibus Prælatorum*, vbi cùm textus supponat religiosos morientes extra monasterium iustè eligere sepulturam, ait esse peculiare priuilegium Minorum, & Prædicatorum, & tenent Francus *ex. cap. finali. num.5.* & ibi Dominicus *num.4.*

3 Cæterùm verius est posse tunc eligere sepulturam, quia intellectus contrariæ sententiæ torquet nimis textum, qui priori regulæ negatiuæ, ne monachis liceat eligere sepulturam, adiecit exceptionem illam, nisi longè à monasterio moriantur. Atque idem supponit *cap. nimis iniqua. num.2. de excessibus Prælatorum*, vbi tanquam iniquam arguit consuetudinem clericorum, qui religiosorum decedentium extra sua monasteria electo sepulchro corpora ad sua monasteria deferri cogunt. Neque est verum hoc esse peculiare fratrum Minorum, & Prædicatorum priuilegium, tum quia de tali priuilegio nullibi constaretur etiam, quia textus indistinctè loquitur. Atque ita docent Glossa *ex. cap. final. fine*, & ibi Monachus *fine.* Archid. *num. vnico. vers. eligere.* Anchar. *ad finem.* Abbas *cap. 1. num. 2. de sepulturis*, & melius *dicto cap. nimis. num.2.* Rosella *verbo sepult. 1. num.1.* Ang. *verbo sepultura. num.6.* & ibi Sylvest. *quæst.6.* Tabiena *q.4. num.5.* Armilla *num.6.* Nauar. *comm.1. nu.43. de regular.* Manuel *qq. regul. tomo 3. quæst.60. art.2. vers. aduertendum tamen est.*

4 Quod si moriatur ita remotus à monasterio non electa sepultura, aut tenendo non posse eligere, sepeliendus est in Ecclesia parochiali, in qua decessit, instar secularium in itinere morientium. Atque ita docet Glossa *ex. cap. final.* in casus positione, quam referunt, & sequuntur Dominicus *eadem cap. finali*, & ibi Anchar. *fine.* Francus *num. vltimo.* Abbas *cap. 1. nu. 4. de sepulturis.* Sed quid si ibi sit monasterium aliud sui ordinis? Glossa citata dicit esse communem opinionem, sepeliendum adhuc in Ecclesia parochiali, nisi ibi sit causa perpetuæ residentiæ. Sed hoc non credo; & melius Anton. *cap. 1. num. 9. de sepult.* dicit in monasterio illo sepeliendum.

Tenebiturque monasterium expensas factas in eius monachi sepultura soluere, quia tenebatur suis expensis illum sepelire, sicut qui defunctum sepelit, potest expensas ab hærede petere. *l. si quis. ff. de religiosis, & sumptibus funerum.* Atque ita tenet Petrus de Vualdis, quem refert, & sequitur Manuel *qq. regular. tom. 3. q. 60. art. 3.* Et vterque bene temperat, nisi ille habeat beneficium etiam manuale; tunc enim expensis illius est sepeliendus, vtpote qui curam illius beneficij gerit.

5 Verùm autem possit Abbas pro religioso eligere sepulturam, affirmat Manuel *qq. regular. tom. 3. q. 60. art. 1.* Ducitur, quod pater possit eligere pro filio impubere sepulturam ratione patriæ potestatis: ar per professionem transit religiosus in potestatem Abbatis. Sed iure optimo Petrus de Vualdis per ipsum allegatus, tenet contrarium, quia falsum est fundamentum: non enim pater ratione patriæ potestatis id ius eligendæ sepulturæ pro filio impubere habet, sed ratione consuetudinis, vbi ea legitimè præscripta fuerit. Quare id ius non habetur, vbi talis consuetudo non est, vt expressè habetur *cap. penult. de sepultur. in 6.*

6 Rursus difficultas est, an ipse religionis Prælatus possit sibi eligere sepulturam? Quidam negant, id solùm concedentes supremo religionis Prælato, qui est

Generalis, quod in aliis militet ratio *dicti cap. finalis*, cùm non habeant velle, aut nolle. Sic tradunt Sylvest. *verbo sepultura. quæst.6.* & ibi Armil. *num. 6.* Sed verius est id posse, quod in multis habeat velle, aut nolle, & habeat subditos in sua potestate. Et ita satis innuit Ioannes Andr. *cap. final. fin. de sepulturis, in 6.* dum ait, intelligendum esse eam prohibitionem de religioso claustrali, quasi dicat, de eo, qui est alteri subiectus in monasterio; & tenet, licèt sub aliquali dubio, Abbas *cap. de vxore. num. 5. de sepulturis.* Idem tenent Francus *d. cap. finalis. num. 1.* Rosella *verbo sepultura. 1. num. 1.* Tabiena *verbo sepultura. quæst. 4. n. 5.* Manuel *qq. regular. tomo 3. quæst. 60. art. 1.*

7 Quod si Prælatus hic eligeret sepulturam, & postea decederet finita prælatura, non esset sepeliendus in loco electo, sed in suo monasterio, quia inspicitur tempus mortis ad habilitatem eligendæ sepulturæ discernendam: at tempore mortis non erat ille Abbas. Sic docet Petrus de Vualdis, quem refert, & sequitur Manuel num. præcedenti allegatus.

9 Similiter monachus, qui præest Prioratui manuali, potest sepeliri in monasterio, vel Prioratu illo, iuxta sui Abbatis voluntatem, quia censetur monachus illius monasterij, vel Prioratus, iuxta *cap. 1. de priuilegiis, in 6.* Sic docent Francus *cap. finali. n. 2. de sepultur. in 6.* Manuel num. præcedenti allegatus.

10 Tandem nouitius potest eligere sepulturam, quia *dictum cap. final.* solis religiosis hanc electionem interdicit; nouitius autem non est verè religiosus, maximè in odiosis. Item, quia hi habent velle, & nolle. Atque ita docent Francus *dicto cap. finali. num. 1.* Armilla *verbo sepult. n. 6.* & ibi Tabiena *q. 4. n. 5.*

11 Sed duplex restat circa hos nouitios difficultas. Prior est, vbi sint sepeliendi decedentes absque sepulturæ electione. Quidam dicunt sepeliendos esse in Ecclesia, in qua, si forent seculares, essent sepeliendi, quia non sunt verè religiosi. Sic allegato Archidiacono docent Petrus de Vualdis *de canonic. Episcopali. cap. 9. num. 34.* Angelus *verbo sepultura. num. 16.* Sed quidquid sit de iure communi, obtentum tamen consuetudine est, vt in monasterio sepeliantur. Sic docent Tabiena, & Armilla allegati, Sylvest. *verbo sepultura. quæst. 8. dicto 7.* & idem docet attentis religionis priuilegiis, Manuel *tomo 5. quæst. regular. quæst. 60. art. 2. fine.* Temperat hoc Sylv. nisi nouitius ille esset in proposito redeundi ad seculum, quia cùm tunc elegisset in seculo mori, censetur quoque elegisse sepulturam. Sed non placet limitatio, quia dum ad seculum non rediit, adhuc mansit nouitius. Ergo debet gaudere priuilegiis, & consuetudine inductis in nouitiorum fauorem.

12 Posterior difficultas est, quibus expensis sepeliendi sint nouitij. Videntur enim non monasterij expensis sepeliendi, cùm non sint veri religiosi. Sed dicendum est, si patrimonio careant, esse expensis monasterij eos sepeliendos: quia sunt à monasterio admissi, vt expectantur, & sunt membra illius, & inhumanum esset eos insepultos relinquere. Si verò patrimonium habeant, sunt illius expensis sepeliendi quod non sint veri religiosi, & si tunc monasterium eos sepeliat, repetet expensas ab hærede. Ita docent Petrus de Vualdis *de canonic. Episcopali. cap. 13. num. 3.* Manuel *quæst. regular. tomo 3. quæst. 60. art. 2. vltim.* Quibus addo, seruandam esse consuetudinem, si ea haberet, vt in quocumque casu expensis monasterij sepelirentur.

13 Hinc est, vt si nouitius dissis à monasterio, vbi ex superiorum obedientia erat, moriatur, tenetur monasterij expensas ab aliquo factas in eo funere soluere, quando teneretur, si in monasterio moreretur, quia eadem est ratio; sicut dixi num. 5. de professo moriente extra monasterium.

14 Sed quid dicendum, si nouitius ille patrimonio careat, ac parentes eius superstites sint, ac diuites, an incumbat parentibus soluere eas funeris expensas, quia si in domo parentum moreretur, eorum esset sepelire? Existimo in hoc seruandam esse consuetudinem receptam in ea religione, & secluſa ea consuetudine petendi eas expensas, sepeliendum esse expensis monasterij, quia in eius obsequio, & sub eius obedientia obiit, separatus omnino, licèt reuocabiliter, à cura paterna.

SVMMARIVM.

Religiosis, clericis, & habentibus sufficiens beneficium qualiter interdicitur vsus chirurgiæ; & omnia interdicta clericis in sacris constitutis, censentur interdicta beneficium habentibus. n.15.
An liceat causâ pietatis? n.16.
An liceat his artem chirurgicam absque incisione, & adustione, aut medicam exercere? proponuntur probanda non licere. n.17.
Explicatur sententia authoris, & soluuntur contraria. n.18.
An liceat erga miserabiles, & cognatas personas? n.19.
Quod priuilegium habeat circa hoc Societas IESV. n.20.

15 Secundò interdicitur religiosis, & quibuscumque clericis secularibus in sacris constitutis, vel etiam constitutis in minoribus, si hi sufficiens beneficium ad victum habeant, exercere artem chirurgiæ cum incisione, vel adustione. De clericis constitutis in sacris constat ex *cap. sententiam sanguinis, ne clerici, vel monachi*; de religiosis constat ex *cap. tua nos, de homicidio*; de constitutis in minibus habentibus sufficiens beneficium nullus est textus: at omnia interdicta clericis in sacris constitutis, censentur quoque interdicta habentibus beneficium sufficiens ad victum, vt docet Nauarrus *summa. cap. 25. num. 112. vers. 34.* & *comm. 4. num. 28. de regul.* Atque ita loquentes de omnibus his docent Abbas *ex. cap. sententiam sanguinis. num. 22.* Angelus *verbo medicus. num. 11.* & ibi Sylvest. *quæst. 2.* Armilla *num. 4.* Tabiena *verb. medicina. quæst. 1.* Nauart. *summ. cap. 25. num. 110.* Quare dum Armilla *verb. irregularitas. num. 47.* ait huiusmodi officium interdici quoque clericis in minoribus constitutis, intelligendus est iuxta prædictam doctrinam, quando sufficiens beneficium habent.

16 Quod adeò verum est, vt ne causâ pietatis id liceat, vt bene tradunt Anton. *cap. tua nos. num. 4. de homicidio*, & ibi Abbas *num. 5.* Socinus *num. 3.* quod intellige quando incisio, vel adustio interuenire debet. Si enim hæc non interueniant, licebit aliquando causâ pietatis, sicut de arte medicinæ dicemus num. 19. Atque ita docent Armilla *verbo irregularitas. num. 47.* Nauarrus *summa. cap. 25. num. 110.*

17 Sed difficultas specalis est, an interdictum quoque his omnibus sit artem medicinæ, seu chirurgiæ absque incisione, & adustione exercere? Ratio dubitandi est, quia nullus reperitur textus id prohibens. Secundò, quia *cap. tua nos, de homicid.* definitur, monachum exercentem chirurgiam cum incisione esse irregularem, sequuta inde morte, quamuis debitam adhibuerit diligentiam ad eam vitandam: & redditur ibi ratio, quod deliquerit exercens artem sibi interdictam. Et tamen *cap. ad aures, de aetate, & qualitate*, respondet Clemens III. Colonienſi canonico, cum non fuisse irregularem exercendo medicinam, sequuta inde morte, si diligens ad eam cauendam fuerit. Ergo sentit textus non tribui canonico culpæ exercere artem medicam, aliàs esset quoque irregularis, quamis diligentia apposita. Et ita Card. *ibi. num. 1.* & Couart. *Clement. si furiosus, de homicidio. 2. p. §. num. 3. vers. sic.* & idem colligunt ex eo textu, exercitium huius artis non esse clericis, vel monachis interdictum, atque adeò non imputari illis ad irregularitatem mortem inde absque sua culpa subsequutam, quippe qui rei licitæ operam dent. Atque ita vterque hic author videtur clarè huius sententiæ: & idem

videtur sentire Manuel *1.sumu summ.2.edictum.cap.177. num.12.* dicens expresè non esse eis interdictum: sed postea vacillat, dicens dedecere eorum statum, & probabile esse, nullam esse culpam aliquando medica arte vti ex iusta pietatis, aut necessitatis causa.

18 Cæterum tenendum est, interdici quoque artem medicam exercere religiosis, & clericis secularibus in sacris constitutis, & quibuscumque beneficium habentibus, dummodo sit sufficiens ad victum. Atque ita docent Rosella *verbo medicus, fine.* & ibi Angelus *num.11.* Sylvest. *quæst.1.* Armilla *num.4.* Tabiena *verbo medicina. quæst.3.* Nauarr. *summa.cap.25.num.110.* Idem docet Abbas *cap. sententiam sanguinis.num.12. ne clerici vel monachi*, de sacerdotibus, & regularibus, & quibuscumque aliis habentibus sufficiens beneficium, quamuis id neget de constitutis in diaconatu, & subdiaconatu, si prædicto beneficio careant, ductus, quia ratio cui ipse innititur, id non probat de constitutis in diaconatu, vel subdiaconatu carentibus eo beneficio. Sed verius est, omnibus quoque istis interdici, vt tenent Doctores allegati. Sed in reddenda huius rei ratione variant authores. Abbas enim eam reddit rationem, quod sacerdotibus, & religiosis prohibeatur studium medicinæ, propter exercitium eius cauendum. *cap. Episcopi, ne clerici, vel monachi.* Ergo à fortiori prohiberi exercitium. Cæterùm hæc ratio nullius est momenti. Primò, quia licèt cauere exercitium sit finis illius legis, commune Theologorum axioma est, finem præcepti non cadere sub præceptum; aliàs cùm rextus ille eam reddat eius prohibitionis rationem, vt studium Theologiæ amplietur, inferretur inde, teneri hos huic studio vacare, quod nemo admitteret. Secundò, quia textus solum desiderium ampliationis studij Theologiæ explicuit, tanquam eius prohibitionis rationem. Tertiò, quia pariter prohibetur ibi eisdem studium legum: & tamen nò interdicitur exercitium ei, qui illas didicit, consulendo, siue verbo, siue scripto, vt dixi cap. præcedenti. num.29. & 52. dummodo non sit aduocatus, quia hoc officium est specialiter interdictum *cap.1.67.2.de postulando.* Quartò, quia si in eo textu censeretur interdictum hoc exercitium, dicendum quoque esset hos excommunicationem in eo contentam aduersus studentes medicinæ incurrere, quod nullus dicet. Quare legitima ratio est, quam tradit Nauarrus proximè allegatus, quia licèt nullo iure interdictum eis sit exercitium harum artium, nisi quando chirurgia cum incisione, vel adustione exercetur; censentur tamen prædicta interdicta, eo quod sint secularia negotia, & eorum statuum dedecentia, per generalem prohibitionem contentam toto titulo, *ne clerici, vel monachi secularibus negotiis se immisceant.* Quare non obstant rationes contrariæ adductæ num. præcedenti. Nam ad 1. dic, non semper dantem operam rei prohibitæ, ex qua sequitur mors, esse irregularem, sed quando specialiter prohibita est ob mortis periculum inde imminens. Et ideo, quia chirurgia cum incisione, aut adustione ob hoc periculum interdicitur clericis, iure optimo, tanquam dantes operam rei sibi, ob id interdictæ incidunt in irregularitatem, sequuta inde morte, quantumcumque diligentiam in ea vtranda apposuerint. Quia tamen chirurgia extra incisionem, & adustionem, & ars medica non interdicuntur clericis propter mortis periculum, sed quod statutum eorum dedeceant, non sunt irregulares, si inde absque eorum culpa mors subsequatur. Et hoc est, quod in eius textus expositione voluerunt dicere Cardinalis, & Couarr. num. præcedenti allegati, dum dicunt, hunc clericum medicinæ vacantem excusari ab irregularitate, quod operam rei non interdictæ sibi dederit; volunt enim dicere rei sibi non interdictæ ob periculum mortis, quale interdictum exigebatur, vt mors subsequuta ei imputaretur ad irregularitatem.

Hoc tamen temperandum est, nisi causâ pietatis id 19
munus exercerent erga miserabiles, & cognatas personas; dummodo nullum mortis subsequendæ periculum immineat. Sic Rosella, Angel. Nauar. Tabiena, Armilla num. præced. allegati. Quare gratis dicitur esse, vt bene Rosella, Angel. Sylu. Tabiena, & Armilla *ibidem.* Quia quando pretio accepto id munus obitur, non dicitur causâ pietatis obiri.

Id demum obseruandum est, Societatem IESV eo 20
priuilegio frui, vt omnes eius religiosi medicinæ periti possint mederi quibuscumque infirmis, siue domesticis, siue externis, quando medici seculares commodè haberi nequeunt: dummodo id fiat ex superioris licentia, & extra adustionem, & combustionem per seipsos faciendam. id enim ei concessit Gregor. XIII. in quadam Bulla, & refertur *in compendio priuilegiorum eius. verbo medici. num. unico*, vbi Pater noster Generalis concessit omnibus Societatis IESV superioribus facultatem huius licentiæ concedendæ.

SVMMARIVM.

Quemadmodum fit tutela. n.21.
Religiosi nequeunt esse tutores datiui, vel testamentarij. numero 22.
Si eam tutelam suscipiant, totum est irritum. n.23.
Quid de tutela legitima? refertur quædam sententia. n.24.
Explicatur sententia authoris. n.25.
Quid si tutela sit miserabilium personarum? n.26.

Secundò interdicitur religiosis tutelam alicuius per- 21
sonæ suscipere. Præmittendum est, triplicem esse tutelam; quædam est testamentaria, id est, data in testamento à patre suis filijs: alia est legitima, id est, quæ lege deferitur consanguineis successuris ab intestato, quando patret nullum in testamento designauit tutorem: alia est datiua, quæ scilicet, quando non est tutor legitimus, aut testamentarius, aut si sint, nolunt, aut nequeunt suscipere tutelam, designatur à Iudice, vt docent omnes, & habetur *l.regia 2.tit.16.p.6.*

Certum ergo est, religiosos non posse esse tutores 22
testamentarios, aut datiuos; id enim interdicitur *cap. sinali*, quod est ex Agatensi Concilio. *d.86. & auth. de sanctissimis Episcopis. §. Deo autem amabiles. collat.9. & l.regia 14.tit.16.p.6.* & docent omnes authores allegandi. Neque id possunt ex licentia suorum superiorum, vt bene docent Angel. Sylvest. Tabiena num. sequenti allegandi, quia In prohibitione iuris nequeunt hi dispensare.

Quod si illam suscipiant, totum est irritum quod gerunt, vt bene docet Azor *tomo 1. institutionum moralium. lib.12. cap.11. quæst.3.* Et probatur, quia l.regia 14. vtitur verbo (*non potest*) & §. *Deo autem amabile. auth. de sanctissimis Episcopis*, sic dicitur; *monachos ex nulla lege iuuares, aut curatores cuiuscumque personæ fieri permittimus*: quæ verba denotant monachos nullo modo esse legitimas personas.

De tutela autè legitima difficultas est: quidam enim; asserunt, monachos nullo modo posse cogi ad eam suscipiendam, at si velint eam suscipere, id eis integrum esse: sicut de clericis secularibus fatentur authores, & habetur *ea. §. Deo autem amabiles.* vbi etsi hoc religiosis interdicatur, corrigitur per *cap.finale. d.86.* vbi ea tutela permittitur religiosis. Atque ita docent Glossa *eo. cap.finale. verbo tutelas. in 2.solutione.* & ibi Turrecrem. *fine.* Angel. *verbo tutela. num.* 1. & ibi Sylvest. *quæst.* 3. Tabiena *quæst.1.nu.2.* Afferunt tamen Angelus, Sylvester, & Tabiena exigi ad hoc licentiam superioris. Idem tenet *Azor tomo 1 institut.moral lib.12.cap.11.quæst.3.* vbi quamuis non distinguat, sed absolutè dicat, posse religiosum suscipere tutelam ex superioris licentia; at refert pro se Sylvestrum *verbo tutela. q.3.* qui id de sola legitima affirmat, negans de testamentaria, vel datiua.

Cæterum

25 Cæterùm verius est, nec legitimam tutelam integrum esse monachis suscipere, vt expresè habetur *ea. §. Deo autem amabiles. & ea. l. regia 14.* neque apparet vbi id corrigatur *dicto c. finali.* Et ita docent Glossa *ibi. in 1. solutione.* Præpositus & Archidiaconus. vt eos refert, & sequitur Gregor. Lopez *ea.l.regia 14.verbo non puede.* Rosella *verbo tutela.n.2.* Molina *tomo 1. de iustitia. disp. 221. col.3.vers. religiosi tutor.* Costa *de remediis subsidiariis.remed.72. numero 7.*

26 Hinc excipiunt Doctores tutelam miserabilium personarum, quam dicunt monachos non tantùm posse, sed etiam teneri suscipere, per *c.finale.d.86.& c.1.d.88.& cap. Episcopum gubernationem eandem. d. 88.* Atque ita docet Glossa *ea.c.final. verbo tutelas, fine*, & ibi Turrecrem *fine.* Rosella *verbo tutela.n.2.* & ibi Angelus *num.* 1. Sylvester *q.3* Armilla *num.2.* Tabiena *quæst.1.num. 2.* Sed *in ea c. final.* nullum verbum imponens hanc obligationem inuenio, & *c.1.d. 88.* de Clericis loquitur, & *d. c. Episcopus gubernationem.* de Episcopis agit, nec cogit, vt per se suscipiant eam tutelam, sed per alium. Nec video quomodo possint ad hoc religiosi obligari, cùm nec bona possideant, quæ pro administranda tutela vlli obligationi subiiciant, & tutelæ munus valde à religioso statu alienum sit. Et ideo existimo, nec harum personarum posse religiosos esse tutores, nedum teneri; quod optimè docuit Gregor. Lopez *ea lege regia 14. verbo non puede*, dicens Episcopum nullam tutelam suscipere posse præterquàm miserabilium personarum, quando nullus alius esset aptus ad id munus obeundum; at religiosum indistinctè non posse esse tutorem.

SVMMARIVM.

An religiosus possit esse depositarius? n.27.
Quid in Societate IESV? n.28.
An monasterium teneatur de deposito religioso commendato, si culpa religiosi pereat, vel ipse religiosus teneatur? numero 29.
An monachus possit dari pro noxa? n.30.
An competat actio Abbati contra illud depositum commendatum monacho, vel cui competat? n.31.
An si Abbas videat res depositas apud monachum surripi, vel perire, neque obstare cum possit, teneatur restituere? refertur quædam sententia. n. 32.
Sententia authoris. n.33.
An monasterium, vel Ecclesia teneatur de deposito ipsi commendato, quando eius culpa perit, instar aliorum depositariorum? refertur quædam sententia. n.34.
Explicatur sententia authoris. n.35.
An monasterium, vel Ecclesia possint restitui contra eam culpam? n.36.
Quando res depositæ Ecclesiæ, vel monasterio conseruantur. n.37.

27 Tertiò agendum est de officio depositarij, quod quidem religiosus potest subire, vt expresè habetur *l. regia 3.tit.3.p.5.* Sed, vt bene ait Molina *tomo 2.de iustitia. disp. 525.col.antepenult.vers.non solum.* malè faciet religiosus, si sine consensu tacito, vel expresso, aut indubitanter præsumpto sui superioris id munus acceptet.

28 Atque in Societate IESV est specialis prohibitio, vt constat ex regula 64. Rectoris, & regula 69. Præpositi domus professæ, vbi sic dicitur; *Depositum pecuniæ nullum prorsus admittatur: aliarum verò rerum non nisi cautissimè, dummodo sint eorum, quibus multum debeamus, aut aliequi id officij sine magna offensione denegare non possit.*

29 Non tamen tenebitur monasterium de deposito illo, quod culpa religiosi est deperditum, aut deterius effectum, etiamsi Prælatus ille alicui religioso concedat licentiam, vt depositarius fit, nisi quatenus res deposita in monasterij vtilitatem conversa est, quod scilicet ea illa factum est locupleuus; quia delictũ monachi non obligat monasterium ad illud refarciendum, nisi quatenus ex eo monasterioni factum est diuitus *c. delictum, de regul. iuris in 6.* Atque ita tradunt Molina *tomo 2 d. iustitia. disp. 525.col.antepenult.vers.non solum.* Leonardus *lib. 2. de iust.q.27.dub.3 num.12.* qui bene addit, idem dicendum esse si depositum sit apud Abbatem. Quia neque ex delicto peculiaris Abbatis tenetur monasterium, siquidem monasterium rem illam non accepit in depositum. Atque id constat ex *eo c. de deposito*, vbi dicitur, Ecclesiam non teneri depositi non sibi, sed personæ commendati. Qualiter autem teneatur ipse monachus restituere, idem dicendum est, ac de aliis damnis per insufficiam illatis à se: de qua re in tractatu de voto paupertatis.

Nec potest monachus ille dari pro noxa: quamuis 30
enim seruum damnum inferentem teneatur dominus dare pro noxa, aut damnum resarcire. *l. 2. ff. de noxalibus actionibus.* At monasterium nec tenetur de damno per monachum dato, nec ipsum monachum pro noxa tradere, vt bene docet Nauarrus *comment.2.num.62. de regular.* quod religiosus sit liber homo, & res inæstimabilis, & ideo commutari nequeat pro noxa æstimabili. Quare minus bene Florianus *l. si seruum communis. §. seruus autem. n.2.ff.ad legem Aquiliam*, ait teneri Abbatem de damno dato per seruum fugitiuum.

Nec quando res ita depositæ erant apud monachum, 31
vt nullo modo teneatur monasterium de illis, competit actio aliqua Abbati circa illas, sed soli domino, quia nullum ius habet in illas monasterium. Sic Innoc. *c.cum olim. el 2.num.4.de priuilegiis*, & ibi Hostiensis *num.14.* D. Anton. *3.p.tit.16.c.6.§.7.* Rosella *verbo monachus. n.9.* & ibi Tabiena *q.12.n.15.* Sylvester *verbo religio. 6.q.8.* quod tamen ad hunc sensum intelligo, vt non possis Abbas res illas petere actione rei vendicationis. Cæterùm si in eo conseruando delinquat monachus, poterit puniri ab Abbate, tanquam à suo legitimo superiori, vt bene docet Molina *tomo 2.de iust.disp.525.col.antepenult.vers. non solum.* Item poterit Abbas præcipere monacho, ne amplius depositum retineat, vel illi rem depositam auferre, vt secunus in monasterio custodiatur.

Tandem superest duplex difficultas. Prior est, an si Ab- 32
bas videat res apud monachum depositas surripi à monacho, vel aliis culpa illius perire, nec obstet, potens facilè obstare, teneatur depositi? Aliqui dicunt peccare quidem; sed non teneri monasterium, aut ipsum Abbatem restituere monacho non restituente: quod res illæ soli personæ monachi commendatæ fuerint. Sed potest amplius probari, quod superior religionis in solorum religiosorum bonum, & vtilitatem creatus sit, non autem vt indemnitati aliorum prospiciat: sicut probabilissima sententia sustinet, confessarium omittendo obligare pœnitentem ad restitutionem, non esse restitutioni obnoxium; eo quod eius officium in solam pœnitentis vtilitatem institutum sit. Atque ita docet Hostiensis *c. 1. num.14.de deposito.* Tabiena verbo *monachus.num.13.quæst. 12.* & ibi Armilla *n.13.* limitans, nisi Abbas esset talis persona, quæ prohibere debuisset.

Sed verius est teneri restituere, quia latum est discri- 33
men inter religionis Prælatum, & confessarium: hic enim in solam pœnitentis vtilitatem institutus est; ille autem, etsi per se primò in religiosorum bonum, est tamen militutus etiam vt Iudex religiosorum, & vt illos tanquam Iudex coërceat, & puniat. Quare sicut lege iustitiæ tenetur religiosum cogere, vt depositum illud domino poscenti restituat: ita eadem lege tenetur impedire damnum, quod inferri ab ipso videt, & potest impedire. Et confitmatur, quia etsi confessarius à creditore requisitus, vt compellat pœnitentem ad restituẽdum, omittat compellere, non tenetur restituere, quia non est Iudex inter partes. At Prælatus religiosorum non compellens religiosum restituere parti petenti, tenetur vtique. Et ideo hanc partem sustinent D. Anton. *3.p.tit.16.cap.6.§.7.* Rosella *verbo monach. n.9.* Sylvester *verbo religio.6. quæst.8.* Gregor. Lopez *l. 13. verbo è religiosa.n.1.part.5.* Tapia

auch.ingressi.verbo sua.cap.18. num.17. C. de sacrosanct. Ecclesiis.

34 Posterior difficultas est, an monasterii, vel Ecclesia teneantur depositi apud ipsa relecti, quando culpa eorum periit, eo modo, quo alij depositarij, quorum culpa periret, tenerentur? Quidam dicunt non teneri: & hoc est privilegium Ecclesiæ, nisi quando contractus in vilitatem vtilitatis minus est; vt quia pretio accepto depositum accepit, vel aliud lucrum inde reportauit. Ita docent Innoc. *c.1.n.1.de deposit.* & ibi Hostiens.*n.3.*Ioan.*And.n.9.* Abbas *n.10.*Henric.*n.1.*additque Abbas, idem hoc esse verum, cùm gratia restitutionis faciendæ esset opus res immobiles, aut pretiosas mobiles Ecclesiæ distrahere, ex contractu hoc non inito in Ecclesiæ vilitatem aduersus textum *c.sine exceptione.c.12.q.2.*

35 Cæterum dicendum est teneri non secus atque alios depositarios: tum quia nullibi id Ecclesiæ priuilegium reperitur, tum etiam, quia hoc aperte colligitur à contrario sensu, ex *c.de deposito*, quatenus textus ille ponderat ne Ecclesia depositi teneatur, non ipsi, sed singulari personæ id commendatum esse. Atque ita docent Glossa *ex cap.1. verbo personæ*, & ibi Anton. *n.3.& 23.*Imola *num.5.& 16.* Card.*n.2.notab.3.& num.7.q.7.*lex regia *7.nt.3.p.5.* & ibi Gregor.Lopez *verbo bien assi.*Qui rationi Abbatis respondet, eo ipso quod per Ecclesiam recipi permittit, censeri quoque permittere distrahi bona illius ad depositum restituendum.

36 Nec possunt Ecclesia, vel monasterium inuari beneficio restitutionis in integrum, quando dolo in re deposita deliquerint; quia Ecclesia æquiparatur minori. *c.1. de restitu.in integr.* At minor non restituitur quando præcessit dolus, vt latè probat multis allegatis Sforzius Oddo *de restitutione in integrum.p.1.q.8.§.ult.10 ser.2.*Atque ita docet Ioan.And*.c.1.n.1.de deposito*, & ibi Imol.*n.6.*& ibi Card.*n.2.notab.2.*Gregor.Lopez n. præcedenti allegatus. Quod si solùm esset in lata culpa, dicunt Ioan. Andre.& Card. *ibi*, adhuc non competere ibi restitutionis beneficium: quod lata culpa æquiparetur dolo. *Legend Neruaff.deposit.* At contrarium tenet Imola vt roque loco citato, quia minor, cui Ecclesia æquiparatur, restitutionis beneficio gaudeat aduersus latam culpam, quæ dolum præsumptū tantùm inducit, vt latè probat Sforzius Oddo *d.q.8.§.ar.4.*de qua re vide Caldas *l.si curatorem, verbo vel aduersari; dolo.n.62.& 64.C.de in integrum restitu.*

37 Quod si quæras, quando censeatur depositum factum Ecclesiæ, vel monasterio. Respondeo, quando fit de consensu Prælati, & Capituli, aut ipsis præsentibus, nec contradicentibus, cùm possint contradicere; quia hi repræsentant Ecclesiam. Sic colligitur ex textu *c.1.de deposito*, & tenent ibi Glossæ *verbo personæ*, & ibi Card. *num.7.q.9.* Anchar. *fine.*Abbas *n.10.*lex regia 7.& ibi Gregor.Lopez *verbo posado.tit.3.p.5.* Atque idem est dicendum, si Abbas, & Capitulum aliquem deputassent ad recipienda deposita, & apud illum depositum esset: secus si ad specialia deposita, & illi limites suæ potestatis transgrediens, alia recepisset. Et ita docent Cardinalis, Ancharanus, Abbas, Gregorius Lopez *ibidem.*

SVMMARIVM.

An religiosus possit esse fideiussor? num. 38.
Quid de Qualata regulari? num. 39.
An valeat fideiussio? refertur quadam sententia. num. 40.
Sententia auctoris. num. 41.
An religiosus cum licentia existens in studio, possit fideiubere, vel peculium causâ studij sibi concessum fideiussione illa obligare? num. 42.

38 Quartò interdicitur religiosis fideiubere, nisi de licentia Prælati, & maioris partis Capituli, vt expressè habetur *c.penultimo de fideiuss.* & *l.regia 1.nu.12.p.5.*exigitur quoque vtilitas monasterij, iuxta *c.1.de postuland.*vt bene docet Host.*ea.c.penult.n.1.* At in religione, in qua Capitulum non congregatur, vt in Societate IESV, satis est facultas eius superioris, qui iuxta statuta, & eius priuilegia potest eam concedere, vt bene docet Molina *tomo 2. de iust.diffut.540.col.14.vers.religiosus vero.*

39 Quare nec Prælatus monasterij id potest absque consensu maioris partis Capituli, cùm nec ipse absque eo consensu facultatem fideiubendi concedere possit. Et ita docent Sylvest. *verbo fideiuss.q.4.* & ibi Angel.*n.7.* Armil.*n.4.*Tabiena *q.5.n.4.*Leonard. *lib.2.de iustitia.c.28. dubio 2.n.10.*Quod bene ait Sylvest. intelligendum de assensu explicito, vel implicito, vt in re modica, de qua potest Abbas disponere ex tacito Capituli consensu. Atque idem est dicendum, vbi superior non indiget consensu Capituli ad eam licentiam dandam, iuxta dicta n. præced. Sicut enim superior ille posset eam licentiam concedere absque consensu Capituli; ita posset quoque ipse fideiubere, id vtilitate monasterij poscente, iuxta dicta n. præcedenti.

40 Sed controuersia est, an si de facto fideiubeat religiosus absque prædicta licentia, sit irrita fideiussio? Quidam censent eam validam fore, & faciendam executionem in peculio talis monachi; quia clericis similiter interdicitur fideiussio, si tamen fideiubeant, tenentur, vt constat ex *c.1.& 2.de fideiuss.* & ita docent Faber *instu.quod cum eo.§.quæ diximus.n.2.* & ibi Angel.*§ caterum.n.1.* Auterius *in decisione capellæ Tolosanæ 34.n.3.*

41 Sed dicendum est, fideiussionem esse irritam, quia diuersum est in clericis, quibus solùm prohibetur pro aliis fideiubere, quod id statui eorum de decetat. At religiosis interdicitur quæcumque fideiussio absque prædicta licentia, eo quod proprium non habeant, quod alteri obligent. Atque ita, cùm obligent absque legitima licentia, erit irritum quod faciunt: sicut si absque legitima licentia aliquid donarent, vel alio modo disponerent. Et ita docere videtur Hostiensis *c.penult.num.2. de fideiuss.* dum ait religiosum absque licentia fideiubentem non obligari: & tenent Ioan. Andr. *c.2.n.6.ne clerici, vel monachi, in 6.*& ibi Archid.*n.6.*Dominicus *ibi.in principio.num.10.* Francus *in principio.n.6.*Idem Archid.*c.cum pastoris. 2.q.7.n.4.*& ibi Bellemera *n.2.*Faber *§.ut. nec fideiuss.de fideiussor.*D.Anton.*1.p.t.14.c.5.§.fine.*Rosella *verbo excommunicatio.1.casu 10.fine.*Sylvest. *verbo excommunicat.9.casu 25.n.5.§.fine.*Gregor.Lopez *l.2.verbo deles obispos.tit.12.p.5.*Molina *tomo 2.de iustit.disp.540.col.14.vers.religiosus vero.*Azor *tomo 1.instit.mor.lib.12.c.12.q.2.*

Immo quamuis religiosus de superioris licentia existens in studio, possit contractus inire, nequit tamen validè fideiubere, vt docent Glossa *c.ex parte. verbo licet, de accusat.*Felin.*n.1.c.ex parte.n.2.de accusat.* Ioan. Andr. Archid.*ea.c.2.n.6.*Dominicus, Francus, D.Anton Rosella n. præced.allegati, Surdus *de alimentis.tit.8. priuileg.97.n.1.* Quia solùm potest contrahere, & obligare monasterium in iis, quibus ad necessarias studiis expensas indiget, vt suo loco dicemus, inter quæ fideiussio non computatur. Quare bene ait Abbas *c.penult. n.3.de fideiuss.* nec tunc obligare fideiussione illa peculium causâ studij sibi concessum. Quippe ea fideiussio est extra studij cautam; & addo, quia etiam fideiussio non valet.

SVMMARIVM.

An religiosus possit ad gradum doctoratus promoueri? Refertur quadam sententia. num. 43.
Potest promoueri in Theologia, vel iure canonico. numero 44.
Quid in iure ciuili, & medicina? num. 45.
An existens de licentia superioris in studio, possit absque alia licentia ad doctoratum promoueri, & teneatur monasterium ad expensas? num 46.
Quid de Franciscanis? num 47.
Quid de religiosis Societatis IESV? num. 48.

An valeat gradum à religioso susceptum absque superioris licentia? num. 49.

43 Tandem agendum est de gradu doctoratus, an interdictum sit religioso ad eum promoueri. Rebuffus *praxi beneficiorum, titulo de dispensationes cum regularibus, numero 27.* ait, nullum doctoratus gradum in Theologia, vel iure canonico tribui debere religiosis: atque in iure ciuili, vel medicina certum esse nequaquam posse religiosum ad gradum doctoratus promoueri, quia ipsis interdicitur iuri ciuili, aut medicinæ studere *c.non magnopere.& c.super specula, ne clerici, vel monachi.* Ergo & doctoris gradum in illis accipere. Immo Ioan. Andr. *regula eius quid prohibetur. 50. de regulis iuris, in 6. numero 14. vers. circa solutionem quæstionis*, dubitat an concesso priuilegio à Papa religiosis, vt audiant ius ciuile, possint ad doctoratus gradum in eo promoueri; & ante factum dicit ab ea promotione abstinendum.

44 Prima conclusio sit. Absque dubio dicendum est, posse religiosos ex superioris licentia ad doctoratus gradum promoueri in Theologia, & iure canonico. Ratio est, quia nullibi interdicitur eius gradus assumptio, neque harum facultatum studium. Atque ita docent Calder.*consil. 2. de magist.* Felinus *cap. cum dilecta. numero 19. de rescriptis.* Cuetanus *1.2.quæstione 186. art.7. ad 4.fine.*Archidiac.*c.monachus ad 1.part. 16. quæstione 1. num.1.* Guillelmus Benedictus *cap. Raynutius. verbo de vxore nomine Adelasia.in princip. num. 213.* Sylvester *verbo Doctor. quæstione 6. numero 7.* Tabiena *verbo magister. quæstione 1. numero 3.* & ibi Armilla *numero 4.* Nauarrus *commen.1.de regul.n.1.vers.3.dico.*Salzedo *in prati can.Bernard.Diaz. c.59.§.penult.* Manuel *99.reg com.1.q.74.art.1.*

45 Secunda conclusio. Religiosus, qui iuri ciuili operam dederat, potest ex sui superioris licentia promoueri ad doctoratum in iure ciuili. Ratio est, quia *c.non magnopere.& c.super specula, ne clerici, vel monachi*, sola auditio iuris ciuilis, aut medicinæ exeundo claustrum interdicitur. At longè diuersum est promoueri ad gradus in his facultatibus, quas religiosi in sæculo didicerant. Atque ita docent Calder.Felin.Nauarrus, Salzedo, Mannel n. præcedenti allegati. Immo si in religione ipsa huic facultati operam dedit, etiam è claustro exieras, quamuis peccarit, poterit tamen ex superioris licentia ad gradum doctoratus in illa promoueri: quia hoc posterius nullibi prohibitum est, nec peccatum præcedens studij huius facultatis reddit religiosum ineptum doctoratui. Atque idem censeo de promotione ad doctoratum in medicina, quia nullibi est prohibitum, sed sola auditio.

46 Tertia conclusio. Religiosus missus à superiori ad literas addiscendas, censeri quoque licentiam habere, vt ad doctoratus gradum promoueatur, ac proinde expensas in eius gradu consumptas tenetur monasterium soluere. Atque ita docent Felinus latiùs probans *c.cum dilecta.n.18.& 19.de rescriptis, & c.ex parte.n.3. de accusat.* Nauarr.*commen.1.de regul.num.2.vers.3.dico.*Surdus *de alimentis.tit.8.priuileg.97.n.2.*& *3.*quod bene limitat Felin. *ea.c.ex parte.n.3.*, de expensis necessariis non sumptuosis.

47 Quarta conclusio. Fratres Franciscani possunt etiam ad gradū doctoratus promoueri, dummodo eiusmodi per constitutiones Apostolicas, & sui ordinis instituta decretos perfecerint, & idonei existant, & in Vniuersitatibus ab ipso ordine per generalia Capitula specialiter electis. Sic enim statuit Martinus V. vt refert Manuel *99.regular.tomo 2.q.84.art. 2.*

48 Religiosi Societatis IESV non possunt ad gradus Philosophiæ, vel Theologiæ promoueri sine Præpositi Generalis facultate: habetur *in constit. p.4.c.6.§.10. & 17.& c.15.§.1.& regul.62.offici Prouincialis.*

49 Tandem difficultas est, an valeat gradus doctoratus, vel alius receptus à religioso absque superioris licentia? Breuiter respondet, & bene Manuel *99. regular. tomo 2.q.74.art.3.* si religiosi sint ordinis Prædicatorum reformatorum, seu de obseruantia prouinciæ, aut congregationis Hispaniæ, & præsumant assumere quemcumque gradum in sacra Theologia, nisi ad illum per Capitulum dictæ congregationis expositi fuerint, erit irritum quod faciunt: sic enim statuit Innoc. VIII. cuius decretum ibi refert. Vnde bene inferit ibi Manuel, hanc pœnam non extendi ad reliquos fratres non reformatos, neque ad reliquos religiosos, immo neque ad reformatos, qui non ex præsumptione, sed ex ignorantia, vel oblitione ad eos gradus promoti sunt; quia decretum illud præsumptionem requirit. Immo addo non incurrere, quamuis ignorantia esset mortalitèr culpabilis, & quarumcumque crassa, dumuodo non esset ingens temeritas: quia huiusmodi ignorantia, quæ non ingentem temeritatem claudit, excusat à pœna præsumentibus imposita, vt latè probaui *lib.9. de matrimonio. disput.31.n.38.& 39.*

CAPVT XV.

De clausura monialibus indicta quoad egressum è monasteriis.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputanda sint? num. 1.
Proponuntur textus, & motus proprij clausuram monialibus indicentes. num. 2.
An sit solo iure humano indicta? num.3.
An contraria consuetudine possit huic clausuræ præcepto derogari? num. 4.
Qualiter monialibus strictior clausura indici potuit. num. 5.
Quæ sint limites, intra quos clausura monialium continetur, & an illos integrum sit Ecclesiam, & vsque ad portam exteriorem, dum clausa sunt, egredi? num. 6.
An clausuram violent si supra tecta regulas ascendant? n. 7.
Quid intelligat Pius V. in motu proprio per monasteria, sine dumo: & quæ sit natura dictorum, seu, & siue. num. 8.
An clausuram violes monialis egrediens domo priuata, intra quam est inclusa, vel transiens ad domum monasterio contiguam? n.9.

DVPLEX iure indicitur regularibus clausura: prior quoad egressum è suis monasteriis; posterior quoad ingressum extraneorum intra illa. Diuersa autem quoad vtrumque indicitur monialibus, & viris religiosis, de quibus seorsum agendum est. In præsenti ergo cap. tractandum est de clausura monialibus iure indicta quoad egressum è suis monasteriis: estque quintuplex disputanda quæstio. Prima est. Qualis clausura, & quo iure monialibus indicta sit: & qualiter strictior indici potuerit. Secunda. Quæ moniales illa ligentur. Tertia. Cuius sit eas ad hanc clausurā cogere, & licentiam egressus legitimæ causæ. Vltima. Quæ censuræ latæ sint contra moniales clausuram hanc non seruantes, vel eis fauentes.

Prima est. Qualis clausura eo iure monialibus indicta sit, & qualiter strictior ea ad quam ex vi suæ regulæ, aut voti tenebantur, indici potuerit. Præmittendum est, clausuram monialibus, eo quod collapsa erat, non absque graui earum honestatis dispendio, indictam strictissimo præcepto esse à Bonifacio VIII. *c.periculoso, in princip. de statu regularium, in 6.* his verbis; *Præsenti consuetudine perpetuo irregulariter valitura sancimus, vniuersas, & singulas moniales præsentes, atque futuras, cuiuscumque religionis sint, vel ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasteriis debere de cætero permanere clausura, ita quod nulli earum tacitè, vel expressè professæ sint, vel esse valeant, quacumque ratione, vel causa (nisi forte canonicè, & tali non id euidenter ex laborare contingat, quod non possit cum alia absque graui periculo, seu scandalo conuersare) monasterio ipsa deinceps egrediendi facultas concedatur.* Sed quia constitutio hæc in aliquibus locis recepta non erat, in alis verò in desuetudinem abierat, Tridentinum

auch.ingressi.verbo sua.cap.18. num.17. C. de sacrosanct. Ecclesiis.

34 Posterior difficultas est, an monasterii, vel Ecclesia teneantur depositi apud ipsa relecti, quando culpa eorum periit, eo modo, quo alij depositarij, quorum culpa periret, tenerentur? Quidam dicunt non teneri: & hoc est privilegium Ecclesiæ, nisi quando contractus in vilitatem vtilitatis minus est; vt quia pretio accepto depositum accepit, vel aliud lucrum inde reportauit. Ita docent Innoc. *c.1.n.1.de deposit.* & ibi Hostiens.*n.3.*Ioan.*And.n.9.* Abbas *n.10.*Henric.*n.1.*additque Abbas, idem hoc esse verum, cùm gratia restitutionis faciendæ esset opus res immobiles, aut pretiosas mobiles Ecclesiæ distrahere, ex contractu hoc non inito in Ecclesiæ vilitatem aduersus textum *c.sine exceptione.c.12.q.2.*

35 Cæterum dicendum est teneri non secus atque alios depositarios: tum quia nullibi id Ecclesiæ priuilegium reperitur, tum etiam, quia hoc aperte colligitur à contrario sensu, ex *c.de deposito*, quatenus textus ille ponderat ne Ecclesia depositi teneatur, non ipsi, sed singulari personæ id commendatum esse. Atque ita docent Glossa *ex cap.1. verbo personæ*, & ibi Anton. *n.3.& 23.*Imola *num.5.& 16.* Card.*n.2.notab.3.& num.7.q.7.*lex regia *7.nt.3.p.5.* & ibi Gregor.Lopez *verbo bien assi.*Qui rationi Abbatis respondet, eo ipso quod per Ecclesiam recipi permittit, censeri quoque permittere distrahi bona illius ad depositum restituendum.

36 Nec possunt Ecclesia, vel monasterium inuari beneficio restitutionis in integrum, quando dolo in re deposita deliquerint; quia Ecclesia æquiparatur minori. *c.1. de restitu.in integr.* At minor non restituitur quando præcessit dolus, vt latè probat multis allegatis Sforzius Oddo *de restitutione in integrum.p.1.q.8.§.ult.10 ser.2.*Atque ita docet Ioan.And*.c.1.n.1.de deposito*, & ibi Imol.*n.6.*& ibi Card.*n.2.notab.2.*Gregor.Lopez n. præcedenti allegatus. Quod si solùm esset in lata culpa, dicunt Ioan. Andre.& Card. *ibi*, adhuc non competere ibi restitutionis beneficium: quod lata culpa æquiparetur dolo. *Legend Neruaff.deposit.* At contrarium tenet Imola vt roque loco citato, quia minor, cui Ecclesia æquiparatur, restitutionis beneficio gaudeat aduersus latam culpam, quæ dolum præsumptū tantùm inducit, vt latè probat Sforzius Oddo *d.q.8.§.ar.4.*de qua re vide Caldas *l.si curatorem, verbo vel aduersari; dolo.n.62.& 64.C.de in integrum restitu.*

37 Quod si quæras, quando censeatur depositum factum Ecclesiæ, vel monasterio. Respondeo, quando fit de consensu Prælati, & Capituli, aut ipsis præsentibus, nec contradicentibus, cùm possint contradicere; quia hi repræsentant Ecclesiam. Sic colligitur ex textu *c.1.de deposito*, & tenent ibi Glossæ *verbo personæ*, & ibi Card. *num.7.q.9.* Anchar. *fine.*Abbas *n.10.*lex regia 7.& ibi Gregor.Lopez *verbo posado.tit.3.p.5.* Atque idem est dicendum, si Abbas, & Capitulum aliquem deputassent ad recipienda deposita, & apud illum depositum esset: secus si ad specialia deposita, & illi limites suæ potestatis transgrediens, alia recepisset. Et ita docent Cardinalis, Ancharanus, Abbas, Gregorius Lopez *ibidem.*

SVMMARIVM.

An religiosus possit esse fideiussor? num. 38.
Quid de Qualata regulari? num. 39.
An valeat fideiussio? refertur quadam sententia. num. 40.
Sententia auctoris. num. 41.
An religiosus cum licentia existens in studio, possit fideiubere, vel peculium causâ studij sibi concessum fideiussione illa obligare? num. 42.

38 Quartò interdicitur religiosis fideiubere, nisi de licentia Prælati, & maioris partis Capituli, vt expressè habetur *c.penultimo de fideiuss.* & *l.regia 1.nu.12.p.5.*exigitur quoque vtilitas monasterij, iuxta *c.1.de postuland.*vt bene docet Host.*ea.c.penult.n.1.* At in religione, in qua Capitulum non congregatur, vt in Societate IESV, satis est facultas eius superioris, qui iuxta statuta, & eius priuilegia potest eam concedere, vt bene docet Molina *tomo 2. de iust.diffut.540.col.14.vers.religiosus vero.*

39 Quare nec Prælatus monasterij id potest absque consensu maioris partis Capituli, cùm nec ipse absque eo consensu facultatem fideiubendi concedere possit. Et ita docent Sylvest. *verbo fideiuss.q.4.* & ibi Angel.*n.7.* Armil.*n.4.*Tabiena *q.5.n.4.*Leonard. *lib.2.de iustitia.c.28. dubio 2.n.10.*Quod bene ait Sylvest. intelligendum de assensu explicito, vel implicito, vt in re modica, de qua potest Abbas disponere ex tacito Capituli consensu. Atque idem est dicendum, vbi superior non indiget consensu Capituli ad eam licentiam dandam, iuxta dicta n. præced. Sicut enim superior ille posset eam licentiam concedere absque consensu Capituli; ita posset quoque ipse fideiubere, id vtilitate monasterij poscente, iuxta dicta n. præcedenti.

40 Sed controuersia est, an si de facto fideiubeat religiosus absque prædicta licentia, sit irrita fideiussio? Quidam censent eam validam fore, & faciendam executionem in peculio talis monachi; quia clericis similiter interdicitur fideiussio, si tamen fideiubeant, tenentur, vt constat ex *c.1.& 2.de fideiuss.* & ita docent Faber *instu.quod cum eo.§.quæ diximus.n.2.* & ibi Angel.*§ caterum.n.1.* Auterius *in decisione capellæ Tolosanæ 34.n.3.*

41 Sed dicendum est, fideiussionem esse irritam, quia diuersum est in clericis, quibus solùm prohibetur pro aliis fideiubere, quod id statui eorum de decetat. At religiosis interdicitur quæcumque fideiussio absque prædicta licentia, eo quod proprium non habeant, quod alteri obligent. Atque ita, cùm obligent absque legitima licentia, erit irritum quod faciunt: sicut si absque legitima licentia aliquid donarent, vel alio modo disponerent. Et ita docere videtur Hostiensis *c.penult.num.2. de fideiuss.* dum ait religiosum absque licentia fideiubentem non obligari: & tenent Ioan. Andr. *c.2.n.6.ne clerici, vel monachi, in 6.*& ibi Archid.*n.6.*Dominicus *ibi.in principio.num.10.* Francus *in principio.n.6.*Idem Archid.*c.cum pastoris. 2.q.7.n.4.*& ibi Bellemera *n.2.*Faber *§.ut. nec fideiuss.de fideiussor.*D.Anton.*1.p.t.14.c.5.§.fine.*Rosella *verbo excommunicatio.1.casu 10.fine.*Sylvest. *verbo excommunicat.9.casu 25.n.5.§.fine.*Gregor.Lopez *l.2.verbo deles obispos.tit.12.p.5.*Molina *tomo 2.de iustit.disp.540.col.14.vers.religiosus vero.*Azor *tomo 1.instit.mor.lib.12.c.12.q.2.*

Immo quamuis religiosus de superioris licentia existens in studio, possit contractus inire, nequit tamen validè fideiubere, vt docent Glossa *c.ex parte. verbo licet, de accusat.*Felin.*n.1.c.ex parte.n.2.de accusat.* Ioan. Andr. Archid.*ea.c.2.n.6.*Dominicus, Francus, D.Anton Rosella n. præced.allegati, Surdus *de alimentis.tit.8. priuileg.97.n.1.* Quia solùm potest contrahere, & obligare monasterium in iis, quibus ad necessarias studiis expensas indiget, vt suo loco dicemus, inter quæ fideiussio non computatur. Quare bene ait Abbas *c.penult. n.3.de fideiuss.* nec tunc obligare fideiussione illa peculium causâ studij sibi concessum. Quippe ea fideiussio est extra studij cautam; & addo, quia etiam fideiussio non valet.

SVMMARIVM.

An religiosus possit ad gradum doctoratus promoueri? Refertur quadam sententia. num. 43.
Potest promoueri in Theologia, vel iure canonico. numero 44.
Quid in iure ciuili, & medicina? num. 45.
An existens de licentia superioris in studio, possit absque alia licentia ad doctoratum promoueri, & teneatur monasterium ad expensas? num 46.
Quid de Franciscanis? num 47.
Quid de religiosis Societatis IESV? num. 48.

An valeat gradum à religioso susceptum absque superioris licentia? num. 49.

43 Tandem agendum est de gradu doctoratus, an interdictum sit religioso ad eum promoueri. Rebuffus *praxi beneficiorum, titulo de dispensationes cum regularibus, numero 27.* ait, nullum doctoratus gradum in Theologia, vel iure canonico tribui debere religiosis: atque in iure ciuili, vel medicina certum esse nequaquam posse religiosum ad gradum doctoratus promoueri, quia ipsis interdicitur iuri ciuili, aut medicinæ studere *c.non magnopere.& c.super specula, ne clerici, vel monachi.* Ergo & doctoris gradum in illis accipere. Immo Ioan. Andr. *regula eius quid prohibetur. 50. de regulis iuris, in 6. numero 14. vers. circa solutionem quæstionis*, dubitat an concesso priuilegio à Papa religiosis, vt audiant ius ciuile, possint ad doctoratus gradum in eo promoueri; & ante factum dicit ab ea promotione abstinendum.

44 Prima conclusio sit. Absque dubio dicendum est, posse religiosos ex superioris licentia ad doctoratus gradum promoueri in Theologia, & iure canonico. Ratio est, quia nullibi interdicitur eius gradus assumptio, neque harum facultatum studium. Atque ita docent Calder.*consil. 2. de magist.* Felinus *cap. cum dilecta. numero 19. de rescriptis.* Cuetanus *1.2.quæstione 186. art.7. ad 4.fine.*Archidiac.*c.monachus ad 1.part. 16. quæstione 1. num.1.* Guillelmus Benedictus *cap. Raynutius. verbo de vxore nomine Adelasia.in princip. num. 213.* Sylvester *verbo Doctor. quæstione 6. numero 7.* Tabiena *verbo magister. quæstione 1. numero 3.* & ibi Armilla *numero 4.* Nauarrus *commen.1.de regul.n.1.vers.3.dico.*Salzedo *in prati can.Bernard.Diaz. c.59.§.penult.* Manuel *99.reg com.1.q.74.art.1.*

45 Secunda conclusio. Religiosus, qui iuri ciuili operam dederat, potest ex sui superioris licentia promoueri ad doctoratum in iure ciuili. Ratio est, quia *c.non magnopere.& c.super specula, ne clerici, vel monachi*, sola auditio iuris ciuilis, aut medicinæ exeundo claustrum interdicitur. At longè diuersum est promoueri ad gradus in his facultatibus, quas religiosi in sæculo didicerant. Atque ita docent Calder.Felin.Nauarrus, Salzedo, Mannel n. præcedenti allegati. Immo si in religione ipsa huic facultati operam dedit, etiam è claustro exieras, quamuis peccarit, poterit tamen ex superioris licentia ad gradum doctoratus in illa promoueri: quia hoc posterius nullibi prohibitum est, nec peccatum præcedens studij huius facultatis reddit religiosum ineptum doctoratui. Atque idem censeo de promotione ad doctoratum in medicina, quia nullibi est prohibitum, sed sola auditio.

46 Tertia conclusio. Religiosus missus à superiori ad literas addiscendas, censeri quoque licentiam habere, vt ad doctoratus gradum promoueatur, ac proinde expensas in eius gradu consumptas tenetur monasterium soluere. Atque ita docent Felinus latiùs probans *c.cum dilecta.n.18.& 19.de rescriptis, & c.ex parte.n.3. de accusat.* Nauarr.*commen.1.de regul.num.2.vers.3.dico.*Surdus *de alimentis.tit.8.priuileg.97.n.2.*& *3.*quod bene limitat Felin. *ea.c.ex parte.n.3.*, de expensis necessariis non sumptuosis.

47 Quarta conclusio. Fratres Franciscani possunt etiam ad gradū doctoratus promoueri, dummodo eiusmodi per constitutiones Apostolicas, & sui ordinis instituta decretos perfecerint, & idonei existant, & in Vniuersitatibus ab ipso ordine per generalia Capitula specialiter electis. Sic enim statuit Martinus V. vt refert Manuel *99.regular.tomo 2.q.84.art. 2.*

48 Religiosi Societatis IESV non possunt ad gradus Philosophiæ, vel Theologiæ promoueri sine Præpositi Generalis facultate: habetur *in constit. p.4.c.6.§.10. & 17.& c.15.§.1.& regul.62.offici Prouincialis.*

49 Tandem difficultas est, an valeat gradus doctoratus, vel alius receptus à religioso absque superioris licentia? Breuiter respondet, & bene Manuel *99. regular. tomo 2.q.74.art.3.* si religiosi sint ordinis Prædicatorum reformatorum, seu de obseruantia prouinciæ, aut congregationis Hispaniæ, & præsumant assumere quemcumque gradum in sacra Theologia, nisi ad illum per Capitulum dictæ congregationis expositi fuerint, erit irritum quod faciunt: sic enim statuit Innoc. VIII. cuius decretum ibi refert. Vnde bene inferit ibi Manuel, hanc pœnam non extendi ad reliquos fratres non reformatos, neque ad reliquos religiosos, immo neque ad reformatos, qui non ex præsumptione, sed ex ignorantia, vel oblitione ad eos gradus promoti sunt; quia decretum illud præsumptionem requirit. Immo addo non incurrere, quamuis ignorantia esset mortalitèr culpabilis, & quarumcumque crassa, dumuodo non esset ingens temeritas: quia huiusmodi ignorantia, quæ non ingentem temeritatem claudit, excusat à pœna præsumentibus imposita, vt latè probaui *lib.9. de matrimonio. disput.31.n.38.& 39.*

CAPVT XV.

De clausura monialibus indicta quoad egressum è monasteriis.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputanda sint? num. 1.
Proponuntur textus, & motus proprij clausuram monialibus indicentes. num. 2.
An sit solo iure humano indicta? num.3.
An contraria consuetudine possit huic clausuræ præcepto derogari? num. 4.
Qualiter monialibus strictior clausura indici potuit. num. 5.
Quæ sint limites, intra quos clausura monialium continetur, & an illos integrum sit Ecclesiam, & vsque ad portam exteriorem, dum clausa sunt, egredi? num. 6.
An clausuram violent si supra tecta regulas ascendant? n. 7.
Quid intelligat Pius V. in motu proprio per monasteria, sine dumo: & quæ sit natura dictorum, seu, & siue. num. 8.
An clausuram violes monialis egrediens domo priuata, intra quam est inclusa, vel transiens ad domum monasterio contiguam? n.9.

DVPLEX iure indicitur regularibus clausura: prior quoad egressum è suis monasteriis; posterior quoad ingressum extraneorum intra illa. Diuersa autem quoad vtrumque indicitur monialibus, & viris religiosis, de quibus seorsum agendum est. In præsenti ergo cap. tractandum est de clausura monialibus iure indicta quoad egressum è suis monasteriis: estque quintuplex disputanda quæstio. Prima est. Qualis clausura, & quo iure monialibus indicta sit: & qualiter strictior indici potuerit. Secunda. Quæ moniales illa ligentur. Tertia. Cuius sit eas ad hanc clausurā cogere, & licentiam egressus legitimæ causæ. Vltima. Quæ censuræ latæ sint contra moniales clausuram hanc non seruantes, vel eis fauentes.

Prima est. Qualis clausura eo iure monialibus indicta sit, & qualiter strictior ea ad quam ex vi suæ regulæ, aut voti tenebantur, indici potuerit. Præmittendum est, clausuram monialibus, eo quod collapsa erat, non absque graui earum honestatis dispendio, indictam strictissimo præcepto esse à Bonifacio VIII. *c.periculoso, in princip. de statu regularium, in 6.* his verbis; *Præsenti consuetudine perpetuo irregulariter valitura sancimus, vniuersas, & singulas moniales præsentes, atque futuras, cuiuscumque religionis sint, vel ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasteriis debere de cætero permanere clausura, ita quod nulli earum tacitè, vel expressè professæ sint, vel esse valeant, quacumque ratione, vel causa (nisi forte canonicè, & tali non id euidenter ex laborare contingat, quod non possit cum alia absque graui periculo, seu scandalo conuersare) monasterio ipsa deinceps egrediendi facultas concedatur.* Sed quia constitutio hæc in aliquibus locis recepta non erat, in alis verò in desuetudinem abierat, Tridentinum

sess.25. de regul. in fine c.5. rigidissimis verbis hanc consuetudinem innouauit, eam inuiolabiliter seruari in posterum præcipiens; & idem inet Tridentinum *eodem sess. de regularibus c.22.* præcipit omnia contenta in eta sessione seruari, non obstantibus quibuscumque statutis, & priuilegiis quacumque firmitate munitis, & quibuscumque præscriptionibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; vnum autem ex contentis *in ea sessione c.5.* est hæc clausura. Et postea Pius V. in quo tam motu proprio incipiente; *Circa pastoralis officij*, edito anno 1566. quarto Kalendas Iunij innouauit, ac districtè obseruari præcepit prædictam Bonifacij VIII. consuetudinem, & decretum Tridentini, explicans amplius, quæ moniales hac clausura teneantur. Atque idem Pontifex anno 1569. Kalendis Februarij aliud edidit motum proprio, qui incipit; *Decori, & honestati*, quo rigidiùs eandem clausuram præcepit, explicans iustas concedendæ licentiæ ad egressum causas, vanisque pœnis afficiens moniales clausuram violantes, atque illis auxilium aliquod impertientes. Et eandem Gregor. XIII. anno 1572. tertio Kalendas Ianuarij motu proprio, qui incipit; *Deo sacris virginibus*, eandem clausuram confirmauit, explicans quæ loca sub illa claudantur: quæ omnia toto hoc capite explicabuntur.

3 Circa quam prohibitionem primò dubitatur, an clausura hæc solo iure humano monialibus indicta sit, an potiùs iure naturali, & diuino. Quidam, quos tacito nomine refert Azor ilatim allegandus, asserunt eandem clausuram iure naturali, & diuino indici. Ducitur, quod Bonifacius VIII. *dicto cap. periculoso*, dicit, ideo se clausuram præcipere, quod exitus è monasterio sit monialibus periculosus, & noxius. Et Pius V. in motu proprio incipienti; *Decori, & honestati*, air esse scandalis, & periculis plenum. Atque Tridentinum *dicto c. 22.* & Pius V. motu proprio incipienti; *Circa pastoralis*, derogarunt contrariæ consuetudini, etiam temporis immemorialis: quæ omnia locum non haberent, nisi hæc prohibitio iuris naturalis, aut diuini esset; quippe solo iure humano prohibita non sunt mala ante eam prohibitionem, atque aduersùs illa consuetudo vires obtinet. Cæterum absque dubio dicendum est, eam prohibitionem solius humani iuris esse: nec enim ex sacris literis, aut traditione aliqua diuina eiusmodi clausura clarè deduci potest, nec in tribus religionis votis clauditur. Præterea, quia Ephigenia, quam Diuus Matthæus religiosam effecerat, vt habetur in eius historia, & aliquot aliæ moniales tempore Apostolorum clausuram non seruabant: immo nec tempore Diui Augustini seruabatur, vt colligitur ex eius epistola 109. vbi monialibus suæ sorori subiectis, regulam præscribens, tantum egrediendi facultatem ad balnea, & ad alias res necessarias concedit, quantam canonicis regularibus in sua regula. Nec obstant contraria, quis ij textus minimè decernunt exitum è monasterio fuisse ante iuris humani prohibitionem illicitum; sed per illud iure optimo interdici, ad pericula contra castitatem, & scandala, quæ inde consurgere poterant, præcauenda: nec decretuè id præceptum contraria consuetudine in posterum indurenda aboleri non posse, sed solam iam inductam abrogarunt. Et ideo huius sententiæ sunt Nauarrus *comment. 4. n. 39. vers. 14. & n. 42. vers. quibus tamen de regularibus.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 13. c. 8. quæst. 1.* Manuel *qq. regular. tomo 1. quæst. 44. art. 1. notab.* Llamas *methodo curationis*, in appendice, quam in fine ponit, §. 1. Vega *2. tom summæ cap. 86. casu 19.*

4 Hinc deducitur, posse alicubi consuetudine esse derogatum his omnibus decretis clausuram indicentibus, quia possunt non esse recepta, aut contraria consuetudine abolita; quippe cùm solius iuris humani clausura hæc sit, potest contraria consuetudo præualere. Sic Azor *eodem c. 8. quæst. 1. vers. ex his planè. & vers. item quæretur.* Quare minus bene Llamas *methodo curationis*, in appendice, quam ponit ad finem, in §. 2. *fine*, dicit contra hanc clausuram non potuisse consuetudinem, aut statuta religionis vim habere vllo tempore, quia etiam ante iuris humani statuta vim habuisset clausura; quia tacitè clauditur in voto tanquam necessaria ad castitatis promissæ obseruantiam. Sed si hoc argumentum vim haberet, falsum esset, quod diximus esse de solo iure humano, quod tamen non est, sed verissimum: quamuis enim tacitè sub obedientiæ voto claudatur quidquid secundùm regulas præcipit superior; at quod iuxta illas præcipit superior, est merum ius humanum, & ita consuetudo potest præualere contra illud: sicut iure diuino tenemur obedire Pontifici; at præcepta illius solo iure humano obligant, possúntque consuetudine aboleri.

Secundò dubitatur, qualiter monialibus strictior iure Pontificio clausura indici potuerit ea, ad quam ex vi sitæ professionis, aut regulæ tenebantur: cùm constantissimum sit, religiosos nihil excedens suæ professionis, aut regulæ limites iuberi posse. Sed de hac re diximus suprà in hoc lib. c. 2. n. 42. 5

Tertia difficultas est, qui sint limites, intra quos clausura monialium continetur, quósque prætergrediendo clausuram violent. Hanc rem explicuit Greg. XIII. in quodam motu proprio edito anno 1572. 5. Kalendas Ianuarij, qui incipit; *Deo sacris virginibus*, vbi sic ait. *Declaramus præterea, nullis monialibus, etiam tertiariis, licere habere ostium, per quod ex monasterio interiori introire possit ipsarum monialium Ecclesiam exteriorem, in quam secularibus ad Missas, & diuina officia patere solet accessus, sed omnino muro obstruendum. Nec iisdem licere monialibus, etiam tertiariis, egredi à tanta monasterij, quæ est pro clausura monasterij ipsius, vsqueadeò ad claudendum aliam vlteriorem tantam, quia patere solet aditus secularibus venientibus vel ad rotam, vel ad crates, seu loca colloquio destinata, quæ vulgò parlatoria vocantur, vel ad pulsandum ipsam tantam clausuræ, quæ loca cum satis pro causis prædictis patere soleant secularibus, extra clausuram censeri debent, etiam quo tempore clausa sint.* Ex quo deducitur: locum clausuræ esse eum, qui tanta clausa continetur, ad quam secularibus non patet accessus. Atque ita si locus eiusmodi sit, in quem seculares admittuntur, est extra monialium clausuram, illucque exeundo eam violant, vt constat ex dicto motu proprio. 6

Hinc deducitur primò, moniales ascendentes supra tecti regulas, si intra eam partem, quæ monasterium respicit, atque ad ipsum pertinet, contineantur, minimè violare clausuram; secus si eam prætergrediatur ad alienam tecti partem transeant: quia cum prior pars ad monasterium pertineat, est intra clausuram, secus de posteriori, quæ alterius domus pars est. 7

Secundò deducitur intellectus ad motum proprium Pij V. qui incipit; *Circa pastoralis*, vbi bis reperit, ne moniales monasteriis, seu domibus propriis egrediantur, vbi sub clausuræ limitibus non sola monasterij loca ostio principali inclusa comprehendere videtur, sed alias quoque monasterij domos. A[illegible] monasteria, & domos pro eodem vsurpat, [illegible] propria dictionis illius, *seu*, sicut & dictionis, *sive*, significatio est, non sensum, sed sola verba disiungere, teste Abbate communiter recepto, *c. inter extra. num. 4. de rescriptis.* Sic Nauarrus *commentario 4. num. 44. notab. 4. de regularibus. & lib. 3. cons. in 1. editione. tit. de regular. cons. 66. n. vltimo.* Manuel *quæst. regular. tom. 1. quæst. 44. art. 3. colum. 2. vers. obserua præterea.* 8

Quare monialis siue instè, siue iniustè è monasterio egressa, & intra domum aliam priuatam inclusa, non violat clausuram domo hac egrediens, quod domus hæcnó sit monasterium. Sic Nauar. *eodem comm. 1. n. 44. notab. 4.* Immo nec intra clausuram comprehenduntur domus contiguæ monasterio, intra quas conuersæ professæ destinatæ eleemosynis colligendis esse debent, vt dicemus num. 15. Quia hæ non sunt monasterium, sed extra illius clausuram, ita vt sub canone interdicente personis secularibus ingressum in monasteria, non veniant, vt optimè ait Nauarrus *eodem commentario 4. n. 56. vers. ex quibus colligo.* 9

SVMMARIVM.

An moniales ordinum omnium militarium teneantur hac clausura? n. 10.

Quid de monasteriis, in quibus nunquam ante Tridentinum hæc clausura est seruata? Proponuntur probantia partem negantem. n. 11.

Explicatur sententia authoris n. 12.

An moniales conuersæ, & tertiariæ, siue de pœnitentia, teneantur ad clausuram? n. 13.

Quid de mulieribus vouentibus solo voto simplici in congregatione aliquem religiosum viuendi modum: & an possint aliquæ huiusmodi amplius admitti? n. 14.

An oblatæ, vulgò donadas, *teneantur ad clausuram? n. 15.*

An nouitiæ ad illam teneantur? n. 16.

An professæ cum conditione, vt in domo propria maneant, teneantur ad illam? n. 17.

An professæ, quæ olim obtinuerant priuilegium Pontificum existendi in propria domo, teneantur ad clausuram? num. 18.

An omnes moniales teneantur ex voto, an ex solo præcepto ecclesiastico, aut regula ad clausuram? n. 19.

10 QVÆSTIO secunda. Quæ moniales clausuræ præcepto astringantur. Quidam, teste Nauarro statim referendo, dubitarunt, an ligentur hac clausura moniales professæ ordinum militarium Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ. At immerito id dubium vertunt: quia Tridentinum *sess. 25. de regular. cap. 22.* sic ait. *Hæc omnia, & singula, in superioribus decretis contenta obseruari sancta Synodus præcipit in omnibus Canobiis, ac monasteriis quarumcumque sanctimonialium, etiamsi illæ sub gubernio militarium, etiam Hierosolymitanæ viuant, & quocumque nomine appellentur, sub quacumque regula, vel constitutionibus.* At vnum ex decretis ea sessione contentis est de monialium clausura. Idem constat ex motu proprio Pij V. qui incipit; *Circa pastoralis*, ibi. *Cuiuscumque ordinis, vel militarium, etiam si Hierosolymitanæ sint.* Quæ dictio, *etiam*, in vtroque decreto posita significat à fortiori comprehendi, quæ sunt aliarum militarium, & docent Nauarr. *comment. 4. num. 44. vers. 5. nota de regular.* Manuel *quæst. reg. tomo 1. quæst. 44. art. 2. & 3.* Llamas *methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine, §. 1. *fine.*

11 Sed vrgentius dubium est, an clausura hæc ea monasteria astringat in quibus ante Tridentini decretum *sess. 25. cap. 5. de regular.* hæc clausura nunquam admissa, aut seruata fuerat. Partem enim negantem probant ea verba illius decreti: *omnes si Episcopus præcipit sancta Synodus, vt in omnibus monasteriis clausuram sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter restituat, & vbi inuiolata est, conseruari maximè procurent.* At non dicitur violari, nec restitui, quod nunquam fuit. Præterea, quia Pius V. in extrauag. *Circa pastoralis*, ita ait; *Decernimus omnes sanctimoniales, si tectis, vel expressè religionem professæ sunt.* Et eodem prorsus tenore idem dicitur *cap. periculoso, in princip. de statu regul. in 6.* vbi solæ, quæ clausuram profitentur, videntur ad illam teneri.

12 Cæterùm absque dubio dicendum est, hæc quoque monasteria teneri hoc clausuræ præcepto. Constat ex Trident. *sess. 25. de regular. cap. 22.* vbi iubetur, in quibuscumque monasteriis seruari omnia decreta illius sessionis, inter quæ vnum est huius clausuræ, etsi à tempore immemorabili sit contraria consuetudo; idque clariùs decidit Pius V. in suo motu proprio, qui incipit; *Circa pastoralis*, ibi. *Etiamsi ex institutio, vel fundatione earum regula ad clausuram non teneantur, neq; unquam in earum monasteriis, siue domibus, etiam ab immemorabili tempore ea seruata fuerit.* Nec obstat ratio contraria, tum quia mens legis potiùs quàm eius verba spectanda sit; *regul. finalis de regulis iuris, in 6.* quod præcepta sit vniuersis monialibus clausura. Id innouat Tridentinum *eo. cap. 5.* dicens; *vbi id præceptum violatum est, non introducta clausura* (& hoc dicitur clausura violata) *restituatur*, id est, instauretur, & reducatur ad clausuram debitam vi illius præcepti. Nec obstant verba motus proprij, & *cap. periculoso*, in contrarium allegata, quia manifestè loquuntur de professis tacitè, vel expressè religionem, ad excludendas nouitias, & alias non professas; non autem de professis clausuram illam. Et ita sustinent Nauarrus *comment. 4. num. 45. vers. 8. nota de regular.* & latè Manuel *97. regular. tomo 1. quæst. 44. toto art. 2.* Azor *tomo 1. instit. moral. lib. 13. cap. 8. quæst. 1. vers. ex his planè. & vers. item quæretur.* Galarza *in opusculo de clausura monialium, in 1. editione.*

Tenentur etiam ad clausuram moniales conuersæ, & tertiariæ, siue de pœnitentia, cuiuscumque ordinis, vel congregationis sint, si vtrœque veræ professæ sint. Habetur expressè in eodem motu proprio Pij V. *Circa pastoralis*, & docent Nauarr. *eodem comment. 4. num. 45.* Passarellus *in compendio priuilegiorum Minorum. c. 25. ad finem*, Manuel *eodem quæst. 44. ar. 4.* Llamas *methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine, §. 1. *ad finem.* Quare iam non est locus sententiæ, quam sustinuit ante hunc motum proprium Corduba *in annotationibus ad collectorem priuilegiorum Mendicantium, verb. clausura monialium, notab. 1.* vbi ait, non teneri ad clausuram moniales tertiarias D. Francisci, in congregatione viuentes, ac tribus votis solemnibus ligatas; quia regula à Leone X. approbata post *cap. periculoso, de statu regular. in 6.* indulget eis, ne clausuram seruent. 13

Mulieres autem in congregatione vouentes simpliciter aliquem religiosum viuendi modum, horrandæ sunt, vt solemniter profiteantur, & ex tunc tenebuntur ad clausuram; quod si recusantes voluerint sic in congregatione viuere absque clausura, & professione, non licet eis aliquam in posterum in suam congregationem admittere. Sic expressè decidit in motu proprio Pij V. qui incipit; *Circa pastoralis*, & tenent Nauarrus *commen. 4. num. 45. de regularibus.* Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 44. ar. 3.* Subdit autem motus proprius hæc verba. *Quod si contra huiusmodi hanc nostram prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad sic viuendum omnino inhabiles reddimus, ac illarum quasibet professiones, ac receptiones irritas decernimus, & nullas, prout etiam præsenti decreto irritas facimus, & annullamus.* Quod quidem decretum solas has receptiones contra hoc decretum in posterum factas irritat, non autem receptiones, quæ antecesserunt. 14

Similiter oblatæ (quas vulgò *donadas* vocant) non tenentur ad clausuram, quod non sint veræ moniales, nec professionem emittant, sed vel nullo voto se astringant, aut solis aliquibus simplicibus. Atque ita tradunt Nauarrus *lib. 5. consil. in 1. editione. tit. de regular. toto cons. 81. & 82. num. 1. an 2. an de statu monacharum, toto cons. 6. & cons. 7. num. 2.* Grassis *1. part. decisionum. lib. 4. cap. 23. num. 17.* Manuel *qq. reg. tom. 1. quæst. 44. art. 2. num. 5.* 15

Hinc deducitur, à fortiori nouitias cuiuscumque religionis approbatæ non teneri ad clausuram, quod omnes textus illam indicentes de solis tacitè, vel expressè professis loquantur. Et ita tradunt Nauarr. *comment. 4. num. 47. vers. circa quod regularibus.* Thomas Zerola *in praxi Episcopali. in 2. editione. 2. ar. 1. verbo monialis, ad 16. quæsitum, dubio 4.* Azor *tomo 1. instit. moralium. lib. 13. cap. 8. quæst. 1. vers. item quæretur.* Galarza *opuscolo de clausura monialium in 2. editione.* 16

Immo si hodie licitè aliqua profiteretur ex lege, vt in domo propria maneret, prout promittitur *cap. finali, qui clerici, vel vouentes*, non teneretur ad clausuram, quia textus loquuntur de monialibus in congregatione viuentibus, 17

uentibus, vt constat ex motu proprio Pij V. *Circa pastoralis*, ibi, *Mulieres quoque, quæ tertiariæ, seu de pœnitentia dicuntur, cuiuscumque ordinis fuerint, in congregatione conuenerit, &c.* & docent Nauarrus *eodem comment. 4. num. 45. vers. nota hic in illis verbis*, Graffis *1. part. decisionum. lib. 4. cap. 23. num. 17.*

18 Si quæ tamen moniales professæ obtinuerant olim ante Concilium Tridentinum, & prædictum motum Pij V. priuilegium Pontificium existendi intra conuentum in aliquibus locis honestis, id priuilegium minimè eis suffragatur, quia omnia huiusmodi indulta abolita sunt per Tridentinum, & dictum motum proprium. Quare solæ facultates suffragabuntur post huiusmodi decreta obtentæ cum sufficienti illorum derogatione. Sic Nauarrus *eodem comm. 4. num. 53. nota. 2. & 5.*

19 Tandè id monuerim, moniales quæ regulæ statuto, aut voto tenentur ad clausuram, illam violando reæ fore transgressionis illius regulæ, aut voti, & præcepti ecclesiastici de clausura indicti in textibus allegatis num. 1. Quod si tamen nec regula, nec ex voto ad eam teneantur, erunt reæ solius præcepti ecclesiastici. Sic Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 44. art. 2 in solutione ad primum argum. notabili 3.*

SVMMARIVM.

An Episcopi sit cogere omnes moniales, etiam exemptas, ad clausuram? refertur quædam sententia. n. 20.

Sententia auctoris. n. 21.

An possint inuocare auxilium brachij secularis, & qualiter peccent & incurrant excommunicationem illud denegantes? num. 22.

An sit præceptum quotannis huius decreti publicandi? n. 23.

An Episcopi sit ad exitum monialis licentiam concedere in quibuscumque monasteriis? referuntur varia sententiæ. n. 24. & 25. 26. 27.

Explicatur sententia auctoris, & an hanc licentiam concedere possit quicumque religiosus Prælatus, & Abbatissa? num. 28.

An hæc licentia debeat esse in scriptis? n. 29.

An vicarius Episcopi, aut habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, & Capitula sede vacante, ac ordinum militarium, illam concedere valeant? n. 30.

20 QVÆSTIO tertia. Cuius sit moniales ad hanc clausuram cogere, licentiamque egressus concedere. Circa priorem partem, ansam dubitandi præbet decretum Tridentini *sess. 25. de regular. cap. 5.* ibi. *Bonifacij VIII. constitutionem, quæ incipit, periculoso, tenenda sancta Synodus, omnibus Episcopis sub obtestatione diuini iudicij, interminatione maledictionis æternæ præcipit, vt in omnibus monasteriis sibi subiectis ordinaria, in aliis verò Sedi Apostolicæ authoritate clausuram sanctimonialium, vbi violata fuerit diligenter restituat, & vbi inuiolata est, conseruari maximè procurent: inobedientes, atque contradictores per censuras ecclesiasticas, aliásque pœnas, quacumque appellatione postposita, compescentes.* Vbi clarè ea facultas concedi videtur Episcopis, tam respectu monasteriorum, quàm etiam exemptarum, quæ regularibus subiiciuntur. Et sic sustinet Thomas Zerola *in praxi Episcopali. tit. 1. edictum. part. 1. verbo moniales ad 4. quæsitum, & ad 8. quæsitum. vers. 4.*

21 Cæterùm dicèdum est, nullam Episcopis facultatem concedi indicendæ clausuræ monialibus exemptis, quæ regularibus subiectæ sunt, sed id esse superiorum regularium. Quare mens Tridentini est, vt Episcopi authoritate ordinaria moniales sibi subditas ad clausuram cogant: authoritate autem Apostolica moniales, quæ immediatè Sedi Apostolicæ subiectæ sunt, non tamen exemptas ab eis, & subditas aliis Prælatis exemptis aliorum ordinum. Quod quidem apertè probatur ex *cap. periculoso. 5. vltimo, de statu regularium, in 6.* ibi. *Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis mandamus, quatenus eorum quilibet in ciuitate, ac diœcesi propria in monasteriis monialium, sibi ordinario iure subiectis sua, in his verò, quæ ad Romanam immediatè spectant Ecclesiam, Sedis Apostolicæ authoritate, Abbates verò, & alij tam exempti, quàm non exempti Prælati Ecclesiarum, monasteriorum, & ordinum quorumcumque, in monasteriis huiusmodi sibi subiectis de monialibus includendis quam primùm commodè poterunt prouidere procurent.* Cui decreto Tridentinum non derogat, immo se illud reuocare protestatur, atque illud interpretatur. At constitutio interpretanda est in dubio intelligenda iuxta eam, quam interpretatur, & recipit omnes illius interpretationes: quod quidem procedit, licèt noua lex declarans loquatur strictiùs, vt ex multis probauit *lib. 7. de matrim. disputat. 46. num. 21.* Præterea, quia id etiam ferè expressis verbis dixit Pius V. in suo proprio motu, *Circa pastoralis*. ibi. *Mandantes Patriarchis, &c. quatenus in monasteriis monialium sibi ordinario iure subiectis sua, in his verò, quæ ad Romanam mediatè, vel immediatè spectant Ecclesiam, Sedis Apostolicæ authoritate, vna cum superioribus eorundem monasteriorum clausuram seruari procurent.* Et præterea idem Pius V. in codè motu proprio addidit; *iuxta formam dictæ constitutionis periculoso, in sacro Concilio Tridentino approbatam, & innouatam, quam etiam nos authoritate præfata approbamus, & innouamus in omnibus, & per omnia, ac illam districtè obseruari mandamus.* & Trident. *sess. 25. de regular. cap. 9.* non statuit monasteria exempta regularibus subiecta ab Episcopo gubernanda, sed quæ Sedi Apostolicæ sunt immediatè subiecta. Et ideo hanc partem sustinent Nauarrus *comment. 4. num. 60. initio, de regularibus.* Llamas *methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine, *in* § 5. vbi idem dicit de vicario generali Episcopi. Sed de hoc dicemus n. 30.

Quod si opus sit ad cogendas moniales ad hanc clausuram auxilio brachij secularis, id inuocandum est, atque à brachio seculari præstandum: vt constat ex Tridentino *sess. 25. de regular. cap. 5.* ibi; *inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Quod auxilium vt præbeatur, omnes Christianos Principes hortatur sancta Synodus, & sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda omnibus Magistratibus secularibus iniungit.* Ex quo deducitur, Principes absque causa iusta hoc auxilium denegantes, minimè peccaturos hoc solo Tridentini decreto attento, secus de Magistratibus secularibus; quia diuersè de vtrisque loquitur Tridètinum, priores enim solùm exhortatur, exhortatio autem non importat præceptum *cap. quod præcipitur. 14. quæst. 1.* posteriores autem grauissimo præcepto sub excommunicationis latæ pœna id auxilium impendere iubentur. Peccarent autem Principes aduersùs aliam legem id auxilium iniustè denegantes, cùm ex officio sibi iniuncto adjid impendendum petentibus iustè teneantur, iuxta notata *cap. 1. de officio ordinarij, & cap. omnes Principes, de maioritate, & obedientia, & cap. duo, & cap* e ita docent Nauarr. *comment. 4. num. 46. vers. ex quibus nota de regularibus.* 22

Quamuis autem videantur teneri Episcopi, & alij locorum ordinarij sub pœna peccati lethalis publicari quotannis decretum de clausura monialium, id enim in virtute sanctæ obedientiæ præcipit Pius V. in sui motu proprio, qui incipit, *Decori*, at temperantiùs loquuntur idem Pius V. in suo motu proprio, qui incipit; *Circa pastoralis*, & Greg. XIII. in suo motu proprio, qui incipit; *Deo sacris*, vbi solam publicationem præcipiunt, non addito, quoties ea facienda sit. Atque ideo Nauarr. *comment. 4. de regular. num. 54. versum quoties nota*, ait videri illum publicàdi quotannis rigorem temperari per prædictum notum proprium Gregorij XIII. quod idem sub dubio asserit etiam num. 58. id relinquens Pontificis iudicio. Atque ita credo non exigi hanc quotannis publicationem faciendam, sed sufficere ad decretum semel publicatum esse: atque ita vsus recepit.

24 Tandem circa posteriorem partem, nempe, an Episcopi sit iustas exitus monialis à monasterio causas approbare, non modicam dubitandi ansam præbet idem Tridentini decretum *sess. 25. de regular. cap. 5.* vbi generaliter, & indistinctè tradit causas has ab Episcopo approbandas, his verbis: *Nemini autem sanctimonialium liceat post professionem exire à monasterio etiam ad breue tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda.* Atque vrgentius premit motus proprius Pij V. qui incipit, *Decori & honestati*, vbi postquam decidit, nulli monialium licere exitum, nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ, subdit hæc. *Quæ tamen infirmitas, præter alios ordinum superiores, quibus cura monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu alium loci ordinarium, etiamsi prædicta monasteria ab Episcoporum, & ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expressè in scriptis approbata sit.* Quidam Doctores obsolutè tradunt, licentiam hanc, & approbationem pertinere ad Episcopum in monasteriis sibi, aut Sedi Apostolicæ subiectis: at ad solos superiores regulares in monasteriis exèptis, quæ regularibus subduntur, sicut diximus de clausura indicenda num. 21. Et sic intelligunt prædictum Tridentini decretum Nauarr. *lib. 5. consil. in 1. editione. tit. de regularibus. cons. 48. num. 6. in 2. tit. de statu monachorum cons. 5. num. 6.* Graffis *1. part. decis. lib. 4. cap. 23. nu. 6.* Llamas *methodo curationis*, in appendice, quam in fine ponit, § 5. Alij tamen non meminère huius motus proprij Pij V. præter Llamas citatum, qui dicit eodem modo intelligi.

25 Alij censent, extra casus numeratos à Pio V. in eo motu proprio veram esse prædictam sententiam: at in illis tribus casibus desideratì coniunctim licentiam Episcopi, & superiorũ monasterij in monasteriis exemptis, quæ regularibus subduntur; quia expressis verbis vtriusque superioris licentiam is motus proprius petit. Sic tenet Confectius *de priuilegiis ordinum mendicantium. tit. 10. cap. 4.* & loquens de illis tribus casibus tradit Capuccinus *in annotationibus ad compendium priuilegiorum Mendicantium verbo clausura monialium, ad finem.*

26 Alij absolutè tradunt, in his monasteriis, quæ subduntur regularibus, exigi Episcopi, & superiorum licentiam. Sic Nauarr. *comment. 4. num. 60. vers. 3. quæst. dubitari de regul.* Azor *tomo 1. in lib. moralium. lib. 11. cap. 8. quæst. 1. versicum quæritur*, & Thomas Zerola *in praxi Episcopali. parte 2. verbo moniales, dubio 8.* testatur, se ita vsisse in praxi recipi.

27 Tandem Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 49 art. 6.* dicit absque aliquo conscientiæ scrupulo integrum esse monialibus, quæ regularibus subduntur, ex monasteriis egredi absque licentia, aut approbatione Episcopi, ex sui Generalis, aut Prouincialis regularis licentia: duplicémque prædictis motus proprij Pij V. verbis solutionem adhibet. Prior est, in Hispania non esse in vsu, & ideo per non vium vires omigandi amisisse. Posterior est, eum intelligi de monasteriis monialium, quæ non solùm subduntur Generalibus, & Prouincialibus habètibus iurisdictionem quasi Episcopalem, sed etiam subdunter Prioribus conuentualibus iasi iurisdictione quasi Episcopali carentibus: nam in talibus non sufficit superioris immediati licentia ad monialis exitum; sed requiritur licentia, & approbatio Generalis, aut Prouincialis: quippe ij quoad iurisdictionem sunt Episcopi monialium sibi subiectarum.

28 Cæterùm vt meam explicem sententiam, displicet omnino differentia tradita à Confectio, quam n. 25. allegatimus inter causas assignatas in eo motu proprio Pij V. ad licitum monialis exitum, & alias, quæ à Doctoribus traduntur, vt in illis desideretur etiam Episcopi licentia, in his autem minimè, sed solius superioris regularis. Displicet (inquam) quia Pius V. in eo motu proprio omnes alias causas, præter tres ibi enumeratas, exclusit decidens ob illas non licere exitum: quod si alias admittimus, (vt reuera admittemus) id contingit ex quadam illarum extensione, ob rationis similitudinem cum illis, vt explicabimus num. 37. & sequentibus. At quis non videat à ratione prorsus alienum esse, existimare Pontificem voluisse in causis à se approbatis tanquam iustis egressus, & proinde omnino certis licentiam Episcopi, & superioris religiosi in monasteriis, quæ subdunter regularibus: at sola superioris regularis licentia contentum esse in causis, quæ à Doctoribus per extensionem quãdam, & similitudinem tanquam iustè approbantur, ac proinde in causis, quas esse sufficientes non est certum, sed sub iudice? Nec etiam placet posterior solutio tradita num. præcedenti ad motum proprium Pij V. quia à Pontificis mente est prorsus alienum in eo motu proprio intelligere nomine Episcopi, aut ordinarij in monasteriis, quæ subdunter regularibus, eorum Generales, aut Prouinciales iurisdictione quasi Episcopali fungentes. Quod constat ex illis verbis: *præter alios ordinum superiores, quibus cura monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu alium loci ordinarium, etiamsi prædicta monasteria ab Episcoporum, & ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiantur.* Vbi pondero illa verba, *præter alios ordinum superiores*, vbi omnes superiores, & non solùm immediatos includit: & ea, *per Episcopum seu alium loci ordinarium.* At superiores regulares minimi loci ordinarij appellantur. Præterea, quia si ea expositio esset vera, exigeretur quoque in his monasteriis præter licentiam Prouincialis, aut Generalis, licentia superioris localis monasterij, cùm motus proprius exigat licentiam Episcopi, & superioris monasterij; quod tamen ipse Manuel, qui eam expositionem tradidit, negat. Quare amplectenda est prior solutio, vt is motus proprius non obliget quoad hoc in Hispania tanquam vsu non receptus: & ideo sufficiet in his monasteriis sola Prouincialis, aut Generalis licètia. Atque eũ non esse quoad hoc in vsu, docet etiam Llamas 9. § *appendicis in methodo curationis, in fin.* Nec video cur ad solos Prouinciales, aut Generales hanc licentiam concedere spectet, nisi constitutionibus religionis aliter cautum sit: quia ratio, quam Manuel adducit, nimirum, quia hi habent iurisdictionem quasi Episcopalem in subditos, id non probat. Quia etiam Prælatos immediatos, siue conuentuales ea gaudere probati *lib 8. de matrim. disputat. 3. num. 9.* At Abbatissæ, vtpote quæ simili strictæ clausuræ præcepto tenentur, non possent eam concedere, vt bene ait Manuel *qq. reg. tomo 1. quæst. 46. art. 2.* idque amplius constabit ex dicendis à sequenti n. 21.

29 Atque quamuis attento Tridentini decreto *sess. 25. de regular. cap. 5.* dubitari meritò posset, an licentia egrediendi à monasteriis concessa monialibus, esset necessariò in scriptis concedenda; quod Tridentinum ibi ad ingressum in monialium monasteria decernit licentiam debere esse in scriptis: & quamuis loquens de licentia ad egressum non meminerit huius conditionis, vrgentior tamen ratio persuadere videtur esse quoque necessariam ad exitum, cùm longè grauius sit monialem egredi à monasterio, quàm personam secularem in illud ingredi. Sed difficultatem hanc sustulit Pius V. in eo motu proprio, qui incipit; *Decori, & honestati*, vbi hanc quoque exitus licentiam in scriptis exigit. Quod bene animaduertit Nauarr. *comment. 4. num. 60. vers. 1. responsdeo de regular.* Quod si quis contendat hoc solùm habere locum in causis exitus expressis in eo motu proprio, hanc differentiam reprobauimus num præcedèn. Vtrùm autem ita requiratur hæc conditio, vt nisi licentia sit in scriptis, aut verbo tenus obtenta, sit mortalis egressus, ac censuris subiectus, dicemus cap. sequenti à num. 29. vsque ad 37. vbi & alia ad hanc licentiam in scriptis concedendam tangemus.

Tandem

30 Tandem dubitari potest, an vicarius generalis Episcopi possit absque speciali Episcopi commissione hanc egressus monialis à monasterio licentiam concedere. Pars negans videtur suaderi: quia Trident. *sess. 25. de regular. cap. 5.* dicit eam licentiam ab Episcopo approbandam. At credo, nomine Episcopi, vicarium quoque eius generalem, non verò foraneum comprehendi, nisi illi Episcopus hanc abstulerit facultatem eam sibi reseruando, aut nisi huic illam commiserit. Ducor primò, quia motus proprius Pij V. incipiens; *Decori, & honestati*, explicuit Episcopum, aut alium loci ordinarium. At vicarius generalis Episcopi est ordinarius, & nomine ordinarij in omnibus decretis comprehenditur. Quod vtrumque aliter se habet in vicario foraneo, vt probauimus *lib. 1. de matrim. disputat. 29. num. 35. & 10.* Item, quia quoties in Tridentino mentio fit Episcopi, & est res non aliena ab eius vicario generali, hic nomine Episcopi comprehenditur, vt latè probauimus *eadem disput. 29. num. 16.* Demum, quia hic vicarius vnam, & eandem iurisdictionem habet cum Episcopo, & ita monasteria monialium ipsi subduntur, ac Episcopo, vt optimè docet Nauart. *lib. 3. consil. 1. editione. tit. de statu monach. cons. 6. num. 2. in 2. eadem tit. cons. 9. num. 2.* & in proprius terminis hanc partem sustinet Llamas *methodo curationis*, in appendice, quam in fine ponit, *in §. 5.* vbi idem dicit de monialibus subiectis immediatè Pontifici. At hoc non credo, quia id committitur Episcopo authoritate delegata, & vicarius nil potest in similibus. Atque idem quod de hoc generali Episcopi vicario diximus, dicendum est de generalibus vicariis Capituli sede vacanti, & quorumcumque Prælatorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem in diœcesi aliqua, & generalibus vicariis ordinum militarium, quia hos quoque ordinarios esse, ac nomine ordinarij comprehendi, probauimus *eadem disputat. 29. num. 45. & 19.* Idem intelligo de his Prælatis habentibus iurisdictionem prædictam quasi Episcopalem; possunt enim in monasteriis subiectis immediatè Sedi Apostolicæ dare licentiam, quia quoad iurisdictionem sunt Episcopi in sua diœcesi. De Capitulo autem sede vacante maior est difficultas, quia non succedit in iurisdictionem Episcopis delegatam, cùiusmodi Sedis Apostolicæ delegatis, vt ex multis probauit *lib. 8. de matrim. disputat. 2. num. 10.* At credo in hoc casu mentem esse Concilij, & summorum Pontificum, vt id quoque Capitulum possit, quia monasteria hæc non debent esse absque Prælato ad quem confugiant. Et ideo præcipit Tridentinum *sess. 25. de regular. cap. 9.* eas fore sub Episcopi gubernatione, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, & *cap. periculosè*, & motus proprius concessère, vt tanquam Sedis Apostolicæ delegatus cogeret ad clausuram, & de causis egressus nosset; quæ etiam necessitas militat in Capitulo sede vacanti, cùm sæpe diu vacet, & frequentes se offerant occasiones huius generis.

SVMMARIVM.

An licentia egressus monialis à monasterio exigat iustam causam, & strictiorem petant aliqui textum, quam alij priores corrigendo? n. 31.

Quid si periculo incendij, aqua ductus, & contagionis monialium possit occurri absque egressu, & an superiores, vt iustis egressus licentiam concedant, contentiosè sola morbi probatione debeant? n. 32.

Quid intelligatur nomine morbi epidemici, ob quem conceditur egressus monialis à monasterio? refertur quædam sententia. Explicatur sententia auctorum: & laxè declaratur differentia inter hos morbos, pandemius, endemius, epidemius, & pestis. n. 33. 34. & 35.

An casus excepti in eo motu proprio extendantur ad casus similes, vel vrgentiores? refertur quædam opinio. n. 36.

Explicatur sententia auctorum, & natura distinctionis taxatiuæ, an impediat extensionem ad casus similes, vel vrgentiores; & an ex similibus causis ist. quæ in iure expressæ sunt, liceat filiorum exheredatio, & reuocatio donationis? & soluuntur contraria. n. 37.

An liceat monialis egredi, quando eo morbo laborat, vt deseratur salus, nisi è monasterio egrediatur? refertur quædam sententia. n. 38.

Explicatur sententia authoris, & soluuntur contraria. n. 39.

An liceat tunc exitum ad aliud eiusdem ordinis monasterium? num. 40.

Quid si monasterium sit in loco deserto, quò Medici non ita frequenter adire possunt, ac morbus pestis? n. 41.

An Generales, & Visitatores possint abstinere à punitione Prælati regularis in simili casu licentiam egressui concedentis? n. 42.

An liceat exitum ob quemcunque alium ab exceptis morbum contagiosum? n. 43.

An sit iusta causa timor belli imminentis? n. 44.

Quid vt monialis sit Abbatissa alterius monasterij? n. 45.

Quid vt habeat curam nouitiarum, porta, velrotæ, id est, tornij, alterius monasterij? n. 46.

Quid causa fundationis, aut reformationis alterius, aut correctionis propriæ, vel punitionis criminis? n. 47.

An sit iusta expulsionis causa, si monialis sit incorrigibilis? remissius. n. 48.

Quid ratione transitus ad strictiorem religionem? remissiuè. num. 49.

An sit iusta egressus Abbatissæ causa, vt visitet monasteria sibi subiecta? n. 50.

Quid ad accipiendum fidelitatis iuramentum debitum monasterio ratione feudi? n. 51.

Quid causa perficiendi ædificij Ecclesiæ, quæ in monasterij vsum ædificatur? n. 52.

Quid si totus conuentus alio transferatur? n. 53.

An liceat egressus aliquarum conversarum professarum ad petendas eleemosynas necessarias conuentui? n. 54.

An liceat his exire ex domibus contiguis, in quibus sunt ad alia negotia; & domus illæ conscantur contentæ intra monasterij clausuram? n. 55.

Qualiter Greg. XIII. præcepit his monialibus ita indigentibus applicari domidium omnium eleemosynarum partem. num. 56.

Qualiter etiam prouidit, vt parentes, & alij consanguinei eis subueniant, & an possint ad id cogi? n. 57.

An conversæ possint amplius in monasteria recipi? refertur quædam sententia. n. 58.

Explicatur sententia authoris. n. 59.

An monialis licitè egressa, teneatur finita egressus causa redire statim ad monasterium? n. 60.

An egressa, vt transeat in aliud monasterium, teneatur via recta ire? n. 61.

An vrgentis necessitate, si ad superiorem non sit recursus, possit eo inconsulto monialis egredi: & teneatur, vbi primum potuerit certiorem de causa egressus superiorem facere? n. 62.

QVÆSTIO quarta. An licentia egressus monialis à clausura indigeat iusta causa, & quæ sint iustæ causæ? 31
Constat exigi iustam, eamque grauissimam causam: tum quia res est grauissima, tum etiam, quia *c. periculosè, in princip. de statu regul. in 6.* hoc deciditur ibi; *Itaque nulli earum tacite, vel expressè professæ sint, vel esse valeant, quacumque ratione, vel causa, nisi forte tunc, & tali morbo euidenter aliquam earum laborare constaret, quod non posset cum aliis absque grauis periculo, seù scandalo commorari*) monasteria ipsa dumtaxat egrediendi facultas concedatur. Atque idem decidit Tridentin. *sess. 25. c. 5. de regular.* vbi innouatur hæc constitutio, & subiungitur; *nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda.* Et tandem Pius V. in motu proprio edito anno 1569. Kalendis Februarijs, qui incipit; *Decori, & honestati*, ibi. *Ordinamus nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliisue moniales monialium de cætero, etiam infirmitatis, seù aliarum*

aliarum monasteriorum, etiam eis subiectarum, aut domorum parentum, aliorumve consanguineorum visitandorum, aliaue occasione, & pretextu, nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ, &c. à monasteriis exire: sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus stare liceat. Quare strictiùs loquitur *dictum c. periculosè*, & motus proprius Pij V. quàm Trident. *eo. c. 5.* cùm hoc generaliter decident, sat esse causam legitimam, arbitrio Episcopi eius honestatem committens. At *cap. periculosè*, & motus proprius Pij V. causas determinarunt, solùm arbitrio Episcopi committentes veritatem earum approbare. Et motus proprius Pij V. auxit causas expressas in *eo. c. periculosè*: quippe etsi lepra, & epidemia expressa in motu proprio, comprehendantur sub morbo contagioso expresso *in eo. c. periculosè*; at causa incendij addita in motu proprio non comprehendebatur. Atque ita bene adnertunt Nauart. *comment. 4. n. 40. vers. 2. quod desiderari potest, iuncto n. 48. nonnisi 4. de regular.* Cenedo *in collectaneo 31. ad 6. decretalium. n. 1.* Nec tamen credo hanc dici iuris correctionē, sed declarationem; quia tantum abest hic corrigendi animus, vt potiùs Tridentinum in eo decreto asserat se innouare dictam constitutionem *c. periculosè*: & Pius V. in eo motu dicit; *inhærentes decreto sanctis Concilij Tridentini de clausura monialium disponenti, ac aliis nostris literis super huiusmodi clausura editis.* Hæ sunt motus proprius incipiens: *Circa pastoralis*, vbi in omnibus, & per omnia iussit obseruari disposita *in eo. c. periculosè.* Quare dicendum est, Trident. nomine legitimę causæ ab Episcopo approbandæ non intellexisse quamcunque, quæ Episcopo legitima videtur, sed causas expressas in *eo. c. periculosè*, quod innouare prorsus intendebat: ac Episcopi arbitrio commisit determinare, an ea morbi causa sit vera, ac talis, qualis petitur *in prædicto c. periculosè*; & motus proprius Pij V. declarauit magnum incendium non excludi in eo textu, cùm causis ibi expressis sit simile, immo multo vrgentius, nec possint ibi commorari moniales sine manifesto vitæ periculo.

32 Quare nec causæ expressæ in dictis textibus legitimæ erunt, si ita capax sit monasterium, ac ea sit medendi ei morbo commoditas, vt nullum esset contagionis aliarum monialium periculum. Non licere exitum constat, quia aperte textus *dicti c. periculosè*, innouatus per Trid. & prædictos motus proprios ferè hoc expressit ibi; *quod non possit cum aliis absque grauis periculo commorari.* Quare optimè dixit Manuel *qq. regular. tomo 3. q. 31. art. 1.* licere exitum ex his omnibus causis, propter ineuitabile aliarum periculum. Et optimè etiam dixit collector priuilegiorum Mendicantium, *verbo clausura monialium, casu 1. fine*, Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quā ponit in fine, *in §. 10.* non licere exitum, si magnum incendium extingui posset, aut occurri aquæ ductui, aut ruinæ imminenti, aut hostium impetui, non egredientibus monialibus è suis monasteriis: quia in hoc casu cessat exeundi necessitas, quæ huius concessionis causa est. Quare superiores, vt iustam licentiam exitus concedant, non sola morbi probatione contenti esse debent, sed simul probanda est incommoditas monasterij ad medendum absque periculo infectionis aliarum.

33 Tota ergo huius quæstionis difficultas versatur in explicando motu proprio Pij V. qui incipit; *Decori, & honestati*, cuius verba retulimus *n. 29.* Et prima circa illum difficultas est, quid in eo nomine infirmitatis epidemiæ intelligatur, ob quam monialī infirmæ conceditur exitus. Quidam existimant nomine huius morbi pestem, seù morbum pestiferum intelligi. Sic additionator ad motum proprium Pij V. qui incipit; *Decori, & honestati*. Gutierr. *99. canon. lib. 1. c. 14. n. 7. paulo post principium, & n. 8. ad medium.* Llamas Zecchius *de Rep. ecclesiastica. tit. de regul. c. 3. n. 15. vers. 9.* Llamas *in methodo curationis in fine*, in appendice, quam ibi ponit, §. 2. *fine.* Socbus *in compendio Mendicantium, verb. ingressus monasteriorum monialium, in suis annotat. n. 6. vers. & sic etiam per idem verbum.*

34 Cæterum, vt hæc res intelligatur, oportet præmittere, vt eruditissimè ex Hippocrate, & Galeno docet Philippus de grauia *tractatu de pestifero morbo. p. 1. c. 18. diuis. 1. & subdiuis. 1. & 2.* esse morbum, qui pandemius, siue pandemius apud Græcos appellatur, sic dictus à dictione, *pan*, quæ totum significat, & *demos*, id est, populus, quia scilicet totum populū eodem modo, & ex eadem causa inuadit; quā ratione etiam dicitur pancœmus, id est, omnibus cōmunis; *koinos* enim Græcè quid commune significat. Quare à Latinis vocatur morbus vniuersalis, quia vno eodēque simul tempore, & ex causa omnibus communi in multos eodem modo grassatur. Hic autem morbus pandemus est triplex: quidam dicitur epidemius, quidam endemius, & alius pandemius simplex. Epidemius est, qui nō vni soli regioni, sed pluribus communis est ob aëris alterationem à cælestibus, superioribusque causis consurgentem; vnde nō sufficeret, si aëris alteratio aliūde solùm proueniret, nisi simul adesset noxia superiorum causarum influentia. Endemius, siue endemus appellatur, qui euidam populo proprius, & familiaris est, ex noxis eiusdem terræ, aëre, vel aqua, vel situ proueniens. Pandemius simplex appellatur morbus communis, seu vniuersalis, ex alteratione aëris non cælitus facta, sed ex alia causa communi, vt ex vitiosis cibis, aut potibus proueniens. Quare morbus epidemius distat ab endemio, quod ille communis sit regioni, & ex causa superiori cōsurgat, hic autem sit familiaris euidam populo, ex causāque inferiori consurgat; à pandemio autem simplici distat, quod quamuis sit communis, eo quod regionis sit, ac ex causa inferiori procedit, ille autem ex superiori. Rursus hic epidemius morbus est genus ad pestiferum, & non pestiferum; quidam enim est epidemius simplex, qui est nonnihil contagionis, & malignitatis habeat, non tamen est venenosus; alter autem est pestifer, qui simul venenosus est. Vnde optimè Manuel *qq. reg. tomo 1. q. 49. art. 4. vers. ex his sequitur*, concludit ex Galeno, & Hippocrate, morbum epidemium, & pestiferum habere se sicut superius, & inferius; omnis enim morbus pestifer epidemius est, sed non è contrà; pestifer enim duo petit, nempe, vt popularitèr grasseturr, & perniciosis sit, ita vt maiorem eo laborātium partem interimat; epidemius autem vnico contentus est, nempe, vt plurimos inuadat, seu popularitèr grasseturr, quamuis pernicioſus non sit.

35 Hoc ergo præmisso dicendum est, nomine morbi epidemiæ exceptæ à Pio V. in eo motu proprio comprehendi non solam epidemiam, quæ vera pestis est, sed etiam epidemiam simplicem. Quod optimè docet Manuel *qq. reg. tomo 1. quæst. 49. art. 4. ad finem*; & clarè indicant Nauarrus *consult. 4. num. 48. notab. 4. de regular.* & Cenedo *collectan. 31. ad sextum decretalium num. 2.* aiunt enim epidemiam contineri in his verbis *cap. periculosè in princip. de statu regular. in 6.* ibi; *nisi forte tunc, & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quod non possit cum aliis absque grauis periculo seù scandalo commorari.* At constat, hunc morbum non esse solam pestem; neque existimo Doctores allegatos num. 33. huic sententiæ aduersari, quia quæcumque epidemia morbus pestifer eadem ratione appellatur, quod cum vera peste conueniat in hoc, quod plurimos inuadit, contagionēque habet; & solùm differt, quia non est ita contagiosus, vt maiorem partem eorum, quos afficit, enecet. Ducor, quod Pius V. in ea exceptione communi monialium morbo prospexerit, ne communitatem totam, maiorēve eius partem morbus ille inuadat, contagione sua alias afficiens; & ideo gratiā communis huius infectionis vitandæ ex illius monialis intra angustos monasterij parietes retentione, concessit illi exitum: ergo non de sola peste intellexit. Præterea, quia epidemiæ adiunxit lepram, eam quoque excipiens, quæ nihil pestis, sed solum infe-

ctionis aliarum periculum habet. Signum ergo non leue est, nomine epidemiæ non solum morbum verè pestilentem claudi, sed contagiosum toti populo communem; præterea, quia si solum veram pestem comprehendere veller, non vteretur nomine epidemiæ, quod alios quoque morbos comprehendit, nec intellectu facile est: sed nomine claro, & specifico pestis vteretur. Præterea, quia in decreto ita rigidè clausuram monialium stringenti, grauissimásque censuras violantibus adiicienti, durissimum esset nomen epidemiæ genericum ad veram pestem, quæ peculiaris eius species est restringere, eo vel maximè quod in correctionem *d. periculoso*, cedit. Quod & Trident. *sess.25. cap.5. de regular.* & ipsemet Pius V. in suo motu proprio, qui incipit; *Circa pastoralis*, innouat, & obseruari maximè commendat, adiecíque hic se illud in omnibus, & per omnia in eo cœrenta confirmare. Nam *id cap. periculoso*, concessit exitum ob quemcunque morbum non permittentem absque graui periculo monialis aliis cum ægrota commorari; qualis non est sola vera pestis. Si ergo solam veram pestem nomine epidemiæ includeret, exclusis omnibus alis morbis, præter lepram, quam ibi quoque excepit, corrigeret, atque valde restringeret textum *dicti cap. periculoso*. Tandem quod Pius V. eos morbos exceperit, quò exactè exteranum monialium clausuræ prospiceret, quæ maxè seruari posset, denegato exitu monialibus laborantibus morbo contagioso, licèt non verè pestifero, ex quo non modicum infectionis aliarum periculum imminet: quippe oporteret mulieres seculares in clausurum intromitti, ibique diu manere causâ medendi monialibus infirmis; vel plures moniales eius morbi contagione infectas claustro egredi, vt medicinis opportunè adhibitis ad pristinam sanitatem restituerentur.

36 Secunda difficultas est circa eundem motum proprium, an illæ tres exceptiones epidemiæ, lepræ, & incendij, contentæ in eo motu proprio, extendendæ sint ad alios casus similes, vel vrgentiores: Quidam eam extensionem negant, quippe motus proprius tiridissimis verbis vtitur, dicens nulla alia occasione, & prætextu, præterquàm illius tripliciis infirmitatis, licere exitum; vbi apertè quamcunque ad alios casus extensionem excludit, quod in simili docet Archidiaconus *cap. periculoso. num.1. de statu regular. in 6.* vbi ait, cùm ibi dumtaxat duo morborum casus exceipantur, non admitti extensionem ad alios casus. Secundò, quia Parlador alios referens *de rebus quotidianis. t.2. lib.2. part.1. §. 11. num.7.* docet regulam permittentem extensionem casus exceptiad alios similes facere, quando lex excipiens non vtitur dictione aliqua taxatiua, quali vtitur noster motus proprius, immo rigidiori, quàm taxatiua, cùm vtatur dictione taxatiua, dicens, *nulla alia ratione*, eíque est negationis natura, vt quidquid post se inuenit, destruat, eiúsque oppositum ponat. Tertiò, quia Bartolus *l. si emisti. ff. 25. qui 9. num. 44. ff. soluto matrimonio*, ait casum dictione taxatiua exceptum extendi ad casus similes in materia fauorabili, secus in materia odiosa; quod idem tradit Villagura *de excessione legum. quæst. 8. tit. de extensione legum taxatiuarum. num. 3.* At materia clausuræ monialium, in qua est facienda dicta extensio, quamuis prima facie videatur fauorabilis, vtpote quæ rigorem clausuræ mitigat; at re attentiùs inspecta est satis odiosa: cùm enim strictissima monialium clausura sit summopere tot textibus commendata, tanquam non solùm conueniens, sed valde etiam necessaria ad spiritualem monialium salutem, perfectámque votorum regularium obseruantiam, non vtique fauorabilis, immo odiosissima eius clausuræ relaxatio, prædictis casibus exceptis, reputanda est. Quartò, quia si adeò fauor animarum ad vitanda peccata præponderat, vt contra omnia iura efficiat legem quamcunque pœnalem, & odiosam extendi, vt ex multis probauimus *lib.7. de matrimonio. dissput. 9. num. 8.* cur non præponderare debet, vt viterur extensio legis fauentis clausuræ monialium ad alios casus? Quintò, quia multi authores tradunt causas exhæredationis filiorum non extendi ad alias similes, aut vrgentiores, eo quod textus *auth. ex cùm de appellat. cognosc. §. aliud quoque capitulum. & l. regia 8. tit. 7. p. 6.* enumerantes exhæredationis causas, subiungant ex nullis aliis eam licere. Hi sunt, alius relatis, Viglius *§. agitur. num. 6. instit. de inoffic. testam.* Greg. Lopez *ex l. 8. verbo otra razon*, Emmanuel Soarez *addit. ad Antonium Gomez in nouæ editione. tit. 1. variar. cap. 11. littera O.* Molina *tomo 1. de iustit. dissput. 176. col. 17. vers. certè mihi.* Et similiter, quia textus *cap. final. de renuncianda donat.* decidit, ex solis causis ibi enumeratis integrum esse donationem reuocari, negant multi extensionem ad similes casus. Hi sunt, alius relatis, Molina *tomo 2. de iust. dissput. 281. col. 6. vers. nobis verò*, Rebellus *de iust. part. 2. lib. 18. tract. de promissione, & donatione. quæst. 9. num. 8. vers. grauior difficultas est.* At noster motus proprius non solis eisdem, sed rigidioribus verbis vtitur. Et ideo hanc partem tenet Thomas Zerola *praxi Episcopali. in nouæ editione. 1. part. verbo monialis, ad 16. quæstiones. dubio 2. & parte 2. verbo monialis, fin.* dicens sic declarasse sacram Cardinalium Congregationem: & additio *ad Nauarr. lib. 5. consil. in 2. editione. tit. de regular. cons. 70. fine*, ait ferri eandem sacram Congregationem hoc decidisse.

His tamen minimè obstantibus, existimo prædictos 37
tres casus exceptos extendi ad alios similes, in quibus eadem, aut vrgentior est ratio. Ducor, quia dictio taxatiua non excludit casus similes, & in quibus eadem ratio, aut vrgentior militat, vt ex multis probat Euerardus *in suis topicis legalibus, loco à natura dictionum taxatiuarum. num. 4.* Antonius Gomez *tomo 1. variar. cap. 11. num. 32.* Padilla *auth. res quæ. num. 81. cap. communia delegat.* & id probatur ex textu iuncta Glossa *l. ab ea alienum. 12. C. de prædiis, & aliis rebus minorum*, vbi decidit, ob solum æs alienum posse prædia minorum distrahi; & tamen Glossa *ibi, verbo alienum*, communiter recepta tradit, id quoque fieri posse ob similes alias causas. Item *l. fin. ab. C. de reuocandis donationib.* decernitur, ob solas causas ibi enumeratas posse reuocari donationem; & tamen contra paucos Doctores num. præceden. allegatos sustinet frequentissima sententia posse quoque ex aliis grauioribus, aut æquè grauibus. Sic Glossa *ea. d. finali, verb. voluerit.* Abbas *cap. finali. num. 1. de donationibus.* Guillelmus Benedictus *cap. Raynutius, verbo in eodem testamento. al 2. num. 19. de testament.* Euerardus proximè allegatus, Nauarrus, Ceruantes, Sossa mox allegandi, Sylueest. *verbo donatio. 1. quæst. 13. num. 17.* Cynus, Salyeetus, Ripa, Viglius, quos refert, & sequitur Molina. *lib. 1. de primog. cap. 9. num. 32.* Antonius Gomez *tomo 2. variar. cap. 4. num. 14. & ibi in additionibus* Emmanuel Soarez, *littera F. & in fine [illegible] sententiarum, verbo donat. [illegible] recepti. sent. §. donatio. quæst. 21.* Leonard. *lib. 1. de iust. cap. 18. dub. 14. num. 104.* Et similiter cùm *auth. ex cùm de appellat. cognosc. §. aliud quoque capitulum. & l. regia 8. tit. 7. part. 6.* decidatur, ob solas causas ibi expressas posse filium exhæredari, sentiunt ferè omnes Doctores, præter paucos num. præcedenti allegatos, posse id quoque ex causis similibus, aut vrgentioribus fieri. Sic Guillelmus Benedictus *ea. num. 19.* & multi alij, quos referunt, & sequuntur Coquart. *cap. Raynutius, in principio. num. 16. de testam.* Ioann. Lupus *rubr. de donat. inter virum, & vxorem. §. 16. num. 10. & cap. per vestras, eodem tit. notab. 3. §. 20. num. 15.* Nauar. Ceruantes, Sossa mox allegandi, Molina *eodem cap. 9. num. 33. & 34.* Euerardus proximè allegatus, Costa *l. Gallus. §. & quid si tamen. 3. part. 2. num. 173. ff. de lib. & postum.* Anton. Gomez *tomo 2. var. cap. 11

& carnium esus, ita ad pristinam salutem recuperandam conducat, vt inde pendeat, tanquam ex causa necessaria vitatio periculi mortis. Quartò, quia hac ratione concessus egressus in maximum clausuræ incommune religionis bonum staturæ detrimentum cederet. Quippe morbi periculosi frequentissimi sunt, auditaque monialium egrediendi claustro maxima est; atque ideo facilè attraherens medicos, vt egressum vitando periculo necessarium esse iudicarent, dicentes fore sibi maximo solatio egredi, & res ad medendum morbum necessarias extra conuentum multo meliùs suppeditandas; quæ omnia satis ad vitandum morbi periculum conducunt, nec necessitas illius vitandi est metaphysico, sed moralis modo accipienda, atque ita pafsim concederetur egressus facultas. Tandem, quia non obstant in contrarium adducta. Nam ad primum constat ex dictis, non esse casum similem. Ad secundum dic, leges ecclesiasticas non obligare cum periculo mortis regulariter, secus quando id exprimunt. At tertio id expressit Pontifex negans egressum ratione cuiuscumque morbi præter exceptos ibi, in quibus clausura cederet in detrimentum commune, quod eo vel maximè verum est, quia incertissimum est ex egressu pendere vitari id periculum. Ad tertium dic, longè diuersam esse rationem; nam periculum illud mortis violentæ est certissimum, & à principio extrinseco prouenit, atque adeò non solam licitam fugæ causam præbet, sed etiam ad fugiendum obligat, atque is casus est rarissimus, ne dicam moraliter impossibilis, atque adeò non præbet occasionè effingendi causas egressus, clausuræque violandæ. At periculum ex morbo consurgens est frequentissimum, & ab intrinseco morbo proueniens, nec egressu statim cessat, sed monialem ipsam comitatur, aperitque viam facilitati egrediendi. Ad confirmationem constat ex dictis in solutione præcedenti, & in tertia ratione nostræ sententiæ, vbi satis esse diuersam rationem probauimus, vbi agitur de morte vitanda ex principio extrinseco, ac quando periculum ex morbo intrinseco consurgit. Ad quartum dic, potiùs contrarium præsumi ex Pontificia pietate; multo enim magis pietati consonum est bono communi, quàm peculiari consulere. Ad vltimum dic, Gregorium XIIII. non declarando id fecisse, sed peculiare priuilegium concedendo; ac proinde ad alias personas, quàm ibi expressas extendi non debet. *Liii singulare. ff. de legibus*, & quamuis ea censeatur causa iusta, vt Pontifex dispensans in lege ecclesiastica concedat egressum, non tamen ea satis est, vt Prælatus inferior contra legem ecclesiasticam concedat egredi. Et ideo hanc partem tuentur Gutierrez *quæst. canonicæ. lib. 1. cap. 14. num. 7. & sequentibus*, & refert *num. 9.* fratrem Franciscum Gonzaga Generalem ordinis Minimorum, visa contraria Nauarri sententia, & re communicata, denegasse ob præfatam causam cuidam illustrissimæ monialí licentiam egressus, Cenedo *collectan. 1. ad 6. decretalium. num. 2.* Thomas Zerola dicens sic esse decisum à sacra Cardinalium Congregatione, *in praxi Episcopali, in 1. editione, part. 2. verbo monialis, in fine.* Manuel *qq. regularibus. tomo 1. quæst. 49. art. 3.* Eandem sententiam tenuere, etiam ante hunc rigidum motum proprium Pij V. attenta sola decisione textus *in dicto cap. periculosè*, collector priuilegiorum Mendicantium, *verbo clausura monialium, casu 5.* Corduba *in eius additionibus, versus finem, vers. notandum quod determinatio*; atque idem senserè plures peritissimi Vniuersitatis Salmanticensis Doctores, præmissa exactissima huius quæstionis discussione, quorum sententiam refert collector *eodem verbo clausura monialium.*

40 Immo nec licet ex prædicta causa exitus ad aliud eiusdem ordinis monasterium, cuius aër, & situs iudicantur à peritis medicis salubriora, commodiòrque ei periculo vitando, quia Pius V. clausuram iodicens, extra tres casus ibi exceptos, quemcunque è proprio monasterio egressum interdixit, nisi in casibus, in quibus commune conuentus bonum egressum peteret. Atque ita docent collector, & Corduba, & Doctores illi Salmantini num. præcedenti allegati.

Limitat prædictam sententiam Manuel *quæst. regularibus. tomo 1. quæst. 49. art. 2. vers. 2. colligo*, nisi monasterium sit in loco deserto, quò medici non ita frequenter, ac morbus petit, adire possunt, nec monasterium illud tenetur ex voto ad clausuram, nec ante Tridentini decretum illam seruauerat, & est monialis vetula, & magnæ authoritatis, fuit enim aliquando Abbatissa. Quippe iis circumstantiis occurrentibus ait posse monialem illam ex sui superioris licentia clausura egredi. Sed id non approbo, quia adhuc in hoc egressu versatur sola priuata illius monialis vultus, & ideo non est casus similis exceptis.

Placet tamen quod ait idem Manuel *eadem quæst. 49. art. 3. fin.* 42 integrum esse Generalibus, & Visitatoribus ordinum abstinere à punitione Prælatorum regularium, qui licentiam egressus concessèrè ratione morbi periculosi, iuxta sententiam Nauarri num. 38. relatam: quod tanti viri authoritate innixi iustam excusationis causam habuère.

Secundò deducitur, iustè licentiam egrediendi concedi ob similem morbum contagiosum, etiamsi ex 43
expressis in motu proprio non sit, vt sunt morbus Gallicus, & D. Lazari, & ignis D. Antonij, &c. quando moraliter loquendo intra septa monasterij non potest illi medicina adhiberi absque graui contagionis aliarum monialium periculo. Quia in his quoque inuenitur eadem consulendi bono communi ratio: & ideo sunt similes septæ expressæ in motu proprio: & num. 37. probauimus licitam esse extensionem ad casus similes. Et ita in propriis terminis docet Llamas *in methodo confessionis, in appendice in fine posita, in §. 10.*

Tertiò deducitur, iustam huius egressus causam 44
esse belli imminentis timorem gesti ab hæreticis, aut infidelibus, quando iustè timetur fore, vt moniales detrimentum patiantur, nisi ad locum tutum se recipiant: quia est casus omnino similis exceptis. Sic Nauarr. *comment. 4. num. 48. de regularibus.* Gutier. *eodem cap. 14. num. 9.* Cenedo *collect. 51. ad 6. decretal. nu. 2.* Azor *tomo 1. instit. moral. lib. 13. cap. 8. quæst. 1. ad finem. vers. 3. quærer*, quamuis minus bene id neget Thomas Zerola *in praxi Episcopali, in secunda editione, verbo moniales, ad 16. quæsitum. dub. 2.*

Quartò deducitur, iustam quoque concedendæ ad 45
exitum licentiæ causam esse, vt monialis sit Abbatissa alterius monasterij eiusdem ordinis, & habitus (nam *Clement. 1. de elect.* interdicitur religiosum assumi in Prælatum alterius religionis, vel habitus:) & ratio est, quia hic casus est similis exceptis in motu proprio, cùm in eo quoque agat[illegible] religionis bono, ad quod spectat bonam Prælatam habere: nec est egressus omnino à clausura. Adde in Trident. *sess. 25. cap. 7. de regular.* postquam *in cap. 5.* adeò commendarat clausuram, concedi exitum in hoc casu, quando in proprio monasterio non reperitur monialis dotibus ibi ad Abbatissæ munus peritis prædita. Et ideo ita sustinet Glossa *cap. periculosè, in princip. verb. perpetua, de statu regularium, in 6.* & ibi Ioannes Andreas *num. 5. vers. gloss. non credo.* Francus *ibi, fine.* Dominicus *num. 11.* Sylvest. *vers. religio. 7. quæst. 16. dicto 2.* Nauarr. *lib. 3. consil. in 1. editione. tit. de regular. cons. 48. num. 4. in 2. tit. de statu monachorum. cons. 5. numero 3. & comment. 4. numero 48. notab. 4. de regular.* collector priuilegiorum Mendicantium, *verbo clausura monialium, casu 3.* Gutierrez *quæstionibus canonicis. lib. 1.*

lib. 1. cap. 14. num. 10. & 11. Manuel *qq. regular. tomo 1. q. 49. art. 1. corol. 1.* Azor, & Llamas vbi allegati sunt n. præced. Quare minus bene Azor *eadem q. 1. initio*, & Thomas Zerola num. præcedenti allegatus id negant, & idem Thomas Zerola *p. 1. verbo moniales, dub. 8.* dicens sic decidisse sacram Cardinalium Congregationem.

46 Immo idem est licitum, vt sit magistra nouitiarum in alio eiusdem ordinis monasterio, vel vt præficiatur muneri, ad commune totius monasterij bonum valde necessario, quale est custodia portæ, vel rotæ, vulgò *para tener cuydado de la porteria, o del torno.* Quia ex recta horum munerum administratione pendet maximè commune monasterij bonum. Et ita docent collector priuilegiorum mendicantium, allegato quodam expositore, & Manuel allegati num. præcedenti, qui addunt, finito officio licere regredi ad prius monasterium de vtriusque consensu.

47 Similiter erit iusta huius egressus causa, quando is est ad nouum eius ordinis monasterium fundandum. Quia casus hic est similis exceptis, cùm hoc quoque spectet ad cõmune religionis illius bonum. Sic Nauar. *lib. 3. consiliorum. in 1. editione. tit. de regular. consil. 48. num. 7. in 2. tit. de statu monachorum. cons. 5. num. 7.* collector priuilegiorum Mendicantium, *verbo clausura monialium, casu 2.* Manuel *qq. regul. tomo 1. quæst. 49. art. 5. paulo post principium.* Confectius *in priuilegia Mendicantium. tit. 10. cap. 4.* Atque idem dicendum est, quando ad alterius monasterij eiusdem ordinis reformationem est necessarius is egressus, quia similiter spectat ad commune bonum. Sic collector ibidem referens expositorem, & Manuel ibidem. Similiter idem est dicendum causâ correctionis eius monialis, quando in proprio monasterio timore cognatorum, aut alia causa corrigi commodè non potest. Quia bonum totius religionis concernit corrigi moniales absque strepitu. Sic Nauar. collector *casu 4.* Manuel *art. 5. corol. nio 2.* proximè allegati. Atque idem est dicendum in casu, in quo iure cautum est, vt in pœnitentiam criminis recludatur monialis in aliud monasterium, vt decernitur *cap. quoniam de simonia*, de moniali simoniacè recepta, & recipienti. Non enim id ius corrigitur, quamuis Thomas Zerola *in praxi Episcopali. p. 2. verbo monialei. dub. 8. & 12.* dicat sacram Cardinalium Congregationem decidisse, non licere hunc exitum causâ reformationis, aut nouæ fundationis, aut correctionis, sed in omnibus his casibus Sedem Apostolicam esse consulendam. At hi omnes casus retinendi sunt, & praxi sunt ita recepti.

48 An verò sit iusta causa, quando monialis adeò incorrigibilis est, vt in nullo monasterio eius reformatio, & correctio speretur, explicatum est suprà cap. 9. n. 6.

49 Et an integrum sit monialibus egredi, vt ad ordinem strictiorem transeant, licut id licitum est viris religiosis, iuxta *cap. licet de regular.* diximus suprà cap. 7. huius lib. num. 6.

50 Non tamen erit iusta egressus è monasteriis causa, vt Abbatissa vinter monasteria sibi subiecta. Quod etsi ad bonum commune spectare videatur, at id non ad Abbatissas, sed ad Prælatos regulares spectat. Et ita docent Archid. *cap. periculosè, in principio. num. 1. de statu regular. in 6.* & ibi Ioann. Andre. *num. 1. & 2.* Dominicus *num. 6. & duplici sequenti.* Anchar. *num. 2. notab. 3.* Francus *num. 4. notab. 6.* Quod hodie certissimum est, id enim est definitum à Pio V. in Bulla, quæ incipit; *Decori, & honestati*, vbi expressè interdixit huius rei causâ egressum Abbatissis, & Priorissis cuiuscumque monasterij, & solam egressus illis licentiam concessit ex causis, in quibus aliis monialibus egredi licet, & obtenta eadem licentia, quæ in aliis desideratur: quod bene aduertit Nauar. *comm. 4. num. 47. notab. 2. & 3. de regular.*

51 Nec tamen per hoc corrigitur à Pio V. causa egressus concessa Abbatissis *cap. periculosè. §. verum quando, de statu regular. in 6.* nempe, quando ratione feudi, quod habet monasterium, debet præstari ab aliquo Principe, vel domino temporali, iuramentum fidelitatis, nec potest effici, vt illud per procuratorem velit præstare: sic enim exire potest Abbatissa decenter, & honestè comitata, vt iuramentum suscipiat, statim eo suscepto reditura (non, inquam, corrigitur.) Quia nullam correctionis huius textus mentionem fecit; immo idemet in suo motu proprio incipienti; *Circa pastoralis*, omnia *in eo cap.* contenta confirmauit. Atque bene aduertit Sylvester *in summ. verbo religio. 7. quæst. 16. dicto 2.* etiam in hoc casu esse licentiam superioris petendam: quod si nulla iusta causa ductus illam deneget, poterit authoritate iuris Abbatissa egredi. At credo debere euidenter de iniustitia superioris constare: nam in dubio, & vbi res non est certa, illius iudicium sequendum est, vtque cuius est causas egressus discutere, & approbare.

Quare minus bene sensit quidam vir satis doctus, 52
qui de hac conscientiæ quæstione interrogatus, an liceret Abbatissæ egredi clausura ianuis clausis, & omnibus secularibus eiectis ad perspiciẽdum Ecclesiæ sui monasterij ædificium, non causâ curiositatis, sed necessitatis, ad significandum latomis, & cæmentariis, quanta debeat esse Ecclesia, & diiudicandum an placeat ædificium, respondit licere. Sed id nullatenus approbo, cùm non ita necessarium sit, quin possit per alios facilè expediri, & non inspecto per moniales ædificio significari latomis.

Erit tunc manifestè iusta egressus causa, quando au- 53
thoritate Prælati ex causa iusta totus monialium conuentus locum mutat. Quippe hic casus vtilitatem totius monasterij concernit. Atque ita Trident. *sess. 25. de regular. cap. 5.* statuit, vt monasteria monialium sita extra vrbis, aut oppidi mœnia, exposita malorum hominum prædæ, & aliis facinoribus, ad alia monasteria intra vrbem, vel oppida reducantur, si ita visum fuerit expedire Episcopis, & aliis superioribus. Et ita docent collector priuilegiorum Mendicantium, *verbo clausura monialium. casu 6.* Manuel *qq. regul. tomo 1. quæst. 49. art. 5. corol. 4.*

Tandem est iusta egressus causa, si conuersæ aliquæ 54
professæ ad eleemosynas alimentis conuentus necessariis colligendas egrediantur, seruatis conditionibus petitis ad hoc in motu proprio Pij V. qui incipit; *Circa pastoralis*, vbi, quando monialibus deest victus necessarius, ita vt vitam transigere nequeant, nisi ad emendicandas eleemosynas claustrum egrediantur, quia per alios petere commodè non possunt, statuit vt eleemosynæ per conuersas nõ professas petantur, & si professæ fuerint, sint annorum quadraginta, & in domibus contiguis, extra monasterium tamen degant, nec alitrum monialium clausuram ingrediantur, nisi in casibus ex earum constitutionibus permissis, nec ex iis domibus exire valeãt ad petendas eleemosynas absque ordinarij, aut earum superioris licentia. Quem motum proprium declarauit postea Gregor. XIII. in alio motu proprio edito anno 1572. qui incipit; *Deo sacris virginibus*, ibi. *Cæterum, quod attinet ad conuersas professas, quas Pius V. prædecessor per prædictas literas sub certis conditionibus ibi contentis permisit posse manere extra monasteria pro colligendis eleemosynis, eisdem locorum ordinariis iniungimus, vt quibus monasteriis prædictarum monialium quotidianis laboribus compatitur, vel alia qualibet ratione, de sufficienti subuentione, & de sustentatione sufficiente prouisionem esse reputauerint, easdem conuersas sub eadem clausura cum aliis monialibus reducant, nec à suis monasteriis amplius exire permittant.* Et Laëlius Zecchius *de Republica ecclesiastica. tit. de regular. cap. 5. n. 15. vers. 9.* refert, ex literis Congregationis Cardinalium editis anno 1573. Idibus Februarij, declaratum esse, ad emendicandas has eleemosynas, non plures conuersas, quàm octo mittendas esse, quæ

binæ incedant, nec disiungantur, & sint vitæ probatæ, excedentésque annos 39. nec permoctent extra oppida, vbi habent monasteria, nisi de Episcopi licentia, & tunc simul dormiant. Ex quo constat, Gregorium XIII. in prædicto motu proprio hanc facultatem sustulisse, cessante prædicta necessitate, non autem ea durante. Atque ita hunc eàdem statuunt Nauar. *comm. 4. num. 56. versat. quibus colligo, quod Gregorius, de regul.* Manuel *quæst. regul. tomo 1. q. 44. art. 4.*

55 Dum autem in eo motu proprio Pij V. interdicitur his conuersis professis exitus ex domibus illis contiguis ad petendas eleemosynas, absque ordinarij licentia, non interdicitur exitus ad audienda sacra, & percipienda Sacramenta; quia de solo priori exim loquatur est Pontifex. Quod optimè docet Nauar. num. præced. allegatus, & optimè addit, eas domos contiguas non esse domos regulares, cùm extra monasterij clausuram sint.

56 Insuper Gregorius XIII. in eo motu proprio volens eximi harum conuersarum ad petendas eleemosynas impedire subuenendo aliter prædictæ necessitati, præcepit, vt dimidium omnium eleemosynarum, à quibuscumque, in quacumque mundi parte, quarumque lege, dispositione, vel obligatione faciendarum pauperibus, distribuitur monasteriis monialium; prædicta necessitate pressis, quæ sunt in terris, vel locis in quibus illæ erogandæ sunt: & hoc absque alia peculiari iussione Pontificis, vel alterius, & absque vlla peritione illarum, vel quorumcumque aliorum, dummodo duplex conditio concurrat. Prior est, ne illæ eleemosynæ sint in pauperes certos distribuendæ: posterior est, vt, licèt pauperibus incertis elargiendæ sint, non sint tamen ad vsus alios destinatæ præterquàm ad pauperum alimenta. Quare hæc dimidia pars eleemosynarum deberet monialibus, quoties vel pauperibus incertis, & ad vsus incertos sunt destinatæ, vel quando sunt destinatæ pauperibus incertis ad eorum alimenta; non debentur autem, quando pauperibus certis sunt destinatæ, vel quando incertis, ad vsus tamen certos alios ab ipsorum alimentis. Ex quamuis Nauarrus *comm. 4. num. 54. versat. ex quibus colligo, de regularibus*, significet solùm deberi quando ad vsus incertos destinatæ sunt: at ipsemet *lib. 3. consil. in 1. adu. tit. de regularib. consil. 6. num. 2. in 2. tit. de statu monachor. consil. 8. num. 1.* fateatur se ibi obscurè loquutum, & explicat, vt nos explicuimus, & meritò, nam motus proprius apertis id indicat verbis. Hoc tamen præceptum perpetuum non est, sed temporale, dum prædicta necessitas durat, vt clarè dicit idem Greg. XIII. in eo motu proprio, & docet Nauar. *eodem comm. 4. numero 57. antea.*

57 Præterea Gregor. XIII. in eo motu proprio committit ordinariis, vt hortentur parentes, & quoscumque consanguinitate coniunctos his monialibus, vt illis subueniant. Quæ verba præceptum non continent, ac proinde ordinarius non est integrum, parentes, aut consanguineos ad hoc cogere; nisi aliunde ad id tenerentur. Sic Nauar. *comment. 4. num. 55. versat. quæ licet mutato de regularibus.*

58 Tandem Pius V. in suo motu proprio, qui incipit, *Circa pastoralis*, interdixit receptionem in posterum monialium, vt conuersæ sint etiam professione emissuræ, his verbis. *De cætero nulla alia etiam sic professa recipi omnino vtà de consensu suorum superiorum possint. Quod si aduersus hanc nostram prohibitionem recepta fuerint, illarum receptio nulla, irrita, & vacua sit, prout ex nunc illam irritam facimus.* Quem motum proprium explicans Gregor. XIII. in alio suo, qui incipit; *Deo sacris virginibus*, sic ait, *Conuersas verò non professas, & professis volentes, dimisso habitu domum reuitam: nec alias in futurum, nisi professionem suis suo tempore emissurè, atque sub perpetua clausura manserè, in monasterio huiusmodi recipi permittatur. Quod autem idem Pius prædecessor statuit de extra nullas alias conuersas professas, verò amplius eximam de consensu suorum superiorum posse ita esse intelligendum declaramus, præter illas conuersas, quæ extra monasterium in domibus contiguis degerent.* Circa quæ decreta valde anceps fuit Nauarrus *comment. 4. num. 56. vers. ex quibus colligo, quod iam non possunt de regularibus.* Nam motus proprius Pij V. expressè videtur interdicere receptionem quarumcumque conuersarum, etiamsi profiteri, & intra clausuram manere velint: & Gregor. XIII. in prædicta illius motus proprij explicatione idè apertè indicat, dum solas, quæ in domibus contiguis ad petendas eleemosynas destinatæ erant, recipi permittit. At idemmet Gregor. XIII. in eo motu proprio clarè significat, solas conuersas, quæ profiteri nolunt, & intra clausuram esse, non posse admitti, illis verbis, *nisi professionem suo tempore emissuræ.* Quare dicit Nauarrus se eundem Gregorium XIII. consuluisse circa huius quæstionis decisionem, & eum respondisse, mentem Pij V. fuisse eam, quam verba indicant, nempe, ne vllæ conuersæ possint recipi; sumque fuisse, non discedere à mente eius, sed solas excepisse conuersas necessarias, quæ in domibus monasterio contiguis ad petendas eleemosynas manere deberent. Quare ex mente Nauarri solæ fœminæ possunt recipi deinceps ad habitum, & professionem, quæ necessariæ essent ad petendas monasterio eleemosynas, & in domibus ei contiguis habituræ.

59 Cæterùm hoc nimis rigidum videtur; sicut enim in virorum monasteria admittuntur quidà choro deputati, & ad sacerdotij promouendi, alij autem, qui dicuntur conuersi, id est, vt laici maneant ad nullos ordines promouendi, sed vt aliis ministeriis inferioribus temporalibus, necessariis in conuentu vacent, quò alij, his expediti, incumbere choro, & aliis spiritualibus, vt confessionibus, & prædicationibus possint: ita decet in monialium monasteria quasdam moniales recipi, vt choro deputentur; alias autem conuersas, vt in ministeriis inferioribus inseruiant. Præterea, quia cùm hæ debeant esse intra perpetuam clausuram, earum receptio nil prorsus clausuræ obstat, quam vtrque Pontifex in vtroque motu proprio maximè seruari contedit. Quare non est cur immemorialis has conuersas recipiendi consuetudo reprobetur. Tandem, quia occluderetur via multis honestis fœminis vitam religiosam optantibus, illius comparandæ: quia cùm dote necessaria careant, non admittentur, vt sint choro deputatæ, admitterentur autem, vt sint conuersæ, ne necessariæ temporalibus conuentus ministeriis inservientes deint. Et ideo Manuel *qq. regular. tomo 1. quæst. 44. art. 4. vers. 1. asserit*, ait se Patres doctos suæ religionis consuluisse, respondisseque, mentem neutrius Pontificis fuisse denegare admissionem monialium conuersarum ad venerandam votorum substantialium professionem, sed earum tantùm, quæ solo duplici voto castitatis, & obedientiæ ligantur, quæ vulgò appellantur *donatæ*, quia cùm hæ veræ religiosæ non sint, minimè ad strictam cæterarum monialium [illegible] hęc expositio manifestè videtur litteræ vtriusque motus proprij aduersari, cùm vtrque de conuersis professis loquatur; at solius voti simplicis emissio nunquam appellatur professio. Quare si rigori litteræ standū esset, nulli monasterio liceret in posterum moniales aliquas, vt conuersæ sint, recipere. Sed quia consuetudine receptum est, vt admittantur, dummodo legitimam professionem emittant, potest tutò hæc cōsuetudo seruari.

60 Sed dubitabis, an monialis licitè ex monasterio egressa ob morbos permissos, vel alia de causa, tentatur ad perfectam sanitatem restituta, vel finito negotio, ad monasterij clausuram redire. Dicendum est, ad id tenerique quod constat ex *cap. periculoso. §. verum quando, de statu regularium, in 6.* vbi postquam conceditur exitus Abbatissæ, causā recipiendi iuramenti fidelitatis, subduntur hæc verba; *quam primum fieri poterit, seu fidelitatis præstito sacra-*

 vbi Glossa *verbo è vestigio*, explicat, id est, statim, vel continuò, & Ioannes Andreas *ibi. num. 3.* Archidiaconus *num. 3. verbo reuertatur*, Anchar. *numero 4. versat. 7.* Dominicus *eo. §. verum num. 4.* Francus *eodem §. num. 1. versat. 5.* inde inferunt, concessa specialiter, & contra ius, suis terminis continenda esse, & expedita cōcessionis causa, redeundum ad ius commune. Idem apertè decidit Pius V. in suo motu proprio, qui incipit; *Decori, & honestati*, vbi postquam egressum interdixit, nisi ob triplicem causam ibi declaratam, subdit hæc verba. *Sed nec in prædictis casibus extra illa ministeria, nisi ad necessarium tempus stare licet.* Quod quidem cùm sit præceptum morale, debet morali, & non metaphysico modo intelligi, quasi sensus sit, vt statim absque vlla præsitu, & quantumuis breui moræ intercapedine ad monasterium finito negotio redeatur. Breuis enim mora non esset contra hoc præceptum. Quod non obscurè significatum est *d. c. periculoso. §. verum quando*, vbi cùm textus præcepisset è vestigio reditum, id est, statim, & sine mora, subdidit hæc verba; *sic quod in fraudem residentiæ, sine mora clausitalis, nihil fiat omnino.* Quibus verbis apertè indicat, eam solam moram damnari, quæ alicuius momenti esset, vtpote quæ in clausuræ fraudem cederet; atque ita docet Manuel *quæst. regularib. tomo 1. q. 47. art. 11.* Hoc autem breue spatium intelligo vnius, vel duplicis diei.

61 Hinc deducitur, monialē legitimè egressam, vt præsit alij monasterio, vel causā fundationis, vel correctionis, &c. teneri via recta in illud tendere, vt bene docet Gutierrez *quæst. canonicis. lib. 1. cap. 14. fin.* & constat ex dictis num. præcedenti. Cæterùm, vt ibi dixi, præceptum hoc est moraliter intelligendum; nam si aliquantulum immoraretur, vel à via recta discederet, causā inuisendæ alicuius cognatæ, vel amicæ, aut imaginis, &c. non damnaretur, etsi à recto itinere 8. vel 9. leucis deuiaret, quia hoc morali modo non est in clausuræ fraudem.

62 Id tandem monuerim; quando necessitas egressus vrgeret, & ratione longæ distantiæ superioris, non posset adiri absque graui periculo, posset, eo superiore inconsulto, monialis egredi, quia necessitas caret lege. Sic tradunt Dominicus *cap. periculoso, fine, de statu regular. in 6.* & ibi Francus *in principio. num. 4. non ab. 7.* Sylvester *verbo religio. 7. quæst. 16. dicto 1.* collector priuilegiorum Mendicantium, *verbo clausura monialium, casus 1.* Llamas *in methodo curationis*, in appēdice, quam ponit in fine, §. 10. Manuel *qq. regular. tomo 1. quæst. 49. art. 2. fin.* Lælius Zecchius de *Repub. ecclesiastica. tit. de regular. c. 1. n. 15. vers. 9.* Qui bene subdit, teneri monialem hanc id postea superiori significare: quod intelligo, si id potest, durante egressu. Quia cùm adhuc ille duret, potest à superiori emendari, si causam non approbet. Si verò iam cessauit, quia monialis ad clausuram redit, non tenetur admonere, iuxta similem doctrinam, quam trademus lib. sequenti, dum sermo erit de voto paupertatis.

SVMMARIVM.

Explicatur, quæ censuræ latæ iure sint in moniales clausuram violantes, & eis fauentes, n. 62.

An exigatur iudicis sententia ad inhabilitatem, & alias pœnas ibi contentas incurrendam? proponuntur probantia non exigi. n. 63.

Explicatur sententia authoris. n. 63.

Quid intelligatur per officia, administrationes, & dignitates, quibus Pontifex ibi priuat? n. 66.

An exigatur ad has pœnas incurrendas exitus omnino à monasterij septis, an potius sat sit exitus à clausura stricta, vt sic exeuntes ad Ecclesiam? proponuntur probantia non satis esse exitum à clausura stricta. n. 67.

Explicatur sententia authoris. n. 68.

An exigatur, vt egressus non sit nudus; sed ad ea, quæ mortalem sufficiens, & quid si licentia sit legitima, sed non in

scripsis obtenta? n. 69.

An incurrant licitè egressæ absque licentia, quia non erat aditus ad superiorem; at non mutant pœnas superiorum: vel quæ licitè egressæ sunt, si finitâ causa, non statim, aut non vinculo reduntur? n. 70.

An incurrant conuersæ professæ existentes in domibus monasterio contiguis ad petendas eleemosynas, si ad inutilia, aut prauas exeant? n. 71.

Quæ de receptantes, aut comitantes monialem illicitè egressam incurrant. n. 72.

An incurrant, qui receptant, aut comitantur monialem egressam? n. 73.

An incurrant Episcopi, canonici Ecclesiæ cathedralis, regulares, & aliæ personæ in dignitate constitutæ, receptantes, aut comitantes monialem egressam, aut Episcopi illicitè licentiam concedentes? proponuntur probantia partem negantem, & probatur, omnes hos non comprehendi in materia odiosa nomine clericorum, sicut in fauorabili. n. 74.

Explicatur sententia authoris. n. 75.

Quis possit absoluere ab excommunicatione in eo motu proprio lata, & an Episcopus possit absoluere ab excommunicationibus, & casibus reservatis post Trident. etiam si illi occulti sint? n. 76.

Quis ab inhabilitate, & priuatione officiorum refertur duplex sententia. n. 77.

Explicatur sententia authoris: & ibi, an possit Episcopus virtute Tridentini, & an superiores religionis gaudeant eadem facultate Tridentini, & quid virtute cruciatæ, vel priuilegiorum Societatis Iesv, & cuiusdam priuilegij concessi fratribus Minoribus? n. 78.

QVÆSTIO vltima. Quæ censuræ latæ sint in moniales clausuram violantes, aut eis fauentes. Pius V. in motu proprio, qui incipit, *Decori, & honestati*, vbi interdixit egressum monialium à suis monasteriis, nisi in casibus ibi expressis, & egressis eis, in illis casibus præcepit ad solum necessarium tempus extra monasteria permanere, subdit hæc verba. *Aliter autem, quàm (ut præfertur) egredientes, seu licentiam exeundi quomodocumque concedentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices personæ, sint laicæ, aut seculares, vel ecclesiasticæ, consanguineæ, vel non, excommunicationis maioris latæ sententiæ vinculo statim eo ipso, absque aliqua declaratione subiacere, à quo præterquàm à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolui nequeant: & insuper tam egressæ, quàm præsidentes, & alios superiores prædictos, eis licentiam huiusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, & administrationibus per eas, & per eos tunc obtentis, priuamus, & illas, & illos ad obtenta, & ad alia in posterum obtinenda inhabiles decernimus.* vbi duplex pœna statuitur. Prior, excommunicatio Papæ reseruata, quæ generalis est contra moniales egressas aliter quàm in eo motu proprio hucusque satis explicato conceditur, &c. contra licentiam egrediendi aliter concedentes, comitantes, ac receptantes. Posterior, priuatio dignitatum, administrationum, officiorum tunc obtentorum, & inhabilitas ad illa, & ad alia in posterum obtinenda; & hæc non est ita generalis, ac excommunicatio, quia solas moniales egressas, & præsidentes, & alios superiores licentiam egressis concedentes afficit. Insuper docet Manuel *quæst. regularis. tomo 1. quæst. 49. art. 5.* moniales sic egressas incurrere excommunicationem latam in Trident. *sess. 25. cap. 5. de regular.* Sed re vera nec in eo decreto, nec in alio eiusdem Tridentini reperitur talis excommunicatio, sed in solos ingredientes in monialium clausura abique legitima licentia.

Circa quas pœnas prima difficultas est, an incurratur eo ipso nore omnem iudicis sententiam, etiam criminis declaratoriam? Et non disputamus de excommunicatione, quia eam statim incurri absque aliqua sententia nemo dubitat, sed difficultas est de dignitatum, administrationum, officiorum tunc obtentorum priuatione, & inhabilitate ad illa, & ad alia in posterum obtinēda.

Et quidem videtur nullam Iudicis sententiam desiderari: quia Pontifex in motu proprio priuat illis. Insuper inhabilitas est pœna priuatiua, quæ nulla executione indiget, sicut excommunicatio, irregularitas, suspensio, & interdictum. Ergo sicut hæ censuræ incurruntur absque aliqua Iudicis sententia; & ratio est inxta communem sententiam, eo quod sint pœnæ priuatiuæ ad sui executionem nulla actione indigentes: sic etiam ea inhabilitas incurretur. Et ita tenet Graffis *1.p. decisionum lib.4.c.23.n.12.*

65 Cæterùm existimo exigi sententiam Iudicis declarantis crimen. Ducor, quod eam rationem, vt irregularitas, excommunicatio, & aliæ censuræ incurrantur absque aliqua sententia, eo quod sint pœnæ priuatiuæ, nulla actione ad sui executionem indigentes, satis reprobani *lib.9.de matrim. dist.30.num.1.* & conclusi n. vltimo, nullam huius rationem inueniri, nisi quod sic vsu explicatum sit, vt ille censuræ, nulla expectata Iudicis sententia, incurrantur. Quod tamen non inuenitur in hac inhabilitate. Immo Gregor. XIII. in motu suo proprio, de datis, & promissis pro iustitia, vel gratia, eodem tenore verborum vsus est contra suæ constitutionis transgressores, ibi; *eos omnes omni beneficio ipso iure priuamus, ac priuatos esse declaramus, ac inhabiles ad illa, & ad alia esse volumus.* Et tamen Nauar. in eius motus proprij expositione, *in 1.edit.num.41. in 2. num.44.* Molina *tomo 1. de iustitia.disp.96.col.2. vers.due obseruat*, docent exigi hanc Iudicis sententiam, vt incurrantur: quod maximè procedit in priuatione officij, & administrationis, & dignitatis, tunc obtentorum: cùm ea sit pœna egens ad sui executionem aliqua hominis actione. Præterea Clemens VIII. in motu proprio de largitione munerum religiosis interdicta, rigidioribus verbis est vsus, ibi; *Omnibus, & singulis per eum obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, & officiis eo ipso priuamus, ac ad illa, & alia in futurum obtenenda inhabilis perpetuo, & incapax existat, & hoc absque vllo superioris decreto, aut ministerio.* Et tamen Sossa in illius explicatione, n.102. dicit exigi aliquam Iudicis sententiam.

66 Secunda difficultas est, quid nomine dignitatum, officiorum, & administrationum, quibus priuat Pontifex in hoc motu proprio moniales absque legitima licentia egressas, ac faculatem egrediendi concedentes, intelligatur. Breuiter dico intelligi dignitates, & officia, & administrationes habentia conunctam superioritatem quandam, vt esse Generalem, Prouincialem, aut superiorem localem: non autem alia officia, qualia sunt esse concionatorem, confessorem, lectorem Theologię. Ducor, quod Sixtus V. in suo motu proprio contra regulares illegitimè natos, eos dignitatibus, gradibus, & officiis priuauit. Et tamen ipsemet in alio motu proprio, quem in prioris declarationem edidit, sic ea verba explicuit. Et ita etiam motũ proprium Clement. VIII. de largitione munerum vtentem eisdem verbis (vt n. præcedent. notauimus) explicat Sossa in expositione illius. *num.101.* Idem docent in terminis motus proprij Pij V. & Gregor. XIII. interdicentium ingressum fœminarum in monasteria virorum, sub pœna priuationis officij in admittentes, Manuel in expositione eius motus proprij Pij V. *num.21.* Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo ingressus monasteriũ monialium, in suis annotat. num.8.* & vterque addit in quodam suo Capiculo generali explicatum esse, comprehendi quoque Visitatorum, & commissariorum generalium, vicarij monachorum, aut monialium officia, non autem officium diffinitorum, aut discretorum.

67 Tertia difficultas est, quæ moniales egressæ clausura in his pœnis comprehendantur. Videntur enim non comprehendi exeuntes à sola clausura stricta, quam intra clausam conuentus iniuam contineri diximus n. 6. sed solas à septis monasterij exeuntes, & se non ligari exeuntes ad Ecclesiam suam, vel ad spatium, quod est inter clausam monasterij portam, & aliam secularibus patentem, per quam intrant. Quod videtur probari ex illis verbis motus proprij; *à monasteriis exire, nec extra illa, nisi ad necessarium tempus stare.* & ibi; *aliter ego licentes, & comitantes, ac receptatrices personæ.* Nec obstat Gregor. XIII. in suo motu proprio, qui incipit; *Deo sacris virginibus*, declarasse clausuram esse spatium, quod intra ianiuam monasterij semper clausam continetur: quia in eo non meminit harum pœnarum, nec declarauit hunc motum proprium eas continentem, sed alium Pij V. qui incipit; *Pastoralis*, in quo pœnas has non statuerat.

68 Ac dicendum est, re vera incurrere solo egressu ex stricta clausura: quia eas statuit Pius V. in moniales clausuram violantes, seu è monasterio egredientes. Ait eam violant, & censentur à monasterio egredi, si ad Ecclesiam, aut spatium, quod est intra clausam monasterij ianiuam, & aliam secularibus patentem egrediantur, vt explicuit Gregor. XIII. in suo motu proprio, qui incipit; *Deo sacris virginibus.* Ergo incurrant has pœnas. Atque huius sententiæ videtur Manuel *quæst.regular.tomo 1.q.49.ar.1.* vbi ait, subdi his pœnis egredientes quomodocumque monasterij clausura.

69 Exigitur tamen ad incurrendas has pœnas egressum non esse ita leuem, vt solam venialem culpam constituat. Quod ex se manifestum est, cùm nec excommunicatio pro sola veniali culpa ferri possit, & aliæ tam graues pœnæ iniustè essent, vepote quæ grauitati delicti valde dispares, si pro sola veniali culpa incurrerentur. Quando autem sit venialis culpa ratione paruitatis materiæ, & an talis sit, quando causa est iusta, & adest legitima licentia, non tamẽ in scriptis, dicemus cap. sequen. num.29.& 30.& 69.

70 Nec etiam credo incurrere has pœnas moniales licitè absque expressa superioris licentia egressas, ratione periculi in mora adeundi superioris, quando postea superiorem de egressu non certiorem facerent, casu, quo num.62. ad id eas teneri diximus. Quamus Lælius Zecchius *de Rep.ecclesiastica.tit.de regularibus.c.4.p.1.n.15. vers.9.* dicat eas incurrere, sed id non credo. Quia motus proprius solas iniustè egredientes pœnis illis afficit; at hæ non dicuntur iniustè egressæ. Qua ratione etiam nec incurrere credo, quæ legitimè egressæ non redeunt, finita egressus causa, sed diu demorantur, aut aliò diuagentes non redeunt via recta ad monasterium. Quia esti has peccare mortaliter, & esse clausuræ violatrices diximus num.60.& 61. & pœnæ huius motus proprij fiant contra violantes clausuram, & in eo quoque iubetur reditus statim finita causa: at quando motus proprius descendit ad pœnas infligendas, non generaliter loquutus est contra eius constitutionis violatores, sed strictè contra solas moniales illicitè exeuntes, & eas fauentes. At hæc monialis non illicitè exiuit, quamuis post exitum moram illicitam trahat. Et pœnas, maximè adeò graues, restringere oportet. Quod idem in simili sustinet latè probans Sossa in expositione motus proprij Clement. VIII. de l[illegible] interdicta *num.100.* Cùm enim Clemens VIII. interdicat ibi religiosis munerum largitionem, & quibuscumque aliis eorum receptionem absque conditionibus ibi petitis, quia tamen quando in transgressores pœnas indixit, solius largitionis meminit, dicit ibi Sossa non ligari illis pœnis recipientes contra eam constitutionem. Quare non approbo, quod dicit Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine. §.10. vbi ait, non regredientem statim finita egressus causa, subiici his pœnis.

71 Nec etiam incurrunt moniales conuersæ professæ existentes in domibus monasterio contiguis causâ petendi eleemosynas, si ob inutilia quæcumque, immo & ad facinora perpetranda ex illis egrediantur. Quia cùm domus illæ non sint regulares, nec intra clausuram, vt num.55. diximus, non dicuntur è monasteriis egredi.

72 Quarta difficultas est, quando personæ receptantes, aut comitantes monialem illicitè egressam, incurrant has pœnas. Breuiter respondeo, eas non incurrere, quæ nullo pacto sunt causa egressus, nec vt monialis extra monasterium perseueret, sed eam recipiunt, aut comitantur post egressum, vt eius honori, & castitati consulant. Quia tamen abest, vt personæ hæ sint alicuius delicti rea, vt potuit actum meritorum exercerant. Atque ita docent Nauar. *comment.4.n.51.vers.in quibus motu proprio de regularibus.* Graffis *1.p decision.lib.4.c.23.n.17.* Azor *tomo 1.institut.moralium.lib.13.c.8.quæst.vlt.vers.3.quarto.* Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine, *in §.11.fin.* Lælius Zecchius *de Rep. ecclesiastica. tit. de regular.c.5.n.15. vers.9.* Thomas Zerola *in praxi Episcopali, in 2.edit.p.1. verb. moniales. ad 16.quæstum.dub.1.* Manuel *quæst.regular.tomo 1.q.49.art.vltimo.* Subdit autem se non audere excusare ab his pœnis cognatos, qui nulla necessitate ducti, sed sola causâ vitandi opprobrij, vel inurbanitatem, vel causâ amicitię, aut cognationis id efficerent. Sed melius Manuel dicit excusari ab his pœnis, dummodo non fauent egressui, nec perseuerantiæ in illo; quod idem apertè sentit Llamas proximè allegatus: ait enim eos solos incurrere, qui ex comitatu, aut receptione cooperantur delicto. Et ratio est, quia excommunicationem latam in hæreticorum receptatores, illi soli incurrunt qui receptant vt hæreticos, id est, fauendo aliquo modo hæreti, vt diximus *lib.1.c.10.num.4.* Ergo similiter illi soli receptatores, & comitantes his pœnis subdentur, qui recipiunt monialem egressam, fauentes aliquo modo illius delicto.

73 Nec incurrent, qui quomodocumque receptant, aut comitantur moniales nouitias egressas. Quia motus proprius de solo egressu professarum loquitur. Sic Nauar. *eodem comment.4.n.47. vers. circa quod in pœnitentia prætoris.* Thomas Zerola *eodem verbo moniales, ad 16. quæstum, dub.4.*

74 Quinta difficultas est, an prædictis pœnis ligentur Episcopi, & religiosi, & aliæ personæ in dignitate constitutę, comitantes aut recipientes moniales iniustè egressas, vel Episcopi illicitam egressus licentiam concedentes? Ratio dubitandi est, quia motus proprius prędictus dum pœnis subiicit comitantes, aut receptantes, sic ait; *nec non comitantes, ac illarum receptatrices personæ, sive laicæ, aut seculares, vel ecclesiasticæ*, vbi nullam Episcoporum, religiosorum, aut personarum in dignitate constitutarum mentionem fecit. At nomine clericorum in materia odiosa non comprehenduntur Episcopi, nec clerici in dignitate constituti, vt canonici Ecclesiæ cathedralis; vt bene docent Abbas *rubrica de vita, & honestate clericorum.n.4.* Rosella *verbo clericus, statim in principio*, vbi Angelus, Syluester, & Tabiena, qui tres bene addunt, nec etiam comprehendi regulares, quia in omnibus his peculiaris qualitas in clericis communibus non existens reperitur. De Episcopis etiam concedentibus eam licentiam est specialis ratio dubitandi: nam *ex quia periculosè, de sententia excommunicationis in 6.* decernitur, Episcopos nulla suspensione iure lata ligari, nisi in canone illo fiat expressa eorum mentio; secus autem de excommunicatione. Ergo non incurrent eam officij suspensionem latam in eo motu proprio.

75 Verum existimo omnes hos comprehendi in excommunicatione lata contra receptantes, aut comitantes. Ducor, quod generaliter illi censuræ subiicit personas comitantes, seu receptantes; & postea, ne quis se liberum ab hac censura existimaret, quod sit secularis, ecclesiasticus, aut consanguineus, expressit omnia ista, non quasi volens restringere, quod indefinitè, & generaliter de personis dixerat; sed volens ampliare, ne his prætextibus quispiam se exiuisi existimaret. Episcopi etiam incurrerent eam ab officio depositionem, si iniustè licentiam egressus concederent: quia expressim illorum mentionem facit motus proprius. Cùm enim in principio dixisset, Episcopi, & superiores religionis esse licentiam egressus concedere, in fine hac censura afficiens iniustam licentiam concedentes, dixit; *insuper tam egressas, quam præsidentes, & alios superiores prædictos ea licentiam, hoc modo concedentes.* & c. & ita illis verbis (*superiores prædictos*) comprehendit Episcopos, & superiores regulares, de quibus antè dixerat.

76 Vltima difficultas est, quis possit absoluere ab excommunicatione, & dispensare in priuatione officiorum, & inhabilitate ad illa, statutis in hoc motu proprio. Et quidem de excommunicatione manifestum est, à solo Pontifice eius absolutionem concedi posse: quia Pontifex eam sibi reseruat. Quod si occulta esset excommunicatio ea, posset vtique Episcopus ab ea absoluere virtute Trident. *sess.24.de reformatione.c.6.* vbi omnes casus occulti sibi conceduntur. Quamuis minus bene Lælius Zecchius *de casibus reseruatis, casu 10. num.1.* dicat, neque Episcopum posse ab hac excommunicatione occulta absoluere. Quia aut Cardinales declarasse non posse Episcopum virtute illius concessionis absoluere à casibus, quos post Tridentini publicationem sibi Pontifex reseruauit, qualis est hic; & Thomas Zerola *in praxi Episcop.2.edit. verbo moniales, ad 8.quæstum*, refert quendam modernum scribentem quasdam consecutię quęstiones in Archiepiscopatu Bononiensi tenuisse idem, dicitque se vidisse literas Cardinalis montis Elpatij, in quibus idem affirmabat esse de mente Cardinalium. Cæterùm id non credo, quia cùm in his reseruationibus non fiat mentio decreti Tridentini, non censetur illi derogatum, iuxta ea quæ dixi *lib.3. de matrim. dispat.16. num.7.* Insuper quia, etsi hæresis reseruata sit in Bullis Cœnæ post Trident. multi, vt diximus *lib. 2. c.11.num.2.* tenent posse Episcopum ab illa, si occulta sit, absoluere, virtute eius decreti. Et quamuis alij negent, non dicuntur eo quod post id decretum reseruata sit, sed quia Pontifices declararũt; & constat ex libi dictis. Præterea quilibet confessarius potest absoluere ab illa excommunicatione, virtute cruciata semel in vita, & semel in mortis articulo, quia expressè concedit hanc facultatem illis, quando censuræ sunt reseruatæ. Sic tradunt Sorbus *in priuilegia Mendicantium, verbo ingressus in monasterio monialium in suis annot.num.11.vers.sedecimo primum.* & Manuel in expositione motus proprij Pij V. contra fœminas ingredientes in virorum monasteria, *n.31.* qui bene etiam dicit cum Sorbo *eodem n.11.vers.sunt pacet*, posse etiam religiosos nostræ Societatis Iesv, qui confessarij approbati sunt, absoluere toties, quoties ab ea. Quia Pauls III. concessit religiosis Societatis Iesv, vt habetur *in compendio priuilegiorum eiusdem Societatis. §.12.* vt possent toties, quoties absoluere ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, & ab omnibus pœnis, & censuris consurgentibus ex eis, præterquam in contentis in Bulla Cœnæ. Bene etiam dicunt posse per communicationem huius priuilegij fratres Minores absoluere ab ea eodem modo. Atque similiter idem dicendum est de omnibus aliis religiosis, qui Mendicantium priuilegia fruuntur. Quod si petas, quid dicendum sit, quando excommunicatio hæc est deducta ad forum contentiosum, & sic denunciata, dicam c.17.n.41.& 45.

77 Specialis autem est difficultas de priuatione officiorum, & inhabilitate ad illa. Manuel *qq.regularibus.tomo 1. q.24.ar.17.* latè probat posse Prouinciales, & Generales religionum exemptarum dispensare: idque probat, quia habent iurisdictionem quasi Episcopalem. At Episcopus potest dispensare in pœnis iure latis ob adulterium, & alia crimina minus grauia, dum non expressè reseruantur; vt tradunt textus, & omnes scribentes *cap.c. si clericus. §. de adulteriis, de iudaeis*, & multi alij, quos refert, & sequitur Henriquez *lib.14.de irregularitate.c.19.num.2.* quæ omnia in hoc casu concurrunt; nam solam excommunicationis pœnam reseruauit sibi Pontifex: & monialem egredi monasterio, quod soli iuri humano ad-

nerfatur, minus graue crimen adulterio est. Sed Graffis *1. p. decisiorum. lib. 4. c. 13. n. 11.* negat posse superiores religionum, quamuis dictum esset occultum; & ipsemet Manuel mitius loquitur in expositione motus proprij, vt referemus n. sequenti.

78 Sed cùm nos inuenerimus n. 65. pœnam hanc non incurri absque iudicis sententia, non potest dari casus, quo res sit occulta, cùm ad forum contentiosum deducta sit, Iudicisque sententia accesserit. Quare existimo, nec Episcopo, nec his superioribus integrum esse in hac inhabilitate, & priuatione à Pontifice inducta, ac sententia Iudicis decreta dispensare. Si autem teneremus eam absque aliqua sententia incurri, tunc, existente facto occulto, possent superiores hi dispensare. Quia in inhabilitate contracta ob delictum occultum, potest Episcopus dispensare cum sibi subditis virtute Trident. *sess. 24. de reformat. c. 6.* vt bene tradit Henriquez *lib. 13. de excommunicatione, c. 16. n. 1.* qua facultate gaudent omnes Generales, & Prouinciales, & superiores locales ordinum mendicantium, & fruentium eorũ priuilegiis per motum proprium Pij V. cuius verba refert Manuel *qq. regularium tomo 1. q. 61. art. 9.* vbi concessit omnibus superioribus D. Dominici, & consequenter omnium ordinum mendicantium, & fruentium eorum priuilegiis, vt gaudeant prorsus eadem facultate erga alios regulares subditos, quã gaudent Episcopi virtute Tridentinã *sess. 24. c. 6. de reform.* Sic in propriis terminis docet Manuel in expositione motus proprij Pij V. contra fraudes ingredientes monasteria virorum, *num. 36.* & Sotbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo ingressus in monasteria monialium, n. 11. vers. dicitur 4.* posse Episcopos virtute eius decreti in hoc dispensare, & prædictos superiores regulares. Et quamuis vtrque loquatur de Prouincialibus horum ordinum: at motus proprius expressè loquitur etiam de superioribus localibus. Idque iure optimo, quia hi quoque quasi iurisdictionem Episcopalem in suos subditos habent, vt probat *lib. 8. de matrimonio, disputat. 3. num. 9.* At nequeunt superiores hi religionis hanc facultatem delegare, vt bene docent Manuel *eadem n. 36.* & Sotbus *ibidem*, quia Pius V. in eo priuilegio expressè dicit, vt per se ipsos id possint. At virtute Bullæ cruciatæ non possunt confessores in his dispensare: quia solam absolutionem à censuris eis concedit. At priuatio hæc, & inhabilitas non sunt censuræ, sed quædam pœnæ, vt constat ex *c. quærenti de verborum significatione*, vbi decidit, nomine censuræ solum comprehendi excommunicationem, suspensionem, & interdictum. Et ita docent Sotbus *ibid. versiculum 3.* & Manuel in eadem expositione motus proprij, *num. 35.* vbi subdit cum Sotbo *ibid. versiculum est notandum*, per ampliissimam concessionem Eugenij IV. fratribus Minoribus, posse eos à suis confessoribus per Prælatos deputatis ab hac, & similibus inhabilitatibus absolui semel in vita, dummodo integro anno recitent qualibet hebdomada semel psalmos pœnitentiæ cum suis litaniis: quod si legitimo impedimento aliqua hebdomada omiserint, debent recitare hebdomada anni sequentis. Quod priuilegium refert compendium priuilegiorum Mendicantium, *verbo absolutio extraordinaria quoad fratres, §. 3. & 4.* Immo & per priuilegia concedentia absolutionem ab omnibus casibus reseruatis, & à censuris, & pœnis consurgentibus ex eis, possent confessarius habens tale priuilegium absoluere in foro conscientiæ à prædictis priuationibus, & inhabilitatibus, vt diximus num. 76. quia prædictæ priuationes, & inhabilitates sunt pœnæ impositæ contra violatores prædicti decreti.

CAPVT XVI.

De clausura monialium quoad ingressum cuiuscumque personæ in earum monasteria.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sint. num. 1.
Proponuntur textus, quibus ingressus in monasteria interdicitur. n. 2.
An Reges, Reginæ, Imperatores, Imperatrices, ac eorum filij hac prohibitione comprehendantur? n. 3.
An pueri possint intra monialis claustra recipi? refertur quædam sententia. n. 4.
Sententia authoris, & quid in dubio, an habeant vsum rationis? n. 5. & 7.
Quid de amentibus? n. 8.
An monialis iter agenti, aut legitimè extra monasterium existenti interdictus sit ingressus in aliud, vel eiusdem, vel diuersi ordinis monasterium? refertur quædam sententia. num. 9.
Sententia authoris. n. 10.
Quid nomine monasterij monialium contineatur, vt illuc ingredi non liceat, & an liceat monialem, & sicularem esse simul, ita vt neutra clausuram violet? n. 11.

QVINTVPLEX est disputanda quæstio. Prima. Quibus personis hic ingressus interdicatur, & quid nomine monasterij monialium intelligatur. Secunda. Cuius sit licentiam ad hunc ingressum concedere. Tertia. Qualis debeat esse hæc licentia, & an causis iustis indigeat, & quæ sint illæ. Quarta. Quæ censuræ latæ sint in ingredientes extra casus permissos, & in moniales admittentes, & quis possit absoluere, aut in eis dispensare. Vltima. An non solùm ingredi, sed etiam accedere ad monialium monasteria causâ eas inuisendi, ac eas alloqui, siue scribere, sit iure interdictum. 1

QVÆSTIO prima. Quibus personis interdicatur ingressus in monasteria monialium, & quid nomine huiusmodi monasterij intelligatur. Præmittendum est, ingressum hunc interdictum esse *cap. periculosè, in princip. de statu regular. in 6.* ibi. *Nulli aliquantenus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ (nisi rationabilis & manifesta causa existat, ac de illius, ad quem pertinuerit speciali licentia) ingressus, vel accessus pateat ad easdem moniales.* Quod decretum addens excommunicationem innouat Tridentinum *sess. 25. de regular. c. 5.* ibi. *Ingredi intra septa monasterij nemini liceat, cuiuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel superioris licentia, in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda. Dare autem tantùm Episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessariis.* Et idem confirmauit Gregorius XIII. in quodam motu proprio, qui incipit; *Pro gratia*, edito anno 1575. Idibus Iunijs, ibi; *& alias pœnas aliter ingredientibus, & monialibus, quæ ingredientes admittunt*, cuius verba referemus de eius intellectu disputantes infrà n. 70. & Pius V. in suo motu proprio, qui incipit; *Circa pastoralis*, innouauit, & confirmauit omnia contenta *in dicto cap. periculosè*, & consequenter hanc prohibitionem.

Vtrùm verò in hac prohibitione comprehendantur Reges, Reginæ, Imperatores, Imperatrices, ac eorum filij, nec ne eorum, dicendum est non comprehendi, vt in simili dicetur c. sequenti. n. 5. dum sermo erit de ingressu fœminarum in monasteria virorum. Ratio est, quia Gregorius XIII. in citato motu proprio, postquam dixit personas cuiuscumque conditionis ea prohibitione comprehendi, addit id esse verum, licèt illæ personæ comitissæ sint. Quo loquendi modo satis clarè significatur, ea prohibitione non teneri personas status multo altioris, & Tridentinum, dum vtitur eodem modo loquendi, nomine personarum cuiuscumque generis, aut conditionis, non comprehendit personas tantæ notæ, sicut dum dicit, cuiuscumque ætatis, non comprehendit infantes, vt dicetur n. sequenti. 3

Circa hanc ergo prohibitionem prima difficultas est, an infantes nondum rationis vsum adepti, possint in monialium monasteria admitti? Non dubitamus, an ipsi ingredien- 4

ingrediendo peccent, quamuis authores hoc confundant: cùm enim rationis vsu careant, nec peccati, nec censuræ contrahendæ participes esse possunt. Sed quod in dubium vertitur, est, an moniales hos intra monasterij claustra admittentes, vel quicumque alij, qui huius ingressus causa sunt, peccent in hanc prohibitionem. Et videntur peccare, quia Tridentinum *eo. c. 5.* dicit; *cuiuscumque conditionis, sexus, vel ætatis.* Paulus Tuscus *de vitiatus, & regimine Ecclesiarum. lib. 2. c. 19. n. 15.* dicit esse strictam interpretationem Doctorum asserentium posse infantes admitti.

5 Verùm dicendum est, prædictam prohibitionem minimè ad pueros nondum rationis vsum adeptos extendi, ac proinde nullius culpæ reos esse, qui causa eorum ingressus in monialium monasteria sunt. Ducor, quod ex eis textus Tridentini videatur prima facie eos comprehendere sub illa vniuersali, *cuiuscumque ætatis*: at si mens Concilij perpendatur, eos tamen solos videtur comprehendere, qui vsum rationis nacti sunt. Quippe eius prohibitionis finis est, ne pax monialium perturbetur, incitentúrque ad peccandum. Quod non contingit ex solo infantium ingressu. Atque ita docent Nauarrus *summa. c. 28. addit. 2. ad numerum 143. c. 15. & comment. 4. num. 59. vers. 15. quæritur.* Corduba *summa. q. 60. fin.* quamuis in 2. editione aliquantulum titubet, dicens videri hanc prohibitionem de his quoque intelligi. Henriquez *lib. 4. de pœnitentia. c. 5. n. 2. in comment. littera M.* & *lib. 13. de excommunicatione. c. 41. n. 5. in comment. littera S.* Manuel in expositione motus proprij Pij V. interdicentis ingressum mulierum in monasteria virorum, & *qq. regularium. tomo 1. q. 46. art. 1.* Sotbus *in priuilegia Mendicantium. 2. p. verbo ingressus in monasteria monialium, n. 2.* Thomas Zerola *in praxi Episcopali. 1. edit. p. 1. verbo motu de. ad 8. quæsitum, vers. 4. ad finem.* Azor *tom. 1. institutionum moralium. lib. 13. c. 8. q. 5.* Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine, *in §. 8.*

6 Quidam tamen ex his Doctoribus censent, non licere ingressum puellarum sex annos excedentium, secus si eos non excedant, quia censent priores vsu rationis iam potiri. Sic Manuel in eo motu proprio, *n. 12.* Sotbus allegatus num. præcedenti. Alij dicunt licere, donec octo annos adipiscantur, secus si post; sic Llamas allegatus num. præced. Alij dicunt licere vsque ad septennium, secus post; sic Corduba 11. præced. allegatus. Sed cùm quandoque vsus rationis ante septennium contingat, & quandoque post, cautiùs loquuntur authores, dicentes hanc prohibitionem non ligare pueros, donec rationis vsum adipiscantur, quod antea nec culpæ, nec ad peccatum incitandi capaces sint. Et ita loquuntur Nauarrus vtroque loco, Henriquez vtroque loco, Thomas Zerola, allegati num præced. Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 46. art. 1.* Quare nisi ignorantia excusentur pueri rationis vsum iam nacti, peccabunt mortaliter, & incurrent excommunicationem ingrediendo hæc monasteria, vt bene tradit Henriquez *lib. 4. de pœnitentia. c. 5. n. 2. in comment. littera M.* quia, vt probaui lib. 1. huius tractatus. c. 12. n. 8. incurrunt hi excommunicationem facientes actum sub illis interdictum.

7 In dubio autem, an pueri habeant rationis vsum nec ne, sic distinguendum est. Si septennes sint, comprehendunt hac prohibitione, secus si nondum septennes. Ducor, quod cùm vsus rationis communiter septennio completo accidat, is in dubio ante eam ætatem non præsumitur, secus post, vt probaui *lib. 1. de matrim. disput. 16. n. 10. & 11.*

8 Secunda difficultas est, an amentes sub hac prohibitione contineantur? Videntur enim minimè comprehendi, cùm rationis vsu careant, instar infantium. Azor *tomo 1. institutionum moralium. lib. 13. c. 8. q. 5.* relata opinione dicenti eos puberes factos comprehendi sub dicta prohibitione, ait, si hæc sententia intelligatur de apenninis, nũquam rationis vsu vtentibus, idem iuris videtur esse de illis, ac de infantibus, quia vtrique nec peccati, nec excommunicationis participes esse possunt. Quare dicit eam sententiam locum habere in amentibus lucida intervalla habentibus, quia peccare queunt, & excommunicationi subiici. Sed tandem sententiam, quam verissimam reputo, amplectitur, dicens hos comprehendi, si pubertatem nacti sint, sub hac prohibitione. Quamuis enim ipsi culpæ incapaces sint, eam tamen incurrent, qui eorum ingressus causa fuerint, vtpote qui prohibitioni huic contraueniant. Ratio est, quia hi ad peccatum incitare queunt, occasionem peccandi aliis præbendo, tumultum excitare, perturbare moniales, turpiter iocari, loqui turpia, iocosa, & vana, & alia id genus plurima, religionis honestati, & decentiæ valde dissona. Atque ita docent Nauarrus *comm. 4. n. 155. vers. 15. quæritur.* Manuel vtroque loco, Llamas, & Thomas Zerola vbi n. 5. allegati sunt.

Tertia difficultas est, an interdictus sit hic ingressus 9
moniali ex legitima licentia egressæ à suo, vt si transferatur ad aliud monasterium. Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine, *in §. 11. ad fin.* ait licitum esse, hanc monialem iter agentem admittere in hospitium cuiuscumque monasterij, siue eiusdem, siue alterius ordinis, quod hoc non sit contra clausuram. Immo cùm sit valde decens honestati monialis egressę, credendum est, mentem Pontificum ingressum interdicentem hanc fuisse.

Cæterùm quadruplex casus distinguendus est. Primus 10
est, quando monialis eiusdem ordinis, & habitus iter agens accederet in hospitium admittenda. Et tunc existimo veram esse præcedentem sententiam, atque adeò nulla alia causa, nec petita superioris licentia integrum esse Abbatissæ hanc monialem admittere, cùm non censeatur extranea, cùm sit eiusdem ordinis, & habitus. Atque ideo prohibitio ingressus personarum extranearum in monialium monasterij, qualis est ista, nõ comprehendit hanc monialem. Secundus casus est, quando in aliqua peculiari domo esset, atque sanitatem recuperaret, vellétque gratiâ animi recreandi, aut moniales inuisendi, ingredi aliud monasterium eiusdem ordinis, vel habitus, quod eo in loco esset. Et tunc idem credo, quod in casu præcedẽti, propter rationem in eo traditam. Tertius est, quando iter agendo, non esset monasterium eiusdem ordinis, vel habitus in eo loco, aut si esset, moniales nollẽt eam admittere, nec reperiretur domus, in qua commodè noctem ducere posset. Et tunc existimo legitimam esse causam, vt ex Prælati superioris illius monasterij licentia, quod diuersi ordinis, aut habitus est, possit intra illud, in hospitium admitti, quia religiosa charitas, quam inter personas religiosas maximè decet esse, honestáque status monialis illius id petit. At absque prædicta licentia id non liceret, quia cùm diuersi ordinis monialis sit, est reuera respectu illius monasterij extranea. Vltimus casus est, quando solùm gratiâ animi recreandi, aut monialis cognatæ inuisendæ, vellet illud diuersi ordinis, aut habitus monasterium ingredi. Et tunc non existimo esse iustam ingressus causam, nec superiorem posse ex hac sola causa licentiam concedere, quod reuera sit respectu illius monasterij extranea. Quare sicut respectu aliarum personarum extranearum, hęc non est iusta causa; ita nec respectu huius monialis, eo vel maximè quod per cancellorum fenestellam, aut erates monasterij potest cognatam inuisere, & alloqui.

Quarta difficultas est, quid nomine monasterij mo- 11
nialium comprehendatur, quando interdicitur hic ingressus. Breuiter respondetur, idem prorsus dicendam esse, quod diximus c. præced. à n. 6. vsque ad n. 9. de militibus, quos egredi non est permissum monialibus: si enim intra illos limites ingrediatur extraneus, adueniatur huic ingressus prohibitioni, secus si eam solam partem ingrediatur, ad quam monialibus exire permissum non est, quia, vt optimè ait Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 46.*

nerfatur, minus graue crimen adulterio est. Sed Graffis *1. p. decisiorum. lib. 4. c. 13. n. 11.* negat posse superiores religionum, quamuis dictum esset occultum; & ipsemet Manuel mitius loquitur in expositione motus proprij, vt referemus n. sequenti.

78 Sed cùm nos inuenerimus n. 65. pœnam hanc non incurri absque iudicis sententia, non potest dari casus, quo res sit occulta, cùm ad forum contentiosum deducta sit, Iudicisque sententia accesserit. Quare existimo, nec Episcopo, nec his superioribus integrum esse in hac inhabilitate, & priuatione à Pontifice inducta, ac sententia Iudicis decreta dispensare. Si autem teneremus eam absque aliqua sententia incurri, tunc, existente facto occulto, possent superiores hi dispensare. Quia in inhabilitate contracta ob delictum occultum, potest Episcopus dispensare cum sibi subditis virtute Trident. *sess. 24. de reformat. c. 6.* vt bene tradit Henriquez *lib. 13. de excommunicatione, c. 16. n. 1.* qua facultate gaudent omnes Generales, & Prouinciales, & superiores locales ordinum mendicantium, & fruentium eorũ priuilegiis per motum proprium Pij V. cuius verba refert Manuel *qq. regularium tomo 1. q. 61. art. 9.* vbi concessit omnibus superioribus D. Dominici, & consequenter omnium ordinum mendicantium, & fruentium eorum priuilegiis, vt gaudeant prorsus eadem facultate erga alios regulares subditos, quã gaudent Episcopi virtute Tridentinã *sess. 24. c. 6. de reform.* Sic in propriis terminis docet Manuel in expositione motus proprij Pij V. contra fraudes ingredientes monasteria virorum, *num. 36.* & Sotbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo ingressus in monasteria monialium, n. 11. vers. dicitur 4.* posse Episcopos virtute eius decreti in hoc dispensare, & prædictos superiores regulares. Et quamuis vtrque loquatur de Prouincialibus horum ordinum: at motus proprius expressè loquitur etiam de superioribus localibus. Idque iure optimo, quia hi quoque quasi iurisdictionem Episcopalem in suos subditos habent, vt probat *lib. 8. de matrimonio, disputat. 3. num. 9.* At nequeunt superiores hi religionis hanc facultatem delegare, vt bene docent Manuel *eadem n. 36.* & Sotbus *ibidem*, quia Pius V. in eo priuilegio expressè dicit, vt per se ipsos id possint. At virtute Bullæ cruciatæ non possunt confessores in his dispensare: quia solam absolutionem à censuris eis concedit. At priuatio hæc, & inhabilitas non sunt censuræ, sed quædam pœnæ, vt constat ex *c. quærenti de verborum significatione*, vbi decidit, nomine censuræ solum comprehendi excommunicationem, suspensionem, & interdictum. Et ita docent Sotbus *ibid. versiculum 3.* & Manuel in eadem expositione motus proprij, *num. 35.* vbi subdit cum Sotbo *ibid. versiculum est notandum*, per ampliissimam concessionem Eugenij IV. fratribus Minoribus, posse eos à suis confessoribus per Prælatos deputatis ab hac, & similibus inhabilitatibus absolui semel in vita, dummodo integro anno recitent qualibet hebdomada semel psalmos pœnitentiæ cum suis litaniis: quod si legitimo impedimento aliqua hebdomada omiserint, debent recitare hebdomada anni sequentis. Quod priuilegium refert compendium priuilegiorum Mendicantium, *verbo absolutio extraordinaria quoad fratres, §. 3. & 4.* Immo & per priuilegia concedentia absolutionem ab omnibus casibus reseruatis, & à censuris, & pœnis consurgentibus ex eis, possent confessarius habens tale priuilegium absoluere in foro conscientiæ à prædictis priuationibus, & inhabilitatibus, vt diximus num. 76. quia prædictæ priuationes, & inhabilitates sunt pœnæ impositæ contra violatores prædicti decreti.

CAPVT XVI.

De clausura monialium quoad ingressum cuiuscumque personæ in earum monasteria.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sint. num. 1.
Proponuntur textus, quibus ingressus in monasteria interdicitur. n. 2.
An Reges, Reginæ, Imperatores, Imperatrices, ac eorum filij hac prohibitione comprehendantur? n. 3.
An pueri possint intra monialis claustra recipi? refertur quædam sententia. n. 4.
Sententia authoris, & quid in dubio, an habeant vsum rationis? n. 5. & 7.
Quid de amentibus? n. 8.
An monialis iter agenti, aut legitimè extra monasterium existenti interdictus sit ingressus in aliud, vel eiusdem, vel diuersi ordinis monasterium? refertur quædam sententia. num. 9.
Sententia authoris. n. 10.
Quid nomine monasterij monialium contineatur, vt illuc ingredi non liceat, & an liceat monialem, & sicularem esse simul, ita vt neutra clausuram violet? n. 11.

QVINTVPLEX est disputanda quæstio. Prima. Quibus personis hic ingressus interdicatur, & quid nomine monasterij monialium intelligatur. Secunda. Cuius sit licentiam ad hunc ingressum concedere. Tertia. Qualis debeat esse hæc licentia, & an causis iustis indigeat, & quæ sint illæ. Quarta. Quæ censuræ latæ sint in ingredientes extra casus permissos, & in moniales admittentes, & quis possit absoluere, aut in eis dispensare. Vltima. An non solùm ingredi, sed etiam accedere ad monialium monasteria causâ eas inuisendi, ac eas alloqui, siue scribere, sit iure interdictum. 1

QVÆSTIO prima. Quibus personis interdicatur ingressus in monasteria monialium, & quid nomine huiusmodi monasterij intelligatur. Præmittendum est, ingressum hunc interdictum esse *cap. periculosè, in princip. de statu regular. in 6.* ibi. *Nulli aliquantenus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ (nisi rationabilis & manifesta causa existat, ac de illius, ad quem pertinuerit speciali licentia) ingressus, vel accessus pateat ad easdem moniales.* Quod decretum addens excommunicationem innouat Tridentinum *sess. 25. de regular. c. 5.* ibi. *Ingredi intra septa monasterij nemini liceat, cuiuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel superioris licentia, in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda. Dare autem tantùm Episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessariis.* Et idem confirmauit Gregorius XIII. in quodam motu proprio, qui incipit; *Pro gratia*, edito anno 1575. Idibus Iunijs, ibi; *& alias pœnas aliter ingredientibus, & monialibus, quæ ingredientes admittunt*, cuius verba referemus de eius intellectu disputantes infrà n. 70. & Pius V. in suo motu proprio, qui incipit; *Circa pastoralis*, innouauit, & confirmauit omnia contenta *in dicto cap. periculosè*, & consequenter hanc prohibitionem.

Vtrùm verò in hac prohibitione comprehendantur Reges, Reginæ, Imperatores, Imperatrices, ac eorum filij, nec ne eorum, dicendum est non comprehendi, vt in simili dicetur c. sequenti. n. 5. dum sermo erit de ingressu fœminarum in monasteria virorum. Ratio est, quia Gregorius XIII. in citato motu proprio, postquam dixit personas cuiuscumque conditionis ea prohibitione comprehendi, addit id esse verum, licèt illæ personæ comitissæ sint. Quo loquendi modo satis clarè significatur, ea prohibitione non teneri personas status multo altioris, & Tridentinum, dum vtitur eodem modo loquendi, nomine personarum cuiuscumque generis, aut conditionis, non comprehendit personas tantæ notæ, sicut dum dicit, cuiuscumque ætatis, non comprehendit infantes, vt dicetur n. sequenti. 3

Circa hanc ergo prohibitionem prima difficultas est, an infantes nondum rationis vsum adepti, possint in monialium monasteria admitti? Non dubitamus, an ipsi ingredien- 4

ingrediendo peccent, quamuis authores hoc confundant: cùm enim rationis vsu careant, nec peccati, nec censuræ contrahendæ participes esse possunt. Sed quod in dubium vertitur, est, an moniales hos intra monasterij claustra admittentes, vel quicumque alij, qui huius ingressus causa sunt, peccent in hanc prohibitionem. Et videntur peccare, quia Tridentinum *eo. c. 5.* dicit; *cuiuscumque conditionis, sexus, vel ætatis.* Paulus Tuscus *de vitiatus, & regimine Ecclesiarum. lib. 2. c. 19. n. 15.* dicit esse strictam interpretationem Doctorum asserentium posse infantes admitti.

5 Verùm dicendum est, prædictam prohibitionem minimè ad pueros nondum rationis vsum adeptos extendi, ac proinde nullius culpæ reos esse, qui causa eorum ingressus in monialium monasteria sunt. Ducor, quod ex eis textus Tridentini videatur prima facie eos comprehendere sub illa vniuersali, *cuiuscumque ætatis*: at si mens Concilij perpendatur, eos tamen solos videtur comprehendere, qui vsum rationis nacti sunt. Quippe eius prohibitionis finis est, ne pax monialium perturbetur, incitentúrque ad peccandum. Quod non contingit ex solo infantium ingressu. Atque ita docent Nauarrus *summa. c. 28. addit. 2. ad numerum 143. c. 15. & comment. 4. num. 59. vers. 15. quæritur.* Corduba *summa. q. 60. fin.* quamuis in 2. editione aliquantulum titubet, dicens videri hanc prohibitionem de his quoque intelligi. Henriquez *lib. 4. de pœnitentia. c. 5. n. 2. in comment. littera M.* & *lib. 13. de excommunicatione. c. 41. n. 5. in comment. littera S.* Manuel in expositione motus proprij Pij V. interdicentis ingressum mulierum in monasteria virorum, & *qq. regularium. tomo 1. q. 46. art. 1.* Sotbus *in priuilegia Mendicantium. 2. p. verbo ingressus in monasteria monialium, n. 2.* Thomas Zerola *in praxi Episcopali. 1. edit. p. 1. verbo motu de. ad 8. quæsitum, vers. 4. ad finem.* Azor *tom. 1. institutionum moralium. lib. 13. c. 8. q. 5.* Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine, *in §. 8.*

6 Quidam tamen ex his Doctoribus censent, non licere ingressum puellarum sex annos excedentium, secus si eos non excedant, quia censent priores vsu rationis iam potiri. Sic Manuel in eo motu proprio, *n. 12.* Sotbus allegatus num. præcedenti. Alij dicunt licere, donec octo annos adipiscantur, secus si post; sic Llamas allegatus num. præced. Alij dicunt licere vsque ad septennium, secus post; sic Corduba 11. præced. allegatus. Sed cùm quandoque vsus rationis ante septennium contingat, & quandoque post, cautiùs loquuntur authores, dicentes hanc prohibitionem non ligare pueros, donec rationis vsum adipiscantur, quod antea nec culpæ, nec ad peccatum incitandi capaces sint. Et ita loquuntur Nauarrus vtroque loco, Henriquez vtroque loco, Thomas Zerola, allegati num præced. Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 46. art. 1.* Quare nisi ignorantia excusentur pueri rationis vsum iam nacti, peccabunt mortaliter, & incurrent excommunicationem ingrediendo hæc monasteria, vt bene tradit Henriquez *lib. 4. de pœnitentia. c. 5. n. 2. in comment. littera M.* quia, vt probaui lib. 1. huius tractatus. c. 12. n. 8. incurrunt hi excommunicationem facientes actum sub illis interdictum.

7 In dubio autem, an pueri habeant rationis vsum nec ne, sic distinguendum est. Si septennes sint, comprehendunt hac prohibitione, secus si nondum septennes. Ducor, quod cùm vsus rationis communiter septennio completo accidat, is in dubio ante eam ætatem non præsumitur, secus post, vt probaui *lib. 1. de matrim. disput. 16. n. 10. & 11.*

8 Secunda difficultas est, an amentes sub hac prohibitione contineantur? Videntur enim minimè comprehendi, cùm rationis vsu careant, instar infantium. Azor *tomo 1. institutionum moralium. lib. 13. c. 8. q. 5.* relata opinione dicenti eos puberes factos comprehendi sub dicta prohibitione, ait, si hæc sententia intelligatur de apenninis, nũquam rationis vsu vtentibus, idem iuris videtur esse de illis, ac de infantibus, quia vtrique nec peccati, nec excommunicationis participes esse possunt. Quare dicit eam sententiam locum habere in amentibus lucida intervalla habentibus, quia peccare queunt, & excommunicationi subiici. Sed tandem sententiam, quam verissimam reputo, amplectitur, dicens hos comprehendi, si pubertatem nacti sint, sub hac prohibitione. Quamuis enim ipsi culpæ incapaces sint, eam tamen incurrent, qui eorum ingressus causa fuerint, vtpote qui prohibitioni huic contraueniant. Ratio est, quia hi ad peccatum incitare queunt, occasionem peccandi aliis præbendo, tumultum excitare, perturbare moniales, turpiter iocari, loqui turpia, iocosa, & vana, & alia id genus plurima, religionis honestati, & decentiæ valde dissona. Atque ita docent Nauarrus *comm. 4. n. 155. vers. 15. quæritur.* Manuel vtroque loco, Llamas, & Thomas Zerola vbi n. 5. allegati sunt.

Tertia difficultas est, an interdictus sit hic ingressus 9
moniali ex legitima licentia egressæ à suo, vt si transferatur ad aliud monasterium. Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine, *in §. 11. ad fin.* ait licitum esse, hanc monialem iter agentem admittere in hospitium cuiuscumque monasterij, siue eiusdem, siue alterius ordinis, quod hoc non sit contra clausuram. Immo cùm sit valde decens honestati monialis egressę, credendum est, mentem Pontificum ingressum interdicentem hanc fuisse.

Cæterùm quadruplex casus distinguendus est. Primus 10
est, quando monialis eiusdem ordinis, & habitus iter agens accederet in hospitium admittenda. Et tunc existimo veram esse præcedentem sententiam, atque adeò nulla alia causa, nec petita superioris licentia integrum esse Abbatissæ hanc monialem admittere, cùm non censeatur extranea, cùm sit eiusdem ordinis, & habitus. Atque ideo prohibitio ingressus personarum extranearum in monialium monasterij, qualis est ista, nõ comprehendit hanc monialem. Secundus casus est, quando in aliqua peculiari domo esset, atque sanitatem recuperaret, vellétque gratiâ animi recreandi, aut moniales inuisendi, ingredi aliud monasterium eiusdem ordinis, vel habitus, quod eo in loco esset. Et tunc idem credo, quod in casu præcedẽti, propter rationem in eo traditam. Tertius est, quando iter agendo, non esset monasterium eiusdem ordinis, vel habitus in eo loco, aut si esset, moniales nollẽt eam admittere, nec reperiretur domus, in qua commodè noctem ducere posset. Et tunc existimo legitimam esse causam, vt ex Prælati superioris illius monasterij licentia, quod diuersi ordinis, aut habitus est, possit intra illud, in hospitium admitti, quia religiosa charitas, quam inter personas religiosas maximè decet esse, honestáque status monialis illius id petit. At absque prædicta licentia id non liceret, quia cùm diuersi ordinis monialis sit, est reuera respectu illius monasterij extranea. Vltimus casus est, quando solùm gratiâ animi recreandi, aut monialis cognatæ inuisendæ, vellet illud diuersi ordinis, aut habitus monasterium ingredi. Et tunc non existimo esse iustam ingressus causam, nec superiorem posse ex hac sola causa licentiam concedere, quod reuera sit respectu illius monasterij extranea. Quare sicut respectu aliarum personarum extranearum, hęc non est iusta causa; ita nec respectu huius monialis, eo vel maximè quod per cancellorum fenestellam, aut erates monasterij potest cognatam inuisere, & alloqui.

Quarta difficultas est, quid nomine monasterij mo- 11
nialium comprehendatur, quando interdicitur hic ingressus. Breuiter respondetur, idem prorsus dicendam esse, quod diximus c. præced. à n. 6. vsque ad n. 9. de militibus, quos egredi non est permissum monialibus: si enim intra illos limites ingrediatur extraneus, adueniatur huic ingressus prohibitioni, secus si eam solam partem ingrediatur, ad quam monialibus exire permissum non est, quia, vt optimè ait Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 46.*

quæst.46.art.1.fin. is locus est intra, aut extra clausuram. Si extra esse asseras, poterunt seculares illuc admitti; at moniales illuc egredientes violabunt clausuram. Si asseras esse intra, seculares ingredientes aduersabuntur huic prohibitioni; monialibus autem integrum erit illic esse. Quare optimè infert Manuel *ibi*, receptacula, quæ sint statim in porta monasterij, quæ solet esse clausa, continentia intra clausuram, & sic interdici ingressum, quia sunt intra monasterij habitatio·m, & clausuram, & monialibus licitum est illic esse. Licebit tamen absque clausuræ violatione, monialem, & personam secularem simul esse in portæ eius receptaculi limine, ita vt à parte interiori sit monialis, ab exteriori autem sit secularis; quia neutra suos limites transgreditur, cum pars interior intra clausuram, exterior autem extra illam.

SVMMARIVM.

An Episcopi sit concedere facultatem ingrediendi in quæcumque monialium monasteria? refertur quædam sententia. num.12.

Explicatur sententia authoris n.13.

Quid de Capitulo sede vacanti, & Prælatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, & vicario Episcopi, & omnium horum? n.14.

Quid de immediato conuentus Prælatis? n.15.

An si monasterium illud authoritate Apostolica sit soli superiori conuentuali subditum, possint Prouinciales, & Generales cognoscere de licentia perhunc dam, an sit iusta, & idem de Episcopo, quando clerico seculari esset subiectum? num.16.

An fratribus Minoribus interdictum sit absque licentia Sedis Apostolicæ quæcumque monialium monasteria ingredi? numero 17.

An Cardinali, & Episcopo habentibus licentiam ingressus in monasteria cum sociis quos elegerint, liceat fratres Minores in socios eligere? n.18.

An fratres Minores omnium ab Episcopis, & Visitatoribus Cœnobiorum monialium, possint illuc ingredi ex priuilegio Leonis X. & an illud reuocatum sit per motum proprium Gregorij XIII. & quod dicatur priuilegium personale, & quod reale, siliquæ personalia eo motu proprio reuocentur? num. 19.

An ad ingressum monasterij Sanctæ Claræ, & Conceptionis ordini Minorum subiecta exigatur licentia Papæ? numero 20.

An Abbatissa possit concedere licentiam ingrediendi in monasteria? refertur quædam sententia. n.21.

Explicatur sententia authoris n.22.

An possit superior concedere licentiam generalem Abbatissis, & confessario, vt facultatem huiusmodi ingredi impertiantur? num.23.

An superiores, quibus incumbit licentiam ad hunc ingressum concedere, possint in casibus necessariis propria licentia ingredi? refertur quædam sententia. n.24.

Explicatur sententia authoris n.25.

Quid si non iure ordinario, sed delegato haberent facultatem huius licentia concedendæ? n.26.

Quid si ea licentia limitata esset ad personas certo officio fungentes? n.27.

12 QVÆSTIO secunda. Cuius sit licentiam ad ingressum in monasteria monialium concedere. Et prima quidem difficultas est, an Episcopus eam concedere valeat, quando monasteria non ipsi, sed regularibus subiecta sunt: Videtur enim posse, quod Trident. *sess. 25. de regular. c.5.* disiunctiuè loquatur, asserens eam facultatem ab Episcopo, vel superiore concedendam esse: atque ita Lælius Zecchius *de Republica eccles. iur. de regular. c. 3.n.15.vers.8* refert licram Cardinalium Congregationem decreuisse eam in monasteriis, quæ regularibus subduntur, solos Episcopos hanc licentiam concedere posse, quamuis ipse nihil definiat; & Thomas Zerola *in praxi Episcopali in 2.edit.p.1.verbo moniales, ad 8. quæstium vers.4.ad finem*, dicit se vidisse Neapoli obseruari, vt Episcopus in his quoque monasteriis hanc licentiam concedat.

13 Sed dicendum est, Episcopi esse eam licentiam concedere authoritate ordinaria, quando monasteria sunt immediatè subiecta, authoritate delegata, quando sunt immediatè subiecta Sedi Apostolicæ: Prælatorum autem regularium id esse in monasteriis, quæ ipsis subduntur. Quare Tridentinum ea distinctione vsum est, ad denotandum licentiam Episcopi necessariam esse, & sufficere respectu monasteriorum duplicis generis prioris; aliorum autem superiorum, respectu monasteriorum posterioris generis. Et ratio est, quia eius est hanc licentiam concedere, cuius est clausuram monialibus indicere, vt optimè docent Ioannes Monachus *c.periculosi. n.1. & 2. de statu regularium n.in 6.* & ibi Francus *in principio n.5.* Dominicus *n.10.* At Episcopi est clausuram indicere in duplici priori monasterio, & licentiam exitus in casibus necessariis concedere, & superiorum regularium in posterioribus monasteriis, vt probauimus c.præcedenti num.21.& 28. Ergo idem de hac licentia concedenda dicendum est. Secundò idem constat ex *dicto c.periculosi in princip.* quod Tridentinum *eo.c.5.* non corrigit, immo se innouare, & confirmare affirmat, ibi; *de illum ad quem pertinuerit licentia.* vbi Archidiaconus *n.2. verbo pertinuerit.* Ioan. And. *num.2.* Ancharanus *num. 5. nemihil 4.* explicant hunc superiorem esse, qui monasterio præest. At Episcopus solis monasteriis sibi subiectis authoritate ordinaria præest, & authoritate delegata subiectis immediatè Sedi Apostolicæ iuxta Tridentinum *eadem sess.25 de regular.cap.9.* nullatenus autem præest monasteriis, quæ regularibus subduntur. Ergo in his non potest concedere ingressus licentiam, sed in solis illis. Atque ita docent Nauarrus, dicens sic declaratum esse à Pio V. *in summa. c. 28 addit. 2.ad num.143.c.25.& consultat.4.n.60.vers.5. quod ille de regular.* Graffis *1.p.decisionum.lib.4.c.23.num.6.* Llamas *in methodo curationis*, in appendice quam ponit in fine. §.5. Confectius *in priuilegiis Mendicantium.tit.20.cap.6.* Manuel *qq.regular.tom.1.q.46.ar.2.* Azor *tom.1.institutionum moralium.lib.11.c.8.q.7.*

14 De vicario autem Episcopi idem dicunt Manuel, & Llamas num.præced.allegati; atque idem sit Manuel de vicario Capituli sede vacanti: immo idem dicit Llamas respectu monasteriorum, quæ Sedi Apostolicæ sunt immediatè subiecta Sed de his omnibus, ac de vicariis aliorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, & de Capitulo sede vacanti, est idem prorsus dicendum, quod diximus c. præced. n.30.

15 Quod si petas, an Prælatus conuentualis possit hanc licentiam concedere. Confectius n.præced. allegatus videtur negare; ait enim id pertinere ad Prouinciales, Generales, & alios, quibus ipsi commiserint. Sed absque dubio dicendum est id pertinere ad Prælatum conuentualem, si superior illius mo[illegible] ut, nec à superioribus immediatis, nec à constitutionibus ablata sit illi facultas, quia textus absolutè, & generaliter traduntur hoc ad superiorem pertinere.

16 Hinc deducitur, si authoritate Pontificia id monasterium cuidam soli peculiari Prælato conuentuali subiectum esset, non posse Generalem, aut Prouincialem licentiam ingressus in id monasterium concedere, quod nullam iurisdictionem in id monasterium habeant. At poterunt, dum visitant, inquirere, an Prælatus ille iustè vsus fuerit hac facultate, examinando, an causæ concessionis fuerint iustæ. Quia in hoc nullam in monasterium illud iurisdictionem exercent, sed in religiosum illis subiectum. Et sicut de aliis eius criminibus, quæ admittit, non solùm vt Prælati, sed etiam vt religiosi punitri, obligati ad legem Dei, ac sacros canones obseruanda, inquirere possunt: ita & de hoc. sic Manuel *quæst.regular. tomo 1.*

num 1.q.46.art.5. Atque ob eandem rationem idem dicendum est de Episcopo, respectu clerici secularis, cui soli monasterium illud subdeceret.

17 Excipiuntur tamen ab hac generali regula fratres Minores, quibus interdictum est in sua regula ingressus absque speciali Pontificis licentia, his verbis. *Præcipio firmiter fratribus vniuersis, ne ingrediantur monasteria monacharum, præter illos quibus à Sede Apostolica concessa est licentia specialis.* Quam regulam declarauit Gregor. IX. in declaratione regulæ fratrum Minorum, vt refert collector priuilegiorum Mendicantium, *verbo ingressus in monasteria monialium. numero 1.* intelligi de quarumlibet monialium Cœnobiis, cùm regula nullum excipiat. Et quamuis Alexander IV. & Innocentius IV. in declaratione præfatæ regulæ dicant ingressum in sola monasteria monialium inclusarum ordinis D. Dominici, seu Sanctæ Claræ comprehendi in hac prohibitione: at, vt notat collector numero 5. & 6. proximè allegatus, prædicta concessio reuocata est iam, & ideo non licet ea vti. Quamuis etiam Gregorius X. referens supradictam declarationem Innocentij IV. decreuerit, vt fratres Minores possint vti ea declaratione, ex sui Generalis dispensatione: at Nicolaus III. in sua solemni declaratione decreuit standum declaratione Gregorij IX. qua declarauit ingressum in quælibet monasteria esse fratribus Minoribus interdictum, vt refert collector *ibidem num.* 10. Quare bene ait *num.9.* non posse iam Generalem aliquid in hoc casu propter hanc Nicolai III. declarationem.

18 Hinc deducitur, Cardinali, ac Episcopo habenti potestatem legitimam ingrediendi cum aliquibus sociis quos elegerit, in aliquod monialium Cœnobium, non integrum esse fratres Minores in socios sibi assumere, quod speciali licentia fratrum Minorum mentionem facienti ad hunc ingressum opus sit. Et sic bene tradit Manuel *quæst.regular. tomo 1.q.46. art.3. paulo post principium.*

19 Concessit tamen Leo X. fratribus Minoribus, vt vocati, aut inuitati à Prælatis Ecclesiarum, aut à Prælatis religiosis, vel à Visitatoribus habentibus curam aliquorum monasteriorum monialium, ad hoc vt visitent prædicta monasteria, vel exercent omnia alia, quæ in monasteriis sibi subiectis exercent; aut ad hoc vt intrent cum ipsis Prælatis, vel Visitatoribus ad videndum officinas, & totum monasterium interius, possint ingredi, non obstantibus suæ regulæ prohibitionibus, & declarationibus, dummodo, si fratres illi subditi fuerint, impetrent suorum Prælatorum licentiam. Quod refert Manuel *quæst.regularium tom.1.q.47.art.8.* vbi optimè notat duo. Prius est, Prælatos conuentuales non indigere licentia Prouincialium ad hunc ingressum, quia indultum hoc loquitur de fratribus, qui ita subditi sunt, vt nullo prælationis munere fungantur: quippe eo fungentes, sicut subditis licentiam ingressus impertiri valent; ita ea quoque vti possunt. Posterius est, hoc indultum non effe[illegible] per motum proprium Gregorij XIII. editum anno 1575. Idibus Iunijs, qui incipit; *Vbi gratia*, in quo reuocauit omnes facultates ingrediendi monasteria monialium, non enim expresè loquitur de priuilegio quibuscumque personis concesso, & sic de priuilegio personali. Nam non solùm priuilegium personale dicitur, quod alicui personæ priuatæ conceditur, sed etiam quod certo personatum generi, vt constat ex *l.quia tale.13. iuncta l.præcedenti ff. soluto matrimonio*: vbi decidit, priuilegium maritorum, ne vltrà quàm facere possunt, conuenire queant, minimè porrigi ad eorum posteros, quod tanquam priuilegium personale, cum persona extinguatur. At non loquitur de priuilegio reali, quale est hoc concessum toti Minorum religioni. Quippe, vt optimè, alios referens, notat Barbosa *ea. l. quia tale.39.* priuilegia ad personas relata dicuntur personalia; quæ autem loco, aut ciuitati, Collegio, vel Vniuersitati concediuntur, realia, & ideo sunt perpetua, & ad posteros in perpetuum transferuntur, vt constat ex *l.firma.c.4. §. quamquam. ff. de censibus*, vbi Glossa *verbo transmittatur*, rationem huius esse ait, quia etsi partes illius communitatis quotidie mutentur, manet tamen semper idem populus, siue eadem communitas, vt habetur *l. propinabatur.76.ff.de iudiciis.*

20 1. Ad ingressum etiam in Sanctæ Claræ, & Conceptionis monasteria ordini Minorum subiecta, præter casus in earum monialium regula exceptos, exigitur Sedis Apostolicæ licentia, vt potest videri in collectore compendij priuilegiorum fratrum Mendicantium, *verbo ingressus in monasteria monialium.num.1.usque ad fin.* vbi varias Pontificum concessiones, & reuocationes refert. Sed Manuel *quæst.regular.tomo 1.quæst.46.art.3.* re hac latè disputata, concludit standum esse decreto Trident. *sessione 25 de regularib. cap. 5.* vbi generaliter indulget ingressum in monasteria ex legitima causa, ac superioris licentia. Quod si obiicias idem Tridentinum *eadem sess. cap. 22.* ibi. *Si qui verò regulares, tam viri, quàm mulieres sint, qui sub arctiori regula, vel statutis viuunt, ea ab eorum institutio, & obseruantia familia Synodus amouere non intendit.* Quare cùm hæc monasteria ita arctam clausuram seruent, vt nemini liceat, absque Sedis Apostolicæ licentia, illuc ingredi, præter casus in regula exceptos, videtur hæc monasteria non comprehendi in concessione illius capitis 5. cùm hanc strictiorem clausuram idem Tridentinum *eo. c. 22.* obseruari velit. Respondet Manuel *eadem quæst. 46. art. 6. fin.* Prælatos concedentes eam ingressus licentiam, non propria authoritate niti, sed speciali concessa in eo decreto Tridentini *cap. 5.* quod concedit, posse Prælatos licentiam ingressus in monialium Cœnobia concedere, nec monales aliquas, nec aliqua monialium monasteria excipit. Verùm hæc solutio mihi non satisfacit: quia ea concessio Tridentini *eo. cap. 5.* explicatur *illo cap. 22.* vt non deseruiat relaxandæ strictioni clausuræ per aliquarum monialium regulas indictæ. Atque ita non concedit vllam Prælatis facultatem, vt strictam hanc clausuram indigentem summi Pontificis licentia, vt ei contrameniatur, relaxent, concedendo ingressius facultatem. Quare standum est in hoc consuetudine per dictos fratres Minores introducta legitimè, vel aliquibus priuilegiis nouioribus, si quæ ad hunc ingressum habeant.

21 Secunda difficultas est, an Abbatissa possit eam ingrediendi licentiam concedere? Quidam affirmant, quia tam Tridentinum, quàm *dictum cap.periculosi*, decidunt, superioris esse, eam licentiam concedere: Abbatissa autem vere est sui monasterij superior, *cap.dilecta, de excessibus Prælatorum. cap. attendentes. §. statuimus de statu monachorum*, & illam etiam partem comprobant adducenda lib. sequenti, circa facultatem, quam potest concedere Abbatissa ad vsum, & dispositionem bonorum temporalium. Et ideo hanc partem sustinent Nauarrus *summa.cap.28. addicione secunda ad numerum 143. cap. 25.*

22 At contraria sententia amplectenda est, quia vt probauimus numero 17. eius est hanc licentiam concedere, cuius est monialibus clausuram indicere. At hoc non est Abbatissæ, numo ipsi quoque clausuræ simili præcepto tenetur. Ergo nec Abbatissæ est dare hanc licentiam. Quare non est concedendum id esse cuiuscumque superioris: præterea, quia ex rei gravitate, & verbis vtrusque textus colligitur aperte id non voluisse mulieris prudentiæ relinquere. Et ideo hanc partem sustinent Monachus *cap. periculosi, in princip. numero 1. & 2. de statu regularium in 6.* ibi Dominicus *numero 10.* Francus *numero 5.* Nauarrus sibi contradicens *commentar. 4. numero 59. vers. 3. quod causa, de regularibus.* Azor *tomo 1. institut. moralium. lib. 13. cap. 8. quæst. 6.* Manuel *qq. regularium tomo 1. quæstione 46. à numero 2.* Confectius *in priuilegiis Mendicantium. tit. 20. cap. 6.* An verò

eam facultatem in casu tepentinæ necessitatis habeant, dicerqus num.36.

23 Potest tamen iustè superior concedere generalem Abbatissis licentiam, aut confessariis concedendæ huius ingressus facultatis, in casibus frequentes occurrentibus, ne passim Prælatus regularis, aut Episcopus, qui non tam pœ inanibus habentur, aditi debeant. Et sic docent Nauarr. *eodem comment. 4. n. 60. vers. 4. quod dubitari.* Manuel *eodem arr. 2. fine.* Grassis *1. parte decision. lib. 4. cap. 23. num. 6. fine.*

24 Vltima difficultas est, an superiores, quibus incumbit ad hunc ingressum licentiam concedere, possint absque alicuius licentia ingredi in casibus necessariis, in quibus iustè aliis eam licentiam concederent? Collector priuilegiorum Mendicantium, *verbo accedere ad monasteria monialium, quæst. vltima*, defendit hos indigere alterius sui superioris licentia. Ducitúrque rationibus, quas nos adduximus *libro 8. de matrimonio disputat. 3. numero 14.* ad probandum neminem posse secum dispensare.

25 At verius est, hos nulla indigere licentia: quia licèt grauis controuersia sit, an possit quispiam secum dispensare, & nos *ea disputatione 3. à num. 6. usque ad 9.* tenuerimus posse, ac rationibus contrariis satisfecerimus *num. 21.* vt ibi probauimus *num. 1.* communiter à Doctoribus concediturr, posse superiores vti ea licentia, quam possunt aliis concedere. Præterea, quia Gregor. XIII. in motu proprio incipienti; *Dubiis, quæ emergunt,* quem edidit anno 1581. die 25. Decembris, id clarè decidit, & solùm exigit conditionem quandam, nempe, vt associati intrent, ibi. *Declaramus præterea, tam seculares, quàm regulares, quibus cura, & regimen monasteriorum monialium quarumlibet modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria prædicta, ita demum vti posse, si id faciant in casibus necessariis, & à paucis, iisque senioribus, ac religiosis personis comitati.* Vbi nota ea verba, *facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria.* Ergo decidit hos habere ex officio facultatem vtendi licentia, quam possunt aliis concedere. Et ita docent Nauarrus latè probans *lib. 3. cons. tit. de statu monachorum, in 1. editione. consil. 6. à num. 2. in 2. consil. 9. à num. 2.* Corduba *in annotat. ad collectorem*, loco quem num. præcedent. allegauimus, *vers. quod illa dua,* Manuel *quæst. regular. tomo 1. q. 46. art. 5. initio*, Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine. §. 7. *initio*, Azor *tomo 1. institutionum moralium. lib. 11. c. 8. q. 9.* addens id licere seruatis conditionibus petitis à Gregor. XIII. in eo motu proprio, nempe, vt non ingrediantur nisi paucis, & non nisi senioribus, ac religiosis viris sociati.

26 Immo non illi soli, qui iure ordinario possunt hanc ingressus licentiam concedere, possunt quoque ea vti, sed iis quoque, qui delegatam huius licentiæ concedendæ potestatem haberent, non limitatam ad certas personas, integrum esset eadem facultate vti. Quia his quoque fas esse secum dispensare eodem modo, quo cum aliis possunt, defendimus *eadem disputatione 3. numero 10. & 11.* nedum vti licentia, quam aliis impertiri valent.

27 Atque idem credo, si limitata esset licentia non ad certas personas, sed ad officium, vt si commissa esset facultas concedendæ licentiæ confessariis in genere ingrediendi necessitate postulanti; tunc si ipse confessarius esset, posset vti eadem ingressus licentia, cùm non sit peioris conditionis, quàm cæteri. Secus si esset licentia ad peculiares confessarios, vt ordinarios monialium, &c. & ipse non esset ex illis.

SVMMARIVM.

An exigatur licentia specialis ad hunc ingressum? numero 28.
An debeat esse in scriptis, & ad egressum monialis è clausura? num. 9.
An si ore tenus concessa sit licentia, sit mortale, & incurrantur pœnæ? refertur quædam sententia. numero 30.
Explicatur sententia authoris. n. 31.
An sit necessaria licentia specialis, & in scriptis, pro medicis, confessariis, barbitonsoribus, & aliis ministris necessariis? refertur quædam sententia. n. 32.
Explicatur sententia authoris. n. 33.
An ea licentia exigatur in casibus repentinis, in quibus est periculum in mora? n. 34.
Verum quando non potest expectari, absque mora periculo, licentia superioris, & habet Abbatissa facultatem concedendæ licentiæ, sit necessario expectanda eius licentia? numero 35.
Quid si eam facultatem non habeat? refertur quædam sententia. n. 36.
Sententia authoris. n. 37.
An licentia data, non ad ingressum, sed ad concedendam facultatem ingressus, indigeat scriptura, & quid si sit ad ingressum eorum, quos Abbatissa arbitrabitur expedire, & an id arbitrium scripto sit tradendum? numero 38.
An exigatur causa rationabilis, & manifesta, & quando manifesta sit? n. 39.
An requiratur causa necessaria, sufficiàtve causa moralis? numero 40.
An minor causa exigatur ad ingressum feminarum, quàm virorum, & inter feminas, ad ingressum matris, aut sororum, & ad ingressum in receptacula monasterij, quàm ad officinas interiores? n. 41.
Quando dicatur hæc necessitas contingere ad exercenda ministeria domestica, & an sit iusta causa ingressus ad docendas monales cantum, aut organorum pulsum, vel ad ea temperanda? n. 42.
An iustam ingressus causam habeant medici, chirurgi, barbitonsores, sartores, sutores? n. 43.
Quid de confessariis, & ministraturis Sacramenta, & facturis sepulturæ officium, ac de aperturis, & cooperturis sepulturam? n. 44.
Quoties liceat ingredi causâ Sacramentorum administrandorum? n. 45.
An possint his cum socio ingredi, omnes illi, qui consimili silent incedere iuxta sui status decentiam, & fas sit ingredi causâ celebrandi? n. 46.
An sit necessaria specialis licentia ad fœcij ingressum? numero 47.
An iusta sit causa, vt sacerdos adsit monali proximæ morti? n. 48.
An excusentur mulieres nobiles prætextu alicuius ministerij vilis exercendi ingredientes? n. 49.
An sit iusta ingressus causa ad capienda monialium suffragia in electione Abbatissæ? n. 50.
Quid ad bonam Abbatissæ electionem dirigendam? n. 51.
Quid pro benedictione, aut consecratione monialis? n. 52.
Quid pro Sacramento confirmationis illa ministrando? numero 53.
Quando liceat superioribus causâ visitandi officinas, aut ædificium, aut monialium cellas ingredi? n. 54.
An liceat cœnobium monasterij ingredi ad quærenda instrumenta? n. 55.
An liceat ingressus ad intromittenda necessaria conuentui, quæ prædendere per moniales intromitti commodè non possunt, & hortulani ad exscindendum, aut rigandum horum, & pharmacopolæ? n. 56.
An liceat ingressus ad expulsionem malefactoris, qui ingressus illuc est? n. 57.
An liceat Iudici ingressus ad capiendum malefactorem illum, aut eius confessionem excipiendam? n. 58.
An ipsi malefactori liceat, vt Iudicem insequentem euadat? num. 59.
An liceat ingressus in monasterium ad deponendas pecunias? num. 60.

An liceat puellas in monasterio causâ educationis admittere? & declaratur. n. 61.
An in priuilegiorum derogatione includatur derogatio eorum, quæ sunt in corpore iuris? n. 62.
Quæ aliæ possint puellæ hæ causâ educationis admitti? numero 63.
An liceat ingressus puellarum pauperum, quibus donentur à propinquis alimenta, vt sint in monasterio, vel si puellæ deductæ ex publicis locis causâ pietatis extructis, donec nubant, vel quando puellæ sunt orphanæ, & carent congrua dote ad nuptias, vel quando viduæ vult ratione honestatis intra monasterium vitam transigere, vel quando nupta timet virum sufficientem eius adulterium, vel quia ob sævitiam litem mouet? n. 64.
An liceat monialibus habere famulas seculares? refertur quædam sententia. n. 65.
Explicatur sententia authoris. n. 66.
An sit iusta causa, vt mater assistat professioni filiæ, aut ei morienti, aut ad admittendam in hospitium aliam monialem? & remisisse de causis contentis in regula Sanctæ Claræ ad ingressum in illius monasterium. n. 67.
An finito negotio teneantur ingredientes cum debita licentia egredi? n. 68.
An sit peccatum, & incurrantur censuræ, si postea mora trahatur modica circumeundo officinas, aut etiam causâ turpi, & an ingrediens cum debita licentia incurrat si postea fornicetur? n. 69.
Quando reputetur ingressus nouitiis, vel egressus, vt sit mortale, & incurrantur censuræ? n. 70.

28 QVÆSTIO tertia. Qualis debeat esse hæc licentia, & an causis indigeat, & quæ sint illæ. Certum est, eam licentiam debere esse specialem, nec sufficere generalem, vt constat ex *c. periculoso, in princip. de statu regularium, in 6.* ibi; *nisi speciali licentia*, & ita tradunt Archidiaconus *ibi. num. 2. verbo speciali.* Ancharanus *num. 3. notabili 4.* Dominicus *num. 5. & 9.* Francus *num. 5.* Qui omnes bene explicant, id est, specialiter obtenta: nec enim necessarium est in licentia specialem alicuius personæ mentionem fieri, sed satis est generalis licentia à superiori concessa, vt medici, aut fabri, & similes ingrediantur; quippe hæc specialis dicitur, quia specialiter ad ingressum conceditur, etsi non specialis quoad personam singularem in ea nominatam. Et ita supponit Azor *tomo 1. institut. moralium. libro 11. cap. 8. quæstione 8.* dicit enim generalem licentiam his concessam à Prælato debere esse in scriptis.

29 Insuper exigitur licentia in scriptis, vt constat ex Tridentino *sessione 25. de regular. c. 5.* ibi; *sint Episcopi, aut superiores illi eniam in scriptis obtenta.* Quare optimè dixit Confectius *in priuileg. Mendicantium. tit. 20. c. 6.* nullatenus sufficere tacitam superioris licentiam, quæ ex scientia, ac patientia eorum facilè contradicere potentium colligitur, quia nec verbis expressis ea sufficit, cùm scriptura requiratur: similisque licentia in scriptis exigitur ad licitum monialis ex clausura egressum, sic enim decreuit Pius V. in motu proprio, qui incipit; *Decori, & honestati.*

30 Circa quod iure optimo dubitari potest, an hæc licentiæ solemnitas, vt in scriptis concedenda sit, ita obliget, vt lethalis culpa sit eam omittere, si causa ingressus legitima sit, atque à legitimo superiori concessa, solius tamen scripturæ solemnitas desit, vt verbo tenus concessa fuerit. Ratio dubitandi est, quia ex si Tridentinum *ea. c. 5.* petita licentia in scriptis adiecerit, excommunicationem latam aliter ingredientibus; at cùm vltra scripturam petierit licentiam legitimi superioris, & causam ingressus, excommunicario illa videtur eos solos comprehendere, qui vel absque licentia, vel absque iusta causa ingrediuntur, vel moniales sic egressas, non autem, quando sola licentiæ scriptura deficit. Quippe nullæ pœnæ latæ in alicuius constitutionis violatores ligant deficientes in aliqua leui solemnitate, cùm pœnæ graues mortalem transgressionis culpam exigant, qualis non est defectus solemnitatis leuis. At talis videtur scriptura, cum non ad præcepti huius substantiam pertineat. Adde scripturam solùm exigi, vt licentiæ concessæ testimonium sit, quo illa constet. Atque huius sententiæ videtur Sossa in declaratione motus proprij Clementis VIII. de largitione munerum religiosis interdicta, *num. 98.* vbi cùm Pontifex sub multis pœnis interdixerit hanc munerum largitionem, nisi ex licètia superioris, & conuentus in scriptis obtenta, & aliis conditionibus ibi peritis, asserit non esse reum illarum pœnarum, qui leuem solemnitatem, nempe, quæ ad substantialem illius decreti rationem non spectat, omiserit.

31 Cæterùm existimo esse culpam lethalem, incurrísque eas pœnas. Ducor, quod Tridentinum, & motus proprius Pij V. non absque mysterio licentiam ad ingressum, & egressum iure petitam, & verbo tenus sufficientem restrinxerunt, vt non verbo, sed in scriptis sit necessariò tradenda: nec id ad solum licentiæ testimonium petiisse videntur, sed vt maturiùs, & rariùs ea licentia concedatur. Quia quicumque prudens longè maturiori consilio scripto tradenda perpendit, raniúsque concedit, quàm quæ solo verbo: sicut ob eandem rationem *cap. 1. de sententia excommunicationis, in 6.* iubentur Prælati excommunicationem in scriptis proferre. Atque rationi dissonat existimare, Tridentinum, & Pium V. restrinxisse facultatem iure antiquiori concessam, addendo quandam solemnitatem leuem, & ad præcepti substantiam parum conducentem, cùm quæcumque iuris correctio, vt valde odiosa, sit consilio valde maturo adhibenda. Secundò, quia vbi lege, vel pactium conuentione contractus scriptura indiget, est iuritus ea deficienti, vt expresè habetur *l. contractus. 16. C. de fide instrument.* & docet ibi Glossa *verbo in scriptis*, ab omnibus recepta. Ergo licentia hæc ex his decretis indigens scriptura, erit nullius momenti absque ea concessa; ac ideo perinde esset, ac si absque licentia ingressus, aut egressus acciderent, quod omnes esse mortale pœnis omnibus subiectum fatebuntur. Tandem, quia his omnibus ductus Nauarrus *lib. 5. cons. tit. de cleric. non resid. in 1. edizione. consil. 15. in 2. cons. 22. à numero 5. vsque ad fin.* asserit licentiam concessam ore tenus Prælatis, aut parochis, vt à suis diœcesibus, aut parochiis absint, eos minimè excusare à fructuum amissione decreta in Trident. *sessione 23. cap. 1. de reformat. in eos,* qui absque licentia in scriptis obtenta absunt. Et Confectius *in priuilegio Mendicantium. tit. 20. cap. 6.* postquam dixit non sufficere licentiam legitimi superioris tacitam, sed petì, vt sit in scriptis, & ob causam necessariam, subiecit, licentiam aliter concessam esse iniram, nec à pœnis incurreudis excusare. Et expresè Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine. §. 6. *initio*, ait esse peccatum mortale.

32 Hoc tamen temperat Llamas *eodem §. 6. paulo post principium*, dicens non exigi licentiam specialem, nec in scriptis, quando causa est clara, vt ad ingressum confessariorum, aut vicariorum ad Sacramenta infirmis ministranda, medici, chirurgi, barbitonsoris ad medendum illis, latomorum, cæmentariorum, lignariorum, & aliorum ministrorum, qui ad aliquod ædificium necessarij sunt. Ducitur autem, quia hi omnes excepti sunt *cap. periculoso, in princip.* iuncta Glossa *verbo causâ, de statu regular. in 6.* Cùm enim textus concedat ex causa iusta hunc ingressum, ponit ibi Glossa exemplum in his ministris. Secundò, quia hi omnes comprehenduntur in licentia ædificij construendi, medendi infirmis, & similibus. Quia cùm ingressus horum ministrorum, ad hæc exequenda, sit finì illi omnino necessarius, videtur in ita licentia inclusus. Quippe concedens principale, videtur etiam accessoria, tunc quibus

quibus principale obtineri nequit, concedere. *C. præterea, de officio delegati. & l. 2. ff. de iurisdictione omnium Iudicum.* Tandem, quia hoc ait esse receptum ab omnibus Theologis, & iurispertitis, & ita docet tenere Nauarrus *cap. statuimus quod habit. & commentar. 4. de regularibus, in 6.* & multos alios, quos dicit se breuitatis studentem nolle referre.

53 At quamuis diligenter quæsierim, nullum alium huius sententiæ authorem inuenire potui: & falsò allegatur Nauarrus in eo loco, solùm enim dicit quod numero sequenti referemus: immo ipse Nauarrus *summa Hispana cap.28. additione 2. ad numerum 143. cap. 25.* asserit, medicos, fabros lignarios, barbitonsores, sacerdotes confessiones monialium ægrarum excepturos, aut alia Sacramenta ministraturos, indigere licentia in scriptis, comprehendique in decreto Tridentini, eam sic petenti. Et idem tenet Azor *tomo 1 institutionum moralium libro 13. cap. 8. quæstione 8.* & huius sententiæ videntur Doctores allegandi numero sequenti, qui tanquam quid speciale concedunt, hoc non esse necessarium, quando esset periculum in mora aditu ad superiorem expectato. Et ita tenendum est, hos quoque superioris licentia speciali eo modo, quo num. 28. declarauimus, & in scriptis indigere. Quia *eodem cap. periculosè*, exigitur præter causam manifestam, & iustam, specialis licentia superiorum. Quare non est verum, hos exceptos esse in illo textu; & Glossa *ibi. verbo causa*, solùm ait in his concurrere causam, non tamen ait hos excipi, quasi ius ipsum eis ingressum inconsulto superiori concesserit. Et Tridentinum vltra causam in eo textu, & licentiam superiorum petitam, exigit quoque, vt ex in scriptis esset. Præterea, quia licèt ministri hi sint necessarij: at posset iure optimo superior arbitrari aliquorum ratione iuuentutis, aut malæ famæ ingressum non esse monasterio decentem, & ideo illis ingressum denegare, electis aliis senioribus, ac bonæ famæ. Et quamuis concedens principale, videatur concedere accessorium, id intelligendum est, nisi sit aliqua specialis illius accessorij prohibitio, qua in accessorij concessione exigatur specialis aliquis concedendi modus; is enim concurrere debet Quod in hoc casu contingit. Quare necessarium est, vt specialiter, & in scriptis licentia ingressus his ministris concedatur.

54 Id tamen concedendum necessariò est, vbi repentina horum necessitas occurreret, & esset periculum in mora, si superioris licentia in scriptis expectaretur, eam non esse necessariam: quia aliter non satis esset repentinis his necessitatibus consultum. Atque ita docent Nauarrus *commentar. 4. numero 60. versic. 4. quod dubitari de regularibus.* Graffis *1 parte decisionum lib. 4. cap. 23. num. 6. fine.* Azor *tomo 1. institut. moralium lib. 13. cap. 8. quæstione 8.* Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 46. art. 2. fine.* Immo nec ore tenus eam licentiam desiderari, significant Nauarrus, & Graffis *ibidem.* Et probant Nauarrus, & Graffis, quia vbi causa non ieiunandi est manifesta, nec aditus ad superiorem patet, nulla dispensatione opus est. Cæterum si exemplum hoc aliquid probaret, nec ea opus esset patente aditu ad superiorem, sicut in manifesta non ieiunandi causa euenit: nulla enim superioris, etsi præsens sit, dispensatione opus est. Quare dicendum est, ea licentia ore tenus ad ingressum concessa non opus esse, quando ea quoque sic expectata, esset periculum in mora. At si in solo scripto expectando id periculum subest, opus erit licentia verbo concessa. Quia textus petunt licentiam, & vt ea scripto concedatur. Ergo vbi necessitas non cogit ad vtrumque omittendum, id necessariò seruandum erit, quod absque moræ periculo seruari potest.

55 Vrgentior autem difficultas apparet, an quando imminet periculum expectata legitimi Prælati licentia, verbo, aut scripto; at id periculum non est expectata Abbatissæ monasterij licentia, sit hæc necessariò expectanda: Et quidem si Abbatissa generalem à Prælato facultatem huius licentiæ concedendæ habeat, videtur necessariò eam expectandam, & in scriptis quoque, si absque periculo sic etiam expectari valeat. Quia cùm tunc Abbatissa sit legitima Prælata ad hanc licentiam concedendam, cessat necessitas illius non obtinendæ. Et ita docent Nauarrus, & Graffis numero præcedenti allegati.

56 Punctus verò difficultatis eò pertinet, quando Abbatissæ non est ea facultas concessa. Et quidem Nauarrus, & Graffis numero 55. allegati, videntur clarè sentire non esse tunc necessariam Abbatissæ licentiam; dicentes enim existente periculo in mora petendæ licentiæ non esse ea opus, limitant, nisi Abbatissæ, aut confessarij generalem Prælati facultatem concedendæ in his casibus licentiæ haberent. Et potest esse ratio, quia cùm absque ea commissione careat Abbatissa facultate huius licentiæ concedendæ (vt numero 22. diximus) frustra hæc licentia expectaretur.

57 Ac existimo eam esse necessariò expectandam. Dicor, tum quia sub iudice est, an Abbatissa possit inter ordinario eam licentiam concedere (vt numero 21. retulimus:) tum etiam, quia in casibus repentè vrgentibus, in quibus non potest consuli Prælatus absque moræ periculo, Abbatissæ est eam licentiam concedere ex præsupposita Prælati voluntate, vt bene docet Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæstione 46. art. 2. fin.* & *quæst. 47. art. 4. fin.* sed in hoc posteriori loco addit sat esse tunc licentiam Abbatissæ, & discretarum conuentus. Sed verius credo, sat esse ipsius, nisi in constitutionibus aliter dicatur. Sicut ergo quando est periculum in mora consulendi Pontificis ad dispensationem rei reseruatæ, est necessariò expectanda Episcopi dispensatio, quippe qui ex præsumpta Pontificis voluntate, potest ratione necessitatis tunc dispensare: ita quoque in hoc casu censendum est.

58 Demum circa hæc dubitari potest, an licentia data, non ad ingressum ipsum, sed ad concedendam ingrediendi facultatem, debeat necessariò esse in scriptis. Nauarrus, Graffis, & Manuel num. 51. allegati, videntur supponere eam in scriptis esse tradendam: dicunt enim in casibus repentinis, nec moram patientibus, non esse licentiam superioris expectandam, nisi Abbatissis, aut confessariis esset concessa licentia in scriptis impertiendæ huius ingressus facultatis. Et potest probari: quia hæc licentia est indirectè, & remotè ad ingressum. At credo satis esse ore tenus, quia non est verè licentia ingrediendi, quam solam in scriptis petit Tridentinum *sessione 25. de regular. cap. 5.* Et cùm is textus limitet decretum *in cap. periculosè, in princip. de regularibus, in 6.* vbi sola licentia petebatur, non est extendendus ad eam, quæ verè, & propriè non est ingrediendi licentia. Præterea, quia omnes fatebuntur Abbatissam in hoc casu teneri dare licentiam in scriptis ad ingrediendum, cùm nec aliter dandæ licentiæ facultatem habeat ipsemet Prælatus, nedum eius committendæ. At si prior esset licentia ingrediendi, hæc scripto non indigeret. Quando tamen facultas solius arbitrij daretur Abbatissis, aut aliis, ea facultas esset in scriptis concedenda, vt si Prælatus diceret sic: Concedo ingrediendi licentiam iis personis, quas Abbatissa, aut quidam tertius arbitratus fuerit esse necessarias ad tale ministerium. Quia ea est vera ingressus licentia. Id tamen arbitrium nullo iure scripturam peteret: quippe quod non est ingressus licentia. Et idem prorsus in his omnibus euentibus dicendum est de licentia egressus monialis è monasterio, quam in scriptis quoque esse necessariam diximus cap. præcedent. num. 19.

Præterea, vt hæc licentia ad ingressum legitima sit, 59
exigitur

exigitur iusta ingressus causa, & vt ea manifesta sit, vt constat ex *cap. vnico, in princip. de status regularium, in 6.* ibi, *nisi rationabilis, & manifesta causa existat.* Vbi Ioann. Andr. *num. 1.* Ancharanus *num. 3. nonbili 4.* Dominicus *num. 9.* Francus *num. 5.* Nauarrus *comment. 4. num. 59. vers. 3. quod causa. de regularibus.* Azor *tomo 1. instit. moralium. lib. 13. cap. 8. quæst. 6.* Confectius *de priuilegiis Mendicantium. tit. 20. c. 6.* Manuel *99. regular. tomo 1. quæst. 46. art. 8.* notant coniunctim vtrumque exigi, quia textus coniunctim loquitur. Non autem intelligitur, vt causa toti populo manifesta sit, sed vt ipsi Prælato licentiam concessuro, vt in simili notat Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 45. art. 4. vers. circa causam.* Quia rarissimè posset esse toti populo, aut maiori eius parti manifesta. Item, quia cùm solius Prælati de iustitia causæ iudicium sit, satis est causam ipsi manifestam esse. Vnde, vt bene ait idem Manuel *ex. quæst. 46. art. 8.* manifesta opponitur contra dubiam: nam bene ait non exigi, vt metaphysico modo manifesta illi sit: sed satis erit morali, vt ita probabiliter eam esse iustam opinetur; secus si dubia esset iustitia causæ, aut eius existentia. Quia probabilitas hæc satis est in rebus moralibus ad licitè operandum, & res esset scrupulis plena, si metaphysica certitudo exigeretur.

60 Nec sufficit quæcumque ingressus vtilitas ad concedendam eius licentiam; quia quamuis *cap. periculosè, in princip.* solis verbis generalibus petatur causa rationabilis: at Tridentinum *sess. 25. cap. 5. de regular.* ait, *in casibus necessariis*; & Gregorius XIII. in suo motu proprio, qui incipit; *Vbi gratia*, explicuit, pro necessitatibus vrgentibus. Quamuis autem hæc decreta diuersis verborum formis vtantur, at re vera in te conueniunt. Quia Tridentinum in eo decreto profitetur se inhærere decreto *cap. periculosè*, & Gregorius XIII. se inhærere decretis Tridentini. Nec ista necessitas sumenda est metaphysico modo, id est, vt sic extrema, seu strictissima; sed satis est necessitas moralis, vt bene docent Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 46. art. 4.* & Llamas *in methodo curationum* in appendice, quam ponit in fine, *in § 6. vers. addimus insuper.* Quia cùm hoc præceptum sit ecclesiasticum, instar aliorum ecclesiasticorum accipiendum: at reliqua ecclesiastica tantùm necessitatem moralem ad excusandam transgressionem petunt.

61 Minor autem causa exigitur ad concedendam licentiam ingressus fœminarum in monialium monasteria, quàm ad ingressum virorum, quia hic est multo indecentior honestati monialium. Minorem etiam causam petit ingressus matris, aut sororum, quàm aliarum fœminarum, quia prior est magis rationi, ac pietati naturali consonus. Hæc docet Manuel *eodem art. 4. vers. est autem hoc loco*; vbi etiam bene subdit, minorem quoque causam desiderari ad ingressum in monasterij receptacula statim post clausuræ iunam sita, quàm ad officinas interiores. Quia minus indecens est prior ingressus.

62 Itque causa moraliter necessaria, quando ministerium exercendum concernit moralem Cœnobij necessitatem, nec per moniales commodè exerceri potest, nec absque monasterij ingressu, secus si per illas possit exerceri, vel absque monasterij ingressu, vt bene tradit Confectius *de priuilegiis Mendicantium. tit. 10. cap. 6.* Verbi gratiâ, docturus moniales cantum, non habet iustam ingressus causam, quia vel id ministerium potest per monialem cantus peritam exerceri; vel si nulla perita sit, possunt moniales docendæ ad crates accedere, magistro ex alia parte extra clausuram existenti; secus si tot moniales essent simul docendæ, vt ad crates doceri commodè non possent. Et idem dico de docturo organorum pulsum, eave incomposita temperaturo, & de compositurro horologium, vt bene de his duobus agens docet Llamas § 6. Et demique hac vnica regula cætera ministeria metienda sunt; triplicem enim conditionem petunt, nempe, vt nec per moniales, nec absque ingressu commodè exerceri valeant, necessariaque sint, vt iustam ingressui causam præbeant.

Hinc deducitur primò, iustam ingressus habere causam medicos, chirurgos, barbitonsores, medendo infirmitati monialium necessarios; & similiter fabros, & ministros necessarios alicui ædificio monasterij, & alios huiusmodi. Et sic tenet Glossa *cap. periculosè, in princip. verbo causa, de regul. in 6.* Nauarrus *commen. 4. num. 59. vers. 2. respondeo de regul.* & omnessimmo vtrique inter officiales, quorum ingressus est necessarius, sartores numerant. Et placet quidem, quia vestibus monialium corpori dimetiendis, & panno forcipibus aptando, necessarius est sartoris ingressus; quamuis Llamas § 6. id neget. Sutores autem non habent hanc iustam ingressus causam; quia possent de calceorum mensura certiores fieri, vel ostensio eis calceo, vel declaratis punctis, quibus constat; & sic Llamas *ibidem.* Et demum non oportet de aliis officiis, ac ministeriis exemplum ponere, quia ex regula generali tradita num. 42. facilè quisque id discernet. 43

Secundò deducitur, habere etiam iustam ingressus causam confessarios, quando locus vbi infirma iacet, non est prope aliquam fenestellam, per quam absque ingressu confessio commodè excipi possit, vt in aliquibus monasteriis me vidisse restor. Dixi, commodè, quia quandoque monialis ita surda erit, aut grauitate morbi pressa, vt oporteat propiùs, quàm per fenestellam confessarium accedere. Eandémque iustam habent causam ministraturi Sacramenta Eucharistiæ, & extremæ vnctionis infirmis, facerdósque celebraturus officium sepulturæ, & qui sepulturam aperturus, & coopetturus est. Hi omnes casus ex te constant, cùm satis notum sit, munia hæc per fœminas obiri non posse. 44

Quod si petas, quoties confessarius, aut ministraturus Eucharistiam, ingredi possit; respondeo, non solùm id fas esse, quando morbi periculum ad confessionem obligat, sed etiam ipso morbi initio, vt constat ex *cap. cùm infirmitas de pœnitentiis, & remissionibus*, & ex motu proprio Pij V. vbi iubentur medici statim in ipso morbi initio suadere infirmis, vt Sacramenta confessionis, & Eucharistiæ recipiant, tanquam valde conferentia corporeæ saluti recuperandæ, eo quod sæpe morbus in pœnam peccatorum contingat; & tanquam valde necessaria saluti animæ, cùm sæpe inopinatò contingat infirmum phrenesi arripi, incapacémque horum Sacramentorum reddi. Immo id licitum quoque credo, quoties ex regulæ suæ præscripto moniales solent confiteri; quod bene docet Manuel *99. reg. tomo 1. quæst. 47. art. 4.* loquens de strictiori monialium Sanctæ Claræ clausura: additque idem dicendum, quoties infirma diceretur se sacramento pœnitentiæ indigere. Et placet, nec strictè hanc indigentiam sumendam existimo; sed quando ad veram, & propriam consolationem confiteri desiderat, quia iustum est tristitiam infirmæ tam salutari medicina leuari. Idem etiam credo, quoties iuxta laudabilè monasterij vsum solent moniales confiteri, Eucharistiámque recipere, vel infirma solita est his sacramentis vti; quia rationi consonum est, infirmæ hoc solatio non destitui. 45

Sed dubitare quis poterit, an sacerdos confessionem excepturus; Eucharistiam, aut extremam vnctionem ministraturus, possit cum socio ingredi, & similiter aliæ personæ, quibus est ex iusta causa permissus ingressus. Et quidem si confessarius secularis sit, credo non adesse iustam causam, vt socius ingrediatur, quia huiusmodi confessarij incomitati accedunt decenter ad quarumcumque fœminarum confessiones audiendas. Si autem regularis sit, erit iusta causa, vt vnico socio comitatus accedat, quia & consuetudo, & decentia religiosa postulat, vt hi nunquam soli incedant; sed saltem binj, quod vrgentiori ratione postulat ingressus 46

ad monasteria fœminarum. Sacerdos etiam, qualiscumque sit, Eucharistiam, aut extremam vnctionem ministraturus, potest ingredi cum socio, qui Sacramenti ministerio inserviat. Quippe indecens est, & à more ecclesiastico alienum, fœminam huic ministerio inserere: quod quidem absque omni dubio procedere compertum est, quando sacerdos monasterium ingreditur sacrum facturus in sacello valetudinarij, vt moniales infirmæ, aut quæ nondum firmam sanitatem recuperatunt, aut illinc egredi non valent, interfint sacro, cùm hæc quoque ingressus iusta causa sit, nec liceat fœminam sacro ministrare. Reliqui autem Eucharistiam comitantes iustam ingressus causam non habent, quia statim ac ad clausuræ fines accedit Eucharistia, satis decenter moniales cereis accensis eam comitantur. Sic sic Llamas supra, §. 6. bene ait, has Eucharistiæ processiones non esse iustam causam. Aliæ quoque personæ, quibus ex causa iusta licet ingressus, poterunt ingredi cum personis, quas iuxta decentiam sui status comitari expediat, vt in simili dicemus cap. sequenti num. 6. Quod non obscurè significat Gregorius XIII. in suo motu proprio, qui incipit, *Dubij, quæ concegunt*, vbi Prælatis in casibus necessariis ingredientibus iubet, vt comitari ingrediantur.

47 Nec in his omnibus casibus existimo esse necessariam licentiam, vt socius ingrediatur, sed concessa licentia, vt sacerdos principalis ingrediatur, censetur quoque concessa ad locum, in casibus, in quibus diximus esse necessarium socium ad decentem ingressum, iuxta *cap. licet de priuilegiis in 6.* quod decidit, concesso alicui ingressu ad audienda diuina tempore interdicti, censeri quoque concessum ingressum comitum decentium. Cuius rationem reddit ibi Glossa *verbo non debent*, quia alias priuilegium esset inutile.

48 Iusta quoque erit ingressus causa, vt sacerdos proximæ morti adsit monialí, illamque piis verbis confirmet. Quippe id munus est sacerdotis proprium, eo vel maximè quod potest occurrere tunc aliqua animi perturbatio, aut scrupulus, ad quæ sedanda sit opus confessore. Et ita docet Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine, *n. §. 6. vers. ad summa insuper.*

49 Tertio deducitur, non excusari fœminas, quæ prætextu, ac specie alicuius muneris necessarij in conuentu exercendi ingrediuntur, cùm tamen nihil, aut parum ingressæ fuerint, nec id ministerium sit earum statui consonum: & hac occasione tota die in monasterio sunt, quia id est solùm in huius præcepti fraudem: insuper notabiliter postea demorantur, quod esse illicitum dicemus num. 68. At si reuera ingrederentur ad opus necessarium conuentus, quod nequit commodè per moniales exercen, & in illo occuparentur non minus quàm famulæ, & mulieres viles ad id aliàs ingressuræ, atque finito opere exirent, eo modo quo teneri dicemus num. 68. & 69. exclarentur vtique, quamuis quadam videndi Cænobij curiositate potiùs ducerentur. Quia reuera ex causa necessaria ingrediuntur, & illam exequuntur. At tunc nequirent ingredi cum comitatu decenti: quia non ingrediuntur nisi instar famularum.

50 Quartò deducitur, non esse iustam ingressus causam, vt superior, quicumque ille sit, qui electioni Abbatissæ præest, capiat monialium suffragia; sed ante cancellorum fenestellam fiant ea accipienda. Quod expresè decidit in Tridentino *sess. 25. cap. 7. in fin. de regular.* Quare minimè audiendus est Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine, §. 7. vbi ait hanc esse iustam ingressus causam. Quia ante electionem, & post, & in ipsa electione fiunt quædam à Prælato facienda, quæ eius ingressum exigunt, vt electoras admonere, & dirigere. Quare cùm id fit per fenestellam, res est plena suspicionibus, quæ suffragia ferent, §. Et ad Tridentini decretum respondet, dicens id non præcipiendo, sed consulendo statuisse. Et potest probari, quia simplicibus verbis vtitur dicens, *non ingrediatur, sed per fenestellam suspiat.* Cæterùm dispicet hæc sententia, tum quia ea præuia exhortatio, quæ ad rectam electionem inducantur, & dirigantur moniales, potest satis commodè ad monasterij crates clausis Ecclesiæ ianuis haberi, vt aliæ exhortationes quotidie fiunt: tum etiam, quia ersi Concilium non vtatur ibi verbis rigidis præceptum denotantibus, at satis clarè decidit; hanc non esse iustam, ac necessariam ingressus causam: & *cap. 6. eiusdem sessionis*, sub excommunicationis latæ pœna ingressum præterquàm in casibus necessariis interdiceret. Id tamen concedendum est; quando eæ circumstantiæ peculiares in electione concurrerent, vt prudenter iudicaretur necessarius Prælati ingressus, posset vtique ingredi comitatus aliquibus personis, vt iubet Gregorius XIII. in motu proprio, quem n. 2. retulimus, vt si esset magna subornationis suspicio, aut moniales maximè inquietæ essent. Quia non est credendum, Tridentinum voluisse negare ingressum in hoc casu tantæ necessitatis ad bonum commune ex bona Abbatissæ electione. Et ita docet Manuel *99. regul. tom. 1. quæst. 46. art. 4. fin. & art. 5. initio.*

51 Quintò deducitur, quo in casu sit verum quod tradit Nauarrus *comm. 4. n. 59. vers. 1. respondeo de regul.* vbi ait, licitum esse ingressum vocati ad bonam Abbatissæ electionem in monasterio dirigendam. Quod quidem negant Azor *tomo 1. instit. moral. lib. 13. c. 8. q. 6.* Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine, §. 8. *fin.* Est enim intelligenda sententia Nauarri, vt habeat verum, quando ingressus ille ob aliquas circùstantias esset ad id necessarius, nec sufficeret extra clausuram esse, iuxta dicta n. præcedenti, & docet Manuel *eodem. art. 5.*

52 Sextò deducitur, nec licere ingressum pro benedictione, & consecratione monialis, vulgò, *para dalle el velo*, cùm hoc per fenestellas, aut crates Ecclesiæ fieri valeat. Atque ita bene docent Llamas *eodem §. 8. initio*, Manuel *quæst. regul. tomo 1. q. 47. art. 10.*

53 Septimò deducitur, nec integrum esse Episcopis illuc ingredi ad sacramentum confirmationis alicui monialium ministrandum, nisi in periculo mortis esset, & subinde non posset ad fenestellam ibi confirmanda accedere, & periculum esset decedendi absque illo sacramento, quia extra hunc casum potest ministrari per fenestellam, per quam moniales Eucharistiam recipiunt.

54 Octauò deducitur, licere ingressum superioribus cum comitatu præscripto à Gregorio XIII. quando visitationem inchoare volunt, quia debet illis edicta proponere, denuntiare visitationē, exhortationē ad eas habere, quæ omnia fieri debent secretò, & exclusis nouitis, & conuersis, & ministrantibus monasterio, ad quod secretum nullus alius locus aptior est capitulo conuentuali, quò moniales conueniunt ad occultas conuersas tractandas. Insuper possunt ingredi causâ visitandi officinas conuentus, cellas monialium, & supellectilem, dormitorij decentiâ, ædiſi [illegible] tur, aut cōstruendū est, aut aliquod minatur ruinam, & finita visitatione ad capitulū conuentuale venire ad suæ visitationis publicationē, & culparū inde resultantium correctionem, & ad hæc omnia, ad visitationē hanc iudicialem faciendam, & denuntiandam, eiusque iam finitæ publicationem, debent secum notarium inducere, vt omnium illorum testimonium det, & actus iudiciales faciat, quia in his casibus manifesta necessitas concurrit; & ita docet Llamas *in methodo curationis, in appendice*, §. 7. dicens sic praxi receptum.

55 Nono deducitur, licere quoque ingressum œconomi monasterij ad quærenda instrumenta in archiuo intra monasterium existenti, quando ad aliquod negotium est necessarium illa inspicere, nec per moniales quæri possunt. Sic Llamas *eadem appendice*, §. 6.

56 Decimò deducitur, licere ingressum baiulorum ad intromittenda in monasterium necessaria illi, quando nimis onerosi essent, ac proinde per moniales intromitti commodè nequeunt. Quod maiori ex parte delicatæ sint, nec his oneribus assuetæ, & sic praxi receptum est, & docet Llamas *eodem §. 6.* vbi etiam bene tradit, licere quoque hortulanis ingredi causâ horti interioris monasterij rigandi, & excolendi, quia hæc per mulieres fieri commodè nequeunt. Bene quoque ibi ait, non licere pharmacopolæ ingredi ad potionem medicam infirmis porrigendam, quia ea per ipsas moniales porrigi potest. Si tamen esset opus ingredi pharmacopolam, vt docerat moniales aliqua medicamenta asseruada in monasterio condire, esset licitus ingressus, quia est necessitas moralis.

57 Vndecimò deducitur, licere quoque ingressum virorum ad expellendum malefactorem, qui monasterium ingressus est, nec exire vult, quia dedecet illum cum monialibus esse, & cùm illæ timidæ sint, non erunt potentes ad expellendum. Sic Llamas *eodem §. 6.* Manuel *quæst. regular. tomo 1. q. 47. art. 4. fin.* & à fortiori ad illum eiiciendum integrum erit tunc Iudici ingredi, quia commodiùs per illum eiiciretur.

58 Sed maior difficultas est, an liceat ingredi Iudicem, vt malefactoris illius confessionem excipiat, aut illum captum in carcerem ducat? Et quidem si non omnino exploratum sit, malefactorem illum non gaudere immunitate Ecclesiæ, manifestum est ad neutrum horum licere ingressum, sed solùm ad eiiciendum illum è clausura, vt sic in alio exteriori monasterij spatio gaudente Ecclesiæ immunitate, quia in hoc casu neutiquam licet illum Ecclesia extrahere, vt in carcerem trudatur, nec cogere ad confessionem. Si autem res manifestissima sit, eum non gaudere immunitate Ecclesiæ, poterit ex licentia superioris ad illum capiendum ingredi; quod si esset periculum in mora, vel si iniustè denegaret licentiam, posset absque illa ingredi, quia in priori casu necessitas vrgeret: in posteriori autem iniustè priuaretur iure suo.

59 Quod si petas, an malefactori ipsi liceat ingressus, vt periculum insequentis Iudicis euadat, qui meritò timet fore, vt Ecclesia extrahatur. Existimo non licere monialibus illum admittere, quia dedecet earum statum malefactorem intra clausuram tueri. At malefactor ille in eo discrimine constitutus, non peccaret ingrediendo si fores apertas reperiret, tum quia præsentaneum periculum ansam maturioris deliberationis præripit, tum etiam, quia licèt aduertet, ius tuendi vitam, vel graue corporis damnū, vt si pœna mortis, flagellorum, aut triremium plectendus esset, ipsum excusat.

60 Duodecimò deducitur, quid dicendum de casu, qui his proximis diebus Hispali contigit: concessa est enim facultas ingressus in monasterium, causâ deponendi intra illud pecunias; quod quidem rarissimè approbare auderem, nimirum quando deponens ita de monasterio bene meritus esset, vt depositū ei absque magna eius offensione, & graui monasterij dāno denegari non posset, vel quando præ angustia oppidi, vel ob alias circùstantias, non esset alius locus tutus, ad eas pecunias deponēdas, & ideo charitas depositum illud admittere suaderet; & tantum est pecuniæ pondus fortè intra arcem inclusæ, vt non possit commodè per moniales intromitti.

61 Decimotertiò deducitur, quid dicendum sit de admissione puellarum intra monasteria monialium, vt ibi honestè educentur; quippe id videtur illicitum, cùm nulla necessitas ex parte monasterij cōcurrat. Præterea, quia Sixtus V. in quodam motu proprio edito anno 1589. die quinta Ianuarij, quem refert Manuel *quæstionibus regularibus tomo 1. q. 46. art. 6.* reuocauit omnes licentias à Sede Apostolica, & à se concessas mulieribus cuiuscumque status ingrediendi in monasteria monialium, & ibi permanendi ad tempus, & iussit iam ingressas exire, addens pœnam excommunicationis latæ sententiæ Pontifici reseruatæ contra violatores illius decreti, ingrediendo, aut ibi permanendo. Sed dicendum est, licere huiusmodi ingressum cōcurrentibus his conditionibus. Prima est, vt institutum religionis, aut aliquid aliud non repugnet. Secunda, vt monasteriū alioqui tales recipere consueuerit. Tertia, vt accedat superioris licentia, in scriptis obtenta, & consensus Abbatissæ, & conuentus. Quarta, vt sine ancillis in monasterio commorentur. Quinta, vt nequeant clausura egredi, ac semel egressæ non possint iterum admitti. Sexta, vt vestitu virginibus conuenienti in monasterio vtantur. Septima, ne vltra vigesimūquintum ætatis annum intra monasterium retineantur. Quibus seruatis conditionibus id licere tradūt referentes sic declarasse Congregationem Cardinalium, Antoninus Cucus *lib. 3. institutionis maiorum. c. 1. n. 11.* & Emmanuel Sà *summa. verbo monasterium. n. vltimo.* Azor *tomo 1. instit. moralium. lib. 12. c. 8. q. 4.* Manuel *quæst. regular. tomo 1. q. 46. art. 10.* Paulus Fuscus *de visitatione, & regimine Ecclesiarum. lib. 2. c. 19. n. 27. & 28.* Confectius *in priuileg. Mendicantium. tit. 20. c. 7.* Thomas Zerola *in praxi Episcopali. in 2. editione. p. 1. verbo moniales, ad decimum quæsitum.* Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium. 2. part. verbo ingressus monasteriorum monialium, in suis annotationibus, vers. de puellis autem.* Quod idem licere, nec esse contra decretū Tridentini asseuerat Nauarrus *comm. 4. n. 67. vers. 5. Quod mea sententia de regularibus.* Et quinta illa conditio intelligēda est, nisi causâ medendi morbo egrederentur, & ex licentia superioris; & sic declarasse Congregationem Cardinalium asseuerant Emmanuel Sà, Paulus Fuscus, Confectius, Thomas Zerola, Manuel *ibidem.* Nec obstat motus proprius Sixti V. in contrarium allegatus, quia bene respondit Manuel *ex quæst. 46. art. 6.* solùm prohiberi ingredi, & stare in monasterio virtute facultatum, quæ à Sede Apostolica hactenus ad id concessæ erant, vt constat ex eius tenore, ibi; *à Sede Apostolica, & à nobis concessa.* Non autē prohibetur ingressus, virtute iuris communis, & Concilij Tridentini concessus, quod eo vel maximè verum est, quia in generali priuilegiorum derogatione non comprehenduntur facultates, & priuilegia in corpore iuris inserta; vt optimè tradunt Glossa *Liberes absens, in princip. verbo excusatur. ff. de iudiciis*, & clarius *authent. qua in prouincia, verbo illic, in fine. C. vbi de crimine agi oportet.* Felinus *cap. 1. num. 12. de rescriptis.* Gregor. Lopez *l. 2. verb. apertadamente. tit. 8. p. 3.* Perez *lib. 4. ordin. tit. 4. l. 12.* & alij, quos refert, & sequitur Menochius *de præsumptiuis. lib. 6. præsumpt. 40. num. 25.* Præterea per nullam clausulam, quantumuis generalem, derogatur priuilegio concesso in Concilio, nisi illius fiat specialis mentio, vt probaui *lib. 3. de matrimonio. disput. 16. num. 7.*

62 Insuper refert Thomas Zerola n. præced. allegatus aliam Congregationem Cardinalium declarasse tres alias conditiones peritas ad huiusmodi puellarum intra monasteria educationem. Prima est, vt non sint supra numerum præfixum. Secunda, vt quolibet semestri anticipata alimenta soluantur. Tertia, vt sint separatæ à loco destinato monialibus, & nouitiis ad dormiendum, ac operibus manuum vacandum.

63 Quod si roges, qua ætate huiusmodi puellæ admittendæ sint; Thomas Zerola *eodem verbo moniales, ad 11. quæsitum* refert, Archiepiscopum Sunentinum dixisse sibi, non debere admitti, donec septennium excedant: ac semper in facultatibus à sacra Cardinalium Congregatione concessis ad has puellas admittendas explicari, dummodo maiores septennio, ac omnes viginti quinque annis sint. Dedecet enim infantulas intra monasteria retineri, quasi in cunis, & cum nutricibus.

64 Immo quamuis non causâ educationis puellæ velint monasterium ingredi, sed quia tutò domi suæ ob tenues facultates ali nequeunt, & à propinquis alimēta

suppeditentur ex lege, vt in monasterio aliquo collocentur, est licitus ingressus seruatis prædictis conditionibus. Et ita docent dicentes sic declarasse Congregationem Cardinalium, Thomas Zerola, & Azor num. 60. allegan. Idem iuris etiam est de puellis, quæ delectæ sunt ex Xenodochiis, & aliis publicis locis gratia pietatis extructis, donec idoneæ eas in matrimonium collocandi se offerat occasio. Sic dicentes ita declarasse Cardinales, Azor *ibidem*, & Manuel *quæst. regular. tomo 1. q. 46. art. 10.* in octaua Cardinalium declaratione. Atque idem refert Azor declarasse Cardinales de iis, quæ parentibus, & propinquis destituræ, carent congrua ad nubendum dote. Sed Manuel *eodem art. 10.* in 9. declaratione refert verba Cardinalium, quæ continent admissas esse tolerandas seruatis prædictis conditionibus: at in posterum nullas tales esse admittendas. Idé refert Azor declarasse Cardinales de viduis bonæ famæ, quæ honestatis causa in monasterium se abdere cupiunt. Sed Manuel *eodem art. 10.* declaratione 10. refert, eos tantum declarasse receptas esse retinendas, dummodo prædictas conditiones obseruentur in posterum nullas admittendas. Atque in declaratione 11. refert cum Antonio Cuco *libro 3. institutionum monarum. t. 2. num. 11.* & Thom. Zerola *in praxi Episcopali. in 2. edit. p. 1. verbo monialis, ad 8. quæstionem, vers. 2.* Cardinales declarasse, non licere Episcopo dare licentiam ingressus viduæ optanti in monasterio esse vique ad vitæ finem cum habeu se cursari, vt vitam quietius transigens animæ suæ saluti consulat. Idem referunt Azor, & Manuel *eodem art. 10.* in declaratione 13. declarasse de muliere nupta ad monasterium coniugienti timore vivi suspicantis eam esse adulteram, posse enim recipi. Sed idemmet Manuel ibi in declaratione 14. & Thomas Zerola *eodem verbo monialis, ad 21. quæstiones* referunt eosdem Cardinales iterum declarasse, mulieres, quæ in discordia sunt cum marito, & eius secutiam timent, ac culpa carent, posse si iam receptæ sint, detineri seruatis dictis conditionibus: at in posterum eas non debere recipi. Tandem Nauarrus *lib. 4. consil. in 2. edizione. tit. de diuortiis. cons. 5. num. 2.* dicit lite inter coniuges ob viri secutiam durante posse vxorem intra monasterium recipi, dum lis componitur, & ad concordiam reducitur. Et additio *ibi. in fin.* ait Congregationem Cardinalium tradidisse quandam formam in hoc seruandam: quam Thomas Zerola *ex quæsito 21.* asserit se vidisse, & continere conditiones, quas numero 61. retulimus seruandas à puellis causa educationis in monasterium ingredientibus.

65 Decimoquartò deducitur, quid dicendum de admissione secularium famularum in monasteriis monialium, vt in officiis culinæ, & aliis inseruiant monasterio. Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 46. art. 7. num.* dicit sibi esse certissimum, licere has ancillas habere in monasteriis, quæ sola clausuræ lege communi astringuntur ex præcepto iurisdictionis, dummodo foras non exeant: & postea latè disputat, quid dicendum in monasteriis Sanctæ Claræ, & aliis, quæ strictiorem clausuram seruant. Et concludit non licere eis famulas habere, si moniales conuersas (vulgò *legas*) & non choro deputatas habent, quæ illis ministeriis vacent; secus si illis careant. Quia choro deputatas oportet his domesticis officiis non impediri, vt altioribus chori muniseriis vacent; & tempore nouitiatus vltra chorum vacant cantui, & instituto monasterij addiscendo. Insuper, quia sæpe sunt delicatæ, nec his officiis assuetæ: & ita durissimum esset, eas onere horum officiorum grauari. Et *art. 8.* disputat, an pro peculiaris monialis infirmæ obsequio liceat famulam introducere; & respondet, quando monasterium famulas seculares habet, id absque dubio esse verum: nam si pro sanarum obsequio id licet, à fortiori pro obsequio infirmæ. At si monasterium sit Sanctæ Claræ, ait sic distinguendum; si ex malitia, & charitatis monialium defectu oriatur, vt non satis illi monialis infirmæ ministretur, non licebit famulã introducere, sed superioris erit monales ad id compellere: secus si ex aliarum impotentia id prouenit. Et *art. 9.* tractat, an liceat peculiari monali, eo quod cæteris sit illustrior, habere familam secularem intra monasterij claustra; & respondet, in monasterio Sanctæ Claræ id non licere: at in aliis id licitum esse, attenta huius præ cæteris nobilitate, & consuetudine immemorabili. Et concludentes hæ duplici conditione, idem affirmant Nauarrus *comment. 4. num. 66. & 67. de regular.* & Thomas Zerola *in praxi Episcopali. in 2. editione. p. 2. verbo monialis, dubio 5.* dicens se vidisse ita praxi obseruari Neapoli, & alibi.

Sed breuiter dico, licitum esse pro totius monasterij 66
obsequio has famulas seculares habere, quoties non essent conuersæ professæ pro iis ministeriis conuentus. Quod probat ratio num. præced. adducta, secus vbi essent: quia tunc nulla concurrit necessitas. At pro priuata monialis ministerio id in nullo conuentu tam facilè admitterem, nisi quando specialis ratio magnæ nobilitatis personæ, aut ægræ valetudinis, aut niniæ senectutis causam præberet, nec satis ei necessitati per monasterij famulas, aut conuersas consuli potest. Nec distinguo, an ex aliarum malitia, aut absque illa id oriatur. Quamuis enim ex malitia prouenitur, si superior non potest commodè eas cogere, aut si coactæ malè ministrabunt, iusta est habendæ famulæ causa. Quare nimis strictè loquutus est Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine, *in §. 11. fin.* vbi exigit calum quasi extremæ necessitatis.

Vltimò deducitur, non esse iustam huius ingressus 67
causam, vt superior det illius licentiam, vt mater professioni filiæ adiit, aut eam morti proximam inuisit. Quia hæc non est necessitas moralis, immo sæpe morientem maiora tristitia præsentia matris afficit; & ita tenent dicentes sic declarasse Cardinales, Cucus *lib. 3. iustitiæ maior. t. 2. num. 11.* & Manuel *quæst. regular. tomo 1. q. 46. art. 11.* An verò sit iusta causa admittere in hospitium monialem in aliud monasterium transeuntem, aut iustè extra clausuram existentem, diximus num. 9. & 10. De causis autem specialiter petitis in regula Sanctæ Claræ ad ingressum in monasteria illius, consulendi sunt collector priuilegiorum Mendicantium, *verbo ingressus monasteriorum monialium*, Corduba *in addit.* & Manuel *qq. regular. tomo 1. q. 47. ab art. 4. vsque ad 9.*

Tandem difficultas est, an ingredientes monasteria 68
monialium ex legitima licentia, teneantur finito negotio exire? Breuiter respoderur, teneri finito negotio exire, quod probant rationes omnes, quibus cap. præcedent. num. 60. & 61. probauimus, monialem egressam ex legitima licentia, teneri causa egressus finita redire in monasterium. Hæc tradunt collector priuilegiorum Mendicantium, *verbo ingressus monasteriorum monialium, notabili 1. ad finem, vers. vltra omnia supradicta.* Manuel *quæst. regular. tomo 1. q. 47. art. 11.*

Cum tamen hoc sit pr[illegible] 69
physico, sed morali modo intelligendum est: nam si aliquantulum demoretur circumiens officinas ex aliqua curiositate, excusatur; sic collector, & Manuel allegati num. præced. Et quamuis collector loquatur de excusatione à peccato mortaliter: Manuel videtur etiam loqui de excusatione à peccato veniali, & rectè quidem. Quia cum id præceptum morali modo intelligatur, nec venialiter in ipsum delinquitur, si mora illa breuis sit. Limitat vtque nisi corrupta adiit intentio; tunc enim peccabitur; & addit collector incurri quoque cẽsuras. Sed hunc peccare manifestum est ratione corruptæ illius intentionis. At existimo eum non peccare contra præceptum hoc clausuræ: quia cum legitima licentia ingressus est, & finito negotio nulla fuit moralis mora, ad quod solum præceptum hoc obligat; imuno licèt diutina esset mora, & corrupta quidem intentione, existimo eum ab his censuris liberum esse: sicut cap. præced.

præced. num. 70. diximus non incurrere censuras monialem cum legitima licentia egredientem, si finita egressus causa, diuturnam extra monasterium moram trahat quacumque prava intentione, quia re vera non dicitur hic egressus absque licentia, & censuræ contra hunc solum latæ sunt. Et fauet Thomas Zerola *in praxi Episcopali. in 2. editione. p. 1. verbo monialis, ad 8. quæstiones. vers. 4.* vbi ait non incurrere censuras ex causa iusta, & legitima licentia ingredientem, si cum monialis intra monasterium fornicetur.

70 Ex quo infertur, transgredientes clausuram modico ingressu, excusari à culpa lethali, & à censuris in transgressores latis, quia modicum ab his excusare solet; sic Graffius *p. decis. lib. 4. c. 23. n. 1.* Quod quidé verissimum est. Atque eadem ratione idem dicendum de modico sanctimonialis egressu ex clausura; hoc autem modicum existimat Graffis, quando duos solos pedes esset intra portæ clausuram; atque idem diceret de ingressu. Sed id non credo, quia cùm hic sit vetus intra clausuram ingressus, vel ex ea egressus, sufficiens est ad culpam lethalem, & censuras incurrendas. Nec modicum reputatur, quando perfecta transgressionis ratio in illo reperitur. Vnde optimè dixit Lælius Zecchius *de casibus reservatis. casu 10. num. 1.* consistentem in solo ostio, sito intra claustra, subiici his censuris. Idque probatur, quia stans in ostio censetur esse in domo, & incurrit pœnas ingredientis domum, vt tradunt Bartol. *l. 1. §. hoc interdictum. num. vnico. ff. de cloacis*, Baldus *rubr. paulo post principium, vers. hic adde. ff. solut. matrim.* Alex. *consil. 157. num. 14. vol. 2.* vbi & alios refert. Iason *l. plerique. n. 20. limit. 4. ff. de in ius vocando*, & idem Iason *l. cæterã. §. hoc Senatusconsultum. n. 11. ff. de leg. stip. 1.* Quare modicum in hoc ingressu, & egressu existimarem, quãdo hæc non sunt perfecta, & consummata, sed semiplena: quia nimirum pars corporis est intra, pars autem extra; nec aliquid refert, an maior corporis pars sit intra, aut extrãdum enim totum corpus non est intra, aut extra, non sunt perfecta ingressus, & egressus, vt culpæ lethali, & censuris subdantur. Quamobrem nec censerem comprehendi eum, qui est in ostio, quia ostium est partim intra, partim extra clausuram, vt bene docet Glossa *cap. cum sanctum. verb. vir erga de pœnitentia. d. 6.* Baldus, & Alex. & Iason *d. l. cetera. num. 11.* proximè allegati; & quamuis hoc non obstante dicat Baldus, & Iason ibi, fat esse fieri in ostio, vt comprehendat quæuis pœna statuti punientis delinquentem in domo, sat enim est tangere partem.

SVMMARIVM.

Proponuntur rectores statuentes pœnas in ingredientes extra casus permissos in monasteria monialium. n. 71.

Explicatur in particulari, quat genera personarum sub illis pœnis comprehendatur, & quæ sint, quibusque statuta. n. 72.

An incurratur excommunicatio Tridentini circa ingredientes monasteria monialium, si licentia non obtineatur in scriptis, aut sic obtineatur, at casus non est necessitatis, vel decipit superiorem, vel tempore ingressus cessarat necessitas, vel data fuit absque iusta causa, at tempore ingressus adfuit nulla causa; & an hæc excommunicatio sit reservata, & an licentia importet arbitrium boni viri. n. 73.

An eam excommunicationem incurrat femina absque superioris licentia ingrediens monasterium animo assumendi habitum. n. 74.

Quid quando ingressus est modicus, vel quando finito negotio, ingrediens demoratur intra claustrum. n. 75.

An excommunicatio Gregorij XIII. contra ingredientes monasteria monialium pretextu licentiarum, quæ vsque tunc concessæ sunt, comprehendat etiam licentias ab Episcopis, & aliis Prælatis concessas. n. 76.

An ea excommunicatio, & lata in motu proprio Pij V. contra feminas ingredientes in monasteria virorum, at regulares, qui admittunt sic ingredientes, legat solas ingredientes virtute facultatum antea concessarum? referuntur duplex sententia. n. 77. & 78.

Explicatur sententia auctoris. n. 79.

An habentes dictas facultates, nec illis innixi ingrediuntur, incurrant, & illos admittentes. n. 80.

An admittentes non virtute facultatum, incurrant aliam excommunicationem. n. 81.

Quid si ingrediatur ex ignorantia culpabili, & ex eadem admittantur. n. 82.

An excommunicatio privatio officiorum, & inhabilitas ad illa, quæ statuuntur contra facientes, & permittentes ingredi virtute facultatum, sint reservata, & quid possit Episcopus, aut superiores religiosi circa illa, sive occulta, sive publica sint. n. 83.

An non soli superiores, sed etiam alij religiosi priuati permittentes ingressum, incurrant has pœnas. n. 84.

Quid intelligatur nomine conuentus, dum in motu proprio conuentus consentiens ingressui subiicitur illis pœnis? numero 85.

An consultores non congregati nomine conuentus assentiendo incurrant has pœnas. n. 86.

Quid intelligatur per illam actionem, ingredi faciant, vel permittant. n. 87.

An facientes, aut permittentes ingredi faminas, comprehendantur his pœnis? proponuntur probantia partem negantem. n. 88.

Explicatur sententia auctoris, & an sub masculino includatur femininum in legibus. n. 89.

Quas pœnas incurrant, qui cum licentia superioris potestis illam dare ex causis exigentibus, ingrediuntur extra casus exigentes, vel si iam necessitas cessarat, in monialium monasteria, vel quando licentia non ex iusta causa est concessa, at tempore ingressus fuit iusta causa. n. 90.

An Abbatissa incurrant pœnas latas, & quæ sint illæ in monales admittentes habentes licentiam ingrediendi, quando extra casus necessitatis ingrediuntur, & an nomine monialis veniat Abbatissa, & nomine monachi Abbas, & quid si ingressus non sit virtute alicuius licentiæ, vel admissio non sit virtute illius. n. 91.

An Prælati concedentes facultatem ingressus in monialia Cœnobia, extra causam iustam, aut admittentes eos, qui sic ingrediuntur incurrant aliquam censuram. n. 92.

Quæ monales deeantur admittere, vt incurrant, an sit non impedire, aut quicumque concursus positiuus. n. 93.

An moniales mandantes, aut consulentes ingressum, incurrant? n. 94.

Quid de monialibus, quæ cum persona iam ingressa confabulantur, aut illam comitantur. n. 95.

An incurrant monales ex generali, aut obliuione administrem. n. 96.

Quid si bona fide admittant, vt abscondant. n. 97.

Quas pœnas incurrant Prælati regulares, aut seculares ingredientes Cœnobia monialium sibi subdita præter casus necessitatis, & an illæ sint reservatæ, & quis in eis dispensare? n. 98.

An Prælati seculares carentes dignitate Pontificali eas incurrant. n. 99.

An quid quando soli, aut non comitati personis habentibus conditiones petitas ingrediantur. n. 100.

An Prælati Pontificali dignitate præditi incurrant excommunicationem pro tertia, & obseruantibus ingressibus. n. 101.

An Prælati regulares pro his quoque solis pœnas incurrant? n. 102.

An incurrantur omnes hæ pœnæ, & censuræ, quando delictum ingressus, aut admissionis est occultum. n. 103.

An sint aliæ excommunicationes antiquitus latæ contra ingredientes peculiaria monasteria. n. 104.

QVÆSTIO quarta. Quas censuras, pœnasque 71
contrahant ingredientes extra casus licitos in monasteria monialium, & cuius sit ab eis absolucre. Præmittendum

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tendum est, quæ sint hæ pœnæ. Trident. *sess.25. de regular. cap.5.* excommunicationem ipso facto indixit in ingredientes claustra monialium, præterquàm in casibus necessitatis, & ex superioris licentia in scriptis obtenta. At absolutionem eius non reservauit, nec pœnas statuit monialibus admittentibus aliter ingressos. At Gregorius XIII. in motu proprio edito anno 1575. Idibus Iunij, qui incipit; *Vbi gratia*, pœnas auxit, vbi priùs abolet licentiã, & facultates concessa quibuscumque etiam comitissis, marchionibus, ducissis, & aliis cuiuscumque status, & conditionis mulieribus ingrediendi monasteria, domus, & loca monialium, aut virorum, & quibuscumque viris etiam eiusdem conditionis, & status ingrediendi monasteria, domos, aut loca monialium, licèt à quocumque Pontifice, vel legato, aut aliis concessa sint motu proprio, & ex certa scientia, & cum quibuscumque clausulis, & ex quibuscumque vrgentissimis causis, & licèt iteratis vicibus renouata sint, & statim addit hæc; *Inhibentes eisdem; qui illas obtinuerunt sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda super quam à nemine nisi à Romano Pontifice pro tempore existente, nec ipsorum licentiarum pretextu monasteria huiusmodi quouis modo ingredi audeant. Abbatissis verò, nemon Abbatibus, conuentibus, ac aliis monasteriorum virisque sexus superioribus, & personis quocumque nomine vocentur, districte præcipimus sub eadem excommunicationis pœna, ac priuationis dignitatum, beneficiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne in monasteria, domus, & loca sua, quocumque pretextu huiusmodi licentiarum, & facultatum ingredi faciat, vel permittant. Quin etiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibemus, atque interdicimus omnibus, & quibuscumque personis ecclesiasticis, & secularibus, ac etiam ordinum quorumcumque, etiam mendicantium regularibus, ne pretextu licentiarum ab Episcopis, vel à superioribus, quibus illas concedendi in casibus necessariis, tantum ex decreto Concilij Tridentini facultas tribuitur, monasteria ipsa monialium pro libito, sed necessitatibus vrgentibus duntaxat ingrediantur moniales sub eisdem pœnis, illas aliter admittere præsumant.* Atque alium motum proprium ediderat Pius V. anno 1566. qui incipit; *Regularium personarum*, vbi varias statuit pœnas in mulieres pretextu similium facultatum ingredientes in virorum monasteria, cuius verba hic omitto referre: quia in illo non est firmo de ingressu in monialium monasteria, de quo agimus in præsenti; sed de ingressu in monasteria virorum, de quo cap. sequenti est agendum. Et tandem Gregorius XIII. edidit alium motum proprium anno 1581. die 23. Decembris, qui incipit; *Dubitãs quæ contingant*, in quo alias pœnas statuit in superiores illicitè ingredientes in monasteria monialium, his verbis. *Declaramus Prælatos omnes tam seculares, quàm regulares, quibus cura, & regimen monasteriorum monialium quouis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria prædicta, ita demum vti posse si id faciant in casibus necessitatis, & à paucis, iisque senioribus, ac religiosis personis comitati. Quocirca vniuersos, & singulos Episcopos, seu reuiores, ac etiam Cardinalatus dignitate prædictos, nec non quorumuis ordinum Abbates, Priores, ministros, & alios quoscumque superiores regulares, seriò monemus, vt facultate huiusmodi, qui eam habent, præterquàm in casibus (vt præfertur) necessariis, neutiquam vtantur. Quod si contra fecerint, statuimus, qui pontificalis dignitatis fuerint, pro prima vice, qua contra fecerint, Ecclesiæ ingressu interdictos: pro secunda, à munere pontificali, & à diuinis suspensos, ac deinceps ipso facto absque alia declaratione excommunicatos existere; regulares verò omni officio, ac ministerio priuatos excommunicationi similiter subiacere.*

72 Ex quibus textibus constat varia personarum genera variis pœnis affici. Prima pœna est. Quæcumque personæ ingredientes absque licentia superioris in scriptis obtenta in monasteria monialium, incurrunt ipso facto excommunicationem, quæ habetur in Tridentino *sess. 25. de regular. cap.5.* Secunda est. Personæ cuiuscumque status, & conditionis sint, etiam si sint comites, marchiones, aut duces, quæ ingredi audẽt monialium monasteria virtute quarumcumque facultatum à Romano Pontifice, vel legato, aut aliis concessarum, incurrunt ipso facto excommunicationem Pontifici reseruatam. Constat ex verbis motus proprij Gregorij XIII. incipientis; *Vbi gratia*, quæ num. præcedenti retulimus. Tertia. In eodem motu proprio omnibus Abbatissis, Abbatibus, conuentibus, ac aliis monasteriorum vtriusque sexus superioribus, & personis, quocumque nomine vocentur, imponitur eadem excommunicationis pœna, & priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, si in monasteria sua ingredi faciant, vel permittant quemquam pretextu huiusmodi licentiarum, & facultatum. Quarta. In eodem motu proprio imponuntur eædemmet pœnæ excommunicationis, & inhabilitatis, & priuationis beneficiorum iis, qui ex faculcate Episcopi, vel superiorum, quorum est illam concedere, ingrediuntur absque necessitatibus vrgentibus, & monialibus, quæ eos aliter admittere præsumunt. Quinta. In alio motu proprio Gregorij XIII. incipienti; *Dubitãs quæ emergunt*, cuius verba num. præcedenti retulimus, statuitur in personas pontificali dignitate prædictas, quibus regimen monasterij monialium quouis modo incumbit, si in illa præterquàm in casibus necessariis ingrediantur, vt prima vice sint Ecclesiæ ingressu interdicti: secunda vice, vt sint à munere pontificali, & à diuinis suspensi, atque deinceps sint ipso facto excommunicati. Si autem sint regulares Prælati, quibus regimen monasteriorum monialium quouis modo incumbit, si in ea præterquàm in casibus necessariis ingrediantur, subiaceant similiter excommunicationi, ac sint priuati omni officio, ac ministerio. De quibus pœnis sigillatim discutiendum est.

73 Prima ergo difficultas est circa primam pœnã, nempe, excommunicationem Tridentini *sess. 25. de regular. cap.5.* contra ingredientes monasteria monialium, an illam incurrant ingredientes de superioris licentia, non tamen in scriptis data, aut quando adfuit licentia in scriptis, non tamen fuit concessa ex iusta causa, id est, in casibus necessariis, vt petit id decretum? De priori parte diximus num.30. & 31. circa posteriorem autem videtur ea non incurri: quia Trident. *eo cap.5.* quando excommunicationem tulit, his solis verbis vsus est; *Ingredi septa monasterij nemini liceat, sine Episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda.* Vbi non meminit causæ iustæ, sed statim addidit, Episcopum non debere illam absque causis necessariis concedere. Ergo cùm excommunicatio sit pœnalis, non est extendenda ad licentiam absque causis necessariis concessam. Verùm triplex est distinguendus casus. Primus est, quando ingrediens proponeret bona fide causas ingressus superiori ab ipso examinandas, & superior concessit licentiam; & in hoc casu manifestum est eum non incurrere, quia quamuis causa reuera non sit sufficiens, ille culpa vacat, cùm eam iudicio superioris, cuius est approbare, vel reprobare, discutiendam proposuerit: quare tota iniqui iudicij culpa, si quæ est, in superiorem refunditur. Secundus casus est, quando superiorem decepit, proponens falsam causam, & tunc incurrit quidem, quia cùm licentia illa sit fraude extorta, est penitus ac si concessa non esset, cùm ratione ergoris sit inuoluntaria. Vltimus casus est, quando superior non decipitur, sed sua potestate abutens, concessit extra casum necessitatis licentiam, isque abusus ingredientem nõ latuit. Atque in hoc casu versatur tota difficultas, propter rationem in contrarium allatam. Verùm existimo etiam in hoc casu eum incurrere. Ducit, quia satis in his verbis, *absque superioris licentia, & in scriptis obtenta*, in quorum defectum excommunicationem statuit, explicuit Tridentinum necessitatem causæ iustæ: nam verbum, *licentia*, non liberam voluntatem, sed prudentiæ arbitrio consonam importat, vt docent optimè Bartolus *l. alio. num. 8. ff. de alimentis, & cibariis legatis.* Ancharanus *cap. finali. num.10. de testamentis, in 6.* Menochius alios referens *lib.1. de arbitr. quæst.8. num.45. & 47.* Marienzo *lib.5. recepitæ sent. tit.4. l.14. glossa 1. num.14.* Idque satis apertè indicauit Tridentinum, dum eam licentiam in scriptis exegit, vt non nisi maturiori consilio præmisso concederetur. Præterea, quia Tridentinum iuxta eius decreti dicit se innouare decretum *cap. peruenisse, in principio, de statu regularium, in 6.* vbi ad hunc ingressum rationabilis, & manifesta causa petebatur, simul cum superioris licentia. Quare excommunicatio Tridentini cadit super ingredientem absque licentia citra vllam causam manifestam & rationabilem concessa. Postea autem declarauit Tridentinum, quæ dicatur causa rationabilis. Tandem, quando hic excusaretur ab excommunicatione, quæ ibi non referuatur, non liber euadet, quia absque dubio incurrit aliam Pontifici reseruatam, vt dicemus n. 90. Imò si tempore cõcessionis adfuit causa iusta, at tempore ingressus cessarat, incurretur hæc excommunicatio, vt in simili dicemus eo. num.90. Quando autẽ tempore concessionis nulla erat causa, at aderat tempore ingressus, an incurratur hæc excommunicatio, dicemus eo. num.90.

74 Secunda difficultas est circa eandem Tridentini excommunicationem, an eam incurrat fœmina, quæ absque vlla superioris licentia monasterium ingreditur, animo habitus regularis assumendi, & profitendi? Et quidem, moraliter loquendo, nunquam hanc incurrere existimo: quia communiter bona fide, ac zelo religionis ducta, timénsque ne ingressus à consanguineis impediatur, id efficit. Quod si tamen ex natura rei hunc ingressum consideremus, seclusa bona fide excusanti, existimo hunc ingressum subiacere illi excommunicationi, quia ad eam vitandam vltra causam iustam deliberatur licentia superiori, quæ in hoc casu deficit.

75 Tertia difficultas est, quando ingressus est modicus, an incurratur hæc excommunicatio, & reliquæ omnes pœnæ contra illicitè ingredientes? sed de hoc egimus num. 68. & quid quando quispiam licitè ingressus est, at finito negotio, ibi intra claustram immoratus est? sed de hoc egimus num.69.

76 Quarta difficultas est circa pœnam secundam relatam nu72. contentam in motu proprio Gregorij XIII. qui incipit; *Vbi gratia*, contra ingredientes monasteria monialium virtute facultatum vsque tunc concessarum, an ea excommunicatio comprehendat ingredientes virtute licentiæ ab Episcopo concessæ ante hunc motum proprium? Et videtur pars negans inde probari, quia loquitur is motus proprius de licentiis concessis à Pontificibus, eorúmve legatis, in quibus Episcopi minimè comprehenduntur. Præterea, quia paulò inferiùs in eodem motu proprio excommunicat ingredientes ex licentia Episcopi, vel alterius legitimi superioris, præter casus necessarios concessa, cùm tamen in priori parte excommunicarit ingredientes virtute licentiarum, etiam in casibus necessariis concessarum. Ergo si dicamus in priori parte loquutum de licentiis Episcoporum, ac inferiorum Prælatorum, fatenda esset contradictio. Sed existimo incurri. Ducor, quia in priori parte de quorumcumque superiorum licentiis loquutus est, vt constat ex illis verbis, *tam à prædecessoribus nostris, quàm etiam à nobis, & à Sede Apostolica legatis, aut alijs.* Vbi per illam dictionem (*alijs*) indefinite positam comprehenduntur quicumque alij superiores, quorum est licentiam concedere, quia aliter ea particula esset superflua. Nec obstat ratio contraria, quia in priori parte loquitur Pontifex de licentiis à quocumque vsque tunc ex quauis vrgentissima causa concessis, quas omnes reuocauit, & ideo vtentem illis iam reuocatis excommunicationi subiecit. In posteriori autem parte loquutus est de licentiis in posterum concedendis, quas ibi non reuocarat, & ideo excommunicat solos illis extra casus necessarios vtentes.

77 Quinta difficultas est circa omnes eiusdem motus proprij Gregorij XIII. pœnas, an eas incurrant, qui non ingrediuntur monasteria monialium virtute facultatis alicuius, sed absque vlla prorsus licentia? Quos quidem incurrere excommunicationem decretam in Tridentino, nulli dubium est, verùm illa non est reseruata. At excommunicatio in hoc motu proprio contenta reseruata est; insuper admittens ingressos contra decretum in eo motu proprio, variis aliis pœnis plectitur, vt vidimus num. 72. Quare magni momenti est, nosse an ea pœnæ solos ingredientes pretextu facultatum comprehendant, & similiter, qui hos solos admittunt, an potiùs omnes eos, qui absque debita licentia ingrediuntur. Dupler est sententia. Prior asserit omnes illicitè ingredientes, & admittentes comprehendi. Ducitur primò, quia similem motum proprium ediderat Pius V. qui incipit; *Regularium personarum*, quo excommunicatæ fœminæ ingredientes monasteria virorum, prætextu facultatum vsque tunc concessarum; & tamen is intelligitur, vt videbimus nu.79. de quibuscumque illicitè, & absque vlla facultate ingredientibus. Ergo similiter intelligendus motus proprius postea à Gregorio XIII. editus, tum quia eodem prorsus verborum tenore vtitur, & ad solam illius extensionẽ videtur editus; quippe ille solas fœminas ingredientes illicitè virorum monasteria pœnis afficiebat: autem quoscumque vtriusque sexus ingredientes illicitè monasteria monialiũ. Tum etiam, quia in vtroque motu proprio eadem ratio in iis decretis assignatur, nempe, vt consulatur quieti regularium, vitentúrque perturbationes, scandala, mentísque à spiritualibus auocationes, quæ ex ingressu fœminarum in monasteria virorum, vel quarumcumque personarum in monasteria monialium cõsurgunt, quæ æquè omnino procedit in quocunque ingressu illicito, & illicita admissione, quamuis nullius facultatis prætextu sit. Et confirmatur, quia lex quantumcumque pœnalis, & odiosa, extenditur ex rationis identitate, & maximè si in ea sit ratio illa expressa, vt ostendimus *l.b.3. de matrimonio, disp. 42. num. 4.* quod potissimùm in his decretis locum habet, vtpote quæ in animæ fauorem ad vitanda peccata sunt edita; in quo euentu leges pœnales, & odiosas ampliãdas esse probaui *lib.7. de matrim. disp.9. num.8.* Secundò, quia longè grauius delictum est ingredi absque vlla prorsus facultate, & sic ingressum admittere, quàm innitendo superioris facultãtibus. Ergo à fortiori ille ingressus, illaque admissio comprehenduntur sub his pœnis. Et ideo hanc partem sustinet Nauarrus *summa Latina. cap.27. num.105. in excommunicatione 61. & comm.4 num.61 in tab.4.* & vtrobique dicit, sic declarasse Pium V. fuisse suam mentem, atque credendum esse, eandem fuisse mentem Gregorij XIII. & ita seruari in pœnitentiaria. Beza *in suis responsionibus, p.1. casu 30.* dicens ita praxi receptum esse in tota Italia. Villaguta *tract. de vsuris. quæst.31. num.claimo*, dicens se audiuisse à quodam suo Prælato ita responsum esse à Gregorio XIII. consulto à Cardinali Borromeo. Azor *tomo 1. instit. moralium. lib.13. cap.8. quæst. vlima.* Manuel in expositione prædicti motus proprij Pij V. *num.7. & 8.* Et hanc sententiam dicit esse tutiorem Lælius Zecchius *de Rep. ecclesiastica sit. de regular. cap.3. n.11. versi.8.* & loquens de admittentibus non prætextu licentiarum, tenet idem Gratius *1. p. decisionum. lib.4. c.23. num.8.*

78 Posterior sententia ait, solos ingredientes, & admittentes prætextu facultatum, comprehendi in iis motibus proprijs. Ducitur primò, quia expressis verbis vtetque Pontifex de iis solis loquutus est, qui prætextu licentiarum

UNIVERSITÀ DI MALTA

centiam ingrediuntur, aut admittunt: & Pius V. in præfatione suæ motus proprij expresse rationem illius decreti reddit, quod mulieres prætexta harum licentiarum ingredi audebant, non enim modico religiosæ observantiæ detrimento. Secundò, quia non authenticè constat, Pium V. & Gregorium XIII. declarasse, suam mentem fuisse comprehendere quoscumque ingredientes, aut admittentes. Tertiò, quia cùm decreta sint valde rigida, & gravissimas pœnas continentia, nō sunt extendenda ad casum in his non comprehensum. Nam nec ex rationis identitate extensionem legis pœnalis faciendam probauimus *lib.10. de matrim. disp.4. num.3.* & vltra Doctores ibi allegatos, tenet Manuel *qq. regular. tomo 1. quæst.47. art.2. fin.* eo vel maximè quod non militer eadem in vtroque casu ratio, quia multo audaciores sunt ad ingressum intrare aliquibus ingrediendi facultatibus, & ideo pœnis appositis earum audaciam comprimi oportuit, vt testatur Pius V. in proœmio suæ motus proprij, atque in excommunicationis materia id constat: nam *Clement. vnic. de consanguin. & affin.* excommunicantur contrahentes matrimonia contra solemne castitatis votum; & tamen, quia textus non vniuersaliter loquitur, sed excommunicat moniales professas cuicumque nubentes, & accipientes illas in vxores, & viros professos, aut in sacris constitutos ineuntes matrimonium, communissima sententia docet (vt probaui *lib.7. de matrimonio. disp.48. num.22.*) illam centuram euadere fœminas seculares nubentes professo, quia etsi eadem transgressionis voti solemnis ratio in eis concurrat, at textus de eis non loquitur. Nec obstat, hæc decreta esse in animæ fauorem, quia quamuis ea sit ratio aliquannulæ extensionis decretorum pœnalium, non tamen est sufficiens, vt ad casum omnino diuersum protrahatur. Tandem, quia non est nouum minora delicta aliquibus pœnis in iure subiici, ob aliquam specialem rationem in eis concurrentem, vt hic contingit propter maiorem ingrediendi audaciam, quæ reperitur in habentibus eas facultates; & sic cessant omnes rationes contrariæ. Et ideo hanc sententiam sustinent Suarez *tomo 5. in 3. p. disp.22. sect.6. num.11. & triplici sequenti.* Thomas Zerola *in praxi Episcopali. in 2. edit. p.1. verbo moniales, ad 8. quæstium.* Philiarcus *de officio Sacerdotis. tr.2. p.1. lib.3. cap.30. ad finem.* Sayro *de censuris. lib.3. cap.31. num.10.* Manuel *quæst. regular. tomo 2. quæst.47. art.1. à vers. observa etiam quod moniales, vsque ad fin.* & *q.48. art.2. vbi in fin.* dicit se contrarium tenuisse in loco, quem ex ipso allegauimus num. præced. Quod eos motus proprios ibi explicuerit, prout sunt recepti in sua religione regularis observantiæ, in qua fuit habita declaratio authentica.

79 Et hæc posterior sententia magis mihi placet, loquendo de motu proprio Gregorij XIII. quo pœnis affecit quascumque personas ingredientes monasteria monialium, aut fœminas in virorum monasteria, & personas regulares, quæ sic ingredientes admittunt: loquitur enim de solis ingredientibus virtute facultatum illis vsque tunc concessarum, & de admittentibus sic ingredientes. At loquendo de motu proprio Pij V. quo solas fœminas pœnis afficit, quæ ingrediuntur monasteria virorum, aut ingredientes admittunt (quem toto cap. sequenti explicabimus) dicendum est, eum intelligi de fœminis etiam non ingredientibus virtute illarum facultatum, & de admittentibus illas. Ratio diuersitatis est, quia Pius V. hanc esse suam mentem declarauit in quodam motu proprio, qui incipit; *Romanum Pontificem*, quem edidit anno 1570. die 16. Iulij, quem ad verbum refert Confectius *in priuilegiis ordinum mendicantium*, inter literas Apostolicas, *fol.179.* vbi explicās suum priorem motum proprium, sic ait. *Authoritate Apostolica tenore præsentium dicimus, & declaramus fuisse, & esse mentem, & intentionem nostram, quod dictæ literæ non solum comprehenderent, & comprehendant mulieres habentes, & prætendentes facultatem, & indulta ingrediendi monasteria, sed etiam omnes, & quascumque mulieres alias, tam in genere, quam in specie.* Nec inde sequitur eodem modo interpretandum motum proprium Gregorij XIII. vt prior sententia relata num.76. contendit, & probat ratio prima ibi adducta. Quia optimè aiunt Antonius Cucus *lib.3. institutionum maiorum. t.1. n.8.* & Manuel *in ordine iudiciario. cap.12. num.vltim.* non sequi ex declaratione, vt motus proprius Pij V. intelligatur de omnibus fœminis, sic vniuersaliter intelligendum motum proprium Gregorij XIII. quia Gregorius XIII. plures casus comprehendit, nempe, ingrediētes in monasteria tam virorum, quàm fœminarum: & ingredientibus illicitè in monasteria monialium, erat iam statuta excommunicatio in Tridentino; quare non impunè ingrediuntur, quando non virtute prædictarum facultatum est ingressus: & ideo solas personas ingredientes virtute prædictarum facultatum voluit punire. At Pius V. solas fœminas ingredientes virorum monasteria punit, quæ cùm ablato eo motu proprio nullis pœnis obnoxiæ essent, iure optimo, ne impunitæ abirent, fuit mens eius comprehendere omnes, etsi nullius facultatis vigore ingrederētur. Et ita concludit Manuel ibi, dicens esse sententiā multorum Doctorū Salmanticæ, & lite agitata obtentum in quadam religione, vt solùm ingredientes, admittentēsque virtute prædictarum facultatum incurrerent eas pœnas. Nec huic sententiæ aduersantur authores num. præced. allegati, quia eodem modo vtrumque motum proprium intelligunt, nempe, quando virtute facultatum est ingressus, & admissio: quia non viderunt posteriorem motum proprium Pij V. vbi suam mentem declaruit, eiūm nullam prorsus ipsius mentionē faciant.

80 Ex quo deducitur, nec incurrere has pœnas motus proprij Gregorij XIII. ingredientes, qui prædictas facultates habent, si reuera non illis inniterentes ingrediantur, sed quasi illis prorsus carentes, nec qui sic ingredientes admittant. Quia hæ personæ non verè dicuntur ingredi virtute alicuius facultatis. At secus esset, si virtute illius facultatis reuera ingrederentur; at qui admittunt, non virtute illius admittant, sed quasi ea carerent: hi enim admittentes incurrerent pœnas, sicut & ingredientes, vt constat ex illis verbis. *Abbatis, &c. præcipimus, &c. ne in monasteria, domus, & loca sua quemquam prætextu huiusmodi licentiarum, & facultatum ingredi faciat, aut permittant.* At permittentes ingressum volentium prætextu harum facultatum ingredi, dicuntur verè permittere vsum talium facultatum, & prætextu illarum ingressum. Et ita fatetur Nauarr. *comm.4. num.62. notab. 4. de regul.* Manuel in explicatione motus proprij Pij V. de hac re, *num.7.* Quia attenta litera motus proprij, non includuntur, qui habentes facultatem non ingrediuntur virtute illius.

Sed dices, quamuis admittentes ingressum in monialium Cœnobia non virtute prædictarum facultatū eudant excommunicationem, & [illegible] proprij Gregoriani pœnas, incurrent tamen excommunicationem latam in Trident. *sess.25. de regular. cap.5.* At id non credo, quia *in eo cap.* soli ingredientes excommunicantur, admittētibus verò nulla pœna est statuta. Quod sic ita hos incurrere in excommunicationem, eo quod participant in crimine criminoso, ob quod ingredientes sunt excommunicati; respondeo hanc excommunicationem participantium non esse latam in eo Tridentini decreto: sed *cap. super. vers. in 2. verò quæstione. & cap. si concubina, de sententia excommunicationis.* & sic nullam *eo cap.5.* latam incurrunt, sed hanc horū textum. Quia ad eam incurrendam oportet excommunicatos, cum quibus in crimine criminoso participant, esse publicè de ea excommunicatione denuntiatos, vt probauimus *lib.7. de matrimonio. disput.48. num.3.* At hi ingredientes nondum denuntiati sunt.

81

Nec in has pœnas motus proprij Gregoriani incurrent

82

rent ingredientes virtute prædictarum facultatum ex ignorantia quantücumque culpabili, & crassa huius decreti imponentis has pœnas, nisi adeò crassa sit, vt reputetur temeritas ingēs. Dicor ex verbis eius motus proprij, ibi; *ne ipsarum licentiarum prætextu monasteria huiusmodi quo sic modo ingredi audeant.* At verbū (*audeat*) temeritatem petit, adeò vt sola ignorantia tā crassa, vt possit dici ingens temeritas, sufficiat, vt dicatur audacia ad pœnas audentibus statutas contrahendas, vt probaui *lib.9. de matrim. disp.32. num.37. vnciis num.36. & 39.* At ex audacia, aut præsumptio non petitur in facientibus ingredi, aut ad permittentibus virtute prædictarum facultatum, vt constat ex illis verbis ibi; *Abbatissæ verò, monachis Abbatibus conuentibus, & aliis monasteriorum vtriusque sexus superioribus, & personis, quæcumque nomine vocentur, districte præcipimus sub eadem excommunicationis pœna, ac priuationis dignitatum, beneficiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne in monasteria, domus, & loca sua quemquam prætextu huiusmodi licentiarum, & facultatum ingredi faciant, vel permittant.* Quare Prælatos, ac Prælatas huiusmodi facientes ingredi, aut permittentes non excusabit quidem ignorantia crassa; at bene excusabit, quamuis vincibilis, & culpabilis sit, modò non sit crassa, & supina, quia quando in excommunicatione non petitur scientia, audacia, & præsumptio, excusat ab illa ignorantia vincibilis iuris excommunicationem imponentis, non autem quando est crassa, & supina, vt probaui *lib.9. de matrimonio. disput.32. num.31.* vbi *num.32.* explicui, quando dicatur crassa, & supina.

83 Atque hæc excommunicatio lata in facientes, aut permittentes ingredi, est Pontifici reseruata, quia præmisserat Pontifex excommunicationem sibi reseruatam in ingredientes virtute prædictarum facultatum: cùm ergo prior excommunicatio sit reseruata, erit quoque hæc. sic sic docet Confectius *de priuilegiis Mendicantium. tit.20. cap.6. ad finem, & cap.9. num.3.* & Suarez *5. tomo in 3. p. disp.22. sect.6. num.14.* & Llamas *suprà. §.12. statuto in principio.* Addit Confectius *eodem cap.9. num.5.* reseruari quoque Pontifici inhabilitatem, & priuationem officiorum statuta in eo motu proprio. Verùm si loquatur de reseruatione illius motus proprij, id non approbo, quia solam excommunicationē reseruat; si autem dicat reseruari Pontifici, quasi nullus inferior possit in his pœnis dispensare, quid sit in hoc tenendum diximus cap. præced. num.78. & 78. Vtrùm verò ab excommunicatione illa reseruata, si occulta sit, possit Episcopus absoluere virtute Tridentini, aut confessarius virtute Bullæ, aut religiosi virtute suorum priuilegiorum, diximus etiam cap. præced. num.76. vbi etiam num.64. & 65. explicuimus, an exigatur sententia Iudicis ad hanc priuationem officiorum, & inhabilitatem ad illa, & ibi num.66. explicuimus, quid nomine officiorum intelligatur.

84 Sed maior difficultas est, quæ personæ facientes, aut permittentes ingressum, incurrant hanc excommunicationem, ac beneficiorum, & officiorum priuationem, & inhabilitatem ad illa: nam in verbis motus proprij Gregoriani relatis suprà, hæ pœnæ imponuntur Abbatissis, Abbatibus, conuentibus, ac aliis monasteriorum vtriusque sexus superioribus, & statim subdunturac verba, *& personis quæcumque nomine vocentur.* Vbi difficultas est, an nomine harum personarum comprehendantur religiosi vtriusque sexus, an soli superiores, quippe non solos superiores comprehendi, satis indicant ea verba, *& aliis personis, &c.* Quid aliter superfluerent, cùm iam ille motus proprius expressisset superiores vtriusque sexus: & ita tenet Llamas *dicto §.12. statuto in principio, & versiculo quam 1. diximus in fine.* Sed existimo, solos superiores monasteriorum vtriusque sexus sub eis pœnis comprehendi, non autem religiosos alios vtriusque sexus ingredi facientes, aut permittentes. Ducor primò, quia idem motus proprius paulo infe-

rius volens comprehendere sub pœnis quascumque moniales, quæ admittunt ingredientes cum licentia Episcopi in casibus non necessariis, id expressit dicens indefinitè, *moniales*; quod si idem voluisset in his pœnis, facili negotio id expressisset dicens, *& alios religiosos vtriusque sexus.* Præterea, quia iis verbis, *quæcumque nomine vocentur*, satis denotatur non loqui de priuatis religionum personis, ex enim monachi, & moniales semper appellantur, nec diuersis nominibus gaudent; sed de superioribus, qui in diuersis monasteriis diuersa nomina sortiuntur. Quare sensus est & de aliis superioribus, quocumque nomine vocentur. Et ita sustinet Manuel *quæst. regular. tomo 1. q.47. art.1.*

85 Sed vrgentius premit, quid intelligatur nomine conuentuum, quos admittentes, aut facientes ingredi, subficit quoque Pontifex his pœnis. Nam conuentus nomine intelliguntur religiosi cum superiore in vnum congregati, sicut nomine Capituli canonici cum decano in vnum coacti. Et ita videtur Pontifex excommunicare religiosos vtriusque sexus, si in vnum congregati decernant harum personarum admissionem: Manuel *qq. regular. tomo 1. quæst.47. art.1.* dicit nomine conuentuum non intelligi omnes religiosos vtriusque sexus, qui in vnum collegialiter coacti, & sic tanquam conuentus decreuerunt, vt ingressus concederetur, sed solos maiores. Dicitur, quia *cap. Romana, ad fin. eod. in vniuersitatem, de sententia excommunicationis, in 6* prohibens vniuersitatē excommunicari, permittit aliquos ex vniuersitate illa excommunicatione subdi, his verbis; *sed in aliis domuscitis de collegio, vel conuersatione, quos culpabiles esse euestitis, promulgetur.* Vbi Glossa *verbo culpabiles*, hæc ait; *sicut Prælatos, vel consules, & huiusmodi maiores.* Sic etiam nomine conuentus facientis, aut permittentis, non videtur intelligi omnes religiosos vtriusque sexus, qui nomine conuentus coacti fuerunt rei culpæ suffragium præstantes pro tali admissione, sed solos superiores & officiales maiores illius conuentus, qui in culpa huius permissionis fuerunt. Idque satis iuri consonum esse constat ex *cap. Abbatum, el 2. de simonia*, vbi cùm totus conuentus in simoniaca monachi receptione delinquerit, soli Prælati, & officiales puniri iubentur. Vbi Glossa *verbo officiales hos*, quæ sit, cur non totus conuentus delinquens, sed hi soli puniantur; & respondet, quia horum officialium consilio, & authoritate omnia fiunt: & simile habetur *cap. conuenit, de simonia*, vbi in simili conuentus delicto, iubentur vniuersi monachi restituere pecunias simoniacè acceptas: at descendendo ad pœnas sic dicitur; *Abbates, & maiores personæ monasterij pro tanta prauitate exercita, &c.* vbi Glossa *verb. maiores*, ait; *quorum consilio Abbas regitur.* Quare non immeritò textus nostri motus proprij subiicientes pœnis conuentum in hac permissione delinquentem, explicandus est, vt nomine conuentus intelligatur superior, & ipsius consultores, qui sunt præcipui officiales, quorum consilio superior gubernatur: vt vel sic consonet illa iuris capitibus, qui pro conuentu delicto non omnes culpæ participes puniunt, sed officiales maiores. At doctrina hæc satis dilucidè redditur ex iis, quæ notant Abbas *eodem cap. dilectis num.8.* super eadem Glossa, *verb. officialibus*, & ibidem Ananias *num.9.* vbi dicunt, quando conuentus in vnum Capitulum coactus deliquit, esse puniendos omnes consentientes, aut non contradicentes, prout contradicere tenebantur secum de aliis. At quando non totum Capitulum commisit, sed soli maiores cum Prælato, quod præsumitur totum consilio factum, si bos non deliquisse constet, non puniendi. Et sic dicunt intelligi Glossam citatam: & ideo censeo omnes illos in vnum Capitulum congregatos, qui culpæ participes fuere suffragium præstando pro ingressu, aut non contradicendo cum possent, ligari his pœnis, quia illud est conuentum deliquere.

86 Quare si non cogatur conuentus, sed priuatim cum

sunt consultoribus, vel cum aliis priuatis religiosis tractet superior de hac ingressus permissione, Prælatus absque dubio his pœnis ligabitur, quia motus proprius in his pœnis expressam de Prælatis mentionem facit. At consultores, & alios credo tunc non ligari, quia de his mentionem non facit, sed de conuentibus: at tunc nullum est conuentus delictum, nec conuentus nomine suffragium præstitere.

87 Quod si roges, quid per illam actionem ad has pœnas requisitam, nempe, *ingredi faciant, aut permittant*, intelligatur. Breuiter respondeo, intelligi quamcumque actionem positiuam, vt iubendo, consulendo, intromittendo; vel negatiuam, vt non prohibendo, quæ Prælati ij sunt causa huius ingressus. Quia cùm ex officio teneantur prohibere, idque commodè possint, vt supponimus, censentur non prohibendo indirectè huius ingressus causa: & ideo iure optimo eorum permissio his pœnis plectitur.

88 Demum circa has pœnas id dubium superest, an ligentur permittentes, aut facientes ingredi fœminas virtute prædictarum facultatum in monasteria virorum, aut mulierum. Ausim dubitandi præbent verba motus proprij Gregoriani ibi; *ac in monasteria sua quemquam prætextu huiusmodi licentiarum ingredi faciant, vel quemquam permittant*. Vbi cùm in genere masculino dixerit, *quemquam*, de sola permissione ingressus virorum videtur intelligi; quippe in decretis pœnalibus, & odiosis, sub masculino non comprehenditur fœmininum, vt alios referens tenet Decius *regul. femina. num. 114. ff. de regulis iuris*. Et amplius id confirmatur, quia in eodem motu proprio Gregorius XIII. volens comprehendere superiores vtriusque sexus, id expressit his verbis; *Abbatissis vero, necnon Abbatibus, conuentibus, ac aliis monasteriorum vtriusque sexus superioribus*. Vbi cùm illa dictio, *superioribus*, sit generis communis masculino, & fœmininо, & sic illo solo verbo vtrumque sexum comprehendi manifestum esset, addidit, *superioribus vtriusque sexus*, nec satis se dixisse existimauit, præmittendo, *Abbatissis, necnon Abbatibus*, vbi expressius vtrique sexus erat. Cùm ergo postea loquens de personis ingredientibus, solo genere masculino vsus sit, videtur apertum, non comprehendi fœminas.

89 Quamuis autem hæc satis vrgeant, nullatenus auderem excusare eos, qui fœminas ingredi faciunt, aut permittunt contra eam prohibitionem. Ducor, quod frequentissima sententia sit, in legum dispositione, etiam in materia odiosa, & pœnali, sub masculino claudi fœmininum, vt multos referens, & latè probans, testatur Decius *eadem regul. femina. num. 110. vers. vertia quæstio*, & multi alij, quos referunt, & sequuntur Tiraquellus *de retractu lignager. §. 1. glossa 9. num. 221.* Menochius *de adipiscenda possessione remedio 4. num. 61. & duplex sequens*. Præterea, quia nulla prorsus differentiæ ratio inueniri potest, cur potius permittens ingressum virorum, quàm fœminarum puniatur, cùm motus proprius loquatur de ingressu in monasteria virorum, vel mulierum, & multo indecentior sit ingressus mulierum in virorum monasteria, quàm virorum in monasteria monialium, cùm hic tepissime sit necessarius, ille autem vix, aut nunquam. Nec mirum est, Pontificem hoc non ita distinctè declarasse, sicut postea declarat, quando exprimit superiores in illis pœnis comprehensos. Et ideo hanc partem sustinet Manuel *quæst. reg. tom. 1. quæst. 47. art. 1. fine*.

90 Sexta difficultas est, quomodo intelligatur quarta pœna, cuius meminimus num. 72. quæ habetur in eodem motu proprio Gregorij XIII. qui incipit, *Pia gratia*. In hac pœna duplex personarũ genus includitur. Primus sunt omnes, & quæcumque personæ, siue ecclesiasticæ, siue seculares, cuiuscumque ordinis, quæ prætextu licentiarum concessarum ab Episcopis, vel legitimis superioribus, qui ex solis causis necessaris eam concedere possunt, ingrediuntur monialium Cœnobia, extra necessitatis casus: & hæ pununtur iisdem excommunicationis, priuationis officiorum, ac beneficiorum, & inhabilitatis ad ea in posterum obtinenda, pœnis. De quibus pœnis quoad reseruationem, & relaxatam absoluendi ab illis, & an desiderent sententiam Iudicis, nil prorsus est dicendum, præter ea, quæ num. 82. diximus, cùm sint eædem prorsus pœnæ, & eodem tenore positæ. At quoad personas, quæ illas incurrunt, est generalis; & in memoriam reuocandum est, quod diximus num. 79. & 80. has pœnas non incurri, quando ingressus est absque vlla superioris licentia, vel non intendo illi, quia dicitur hic quoque, *prætextu licentiarum*, oportetque addere has pœnas incurri, quamuis licentiæ sint ex causa vrgenti concessæ. At tempore ingressus cessarat causa. Constat, quia textus his pœnis subiicit ingredientes ex licentia, quando absque causa vrgenti ingrediantur, & non dicit, quando nulla fuit concessionis causa. At reuera hic absque causa ingreditur, cùm illa iam tempore ingressus cessarit. Præterea, quia cessante omnino causa dispensationis, cessat dispensatio, vt probaui *lib. 8. de matrimonio. disp. 30. num. 13.* & ita clarè significat Suarez *tomo 5. in 3. p. disp. 22. sect. 6. num. 14.* ait enim Gregorium XIII. in hoc motu proprio interdicere vsum facultatis ex causa legitima concessæ, quando tempore ingressus iam cessarat. At contrà credo has pœnas non incurri, quando tempore licentiæ non erat iusta causa: at talis erat tempore ingressus; quia iam non ingrediuntur extra casus vrgentes: & quamuis ea licentia sit irrita, vt statim dicemus, at motus proprius parum curat in his pœnis de valore licentiæ, sed solos ingredientes absque casu necessitatis virtute licentiæ horum superiorum, plectit his pœnis. Sed dubium est, an hic incurrat excommunicationem Tridentini, de qua diximus num. 71. Et videtur non incurrere: quia reuera ingreditur ex superioris licentia, & in casu necessario. Sed credo eum incurrere. Ducor, quia ea licentia extra casum necessitatis, quia tunc non aderat, concessa, fuit irrita, & nullius momenti, vt bene docet Suarez *eo. num. 14.* proximè allegato: nec causa supermeniens eam efficit valere, cùm ex ea non concessa sit. Atque ita hic ingressus est absque licentia, ac subinde eam Tridentini excommunicationem incurrit.

Posterius verò sunt moniales, quæ hos ingredientes 91
prætextu harum licentiarum admittere in sua monasteria præsumunt, & plectuntur eisdem excommunicationis, priuationis, & inhabilitatis pœnis. Vnde circa pœnas nihil prorsus est dicendum, præter illa, quæ numero 83. diximus, & quæ diximus num. 78. & 79. nempe, non incurrere has admissionis pœnas, sed tantum explicandum est, quæ nomine monialium comprehendantur, & quæ actio nomine admissionis. Est ergo difficultas, an nomine monialium comprehendantur in his pœnis Abbatissæ admittentes: Ratio dubitandi est, quia textus motus proprij in hac parte nullam Abbatissarum mentionem facit, sed in genere de [illegible], ait, ibi, *neue moniales sub eisdem pœnis aliter admittere præsumant*. At in materia odiosa, qualis est hæc, nomine monachi nõ venit Abbas, nec nomine monialis, Abbatissa, vbi tradunt Doctores communiter *cap. final. de simonia*, Armilla *in summa. verbo Abbas. num. 11.* Nauar. *lib. 1. consiliorum. in 1. edit. tit. de regular.* Mandosius *de priuilegiis ad instar. glossa 7. num. 28.* Adde, in eodem motu proprio, vbi Abbatissas comprehendere voluit, id explicuisse Gregorium XIII. At existimo, eas quoque comprehendi, vt bene ait Suarez *eodem num. 14.* citato. Ducor, quia quando materia concernit salutem animæ, nomine monachi, & monialis, etiam in pœnalibus, veniunt Abbas, & Abbatissa, vt optimè tradunt Archidiaconus *cap. periculosa. num. 4. de stat. regular. in 6.* & ibi Ioannes Andreas *num. 2.* Antchar. *num. 2. notabili 3.* Dominicus *ibi. in princip. num. 7.* Francus *num. 4. notab. 6.* At interdicere ingressum

gressum in monialium Cœnobia, concernit maximè spiritualem ipsarum salutem: item, quia quando materia est pariter proportionabilis Prælato, & subditis, veniunt nomine monachi, & monialis Abbas, & Abbatissa, vt docent Abbas *Clem. 2. num. 2. de procuratoribus*. Mandosius *eodem num. 28.* Præterea, quia Francus *cap. 2. in princip. num. 5. ne clerici, vel monachi*, nomine monachi, & monialis Abbatem, & Abbatissam comprehendit. Atque absolutè sub illis eos comprehendi docent idem Francus *rubr. de testament. num. 65. in 6.* & Alciatus *consil. 165. num. 5. lib. 5.* Tandem, quia quando ex statuentis mente conuicitur eum velle hos comprehendere, sub illis nominibus comprehenduntur vtique, vt bene tradit Mandosius *eodem num. 28.* At hæc videtur aperta Pontificis mens; nec enim est creditu dignum, voluisse eum plectere moniales subditas, quibus non incumbit expellere, aut resistere, non autem Abbatissas, quibus id ex officio incumbit, magisque admittendo delinquunt.

92 At ipsi Prælati, siue seculares, siue regulares, dantes prædictam licentiam absque causa iusta, vel postea admittentes, non ligantur his pœnis, quæ solis monialibus sunt statutæ, nullàque dantibus illis licentiam absque causa iusta imponitur pœna, nedũ admittentibus: maior enim ingressus, & magis culpabilis causa sunt, dando licentiam, quàm solùm admittendo.

93 Rursus dubium est, quid nomine admissionis in monasteria virtute illius licentiæ comprehendatur, cui hæ pœnæ statuuntur. Quia in hac parte non dixit, *ingredi faciant, aut permittant*, sicut prius dixerat, dum excommunicat Prælatos, qui admittunt viros, aut mulieres in monialium Cœnobia; & ideo diximus num. 87. comprehendi omnem actionem positiuam concurrentem, vel negatiuam non prohibendo: sed dicit, *neue moniales aliter admittere præsumant*. Qua in re optimè loquitur Suarez *5. tom. in 3. p. disp. 22. sect. 6. num. 14.* dicens, exigi cooperationem directam, aut indirectam ad illum ingressum. Quare si ad monialem non pertineat ex officio impedire, vel admittere huiusmodi ingressum, non incurret, etiamsi cùm possit, non obiter, vel non resistat illi. Quia nec directè, nec indirectè cooperatur ad illum, secus autem esset, si inuitaret, vel aliquo positiuo modo faceret illam personam ingredi, quia iã tunc directè admitteret. At monialis, cui ex officio impedire incumbit, ligaretur non impediens, quia indirectè admissioni cooperaretur. Quod si roges, quæ moniales teneantur ex officio impedire, respondeo, Prælatas monasteriorum, & eas, quæ iamuæ custodiendæ præficiuntur.

94 Hinc deducitur, quid in ea quæstione dicendum, an moniales mandantes, vel consulentes alicui huiusmodi admissionem, incurrant has pœnas? Et quidem si ipsæmet personæ quæ ingreditur mandent, aut consulant ingressum, manifestum est ex dictis num. præcedenti, eas incurrere, quia hoc est inuitare, & directè cooperari ad ingressum. Si autem non personæ ingressæ, sed alij consulant, aut mandent admissionem, certum etiam videtur ex dictis n. præced. si Prælatæ sint, aut aliæ moniales, quæ ex officio tenentur impedire, eas incurrere; quia cùm non impediendo incurrant, quod est indirectè cooperari, à fortiori incurrent consulendo, aut mandando, quod est directè cooperari. Et ita docent Manuel in expositione motus proprij Pij V. de hac re *n. 10.* Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo ingressus monasteriorum monialium. n. 6.* Sed parum dicunt: nam quamuis ignorantia esset crassa, excusaret ab hac censura, quia quoties textus vtitur verbo *præsumant*, excusat ignorantia quantumcumque crassa, nisi adeò crassa esset, vt meritò diceretur ingens temeritas, vt probaui *lib. 9. de matrimonio disput. 32. n. 38 iunctis 36. & 39.*

censura lata in committentes aliquod delictum, non comprehendat mandantes, aut consulentes illud admitti, nisi in canone ferente censuras exprimantur, vt latissimè probaui *lib. 3. de matrim. disp. 49. n. 2.*

Secundò deducitur, quid dicendum de monialibus, 95
quæ cum persona iam illicitè ingressa in monasterium confabulantur, ipsãque comitantur. Aliqui (vt refert Manuel in expositione motus proprij Pij V. de hac re *n. 9.*) loquentes de eo motu proprio Pij V. quo pœnis aliquibus subiecit admittentes fœminam aliquam in virorum monasterium, his verbis; *ne eas introducere, admittereve præsumant*, dicunt non incurrere has pœnas religiosos confabulantes cum fœmina iam ingressa, aut illam comitantes, quia non dicuntur introducere, nec admittere ad ingressum, cùm iam illa ingressa esset. Sed Manuel *ibi*, & Sorbus *n. 4.* vbi allegatus est n. præced. dicunt incurrere loquentes de eodem motu proprio Pij V. atque idem consequenter dicent de monialibus in nostro casu, vbi eodẽ verbo (*admittere*) vtitur Gregor. XIII. probãtque Manuel, quia (*admittere*) in sua propria, & rigorosa significatione significat etiã approbare iam factum, vt testatur Calepinus *verb. admittere*. Rebuffus *l. 14. §. rem admisisse videtur. ff. de verborum significatione*. Item, quia Bartolus *l. si per vim. num. 2. C. de iis, quæ vi*, vbi tradit, illum, cui alterius in domum admissio interdicta est sub aliquibus pœnis, eas incurrere, si cum iam ingresso cõfabuletur. Præterea, quia in communi loquendi modo ad suam familiaritatem quispiam alium admittere dicitur, qui cum illo loquitur. Tandem mens Pontificum fuit, vitare scandala, ac mentis diuagationes, quæ ex admissione personarum secularium consurgũt, quæ quidem nõ minus in hoc casu prouenium. At religiosos priuatos existimo nõ per hoc incurrere, nisi colloquio illo, aut comitatu cooperentur ad eũ ingressum, quia vt hi incurrant, exigitur aliqua positiua cooperatio in illis, vt diximus suprà. Alij verò, quibus ex officio incumberet, non incurrerent ratione illius loquelę, aut comitatus, sed quia non resistũt potentes, & ad id obligati. Quare si impedire non possent, nec illa loquela, aut comitatu essent causa, non incurrerent. Et Bart. pro contraria parte falsò allegatur, nec enim verbum dicit; & Calepinus, & Rebuffus non dicunt absolutè, & semper (*admittere*) esse approbare iam factum; sed iuxta additum nomen, vt, rem factam admittere: & similiter dicentur admittere, quando ingressum ita approbarent, vt essent causa.

Tertiò deducitur, non incurrere has censuras mo- 96
nialem, qualiscumque illa sit, quæ ex aliqua inaduertentia, oblitione, aut negligentia admitteret ingredientes illicitè: quia motus proprius ait; *admittere præsumant*. Quæ verba ausum temerarium, & præsumptionem postulant. Sic Nauar. *comm. 4. in. 62. not. ab 25. de regular.* Suarez *1. tomo in 3. p. disp. 22. sect. 6. n. 14.* Manuel *quæst. regularib. tomo 1. q. 47. art. 1.* & in expositione motus proprij Pij V. de hac re, *n. 11.* Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo ingressus monasteriorum monialium. n. 6.* Sed parum dicunt: nam quamuis ignorantia esset crassa, excusaret ab hac censura, quia quoties textus vtitur verbo *præsumant*, excusat ignorantia quantumcumque crassa, nisi adeò crassa esset, vt meritò diceretur ingens temeritas, vt probaui *lib. 9. de matrimonio disput. 32. n. 38 iunctis 36. & 39.*

Tandem deducitur, nõ incurrere religiosum, qui fœ- 97
minas bono fine in virorum monasteria admitteret, vt essent absconsæ: quia non dicitur ausu temerario admittere, nec præsumere. Sic Manuel *eo. n. 11.* & Sorbus n. præced. allegari, & loquuntur de motu proprio Pij V. quo interdicitur præsumere admittere fœminas in monasteria virorũ: & cõsequenter idẽ dicent in nostro casu de monialibus admittẽtibus bono fine personas ingredientes illicitè in monasteriũ. Quia est eadẽ ratio, & hic motus proprius vtitur eodẽ verbo, *admittere præsumant*.

98 Septima difficultas est circa vltimas pœnas, quarum neminimus n.72.statutas in alio motu proprio Gregorij XIII. qui incipit; *Dubiis quæ emergunt*, contra Prælatos ingredientes in Cœnobia monialium sibi subdita, extra necessitatis casus, quomodo intelligantur. In eo enim motu proprio, postquam interdixit omnibus Prælatis, etiamsi Cardinalatu, & quacumque alia dignitate præditi sint, siue seculares, siue regulares sint, quibus monialium cura incumbit, ne ingrediantur extra casus necessitatis monialium monasteria, & tunc non soli, sed à paucis, iisque senioribus, religiosisque personis comitati, descendens ad pœnas contra facientibus statuendas, sic ait; *Serio monemus, vt facultate huiusmodi, qui eam habent præterquam in casibus (vt præfertur) necessariis, neutiquam vtantur. Quod si contra fecerint, statuimus, qui pontificalis dignitatis fuerint, pro prima vice, quæ contrà fecerint, ingressu Ecclesiæ interdicto: pro secunda, numero pontificali, & à diuinis suspensos, ac deinceps ipso facto absque alia declaratione excommunicatos existere; regulares vero omni officio, ac ministerio priuatos excommunicationi similiter subiacere.* In quibus verbis nullam censuram ex his sibi Pontifex referuat, & omnes incurruntur ante Iudicis sententiam, præter priuationem officiorum, ac ministeriorum, quam incurrunt quando sunt Prælati regulares, qui ingrediuntur, quia sunt suspensio, & interdictum, & excommunicatio, quæ iuxta communem sic incurruntur, vt probaui *lib.9.de matrim.disputat. 30. numero* 1. Quare minus bene Sorb. *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo ingressus monasteriorum monialium, in suis annotat.num.10. verf.notandum est, an committens occulte*, ait exigi sententiam Iudicis, quando non dicit, *sint suspensi ipso facto*; nec additur, *absque alia declaratione.* At priuationem illam indigere Iudicis sententia diximus cap.præceden.num.64.& 65.& ibidem num.66. explicuimus, quid nomine administrationis, & officiorum includatur, & num.77. & 78. quis possit in hac pœna dispensare; quis autem possit in suspensione, & interdicto ab ingressu Ecclesiæ, dicemus cap. sequent. num.41.

99 Ex quibus verbis apertè colligitur, solos Prælatos seculares pontificali dignitate præditos, & quoscumque Prælatos regulares iis pœnis subiici. Quare vicarij Episcoporum, & quicumque Abbates, & Prælati seculares habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, ingredientes monasteria monialium sibi subdita, præter casus necessitatis, nullis pœnis subduntur; quia motus proprius, vt constat ex verbis eius num. præceden. allegatis, ersi omnibus Prælatis eiusmodi ingressum interdixerit, at descendens ad contrauenientium pœnas, solùm meminit Prælatorum secularium dignitatem pontificalem habentium, & quorumcumque Prælatorum regularium.

100 Nec etiam incurrent Prælati quicumque, qui soli in casibus necessitatis ingrederentur, vel comitati personis non habentibus conditiones petitas in eo motu proprio. Quia dum ille transgressoribus pœnas statuit, tantùm meminit Prælatorum ingredientium citra casus necessitatis.

101 Secundò deducitur, Prælatos pontificali dignitate præditos incurrere excommunicationem pro tertio, & quibuscumque deinceps ingressibus absque causa necessaria, non autem pro primo, ac secundo. Quia postquam motus proprius imposuit alias pœnas primo, & secundo horum ingressui, subiunxit ea verba, *ac deinceps excommunicatos existere.* Quorum verborum apertus est sensus, id est, pro vlterioribus ingressibus subiaceant excommunicationi: & ita explicat Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine, *in* §.7.

102 Sed dubium est, an Prælati regulares ingredientes præter casus necessarios in Cœnobia monialium sibi subdita, incurrant prima & secunda vice pœnas in eo motu proprio statutas. Llamas allegatus num.præced. affirmat eas non incurrere, sed pro solis tertio, & vlterioribus ingressibus. Ducitur, quia motus proprius loquens de Prælatis pontificali dignitate insignitis, statuit pro prima & secunda vice diuersas pœnas, & pro vlterioribus excommunicationem, & statim subiunxit pœnas pro Prælatis regularibus. Ergo ex adiunctis intelliguntur eæ pœnæ pro Prælatis regularibus, quando tertiò, & vlteriùs ingrediuntur. Verùm hoc non admitto, sed credo, quacumque vice ingrediantur extra casus necessarios, eas pœnas incurrere. Ducor, quia non connexuit pœnas horum Prælatorum cum pœnis pro tertio ingressu Episcoporum, quasi eæ quoque pro solo illo accipiendæ sint; sed priùs statuit pœnas Episcopis, distinguens in illis ingressus: & postea descendit ad Prælatos regulares, nullam distinctatis ingressuum mentionem faciens; & sic horum pœnas cõnexuit cum pœnis illorum, non autem cum numero ingressuum.

103 Vltima difficultas est circa omnes pœnas hucusque relatas, siue ingredientium illicitè, siue admittentium, an eæ incurrantur, quando delictum ingressus, vel admissionis est omnino occultum, at prodit in actum externum? De qua re latè Manuel in expositione motus proprij Pij V. de hac re, *num.12.vsque ad 32.* Sed non est cur remoremur, quia quæstio non pertinet ad hunc locum, sed est generalis in omnibus censuris, & ideo ad illam materiam spectans; atque idcirco breuiter dico, Castrum *lib.2. de lege pœnali. cap.vltim. in 5.principali conditione*, tenere censuras præter excommunicationem non incurri ob tale delictum occultum. Et in propriis terminis motus proprij Pij V. contra fœminas ingredientes monasteria virorum, tenet Llamas *in methodo curationis*, in appendice. §.7. At longè est à veritate aliena hæc sententia; & ideo dicendum est, omnes censuras incurri ob eiusmodi delictum. Quod satis apertè colligitur ex Tridentino *sess.24.cap.6.de reformat.* dum concedit Episcopis posse absoluere ab omnibus censuris ob delictum occultum contractis. Atque ita Sayro *de censuris lib.6. cap.2. num.19.* refert Castrum, viso hoc Tridentini loco recantasse palinodiam *eo cap.vltim. in fin.in sua posteriori editione*, & tenent multi, quos refert, & sequitur Couarr. *Clement.si furiosus.2.p.§.3. num.* 4. Corduba *in suo quæstionario. lib.1. quæst.* 35. & in propriis terminis dicti motus Pij V. tenet Manuel in eius expositione, *num.*31. Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo ingressus monasteriorum monialium, in suis annotationibus num.10.verf.notandum est, an committens occulte.*

104 Tandem aliæ sunt excommunicationes antiquiores contra ingredientes peculiaria monialium monasteria, quas referunt collector priuilegiorum Mendicantium, *verbo ingressus monasteriorum monalium*, & Manuel *quæst. regul.tomo 1.quæst.47.art.1.initio, & art.2.initio.* Nam Gregor. IX. & Eugenius IV. excommunicationem ipso facto incurrendam promulgarunt aduersùs præsumentes ingredi monasteria Sanctæ Claræ & Boniface IX. aduersùs præsumentes ingredi ..... ordinis Prædicatorum, & Iulius II. aduersùs ingredientes monasteria Conceptionis.

SVMMARIVM.

An liceat frequentare monasteria monialium? proponitur duplex textus interdicens. n.105.

An non sola visitationis frequentia, sed quicumque accessus interdicatur etiam religiosis, & feminis? n.106.

Quæ pœnæ imponuntur frequentantibus monasteria monialium, & quo pacto intelligantur, & an exigant monitionem, & satis sit post monitionem semel accedere? n.107.

An vltra has pœnas possint clerici excommunicari, & deponi? n.108.

Quid intelligatur per frequentiam adeundi monasteria? referitur duplex sententia. numero 109. & 110.

Explicatur sententia authoris. n. 111.

Quid intelligatur per monasteria frequentanda. numero 112.

Ad frequentandos monialium monasteria, vel accedendum ad ipsa, an exigatur causa, & qualitas. 113.

An exigatur superioris licentia, & cuiusmodi? n. 114.

Referuntur varia prohibitiones loquendi cum monialibus. numero 115.

Explicatur, an vbique obliget quoddam Romæ edictum interdicens loqui, aut scribere monialibus? n. 116.

Excommunicatio edita à Gregorio XIII. in quosdam regulares monialibus scribentes, an liceat scribentes, quando litera non peruenire ad moniales? & explicatur hoc axioma, verba cum effectu sunt intelligenda. numero 117.

Qualiter si atribus Minoribus interdicatur suæ regula accedere ad monialium monasteria, & quorum licentia hoc ingressu indigeat remissiuè. n.118.

An sit culpa lethalis accedere sine iusta causa ad monialium Cœnobia, aut illa frequentare? referitur quædam sententia. num.119.

Sententia authoris. n. 120.

105 QVÆSTIO vltima. An non solùm ingressus in monasteria monialium, sed etiam accessus virorum ad eas inuisendas, vel alloquendas, vel ad ipsas mittere literas sit interdictum? Ansam dubitandi præbet *c. periculosi, in princip. de statu regularium, in 6.* ibi; *nullique aliquatenus inhonestè personæ, nec etiam honestæ, nisi rationabilis, & manifesta causa existat, ac de illius, ad quem pertinuerit, speciali licentia ingressum, vel accessum pateat ad easdem moniales.* Et quamuis aliquis prætendere possit hunc textum quoad hoc esse consuetudine abolitum, sicut abolitus quoque erat quoad ingressum in monasteria monialium; responder Nauarrus *comment.4.num.61.initio, de regularibus*, & Manuel *quæstionibus regularib.tomo 1.quæst.45.art. 4.verf.pro huius difficultatis*, cum textum esse innouatum in Concil. Trident. *sess.25.de regular. cap.* 5. & in motu proprio Pij V. qui incipit: *Circa pastoralis officij*, ibi: *quam nos etiam approbamus, & innouamus in omnibus, ac per omnia, ac illam districtè obseruari mandamus.* Quod si dicas non innouati eum textum nisi quoad monialium clausuram, de qua & Tridentinum, & motus proprius egerunt: obstat huic obiectioni, quod Pius V. dixerit, *in omnibus, & per omnia*, eo vel maximè quod ad perfectam monialium clausuram non parum conducat, nec ingredi, nec accedere ad ipsarum monasteria. Ansam similiter dubitandi præbet *cap.monasteria, de vita, & honestate clericorum*, ibi, *Monasteria sanctimonialium si quisquam clericus sine manifesta, & notabili causa frequentare præsumpserit, per Episcopum arceatur, & si non desisterit, ab officio ecclesiastico reddatur immunis: si laici, excommunicationi subdantur, & à cœtu fidelium fiant penitus alieni.* Qui textus sigillatim explicandi sunt.

106 Non eodem modo vterque textus loquuntur, sed se habent tanquam excedens, & excessum. Quippe *eo.c.monasteria*, solùm interdicitur frequens monialium visitatio: at prohibitio aucta est *dicto c. periculosi*, vbi simpliciter interdicitur omnis accessus; atque ita notat Nauarrus *commentar.4. num. 61.initio, de regularibus.* Insuper *cap. monasteria*, de solis clericis, & laicis sermonem habet. Quare cùm materia hæc sit stricta, & pœnalis, nomine clericorum non comprehenduntur religiosi, nec clerici in dignitate aliqua constituti, nec canonici Ecclesiæ cathedralis, vt probaui suprà num. 75. At textus *cap. periculosi*, vniuersaliter loquitur, & apertè, tam de viris, quàm de fœminis; tum quia dicit, *nulli inhonestæ personæ, nec etiam honestæ*: tum etiam, quia statim dicit, *ingressus, vel accessus pateat ad ipsas moniales.* At manifestum est, ingressum interdictum esse tam viris, quàm fœminis. Ergo idem dicendum est de accessu.

Excedit autem prohibitio textus *dicti cap.monasteria*; 107
nam *cap. periculosi*, nulla pœna imponitur accedentibus in monasteria monialium: at *cap.monasteria*, præsumentes ea frequentare, si clerici sint, & ab Episcopo moniti non desiterint, iubetur Episcopus ab officio ecclesiastico immunes reddere, id est, suspendere. Si autem laici sint, nec moniti ab Episcopo desiterint, iubetur Episcopus eos excommunicationi subdere, & à cœtu fidelium facere penitus alienos; quæ censuræ non latæ, sed ferendæ sunt, vt apertè constat ex contextu ibi, *excommunicationi subdantur, & à cœtu fidelium fiant penitus alieni.* Quæ verba, cùm sint futuri temporis, important sententiam ferendam, vt latè probat Tiraquellus *l.si vnquam verb.reuertatur.num.39.& sequentibus.C. de reuocandis donationibus.* Quod si obiicias, videri ea verba superflua, *& à cœtu fidelium*, &c. cùm priùs dicatur, eos laicos esse excommunicandos, excommunicati autem sit à cœtu fidelium excludi. Quidam dicunt, vt refert Cardinalis statim allegandus, quod prior pars intelligatur de excommunicatione minori, posterior autem de maiori. Sed optimè reprobat, quia excommunicatio simpliciter prolata, intelligitur semper de maiori. *cap.si quem, de sententia excommunicationis.* Quare legimus eosdem verborum sensus est, vt coniunctio (*&*) sumatur pro, id est, quia quando copulatiua dictio ponitur inter duo, quorum alterum est sequela, & effectus alterius, significat idem quod, id est. Facit *l.1.ff. de pactis*, cum ibi notatis; atque ita docent Ioannes Andreas *eo.cap.monasteria. num.*4. Hostiensis *in fine.* Antonius *num.6.* Abbas *num.4.* Imola *statim princip.* Ancharanus *num.*5. Cardinalis *num.* 3 *apposit.*2. Secundò prior pars intelligitur de excommunicatione maiori, posterior autem de eius denuntiatione, vt sic à fidelibus cuitentur. Sic Ioannes Andreas, Abbas, Ancharanus *ibidem.* Quatenus autem dicit textus *eo.cap.monasteria*, vt antequam hæ pœnæ infligantur frequentantibus monasteria, arceantur illi ab Episcopo, sensus est, id est, monendo corrigantur, vt bene explicant Ioannes Andreas *ibi.num.*2. & Cardinalis *num.*1. Quare optimè docent Glossa *ibi. verb. non desiterit*, & Hostiensis *num.* 2. Abbas *num.*5. opus esse, vt his pœnis monitio procedat. Postquam autem moniti fuerint, satis est, vt his pœnis plecti possint, si vel semel tantùm post monitionem accedant ad monasteria monialium, quia ex tunc sunt contumaces. Sic Hostiensis *eo.cap.monasteria. numero* 1. *verbo immunis.* Ioannes Andreas *num.*5. Antonius *fine.* Cardinalis *numero* 1. Imola *fine.* Ancharanus *fine.*

Clerici quoque frequentantes monasteria, si moniti 108
non reliquerint, possunt vltra pœnas *dicti cap.monasteria*, excommunicari, & tandem deponi, vt constat ex textu *cap.vt clericorum, de vita, & honestate clericorum.* Et ita docent Ioannes Andreas *eo. cap. monasteria. num.* 3. Antonius *numero* 9. Cardinalis *numero* 1. Imola *statim, in principio.*

Quod si petas, quid intelligatur per frequentandi ad- 109
eundi monasteria, interdictam *in eo.cap. monasteria.* Varia sunt sententiæ: quidam dicunt binum aditum esse frequentiam. Ducuntur ex *cap.in nos.* 25 *quæstione* 2. vbi loquens textus de geminata Pontificis cæde, subdit; *Quapropter iam vsus vsum.* vbi Glossa *verbo vsum*, ait in criminibus duabus vicibus induci frequentiam: & ex *cap.*3. *in fine. C. de Episcopali audientia*, vbi textus remissionem criminis his commissi, ait imputari consuetudini. Et Glossa *verbo consuetudinis*, dicit duabus vicibus induci in criminibus consuetudinem. Quod idem tradit Archidiaconus *cap. illud, in fine. d.* 32. & ideo hanc sententiam in propriis nostris terminis tenet Glossa *eodem cap. monasteria, verbo frequentare*, & Abbas *ibi.numero* 5. re latè disputata, quæstionem hanc indecisam relinquit.

Alij eam frequentiam accipiendam dicunt iuxta 110
communem loquendi vsum, relinquique prudenti ar-

UNIVERSIDAD DE NAVARRA BIBLIOTECA GENERAL DE HUMANIDADES

bitrio quando illa dicantur. Sic Hostiensis *eodem cap. monasterio. numero 2. verbo frequentare. el 2.* & ibi Ioannes Andreas *in fine*, Antonius *fine*, Cardinalis *fine*, Ancharanus *fine*, Imola *fine*. Nauarrus *commentario 4. numero 61. verbo quibus addo, de regular.* Manuel *quæstionum regularium tomo 1. quæstione 45. art. 4.* Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine, *in §. 4.* Quare Nauarrus, & Manuel arbitrantur, non esse frequentiam, si quis moniales duodecies tribus annis, semel singulo quoque trimestri alloqueretur: at esse frequentiam si ter tribus diebus continuis. Llamas autem dicit esse frequentiam loqui duabus vicibus vna die, vel duabus diebus continuis, non autem toto mense duas vices.

111 Et hæc posterior sententia placet, vt relinquatur prudentis arbitrio: sed existimo nimis strictum esse arbitrium prædictorum Doctorum, quare tunc credendum esse frequentiam, quando semel singulis mensibus, aut ter tribus diebus continuis.

112 Nomine autem monasteriorum, quorum frequentia interdicitur *eodem cap. monasteria*, quidam dicunt intelligi tam ipsas moniales, vt sic fumatur continens pro contento, quara etiam ipsamet monasteria: quod in ipsorum quoque frequentia periculum sit. Ita docent Hostiensis *eodem cap. monasteria. numero 1.* & ibi Ioannes Andreas *numero 1.* Abbas *num. 3. opposit. 1.* Imola *num. 1.* Cardinalis *num. 3. opposit. 1.* Quare Antonius *ibi, in fin.* quærit, an pœnæ illas textus locum habeant in frequentantibus sola monasteria; & refert quoddam dicere non habere locum, & alios habere locum, ac in vltimo loco videtur eam sententiam amplecti. Sed melius Innocentius *ibidem. n. 12.* explicat, id est, moniales. Quare optime Nauarrus *commentar. 4. num. 61. vers. 5. quod per illa* & Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæstione 45. art. 2.* dicunt non interdici frequentiam, nec accessum ad monasteria, causa audiendi diuina, vel alia, quam causa loquendi, vel aspectus actiui, aut passiui.

113 Sed ne frequentia, aut accessus ad monasteria monialium culpabilis sit, exigitur causa rationabilis, & manifesta coniunctim. Quia textus *dicti cap. monasteria*, petit coniunctim vtrumque. Sic Innocentius *eodem cap. monasteria. num. 12.* & ibi Hostiensis *num. 2. verbo manifesta*, Abbas *num. 1.* Cardinalis *num. 3. notab. 1.* Ancharanus *num. 3.* Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæstio. 45. art. 2. vers. pro huius difficultate.* Non satis autem est consanguinitas; idque videtur comprobari ex 7. Synodo. cap. 20. & refertur *cap. dissimilem. 18. quæst. 2.* quia non modicum detrimentum patiuntur moniales ex hac consanguineorum frequentia. Et ita docent Hostiensis *eodem cap. monasteria. num. 2. verbo per Episcopum*, & ibi Ioannes Andreas *num. 2.* Abbas *num. 3.* Ancharanus *num. 3.* Antonius *num. 8.* Imola *num. 2.* Cardinalis *num. 3. notab. 1.* Sed hinc excipiendum parentes, & fratres, sororesque monialis: quod horum frequentia non sit indecens, nec scandali causa; & multo minor causa ad accessum petitur, quam ad ingressum, vt ex se patet, & docet bene Manuel *ex. ar. 4. vers. circa causam*, quia longè minus est accedere, quam ingredi.

114 Insuper exigitur licentia superioris vltra prædictam causam, vt expressè petitur *eodem cap. periculosè, in principio.* Sufficit autem licentia expressa, vel tacita, vt quando Prælatus videns accessum, & potens contradicere, tacet. Abbatissaque potest eam licentiam concedere, nisi quando Prælatus alicui accessum interdicit. Hęc Manuel *eodem art. 4.*

115 Alij extant textus de confabulationibus cum monialibus loquentes, vt *cap. dissimilem. 18. quæst. 2.* quod ex 8. Synodo sancitum est, vt si necessaria vitæ ad moniales deferuntur, ea extra tantum Abbatissa suscipiat, & monachus propinquam monialem inuisere volens, cum ea modicè, & breuiter, ac in præsentia Abbatissæ loquatur, ac statim abeat: & in Concilio Cabilonensi II. canone 55. dicitur, ne Abbatissa horis incommodis cum viris clericis, aut laicis loquatur; & canone 56. ne Abbatissa, nec aliqua monialium à vespera vsque ad primam cum quibuslibet viris colloquium habeat, nisi ita necessarij, vt euitari nequeat, & tunc coram testibus; & canone 61. dicitur, vt nulli monialí viros alloqui integrum sit, nisi in auditorio, & coram testibus, & *cap. 10. actione 18. q. 2.* quod est ex Concil. Hispalensi II. *cap. 11.* dicitur non licere Abbati, nec alij superiori loqui cum monialibus, præterquam cum Abbatissa, & de iis, quæ ad earum institutionem pertinent, nec cum Abbatissa, nisi rarò, & breuiter, & præsentibus duabus, vel tribus personis. Et anno 1590. editum est decretum à sacra Cardinalium Congregatione, vt nulli religioso, exceptis superiore monialium, & confessario ordinario, & extraordinario, cùm ad tempus deputabitur, liceat absque expressa eiusdem Congregationis licentia accedere ad monialium Cœnobia, siue sui, siue alieni ordinis, nec ipsas moniales alloqui, nec alias personas intra clausuram existentes; & confessariis similiter interdixit, ne in ædibus monasterij, vel eis contiguis pernoctent, aut alios pernoctare faciant, neve ibi comedant, bibant, reficiantur, aut cibum sumant, excepto confessore; quæ omnia, ac singula præcepit obseruari sub pœna priuationis officiorum, & vocis actiuæ, ac passiuæ ipso facto incurrenda.

116 Præterea Nauarrus *commentar. 4. num. 61. de regularib.* refert Romæ esse edictum à vicario Pontificis de eius commissione promulgatum, nequis vir, vel fœmina nocte, aut die loquatur, vel scribat alicui monialí, vel Prælatæ, vel puellæ in monasterio quicumque de causa inclusæ, absque vicarij Pontificis, aut protectoris ordinis licentia, sub pœna quingentorum aureorum, & alia arbitraria, exceptis deferentibus eleemosynas, aut operarum manuum ab eis facienda, qui solam Abbatissam, aut eius vicariam alloqui poterunt. Sed Nauarrus *ibi*, & Manuel *quæstionum regularium tomo 1. quæstione 45. art. 3.* ait, & bene, decretum hoc ad alias prouincias non extendi; cuius signum est exigi licentiam vicarij Papæ, aut protectoris ordinis, qui Romæ solùm commorantur.

117 Atque Gregorius XIII. præcepit quibusdam regularibus sub excommunicationis latæ sententiæ, ne scriberent monialibus sui ordinis. Circa quod decretum dubitari potest, an earn excommunicationem incurrant, qui moniali scripsêre, at literæ ad ipsam non peruenerunt. Cui quæstioni optime satisfaciunt Nauarrus *libro 5. consilio. de sententia excommunicationis. in 1. editione. toto consilio 60. in 2. toto consilio 19.* & Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæstione 45. art. 3.* dicentes hos peccasse contra obedientiam, at non incurrisse excommunicationem, quia esti id axioma, verba cum effectu sunt intelligenda, deductum ex *l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iuris*, & *cap. hæc autem verba, de pœnit. d. 1.* non sit intelligendum de quocumque effectu extrinseco, sed illo solo, quem verba propriè significant, vt ex omnis probat idem Nauarrus *eodem cap. hæc autem verba. num. 10. & 11.* & nullo est effectus intrinsecus, quem significant illa verba; at hoc intelligendum est, nisi legislator alius disponens petat tacitè, vel expressè effectum etiam extrinsecum, vt probatur ex *l. 1. si Balsateram. C. de fideiussor.* quæ habet, promittentem inuenire latronem, non satisfacere inueniendo, nisi eum captum Iudici exhibeat. Addit autem Nauarrus eos incursuros excommunicationem, si præfatæ literæ peruenissent per relationem personarum fide dignarum ad monialem. Sed hoc non approbo: quia hoc non est verè peruenire literas, sed quoddam illarum nuntium.

118 Quilibet autem fratribus Minoribus sit sua regula interdictum accedere ad monialium monasteria, & qui superiores possint eis licentiam concedere, consulendus est Manuel *qq. regularium 1. q. 45. art. 4. & triplici sequenti.*

Tandem

119 Tandem diffinitum est, an culpa lethalis sit accedere absque legitima causa ad monasteria monialium, aut illa frequentare, contra prohibitionem *cap. monasteria, de vita, & honestate clericorum*, & *cap. periculosè, in principio, de statu regularium, in 6.* quam hactenus explicuimus. Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fin. §. 4. dicit esse culpam lethalem frequentiam hanc in clericis, vel laicis, quod grauibus pœnis plectatur *eodem cap. monasteria.* Atque idem docet Manuel *quæst. regularib. tomo 1. quæstione 45. art. 4.* Secus, inquit, est de vno, vel altero accessu; is enim ex materiæ leuitate, quando absque causa iusta est, aut absque legitima licentia, venialis est.

120 Verum existimo, secluis aliis extrinsecis scandali, aut mali finis circumstantiis, non esse culpam mortalem eam frequentiam absque iusta causa, & licentia, nisi frequentans ab Episcopo monitus non desistat. Ducor, quod *dict. cap. cum monasteria*, eas pœnas graues non statuat ante prædictam monitionem: nec, secluis his circumstantiis, sit materia adeò grauis. Præterea, quia Caietanus *in summa, verbo clericorum peccata, vers. nec obstat. dicit*, ait nulla clericis iure prohibita obligare illos ex vi illius prohibitionis, secluis circumstantiis extrinsecis, sub culpa lethali, donec contumacia adsit non obediendo moritiani. Atque in nostris proprijs terminis docet Nauarrus *summa Latina, & Hispana cap. 25. numero 10.* Et quamuis de culpa veniali etiam dubitare videatur: at credo accessum sine iusta causa, aut absque licentia esse venialem, nedum frequentiam. Cui etiam addo, rarissimè attentis circumstantiis extrinsecis frequentantes excusari à mortali. Quia rarissimè non inde scandalum consurget, & rarissimè deficiet finis aliquis turpis. Si tamen ex circumstantiæ concurrerent, vt hæc deficerent, erit sola culpa venialis, vt diximus.

CAPVT XVII.

De clausura monasteriorum virorum quoad ingressum fœminarum in ea.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint. n. 1.
Proponuntur textus interdicentes ingressum fœminarum in virorum monasteria. n. 1.
An interdicatur ingressus puellarum, & fœmarum? refertur duplex sententia. n. 2.
Sententia authorum. n. 4.
An comprehendantur Reginæ, Imperatrices, & filiæ earum? num. 5.
An possint habentes facultatem ingrediendi, ingredi alias fœminas comitatæ? n. 6.
An possint ingredi sandatrictis? n. 7.
An comprehendantur in hoc motu proprio fœminæ quæ non ingrediuntur virorum aliquarum facultatum, & admittentes? rem sinit. n. 8.
An sit mortale eas ingredi, aut religiosis eas admittere, secluso prohibitione huius motus proprij? n. 9.

1 QVADRVPLEX est quæstio disputanda. Prima est. Quarum fœminarum ingressus in virorum monasteria interdicatur. Secunda. Quid nomine monasterij comprehendatur. Tertia. In quibus casibus sit ingressus hic licitus. Vltima. Quas pœnas incurrant fœminæ extra casus licitos ingredientes, ac religiosi, qui eas admittunt, & cuius sit in eis dispensare.

2 QVÆSTIO prima. Quarum fœminarum ingressus in monasteria virorum interdicatur. Præmittendum est, ingressum hunc interdici in motu proprio Pij V. qui incipit; *Regularium personarum*, editusque est anno 1566. die 25. Octobris, vbi postquam reuocauit omnes facultates, etiam ab Apostolica Sede quomodocumque concessas mulieribus cuiuscumque status, etiamsi comitissæ, marchionissæ, & ducissæ sint, ingrediendi monasteria monialium, hæc addidit; *districtè prohibentes mulieribus prædictis facultates, & licentias pretendentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, postquam harum literarum notitiam habuerint, a quæ non possint, nisi à Romano Pontifice absolui, præterquam in mortis articulo, ne dictas domos, aut monasteria ingredi audeant.* & statim subdit alias pœnas religiosis illas admittentibus. Aliam etiam morum edidit Gregorius XIII. quo interdixit ingressum, siue fœminarum, siue virorum in monasteria monialium, & ingressum fœminarum in monasteria virorum, de quo satis egimus toto capite præcedenti.

3 Prima difficultas est, an sub hac prohibitione comprehendantur puellæ cuiuscumque ætatis, & fatuæ? Quidam censent non prohiberi ingressum puellarum, quæ sunt decem annorum. Ducuntur, quod motus proprius Pij V. de mulieribus loquatur. At nomine mulierum illæ solæ comprehendantur, quæ impuditicitiis aptæ sunt; sic tenet Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fin. §. 13. *ad finem*, Immo Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, in suis annotationibus. numero 2. verbo adueniendum, quod sub nomine*, ait posse dici solas mulieres comprehendi, quæ consummando matrimonio aptæ sunt; quod quidem in anno duodecimo, nisi malitia supplear ætatem, contingere solet. Alij autem censent comprehendi puellas maiores sex annis, non autem quando sunt minores; & hoc dicit Sorbus *ibidem* fortè esse verius, & idem tenet Manuel in expositione huius motus proprij, *numero 12.* vbi etiam ait, interdici quoque ingressum mulieris fatuæ.

4 Sed dicendum est idem prorsus, quod diximus cap. præcedent. numero 3. & sequentibus de ingressu puerorum, & puellarum in monasteria monialium: nam quod ibi de pueris dictum est, de puellis hic dicendum. Quia eadem videtur ratio, nec obstat Pium V. nomine mulierum vsum esse, quia reuera illo nomine fœminas quascumque comprehendere voluit ætatis aptæ ad rationis vsum, vel fatuas puberes, quæ ad peccandum incitare possunt.

5 Secunda difficultas est, an comprehendantur quoque Reginæ, Imperatrices, & earum filiæ, ita vt facultates his concessæ censeantur reuocatæ? Respondetur, nequaquam comprehendi; quia Pontifex reuocans facultates multum cuiuscumque conditionis, explicuit, etiamsi commisse, marchionissæ, aut ducissæ sint, vbi Reginarum, Imperatricum, & filiarum non meminit; cùm tamen iure optimo earum meminisse oporteret, tanquam speciali nota dignarum, si illas comprehendere voluisset. Quare nec ipsæ ingrediendo virorum monasteria, nec religiosi illas admittentes contrauenirent huic prohibitioni. Et sic bene docet Manuel *qq. regularium 1. quæstione 48. art. 1. vers. circa quam, statim in principio*, & in expositione huius motus proprij, *numero 3.* & satis videtur significare hoc esse verum, quamuis nullum ingrediendi hæc monasteria priuilegium haberet, cùm afferat eas sub hac prohibitione non comprehendi. Et ita existimo verum, quamuis Manuel *eodem art. 1. vers. circa quam, in fin.* timuerit circa filias Regarium, & Imperatricum, propter declarationem Gregorij XIII. de qua n. 7. mentionem faciemus, dicens standum esse ei declarationi, vbi de ea est authentica notitia. Sed adhuc ea stante existimo, quod diximus verum: nec enim credo filias has per ea verba generalia excludi, sed nomine Reginarum comprehendi.

bitrio quando illa dicantur. Sic Hostiensis *eodem cap. monasterio. numero 2. verbo frequentare. el 2.* & ibi Ioannes Andreas *in fine*, Antonius *fine*, Cardinalis *fine*, Ancharanus *fine*, Imola *fine*. Nauarrus *commentario 4. numero 61. verbo quibus addo, de regular.* Manuel *quæstionum regularium tomo 1. quæstione 45. art. 4.* Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine, *in §. 4.* Quare Nauarrus, & Manuel arbitrantur, non esse frequentiam, si quis moniales duodecies tribus annis, semel singulo quoque trimestri alloqueretur: at esse frequentiam si ter tribus diebus continuis. Llamas autem dicit esse frequentiam loqui duabus vicibus vna die, vel duabus diebus continuis, non autem toto mense duas vices.

111 Et hæc posterior sententia placet, vt relinquatur prudentis arbitrio: sed existimo nimis strictum esse arbitrium prædictorum Doctorum, quare tunc credendum esse frequentiam, quando semel singulis mensibus, aut ter tribus diebus continuis.

112 Nomine autem monasteriorum, quorum frequentia interdicitur *eodem cap. monasteria*, quidam dicunt intelligi tam ipsas moniales, vt sic fumatur continens pro contento, quara etiam ipsamet monasteria: quod in ipsorum quoque frequentia periculum sit. Ita docent Hostiensis *eodem cap. monasteria. numero 1.* & ibi Ioannes Andreas *numero 1.* Abbas *num. 3. opposit. 1.* Imola *num. 1.* Cardinalis *num. 3. opposit. 1.* Quare Antonius *ibi, in fin.* quærit, an pœnæ illas textus locum habeant in frequentantibus sola monasteria; & refert quoddam dicere non habere locum, & alios habere locum, ac in vltimo loco videtur eam sententiam amplecti. Sed melius Innocentius *ibidem. n. 12.* explicat, id est, moniales. Quare optime Nauarrus *commentar. 4. num. 61. vers. 5. quod per illa* & Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæstione 45. art. 2.* dicunt non interdici frequentiam, nec accessum ad monasteria, causa audiendi diuina, vel alia, quam causa loquendi, vel aspectus actiui, aut passiui.

113 Sed ne frequentia, aut accessus ad monasteria monialium culpabilis sit, exigitur causa rationabilis, & manifesta coniunctim. Quia textus *dicti cap. monasteria*, petit coniunctim vtrumque. Sic Innocentius *eodem cap. monasteria. num. 12.* & ibi Hostiensis *num. 2. verbo manifesta*, Abbas *num. 1.* Cardinalis *num. 3. notab. 1.* Ancharanus *num. 3.* Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæstio. 45. art. 2. vers. pro huius difficultate.* Non satis autem est consanguinitas; idque videtur comprobari ex 7. Synodo. cap. 20. & refertur *cap. dissimilem. 18. quæst. 2.* quia non modicum detrimentum patiuntur moniales ex hac consanguineorum frequentia. Et ita docent Hostiensis *eodem cap. monasteria. num. 2. verbo per Episcopum*, & ibi Ioannes Andreas *num. 2.* Abbas *num. 3.* Ancharanus *num. 3.* Antonius *num. 8.* Imola *num. 2.* Cardinalis *num. 3. notab. 1.* Sed hinc excipiendum parentes, & fratres, sororesque monialis: quod horum frequentia non sit indecens, nec scandali causa; & multo minor causa ad accessum petitur, quam ad ingressum, vt ex se patet, & docet bene Manuel *ex. ar. 4. vers. circa causam*, quia longè minus est accedere, quam ingredi.

114 Insuper exigitur licentia superioris vltra prædictam causam, vt expressè petitur *eodem cap. periculosè, in principio.* Sufficit autem licentia expressa, vel tacita, vt quando Prælatus videns accessum, & potens contradicere, tacet. Abbatissaque potest eam licentiam concedere, nisi quando Prælatus alicui accessum interdicit. Hęc Manuel *eodem art. 4.*

115 Alij extant textus de confabulationibus cum monialibus loquentes, vt *cap. dissimilem. 18. quæst. 2.* quod ex 8. Synodo sancitum est, vt si necessaria vitæ ad moniales deferuntur, ea extra tantum Abbatissa suscipiat, & monachus propinquam monialem inuisere volens, cum ea modicè, & breuiter, ac in præsentia Abbatissæ loquatur, ac statim abeat: & in Concilio Cabilonensi II. canone 55. dicitur, ne Abbatissa horis incommodis cum viris clericis, aut laicis loquatur; & canone 56. ne Abbatissa, nec aliqua monialium à vespera vsque ad primam cum quibuslibet viris colloquium habeat, nisi ita necessarij, vt euitari nequeat, & tunc coram testibus; & canone 61. dicitur, vt nulli monialí viros alloqui integrum sit, nisi in auditorio, & coram testibus, & *cap. 10. actione 18. q. 2.* quod est ex Concil. Hispalensi II. *cap. 11.* dicitur non licere Abbati, nec alij superiori loqui cum monialibus, præterquam cum Abbatissa, & de iis, quæ ad earum institutionem pertinent, nec cum Abbatissa, nisi rarò, & breuiter, & præsentibus duabus, vel tribus personis. Et anno 1590. editum est decretum à sacra Cardinalium Congregatione, vt nulli religioso, exceptis superiore monialium, & confessario ordinario, & extraordinario, cùm ad tempus deputabitur, liceat absque expressa eiusdem Congregationis licentia accedere ad monialium Cœnobia, siue sui, siue alieni ordinis, nec ipsas moniales alloqui, nec alias personas intra clausuram existentes; & confessariis similiter interdixit, ne in ædibus monasterij, vel eis contiguis pernoctent, aut alios pernoctare faciant, neve ibi comedant, bibant, reficiantur, aut cibum sumant, excepto confessore; quæ omnia, ac singula præcepit obseruari sub pœna priuationis officiorum, & vocis actiuæ, ac passiuæ ipso facto incurrenda.

116 Præterea Nauarrus *commentar. 4. num. 61. de regularib.* refert Romæ esse edictum à vicario Pontificis de eius commissione promulgatum, nequis vir, vel fœmina nocte, aut die loquatur, vel scribat alicui monialí, vel Prælatæ, vel puellæ in monasterio quicumque de causa inclusæ, absque vicarij Pontificis, aut protectoris ordinis licentia, sub pœna quingentorum aureorum, & alia arbitraria, exceptis deferentibus eleemosynas, aut operarum manuum ab eis facienda, qui solam Abbatissam, aut eius vicariam alloqui poterunt. Sed Nauarrus *ibi*, & Manuel *quæstionum regularium tomo 1. quæstione 45. art. 3.* ait, & bene, decretum hoc ad alias prouincias non extendi; cuius signum est exigi licentiam vicarij Papæ, aut protectoris ordinis, qui Romæ solùm commorantur.

117 Atque Gregorius XIII. præcepit quibusdam regularibus sub excommunicationis latæ sententiæ, ne scriberent monialibus sui ordinis. Circa quod decretum dubitari potest, an earn excommunicationem incurrant, qui moniali scripsêre, at literæ ad ipsam non peruenerunt. Cui quæstioni optime satisfaciunt Nauarrus *libro 5. consilio. de sententia excommunicationis. in 1. editione. toto consilio 60. in 2. toto consilio 19.* & Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæstione 45. art. 3.* dicentes hos peccasse contra obedientiam, at non incurrisse excommunicationem, quia esti id axioma, verba cum effectu sunt intelligenda, deductum ex *l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iuris*, & *cap. hæc autem verba, de pœnit. d. 1.* non sit intelligendum de quocumque effectu extrinseco, sed illo solo, quem verba propriè significant, vt ex omnis probat idem Nauarrus *eodem cap. hæc autem verba. num. 10. & 11.* & nullo est effectus intrinsecus, quem significant illa verba; at hoc intelligendum est, nisi legislator alius disponens petat tacitè, vel expressè effectum etiam extrinsecum, vt probatur ex *l. 1. si Balsateram. C. de fideiussor.* quæ habet, promittentem inuenire latronem, non satisfacere inueniendo, nisi eum captum Iudici exhibeat. Addit autem Nauarrus eos incursuros excommunicationem, si præfatæ literæ peruenissent per relationem personarum fide dignarum ad monialem. Sed hoc non approbo: quia hoc non est verè peruenire literas, sed quoddam illarum nuntium.

118 Quilibet autem fratribus Minoribus sit sua regula interdictum accedere ad monialium monasteria, & qui superiores possint eis licentiam concedere, consulendus est Manuel *qq. regularium 1. q. 45. art. 4. & triplici sequenti.*

Tandem

119 Tandem diffinitum est, an culpa lethalis sit accedere absque legitima causa ad monasteria monialium, aut illa frequentare, contra prohibitionem *cap. monasteria, de vita, & honestate clericorum*, & *cap. periculosè, in principio, de statu regularium, in 6.* quam hactenus explicuimus. Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fin. §. 4. dicit esse culpam lethalem frequentiam hanc in clericis, vel laicis, quod grauibus pœnis plectatur *eodem cap. monasteria.* Atque idem docet Manuel *quæst. regularib. tomo 1. quæstione 45. art. 4.* Secus, inquit, est de vno, vel altero accessu; is enim ex materiæ leuitate, quando absque causa iusta est, aut absque legitima licentia, venialis est.

120 Verum existimo, secluis aliis extrinsecis scandali, aut mali finis circumstantiis, non esse culpam mortalem eam frequentiam absque iusta causa, & licentia, nisi frequentans ab Episcopo monitus non desistat. Ducor, quod *dict. cap. cum monasteria*, eas pœnas graues non statuat ante prædictam monitionem: nec, secluis his circumstantiis, sit materia adeò grauis. Præterea, quia Caietanus *in summa, verbo clericorum peccata, vers. nec obstat. dicit*, ait nulla clericis iure prohibita obligare illos ex vi illius prohibitionis, secluis circumstantiis extrinsecis, sub culpa lethali, donec contumacia adsit non obediendo moritiani. Atque in nostris proprijs terminis docet Nauarrus *summa Latina, & Hispana cap. 25. numero 10.* Et quamuis de culpa veniali etiam dubitare videatur: at credo accessum sine iusta causa, aut absque licentia esse venialem, nedum frequentiam. Cui etiam addo, rarissimè attentis circumstantiis extrinsecis frequentantes excusari à mortali. Quia rarissimè non inde scandalum consurget, & rarissimè deficiet finis aliquis turpis. Si tamen ex circumstantiæ concurrerent, vt hæc deficerent, erit sola culpa venialis, vt diximus.

CAPVT XVII.

De clausura monasteriorum virorum quoad ingressum fœminarum in ea.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint. n. 1.
Proponuntur textus interdicentes ingressum fœminarum in virorum monasteria. n. 1.
An interdicatur ingressus puellarum, & fœmarum? refertur duplex sententia. n. 2.
Sententia authorum. n. 4.
An comprehendantur Reginæ, Imperatrices, & filiæ earum? num. 5.
An possint habentes facultatem ingrediendi, ingredi alias fœminas comitatæ? n. 6.
An possint ingredi sandatrictis? n. 7.
An comprehendantur in hoc motu proprio fœminæ quæ non ingrediuntur virorum aliquarum facultatum, & admittentes? rem sinit. n. 8.
An sit mortale eas ingredi, aut religiosis eas admittere, secluso prohibitione huius motus proprij? n. 9.

1 QVADRVPLEX est quæstio disputanda. Prima est. Quarum fœminarum ingressus in virorum monasteria interdicatur. Secunda. Quid nomine monasterij comprehendatur. Tertia. In quibus casibus sit ingressus hic licitus. Vltima. Quas pœnas incurrant fœminæ extra casus licitos ingredientes, ac religiosi, qui eas admittunt, & cuius sit in eis dispensare.

2 QVÆSTIO prima. Quarum fœminarum ingressus in monasteria virorum interdicatur. Præmittendum est, ingressum hunc interdici in motu proprio Pij V. qui incipit; *Regularium personarum*, editusque est anno 1566. die 25. Octobris, vbi postquam reuocauit omnes facultates, etiam ab Apostolica Sede quomodocumque concessas mulieribus cuiuscumque status, etiamsi comitissæ, marchionissæ, & ducissæ sint, ingrediendi monasteria monialium, hæc addidit; *districtè prohibentes mulieribus prædictis facultates, & licentias pretendentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, postquam harum literarum notitiam habuerint, a quæ non possint, nisi à Romano Pontifice absolui, præterquam in mortis articulo, ne dictas domos, aut monasteria ingredi audeant.* & statim subdit alias pœnas religiosis illas admittentibus. Aliam etiam morum edidit Gregorius XIII. quo interdixit ingressum, siue fœminarum, siue virorum in monasteria monialium, & ingressum fœminarum in monasteria virorum, de quo satis egimus toto capite præcedenti.

3 Prima difficultas est, an sub hac prohibitione comprehendantur puellæ cuiuscumque ætatis, & fatuæ? Quidam censent non prohiberi ingressum puellarum, quæ sunt decem annorum. Ducuntur, quod motus proprius Pij V. de mulieribus loquatur. At nomine mulierum illæ solæ comprehendantur, quæ impuditicitiis aptæ sunt; sic tenet Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fin. §. 13. *ad finem*, Immo Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, in suis annotationibus. numero 2. verbo adueniendum, quod sub nomine*, ait posse dici solas mulieres comprehendi, quæ consummando matrimonio aptæ sunt; quod quidem in anno duodecimo, nisi malitia supplear ætatem, contingere solet. Alij autem censent comprehendi puellas maiores sex annis, non autem quando sunt minores; & hoc dicit Sorbus *ibidem* fortè esse verius, & idem tenet Manuel in expositione huius motus proprij, *numero 12.* vbi etiam ait, interdici quoque ingressum mulieris fatuæ.

4 Sed dicendum est idem prorsus, quod diximus cap. præcedent. numero 3. & sequentibus de ingressu puerorum, & puellarum in monasteria monialium: nam quod ibi de pueris dictum est, de puellis hic dicendum. Quia eadem videtur ratio, nec obstat Pium V. nomine mulierum vsum esse, quia reuera illo nomine fœminas quascumque comprehendere voluit ætatis aptæ ad rationis vsum, vel fatuas puberes, quæ ad peccandum incitare possunt.

5 Secunda difficultas est, an comprehendantur quoque Reginæ, Imperatrices, & earum filiæ, ita vt facultates his concessæ censeantur reuocatæ? Respondetur, nequaquam comprehendi; quia Pontifex reuocans facultates multum cuiuscumque conditionis, explicuit, etiamsi commisse, marchionissæ, aut ducissæ sint, vbi Reginarum, Imperatricum, & filiarum non meminit; cùm tamen iure optimo earum meminisse oporteret, tanquam speciali nota dignarum, si illas comprehendere voluisset. Quare nec ipsæ ingrediendo virorum monasteria, nec religiosi illas admittentes contrauenirent huic prohibitioni. Et sic bene docet Manuel *qq. regularium 1. quæstione 48. art. 1. vers. circa quam, statim in principio*, & in expositione huius motus proprij, *numero 3.* & satis videtur significare hoc esse verum, quamuis nullum ingrediendi hæc monasteria priuilegium haberet, cùm afferat eas sub hac prohibitione non comprehendi. Et ita existimo verum, quamuis Manuel *eodem art. 1. vers. circa quam, in fin.* timuerit circa filias Regarium, & Imperatricum, propter declarationem Gregorij XIII. de qua n. 7. mentionem faciemus, dicens standum esse ei declarationi, vbi de ea est authentica notitia. Sed adhuc ea stante existimo, quod diximus verum: nec enim credo filias has per ea verba generalia excludi, sed nomine Reginarum comprehendi.

6 Atque possunt iusta aliquos ingredi quæcumque fœminæ, quibus ingressus in virorum monasteria est concessus, his fœminis comitatæ quæ eas comitari solent; quia non est credendum mentem Pontificis esse, has personas ingredi aliter quàm earum dignitatem decet. Præterea id colligitur ex *c. licet, de priuil. in* 6. vbi dicitur, priuilegium concessum alicui personæ ad audienda tempore interdicti diuina, extendi quoque ad personas eas comitari solitas: & ita docet Manuel in expositione eiusdem motus proprij, *num.* 4. Sed hoc ita vniuersaliter dictum non placet, quia cùm hæc prohibitio sit ratione decentiæ monasteriorum, ea maximè attendi debet: esseque valde indecens, vt puellæ solitæ has comitari ingederentur. At placet, vt ingrediantur comitatæ paucis fœminis, senioribusque, & bonæ famæ, sicut Gregorius XIII. in motu proprio, qui incipit, *Dubius, quæ emergunt*, statuit, vt Præsul ingressuri in monasteria monialium in casu necessitatis, ingrediantur comitati paucis, & senioribus, viræque probatæ: cùm tamen Episcopi maiori numero comitari soleant, ac puellis pedissequis, ac vilibus hominibus anteambuloibus.

7 Tertia difficultas est de fœminis monasteriorum virorum fundatricibus, an sub hac prohibitione comprehendantur? Actus trium capitulorum fratrum Minimorum à Passarello compilati, *fol.* 128. Manuel *quæstionibus regul. tomo* 1. *quæst.* 48. *art.* 1. *vers. circa quam*, & Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verb. ingressus monasteriorum monialium, in suis annotationibus*, in fine, referunt Gregorium XIII. consulum, an hic motus proprius detoqet regulæ fratrum Minimorum concedenti, vt fœminæ fuisse Regiæ, & quæcumque eius ordinis fundatrices possint decenter comitatæ ingredi eorum monasteria, respondisse, non derogare, quoad Reginas, & quoad fundatrices dumtaxat. Quare stante hac declaratione existimo, in quacumque religione, vbi similis fuerit regula, vt permittantur ingredi fundatrices, posse quoque eas ingredi. Quia Gregor. XIII. non indulgendo, sed declarando dixit, non censeri per hunc motum proprium derogatum prædictæ Minimorum regulæ. Quare cùm eadem sit ratio de quacumque religione habenti similem regulam, idem quoque dicendum est. Quando autem nulla talis regula esset, credo non posse has fundatrices admitti. Et hoc posterius satis indicat Manuel in expositione huius motus proprij, *numero* 3. ait enim ideo Prius V. explicuisse ducissas, & similes, quia hæ solent esse fundatrices, & ne putaret quispiam posse fundatrices ingredi.

8 Quarta difficultas est, an comprehendantur in huius motus proprij prohibitione fœminæ, quæ nullius facultatis virtute ingrediuntur, aut religiosi sic illas admittentes? & quid in prohibitione motus proprij Gregorij XIII. qui eundem fœminarum ingressum interdixit? Sed de hac re latè diximus cap. præcedent. numero 79.

9 Sed quæres, an seclusa horum motuum proprioruum prohibitione, esset culpa lethalis fœminas in virorum monasteria ingredi, aut religiosos illas admittere. Et videtur vertor pars affirmans, cùm vtrque motus proprius rem adeò grauem existimet, vt sit necessaria licentia Pontificia ad eum ingressum, ac omnes licentias reuocet. Sed bene Suarez *5. tomo in 3. part. disputat.* 22. *sect.* 6. *num.* 12. ait, nullibi reperiri textum aliqui interdigentem hunc ingressum sub mortali, nec intrinsicè sola rei natura, seclusis aliis extrinsecis circumstantiis, esse quod tanquam mortalis damnetur. Quare, seclusis institutis illius religionis à Pontifice confirmatis, interdicentibus hunc ingressum, vel admissionem, & extrinsecis violentiæ illatæ religiosis, scandali, aut mali finis circumstantiis, non erit mortalis.

SVMMARIVM.

An nomine monasteriorum, & domorum virorum in quæ interdicitur ingressus fœminarum, intelligantur prædia, horti, & quæcumque religiosorum domus, separata à monasteriis? proponuntur probantia partem affirmantem. numero 10.

Explicatur sententia authoris. n. 11.

Quid intelligatur nomine monasteriorum? n. 12.

An possint, expelli fœminæ à religiosorum prædiis, ne ibi sacro interfint, quamuis sit dies festus, nec alibi audire possint? num. 13.

An horti, quos religiosi in suis monasteriis habent, comprehendantur nomine monasterij, & ita sit interdictus ingressus fœminarum ad illos? refertur quædam sententia, num. 14.

Sententia authoris. n. 15.

Quid de sacristia? refertur quædam sententia n. 16.

Sententia authoris. n. 17.

An atrium scholarum Societatis IESV, *aut atrium exterius religionum, in quo non est iamitoru sedes, censeatur comprehendi in prohibitione huius motus proprij? numero* 18.

Quid de religiosorum domibus, dum fabricantur, aut de domibus infirmariis, in ciuitate destinatis ad ipsis excipiendos? num. 19.

Quid de domibus Societatis, quas residentias vocant? numero 20.

Quid de Prioratibus aliquarum religionum? n. 21.

QVÆSTIO secunda. Quid nomine monasterij virorum comprehendatur, in quod hic fœminarum ingressus interdicitur. Et quidem videntur intelligi quæcumque religiosorum propriæ domus, etiamsi à monasteriis separatæ sint, vt sunt prædia, domus rusticæ monachorum, ac horti illorum, quò recreandi animi gratiâ solent aliquando se recipere. Quia motus proprius Pij V. dicit, *ne dictas domos, & monasteria ingredi*. at dictio copulatiua inter diuersa ponitur, & sic non exigitur ingressus ad monasteria, sed ad illa, vel ad domos, hæc autem sunt domus, quamuis monasteria non sint.

Sed dicendum est, pro eodem prorsus vsurpari domos, & monasteria; sicut in simili probauimus c. 15. n. 8. in motu proprio Pij V. interdicenti egressum monialium à suis monasteriis, seu domibus, pro eodem vsurpati monasteria, & domos. Nec obstat, ibi vsum Pontificem dictione, *seu*, cuius natura est sumi expositiuè, ac esse inter nomina diuersa idem significantia: in hoc autem motu proprio vsum esse dictione, *&*, quæ suapte natura ponitur inter diuersa. Nam vti Pontificem quandoque vna, & quandoque alia dictione in rebus omnino similem habentibus rationem, est signum eius mentem esse, non sumi dictionem copulatiuam in suo proprio significato, sed sumi pro dictione, *seu*, vel, *sive*. Et ita vtraque vox, *domus*, & *monasteria*, pro eodem vsurpantur, nec comprehenduntur domus, prædia, & horti, quæ intra clausuras monasterij non sunt. Et hic docent Nauarrus *comm. c. n.* 62. *notab.* 1. *de regular. & lib.* 3. *cons. in* 1. *edit. tit. de regul. cons.* 66. *n.* 3. *usque in fin. in* 2. *lib.* 5. *tit. de cerbo. significat. cons.* 5. *n.* 3. Manuel in expositione huius motus proprij *num.* 1. Llamas *in methodo curationis* in appendice, quam ponit in fine, *in* § 12. *vers. circa quæ primo aduertimus.*

Nomine autem monasterij intelliguntur ea sola, quæ sunt intra monasterij septa, vt bene ait Nauarrus *eoque consil. allegato, num. vltimo*, & clarius Paz *in sua practica. tit.* 1. *parte* 5. *cap.* 5. §. 3. *num.* 32. dicens comprehendi omnia contenta intra septa, & ambitum monasterij, quę vna clausura claduntur.

Quamuis autem eo motu proprio non interdicatur ingressus fœminarum in hæc religiosorum loca, quæ verè monasteria non sunt, decet tamen religiosam honestatem, illas ad hæc loca minimè admittere: nec tenerentur religiosi

religiosi eas admittere, etiam si dies festus esset, nec fœminæ illæ possent sacro interesse, nisi in illo religiosorum prædio, aut domo. Quia præponderat decentia religiosa necessitati fœminas à suis domibus expellendi.

14 Ex his deducitur primò, quid dicendum sit de hortis, quos religiosi in suis monasteriis habent, qui contigui sunt cum ipsis monasteriis. Et quidem si per clausura monasterij sit ad hortos eius ingrediendum, nemo dubitat ingressum interdici hoc motu proprio, etsi non ratione hortorum, saltem ratione claustri per quod est ingressus. Sed difficultas est, quando in hortis ipsis iania est, per quam absque claustrorum ingressu patear ad illos accessus. Manuel in expositione huius motus proprij, *numero* 2. aliquantulum dubius est propter quandam Innoc. IV. & Nicolai III. declarationem, in qua declararunt nomine monasteriorum monialium Sanctæ Claræ, in quæ fratribus Minoribus sua regula ingressum interdicit, comprehendi sola dormitoria, claustra, & officinas interiores: ait tamen tutius, & verius esse comprehendi. Quia Gregorius XIII. in suo motu proprio, qui incipit, *Vbi gratia*, vbi ingressum quoque fœminarum in virorum monasteria interdixit, ait; *ne in monasteria, domos, & loca sua*. & non dixit tantùm, *in monasteria, & domos*. vt Pius V. At ij horti sunt loca monasterij. Et Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo ingressus monasteriorum monialium, in suis annot. num.* 1. quamuis attenta ea declaratione dubitarit, subdit, ex prædictis motus proprij Gregoriani verbis clarum esse comprehendi, & ita practicari.

15 Cæterùm verba illius motus proprij, mea sententia, nihil ad hoc conferunt: nam nomine monasteriorum, domuum, & locorum, idem intelligit Gregorius XIII. vt constat. Quindo enim interdixit ingressum, solùm dixit, *monasteria quouis modo ingredi audeant*: & dum admittentibus in ea indixit pœnas, dixit, *monasteria, domos, & loca*; & non est credendum imposuisse pœnas admittentibus fœminas ad loca monasterij, in quæ ingressus non erat interdictus. Rursus, quia similiter rustica conuentus prædia sunt religiosorum loca, & tamen fatentur omnes (vt num. 12. diximus) non comprehendi. Tandem, quia saltem dicendum esset, nec fœminas ingredientes, nec religiosos admittentes in eos hortos comprehendi in huius motus proprij prohibitione, sed in solius Gregoriani. Quod non modici effectus esset: quippe hic motus proprius intelligitur in vniuersum de mulieribus, quæ siue virtute facultatum, siue carentes illis ingrediuntur, & de admittentibus illas. At Gregorianus de solis ingredientibus, & admittentibus virtute facultatum, vt probauimus cap. præced. num. 79. Quare existimo in vtriusque motus proprij prohibitione hos hortos cõprehendi: quod sint intra monasterij clausuram, parsque ipsius. Rursus, quia similes monialium hortos nemo dubitabit esse intra clausuram, cùm monialibus clausuræ adeò adstrictis, interrum sit ad illos se recipere, vt praxis ipsa ostendit. Quare dicendum est, Pontifices illos 1. nomine monasteriorum interiorum hos hortos comprehendisse, vtpote qui recreationi monialium, & religiosorum manendo intra clausuram deseruiunt.

16 Secundò deducitur, quid dicendum sit de sacristia, quando est contigua Ecclesiæ, solo pariete intermedio eam ab Ecclesia diuidente: quando enim in eam ingressus minimè pateret, nisi per monasterij claustra, res est clara. Sed difficultas est, quando non opus est per claustrum ingredi, sed per portam sacristiæ in ipsa Ecclesia existentem in illam itur. Sorbus num. 14. allegatus refert multos de hoc dubitasse, & quosdam religiosos reputare eam esse intra monasterij clausuram, alios autem id negare, & admittere in illam mulieres gratiâ confessionum excipiendarum: & ipse nil decidit, sed solùm debere Prælatos esse circumspectos, examinando, an scandalum, & perturbatio religiosorum, quæ sunt rationes, quibus innititur hic motus proprius, inde oriantur. Manuel quoque in expositione huius motus proprij, *num.* 14. dicit, in religione Minorum reputari tanquam officinam monasterij interiorem, nec permitti fœminas in illam ingredi: at se vidisse in monasterio Sancti Augustini eas in sacristia confessiuas admitti; & ipse nil decidit.

Sed multo magis rationi consonum mihi videtur, eam esse intra clausuram, & sic nullatenus posse fœminas in illam admitti. Ducor, quod sacristia illo medio pariete disiuncta ab Ecclesia, non sit Ecclesiæ pars, sicut sunt sacella Ecclesiæ, vt ex multis probaui *lib. 7. de matrim. disput.* 15. *num.* 31. & 34. quod & ipsa experientia testatur. Mirabuntur enim seculares, ac inter optimo eis scãdali ansa tribuetur admissis illuc mulieribus. At damnandum non esset monasterium, in quo est vsus fœminas in sacristiam admittendi, cùm res hæc non sit comperta, sed variis sententiis subiiciatur. 17

Tertiò deducitur, quid dicendum sit de atrio scholarum Societatis IESV, quando scholæ sunt contiguæ, vt ferè sunt semper, cum Collegio. Scio viros doctos iudicasse non reputari intra clausuram, nec similiter exterius Collegij atrium, in quo est porta, quæ tota die secularibus patet, nec ibi sedes est ianitoris: sed clausuram incipere ab ea porta, in qua sedes est ianitoris ad clausuram seruandam. Quod mihi quoque placet, quia cùm vtrumque atrium dicitur ita patear, vt ingressus illuc nemini interdicatur, nec clausura ibi seruetur, iure optimo reputatur esse extra monasterij clausuram, quamuis maximè dedeceat fœminas, nec ad illa admitti debeant. Quod omnino in Societate IESV seruatur. 18

Quartò deducitur, religiosorum domos nondum fabricatas, sed fabricari cœptas, in quibus nondum conuentus ad ibi morandum fuit introductus, sed solùm aliqui religiosi ibi inhabitant pro fabricæ totius seruitio, non censeri tunc monasteria, vt ingressus fœminarum in illas censeatur hoc motu proprio interdictus. Sic refert Sorbus *in priuileg. Mendicantiũ, verbo ingressus monasteriorum monialium, in suis annotationibus. num.* 15. *vers. est aduertendum*; & satis placet, quia nondum domus illa censetur conuentus. Idemque refert declarasse de domibus, seu infirmariis in ciuitate constitutis ad religiosos tanquam hospites excipiendos, vel vt in eis ad valetudinem pristinam restituantur, quia nec conuentum, nec Ecclesiam habent; & id satis est manifestum. 19

Quintò deducitur, quid dicendum de domibus in quibus religiosi aliqui Societatis IESV in aliquibus locis inhabitant, quæ nondum tanquam Collegia, aut domus probationis, professorumve sunt acceptatæ à Patre nostro Generali, quas vulgò residentias appellamus. Qua in re lic cum viris doctis, quos consului, distinguendum censeo. Si tantùm ibi nostri ad tempus commorantur sint, & ideo non in forma collegij ibi viuitur, nec est ibi Ecclesia cum Eucharistia, non censentur domus religiosæ comprehensæ in hoc motu proprio: secus si sint residentiæ perpetuæ, in quibus omnino in collegij forma viuitur, estque Ecclesia cum Eucharistia. Quia priores reputantur tanquam priuatæ nostrorum hospitij domus; posteriores autem sunt omnino instar domuum aliarum Societatis. 20

Vltimò deducitur, Prioratus, quos habent monachi D. Benedicti, & D. Bernardi, comprehendi in hac prohibitione, quia tales monasteria sunt, & clausurã habent. Sic Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit in fine, §. 12. *vers. circa quam primo aduertimus.* 21

SVMMARIVM.

Proponitur concessio quædam Pij V. vt ingrediantur fœminæ virorum monasteria quibusdem diebus. n. 22.

An possint religiosum Prælati supplicationes extraordinarias indicere, vt liceat fœminis claustra ingredi? n.23.
An licebit die supplicationum manè celebratarum, ingredi vespere claustra? n.24.
An liceat ingredi quando in claustro admittitur quispiam ad habitum, aut professionem, aut locio pedum in die Cœnæ celebratur, aut ibi prædicatur, & an tunc liceat ingredi lotum, quam de profundis appellant? n.25.
Quid si fiat sacrum in claustro? n.26.
Quid si ad alicuius instantiæ, vel alius quid si intra claustrum thesis Theologiæ defendantur, vel Cœmœdia aliqua res pia repræsentetur? n.27.
Quid si in hiis casibus licitis ingrediantur fœminæ ad aliquod malum perpetrandum? n.28.
Quid si finitis officiis ibi demorentur, aut ingrediantur officinas interiores? n.29.
An gratiâ medendi infirmo, aut eius lactandi, liceat fœminam ingredi? n.30.
An canonicis regularibus liceat fœminas ipsis seruientes intra, vel extra claustra tenere? n.31.
An priuilegium Pontificum concessum fœminis ad ingressum in virorum monasteria, prosit quando statutis monasteriorum in ingressu interdicitur, incurranturque tunc pœnæ? n.32.

22 QVÆSTIO tertia. In quibus casibus ingressus fœminarum in virorum monasteria licitus sit. Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 48. art. 5.* & meliùs in expositione huius motus proprij, *num. 15.* refert declarationem quandam viuæ vocis oraculo eiusdem Pij V. qui declaranit causâ processionis, vigiliæ, Missæ, funeris defuncti, vel alterius cuiusuis officij intra monasteriorum claustra celebrari licere fœminis in claustra, & ea religiosorum loca ingredi, dum hæc celebrãtur, dummodo in officinas internas non admittantur. Idem concessit quando in Ecclesiis monasteriorum prædicatur, vel ob aliam quamcunque causam tantus est populi concursus, vt nequeant mulieres in Ecclesiam aliter ingredi, aut ea egredi, quàm per claustrum, vel alia religiosorum loca, dummodo recto tramite ad portam, qua de monasterio exitur, accedant, & recto tramite ad Ecclesiam tendant.

23 Circa quam concessionem dubitatur primò, an integrum sit religionum Prælatis, absque huius motus proprij contraueentione, & pœnarum illius incursu, supplicationes, vulgò processiones, extraordinarias intra claustra instituere ad eum finem, vt mulieres ingredi possint. Breuiter respondetur, contraueniri huic motui proprio, quia hæc concessio eò pertinet, vt scrupuli vitentur, concedarúrque ingressus rationi consonus, non tamen ad clausuram religiosam relaxandam. Et ita docent Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 48. art. 3. vers. circa quam declarationem*, & in expositione huius motus proprij, *num. 16.* Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo ingressus monasteriorum monialium, in suis annotationibus. num. 7.*

24 Nec similiter licebit mulieribus ingredi claustra vesperi, quando tunc supplicationes non celebrantur, sed manè celebratæ sunt, vt in die corporis Christi. Q. cùm vespere non celebrentur, iam causa permissionis ingressus cessat. Sic Manuel in eiusdem motus proprij expositione, *num. 20.*

25 Secunda difficultas est, quid intelligatur nomine alterius officij. Dico intelligi alia officia pia, vt si intra claustrum aliquis ad suscipiendum habitum, vel ad emittendam professionem admittitur, vel in claustro prædicatur, aut lotio pedum in die Cœnæ celebratur. Sic Sorbus *eodem num. 7.* & Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 48. art. 3. notab. 3.* & in eodem motu proprio, *nu. 18.* qui in hoc posteriori loco bene addit, fœminas ingredientes in monasterij claustra, posse quoque ingredi in locum, quem de profundis appellant, quando claustro coniunctus est, & ita patens, ac sacella claustri; secus si portam habeat: tunc enim interior monasterij officina reputatur.

Quare licet ingredi fœminas claustrum ad audiendum sacrum, quod intra illius sacellum fit ob alicuius 26
personæ potentis deuotionem, quia tunc celebratur ibi officium diuinum. Sic Manuel in eodem motu proprio, *n. 16. fin.* & idem ob eandem rationem dicendum est, quando id fit ob aliam causam.

Non tamen liceret ingredi eo quod in claustro thesis 27
aliquæ Theologiæ defendantur, aut aliqua rei piæ Cœmœdia repræsentetur, quia hæc non connumerantur inter officia pia.

Tertia difficultas est, an contraueniant huic prohi- 28
bitioni, & consequenter incurrant pœnas, etiam admittentes, fœminæ tempore supplicationum, aut officiorum, quæ in claustro celebrantur, si tam hoc, quàm alio peruerso fine ingrediantur? Et dicendum est, nec illi contraueniré, nec illius pœnas incurrere. Quod docent Sorbus vbi allegatus num. 25. Manuel *eodem art. 3. notab. 2.* & in hoc motu proprio, *num. 17.* & in hoc posteriori loco bene addit, hoc esse verum, quamuis peccatum aliquod exterius ibi committant. Quod eo tempore non sit ingressus interdictus hoc motu proprio, immo concessus, quamuis aliunde sit malus. At pœnæ statuuntur ingressui interdicto in eo, sicut diximus cap. præced. num. 69. ingredientem in monialium Cœnobia in casu vrgenti ex legitima licentia, non incurrere pœnas, etsi ad fornicandum quoque tunc eat, & fornicetur. Secus esse credo, si nulla ratione causâ assistendi diuinis officiis, aut ornatus claustri videndi ingrederetur, sicut incurreret habens licentiam ingressus in monasteria monialium ex causa necessitatis, si nullatenus gratiâ illius ingrederetur.

Quarta difficultas est, an fœminæ ex prædictis causis 29
ingredientes teneantur egredi statim his officiis finitis? Breuiter dico, ad id teneri, at non metaphysico, sed morali modo, ita vt breui temporis spatio ibi postea permanere damnandum non sit, sicut in simili ingressu in monasteria monialium diximus cap. præced. num. 69. Et sic docet Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 48. art. 2. fine*, & in hoc motu proprio, *num. 19.* vbi addit, incursurum pœnas religiosum, qui finitis officiis, causa est diutinæ fœminarum moræ, & ipsas fœminas diu ibi demorantes. Sed non placet, ob ea quæ dixi cap. præceden. num. 69. quia hæ pœnæ non imponuntur moram trahenti, sed ingredienti absque licentia; secus si officinas interiores conuentus ingrediantur. Quia ad claustrum solum, & loca, vbi officia celebrantur, indulsit Pontifex licentiam, prohibendo ingressum ad officinas interiores, & ideo hic ingressus esset violatio clausuræ.

Quinta difficultas est, an causâ medendi monacho 30
ægrè laboranti, liceat fœminam ingredi monasterij claustra? Quidam aiunt instante necessitate, vt quando in monasterio tam multi infirmi sunt, vt religiosi non sufficiant ad ministrandum, nec sunt viri seculares, qui velint, posse honestas fœminas, & suspicione carentes admitti; quia prohibitio humana non accipienda est in hac necessitate adeò vrgenti. Sic tradunt Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 46. art. 7. ad finem*, & in hoc motu proprio, *num. 13.* Sorbus *in priuileg. Mendicantium, verbo ingressus monasteriorum monialium. num. 6. vers. & sic etiam per idem verbum.* Et placet quidem: at hic casus est metaphysicus, & moraliter nunquam necessitas hæc continget. At posset contingere, cùm in oppido non inuenitur, qui crura, aut brachia confracta, aut eorũ ossa inter se non cohærẽtia, ad pristinũ locum reuocare nosset, aut alij morbo mederi, præter mulierẽ in ea re peritam: aut iudicarent medici, valde indigere ægrũ, vt à fœmina lactetur, nec alio lacte posse morbo illi succurri; nec infirmus posset tutò claustro ad id extrahi. Et iuxta hanc doctrinam est dicendum, licere in eo casu ingressum.

Ex dictis

31 Ex dictis deducitur decisio quæstionis agitatæ in capella Tholosana decis. 449. an canonicis regularibus Diui Augustini integrum sit, fœminas honestas, & omni prorsus suspicione carentes admittere, vt ipsis inseruiant? Et decisio illa latè probat non licere. Auferius autem ibi dicit oppositum posse sustineri. At hodie est res certa id non licere: quia motus hic proprius quemcunque ingressum fœminarum in virorum monasteria interdixit. At quando fœmina non intra claustra monasterij, sed in domo aliqua, etiam monasterio contigua, canonico regulari ibi habitanti deseruiret, id liceret similiter, si honesta sit, ac omni suspicione carens: quia nullus est textus id interdicens. Sic Nauarrus *comment. 4. num. 65. de regular.* Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 48. art. 4.*

32 Demum id notandum est, priuilegium Pontificium fœminis concessum ad ingrediendum in virorum monasteria, non suffragari, quando monasteria suis statutis ingressum interdicerent, & nulla derogationis huius instituti mentio fieret. Quia exigitur specialis mentio, vt censeatur ei derogari, vt expresse habetur *cap. 1. de constitut. in 6.* vbi ea redditur ratio; quia cùm res est quid facti, præsumitur Pontifex eam ignorare. Sic Passarellus *in compendio priuilegiorum fratrum Minimorum cap. 9.* Manuel *1. tomo summæ. in 2. edit. cap. 60. num. 6.* Et hinc vterque defendit iustum esse, quod in aliquibus generalibus eius ordinis Capitulis decretum est, nempe, vt nullæ mulieres, virtute cuiusuis priuilegij Apostolici non facientis mentionem prohibitionis regulæ, ad conuentuum suorum ingressum admittantur. Quare fœminæ virtute eius priuilegij ingredientes incurrent has censuras, nisi ignorantia excusentur. Quia cùm ea facultas sit inualida, perinde est, ac si absque illa ingrederentur.

SVMMARIVM.

Quando fœminæ ingredientes virorum monasteria extra casus permissi incurrant excommunicationem Pontifici reseruatam? & quis ab ea absoluere possit. n. 33.
Quæ pœnæ statuantur in eo motu proprio contra religiosos admittentes fœminas intra sua monasteria. n. 34.
In quo differant quoad pœnas in admittentes statutas motu proprio Pij V. & Gregorij XIII. n. 35.
An exigatur præsumptio, & quæ ignorantia, aut bonus finis excusent? n. 36.
Quid nomine officiorum, & nomine admissionis, & nomine suspensionis à diuinis intelligatur; & an comprehendantur mandantes, & consulentes? remissiuè. n. 37.
An pœna priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa incurratur absque aliqua Iudicis sententia? refertur eadem sententia. n. 38.
Explicatur sententia authoris, & an sufficiat dicere, ipso facto, & absque alia declaratione, vt nulla Iudicis sententia exigatur? n. 39.
Quid de suspensione à diuinis? n. 40.
Quis possit absoluere ab excommunicatione eos, qui ingrediuntur, & à suspensione, quam incurrunt. n. 41.
Quid si deducta sint in iudicium, an virtute bullæ aut priuilegiorum Societatis IESV possit confessarius ab illis solueré? n. 42.
Refertur quædam sententia, & sententia authoris: & an possit dari testimonium absolutionis in scripto? n. 43.
Quæ possit dispensare in priuatione officiorum, & inhabilitate? remissiuè. n. 44.

33 QVÆSTIO vltima. Quas pœnas incurrant fœminæ extra casus licitos in virorum monasteria ingredientes, & religiosi sic ingressas admittentes, & quis ab eis absoluere, in eisve dispensare valeat. Pius V. in eo motu proprio excommunicationis pœnam Pontifici reseruatam in fœminas ingredi audentes statuit ibi; *ingredi audeant.* Quo eodem verbo vsus est Gregorius XIII. in suo motu proprio, qui incipit; *Vbi gratia.* Quare ignorantia quantumuis crassa, dummodo non sit ingens temeritas, excusabit sic ingredientes, vt diximus cap. præced. n. 81. vbi tractauimus, quis ab hac excommunicatione reseruata absoluere possit.

Alias pœnas statuit idem Pontifex in eodem motu 34
proprio religiosis admittentibus prædictas fœminas intra sua monasteria, videlicet suspensionis à diuinis, priuationis officiorum, & ad illa inhabilitatis in posterum obtinendæ, ipso facto absque alia declaratione incurrendas, his verbis; *ipsis vero monasteriorum, & conuentuum Abbatibus, Præpositis, Prioribus, & aliis præsidentibus, quorumque nomine vocentur, & eorum monachis, canonicis, & fratribus, siue mendicantibus, siue non mendicantibus, sub priuatione officiorum, quæ in præsenti obtinent, & inhabilitatis in posterum ad illa, & alia omnia, & suspensionis à diuinis ipso facto sine alia declaratione incurrendis pœnis, ne eas introducere, admisereue præsumant.*

Ex quo deducitur, hunc motum proprium, & mo- 35
tum Gregorij XIII. de quo ferè toto cap. præced. egimus, habere se instar excedentis, & excessi. Nam motus proprius Gregorij XIII. excedit quidem motum proprium Pij V. quia ille vltra pœnam priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa statutam à Pio V. aduersus religiosos permittentes ingredi fœminas in monasteria virorum, addit etiam priuationem beneficiorum, & inhabilitatis ad illa, & excommunicationem Pontifici reseruatam, nec petit in admittẽtibus præsumptionem, vt diximus cap. præced. num. 81. & 83. & iis pœnis afficit eos, qui viros, aut fœminas ingredi faciunt, aut permittunt in monasteria monialium, aut fœminas in virorum monasteria. At motus proprius Pij V. non imposuit pœnas priuationis beneficiorum, & inhabilitatis ad illa, sed solùm officiorum. Insuper petit præsumptionem in admittentibus; præterea etiam loquitur de solis admittentibus fœminas in virorum monasteria. Excedit autem, quia motus proprius Gregorij XIII. solos Prælatos facientes, aut permittentes ingredi comprehendit, vt diximus cap. præced. num. 81. & solos eos comprehendit, qui admittunt virtute facultatum ingredientibus concessarum, vt diximus cap. præceden. num. 79. nec imponit suspensionem à diuinis facientibus, aut permittentibus ingressum. At hic motus proprius Pij V. intelligitur de facientibus, aut permittentibus ingredi fœminas in virorum monasteria, quamuis nullus facultatis virtute ingrediantur, vt diximus eodem cap. præced. num. 79. insuper vltra pœnam priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa, imponit admittentibus, vel facientibus ingredi suspensionem à diuinis, siue hi Prælati sint, siue quicumque alij religiosi, vt constat ex eius verbis n. præced. relatis.

Cùm ergo hic motus proprius petat ad eas pœnas 36
incurrendas præsumptionem in admittentibus, vel facientibus ingredi, excusabit ab illis quæcumque ignorantia crassa, dummodo non sit ingens temeritas, vt diximus cap. præced. num. 96. vbi etiam num. 97. egimus an incurrant admittentes bono fine.

Quid autem intelligatur nomine officiorum, quibus 37
priuantur, reddantúrque inhabiles ad illa, qui has fœminas admittunt, diximus cap. 15. num. 67. quid autem nomine admissionis, & an comprehendantur mandantes, vel consulentes, diximus satis cap. præced. num. 87. & 93. & 94. & 95. Quod si petas, quid intelligatur nomine suspensionis, non est huius loci, sed tractatus de suspensione, vbi explicatur, qui actus interdicantur suspenso à diuinis.

Sed difficultas grauis est, an hæc pœna priuationis 38
officiorum, & inhabilitatis ad illa incurratur absque vlla prorsus Iudicis sententia, ita vt in foro conscientiæ teneantur hi admittentes in posterum non vti suis officiis, nec alia admittere, quamuis eorum crimen in

iudicium

iudicium non sit deducta: id quidem affirmat Manuel in expositione huius motus proprij, *num. 1. Sanchez in præcep.* Fateur tamen *num. 12. in princ.* non tenere cum huius criminis occulti delictere testim à sui officij vsu, si propriam infamiam, propriique delicti manifestationem timeret: at tenere medio occulta dispensationem petere, & nullatenus acceptare aliud ratione inhabilitatis. Et vtrumque etiam docet Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo ingressus in monasteriorum monialium. nu. 10. versus autem ex in communi, & versus idem dicendum esse*, & Sayro *in clave regularis. lib. 3. c. 10. n. 35.* Fundamenta horum Doctorum retulimus suprà lib. 1. huius operis. c. 22. n. 19.

39 Verum mihi probabilius est adhuc aliquem Iudicis actum desiderari ad eas pœnas incurrendas, nempe, declarationem eius criminis sententiam: atque ita illa verba, *absque alia declaratione*, sunt intelligenda de declaratione pœnæ. Fundamenta Doctorum in huius sententiæ confirmationem retuli suprà loco citato lib. 2. huius operis. c. 22. n. 10. & c. 23. eiusdem lib. num. vltimo, & in hoc lib. c. 16. n. 65.

40 Suspensio autem illa à diuinis, nullam vt incurratur desideratur sententia, vt docent Manuel, & Sorbus num. 38. citati, & probant Cp. præcedent. n. 98.

41 Quis autem possit absoluere ab excommunicatione Pontifici reservata in hoc motu proprio contra fœminas ingredientes in virorum monasteria, diximus c. 15. num. 76. A suspensione autem sua à diuinis, quam incurrunt religiosi admittentes fœminas, manifestum est, si occulta sit, posse Episcopum absoluere virtute Tridentini *sess. 24. cap. 6.* potest etiam confessor approbatus 20 ordinario virtute Bullæ cruciatæ: quia concedit absolutionem ab omnibus censuris. At suspensio est censura *cap. quærentibus, de verborum significatione.* Et sic docent Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo ingressus monasteriorum monialium, in suis annotationibus. num. 12. versiculum 4.* Manuel in expositione huius motus proprij. *num. 20.* Sed dicit vtrique hoc posse tantum semel in vita, & semel in mortis articulo. Sed dicendum est posse toties, quoties: quia censura hæc suspensionis non referuntur in hoc motu proprio. Bulla autem concedit absolutionem censurarum non reservatarum toties, quoties. Poterunt etiam confessarij Societatis Iesv per sua priuilegia, & communiter Mendicantes per eorum participationem absoluere toties, quoties; quia concedit nostris absoluere ab omnibus, & censuris, & pœnis consurgentibus ex eis toties, quoties, præterquam à contentis in Bulla Cœnæ Domini, vt concedit Paulus III. & habetur in nostris priuilegiis *verbo absolutio. §. 1.* & ibi Paret nostra Generalis Claudius Aquauiua id concedit omnibus confessariis. Idem prorsus dicendum est de suspensione, & interdicto ab ingressu Ecclesiæ, quæ cap. præcedent. n. 98. diximus incurri à Prælatis monasteriorum monialium ingredientibus absque causa iusta in ea. Quia similiter interdictum est censura, vt constat ex *eodem cap. quærentibus*, & ibi non referuntur. Ergo nec suspensio illa.

42 Rursus limitant Manuel, & Sorbus ibidem, nisi censuræ hæ fuerint in forum contentiosum deductæ: quatenus nullus confessarius poterit ab eis absoluere. Eandem sententiam sequuti sunt aliqui iuniorum, quorum fundamentum est, quia facultas illa absoluendi, cùm odiosa sit, & damnum infertat ordinarius, in coram fauorem videtur restringenda, per notata *cap. olim. de verborum significatione.* Insuper, quia Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 6. de reformat.* licèt concedat Episcopis amplam facultatem dispensandi in irregularitatibus, & aliis censuris, addit tamen limitationem, dummodo in forum contentiosum deductæ non sint. Cùm ergo Concilium Episcopis negauerit facultatem dispensandi, & absoluendi, quando irregularitates, seu censuræ deductæ sunt ad forum contentiosum, quasi rem gratissimam id reputans, credendum non est, mentem Pontificis esse, concedere cuilibet confessario, vt virtute Bullæ cruciatæ possit absoluere ab excommunicatione, & suspensione deductis ad forum contentiosum. Denique quia Sixtus IV. extrauag. *cum Dominus. In 2. de pœnitentia, & remissionibus*, iubet ne virtute Bullæ cruciatæ, vel alterius priuilegij generalis absoluatur denunciatus sententialiter condemnatus, vel publicè diffamatus. Propter hæc docent insuper supradicti Doctores, virtute priuilegiorum religiosum non posse concedi absolutionem censurarum, quando illæ deductæ sunt ad forum contentiosum.

43 Sed dicendum est, posse excommunicatum, vel suspensum absolui in foro conscientiæ, virtute Bullæ cruciatæ, & virtute priuilegiorum, quibus communiter fruuntur religiosi, per quæ eis conceditur facultas ad absoluendum ab omnibus censuris, quamuis censuræ illæ deductæ iam sint ad forum contentiosum, & licèt publicæ sint. Probatur, quia in Bulla cruciata, & in dictis priuilegiis religiosum conceditur absolutè facultas absoluendi à censuris sine vlla restrictione, aut limitatione. Priuilegium autem sine restrictione concessum, à nobis limitandum non est. Confirmatur, quia si Concilium Tridentinum loco citato non apponeret dictam limitationem, possent Episcopi sine vlla restrictione absoluere, & dispensare. Ergo cùm Bulla cruciatæ, & priuilegia religiosum non addant eam limitationem, sine restrictione accipienda erunt. Secundò, idem ostenditur solutione argumentorum partis aduersæ. Primum enim non obest, quia absolutio concessa virtute cruciatæ, & priuilegiorum religionis, non prodest pro foro exteriori, sed tantùm pro foro conscientiæ; & ita non infert damnum ordinarius, quia illi, non obstante ea absolutione, poterunt procedere contra suspensum, vel excommunicatum in foro exteriori, eadem ratione, ac possent, si ille in interiori non esset absolutus. Secundum etiam fundamentum non obstat, quia Concilium expressit eam limitationem, & eam non apponit Romanus Pontifex in Bulla, nec in priuilegiis. Præterea concessio Concilij erat perpetua per vim statuti, & minus ampla, cùm comprehendat fere omnes irregularitates, & omnes casus reservatos Sedi Apostolicæ: at concessio priuilegiorum, & Bullæ, nec est ita ampla, cùm secundùm communiorem sententiam non se extendat ad irregularitates, nec est ita perpetua. Insuper si Concilium concederet facultatem Episcopis ad absoluendum à censuris, & irregularitatibus deductis ad forum contentiosum, deberet illis concedere eam facultatem etiam pro foro exteriori, in quo Episcopi Iudices sunt; vnde sequerentur plurima inconuenientia, & perturbaretur iurisdictio eorum ad quorum forum deductæ essent censuræ illæ. At confessariis per Bullam, & priuilegia concedi potuit facultas absoluendi pro solo foro interiori, ex cuius vsu nullum potest sequi inconuenientia in exteriori. Et ita hanc sententiam tenuitur Ledesma 2. *quæst. 26. art. 2. fol. 551. pag. 1.* Polac. *eus in dict. loco. 4. fol. 52. versiss. quin.* Angles *fortibus. cap. 17. quæst. vnic. de excommunicatione. art. 4. dubio. 2.* Henriquez *lib. 8. de Eucharistia. cap. 60. num. 2. & lib. de indulgent. cap. 13. num. 1.* Videtur tenere Couarr. *cap. olim. mater, 1. part. §. 11. num. 16.* & expressè id defendit Sotus *in 4. dist. 22. art. 3. versi. primus. in casu.* Immo eandem sententiam sequutus est postea Manuel Rodriguez *in addit. ad Bullam. num. 49. §. 9.* Vnde ad extrauag. *cum Dominus*, respondetur primo, non interdicere absolutionem cuiuscumque criminis ad forum externum deducti, sed tantùm criminis hæresis. Secundò respondetur, ibi solùm prohiberi absolutionem criminum deductorum ad forum contentiosum faciendam virtute facultatum concessarum ab eodem Sixto IV. non tamen restringi facultates concessas ab aliis summis Pontificibus, vt notat Sotus suprà, Sylvester *excommunicatio. 7. num. 32.*

num. 32. Nauarr. *cap. 27. summe. num. 55. & cap. 11. num. 75.* Angel. *excommunic. 5. num. 31.* Respondetur tertiò, eam extrauagantem expirasse iam, quia fuit quasi clausula addita de Bullam Cœnæ, quæ cùm cessarit authore defuncto, cessauit etiam extrauagans, atque ita casus illi in iuris communis dispositione manserunt, vt optimè Sotus, & Sylvester citati.

44 Quis autem possit dispensare in priuatione officiorum, & inhabilitate ad illa statutis in hoc motu proprio aduersùs religiosos, qui admittunt fœminas in sua monasteria extra casus permissos, diximus cap. 15. num. 77. & 78.

CAPVT XVIII.

Explicantur aliqua vota peculiaria emissa in Societate Iesv.

SVMMARIVM.

Proponitur forma, qua emittunt professi Societatis Iesv votum solemne obediendi Papæ n. 1.

Idem votum est peculiare Societatis Iesv. n. 2.

Explicatur quotpliciter noua obligatio possit ex voto induci. num. 3.

Proponuntur rationes probantes nullam nouam ex hoc quarto voto obligationem induci extensiuam, aut intensiuam. num. 4.

Explicatur qualiter hoc votum nouam obligationem inducat, & sit peculiare Societatis Iesv, & respondetur ad obiecta. num. 5.

Explicatur qualiter obliget ad obediendum Papæ circa missiones non petito viatico, & nulla excusatione proposita. num. 6.

Post numerum 6 inuenies alia summaria.

1 PRIMVM votum, quod explicandum venit, est quartum solemne obediendi Papæ, quod emittunt professi quatuor votorum Societatis Iesv, quod multis non parum negotij facessit, qualires id sit speciale Societati, & quam nouam obediendi Papæ obligationem pariat præ cæteris fidelibus secularibus, & religiosis. Quæ res vt clarior fiat, præmitto primò, id votum sub hoc forma emitti, vt constat ex 5. *part. constitutionum eiusdem Societatis. cap. 1. §. 1.* Insuper promitto specialem obedientiam summo Pontifici circa missiones, prout in literis Apostolicis, & constitutionibus continetur; & *in eisdem constitutionibus, in examine. cap. 1. §. 5.* explicatur hoc votũ magis his verbis. *Professi Societatis facis expressum votũ summo Pontifici ad proficiscendũ sine excusatione, non petito viatico, quocumque gentium eius Sanctitas iusserit inter fideles, & infideles ad res, quæ ad diuinum cultum, & religionis Christianæ bonum spectant: & 6. part. constit. cap. 2. §. 13. in declarationibus, littera I.* explicatur his verbis; *pedites, vel equites, cum pecunia, vel sine illis.* Et Iulius III. in prima Bulla confirmationis instituti Societatis Iesv, explicat hoc votũ in eo consistere, vt quidquid Romanus Pontifex iusserit ad profectum animarum, & fidei propagationem pertinens, & ad quæcumque prouincias professos hos mittere voluerit, sine vlla tergiuersatione, aut excusatione illicò, quantũ in ipsis fuerit, exequi teneantur, siue ad Turcas, siue ad quoscumque alios infideles, etiam in partibus, quas Indias vocant, siue ad quoscumque hæreticos, & schismaticos, siue etiam ad quosuis fideles mittendos censuerit.

2 Secundò præmittendum est, votum hoc esse peculiare Societatis Iesv, vt concedit Gregorius XIII. in extrauag. *ascendente.*

3 Tertiò præmittendum est, cùm esse obligatorium sit intrinsecum voto, opus esse, id quod noui voti rationem induci, nouam quoque obligationem inducere; quippe ob id votum repetitum non est votum distinctum, sed prioris confirmatio, quod nullam obligationem nouam pariat. Hæc autem noua voti obligatio potest esse intensiua, aut extensiua: intensiua quidem est, quando obligationi alterius præcepti adiungitur obligatio voti, vt dum quis vouet se non fornicaturum; extensiua autem quando votum obligat ad aliquos actus, qui antea sub præcepto non erant, vt dum quis vouet castitatem, obligatur quidem sola maiori obligatione intensiua, quoad abstinendum à fornicatione, vtpote quod antea erat sub præcepto; sed maiori extensiua quoad abstinendum à nuptiis, quippe quod secluso voto erat sub solo consilio.

Difficultas ergo est, in quo huius quarti voti specialis obligatio consistat, & qualiter id sit Societati peculiare. Et videtur nulla noua obligatio extensiua huic voto inesse, quia secluso voto tenentur, sicut quicumque alij fideles, parere Papæ; ergo nulla noua obligatio extensiua additur communi omnium obligationi; sed præcedens confirmatur noua intensiua voti obligatione, sicut dum quis promittit se non fornicaturum. Et confirmatur, quia Iulius III. in Bulla prima confirmationis instituti Societatis Iesv, ait, quamuis omnes fideles teneantur Papæ obedire, at ob maiorem deuotionem ad Apostolicæ Sedis obedientiam, & certiorem Spiritus sancti directionem, & maiorem voluntatum abnegationem, hoc votum emitti in Societate. Quæ eadem verba repetit Gregor. XIII. in extrauag. *ascendente Domino*, in qua Societatis institutum explicuit: & ita videtur vtrique Pontifex clarè indicare, nullam specialem obedientiam in virtute huius voti Romano Pontifici deberi, præter generalem omnium fidelium. Secundò, quia si comparemus professos hos Societatis Iesv cum regularibus aliorum ordinum, nulla est noua obligatio intensiua, neque extensiua. Non extensiua, quia nec respectu secularium eam esse probatum est, nedum respectu religiosorum. Non intensiua, quia quicumque religiosi tenentur speciali obligatione voti obedientiæ parere Papæ, vltra generalem fidelium obligationem: quippe expressè promittunt obedientiam Prælatis religionis; ac proinde cum Pontifex sit supremus omnium religionum Generalis, habeatque in ipsos religiosos potestatem dominatiuam, sicut cæteri Prælati religiosi, vltra superioritatem communem in omnes fideles, vt probauimus, promittunt ipsi eo voto obedientiam, non minus quàm aliis Prælatis regularibus; immo primo loco ipsi tanquam supremo Generali religionum. Ergo nec votum hoc vllo modo obligationem inducit præ generali obedientiæ voto omnium religionum, nec est peculiare Societati, sed omnibus religiosis commune. Quod si respondeas, illud generale obedientiæ votum esse implicitum respectu Pontificis, at votum Societatis Iesv esse explicitum; longè autem differt vnum votum ab alio, vt constat in voto castitatis emisso in sacris ordinibus, postea quam in religionis professione repetitur, quamuis enim vtrumque sit solemne, vt quis illud est implicitum, hoc autem explicitum, additur per hoc tanti momenti obligatio, vt authores asserant hanc circumstantiam necessariò fatendam si facerdos fornicetur. Sed hæc solutio, licèt apparens sit, non satisfacit, tum quia parum tribuit voto Societatis Iesv, tum quia in se non est vera; cùm enim expressè promittatur obedientia Prælato religionis, & Pontifex sit verus, & peculiaris illius Prælatus, non minus quàm cæteri, promittitur vtique expressè obedientia ipsi Papæ, sicut cæteris Prælatis. Tertiò, quia Diuus Franciscus specialem nomine suo, totiusque suæ religionis obedientiam Romano Pontifici promisit, vt testantur Diuus Bonauentura *in expositione reg. Diui Francisci. cap. 1.* & Corduba *ibi. cap. 1. quæst. 3. ad finem.* Atque ideo Clemens V. Clement. *exiui, de verborum significat. §. quia vero. versi. attendentes quadam*, ait fratres Minores pedibus

iudicium non sit deducta: id quidem affirmat Manuel in expositione huius motus proprij, *num. 1. Sanchez in præcep.* Fateur tamen *num. 12. in princ.* non tenere cum huius criminis occulti delictere testim à sui officij vsu, si propriam infamiam, propriique delicti manifestationem timeret: at tenere medio occulta dispensationem petere, & nullatenus acceptare aliud ratione inhabilitatis. Et vtrumque etiam docet Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo ingressus in monasteriorum monialium. nu. 10. versus autem ex in communi, & versus idem dicendum esse*, & Sayro *in clave regularis. lib. 3. c. 10. n. 35.* Fundamenta horum Doctorum retulimus suprà lib. 1. huius operis. c. 22. n. 19.

39 Verum mihi probabilius est adhuc aliquem Iudicis actum desiderari ad eas pœnas incurrendas, nempe, declarationem eius criminis sententiam: atque ita illa verba, *absque alia declaratione*, sunt intelligenda de declaratione pœnæ. Fundamenta Doctorum in huius sententiæ confirmationem retuli suprà loco citato lib. 2. huius operis. c. 22. n. 10. & c. 23. eiusdem lib. num. vltimo, & in hoc lib. c. 16. n. 65.

40 Suspensio autem illa à diuinis, nullam vt incurratur desideratur sententia, vt docent Manuel, & Sorbus num. 38. citati, & probant Cp. præcedent. n. 98.

41 Quis autem possit absoluere ab excommunicatione Pontifici reservata in hoc motu proprio contra fœminas ingredientes in virorum monasteria, diximus c. 15. num. 76. A suspensione autem sua à diuinis, quam incurrunt religiosi admittentes fœminas, manifestum est, si occulta sit, posse Episcopum absoluere virtute Tridentini *sess. 24. cap. 6.* potest etiam confessor approbatus 20 ordinario virtute Bullæ cruciatæ: quia concedit absolutionem ab omnibus censuris. At suspensio est censura *cap. quærentibus, de verborum significatione.* Et sic docent Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo ingressus monasteriorum monialium, in suis annotationibus. num. 12. versiculum 4.* Manuel in expositione huius motus proprij. *num. 20.* Sed dicit vtrique hoc posse tantum semel in vita, & semel in mortis articulo. Sed dicendum est posse toties, quoties: quia censura hæc suspensionis non referuntur in hoc motu proprio. Bulla autem concedit absolutionem censurarum non reservatarum toties, quoties. Poterunt etiam confessarij Societatis Iesv per sua priuilegia, & communiter Mendicantes per eorum participationem absoluere toties, quoties; quia concedit nostris absoluere ab omnibus, & censuris, & pœnis consurgentibus ex eis toties, quoties, præterquam à contentis in Bulla Cœnæ Domini, vt concedit Paulus III. & habetur in nostris priuilegiis *verbo absolutio. §. 1.* & ibi Paret nostra Generalis Claudius Aquauiua id concedit omnibus confessariis. Idem prorsus dicendum est de suspensione, & interdicto ab ingressu Ecclesiæ, quæ cap. præcedent. n. 98. diximus incurri à Prælatis monasteriorum monialium ingredientibus absque causa iusta in ea. Quia similiter interdictum est censura, vt constat ex *eodem cap. quærentibus*, & ibi non referuntur. Ergo nec suspensio illa.

42 Rursus limitant Manuel, & Sorbus ibidem, nisi censuræ hæ fuerint in forum contentiosum deductæ: quatenus nullus confessarius poterit ab eis absoluere. Eandem sententiam sequuti sunt aliqui iuniorum, quorum fundamentum est, quia facultas illa absoluendi, cùm odiosa sit, & damnum infertat ordinarius, in coram fauorem videtur restringenda, per notata *cap. olim. de verborum significatione.* Insuper, quia Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 6. de reformat.* licèt concedat Episcopis amplam facultatem dispensandi in irregularitatibus, & aliis censuris, addit tamen limitationem, dummodo in forum contentiosum deductæ non sint. Cùm ergo Concilium Episcopis negauerit facultatem dispensandi, & absoluendi, quando irregularitates, seu censuræ deductæ sunt ad forum contentiosum, quasi rem gratissimam id reputans, credendum non est, mentem Pontificis esse, concedere cuilibet confessario, vt virtute Bullæ cruciatæ possit absoluere ab excommunicatione, & suspensione deductis ad forum contentiosum. Denique quia Sixtus IV. extrauag. *cum Dominus. In 2. de pœnitentia, & remissionibus*, iubet ne virtute Bullæ cruciatæ, vel alterius priuilegij generalis absoluatur denunciatus sententialiter condemnatus, vel publicè diffamatus. Propter hæc docent insuper supradicti Doctores, virtute priuilegiorum religiosum non posse concedi absolutionem censurarum, quando illæ deductæ sunt ad forum contentiosum.

43 Sed dicendum est, posse excommunicatum, vel suspensum absolui in foro conscientiæ, virtute Bullæ cruciatæ, & virtute priuilegiorum, quibus communiter fruuntur religiosi, per quæ eis conceditur facultas ad absoluendum ab omnibus censuris, quamuis censuræ illæ deductæ iam sint ad forum contentiosum, & licèt publicæ sint. Probatur, quia in Bulla cruciata, & in dictis priuilegiis religiosum conceditur absolutè facultas absoluendi à censuris sine vlla restrictione, aut limitatione. Priuilegium autem sine restrictione concessum, à nobis limitandum non est. Confirmatur, quia si Concilium Tridentinum loco citato non apponeret dictam limitationem, possent Episcopi sine vlla restrictione absoluere, & dispensare. Ergo cùm Bulla cruciatæ, & priuilegia religiosum non addant eam limitationem, sine restrictione accipienda erunt. Secundò, idem ostenditur solutione argumentorum partis aduersæ. Primum enim non obest, quia absolutio concessa virtute cruciatæ, & priuilegiorum religionis, non prodest pro foro exteriori, sed tantùm pro foro conscientiæ; & ita non infert damnum ordinarius, quia illi, non obstante ea absolutione, poterunt procedere contra suspensum, vel excommunicatum in foro exteriori, eadem ratione, ac possent, si ille in interiori non esset absolutus. Secundum etiam fundamentum non obstat, quia Concilium expressit eam limitationem, & eam non apponit Romanus Pontifex in Bulla, nec in priuilegiis. Præterea concessio Concilij erat perpetua per vim statuti, & minus ampla, cùm comprehendat fere omnes irregularitates, & omnes casus reservatos Sedi Apostolicæ: at concessio priuilegiorum, & Bullæ, nec est ita ampla, cùm secundùm communiorem sententiam non se extendat ad irregularitates, nec est ita perpetua. Insuper si Concilium concederet facultatem Episcopis ad absoluendum à censuris, & irregularitatibus deductis ad forum contentiosum, deberet illis concedere eam facultatem etiam pro foro exteriori, in quo Episcopi Iudices sunt; vnde sequerentur plurima inconuenientia, & perturbaretur iurisdictio eorum ad quorum forum deductæ essent censuræ illæ. At confessariis per Bullam, & priuilegia concedi potuit facultas absoluendi pro solo foro interiori, ex cuius vsu nullum potest sequi inconuenientia in exteriori. Et ita hanc sententiam tenuitur Ledesma 2. *quæst. 26. art. 2. fol. 551. pag. 1.* Polac. *eus in dict. loco. 4. fol. 52. versiss. quin.* Angles *fortibus. cap. 17. quæst. vnic. de excommunicatione. art. 4. dubio. 2.* Henriquez *lib. 8. de Eucharistia. cap. 60. num. 2. & lib. de indulgent. cap. 13. num. 1.* Videtur tenere Couarr. *cap. olim. mater, 1. part. §. 11. num. 16.* & expressè id defendit Sotus *in 4. dist. 22. art. 3. versi. primus. in casu.* Immo eandem sententiam sequutus est postea Manuel Rodriguez *in addit. ad Bullam. num. 49. §. 9.* Vnde ad extrauag. *cum Dominus*, respondetur primo, non interdicere absolutionem cuiuscumque criminis ad forum externum deducti, sed tantùm criminis hæresis. Secundò respondetur, ibi solùm prohiberi absolutionem criminum deductorum ad forum contentiosum faciendam virtute facultatum concessarum ab eodem Sixto IV. non tamen restringi facultates concessas ab aliis summis Pontificibus, vt notat Sotus suprà, Sylvester *excommunicatio. 7. num. 32.*

num. 32. Nauarr. *cap. 27. summe. num. 55. & cap. 11. num. 75.* Angel. *excommunic. 5. num. 31.* Respondetur tertiò, eam extrauagantem expirasse iam, quia fuit quasi clausula addita de Bullam Cœnæ, quæ cùm cessarit authore defuncto, cessauit etiam extrauagans, atque ita casus illi in iuris communis dispositione manserunt, vt optimè Sotus, & Sylvester citati.

44 Quis autem possit dispensare in priuatione officiorum, & inhabilitate ad illa statutis in hoc motu proprio aduersùs religiosos, qui admittunt fœminas in sua monasteria extra casus permissos, diximus cap. 15. num. 77. & 78.

CAPVT XVIII.

Explicantur aliqua vota peculiaria emissa in Societate Iesv.

SVMMARIVM.

Proponitur forma, qua emittunt professi Societatis Iesv votum solemne obediendi Papæ n. 1.

Idem votum est peculiare Societatis Iesv. n. 2.

Explicatur quotpliciter noua obligatio possit ex voto induci. num. 3.

Proponuntur rationes probantes nullam nouam ex hoc quarto voto obligationem induci extensiuam, aut intensiuam. num. 4.

Explicatur qualiter hoc votum nouam obligationem inducat, & sit peculiare Societatis Iesv, & respondetur ad obiecta. num. 5.

Explicatur qualiter obliget ad obediendum Papæ circa missiones non petito viatico, & nulla excusatione proposita. num. 6.

Post numerum 6 inuenies alia summaria.

1 PRIMVM votum, quod explicandum venit, est quartum solemne obediendi Papæ, quod emittunt professi quatuor votorum Societatis Iesv, quod multis non parum negotij facessit, qualires id sit speciale Societati, & quam nouam obediendi Papæ obligationem pariat præ cæteris fidelibus secularibus, & religiosis. Quæ res vt clarior fiat, præmitto primò, id votum sub hoc forma emitti, vt constat ex 5. *part. constitutionum eiusdem Societatis. cap. 1. §. 1.* Insuper promitto specialem obedientiam summo Pontifici circa missiones, prout in literis Apostolicis, & constitutionibus continetur; & *in eisdem constitutionibus, in examine. cap. 1. §. 5.* explicatur hoc votũ magis his verbis. *Professi Societatis facis expressum votũ summo Pontifici ad proficiscendũ sine excusatione, non petito viatico, quocumque gentium eius Sanctitas iusserit inter fideles, & infideles ad res, quæ ad diuinum cultum, & religionis Christianæ bonum spectant: & 6. part. constit. cap. 2. §. 13. in declarationibus, littera I.* explicatur his verbis; *pedites, vel equites, cum pecunia, vel sine illis.* Et Iulius III. in prima Bulla confirmationis instituti Societatis Iesv, explicat hoc votũ in eo consistere, vt quidquid Romanus Pontifex iusserit ad profectum animarum, & fidei propagationem pertinens, & ad quæcumque prouincias professos hos mittere voluerit, sine vlla tergiuersatione, aut excusatione illicò, quantũ in ipsis fuerit, exequi teneantur, siue ad Turcas, siue ad quoscumque alios infideles, etiam in partibus, quas Indias vocant, siue ad quoscumque hæreticos, & schismaticos, siue etiam ad quosuis fideles mittendos censuerit.

2 Secundò præmittendum est, votum hoc esse peculiare Societatis Iesv, vt concedit Gregorius XIII. in extrauag. *ascendente.*

3 Tertiò præmittendum est, cùm esse obligatorium sit intrinsecum voto, opus esse, id quod noui voti rationem induci, nouam quoque obligationem inducere; quippe ob id votum repetitum non est votum distinctum, sed prioris confirmatio, quod nullam obligationem nouam pariat. Hæc autem noua voti obligatio potest esse intensiua, aut extensiua: intensiua quidem est, quando obligationi alterius præcepti adiungitur obligatio voti, vt dum quis vouet se non fornicaturum; extensiua autem quando votum obligat ad aliquos actus, qui antea sub præcepto non erant, vt dum quis vouet castitatem, obligatur quidem sola maiori obligatione intensiua, quoad abstinendum à fornicatione, vtpote quod antea erat sub præcepto; sed maiori extensiua quoad abstinendum à nuptiis, quippe quod secluso voto erat sub solo consilio.

Difficultas ergo est, in quo huius quarti voti specialis obligatio consistat, & qualiter id sit Societati peculiare. Et videtur nulla noua obligatio extensiua huic voto inesse, quia secluso voto tenentur, sicut quicumque alij fideles, parere Papæ; ergo nulla noua obligatio extensiua additur communi omnium obligationi; sed præcedens confirmatur noua intensiua voti obligatione, sicut dum quis promittit se non fornicaturum. Et confirmatur, quia Iulius III. in Bulla prima confirmationis instituti Societatis Iesv, ait, quamuis omnes fideles teneantur Papæ obedire, at ob maiorem deuotionem ad Apostolicæ Sedis obedientiam, & certiorem Spiritus sancti directionem, & maiorem voluntatum abnegationem, hoc votum emitti in Societate. Quæ eadem verba repetit Gregor. XIII. in extrauag. *ascendente Domino*, in qua Societatis institutum explicuit: & ita videtur vtrique Pontifex clarè indicare, nullam specialem obedientiam in virtute huius voti Romano Pontifici deberi, præter generalem omnium fidelium. Secundò, quia si comparemus professos hos Societatis Iesv cum regularibus aliorum ordinum, nulla est noua obligatio intensiua, neque extensiua. Non extensiua, quia nec respectu secularium eam esse probatum est, nedum respectu religiosorum. Non intensiua, quia quicumque religiosi tenentur speciali obligatione voti obedientiæ parere Papæ, vltra generalem fidelium obligationem: quippe expressè promittunt obedientiam Prælatis religionis; ac proinde cum Pontifex sit supremus omnium religionum Generalis, habeatque in ipsos religiosos potestatem dominatiuam, sicut cæteri Prælati religiosi, vltra superioritatem communem in omnes fideles, vt probauimus, promittunt ipsi eo voto obedientiam, non minus quàm aliis Prælatis regularibus; immo primo loco ipsi tanquam supremo Generali religionum. Ergo nec votum hoc vllo modo obligationem inducit præ generali obedientiæ voto omnium religionum, nec est peculiare Societati, sed omnibus religiosis commune. Quod si respondeas, illud generale obedientiæ votum esse implicitum respectu Pontificis, at votum Societatis Iesv esse explicitum; longè autem differt vnum votum ab alio, vt constat in voto castitatis emisso in sacris ordinibus, postea quam in religionis professione repetitur, quamuis enim vtrumque sit solemne, vt quis illud est implicitum, hoc autem explicitum, additur per hoc tanti momenti obligatio, vt authores asserant hanc circumstantiam necessariò fatendam si facerdos fornicetur. Sed hæc solutio, licèt apparens sit, non satisfacit, tum quia parum tribuit voto Societatis Iesv, tum quia in se non est vera; cùm enim expressè promittatur obedientia Prælato religionis, & Pontifex sit verus, & peculiaris illius Prælatus, non minus quàm cæteri, promittitur vtique expressè obedientia ipsi Papæ, sicut cæteris Prælatis. Tertiò, quia Diuus Franciscus specialem nomine suo, totiusque suæ religionis obedientiam Romano Pontifici promisit, vt testantur Diuus Bonauentura *in expositione reg. Diui Francisci. cap. 1.* & Corduba *ibi. cap. 1. quæst. 3. ad finem.* Atque ideo Clemens V. Clement. *exiui, de verborum significat. §. quia vero. versi. attendentes quadam*, ait fratres Minores pedibus

Sedis Apostolicæ per suam regulam subiectos esse. Ergo hoc votum non est speciale professorum Societatis IESV. Tandem, quia saltem votum hoc nullam addit obligationem voto simplici obedientiæ, quod cæteri religiosi Societatis IESV emittunt finito Societatis biennio: nam virtute illius voti tenentur non solùm à Papa missi, sed etiam à Generali Societatis IESV, quocumque tendere Euangelium seminaturi, vt probauimus hoc libro, cap. 2. num. 47. Et confirmatur fortiùs, quia saltem nullam addit obligationem simplici obedientiæ voto, quod coadiutores formari eiusdem Societatis IESV emittunt iuxta eius constitutiones, vel solemni, quod emittunt professi trium votorum; nam virtute huius voti tenêtur ad hoc quod superiores præceperint constitutionibus eius conforme. At in eis *part. 6. cap. 2. §. 12.* sic dicitur: *quod summus Pontifex, vel superior huiusmodi professos, vel coadiutores ad laborandum in vineam Domini mittat, nullum viaticum petere possint, sed se liberaliter repræsentent, vt mittantur.* & *in declarationibus, lit. I.* sic explicatur *scilicet pedites, vel equites, cum pecunia, vel sine illa.*

1 Sed his non obstantibus, dicendum est votum hoc continere nouam obligationem extensiuam vltra vniuersaliter communem omnium fidelium, & religiosorum omnium aliarum religionum: nam reliqui fideles minimè tenentur obedire Papæ mittenti eos ad seminandum Euangelium ad partes valdè remotas, & inter infideles, nisi in casu speciali, in quo necessitas boni communis Ecclesiæ id postularet; nec alij religiosi ex generali obedientiæ voto quod in sua professione emittunt, ad hoc tenentur, vtpote quod eorum institutum excedit: sed solùm tenentur in eo casu, in quo alij fideles, vt probauimus hoc lib. cap. 2. num. 47. Insuper esto posset eos obligare ex vi illius voti: at non posset obligare, vt pedites, & sine viatico irent, quis est difficillimum, & supra suam regulam; at professi Societatis IESV ex eo voto speciali adstringuntur ire pedites, nullòque viatico petito, ad quascumque remotissimas quorumcumque infidelium partes Romanus Pontifex miserit, nullaque boni communis necessitate id postulante, vt num. 1. probauimus. Secundò, probatur addere nouam obligationem extensiuam supra votum obedientiæ generale, quod emittunt religiosi Societatis IESV, finito Societatis biennio, quia hi etsi ex suo instituto obligentur à superioribus missi ire quocumque gentium, etiam ad partes infidelium Euangelium prædicaturi, vt probauimus loco citato; at non tenentur ire pedites, nullòque viatico petito, quia ad id non obligantur suis constitutionibus: ac proinde præceptum sic eundi excederet notabiliter regulam, ad quam solam virtute voti obedientiæ se obligant. Tertiò, probatur addere nouam obligationem extensiuam supra generale obedientiæ votum, quod emittunt in Societate IESV coadiutores formati, & professi trium votorum, quia etsi hi tenentur pedestres, ac nullo viatico petito, ire quocumque gentium, vt probauimus num. præcedenti ad finem; at non tenentur ad id ex peculiari voto, solum enim generale obedientiæ votum emittunt instar aliorum religiosorum: sed solùm tenentur ex constitutionibus, quæ ad nullam culpam obligant; ac proinde si iussi absolutè à Papa in partes remotissimas ire, peterent viaticum, non peccarent contra votum, quia non reluctantur obedientiæ, sed violarent constitutiones: quamuis si Pontifex instaret præcipiens, vt absque viatico, & pedites irent, tenerentur ex vi illius voti, sic iter arripere, quia tenentur obedire secundùm constitutiones: at præceptum hoc ipsas non excedit. Professi autem quatuor votorum ex vi illius voti specialis quarti obedientiæ Pontifici emissi, tenentur Papæ absolutè præcipienti quocumque vadere, obtemperare nullo petito viatico, quia specialiter quarto voto ad id se adstrinxerunt. Quod si replices, in eo quarto voto non exprimi obligationem aliquam nullius viatici petendi, sed tantùm obediendi Papæ, prout constitutiones præscribunt, quæ nullum peti viaticum statuunt; similiter etiam professi trium votorum, & coadiutores formati in fine votorum paupertatis, castitatis, & obedientiæ, quibus se ligant, addunt omnia intelligenda iuxta constitutiones Societatis. Cùm ergo similiter constitutiones illis petitionem viatici interdicant, simili prorsus modo tenebuntur id non petere ex vi voti generalis obedientiæ, sicut professi ex vi illius quarti supradicti; ac proinde eiusdem culpæ, aut nullius rei erunt petendo viaticum, quando Pontifex absolutè præcipit missionem, non præcipiendo, vt absque viatico irent. Sed responderut, disparem esse valde rationem: nam constitutiones dum statuunt, vt professi trium votorum, & coadiutores formati nullum petant viaticum, non explicant obligationem generalis voti obedientiæ in hoc consistere, sed inter alia hoc statuunt, ac proinde nullam peculiarem obligandi vim habent, sicut nec cæteræ constitutiones: at dum statuunt, ne professi quatuor votorum viaticum petant, declarant in eo peculiari consistere quartum obedientiæ votum, vt numero 1. diximus; ac proinde cùm obligantur ad hanc specialem obedientiam Pontifici, prout ea in constitutionibus declaratur, vonent expresè obedientiam illam nullo petito viatico. Tandem potest satis probabiliter hæc differentia constitui, quod reliqui religiosi è Societate IESV, etsi trium votorum professi sint, non tenentur cum manifesto periculo sinè vitæ inter infideles iussi Romani Pontificis adire, nisi casu, quo seculares ad id tenentur, petente maxima boni communis necessitate postponi illi huius vitæ periculum, quia votum illud generale obediendi in his, quæ constitutiones non excedunt, quale est ire quocumque, obligat instar legis ecclesiasticæ, de eadem re latæ, vt probauimus hoc lib. 6. cap. 4. num. 23. lex autem ecclesiastica non obligat cum mortis periculo, nisi in rarissimo necessitatis casu, vt probauimus lib. 1. huius tract. c. 18. n. 4. At virtute huius quarti voti obligantur professi quatuor votorum etiam cum manifesto vitæ discrimine obedire Papæ inter infideles mittenti, quia votum hoc est obediendi Papæ, prout in constitutionibus declaratur: in constitutionibus autem, vt retulimus num. 1. explicatur, inter Turcas, & quoscumque infideles, in qua verbi diuini prædicatione manifestissimè est vitæ discrimen. Et ex his patet solutio ad omnia obiecta proposita num. præcedenti, præterquam ad confirmationem primi argumenti, & ad tertium argumentum, quæ peculiarem solutionem petunt. Sed ad eam confirmationem dico, mentem, & formam illius voti fuisse deuotionem specialem, & affectum abnegandæ voluntatis propriæ, & hoc solum intendunt Pontifices illi; non autem volunt negare nouam obligationem addi eo voto emisso. Ad tertium autem dico, voto obedientiæ Pontifici à Diuo Francisco emissum nomine totius suæ religionis, nullam nouam generali obedientiæ voto in professione facto rationem addidisse; sed id emissum esse à viro illo sancto ad declarandum subiectionem, quam tota sua religio Papæ debebat habere. Quod vel inde constat, quia cæteri professi illius religionis non emittunt speciale votum obedientiæ Romano Pontifici: nec Diuus Franciscus nomine futurorum religiosorum potuit id promittere, superaddendo nouam obligationem professionis, nec etiam nomine eorum, qui tunc erant sui religiosi, absque expressa eorum facultate. Quare non poterit Pontifex fratres Minores, vltra suæ religionis præscriptum obligare; & ita fatetur Ouandus *in fine quarti sententiarum, in additionibus ad tractatum de voto, propositione 8.*

hoc dicentem nulla ratione conuinci posse, & videri illam specialem obedientiam potuis personalem.

6 Dum autem constitutiones Societatis IESV explicant in hoc quarto voto obediendi Papæ, comprehendi ire quocumque eius iussi, nullo petito viatico, ac sine vlla tergiuersatione, aut excusatione, vt retulimus num. 1. non intelligendum est, quamcumque simplicem alicuius iussi impedimenti repræsentationem opponi obligationi huius voti; sed quando friuolæ excusationes proponerentur: quando enim professi ij iussi à Papa has missiones, humiliter proponerent impedimentum iustum, vt salutis defectum, vel quid simile, nil agerent contra votum, quia eis verbis, *absque tergiuersatione vlla, aut excusatione*, sola hæc, quando friuola sunt, & ad vitandos itineris labores, comprehenduntur; sicut dum iura aliquid exequendum quacumque appellatione remota statuunt, intelligenda sunt de appellatione friuola, vt docet Glossa communiter recepta, *cap. ex conquest. vers. post appellationem, de restitutione expoliatorum.* At nullum peti à Papa viaticum licet; sed esset etiam contra hoc votum, quamuis non peteretur tanquam debitum, & conditio sine qua non itineris conficiendi, quia id sonant illa verba, *nullo petito viatico*, & non dicitur, *nullo exacto.* Item, quia *in constitutionibus Societatis, part. 7. cap. 1. §. 5. litteræ E. in declarationib.* solùm permittitur repræsentari Pontifici, quæ sit ipsius mens de modo itineris conficiendi, an ex eleemosynis emendicatis, an alio modo viuendo.

SVMMARIVM.

Cur emittuntur à professis Societatis IESV votum non permittendæ relaxationis paupertatis. n. 7.

De qua paupertate intelligatur hoc votum. n. 8.

An liceat his professis agere cum Pontifice de relaxanda hac paupertate, vel admittere relaxationem à Pontifice sponte oblatam, aut præcipiami n. 9.

An si iudicaret Societas relaxationem hanc expedire, posset eam procurare impetrata prius dispensatione huius voti; & an hoc iudicandum sit instar voti non petendæ dispensationis voti priori emissi. n. 10.

Societas IESV renunciauit indulto Trident. sess. 25. de regularib. cap. 3. concedentis religionibus habere bona immobilia. num. 11.

Explicatur qualiter potuerit illi renunciare. n. 12.

An teneretur illi renunciare? n. 13.

Post numerum 15. inuenies alia summaria.

7 Vltra hoc votum solemne emittunt professi trium, & quatuor votorum Societatis IESV, alia quinque vota simplicia Societatis instituto peculiaria. Primum est de non permittenda paupertatis relaxatione, quod emittitur sub his verbis, iuxta constitutiones eiusdem Societatis, *part. 6. cap. 1. §. 1.* Promitto nunquam me acturum quacumque ratione, vel consensurum, vt quæ ordinata sunt circa paupertatem in constitutionibus Societatis, immutentur, nisi quando ex causa iusta rerum exigentium videretur paupertas restringenda magis. Ratio autem cur Societas votum hoc emiserit, est ad præcauendam paupertatis relaxationem quemquipe, vt author est Bonauentura in epistola: ad ministros prouinciales, & custodes de refrænandis fratribus sui ordinis, quæ habetur *tomo 1. opusculor. in fin.* inter multas causas, ob quas religio à primæuo sui instituti feruore labi solet, principem locum tenet paupertatis relaxatio. Quod etiam refert Catthus. *lib. de reformat. claustralib. num. 17.* ratióque manifesta est, quia iuxta D. Thomam *2. 2. quæst. 185. art. 3.* & D. Bonauenturam *in breui colloquio. part. 5. c. 6.* habetur *tom. 1. opusculor.* & *opuscul. de perfectione vitæ c. 14.* habetur *tom. 1.* primum religionis fundamentum est voluntaria paupertas. Cui consonat Greg. XIII. in extrauag. *ascendente*, dicens eam esse religionis murum, ac propugnaculum; quæ duo nomina alli attribuerat P. N. Ignatius *in constit. part. 6. cap. 2. §. 2. & part. 10. §. 5.* Si ergo paupertas fundamentum religionis est, ac propugnaculum, ea destructa corruet religionis ædificium. *cap. cum Paulus. 1. quæst. 1.* Vt ergo hoc subuersionis religiosæ disciplinæ periculum, & lapsum à suo primo feruore cauere, eiusque felici progressui prospiceret, instituit B. N. P. Ignatius, vt professi trium, & præcipuè quatuor votorum, se hoc voto non permittendæ relaxationis paupertatis deuincirent: soli enim professi quatuor votorum iuz suffragij habent in congregatione generali, cuius solius est constitutiones Societatis mutare.

8 Hoc autem votum non intelligitur de quacumque paupertatis relaxatione, sed de paupertate, quod attinet ad redditus, & bona stabilia domorum professarum Societatis admittenda, vt expresè habetur *6. p. constitut. cap. 1. in declarationibus littera A.* Vnde non esset reus huius voti violati professus Societatis, qui relaxationi paupertatis quoad alia conniueret.

9 Hinc deducitur, non integrum esse professis Societatis agere cum Pontifice de relaxatione paupertatis prædictæ: immo nec si à Pontifice proprio motu facultas concederetur eius relaxandæ, posset ei relaxationi consensum præbere, quia per hoc votum, & procurandæ relaxationis, & illius vltrò oblatæ admittendæ facultate se priuant. Si tamè Pontifex bona immobilia obtinere Societati professæ non solùm concederet, sed etiam præciperet, teneretur Societas non obstante hoc voto consentire, quia per illud tantùm se obligat ad non consentiendum quantum ex parte sua; nec posset se ad resistendum Pontificis imperio obligare.

10 Quod si arbitrio prudentis, attentis circumstantiis temporum, locorum, & personarum, iudicaretur spirituali Societatis augmento, eiusque feliciori progressui vtilius esse bona immobilia à Societate professa possideri, posset Societas non obstante hoc voto cum Pontifice de hac relaxatione tractare, obtenta tamen priùs dispensatione, & irritatione huius voti de non petenda, vel admittenda paupertatis relaxatione. Ratio est, quia de hoc voto philosophandum est eodem modo, ac de voto, quo quis se astringit ad nõ petendum alicuius voti prius emissi dispensationem, nec vtendum ea vltrò oblata; per votum enim solemne se obligantur professi ad prædictam paupertatem seruandam, non possidendo bona aliqua stabilia, & per hoc votum simplex postea emissum, ad non procurandam relaxationem, nec eam vltrò concessam admittendam. At non obstante voto emisso non petendæ dispensationis, nec ea vtendi, integrum est, quando iusta causa non seruandi prius votum occurrit, eius dispensationem procurare, obtenta tamen prius huius posterioris voti dispensatione. Ergo idem dicendum est in præsenti casu.

11 Quare obligationi huius voti de non admittenda paupertatis relaxatione, Societas correspondens, non acquiesit concessioni Concilij Tridentini *sess. 25. de regularibus cap. 3.* qua omnibus regularibus, præter Franciscanos de obseruantia, & Capucinos, indulsit bona immobilia possidere, non obstantibus quibuscumque constitutionibus ad interdicentibus: sed cessit iuri suo in secunda congregatione generali coacta anno 1567. canone 2. his verbis. *Congregatio totius Societatis nomine cessit cuicumque iuri prouenienti ex concessione Concilij Trident. ad habendi bona immobilia in communi in domibus professorum, vel rerum Ecclesiar, ac iuxta nostras constitutiones, & vsum, quæ post professionem conuenitur, paupertatem in professis, ac ipsorum domibus retineremus.* Quamuis enim

Concilium Tridentinum iustissimis de causis ductum fuisse ad eam generalem concessionem indulgendam ambigi neqeat, dubitari tamen rationabiliter potuit, an Societati, attentis temporum circumstantiis, expedientius esset bona immobilia non possidere retento primæuo suo instituto; & ideo in congregatione secunda generali id maxima consideratione præmissa controuersum est, & quia omnibus pensatis iudicatum est, multo melius Societati fore ad conseruationem paupertatis suæ primæuæ nulla bona immobilia in communi possidere, meritò, ac iure optimo omnes professi in eam congregationem secundam generalem coacti renunciarunt ei concessioni.

22 Sed duplex circa hanc renunciationem insurgit difficultas. Prior est, an potuerit Societas huic concessioni renunciare? Ratio dubitandi est, quod hæc Tridentini concessio non fuerit fauor aliquis peculiaris Societati indultus, sed ius publicum ad bonum commune statuum: censuit enim Tridentinum bono communi expedientius esse hoc indultum, quò diuagandi ansa religiosis auferretur, & religiosæ disciplinæ tuendæ melius prospiceretur. Non ergo priuatorum consensu potuit huic iuri publico derogari; quippe ideo *cap. si diligenti, de foro competenti*, decidatur non esse integrum clerico contra fori priuilegium toti ordini clericali concessum, se foro seculari committere.

23 Sed dicendum est, id potuisse, quod ea concessio non fuerit fauor aliquis religionum, cuius renunciatio cedat in dedecus, & iniuriam status religiosi, quale est priuilegium fori ordini clericali concessum; & ideo illi renunciari nequit, vt optimè hanc illius decreti rationem tradit Felinus *ex cap. si diligenti. numero 16. euthem. de pallio. 1. part. in princip. numero 9* Barbosa *Lalia. 15. §. eleganter. numero 14. ff. solut. matrim.* sed est permissio quædam iustissimis de causis concessa religionibus: & ita Tridentinum *ex. c. 3.* permissionis verbis vtitur, dicens, *concedit sancta Synodus*, &c. Cùm ergo Societas re maturè discussa perspiceret sibi peculiariter expedientius esse non vti ea concessione, potuit illi renunciare, cùm nulla præcepti à Tridentino iniuncti necessitate ad eam admittendam coageretur.

24 At quamuis quoad huius facultatis vsum sufficerit prædicta Societatis renunciatio, vt tamen adhuc maneret incapax possidendi bona in communi, non sufficit absque Pontificis approbatione. Ducor, quia votum solemne paupertatis ab his professis, & quibuscumque alius emissum, non habet ex natura sua vim huius incapacitatis inducendæ, sed ex solo ecclesiastico statuto, vt probauimus suprà. At hoc statutum eo ipso censetur ablatum per Tridentinum, quod concessit religiosis omnibus, præter Franciscanos, & Capucinos, bona immobilia possidere: nam statim facti sunt habiles ad hæc possidenda, quod fieri non posset durante priori statuto. Quod si dicas, cùm ea concessio fuerit priuilegium quoddam, eam non profuisse ante acceptationem; cùm ergo Societas ea non acceptarit, videtur adhuc mansisse incapax, ac priuilegium illud concessum sibi non esset. Sed hæc euasio nullius est momenti, quia concessio illa non est peculiare religionis priuilegium, vt eius acceptatione indigeat, sed est lex generalis concessa omnibus religionibus, præter duas illas, abrogans statutum ecclesiasticum, quo aliquæ illarum effectæ erant incapaces possidendi bona in communi. Et ideo, vt Societas incapax maneret, non fuit sufficiens eius renunciatio, sed Pontificis confirmatio desiderata est, quam absque dubio accessisse tunc credo. Nec enim credendum est, Societatem tunc congregatam, quæ ita cautè in omnibus se gerit, renunciationem tanti momenti celasse Pontifici: sed ipsum absque dubio certiorem fecit, ab ipsoque renunciatio hæc approbata est, priori ecclesiastico statuto illæso perseuerante. Et dato hoc non accidisse, postea constitutiones Societatis approbauit Gregor. XIII. anno 1584. in extrauag. *ascendente Domino*, vbi totum Societatis institutum retulit, & confirmauit, decidens, coadiutores formatos Societatis IESV per simplex paupertatis votum, & per solène professos reddi incapaces omnis hæreditariæ successionis, & cuiuscumque proprij habendi, & domos professas Societatis nullos reditus habere posse.

Posterior difficultas est, an Societas tunc teneretur suppósita hac Tridentini concessione, illi renunciare? Videtur enim ea renunciatio spontanea facta ex gestis prædictæ congregationis generalis Societatis, ibi enim propositum fuit, an placeret cedere huic iuri, & omnes responderunt sibi placere. Ex quo loquendi modo videtur Patres ibi coacti sensisse se non astrictos esse, atque adeò non necessitate, sed voluntate potiùs huic concessioni renunciasse. Sed dicendum est, obligatam fuisse Societatem ad hanc renunciationem, nam cùm Concilium non præciperet, sed solùm concederet habere bona in communi, tenebantur professi huic concessioni non acquiescere ratione huius peculiaris voti, quo promiserunt se relaxationi paupertatis minimè consensuros. 25

SVMMARIVM.

Explicatur cur professi Societatis promiserint, se nec directè, nec indirectè prætensuros dignitatem, vel prælationem in Societate. n.16.

Proponuntur rationes probantes intelligi de quacumque prætensione interna. n. 17.

An desiderare ea, vel desiderare hoc procurare, sit contra hoc votum? n.18.

An oporteat procurationem eam esse aliquo signo externo manifestanda? n.19.

Qualis, & quantus debeat esse manifestatio per illud signum. num.20.

An sit contra hoc votum intendere auferre impedimenta venientis opposita, ne sit Prælatus? n.21.

An sit contra illud fingere se sanctum, prudentem, aut doctum, vt in Prælatum eligatur? n.22.

Quid intelligatur per illa verba, promitto me nihil actuurum directè, nec indirectè. n.23.

Quid intelligatur nomine dignitatis *in eo voto, & quid nomine* prælationis. *n.24.*

Post numerum 24. inuenies alia summaria.

Secundum votum simplex, quod professi trium, & quatuor votorum Societatis IESV emiserunt, est de non procurandis dignitate aliqua in Societate directè, nec indirectè; quod decernitur *p.10. constit. §.6.* & emittitur his verbis; Promitto nunquam me actuturum, vel procuraturum, nec indirectè quidem, vt in aliquam prælationem, vel dignitatem in Societate eligar, vel promouear. Cuius voti emittendi causa fuit ambitionis ditum præcludere; quippe ambitionem bonum re gionis statum funditus euertere experientia testis e Est enim, vt ait D. Bernardus *serm. 6. in psal. Qui h* itas, secretum venenum, pestis occulta, doli artifi virtutum ærugo, & tinea sanctitatis, indéque oriuntur inuidiæ, dissensiones, & rixæ, vt Romanorum exemplo confirmat D. August. *lib. 5. de ciuitate Dei. cap. 12.* Quare, vt ait D. Basil. *de constitutionibus cap. 10.* hoc vitio capti sunt inuidi, contentiosi, insimulatores; & denique quos ambitio inuadit, iugum ecclesiasticæ disciplinæ facit respuere, vt ait Symmachus Papa in Synodo Romana. *cap. 1.* & habetur *cap. hæc. d. 86.* 26

27 Circa huius voti intelligentiam triplex oritur difficultas. Prima est, quod intelligatur per illa verba, *nunquam me actuurum, vel prætensurum*, nempe, an sit contra hoc votum desiderare has dignitates, vel saltem quæcumque actio ex se indifferens, nec manifestans dignitatis ambitionem, quando ex agentis intentione in hanc ambitionem ordinatur; an potiùs necesse sit, vt actio illa in hanc ambitionem directa sit ex se sufficiens signum eam manifestans? Videtur hoc posterius non desiderari, quia etsi leges aliquem actum interdicentes, aut punientes, intelligatur de actu externo ita manifestato, vt ab aliis cognosci valeat, id ideo euenit, quia excedit humanam potestatem, præcipere, aut punire actus merè internos, nisi vt actui externo accedunt. At cùm votum emittatur Deo, atque ex lege naturali legem obligandi sortiatur, extenditur ad actus internos. Cùm ergo obligatio huius ambitionis cauendæ oriatur ex voto, extendetur ad illam, quantumnis interna, & latens sit. Secundò, quia per prædictum votum inrendit Societas ablegare harum dignitatum ambitionem; hæc autè committitur quocumque actu directo ex sola agentis intentione ad obtinendam dignitatem: ergo qualiscumque ille sit, opponetur huic voto. Tertiò, quia vota paupertatis, & castitatis à religioso emissa comprehendunt actum merè internum; delectatio enim morosa erit sacrilega contra votum castitatis; & non tantùm habete proprium, sed velle id habere, est contra votum paupertatis. Ergo similiter contra votum hoc erit quæcumque interna dignitatis ambitio.

28 Prima tamen conclusio sit. Desiderare dignitates, & prælationes in Societate, non est contra hoc votum. Constat, quia votum hoc tantùm est de non agendo, vel procurando, vt votens promoueatur: at desiderare promouerì, non est agere, vel procurare. Atque ita docet Vazquez *1. 1. quæst. 74. art. 8. disput. 115. cap. 3. in fin.* Secus autem esset de desiderio procurandæ dignitatis, eo procurandi modo, qui est contra votum hoc; illud enim esset peccatum mortale aduersus hoc votum, quia actus internus, & externus eiusdem obiecti eadem bonitate, & malitia afficiuntur. Cum ergo procuratio illa sit contra votum, erit quoque desiderium talis procurationis.

29 Secunda conclusio. Non quæcumque dignitatis in Societate procuratio est contra hoc votum, sed manifestetur oportet signo aliquo externo, quod sufficienter ex se, siue ratione temporis, siue ratione circumstantiarum concurrentium declaret internam mentem procurandæ eo actu dignitatis. Quare si actus externus sit ex se indifferens ad eam ambitionem, vel aliquid aliud manifestandum, non erit contra hoc votum. Ducor primò, quia votum hoc est de non agendo, vel prætendendo ad acquirendam dignitatem, vel prælationem in Societate, quia actus debent esse respectu alicuius hominis, quo medio dignitas acquirenda est. Ergo debent esse tales, vt prudenter, & probabiliter possit homo similiter ex illis ambitionis intentionem colligere; quia aliàs id non esset agere, aut prætendere respectu hominis. Secundò, quia *p.10. constit. 1. §.6.* redditur huius voti ratio, vt fœlix Societatis status conseruetur remota ambitione, quæ in quauis congregatione, & Repub. est malorum omnium mater. At huiusmodi ambitio est, quæ signo aliquo sufficienti ex teriis manifestatur; cùm enim in terra homines latent, non pariunt lites, & contentiones, & reliqua Reipublicæ damna. Et confirmatur, quia *eadem §.6.* reddita hac ratione, additur statim; *quod vt fiat, omnes professi se nihil unquam ad eam obtinendam acturos venient, & quos agere animaduerterint, delaturos, vt incapaces, ac inhabiles ad prælationem quamuis habeantur ij, de quibus probari possit, quod eam ambiuerint.* Vbi pondero, quod constitutio statim ac proponit votum de non agendo aliquid ad dignitatem, proponit votum denunciandi agentes ad eam obtinendam. Cùm ergo denunciari non possint nisi actiones signo externo ambitionem sufficienter manifestantes, videtur apertè colligi votum de non agendo declarari per subsequentia verba, vt intelligatur de actione signo externo manifestata. Præterea, quia statim subdit pœnam incapacitatis, quæ soli actioni sufficienter exteriùs declaratæ imponi potest. Tandem à posteriori probatur, quia suauissima Societatis gubernatio non pateretur votum innumeris scrupulis expositum, & laqueos plurimos conscientiis iniicens, quale esset hoc, si quamuis actionem externam indifferentem comprehenderet, eo quod ad acquirendam dignitatem dirigeretur; passim enim scrupuli irreperent, qui conscientias torquerent, an actiones quæcumque externæ bonitatem, prudentiam, scientiam redolentes eò dirigantur, vt dignitas, vel prælatio in Societate comparetur, cùm hæc valde ad ea adipiscenda conferant. Nec obstant contraria adducta num. 17. Nam ad primum fateor, voti obligationem posse ad actus internos extendi; & ita posset promitti nec actu interno curandum, vel agendum aliquid, quo dignitas comparetur: at hoc votum non emissum est de hoc actu interno, vt satis probatum est. Ad secundum dico, posse ambitionem solo actu interno committi: at hæc ambitio non est comprehensa in hoc voto. Ad tertium non negamus, esse contra hoc votum aliquos internos actus ambitionis, sed tantùm dicimus non omnes actus internos esse contra illud; sed cóntra illud sunt illi soli actus interni, qui habent idem obiectum externum, quod voto opponitur, vnde cùm voto huic solùm opponatur procuratio externa actione sufficienter manifestante ambitionem, erit solùm contra hoc votum desiderium huius procurationis, vel delectatio morosa in hac procuratione; non autem erit contra votum procurate externa actione, quæ ex se non manifestat ambitionem, vel aliquid aliud, quia hæc non opponitur voto, vt satis probauimus.

Quod si quæras, qualis, & quanta debeat esse manifestatio ambitionis per illud signum, vt contra hoc votum agatur. Respondeo, vt optimè in alio simili sentit Suarez *5. tomo in 3. p. disp. 22. sect. 6. num. 16.* debere esse ita moraliter certam, vt consideratis conditione, vita, & honestate agentis, & aliis circumstantiis concurrentibus, posset absque temeritate aliqua probabiliter, & prudenter ea vitio dari. 20

Hinc deducitur primò, non esse contra hoc votum intendere etiam directè auferre impedimenta, quæ volenti opponuntur, ne sit Prælatus, dummodo nil aliud agatur, vt prælatio obtineatur, quia inhabilitas, aut impedimentum prælationis est damnum diuersum à priuatione prælationis, hæc enim non continet dedecus, illud autem continet. 21

Secundò deducitur, non esse contra hoc votum fingere se sanctum, aut prudentem, doctum, aliisque doctibus ornatum ostentare coram superioribus, ambitiosa obtinendæ dignitatis in Societate intentione, quia fictio sanctitatis, & harum dotum ostentatio indifferens est ad eam ambitionem, vel aliquid aliud manifestandum. Quare dum nullæ aliæ circumstantiæ concurrunt ex quibus sufficienter hæc ambitio diiudicari valeat, non est actio ita exteriùs manifesta, vt sit contra votum. 22

Secunda difficultas est, quid intelligatur per illa verba, *promitto me nihil actuurum nec indirectè quidem*, quid, inquò, sit agere directè, & quid indirectè ad dignitatem, vel prælationem obtinendam. Duplex potest esse verborum illorum intellectus. Prior est, idem penitus per vtramque particulam importari, solumque multiplicari, vt professi Societatis IESV intelligant, quòm directè 23

sibi hæc ambitio interdicatur, vt cùm Hispanè dicimus, *ni es osado por poseimiento hazer esso*. Ducor, quod reuera modus indirectè ambiendi num. sequenti explicandus, potest appellari directa ambitio, comprehenderetúrque absque dubio, etsi non explicaretur particula *indirectè*. Atque ita Suarez num. sequenti allegandus explicans, quod statutum dicatur indirectè contra libertatem ecclesiasticam, dicit reuera illud esse in substantia contra illam, ac subiici censuris latis in condentes statuta contra Ecclesiæ libertatem. Secundò ducor, quia Caietan. *in sum. verb. excommunicatio. cap. 7. & 15. & 17. & 27. & 29. & 37.* explicans varias excommunicationes in quibus comprehenduntur agentes directè, vel indirectè, actiones illis interdictas, non explicuit has particulas, nec cæteri Doctores, quos viderim, eas explicuere, cùm tamen Caietan. exactissimè singula excommunicationum verba libratit; quod non leue signum est nullius mysterij in eis particulis latitantis, sed eiusdem significationis in vtrisque, positásque esse gratiâ maioris ponderationis.

24 Posterior intellectus est, vt dicatur actio, aut præteritio directa, quando expressis signis, aut verbis dignitas præxenditur; at indirecta, quando non ita expressè, sed alio prætextu, aliòque simulato colore; sicut dum Clemens VIII. in sua extrauag. de largitione munerum regularibus prohibita, interdixit illis eam largitionem siue directam, siue indirectam, declarant Sosta in eius expositione, *num. 73.* & Sorbus *in compendio Mendicantium. p. 1. verb. dare*, in expositione eiusdem extrauag. *§. tertia generalitas*, vt donatio directa sit, quæ claris verbis sit, indirecta autem, quando re vera est donatio, sed alio quæsito colore palliata, ac simulata; vt cùm religiosus rem sibi oblatam, racitèque à se acceptatam iubet alij dari vel si prætextu mutui, aut commodati aliquid donatet animo nunquam repetendi. Et in simili Suarez *5. tomo in 3. p. disp. 21. sect. 1. num. 23.* ait statutum esse directè contra libertatem ecclesiasticam, quando expressè, & directè eam lædit; indirectè autem quando non expressè, & directè hoc declarat, at verè est in libertatis ecclesiasticæ fraudem.

25 Vltima difficultas circa hoc votum est, quid in eo intelligatur nomine *dignitatis*. Et quidem attento iuris rigore, soli Prælati religionis, nempe Generalis, Prouincialis, & superior immediatus conuentus, dicuntur in dignitate constituti; & proinde cùm iuxta *cap. statutum, in princip. de rescript. in 6.* litera Pontificis soli personis in dignitate constitutis committi valeant, hi soli ex religiosis eius commissionis acceptandæ capaces sunt, vt dicemus hoc lib. infra. Et ideo in hoc voto idem intelligitur per prælationem, & dignitatem, & solius maioris charitatis gratiâ multiplicantur illa verba. Atque ita P. N. Generalis Claudius Aquauiua explicuit sub hoc voto comprehendi officia Societatis, quæ iurisdictionem ordinariam, aut delegatam habent, qualia sunt Generalis, Prouincialis, Præpositi domus professæ, Rectoris, Visitatoris, aut Vicegeneralis, Vicepro uincialis, Vicepræpositi, Vicerectoris, cætera autem officia minimè. Vnde non erit contra votum hoc procurare officium assistentis P. N. Generalis, magistri nouitiorum, ministri, consultoris, admonitoris, vel aliorum superiorum, lectoris Theologiæ, aut concionatoris: non enim hæc reputântur dignitates in Societate, vt iam docui.

SVMMARIVM.

Cur professi Societatis IESV emittant votum non procurandæ dignitatis extra Societatem. n. 26.

An intelligatur siue directè, siue indirectè? n. 27.

Quid intelligatur nomine prælationis, & dignitatis extra Societatem. n. 28.

Qualiter licitum sit votum, aut iuramentum non procurandi, nec acceptandi Episcopatus, nisi superiore iubente. Proponitur quædam sententia. n. 29.

Licitum est votum non procurandi Episcopatus. n. 30.

Votum, vel iuramentum in nullo casu acceptandi Episcopatus non licet. n. 31.

Id votum, vel iuramentum prorsus non obligat. n. 32.

Votum, vel iuramentum non acceptandi Episcopatus, quantum est ex parte sua, secluso casu præcepti obligat. n. 33.

Votum, vel iuramentum absolute emissum, & vbi dubium est de intentione obligationis, est licitum, & obligat. n. 34.

Laudabile est votum professorum Societatis IESV non acceptandi Episcopatus, nisi accedente præcepto superioris obligantis sub culpa. n. 35.

Possunt illum acceptare, etsi non adsit præceptum superioris, si occurrat casus necessitatis. n. 36.

An liceat acceptare secluso hoc præcepto, quando iudicatur expedientius acceptare? n. 37.

An tenentur acceptare iussi acceptare à Pontifice, nulla necessitate diuisa? n. 38.

Soluuntur argumenta contraria. n. 39.

Post numerum 39. inuenies alia summaria.

Tertium votum simplex, quod emittunt professi 26
trium, & quatuor votorum in Societate IESV, iuxta eius constitutiones. *p. 10. §. 6.* est de non procurandis prælatione, vel dignitate extra Societatem, & emittitur his verbis. Promitto nunquam me procuraturum, prætensuruméve extra Societatem prælationem aliquam, vel dignitatem, nec consensurum in mei electionem, quantum in me fuerit, nisi coactum obedientia eius, qui mihi præcipere potest sub pœna peccati. Cuius voti duæ assignantur rationes *eo. §. 6.* Prior est, vt vnusquisque propriæ, & proximorum saluti iuxta nostræ professionis humilitatem possit vacare. Posterior, ne Societas suis subditis, qui ad propositum sibi finem sunt valde necessarij, priuetur.

Et quamuis in hoc voto non dicatur, directè, nec in- 27
directè, sicut in voto non ambiendi dignitates intra Societatem dicitur; at, vt probaui n. 26. comprehenditur quoque indirecta procuratio. Quid autem sit procurare, aut prætendere, satis explicuimus in præcedenti voto à num. 18. vsque ad 25. idem enim est in hoc sentiendum.

Nomine autem prælationis extra Societatem intelli- 28
gitur Episcopatus, Abbatia habens iurisdictionem quasi Episcopalem, & quodcumque aliud officium iurisdictionem in foro externo habens in sibi subditos, vt vicariatus generalis Episcopi, & similia. Nomine autem dignitatis extra Societatem intelligerem Cardinalatum, aut aliam dignitatem in Ecclesia aliqua, etsi prælatione careat; vnde professi intendentes esse alicuius Ecclesiæ parochi, non agerent contra hoc votum, quia officium parochi, nec est prælatio, nec dignitas.

Sed difficultas, quæ in hoc voto maximè vrget, est, 29
qualiter id sit licitum. Et cùm contineat duas partes, quarum prio[illegible]t, non procurare Episcopatum; posterior autem, [illegible] consentire electioni, nisi præceptum legitimi su[illegible]oris ad eum acceptandum cogat, vtraque pars n[illegible]caret difficultate. Et videtur illicitum, [illegible]mò, qu[illegible] votum minoris boni non obligat, vtpote [illegible] est contra consilia: at status Episcopalis est maioris perfe[illegible]is, quàm religionis, vt restatur D. Thomas ab omni[illegible]ceptus, 2. 2. q. 184. *art. 7.* Si ergo votũ non assumen[illegible]tus religiosi est omnino irritum, tanquam impedier[illegible]tum meliorem; à fortiori irritum erit votum non [illegible]eptandi Episcopatus. Secundò, quia D. Gregor. *l. [illegible] epist. 6.* & refertur *cap. omnes. dist. 87.* iubet Ioannem [illegible]Episcopum inquirere, num Archidiaconus Florentinus iureiurando se astrinxerit ad Episcopatum non acceptandum. Quare videtur id iuramentum illicitum esse; alias enim de hoc non inquireretur, tanquam nihil conferenti, vt ob iuramenti temeritatem tanquam indignus ab Episcopatu repelleretur. Tertiò, quia

quia D. Gregor. *in regist. lib. 6. cap. 169.* & refertur *cap. in scripturis. 8. quæst. 1.* relatis his verbis Ioannis VII. *Simon Ioannis amas me? pasce oues meas*, sic ait. Ex quibus verbis colligitur, quia si is, qui valet, omnipotentis Dei oues tenuit pascere, ostendit se pastorem summum minimè amare: si enim vnigenitus Patris pro explenda vtilitate omniũ de secreto Patris egressus est ad publicum nostrum, nos quid dicturi sumus, si secretum nostrum præponimus vtilitati proximorum? Vbi Glossa *verb. nouimè*; hinc colligitur credẽtem se dignum peccare mortaliter, si Episcopatum sibi oblatum recusat. Quartò, quia in hoc voto videtur præponi bonum priuatum publico, dum viri sancti, & religiosi, qui adeò vtiles Ecclesiæ Dei essent, si Episcopatui præessent, illum fugiunt, vt suæ conscientiæ tranquillitati, bonòque suo priuato consulant. Quintò, quia id votum perfectioni obedientiæ repugnat, dum petit præceptum sub culpa cogens, vt possit professus Societatis acceptare Episcopatum, quia perfectissima obedientia exigit, subditos voluntati superioris, qualitercumque cognitæ, nullòque eius præcepto expectato, obsequi, vt probauimus hoc *lib. 6. c. 3. n. 3.* Et confirmatur, quia si Pontifex non imponendo præceptum, sed tantùm ordinando, vt acceptaret, conferret professo Episcopatum, non censeretur professus acceptans assumere ex propria voluntate, sed ex Pontificis obedientia; sicut in aliis rebus censetur religiosus ex obedientia operari, quando superiorum ordinationes sine obligandi animo impositas exequitur, quod ex perpetuo religionum vsu constat; ergò erit intolerabile, & prorsus à religioso instituto alienum, in his solùm superiori obtemperare, quæ sub aliqua culpa præcipit. Ergo iniquum est vouere non aliter Pontifici offerenti Episcopatum obedire, nisi quando sub præcepto ad culpam obligante acceptare iubet. Tandem, quia potest occurrere casus tam vrgentis necessitatis ad prospiciendum saluti fidelium inter hæreticos, vel infidelet, vt teneatur quispiam acceptare Episcopatum vltrò sibi, & absque vllo præcepto oblatum. Ergo illicitum est votum non acceptandi, nisi quando præceptum superioris cogit: & ideo votum, vel iuramentum Episcopatus non acceptandi damnarunt D. Thomas *in 3. dist. 39. quæst. 1. art. 3. quæstiunc. 1. ad 3.* & ibi Ricard. *art. 1. quæst. 3.* Glossa *cap. vnico, verb. sacrosanctis. dist. 81.* & *in cap. finali. verb. confirmauit. 22. quæst. 4.* Abbas *cap. si vero. num. 4. fin. de iureiurando*, & ibi Alexand. de Neuo *num. 2.* Selua *de iureiurando. 3. p. quæst. 2. num. 21.* Bellamera *num. 16. in prima solut.* Anton. *2. part. tit. 10. cap. 6. in principio, casu 31.* Fortunius *de vltima fin. illatione 2. & principali. num. 3.* Angel. *verb. iuramentum. 5. num. 3.* Sylvest. *verb. iuramentum, quæst. 1. casu 5.* Nauarr. *summa cap. 12. numero 16.* Palacios *4. distinct. 38. disp. 1. fol. 826. col. 1.* expressè dicent esse illicitum, quamuis expressè eximatur præcepti casus; & forsan licitum esse, quando solùm gratiâ vitandi honores, & amplos redditus id votum emitteretur. Barbosa *l. alia. 15. §. eleg. autem. num. 28. & 30.* Fagundez *de matrimonio.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 11. cap. 1. quæst. 1. §. quæres, an huiusmodi iuramentum.* Non tamen conueniunt Doctores hi, an hoc votum, vel iuramentum, esto sit illicitum, obligetne nam Glossa *dicto cap. finali. verb. confirmauit*, asserit obligare, & D. Anton. & Selua proximè allegati sic distinguunt; quando amore publico ductus votens admittere veller Episcopatum, dicunt non obligare; secus quando amore priuato, non vt [illegible]osit, sed vt præsit. Sed Glossa *eo cap. vnico, verb. sacrosanctis*, clarè denotat non obligare: ait enim posse illum non obstante iuramento creari Episcopum, & idem sentiunt cæteri authores allegati.

30 Prima tamen conclusio sit. Votum non procurandi Episcoparus est licitum, & omnino obligat. Et hac conclusio nemo nullus, quem viderim, dubitat; & ratio est, quia illicitum est procurare Episcopatum, vt defendit D. Thomas communiter receptus, 2. 2. *quæst. 185. art. 2.* atque ita Diuus August. *lib. 19. de ciuit. Dei. cap. 19.* & refertur *cap. qui Episcopatum. 8. q. 1.* ait, locum superiorem, etsi administretur, vt decet, indecenter tamen appeti; & D. Gregor. *lib. 7. epist. 110.* & refertur *cap. final. 1. quæst. 6.* ait, vltrò ambiente, vel importunè se ingerentem, esse omnino repellendum; & D. Chrysostom. *homil. 35. in Matth.* ait, desiderantem primatum in terra, inuenturum confusionem in cælo; nec inter seruos censeri comparandum, qui de primatu tractauerit, & id quidem vanitatis esse. Et ratio est manifesta, quia vel Episcopatum procurans, dignum se, & sufficientem ad id munus obeundum reputat, & hoc vanissimæ præsumptionis est, vt dixit D. Chrysostom. proximè allegatus; tot enim sunt in Episcopo requisita, vt salua humilitate, vemo se dignum reputare valeat: si autem non reputat se dignum, peccat grauiter Episcoparum procurando. Insuper non caret temeritate, multis, & grauibus periculis se exponere vltrò, quæ Episcopalis muneris obligatio secum affert, & vltrò se offerre, illamque procurare. Vnde D. August. epist. 148. ad Valerium, & refertur *cap. ante omnia. dist. 40.* asserit, nihil esse in hac vita difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi officio. Si ergo Episcopatum apperere, aut procurare, illicitum est, votum illius non procurandi licitum, & obligatorium erit.

Secunda conclusio. Votum in nullo penitus euentu 31
acceptandi Episcopatus sibi oblati est illicitum, & temerarium. Ratio est, quia potest occurrere casus vrgentis necessitatis, vt si nullus alius idoneus reperiretur, qui Episcopatui illi præesset, v. g. inter hæreticos, & infideles, in quo euentu esset præcepti sub mortali obligans ad acceptandum, vt rectè docet Archidiaconus *cap. si electio. num. 2.* & ibi Ioan. Andreas *num. 3. de electione in 6.* Sylvest. *verb. Episcopatus. quæst. 3. fin.* atque ita in hoc casu intelligunt *cap. in scripturis*, relatum pro contraria sententia num. 32. in 3. argum. vbi D. Gregor. damnat recusare Episcopatum, vt colligitur ex eius verbis, ibi: Quies itaque nobis appetenda ex corde est, & tamen pro multorum lucro aliquando postponenda. Nam sicut toto desiderio debemus occupationẽ fugere, ita si desit qui prædicet, occupationis onus libenti necesse est humero subire. Insuper, etsi necessitas nõ sit tanta, vt ipsa sola obliget, potest accedere præceptum superioris obligans ad acceptandum. Quare cùm id votum non excludat hos casus, illicitum, & temerarium est: & in hoc casu intelligendi sunt Doctores numero 32. citati. Quare D. Thomas *3. dist. 39. quæst. 1. art. 3. quæstiunc. 1. ad 3.* relatus ibi pro ea sententia dicens, votum non acceptandi Episcopatus esse illicitum, reddit rationem, quia obedientiam superiorum excludit, quibus in hoc ex necessitate præcepti obtemperandum est.

Hinc deducitur, hoc votum, vel iuramentum esse 32
penitus irritum, quod docent authores num. 21. allegati, præter paucos, quos ibi dixi. Ratio est, quia etsi non acceptare Episcoparum secluso casibus, in quibus acceptandi præceptum est, sit licitum, ac proinde voti, vel iuramenti materia; quia tamen per modum vnius complexi promittitur totum illud, nempe in nullo euentu acceptare, totum votum, vel iuramentum corruit, nec obligat etiam in casu licito, iuxta doctrinam, quam tradidimus *lib. 4. cap. 10.* vbi etiam explicuimus, quid in dubio vtro horum modorum promissum sit.

Tertia conclusio. Votum, vel iuramentum non ac- 33
ceptandi Episcopatus, quantum est ex parte promittentis, vel iurantis, nisi præcepto aliquo constringatur acceptare, est licitum, ac proinde obligat sub mortali ad non acceptandum, secluso illo præcepti casu. Probatur, quia, vt optimè docet Diuus Thomas 2. 2. *quæst. 185. art. 2. corpore, & quodlib. 5. art. 22. corpore, & ad 2.* ab omnibus receptus, licitum est, & laudabile secundùm pro-

priam voluntatem Episcopatum recusare, nisi cùm superiores compellit, & tunc tanquam est vituperabile, cùm inferior pertinaciter resistit superiori præcipienti. Ergo id non acceptare est materia voti. Et confirmatur, quia apud historias inaeuinus plurimos, & sanctitate, & doctrina insignissimos viros recusasse Episcoparus sibi oblatos, multaque media intentasse, & sæpe in casibus delituisse, donec, vel diuina reuelatione, vel superiorum iussu coacti sunt Episcopatum accepiare, vt fecerunt D. Cyprianus, Basilius, Nazianzenus, Nicolaus, Martinus, Ambrosius, August. Chrysostom. Gregorius magnus, Anselmus, Hugo, Laurentius Iustinianus, vt constat ex Ruffino *lib.2. hist. cap.11.* & Sozate *lib. 4. cap.15.* D. August. *epist.148.* D. Gregor. *epist.3.4.6.29. 30. lib.1.* Diuus Antonius Episcopatum Florentinum recusauit, donec Eugenius IV. sententiam excommunicationis illi communitus est, nisi acceperet, & D. Malachias idem fecit, vt scribit D. Bernardus in eius vita, D. Cæsarius, D. Edmundus noluit Episcopatum Cantuariensem acceptare, D. Marcus digitum sibi abscidit, vt refert D. Hieronymus, & Ammonius sibi auriculam, vt refert Socrates *lib.3. cap.23.* & Palladius *cap.12.* & D. Ephrem se insanum simulauit, ne Episcopatum acceptaret, vt refert Sozomenus *lib.3. cap.25.* & innumera huiusmodi exempla sunt. Atque ideo hanc conclusionem docent Alex. Alens. *3.p.quæst.31.membr.4.art. 4.§.1.* D. Thomas *2.2.quæst.185.art.2.ad 5.* & ibi Caiet. *in fin.* D. Bonauent. *3.dist.39. art.3.quæst.3.num.35.* Hostiens. *sum.2.de voto.num.4.* Archidiac. *cap.fin.dist.22.quæst. 4.num.5.* & *cap.omic.num.4.dist.85.* & ibi Dominicus, & Præpositus, & Turrecrem. *art.1.num.3.* Roman *singular. 501.* quod in noua editione est 507. Abtensis *sum.2.p. lib.6. tit.44.art.2.quæst.6.* Abulens. *cap.30. Num.4.17.* D. Antoninus *3.p.t.20.cap.1.§.6. ad finem.* Sotus *lib.10. de iust. quæst.2.art.2. ad 3.* Cordub. *sum. quæst.134.* Gutier. *de iur.can.1.p.cap.72.num.9.* Valent. *2.2.disp.40.q.1. pun.2.q.2. concl.1. fin.* Ribadeneira *de institute Societ. pun.2.q.2. concl.1. fin.* Manuel *tomo 2. sum.cap.94.num.15.* IESV. *cap.21.* Manuel *tomo 2. sum.cap.94.num.15.*

54 Quarta conclusio. Votum, seu iuramentum absolutè emissum non acceptandi Episcopatus, quando non constat de vouentis, seu iurantis intentione, an fuerit includere casum quo acceptare tenetur, est licitum, ac obligat. Ratio est, quia in dubio præsumitur id iuramentum emissum in casu licito, cùm in dubio delicti præsumptio fugienda sit. *l.metricio. ff. pro licin.*, & benignior interpretatio accipienda. *cap. ad nostram, de iureiurando.* Item quia cùm quis actum facit, qui potest vno casu esse permissus, & alio casu prohibitus, præsumitur factus in casu permisso, vt multis citatis tradit Menoch. *de præsumps. lib.3. præsumpt.12. num.65.* & latissimè *lib.5. tota præsumptione 2.* Item quia in dubio ea potiùs interpretatio præsumitur, vt actus valeat, vt ex multis probat Menoch. *de præsumps. lib. 3. præsumpt.29. num.45.* & *lib.6. præsumps.4.num.1.* & *sequentibus*, & ita docet Glossa *cap.omic. verb.sacrosanctis dist.85.* & ibi Turrecrem. *art.1. num.3.* Hostiens. Abtens. Abulens. num. præcedenti allegati.

55 Hinc deducitur primò, licitum, ac laudabile esse votum professorum Societatis IESV, qui promittunt se, quantum est ex parte sua, non acceptaturos Episcopatum sponte oblatum, donec accedat præceptum superiorum obligantis ad culpam, nisi accepter. Constat ex rationibus, & authoribus traditis num. 36. nec de hoc dubitare licet, cùm institutum Societatis IESV, in quo votum continetur, sit à tot Pontificibus approbatum, & specialiter à Gregor. XIII. in extrauag. *ascendente.*

56 Secundò deducitur, posse hos professos non obstante voto acceptare Episcopatum, non tantùm, quando Pontifex, cuius est hoc præcipere, iusserit acceptare, sed etiam à fortiori quando præceptum naturale ratione necessitatis imminentis ad hoc obligauerit, vt si manifestè vrgeret Ecclesiæ necessitas, nec alius esset idoneus ad id munus obeundum. Ratio est aperta, quia qua ratione exceptus est casus, quo compulerit præceptum superioris, censetur quoque exceptus à fortiori casus, quo ius ipsum naturæ obligat: dictio enim taxatiua nunquam excludit casus habentes similem rationem, vt ex multis probat Lucrard. *in suis capitul. loco à natura dictionis taxatiuæ num.4.* Præterea, quia etiam in dubio intentionis vouentis censetur votum hoc emissum in casu licito, vt diximus num.37. ne dumdum excipit casus minoris obligationis. Tandem, quia in hoc casu acceptare Episcopatum est morale, vt probauimus num. 34. Et ita in hoc casu non obligare hoc votum tradunt expresè Hostiens. Archidiac. Abtens. Abulens. citati num. 32. & constat ex doctrina Diui Thomæ allegandæ num. sequenti. Sed hic casus rarissimus est, ac difficillimè continget.

57 Tertiò deducitur, non esse licitum his professis acceptare Episcopatum, seclusa hac præcepti necessitate, quando prudenter iudicaretur melius esse seclusò voto acceptare, quàm non acceptare. Et ideo dum D. Thomas 2.2. *quæst.89. art.7.ad 2.* & Alexand. de Neuo *cap.si verò. num.22. de iureiurando*, dicunt hoc votum non obligare, quando expedit acceptare Episcopatum, intelligendi sunt loqui, quando ita expedit, vt necessitas præcepti concurrat. Quare optimè dixt Caietan. 2. *2.q.185. art.2. corpore*, hunc vouentem transgredi votum, nisi præcepto compellatur acceptare. Ratio autem huius est, quia, vt egregiè ait Sot. *lib.10. de iust.q.2.art.2. col.3 versi. sunt autem*, quamuis eo casu esset melius, seclusò voto, Episcopatum acceptare in ordine ad proximorum vtilitatem, maius enim inde commodum spirituale speratur, quàm si alius non æquè idoneus illum assumat, non tamen est melius in ordine ad acceptantem, quia periculis prædictis num.53. acceptando se exponit; & quamuis bonum commune expedientius sit particulari, tamen cura illius non huic, sed soli personæ publicæ ex officio incumbit; & cùm salus spiritualis cuiuscumque sibi ipsi communis sit, etsi videat quidpiam posse bono communi prodesse, si tamen timeat, propriæ salutis periculum inde afferri, vt in præsenti moraliter loquendo timendum est, consultius est absolutè non se illi committere, nisi præcepto cogente. Adde, quamuis etiam daretur casus, in quo prudentum arbitrio salubrius esset huic priuato religioso acceptare Episcopatum, vt priuatus est; at vt est pars Societatis IESV, ad cuius bonum potissimum hoc votum ordinatur, erit absolutè melius Episcopatum non acceptare: & sic votum in eo casu esset obligatorium, quippe accepiando aperiretur via in Societate dignitates ambiendi, ex quo non modicum detrimentum fœlix Societatis status pateretur; licut Carthusiano, vt priuatæ personæ considerato, consultius esset carnibus vesci, quando iudicio medicorum ad tuendam vitam eo esu indiget, quia tamen communi religionis, quam profitetur, bono, fœlicique eius progressi expedientius est rigidè eam abstinent[illegible] obseruare, non tenetur tunc carnes edere, sed [illegible]t huic religionis voto vitam postponere.

58 Vltimò [illegible]ducitur, quid in ea quæstione dicendum [illegible] si em[illegible] hoc voto iuberetur professus à Papa acceptare Ep[illegible]patum absque vlla Ecclesiæ necessitate, teneatur o[illegible] Hugo relatus ab Host. *sum. tit. de voto. num.4.* ait [illegible] non obtemperandum Papæ, quasi præcipienti al[illegible] contra votum absque iusta causa. Caterum iur[illegible]nbo contrarium dicunt Hostiens. *ibi*, & Abulens. [illegible]o. *Numer. quæst.8.* Abtensis *sum.2.p.lib.6. t.43.art.1.q.9.* quia in eo voto censetur exclusa authoritas Papæ contrarium præcipientis, & ideo nil contra votum agitur [illegible]prando Episcopatum eius quomodocumque præcipientis mandato.

59 Ad argumenta contraria posita num. 32. respondetur. Ad primum ex doctrina S. Thomæ *2.2.q.185.art.1. ad 2.*

ad 2. licèt status Episcopalis, & religiosus ad perfectionem pertineant, aliter tamen: Episcopatus enim dicitur esse status perfectionis, non quasi statum perfectionis secum afferat, sed quia illum præsupponit; præterquàm enim hominem perfectum, vt id munus dignè obeat, & illum minus aptum ad eam acquirendam idoneum reddit: at status religiosus non præexigit hominem perfectum, sed ad perfectionis assequutionem ordinatur. Cùm ergo nemo debeat se perfectum existimare, vt Episcopatum recipiat, nec temerè credere fore, vt in eo perfectionem acquirat, poterit iure optimo se obligare ad non acceptandum Episcopatum, nisi obedientia compellatur. Ad secundum respondetur cum Archidiac. *ea. c. omic. n.4.* & Turrecrem. *ibi. art. 2. n. 7.* in solutione ad contrariam rationem, inquisitum esse, an ille iuramentum non acceptandi Episcopatus emiserit, non quod emittendo deliquerit, sed vt repellatur gratiâ iuramenti seruandi tanquam obligantis, eo quod tunc non occurrebat casus necessitatis, & gratiâ vitandi scandali, quod ex transgressione iuramenti oriri poterat. Ad tertium respondimus num.54. Ad quartum constat ex dictis num.40. Ad quintum, & confirmationem constat ex dictis hoc lib. cap. 2. num. 3. vbi probauimus perfectionem obedientiæ consistere in exequenda superioris voluntate absque aliquo præcepto in rebus, quæ in quotidiano vitæ monasticæ exercitio sese offerunt; secus autem in rebus difficillimis, & quæ periculum salutis propriæ, & honoris secum afferunt. Ad vltimum constat ex dictis num.36.

SVMMARIVM.

Cur professi Societatis IESV emittunt votum denunciandi ambientes. n.40.

Explicatur quæ quæstiones disputandæ sint. n.41.

An possit renunciari ius, vt quispiam denunciatur superiori, non præmissa correctione fraternâ? refertur quædam sententia. n.42.

Potest renunciari. n. 43.

An in Societate IESV delicta occulta deferre superiori liceat, non præmissa correctione fraternâ? refertur duplex sententia. n.44. & 45.

An integrum sit peccata occulta denunciare superiori, non præmissa correctione fraterna, quando creditur vtilius correcturi. n.46.

Quid si dubium sit, & an prudenter se gereat, & vt Pater? numero 47.

An possit peccatum occultum religiosi Societatis IESV denunciari superiori, tanquam Iudici, non præmissa correctione? num. 48.

An liceat cum denunciare superiori tanquam Patri si est omnino emendatus? n. 49.

An in Societate IESV, & aliis religionibus liceat peccatum occultum immediatè deferre superiori tanquam Patri, quando non constat, an subditus sit plenè emendatus? numero 50.

Quid in dubio, an subditus sit plenè emendat. ? n. 51.

An statutum, vt delicta occulta immediatè deferantur superiori, sit expedientiâ? n.52.

Quinam ambientes, & quando sint necessario denunciandi superiori virtute voti, quod excitum professi Societatis I: ..

Proponuntur probantia non denunciandos occ[illegible]tos, quorum delictum probari n[illegible]quit. n.53.

Denunciandi sunt ambientes dignitatem in Soci[illegible]tate, vel extra etiam non professi. n. 54.

Exigitur moralis certitudo ambitionis. n.55.

Est denunciandus, etsi sit delictum omnino occultu[illegible] n, & probari nequeat; & saltem contrariis. n.56.

An idem dicendum sit, licèt sub fide secreti, & dicta confessione, si verè confessio est, detegatur? n. 57.

An opus sit hanc denunciationem precedat correc'io fraterna, etiam in dubio, an vtilius corrigat superior, & sit processus vt Pater? n.58.

An teneatur professus ratione huius voti denunciare ambientem absque correctione? n.59.

Quid si dignitatem ambiens sit emendatus, sed dubium sit de emenda? n. 60.

Post numerum 60. sumuntur summaria, quæ desideratur.

Quartum votum simplex, quod emittunt professi tertium, & quatuor votorum in Societate IESV iuxta *p.10. constit. §.6.* est de denunciandis ambientibus, quod quidem post emissa duo præcedentia vota de non procurandis prælationibus, vel dignitatibus in Societate, vel extra, emittitur sub hac forma: Tum si quem sciam aliquid prædictorum duorum procurare, promitto illum, rémque totam me manifestaturum Societati, vel Præpositorius. Ratio huius voti est, quia saltem huius manifestationis timore arceantur religiosi Societatis IESV ab hac ambitione, eique protius à Societate relegetur. 40

Circa hoc autem votum potissima difficultas est, an ambientes occulti nulla præmissa correctione fraterna, vel iam emendati, sint superiori denunciandi ex huius voti obligatione? Huic quæstioni satisfieri nequaquam potest, nisi alia duplex præmittatur. Prima est, an possit quilibet priuatus, vel etiam tota communitas cedere iuri, vt possint peccata eius occulta denunciari Prælato, nulla præmissa correctione fraterna, casu quo ex præcepto diuino Matth. 18. contenta præmittenda esset? Secunda, an in Societate IESV liceat quodcumque delictum occultum deferre superiori, nulla correctione fraterna præmissa? Quibus præmissis disputabitur vltima quæstio, quæ est, an ambientes virtute huius voti sint denunciandi, an occulti, non præmissa correctione fraterna, etiam emendati? 41

Prima ergo quæstio est. An sit renunciabile ius obligans ad correctionem fraternam ante denunciationem? Hac in re Philiarchius *de officio sacerdot.2.p.2.lib.4.cap.14. sectio in princip.* mordicus defendit non posse renunciari huic iuri, dicens tanquam omnino falsam explodendam esse sententiam contrarium sentientium: idque probat primò, quia veriori sententia habet, neminem propriæ famæ dominum esse; ergo iuri illius consentendæ renunciari non posse. Secundò, quamuis ipse non adducat, potest in fauorem huius sententiæ adduci, quod ratio ob quam Christus Matth. 18. præcepit ordinem correctionis fraternæ obseruari, nempe, vt denunciationi faciendæ Prælato præmittatur correctio fraterna, & inductio testium, non fuit præcisè, vt consulatur famæ proximi esuendo eius infamiam coram Prælato; sed quod hoc ordine seruato melius obtinebitur emenda proximi, quæ est totus finis correctionis fraternæ: & ita Glossa interlinearis in ea verba Matth. 18. *corripe eum inter te, & ipsum solum*, eius præcepti rationem reddit his verbis; ne publicè correctus verecundiam perdat, qua perdita in peccato permaneat. Cùm ergo, quantumcunque proximus cedat iuri suo patiens infamiâ subsecutuâ ex denunciatione Prælato faciendâ, non præmissâ correctione fraterna, & inductione testiũ, adhuc finis præcepti seruandi suum ordinem in correctione fraterna manet, cessio illa iuris non poterit excusare à culpa denunciantem Prælato, non præmisso ordine; quia cùm materia & finis præcepti diuini adhuc perseueret, non potest quis alium ab obligatione huius præcepti excusare. Quod sic amplius explico; nam potest quidem peccator excusare alium à præcepto correctionis fraternæ sibi faciendæ auferens proprio voluntate finem huius præcepti, nempe, si ita pertinax reddatur, vt nulla illius correctionis spes subsit; at manente fine huius præcepti, nempe spe emendæ, non potest alium eximere ab hac obligatione, quia præcepto diuino tenetur eum corrigere. Cùm ergo cedente aliquo iuri suo, vt immediatè eius peccatum deferatur Prælato, maneat finis seruandi ordinis in correctione fraterna, non excusat hæc cessio prætermittentem ordinem.

Sed

43 Sed dicendum est, cuius priuato integrum esse, & totti religioni cedere iure suo, vt peccata occulta deferantur semper superiori, nulla præmissa correctione fraterna, ac proinde sic deferentem nullius culpæ reum futurum. Probatur, quia ratio potissima, quæ ductus Christus Saluator noster instituit, quod correctio fraterna præcederet in delictis occultis, ea fuit, ne peccator inuitus patiens suæ famæ iacturam manifestaret superiori suo peccato occulto, quasi desperans, ac furens ob infamiam, peior efficeretur, ac proinde frustraretur correctio fraterna suo fine, qui est fratris emenda. Quæ ratio omnino cessat, quando contendens sponte sua cedit iure conseruandæ suæ famæ (quo iure cedere posse, sine sit dominus suæ famæ, siue non, probabilius latim:) quia iam nulla iniuria afficitur detecto suo peccato superiori scienti enim, & volenti nulla fit iniuria, *regul. scienti, de regul. iur. in 6.* Ergo valet prædicta renunciatio, vt excusetur à culpa omissionis correctionis fraternæ, denũ tamen ea omissa peccatum occultum superiori fit communatur hoc exemplo. Sigillum confessionis tam arctè à Christo institutum est, vt facilius fieret confessio, scientes peccatores in nullo euentu absque sui ipsius voluntate peccatum suum manifestandum. Itaque non fuit finis tam arcti præcepti sola conseruatio famæ peccatoris; si enim hic solus esset finis, liceret vtique propter bonum commune manifestare peccatum audituri in confessione: sed finis fuit maior confessionis facilitas. At quia hic finis obtineretur, quando ex sola licentia consentis manifestatur suum peccatum, fatentur omnes validè, & licitè ex consensis licentia reuelari confessionem. Sic ergo quamuis Christus instituerit præmitti correctionem fraternam delicti occulti denunciationi, non ob solum peccatoris famam conseruandã, sed vt ex conseruata melius obtineatur finis correctionis fraternæ, qui est peccatoris emenda, non obstabit huic fini, quando ex ipsius peccatoris cedentis iuri suæ famæ licentia manifestatur delictũ superiori non præmissa correctione fraterna; ac proinde nec cedens huic iuri, nec ipsum superiori deferens peccabit. Et sicut quando confitens præbet facultatẽ confessori reuelandi sua peccata, non eximit illum à iuris diuini seruandi sigilli obligatione, sed tollit materiam præcepti, quæ est non reuelare peccata absque licentia pœnitentis, & subinde cessat in hoc casu præceptum: sic cedens iuri suo non eximit denunciantem à præcepto vniuersali correctionis fraternæ præmittendæ denunciationi, sed tollit materiam, quæ est, vt ea præmittatur, nisi peccator cedat iuri suæ famæ. Secundò, quia suæ quilibet sit suæ famæ dominus, vt multo verior opinio sit, siue solùm sit dispensator, qualis est vitæ, & membrorum, potest ex causa iusta, & validè, & licitè cedere iuri suo, patiendo famæ iacturam, ductus honesto fine. Et ideo optimè dixit D. Thomas 2.2. *quæst.* 73. *art.* 4. *ad* 1. cuiusque arbitrij esse detrimentum suæ famæ pati, nisi hoc vergat in damnum alterius; quod absque dubio admittunt omnes dicentes hominem esse suæ famæ dominum. Sed etiam dicendo esse solùm dispensatorem, id patet, quia nemo est dominus suæ vitæ; at potest illam periculo exponere pro causa honesta, vt pro defensione vitæ hominis Reipublicæ vtilissimi. Item pœnitentem ductus sceleris, mortis pœna afficiendus potest se Iudici deferre, vt sui peccati pœnam subeat, teste Soto *de secreto, numb.* 1. *q.* 3. *in* 5 *argum. pro* 4. *conclus.* Item licitè, iuxta veritissimam sententiam. Carthusianus propter bonum suæ religionis pariter vitæ dispendium abstinendo à carnibus, quando medici indicant illarum esum ipsi necessarium esse, vt vitam tueatur. Cùm ergo religiosus cedat iuri suo, volens pati famæ suæ dispendium, referato suo delicto occulto superiori, absque præuia correctione fraterna, decentiquè honestissimo fine, nimirum maioti submissione, & vilitate propria, & vtiliori, ac efficaciori directione, quam accipiet patienè à superiore conscio eius peccati, & maiori quadam securitate à recidiuo; faciet non tantùm licitè, & validè, sed etiam laudabiliter. Et hinc constat solutio ad primam, & secundam rationem, quas adduximus pro prima sententia num. 45. & ideo hanc conclusionem sustinent Bañez 2. 2. *q.* 33. *art.* 8. *dub.* 2. in responsione ad secundam partem primi confirmationis. 7. *argumento versum ad aliud.* Petrus de Ledesma 2. *sum. sum. tit.* 4. *c.* 4. *post conc.* 24. *dificult.* 6. *fol.* 291. Valentia 2. 2. *disputatione* 5. *q.* 10. *punto* 1. *ant.* 9. *summa casus est.* Ribadeneira *de institu. Societatis* l. 2. c. 5. v. c. 34. §. *esse præsupposito.*

44 Secunda quæstio An in Societate I. e s v licet quodcumque delictum occultum deferre superiori, nulla correctione fraterna præmissa? Quæ in re Philiarcus *de officio Sacerdot. t.* 1. *p.* 2. *lib.* 4. *c.* 14. damnat tanquam impium statutum religionis decernens vitia occulta immediatè deferenda superiori. Ducitur primò, quia etiam fatentes quemlibet esse suæ famæ dominum, fatentur quoque culpam esse illam prodigere: at religiosus cedens iuri suo, vt immediatè quodcumque suum delictum deferatur superiori, nulla præmissa correctione, prodigit famam suam, permittens se infamari contra diuinam præceptum; ergo peccat. Secundò, quia D. Thomas *quodl.* 11. *art.* 13. asserit non posse tradi generalem regulam propter diuersas subditorum, & Prælatorum conditiones, quando possit delictum denunciari Prælato, non præmissa correctione fraterna: potest enim superior tyrannicè se gerere ergò subditos, & non esse ita prudens, vt confidi possit fore, vt paternè corrigat subditum. Ergo statutum religionis, vt semper delicta occulta manifestentur superiori, iniustum est, vtpote quod regulam generalem tradit in casu, in quo tradi non potest. Tertiò, quia est contra præceptum Christi Matth. 18. inbentis correctionem fraternam denunciationi peccati occulti præmitti: nec potest dici hoc præcepto non ligari religiosos, cùm sit generale omnibus fidelibus, & institutum ad euitandum infamiæ proximi, & bona fama maximè sit religiosis necessaria, & potissimùm apud Prælatos, qui malum subditi opinionem concipientes, plus poterunt ei nocere. Cùm ergo id non liceret manifestare cuidam priuato, qui posset sua authoritate prodesse ad huius correctionem, nisi præmissa huius correctione, vel quando huius correctionis vtilitas desperaretur; ita etiam non licebit manifestare superiori. Quartò, quia D. Thomas 2. 2. *q.* 33. *art.* 7. *ad* 4. ait, proclamationes, quæ in capitulis religiosorum fiunt, in quibus aliqua delicta eorum occulta publicantur, licitas esse, quando delicta sunt leuia; secus si delicta essent gratia: & *in solut. ad* 5. ait, religiosos non teneri obedire Abbati præcipienti, vt sibi denuncietur peccatum occultum fratris, non seruato ordine fraternæ correctionis, quia id præceptum est aduersus diuinam legem. Quam doctrinam frequentissima Doctorum sententia amplectitur. Ergo cùm hoc statutum aduersetur huic doctrinæ, erit iniquum.

45 Alij autem modestiùs loquuntur dicentes supposita propriij iuris renunciatione, hoc religionis statutum intentens hac renunciatione licitum esse, at videri durum, & minus [illegible] diens. Ita docent Bañez, & Petrus de Ledesma [illegible] sequenti allegandi: duplici autem ratione probat. Prior est, quia id statutum rigidissimum est. [illegible] ratio non leuis perturbationis ansa dabitur in casis extremis [illegible] religiosis non valde perfectis, videntibus delicti omnia sua occulta superioribus patefieri.

46 Sed vt [illegible] tam explicem sententiam, præmisso posse immediatè [illegible] ac nulla correctione præmissa, denunciari delictum [illegible] solùm Prælato, non vt Iudici, sed vt Patri, quando [illegible] si prudens, qui cautè procedit, & speratur fore, vt [illegible] is corrigit, inclusque ad peccatoris emendam, & [illegible] dum a recidiuo proficiat. Quod etiã non sit omnin[illegible] atum, cùm contrarium teneat Adrian. 4. *q.* [illegible] *de correct. fraterna.* 8. *pro huius decis.* Sotus *de secreto, numb.* 1. *q.* [illegible] *dub.* 3. *statim in principio*, & Cordub. in eius locum, Nauar. *cinter verba.* 11. *q.* 3. *ant* 2. *edit. canõ.* 1. *col.* 44. *num.* 113. Navarra *lib.* 2. *de restit. c.* 4. *in nouæ edit. p.* 2. *dub.* 12. *num.* 120. nili, inquit, sit probabile recidiui periculum. At negari nequit esse probabilissimum, & meo iudicio verius. Ducor autem, quod in correctionis fraternæ præcepto sint potiùs emenda fratris, & eius spiritualè bonum spectanda, quæ illius finis sunt, quia, vt docet Aristot. 10. *Rhetoricorum cap.* 9. leges interpretari debent ex vtilitate Reipublicæ, non ex legis inspectione, quę in litteris est. Ergo si eredatur frattrem meliùs corrigendum per Prælatum, poterit ei id indicari. Secundò, quia maius bonum spirituale præferendum est damno temporali propriæ famæ subditi, etsi id medium non sit præcisè necessarium; sicut medicus prudenter adhibet acriorem medicinam, si multo vtilior ægro sit, quamuis non sit simpliciter necessaria. Vnde rectè D. Thomas, & Doctores statim allegandi asserunt, correctionis ordinem in tantum esse seruandum, in quantum à charitate pendet, ita vt huius ordinis seruandi regula sit charitas ipsa, & quod magis expedire videtur. Sed in nostro casu charitatis perfectio exigit, vt immediatè denuncietur Prælato, cùm inde maius bonum spirituale fratris redundet; ergo ita fieri licet. Tertiò, quia detrimentum famæ, quod oritur ex denunciatione secretò facienda Prælato, tanquam Patri, quando Prælatus prudens est, modicum est, vt tradunt Ricardus, Rosella, Angelus statim allegandi: quod adeò verum est, vt ratione huius modici detrimenti existiment multi non pœnitendæ authoritatis Doctores, non esse lethale, peccatum occultum proximi vitio ita prudenti detegere, absque vlla iusta causa; & quando Prælatus ita prudens est, vt diximus, non minuetur proximi fama ex eius lapsu, quin potiùs ex feruore, quo ad pristinum statum restituitur, eius bona opinio augebitur. Et confirmatur, quia religiosus, vtpote qui perfectionis statum profitetur, non tanti propriam famam æstimare debet, vt maiori bono suo spirituali, quod ex denunciatione Prælato facienda consurgit, eam præferat, cùm fama solùm sibi necessaria sit, vt proximis exemplo eluceat, spiritualique augmento eorum deseruiat, & sua fama potiùs sit religionis; ac proinde ipsi non est integrum agere aduersùs auferentem illam, sed solùm religioni, vt infrà dicemus. Quod si opponas, non integrum esse pecunias modicas alicui auferre propter maius eius bonum spirituale: ergo à fortiori non licebit famam lædere, quæ omnibus fortunæ bonis meritò præponitur. Respondetur, argumentum non vrgere: quod si vrgeat, probaret vtique, nec licere famam illi auferre denunciando Prælato, quando id ad eius emendam esset omnino necessarium, quia non licet illi auferre pecunias ob similem necessitatem: immo tenetur quilque pecunias domino reddere petenti ad formicandum, vel aliud delictum, quod non est contra iustitiam, perpetrandum. Non ergo vrget argumentum, quia diuersum est in fama, & in aliis bonis temporalibus; aliorum enim ablatio non ordinatur ad fratris emendam: at secus est de ablatione famæ. Objicies secundò, plures subditum suam famam facere apud Prælatum, quàm apud alios, quia Prælatus potest plu ei nocere; atque ita non modicum est hoc famæ detrimentum. Respondetur, imprudentem esse hanc tanti famæ æstimationem, si Prælatus sit ita prudens, vt diximus. Tandem ducor, quia hanc sententiam docent vi i grauissimi, nempe, D. Thomas *quodlib.* 11. *art.* 13. D. Bonauent. in illud Lucæ 17. *Si peccauerit*, &c. Ricardus 4. *distinct.* 19. *art.* 3. *quæstione* 1. *corpore*, Gerson 3. *parte t. de correctione fraterna alphabet.* 34. *littera T. vers. quare scienduin.* Gabriel *in canone Missæ. lect.* 74. *lit. V.* I. Antonin. 2. *parte t.* 9. *cap.* 6. §. 4. Abulens. *cap.* 18. *Matth. quæstione* 98. *ad finem.* Rosella *verb. inquisitio.* Angelus *verb. denunciatio. numero* 10. referent Vualdensem & Guillelmum de Mara, & dicens esse omnium Doctorum ordinis Franciscani, Mayron 4. *dist.* 21. *quæstione* 4. Syluester *verb. correctio. quæstione* 7. & 16. Tabiena *quæstione* 2. *numero* 2. Armilla *numero* 6. Astens. *sum. ma* 1. *part. lib.* 2. *tit.* 67. *art.* 6. *ad finem.* Asenalo *de correctione fraterna. proposit.* 3. Grassus 1. *p. decis. lib.* 2. *cap.* 69. *num.* 30. Philiarchus *de officio sacerdotis.* 1. 1. *part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 14. §. *cum autem hucusque.* Emmanuel Sà *summa. verb. correctio. fin.* Salmeron *in hist. Euang. part.* 5. 1. 11. *fol.* 622. §. 3. *si hoc seruetur* & §. *sequent.* Idem tenent multi viri sapientissimi nostræ ætatis, vt refert Nauarr. tacitis nominibus, *lib.* 1. *de correctio. cap.* 4. *in nouæ editione. part.* 2. *numero* 112. Ribadeneira *de institut. Societatis* l. 2. s v. *cap.* 34. §. *la tercera porque.* Idem tenent cum hoc temperamento, quando Prælatus meliùs corriget, Manuel *in summa*, vbi de ordine iustitiali. *cap.* 4. *cons.* 8. *numero* 10. *fine*, Vega 1. *tome summ. cap.* 71. *casu* 43. & idem videtur tenere Aragon 2. 2. *quæstione* 33. *art.* 7. *dub. penult. in fine*, vbi admittit, homini amicissimo peccantis posse peccatum denunciari ob melioris correctionis spem.

47 Vbi autem dubium esset, an Prælatus non meliùs corriget, non potest ei peccatum occultum denunciari, non præmissa correctione fraterna, vt bene Abulens. numero præcedenti allegatus. Et idem intelligendum, vbi dubium esset, an Prælatus prudenter procedet, & vt Pater, quia in hoc dubio valet possessio iuris propriæ famæ, quod subditus habet, ac præceptum euangelicum in eius fauorem editum, vt denunciationi cuiuscumque peccati occulti præmittatur correctio fraterna. Verumque tamen intelligendum est, nisi vergant crimina in damnum commune, vel alicuius priuati, quia in hoc dubio ea essent statim denuncianda: præualet enim bonum commune, & possessio iuris illius tertij, vt à damno sibi imminenti præseruetur.

48 Hoc supposito, conclusio sit. Non potest peccatum occultum religiosi Societatis I. e s v denunciari superiori tanquam Iudici, non præmisso euangelico fraternæ correctionis ordine. Constat ex iis, quæ asseremus conclusione 3. in ratione, vbi referemus Doctores concedentes posse denunciari Prælato, non præmissa correctione fraterna, limitare tamen, quando denunciatur vt Patri. Et de hac denunciatione loquitur D. Thomas relatus numero 49. in vltimo argumento, & communis sententia eum sequens, & constat ex eius verbis *in ea solutione ad* 4. solam enim proclamationem in Capitulis religiosorum damnat, in qua publicarentur peccata occulta. Quod quàm diuersum sit à denunciatione facta occultè superiori, vt Patri, quis non videat? Et *in solutione ad* 5. manifestè etiam loquitur de denunciatione iuridica: rationem enim reddit his verbis; quia Prælatus non est Iudex occultorum, sed solus Deus: & tenet in propriis terminis, loquens de Societate I. e s v. Ribadeneira *de institute Societatis* I. e s v. *cap.* 34. §. *Tesis esto*, & in solutione ad 5. argumentum. Et ratio est manifesta, quia aduersùs charitatem esset, nullo tentato medio suauiori ex his, quæ Christus Matth. 18. ad emendam fratris instituit, incipere à rigidissimo, quale est denunciatio iuridica. Præterea, quia Christus hoc tantùm medium instituit, quando cætera media tentata nihil proficiunt. Tandem, quia licèt in Societate I. e s v renunciatur proprio iuri, vt delicta occulta immediatè deferantur superiori, adhuc dicendum esset, eam renunciationem intelligendam esse, non de denunciatione tanquam Iudici, sed tanquam Patri facta, quia in dubio præsumitur actus ita gestus, vt sit minus, quàm fieri potest onerosus; vt multis citatis probat Menochius *de præsumptionib. lib.* 6. *tota præsumpt.* 9. & semper quoque præsumitur gestus eo modo qui agenti vtilior esse potest, vt tradit Bartol. *l. gerit. numero* 21. *ff. de acquirenda hæreditate.* Tiraquell. *de retractu lignagier.* §. 30. *glos.* 1. *num.* 34. Menochius *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 136. *numero* 26. Cùm ergo in renunciatione hac tantùm fiat mentio de denunciatione facienda superiori, & non explicetur, an vel Iudi-

vt Iudici, an potiùs vt Patri, vt constat ex regula 9. generali Societatis IESV, & immediata quæ est 10. *vbi manifestare se inuicem sint parati debito cum amore, & charitate, at non seruetur debitum amor, debitæque fraternæ charitate, at non immediatè faminus regio se-naretur denunciando, vt Iudici.*

49 Secunda conclusio sit, Si constet religiosum esse prorsus emendatum, ita vt nullum prorsus probabile recidiui periculum subsit, eo quod scitur omnem occasionem esse sublatam, & verè, & ex animo delinquentem pœnituisse, non tenetur eum denunciare superiori, etiam tanquam Patri. Huic conclusioni videtur contradicere Ricardus 4. *distinct. 19. art. 3. quæstione 1. corpore*, Gabriel *in canon. Missæ. lect. 74. littera F.* Rosella *verb. inquisitio*, Angelus *verb. denunciatio. numero 10.* vbi tradunt posse occultum peccatum omnino emendatum denunciari superiori, tanquam Patri, eo quod id prodesse possit ad præcauendum recidiuum. Gaffus *1. part. decis. lib. 1. cap. 69. numero 10.* idem docet, quando Prælatus denunciatur inbet, Gerson *2. part. tit. de correct. proximi. alphabet. 34. lit. T. vers. item peccatum.* Cæterùm Doctores hi, vt verum dicant, intelligendi sunt, quando probabile recidiui periculum sit, nisi præteritus lapsus indicetur superiori; & constat ex illis verbis Christi Matth. 18. *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum*, quasi dicat, nil superest amplius, sed ibi sistendum est. Præterea, quia totus ordo correctionis fraternæ, & denunciationis Prælato in delictis occultis, eò tendit, vt frater plenè emendetur. Ergo quando constat eum plenè emendatum absque probabili aliquo recidiui periculo, non est vltrà progrediendum denunciando superiori. Et ita generaliter loquendo tradunt D. Thomas *quodlib. 11. art. 13. in solutione ad 5.* Adrianus *4. quæst. de correctione fraterna. §. pro huius decis.* D. Antoninus *2. part. tit. 9. cap. 6. §. 4.* Sylvester *verb. denunciatio. quæstione 1.* & ibi Armilla *numero 2.* Sotus *de secreto, membro 2. quæstione 4. post dub. 3. conclusione 4.* Nauar. *summa. cap. 24. numero vltim. fin.* Caten. *numero 14. fine. & cap. inter verba. 11. quæstione 3. in 2. editione conclusione 6. vol. 4. numero 113.* Aragon *2. 2. quæstione 3. art. 7. fin.* Valent. *2. 2. disputatione 4. quæstione 10. punto 3. colum. 13. §. sed reliqui hæc negat.* Nauarro *lib. 2. de restitut. cap. 4. in nona editione. parte 2. dub. 12. numero 110.* & videtur clarè sentire Paludan. *4. distinctione 19. quæstione 4. numero 3.* vbi ait correcto fratre sistendum esse; & loquendo specialiter de Societate IESV, tenet Ribadeneira *de instituto eiusdem Societatis. cap. 14. §. In quarto.* Quando autem est dubium de plena emenda, vel recidiui periculo, dicetur infrà, num. 54.

50 Tertia conclusio. Licitum est statutum Societatis IESV, vt peccata occulta denuncientur superiori vt Patri, nulla præmissa correctione fraterna, quando superior est vir prudens, qui medebitur occulte, non manifestando delinquentem, nec procedendo ad publicam pœnitentiam, nec delinquens est plenè emendatus. Atque idem intelligo posse fieri in quanis alia religione, servatis prædictis conditionibus. Non intendo per hanc conclusionem negare præceptum præmittendæ correctionis fraternæ obligare religiosos; verè enim eos, vt quoscumque fideles, ligat: sed tantùm intendo regulariter eos illo non obligari; nam cùm sit affirmativum, exigit aliquas circumstantias, vt obliget, quæ in eo statu raro contingunt. Probatur ergo primò, quia, vt latè probauimus numero 51. quamuis aliquis certus sit sibi priuata correctione religiosum emendandum, potest ea omissa denunciare Prælato, tanquam Patri, quando spes est fore, vt per Prælatū vtilius corrigatur. At id contingit regulariter in religiosis, quia moraliter loquendo, ex denunciatione Prælato facienda tanquam Patri, per quam nec potest publicè inquirere, nec fratrem punire, sed solùm mederi, multo maior spiritualis vtilitas sequitur, tum in ordine ad bonum commune religionis, tum etiam respectu particularis personæ: nam si ex fragilitate deficiat, oportet occasiones præscindere, illis enim manentibus nulla ratione potest vera emenda præsumi, & vix absque superiore possunt auferri, qui eius fragilitatis ignaros exponet occasionibus subditum, ex quibus ruina eius imminet. Si autem ex malitia lapsus sit, rarissimè potest ex correctione fraterna sperari emenda, vt statim probabimus: ergo potest statim denunciare Prælato. Secundò, quia quando non subest probabilis spes emendæ ex priuata correctione, fatentur omnes posse delictum immediatè deferri superiori. At in religiosis vix præsumitur emēda ex ea correctione: quod optimè docuit Caiet. *in opuscul. 1. 2. vltim. in responsione 5. ad 1. dubium*; vbi ait non facilè credendum, religiosum correctione fraterna emendandum, sed dubitandum potiùs fore, vt fingat se emendatum, vt socium deludat, denunciationemque vitet; & interim manebit in peccato de malo in deterius procedens, donec in scandalum aliorum prorumpat. Quod optimè docuit Ouandus 4. *d. 19. post propos. 18. §. concludendo dico.* vbi dicens deficiente spe emendæ esse denunciandum peccatum occultum superiori, tanquam Patri, subdit huiusmodi esse religiosos aliqua gratia committentes, & reddit rationem, quia effrontes fiunt, nec ad id solent deuenire, nisi aliis peccatis præcedentibus, ac in monasteria in famæ dispendium conijciunt, simulatque se emendari. Et ratio est, quia quo aliquis ex altiori, nobiliorique statu deiicitur, ac degenerat, periculosior est lapsus, & multo difficilior emenda; adeo vt D. Chrysostom. *homil. 40. in Matth.* & refertur *cap. quis aliquando, de pœnitentia, dist. 1.* sic dicat. Quis aliquando vidit clericum citò pœnitentiam agentem? Sed etsi deprehensus humiliauerit se, non ideo dolet, quia peccauit, sed confunditur, quia perdidit gloriam suam. Vbi Gloss. *verb. humiliauerit*, ait, humiliatus apparuerit, & *verb. gloriam*, ait, monachos deficientes omnibus esse deteriores. Quod idem docuit August. *epist. 137.* & refertur *cap. penulti. dist. 47.* ibi. Quomodo difficile sum expertus meliores, quàm qui in monasteriis profecerunt; ita non sum expertus peiores, quàm qui in monasterio ceciderunt. Ergo, &c. Tertiò, quia si delictum vergat in damnum tertij, aut detrimentum communitatis, fas est illud, quantumcunque occultum sit, denunciare immediatè Prælato, vt fatentur omnes. At gratia religiosorum delicta redundant in maximum religionis detrimentum; cedunt enim in aliorum religiosorum scandalum, quod maximè timendum est, ob arctissimam inter se familiaritatem: cedunt etiam in totius religionis infamiam, non enim solis peculiaribus delinquentibus ea delicta tribuuntur, sed toti religioni, & reliqui religiosi similes esse putantur, vt tradunt D. August. *epist. 137.* & D. Bonauent. *in regul. Divi Francisci. quæst. 16.* Nec obstat ea delicta esse occulta, quia meritò eorum publicatio apud seculares timenda est. Quartò, quia bonum commune anteferendum est particulari, & maximè in religiosis, qui se totos religioni d[illegible] rentes. At [illegible] occulta d[illegible] nihil enim [illegible] esse im[illegible] muni rel[illegible] tates sub[illegible] psuum p[illegible] patefieri [illegible] nullo eis [illegible] *reg. 16. & 39. & cal[illegible] le*, ait; R[illegible] priuate [illegible] to tan[illegible] quod [illegible] carunt, omnia sua iura in illam transferentes. At [illegible] nmune religionis bonum postular delicta [illegible] nciari immediatè Prælato tanquam Patri, [illegible] eos à lapsibus continebit, quàm nolle eos [illegible] liatè ad Prælatū deferri. Expedit & com[illegible] nis bono, Prælatum nosse vitia, & fragilitates [illegible] orum, vt vel sic eos meliùs gubernet, ac [illegible] cula vitet; & ideo sancti adeò commendant [illegible] lato ipsas etiam subditorum cogitationes, [illegible] o tecto, vt D. Basilius *in fusius disputatis.* [illegible] affianus *lib. 4. de instit. renunc. cap. 9. & cap. cap. 10. & 11.* D. Benedictus *cap. 7. sue regu*[illegible] onabiliter dicitur velle religiosus postposito [illegible] æ famæ bono, denunciari immediatè Prælato Patri eius delicta occulta ob commune, in religionem bonum redundat. Quintò, quia

quia apud religiosos non ita exactè ordo correctionis fraternæ, vt apud seculares seruandus est, vt optimè docet citato Gualtero Doctore antiquissimo, Astensis *sum. 1. lib. 2. tit. 67. art. 6.* Ricardus *4. distinctione 19. art. 3. quæstione 1. in solutione ad 2.* Quod idem colligitur ex *cap. qualiter, & quando, & cap. 2. de accusation.* vbi relato ordine seruando in inquisitione, accusatione, & denunciatione, sic concluditur: hunc tamen ordinem circa regulares personas non credimus vsquequaque seruandum. Tandem, quia, vt retulimus numero 48. alij ordines regulares hoc statutum habent, vt delicta regularium occulta immediatè denuncientur superioribus, nec credendum est tot viros religiosos errasse statuendo aliquid contra ius diuinum, vt bene ait Corduba *in regul. D. Francisci. quæstione 1. cap. 10. ad finem.*

51 Quarta conclusio. Idem licet, quando dubium est, an subditus sit plenè emendatus, vel plenè cessarit periculum recidiui, quia in hoc dubio potiùs est consulendum eius bono spirituali, religionisque vtilitati procurata securiori emenda, tutioriqueque periculi recidiui cautione, quàm cauendo modico famæ subditi detrimento, denunciato ipso apud superiorem. Quando autem dubium esset, an Prælatus prudenter se geret, vel denunciationem accipiet tanquam Patet, diximus num. 50.

52 Vltima conclusio. Id statutum est quoque expediens, immo vtilissimum. Probatur, quia ex dictis in præcedente conclusione satis constat, quàm ad bonum religionis progressum conseruandum conferat prædictum statutum, & ad religiosi denunciati profectum, submissionem, vtilitatemque propriam, & vt meliùs à superiori gubernetur, eiusque recidiuum caueatur. Nec obstant argumenta contraria adducta numero 48. nam primum non probat; quippe multa alia religionum statuta sunt rigidiora, vt perpetuò à carnibus abstinere, dormire vestitum, indui sacco aspertimo, & strictissimo, nec tamen ob id dicenda sunt non expedire. Nec etiam probat ratio secunda, quia multo facilius & frequentius perturbabuntur religiosi imperfecti in aliarum rigidiorum obseruationum religiosarum executione, quæ quotidianæ sunt, & tamen adhuc expediunt; & falsum est imperfectos experturos esse delicta sua occulta teuelari passim superiori, quia nec passim delicta grauia ab eis committuntur, nec passim alius ea committi videt, vt superiori indicet. Præterea, quia statutum hoc conuenientissima ratione innititur, quia nimirum superior multo meliùs paternè corriget, cauebitque subditi recidiuum, vt probatum est numero 49. Ad argumenta adducta numero 47. ad primum, tertium, & quartum constat ex dictis numero 49. 51. & 53.

53 QVÆSTIO vltima. Quinam ambientes, & quando sint necessariò denunciandi superiori virtute huius voti. Videntur enim ambientes occubi, ac quorum ambitio probari nequit, denunciandi non esse, quia nullus tenetur denunciare ad præceptum, superioris delicta, quæ probare nequit, vt tradunt communiter authores in tractatu de denunciatione, & de cent multi quos retuli *lib. 3. de matrimonio. disputatio 15. num. 1.* Secundò, quia cùm denunciatio hæc eò tendat, vt ambientes excludantur à dignitate, idque fieri nequeat, nisi probata ambitione, vt constat ex constit. Societatis. *p. 10 §. 6.* ibi, solùm reddunturinhabilis, de quibus probari potest dignitatem ambiisse. Tertiò, videntur occulti ambientes minimè denunciandi, quia res est grauissima, nec petit constitutio, vt denuncientur superiori tanquam Patri, sed tanquam Iudici, vt puniat reddendo inhabilem ad dignitatem ambient. m; & delicta occulta nequaquam denunciari possunt superiori, vt Iudici.

Prima tamen conclusio sit. Professi Societatis tenentur ratione huius voti denunciare quoscumque eiusdem Societatis religiosos, siue professi, siue non professi sint, ambientes prælationem, vel dignitatem in Societate, vel extra. Constat ex formula voti; nam vbi duplex votū præmissum fuerat, prius non ambiendi dignitatem, vel prælationem in Societate, posterius non ambiendi illa extra Societatem, subsequitur votū præsens, quo promittit professus se denunciaturū ambientes aliquid prædictorum duorum. Ergo intelligitur de ambiennibus hæc intra, vel extra Societatem. Rursus cùm vniuersaliter dicatur, *si quem sciam*, non restringendo ad solos professos ambientes, intelligitur votum de denunciādis quibuscumque religiosis Societatis ambientibus hæc. Præterea, quia mala per hanc denunciationem vitari intenta æquè sequuntur ex ambitione professi, & non professi. Ergo vtriusque denunciatio intenditur per hoc votum. Nec obstat solos professos obligari voto non ambiendi, & hoc votum apponi inter vota à professis emissa, vt inde dicendum sit intelligi de solis professis ambientibus denunciandis, quia neutra ratio sufficiens est ad limitandum prædictum votum generaliter emissum.

54 Secunda conclusio. Hoc votum tantùm obligat professum, vt denunciet ambientes, quos moraliter certus est ambire. Constat ex forma voti, in quo dicitur, *si quem sciam*; non autem dicitur quis scire ea, de quibus dubitat, sed oportet, vt saltem habeat certitudinem moralem: scire enim aliquid ex Arist. 1. *Posteriorum*, includit certam cognitionem habere, vnde Innocentius *cap. final. numero vnic. vers. illud autem*, petit ad certam cognitionem indubitanter aliquid scire; vel vt ait Gloss. *l. 1. §. idem Labeo*, vbi textus ait, sufficere, si quis sciat, & tamen Gloss. *verb. sciat*, ait, id est, vehementer opinetur. Vnde non quæcumque probabilitas huius ambitionis sufficeret, sed oportet talem esse, vt absque temeritate aliqua possit ambitio iudicari. Hæc enim est certitudo moralis, qualis in huiusmodi rebus exigitur, vt in simili probaui suprà.

55 Tertia conclusio. Tenetur professus ratione huius voti hanc denunciationem facere, quamuis res adeò sit occulta, vt eam probare nullatenus valeat. Probatur primò, quia quando ambitio præsumitur, ad euitandum aliquod damnum, necesse non est, vt denuncians possit delictum probare; sicut contingit in impedimentis matrimonij, vt latè probauimus *lib. 3. de matrimonio. disputatione 13. numero 2.* At huiusmodi ambitio est in graue religionis detrimentum: ergo est statim superiori denunciandā. Et confirmatur; nam bonum commune præferendum est particulari vnuscuiusque: at delictum ambitionis est in maximum totius Societatis perniciem & cuiusuis communitatis; vnde Sotus *de secreto, membro 2. quæstione 4. post 3. conclus. dub. 1.* numerat inter delicta contra commune bonum ambitionem, & subornationem suffragiorum in electionibus. Secundò, quia denunciatio hæc non fit tanquam Iudici, nec ordinatur ad punitionem, & reddendum inhabilem ambientem; quia hoc effici non potest, nisi probato delicto: sed fit tanquam Patri, vt prospiciat bono communi, impediendo, ne ille dignitatem ambitam adipiscatur, qui finis non cessat, quantusquis ambitio occulta sit, sed plenissimè obtinetur ea denunciatione Præposito Generali Societatis IESV facta, quia cùm ex eius arbitrio pendeat omnium superiorum electio, ipse solus poterit re cognita, malo ambitionis obuiare. Si verò aliquis de ambitione Generalatus notaretur, est denunciandus vicario Generali, aut alicui ex antiquioribus professis, vt habemus *8. p. constit. cap. 6. §. 1.* vbi in declaratione decernitur rem cum omni secreto, & cautione agendam: & latiùs in formula congregationis generalis. *§. 21. & 22.* Et ex his

manet satisfactum argumentis contrariis propositis numero 58.

37 Quarta conclusio. Tenetur etiam professus ex hoc voto hoc crimen ambitionis denunciare, etiamsi detegens dicat, se dicere in confessione, immo etiamsi genu flexo, factôque signo Crucis, & confessione dicta, hoc secretum detegat, dummodo non vero fatendi animo id dicat, quia adhuc non est sigillum confessionis: & quamuis de iure naturæ simile secretum seruandum sit, at id deficit, quando delicta sub eo secreto commissa sunt in damnum communitatis, & pendent in futurum, vt supponimus hic contingere, sicut idem probauimus de impedimentis matrimonij *lib. 3. de matrimon. disputatione 13. numero 6.* Dixi, vt supponimus hic contingere, quia si se detegens resipuisset, suique delicti ambitionis pœnitentia ductus se alicui detegerer gratiâ petendi consilij, vt animæ suæ bono consuleret, nullatenus potest denunciari, tum quia huiusmodi detectio ordinatur ad confessionem sacramentalem, sicut dum quis scribit peccata sua, vt ea faciat, inuenies papyrum deperditam tenetur præcisa obligatione sigilli quasi sacramentalis ea tegere, eo quod scriptio illa ad confessionem sacramentalem ordinatur. Similiter ergo detectio hæc ordinatur ad confessionem sacramentalem, & quærendum laptis remedium.

38 Non est opus regulariter, vt hanc denunciationem præcedat secreta monitio, tum quia in delictis contra bonum commune omnes fatentur non esse necessarium præmitti hanc correctionem, quia rarissimè præsumitur eam profuturam, tum etiam, quia suprà numero 53. latè probauimus inter religiosos regulariter non exigi hanc secretam monitionem. Et hæc conclusio vera est, etiamsi dubitetur an superior prudenter procedet, & tanquam Pater, quia in delictis contra bonum commune esse faciendam hanc denunciationem, non præmissa correctione fraterna, probauimus n.50. Hæc autem ambitio est contra bonum commune, vt probauimus n.56.

39 Hinc deducitur, teneri professum ratione huius voti, huiusmodi ambitionem denunciare non præmissa correctione fraterna. Probatur, quia se obligat ad denunciandum in quantum licitè potest. Cum ergo licitè possit, non præmissa correctione fraterna, tenebitur ad id ratione huius voti. Quod etiam comprobat doctrina, quam tradunt Angelus *verb. denunciatio. numero 10.* & Sylvester *verb. correctio. quæstione 7.* vbi dicentes posse denunciari peccatum occultum immediatè Prælato, qui vtilius creditur correcturus, subdunt esse obligatum ad ita faciendum, quando accedit præceptum superioris. Ergo etiam idem dicendum est, quando accedit obligatio denunciandi ex voto.

60 Vltima conclusio. Si dignitatem ambientem certissimè constet plenè esse emendatum, ita vt nullum postmodum recidiui periculum probabiliter timeatur, nec sit aliqua in futurum dependentia, & eius delictum occultum sit, non tenetur professus ratione huius voti eum denunciare. Ducit primò, quia delinquens sic plenè emendatus non potest licitè denuncian Prælato, vt probauimus numero 54. Ergo nec votum potest obligare ad eum denunciandum. Et confirmatur, quia votum obligat instar legis ecclesiasticæ de eadem re editæ: at lex ecclesiastica iubens delictum denunciari, non comprehendit delictum occultum omnino emendatum, tunc enim cessat finis propter quem id præcipitur, qui est correctio fraterna, & euitatio damnorum, vt tradunt omnes. Ergo idem est dicendum de voto denunciandi. Secundò, probatur ex ipsa voti formula ibi; *si quem, sciam, procurare, vel prætendere*, quæ verba de illo solùm agunt, qui de præsenti aliquid huiusmodi molitur: non ergo extendenda sunt ad eum, qui omnino emendatus est. Dixi autem, quando peccatum est occultus. Dixi autem, quando peccatum fuit publicum, licèt emendatum, quia si peccatum fuit publicum, licèt emendatum fuerit, subest adhuc obligatio denunciandi, vt tradit Sotus *libro 5. de iustit. art. 1. ad finem corporis, vers. & hinc sumenda, & de secreto, membr. 2. quæstione 6. dub. vltima. post 2. conclus.* Quod & communiter tenent Doctores in tractatu de denunciatione; quia tunc denunciatio non ordinatur ad solam emendam, sed ad delicti punitionem, & satisfactionem eorum, qui ex delicto scandalum passi sunt. Insuper dixi, si nulla sit in futurum dependentia; potest enim contingere, vt ambiens sit plenè emendatus absque relapsus periculo, & tamen ex negotiatione præteritarum talitèr dispositæ maneant, vt certitudine morali præsumi possit fore, vt dignitatem assequatur, & tunc votum obligabit ad rem totam Societati, vel eius Generali detegendam, vt impediatur dignitatis consequutio ambitiosè procurata, quod est finis, vt constat ex *p. 10. constitut. §. 6.* Et confirmatur, quia ideo *p. 8. consilium. cap. 6. §. 2.* vbi agitur de Præpositi Generalis electione, præcipitur omnibus sub excommunicationis latæ pœna, vt illos omnes denuncient, quos nouerint tale munus affectasse, vel affectate, obligando tantùm denunciare sic ambientes ab obitu Generalis præteriti, vsque ad electionem præsentis; quia donec Generalis electus sit, præsumitur dependentia ambitionis præteritæ quoad suum effectum: quando autem dubium est, an plenè sit emendatus, vel an cessarit omnino recidiui periculum, est vtique denunciandus sine præmissa correctione fraterna, quia id in omnibus delictis probauimus num. 56. nedum in hoc quod est contra votum commune.

SVMMARIVM.

Cur professi Societatis promittant, si in Episcopos eligantur, audire consilium Generalis, vel alicuius ab eo deputati. num. 61.

An sint tam electi Episcopi subditi Generali Societatis IESV, aut teneantur audire & sequi eius consilium? numero 62.

An hoc consilium sit circa solam rectam Episcopatus administrationem? n.63.

Vltimum votũ simplex, quod emittunt professi trium, 61
vel quatuor votorum Societatis IESV, iuxta eius constitutiones. *p.10.§.6.* emittitur sub hac forma. Insuper promitto, si quando acciderit, vt hac ratione in Præsidem alicuius Ecclesiæ promoueat, pro cura, quam de animę meę salute, ac recta muneris mihi impositi administratione gerere debeo, me eo numero, ac loco habituum Præpositum Societatis generalem, vt nunquam consiliũ audi detrectem, quod vel ipse per se, vel qui-
uis alius de S etate, quem ad id ipse sibi substituerit,
dare mihi di ibitur: consilijs vero huiusmodi ita me
pariturum per esse promitto, si ea meliora esse, quàm
e mihi isem venerint, judicabo. Cuius voti non
c. t ratio dicitur *eo. §. 6.* quod professus Societatis
IESV cre s Episcopus sit subditus alicui superiori è
Societate enim ab obedientia cuiuscunque superio-
ris, etiam talis exemptus, sòlique Papæ subditus,
vt diximus eraliter de omnibus religiosis ad Episco-
patum pro is hoc lib. 6.c.6.n.2. sed quia sponte sua
se professu bligat ad habendum consiliarium, eisque
consilijs s ium, quando ea ad Dei obsequium magis
conferre sucrit: est enim valde expedieta in quocũ-
que regir e bonos, prudentésque viros, qui sibi con-
sulant, hi e, vt latè prosequitur Philo *lib. de creatione*
Principis . Patricius *lib.6. de Regno, & Regis institut. tit.6.*

Hinc

62 Hinc sequitur, professum Societatis ad Episcopatum promotum, quamuis non teneatur obtemperare Præposito Generali, vel alicui per eum designato, tanquam superiori, teneri tamen audire consilium Præpositi Generalis, vel alterius per eum designati, illúdque sequi, si melius esse indicauerit; quia id expressè in hoc voto promisit.

63 Intelligitur autem hoc votum audiendi consilium, illúdque melius indicatum sequendi, non tantùm circa administrationem reddituum, & aliarum rerum ad Episcopale munus pertinentium, sed etiam circa spiritualem propriæ personæ progressum. Constat, tum quia spiritualis hic progressus ad rectam subditorum gubernationem valde conducit; integritas enim præsidentium salus est subditorum, vt docet D. Leo epistola 85. & refertur *cap. mi. anno. 63. distinct.* tum etiam, quia formula votorum vtrumque clarè explicat in illis verbis relatis numero 64. ibi, *pro cura quam de animæ meæ salute, ac recta muneris mihi impositi administratione gerere debeo.*

EXPLICIT LIBER VI. DE VOTO SOLEMNI OBEDIENTIAE.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LIBER SEPTIMVS.

DE VOTO PAVPERTATIS.

CAPVT PRIMVM.

De potestate, quam nouitius, vel volens ingredi religionem, habet ad disponendum per viam donationis, aut renunciationis de proprijs bonis, attento iure antiquiori.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputandæ sint. n. 1.
An donatio facta à nouitio, vel volente ingredi religionem, sit firma, nec reuocetur non sequuta professione, attento iure antiquiori, pendet in foro conscientiæ ab eius intentione. n. 2.
Quando de intentione hac non constat, standum est in vtroque foro præsumptioni fori externi. n. 3.
Qualis intentio præsumatur in dubio, vt sic reuocetur donatio, aut renunciatio professione non sequuta. Referuntur varia sententia. n. 4. & 5.
Explicatur sententia authoris. n. 6. 7. & 8.
Quid si ea donatio non fuit facta principaliter, sed accessorie cum persona? n. 9.
Quid si vrgeant coniecturæ ad præsumendum donationem hanc absolutè factam esse? n. 10.
An sit huius coniectura sufficiens, quando non in ingressu, sed ex interuallo est facta donatio? n. 11.
Quantum dicatur hoc interuallum. n. 12.
An nomine huius ingressus intelligatur sola professio? numero 13.
Quid si donatio non fieret ipsi religioni, sed alijs? n. 14.
An exigatur, vt nouitius extemplo possit recuperare bona donata, vt professus sit tempore donationis velle experiri religionem? n. 15.
Quid si vsus explicet donationem esse absolutam? vbi de vsu oblationis, quem seruant moniales apud Italos. n. 16.
Verum sicut prædicta donatio cessaret egressu nouitij, ita cessaret eius morte tempore nouitiatus? n. 17.
An donatio hæc nouitij possit reuocari ab eo perseuerante volente in religione? n. 18.
An valeat donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum facta contemplatione ingressus in religionem? n. 19.

1 ANTEQVAM de facultate disponendi, quam habent professi, disputemus, tractandum est de facultate, quam habent nouitij, aut volentes religionem ingredi; & cùm dispositio hæc possit fieri donatione, aut testamento, insuper aut circa bona temporalia, aut circa beneficia ecclesiastica, quæ possident, seorsum de hi- omnibus hoc capite, & duobus sequentibus agendum est. Et quia nonnulla, quæ attento iure antiquiori vera erant, immutata sunt per Concilium Tridentinum, priùs dicemus quid iure antiquo verum esset; deinde quid iure nouiori Tridentini immutatum sit, explicabimus. In præsenti ergo tractandum est de donatione, seu renunciatione bonorum, quæ fit à nouitio, vel volente ingredi religionem. In qua re triplex est quæstio. Prima est de firmitate donationis huius, quando nouitius egreditur, aut ante professionem moritur. Secunda de firmitate huius donationis, quando professus est, at professio fuit irrita. Tertia de firmitate huius donationis factæ in religione Societatis IESV.

2 QVÆSTIO prima. An donatio facta à nouitio, vel volente in nouitiatum ingredi, sit omnino firma attento iure antiquiori, ita vt eo exeunte, vel moriente ante professionem minimè reuocetur? Punctus difficultatis huius cò pertinet, an donatio hæc censeatur in dubio facta inter viuos, ac proinde sit omnino irreuocabilis: an potiùs [illegible] nileatur donationi causâ mortis, censeatúrque fa[illegible] contemplatione professionis, quæ mors mundana [illegible] ciuilis est: atque adeò sicut donatio facta mort[illegible] naturalis causâ vim non habet, donec mors sequatur [illegible] donatio hæc non sit firma, nec aliter valeat, n[illegible] equata professione? Et quidem quod ad forum c[illegible] tientiæ attinet, si constat intentionem donantis fi[illegible] donare causâ solius ingressus, pendet donationis [illegible] mitas ex professione subsequuta, ac proinde de nou[illegible] exeunti sunt restituenda donata, quia videtur[illegible] causâ mortis mundanæ, quæ subsequuta non tur donass[illegible] trà si constat donationem non intuitu ingressus f[illegible] m, non recuperabit, cùm fuerit donatio pura. Atque ita docent Angelus *verbo nouitius. numero* [illegible] & ibi Tabiena *quæstione* 12. *numero* 13. Armilla *n*[illegible] 16. Sylvester *verbo religio.* 4. *quæst.* 10. & *verbo religio.* 5. *q.* 12.

Quando autem de intentione hac non constat, standum est præsumptioni iuris in vtroque foro, ac proinde in foro conscientiæ id seruandum est, quod in foro causarum in hoc eueniu præsumitur, vt probauimus *lib.* 1. *huius tractatus. cap.* 10. *num.* 13.

4 Difficultas ergo est, qualis præsumatur hæc donatio in hoc dubio. Aliqui absolutè docent, nouitium exeuntem eam reuocare non posse, ac proinde censere videntur assimilari donationi inter viuos, quia in dubio, vbi nulla mentio fit mortis, præsumitur donatio facta inter viuos, vt tradit Glossa communiter recepta, *l. fera.* 42. *in principio. verbo videri. ff. de mortis caus. donat.* per illum text. § *cùm pater*, ibi; *cum autem, qui absolutè donaret, non tam mortis causâ, quàm morientem donare.* Vbi Glossa *verb. morientem*, ait eam donationem esse inter viuos, vt clarè decidit ille textus. Si ergo donatio à moriente facta præsumitur inter viuos, eo quod nulla mentio mortis facta sit, similiter præsumitur donatio inter viuos, & non causâ mortis mundanæ facta, quæ fit à nouitio, aut volente religiosum institutum capessere, quoties non exprimitur eam fieri causâ professionis; ac subinde firma manebit, quamuis professio non subsequatur. Atque ita docet Glossa finalis *in vltima solutione. cap. quod à te. de clericis coniugat.* Hostiens. *cap. in præsentia. n.* 14. *verb. se, & sua. de probationibus.* Morquechius *de diuisione bonorum. lib.* 4. *c.* 5. *n.* 34. quod idem docere videntur Ananias *dicto cap. quod à te. num.* 6. Bertrandus *cons.* 135. *num.* 1. *volum.* 3. *in priori parte*, dum absolutè docent, nouitium exeuntem non recuperare hac donationem, nisi contemplatione ingressus donarit.

5 Alij autem absolutè docent, donationem hanc præsumi factam contemplatione ingressus, ac proinde professione non subsequuta euanescere, quia quamuis aliàs nulla mentione mortis facta censeatur in dubio donatio inter viuos, ac irreuocabilis; ac in hoc eueniu præsumitur contemplatione ingressus in religionem facta propter actum proximum, & ideo cessare non sequuta professione. Atque ita docent Hostiensis *cap. statuimus. num.* 4. *de regularibus*, & ibi Ioannes Andreas *num.* 2. Anchar. *num.* 7. Anton. *num.* 2. Abbas *num.* 4. Anan. *nu.* 6. idem Anton. *cap. quod à te. num.* 9. *de clericis coniugatis.* & ibi Ioann. Andr. *num.* 7. Hostiens. *num.* 4. Anchar. *num.* 9. Henr. *num.* 2. Decius *cap. in præsentia, in noua editione. num.* 285. ibi Parisius *num.* 187. qui dicunt huic donationi inesse tacitam conditionem, si sequatur professio, & sic cessare non sequuta professione, quasi deficiente conditione. Iason *authent. si qua mulier. num.* 60. *C. de sacrosanctis Eccles.* Natta *cons.* 180. *num.* 5. *vol.* 1. asserens donationem hanc censeri factam ex ingressu tanquam ex causa finali, & ita eo cessante cessare. Gregorius Lopez *l.* 3. *verb. puede. titulo* 7. *part.* 1. Hondedeus *cons.* 73. *nu.* 10. & 11. *vol.* 2. Manuel *quæstionum regul. tomo* 2. *quæst.* 80. *art.* 2. & explicat Ananias, siue donet omnia bona, siue vnam rem.

6 Cæterùm placet media sententia, vt non quæcumque huiusmodi donatio censeatur causâ ingressus facta, nec eius firmitas pendeat à futura professione, sed quando donatio est notabilis, vt omnium bonorum, quod nulla sit ratio probans, quamcumque modicam huiusmodi donationem præsumi causâ professionis factam. At quando donatio est immensa omnium bonorum, ratio ipsa cogit ad hanc præsumptionem capiendam: non enim verisimile est, fore vt quisquam suis omnibus bonis se spoliaret, nisi causâ professionis religiosis. Atque ita docent Abbas *cap. quod à te. num.* 6. *de clericis coniugatis*, & *cap. causam matrimonij. num. vltim. de probatis.* Rosella *verbo religio.* 4. *num.* 11. Cardin. *cap. statuimus. quæst.* 4. *de regular.* & *dicto cap. quod à te. num. vnico. oppos.* 4. Sylvester *verbo religio.* 4. *quæst.* 9. & *verbo religio* 5. *quæst.* 12. Angelus *verbo nouitius. num.* 10. Tabienaibi. *quæst.* 12. *num.* 13. Armilla *num.* 16. Sueda *cons.* 333. *num.* 62. *vol.* 3. Azor *tomo* 1. *instit. moralium. lib.* 12. *cap.* 3. *quæst.* 3. *fine.*

7 Atque ideo censendum est quando maioris partis bonorum donatio esset, quia amissio maioris partis bonorum æquiparatur amissioni omnium bonorum. *cap.* 1. *de restitutione spoliatorum, in* 6. *in fin. principij.* & *l. propter luxum, in princ. ff. de excusat. tutorum.* & ita notat Abbas *to. c. causam matrimonij. n. vltimo.*

8 Idem quando ille aliqua non modica donauit, quia non videtur in dubio aliqua notabili bonorum parte se velle priuare, nisi ob causam ingressus. Ita Cardin. *cap. quod à te. num. vnico. in oppos.* 4. *de clericis coniugatis.*

9 Hæc tamen sententia est quadrupliciter temperanda. Primò, vt intelligatur quando dedicatio bonorum fuit expressa, & principaliter facta: nam si fuit tacitè, seu accessoriè, nullatenus subsistit, sed in totum corruet, siue sit modica, siue magna, sicut probauimus numero 28. quando est sequuta professio, sed inutilida, etiam profitente conscio nullitatis professionis, nedum quando nulla prorsus professio fuit sequuta. Quando autem fiat hæc donatio accessoriè, & quando principaliter, dicemus n. 22. & duplici sequenti.

10 Secundò temperatur, nisi vehementiores coniecturæ vrgeant ad præsumendum donationem hanc absolutè factam, & non contemplatione ingressus monasterij; tunc enim coniecturæ illæ vincent, & præsumetur absolutè facta, nec reuocabitur professione non sequuta, quia vna præsumptio eliditur per alias fortiores, Menochius *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 132. *num.* 84. & *lib.* 5. *præsumpt.* 21. *num.* 12. & *lib.* 6. *præsumpt.* 64. *nu.* 45. Atque ita docent Abbas *cap. causam matrimonij. num. vltim. de probat.* Rosella *verb. religio.* 4. *num.* 11. Sylvester *verb. religio.* 4. 9. 10.

11 Huiusmodi verò coniectura est, quando non in ipso ingressus religionis puncto, sed ex interuallo donatio hæc facta fit, quippe interuallum illud coget præsumere eam non causâ ingressus factam. Sic Abbas, Rosella, & Sylvester num. præced. allegati; idem Sylvester *religio.* 5. *quæst.* 12. *num.* 13. Manuel *quæst. regular. tomo* 2. 9. 80. *art.* 2.

12 Quantum autem interuallum debeat esse ad hanc præsumptionem capiendam, non explicant hi Doctores; sed Abbas, Rosella, & Sylvester num. 10. allegati videntur exigere, vt in ipsomet religionis ingressu donatio facta fit, vt præsumatur contemplatione illius facta, interuallum autem esse quando non in ipso ingressu: quia dicunt, quando non in ipso ingressus puncto, sed ex interuallo. Sed Ananias *cap. quod à te. num.* 5. *fin. de clericis coniugatis*, dicit; *si statim*, vel modico tempore ante ingressum, censetur contemplatione ingressus. At Manuel num. præceden. allegatus ait, quando longè ante ingressum donatio fieret, capi hanc præsumptionem, vt non censeatur facta contemplatione ingressus; vnde eam capi censet, quando paucis antè diebus. Idemque, quamuis dubius, censet Beroius *cap. in præsent. num.* 156. *de probat.* At existimo interuallum hoc non metiendum iuxta proximitatem ad tẽpus ingressus, sed tunc dici in ipso ingressus puncto factam, quando donans firmiter apud se statuit religionem ingredi. Quia tunc causâ ingressus, & vtpote qui statum paupertatis elegit, videtur se spoliare bonis. Quando autem dubium esset, an post tale punctum, an potiùs ante donatio facta sit, præsumitur ex proximitate ad ingressum facta post tale propositum, vt quando longè ante ingressum censebitur facta, nondum eo proposito concepto. Et ita intelligendi sunt Doctores prædicti hanc præsumptionem ex proximitate ad ingressum ponderantes, sicut in simili tractantes Doctores quando testamentum in seculo factum, in quo religio instituta non est, censeatur reuocari per ingressum religionis (vt referemus *cap.* 3. *num.* 22.) dicunt, quando testans tempore testamenti cogitabat de ingressu, censeri velle religionem excludere; atque ita non reuocabitur, secus quando non cogitauit.

tauit. In dubio autem an cogitarit, necne, dicunt id præsumi ex proximitate, aut distantia ad ingressum.

13 Similiter non explicans hi Doctores, quid nomine ingressus intelligarint, in scilicet ipsa religionis professio, quæ vere, & cum effectu est religionis ingressus, an etiam ingressus in nouitiatum. Sed existimo eos quoque loqui de ingressu in nouitiatum: atque ita dicendum est, sumi hanc coniecturam, vt censeatur donatio facta contemplatione religiosæ vitæ, & eius firmitas pendeat ex professione subsequta, quando facta est postquam donans proposuit in seculo ad religionem transire; & præsumi hoc propositum, quando proximè post transit, habitumque nouitiorum suscepit: quia tunc elegit vitam pauperem, & prætextu talis electionis bona deserit, de illis disponens, & ex tunc verè de religionis ingressu per professionem deliberat.

14 Loquuntur etiam Doctores prædicti, quando donatio huiusmodi fieret ipsi monasterio. At idem clarè sentiunt, quando donatio fieret cuicumque alij; quia eadem est ratio, nempe non præsumi quempiam cogitantem de religionis ingressu, velle se omnibus suis bonis, aut maiori parte spoliare, nisi contemplatione ingressus. Atque ita Berouius *cap. in presentia. num.* 157. *de probationib.* dicit idem de donatione facta cuiuis Ecclesiæ, nempe præsumi eam fieri contemplatione ingressus religionis, atque adeò cassari professione non sequuta.

15 Tertiò limitatur prædicta sententia, vt donans omnia bona in ipso ingressu, censeatur donare causâ ingressus, & posse recuperare professione non sequuta, vt id intelligatur quando tempore donationis protestatus est se velle probare religionem, secus si absolutè donasset; quippe præsumitur velle vitam mutare disponendo sic de bonis, & ita non potest exire tanquam tacitè professus. Sic tradunt Hostiens. *cap. statuimus. num.* 4. *de regularibus*, & ibi Ioannes Andreas *num.* 2. Cardin. *q.* 4. Anchar. *num.* 7. Anton. *num.* 2. Abbas *num.* 4. Gregor. Lopez *l.* 3. *verb. puerd. tit.* 7. *part.* 1. Limitant Anton. & Cardin. vt censeatur profiteri, quando omnia, vel maiorem partem bonorum donauit. Sed Hondedeus *cons.* 71. *num.* 10. 21. & 22. *volum.* 2. dicit hoc non habere locum post Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 15. *de regular.* quod ad professionis valorem petit annum nouitiatus expleri. At restat difficultas, quid si finito nouitiatus anno ea donatio facta sit? Sed adhuc dicendum est, recuperatum non sequuta professione, quia multo verius est animum mutandæ vitæ indicatum per habitus susceptionem, & donationem etiam omnium bonorum, non inducere professionem, vt bene probat Ananias *cap. statuimus. num.* 6. *de regularib.* & nos *lib.* 9. *de matrimonio. dist.* 13. *num.* 19. probauimus animum mutandæ vitæ cum habitus susceptione non inducere professionem, nec votum simplex religionis.

16 Vltimò limitatur, nisi vsus explicet donationem esse absolutam, vt apud Italos vsus increbruit, vt tempore, quo mulier in monialem recipitur, offerat ante altare certam quantitatem pecuniæ, dicendo; dono hanc in remissionem meorum peccatorum, vel Deo, ac B. Virgini eam dono. Quæ donatio perfecta est, & absoluta, atque adeò in nullo euentu reuocatur, quamuis monialis illa nouitiatus tempore retrocedat, vt bene docent Petrus de Perusio *de mutatione status Ecclesiarum. cap.* 1. *fin.* Manuel *qq. regular. tomo* 2. *quæst.* 47. *art.* 5. *fin.* Vtrum autem hæc oblatio valeat post Tridentinum, dicemus infrà.

17 Vtrum autem, sicut prædicta donatio cassatur egressu nouitij, ita cassetur eius morte in religione intra annum nouitiatus, dicemus c. 3. n. vltimo.

18 Tandem difficultas est, an donatio hæc facta contemplatione ingressus religionis, possit reuocari ante professionem ab ipso donante? Videtur enim posse, quia hucusque diximus huiusmodi donationem assimilari donationi causâ mortis, quæ tamen semper ante mortem reuocari potest. *l. non omnis. ff. si certum petatur.* Cæterùm existimo nõ posse, quia in hoc asserũt Doctores assimilari donationi causâ mortis, quod non maneat omnino firma, sed reuocetur professione non sequuta, sicut donatio causâ mortis expectat mortem naturalem, vt omnino firma sit; non autem dicunt assimilari quoad potestatem reuocandi manendo in religione, quia cessat præsumptionis huius ratio, dum religio non deseritur, quæ est, vt remanens in seculo sit bonis spoliatus. Præterea, quia huiusmodi donatio præsumitur facta sub conditione, si professio sequatur, vt tradunt omnes Doctores allegati; in hoc enim dicunt assimilari donationi causâ mortis: at donatio conditionalis reuocari nequit antequam conditio deficiat, vt diximus *1. tomo de matrimonio lib.* 5. *disp.* 6. *num.* 8. & quid simile de voto conditionali diximus *lib.* 4. *huius operis. cap.* 12. *nu.* 11. Tandem, quia donatio à nouitio facta intra duos menses professioni proximos, iuxta decretum Tridentini *sess.* 25. *de regularibus. cap.* 16. reuocari non poterit ante professionem, quamuis ipso iure reddatur irrita professione non sequuta, ex decisione illius textus. Ergo à fortiori reuocari non poterit in hoc casu, in quo ex sola voluntate præsumpta donantis reuocatur solùm quando exit ante professionem.

19 Ex omnibus dictis deducitur, valere donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum à voluntate ingredientis religionem factam contemplatione ingressus, vt tradit Ladecesius *cons.* 473. *lib.* 1. quia habet tacitam conditionem, si professio sequatur, per quam tollitur libera testãdi facultas, sicut donatio causâ mortis omnium bonorum præsentium, & futurorum valet, eo quod non adimat liberam testandi facultatem.

SVMMARIVM.

An hæc donatio reddatur quoque irrita attente iure antiquiori, si professio fuit irrita in foro conscientiæ, quando constat de intentione, & quando non constat, an standum sit præsumptioni iuris? n. 20.

Quotuplex sit oblatio bonorum facta ab ingrediente religionem. n. 21.

Quando oblatio hæc sit æquè principalis, & quando non accessoria personæ. n. 22. 23. & 24.

Quando proficiens ignorauit professionem non tenere, an valeat donatio, siue facta sit accessoriè, siue æquè principaliter? num. 25. & 26.

Quid quando dedicans bona, nouit professionem esse irritam? referuntur varia sententia. n. 27. & 28.

Explicatur sententia authoris. n. 29. & 30.

QVÆSTIO secunda. An sicut donatio contemplatione ingressus religionis facta redditur irrita professione non sequuta, ita quoque reddatur irrita, si professio fuerit invalida? Et meminisse oportet nos in toto hoc cap : agere iuxta decisionem iuris antiqui. Quid enim nouatum sit per Tridentinum dicetur infrà. Et qui m sicut diximus numero 2. quando nulla est ofessio, standum esse in foro conscientiæ n. entioni onantis, si de ea constet, ita in hoc quoque euentu d ndum est. Atque ita docent Angelus, Syluester, Tabiena, Armilla ibi allegati. Quando autem non constat de intentione, standum est in vtroque foro præsumpti ii fori externi, vt diximus etiam num. 3.

Vt autem sectatur præsumptio fori externi, oportet præmittere duplicem esse bonorum oblationem factam obv rediente religionem. Quædam est tacita, quæ nim m inducitur ipso iure per religionis professionem per omnia professi bona transeuntia in religionem à cum persona. Alia autem est expressa, quando scilicet ingrediẽs donat expresè bona. Rursus hæc

hæc oblatio bonorum expressa potest fieri dupliciter: priori modo tunquam accessoria, quæ vocatur à Doctoribus etiam tacita, quia est sola expressio dedicationis, quæ tacitè inest eo modo, quo inest: posteriori autem æquè principaliter cum persona.

22 Quando verò dicatur æquè principaliter facta, & quando accessoriè, non constat inter Doctores. Quidam enim sic distinguunt: si dedicatio bonorum exprimatur per dictionẽ (*cum*) est dedicatio accessoria, & sic eo modo, quo tacitè inerat, vt si dicat ingrediens; offero me cum meis bonis: si autẽ exprimatur per coniunctionem (&) erit dedicatio bonorũ æquè principalis, quia præpositio (*cum*) habet suapte natura coniungere accessoriè, & non principaliter, vt *l.* 1. & 2. *ff. de peculio legato.* & *§. si quis ancillas. institut. de legatis*, aprè probatur, vbi textus decidit seruo legato cum peculio, extingui legatum peculij, seruo alienato, vel manumisso, vel mortuo: & reddit rationem, quod legatum peculij fuerit accessorium legato serui. Ergo dictio (*cum*) habet coniungere accessoriè. Et confirmatur, quia *l.* 3. & 4. *ff. eodem tit. & eo. §. si quis ancillas*, dicitur, legata ancilla cum suis natis, deberi natos legatario, ancilla perempta, vel manumissa, quod sint duo legata principalia. vbi Glossa *eo. §. si quis ancillas. verb. extinguitur. & ea. l.* 3. *statim in principio. & ea. l.* 4. *fin.* dicit esse speciale, vt (*cum*) sumatur ibi pro (&) atque ita vtrumque legatum sit principale, idque contingere propter hominis dignitatem, ne homo homini accessorius sit. Ergo regulariter dictio (*cum*) habet coniũgere accessoriè; dictio autem (&) coniungere principaliter. & *l. si cui fundum.* 5. *ff. de fundo instructo.* vbi idem discrimen ponitur inter hos legandi modos, lego fundum, & instrumentum, vel, lego fundum cum instrumento. Atque ita docent Bartolus *authent. ingressus. in prima lectura. num.* 14. & 15. *in* 2. *num.* 30. & 31. *C. de sacrosanctis Eccles. & l.* 3. *ff. si pendente appellatione. & l.* 2. *ff. de verborum significatione. & dicta l. si cui fundum.* Angelus *eo. §. si quis ancillas. & tractatu de maleficiis, verbo publicanus.* Abbas *cap. querelam. notab.* 2. *de simonia.* Iason *ex authent. ingressus. num.* 39. 40. & 41. Paulus *num.* 20. Rosel. *num.* 11. Imola *c. in presentia. n.* 33. *de probationib.*

23 Sed adversùs hanc distinctionem insurgit Decius eam reprobans, *authent. ingressus. num.* 23. *C. de sacrosanctis Eccles.* atque solam subiectam materiam esse considerandam, quia si res ex sua natura venit æquè principaliter, ita veniet, siue dicatur per (&) siue per (*cum*) & si suapte natura venit accessoriè, ita veniet vtroque modo dicitur. Probat ex *l. Titia testatori.* 36. *§. nihil distat. ff. de legatis primo.* vbi dicitur, nihil distare, vtrũm ita legetur, Titio, & Mæuio, an ita; Titio cum Mæuio: vtrobique enim est coniunctio in legatum. & *l. si quis inquilinum.* 115. *§.* 1. *vers. si ita legatum.* vbi dicitur vtrumque legatum esse, quando domus, & fundus, aut quando fundus cum domo legatur. Secundò, quia *authentica ingress.* dicitur ingredientem religionem se, & sua dedicare; & tamen est certum non principaliter, sed accessoriè, & tacitè venire sua. Verùm his non obstantibus non recedendum est à communi distinctione proposita numero præcedenti, nec obstat *l. Titia. §. nihil distat*, quia, vt diximus num. 1 ecedenti, id est speciale propter dignitatem homi is; nequ. etiam obstat *dicta l. si quis inquilinum. vers. si ita legatum:* nam respondetur cum Glossa *l. si cui fundum.* 5. *ff. de fundo instructo. verb. nihil interest*, quantum ad hoc non esse differentiam inter vtrumque legandi modum, quia semper vtrumque est legatum. Est autem differentia, quia cùm legatur per dictionem (&) vtrumque est legatum æquè principale, ac proinde perexp to altero, alterum debetur: at cùm legatur per dictio em (*cum*) est legatum accessorium, & perempto p n ipali non debetur. Quæ quidem differentia est aperta *ea. l. si cui fundum*: nam in illius principio dicitur, nulla esse differentiam siue legetur fundus, & instrumentum, siue fundus cum instrumẽto; & in fine dicitur discrimẽ quoad extinctionem legati. Nec etiam obstat *authent. ingressi*, quia, vt bene adnotarit ibi Iason *num.* 49. ex verba fuit Ernerij, qui malè transtulit: nam *§. illud. authent. de monachis*, vnde desumitur, tantùm dicitur, bona sequi monachum.

24 Nec approbo regulam, quam tradit Glossa *ea. authent. ingress. in* 1. *solutione*, vbi ait intendendum esse verborum ordinem, vt si oblatio incipiat à rebus, esse expressam, & æquè principalem bonorum oblationem; secus, si incipiat ab oblatione personæ. Nam eam reprobat Baldus *ea. authent. ingressi. n.* 25. & ibi Paulus *n.* 20. quia cùm oblatio personæ, sit causa, & oblatio bonorum, effectus, semper præcedit illa secundùm ordinem rationis, quamuis secundùm verborum ordinem postponatur.

25 His ergo præmissis concordant vniuersi Doctores, siue dedicatio bonorum sit tacita, seu expressa accessoriè ad personam, siue fuerit expressa principaliter, dedicationem non tenere, si dedicans bona ignorauit vitium professionis. Ratio est, quia cùm donatio hæc procedat ex errore causæ finalis, professionis, ratibae cuius præsumitur facta in dubio, vt probauimus n. 6. cassabitur ex falsitate causæ finalis, sicut cassatur quando non est aliqua professio sequuta, vt probauimus eodem n. 6. quia, vt dicemus n. 28. argumento 2. idem est non esse actum, & actum esse nullum.

26 Est autem intelligendum hoc (quatenus diximus donationem bonorum factam tacitè, seu expresè, & principaliter, corruere quando professio est nulla, ignaro profitente) cum eisdem limitationibus, quas n. 6. & sequentibus adhibuimus circa donationem corruentem ob non sequutam professionem, quia tunc perinde iudicamus, ac si nulla prorsus sequuta esset professio; & non minus donatio hæc subsisteret in casibus, in quibus esset valida, si non sequuta foret professio, quàm existente hac professione irrita. Et ita eodem modo limitat hoc Abbas *c. causam matrimonij. n. vltimo. de probat.* sicut limitauit *n.* 6. & *sequentibus*, quando professio non est sequuta. Quando autem dedicatio bonorum non fuit principaliter, sed accessoriè facta, tunc semper corruet existente professione inualida, vt n. 9. diximus.

27 Difficultas autẽ est, quando dedicans bona nouit professionẽ esse irritã. Qua in re triplex est sententia. Prima docet valere dedicationẽ bonorũ, siue expresè, seu principaliter, siue tacitè, seu accessoriè facta sit. Ducitur, quia tunc dedicat bona per modum causæ, nempe professionis; cùm ergo nouit causam esse nullam, censetur velle in omnem euentum ea bona donare, argumento *l. cuius per errorem. ff. de regulis iuris.* Et ita docent Iacobus Butrigarius *authent. si qua mulier. q.* 3. *C. de sacrosanctis Eccles.* & ibi Signorolus *num.* 25. & vterque limitat, nisi dedicans apposuisset conditionem, vt si ingressus non teneat, ei reddenda sint bona.

28 Secunda sententia docet semper esse irritam bonorum oblationẽ, siue principaliter, siue accessoriè factã, quamuis profitens conscius fuerit nullitatis professionis. Ducitur primò, quia cùm ingrediens religionem reputetur ac mortuus. *l. Deo nobis. C. de Episcopis, & clericis*, censetur quidquid donat, donare causâ mortis, qua non sequuta, donatio reuocatur *toto tit. ff. de causâ mortis donatione.* Secundò, quia cùm donatio hæc fiat causâ professionis, si eatenus sequuta reuocatur, quasi cessante eius causa, ita reuocari debet quando professio sequuta est, sed fuit irrita: actus enim appellatione non venit actus, qui inaedificatus est; & quod nullum est, nullum producit effectum: & paria sunt actum non esse, & esse nullum, vt hæc omnia ex multis probant *lib.* 3. *de matrimonio disp.* 1. *n.* 5. Tertiò, quia taciti, & expressi eadem est ratio, nec expressio eius, quod tacitè inest, aliquid operatur. *cap. significasti de electione. l. conditiones, quæ extrinsecus. ff. de conditionib. & demonstrationib.* At quamuis ingressus religionem non exprimeret, se illi dedicare bona, esset

tacitè dedicata per professionem; ergo expressio illa nihil operatur. At tacita dedicatio nullum habet effectum quando professio est irrita, etiamsi profitens conscius fuerit nullitatis, vt probabimus n. sequenti: ergo nec expressa effectum aliquem habebit. Quintò, quia si donatio hæc non reuocaretur vitiata professione, concurrerent duo specialia, contra *l. 1. C. de datis præmissione*. Prius est, dominium acquiri absque datione, contra *l. res alienas in fin. ff. de acquirendo rerum dominio*. Posterius, donationem inuitos per traditionem ex falsa causa, contra *l. 1. C. de datis præmiss.* Quintò probatur ex *c. finali. n. 7. q. 2.* in cuncta Glossa *verbo, aut libertas*, vbi statuitur monachum vxoratum teneorari ab vxore cum omnibus suis bonis, eo quod professio contra voluntatem vxoris non tenuerit. Tandem probatur ex *L. non solum, ff. de actionibus, & obligationibus*, vbi sciens actum esse impossibilem, non videtur habere animum disponendi. Et huius sententiæ sunt Aretinus *c. causam matrimonij. n. 21. de probat.* Baldus *authent. ingressi. num. 27. C. de sacrosanctis Ecclesiis*, & ibi Tapia *verb. sua. c. 11. n. 11.* vbi addit vxoratum reuocatum à religione cum suis bonis, quæ expresse religioni obtulit, eo quod professio non tenuerit, fore tanquam vsufructuarium eorum bonorum, ac proinde teneri proprietatem restituere religioni, si liberos ex eo matrimonio non susceperit.

29 Tertia sententia, quam veram existimo, sic distinguit: si ingressus religionem dedicatit tacitè, seu expressè, accessoriè tamen, cassatur donatio professione existente irrita, quamuis nullitatis fuerit conscius; si autem bona expresse, & principaliter dedit, manet firma donatio, si eum non latuit vitium professionis. Probatur prior pars, quia quando eo modo fuit facta donatio, animus non fuit donandi principaliter, sed accessoriè ad traditionem personæ; sed traditio personæ non subsistit; ergo nec donatio bonorum: accessorium enim naturam sequitur principalis, *regul. accessorium, de regulis iuris, in 6.* Item, quia expressio illa accessoriè facta est eius, quod tacitè professioni inerat, & proinde nihil operari debet, vt diximus num. præcedent. argum. 3. Sed tacita bonorum dedicatio, quæ professionem sequitur, est irrita, quando expressa professio non subsistit: ergo similiter hæc expressa accessoriè donatio erit irrita. Probatur autem posterior pars, quia donans ex falsa causa, nec falsitatis ignarus, censetur donare, abdicatque à se dominium, transferens illud in donatarium, vt probauimus latè *lib. 6. de matrimonio. disput. 2. num. 5.* qua ratione ibi probauimus donationem factam inter coniuges putatiuos valere quando neutrum latuit nullitas matrimonij, nec teneri donatarium restituere. Nec obstant in contrarium adducta. Nam ad argumentum primæ sententiæ relatum num. 27. constat ex probatione prioris partis huius sententiæ. Ad primum, & secundum secundæ sententiæ relatum num. præcedent. respondeo, non præsumi donantem de morte cogitasse, nec causa professionis donasse, cùm sciuerit ingressum non tenere. Ad tertium respondeo, expressionem eius, quod tacitè inest, nihil operari quando fit eo modo, quo tacitè inerat, secus quàdo aliter fit, vt probauimus *lib. 3. de matrim. disput. 32. num. 4.* Et ideo quando donatio bonorum exprimitur accessoriè, quia exprimitur eo modo, quo tacitè inerat, nihil operatur; itaque vitiata principali professione, vitiatur hæc donatio. At quando per se, & principaliter exprimitur donatio, exprimitur aliter quàm inerat; tantùm enim inerat accessoriè: quare eius valor non pendet à valore professionis. Ad quartum respondet Decius statim allegandus nullum speciale concurrere, quia quæstio hæc procedit de bonis traditis monasterio, & esto non essent tradita, non est speciale, nec contra ius, confertì dominium absque traditione quando persona donans in alterius potestatem transit. *l. si adoptauero. ff. de precario.* Nec facta est donatio ex falsa causa, quia cùm ille nosset ingressum non tenere, non videtur respectu ingressus donare, sed quia donare voluit. Ad quintum dic, in eo textu non fieri mentionem de vxorato, sed de incognitis, qui triennio debent absque professione perseuerare, vt si apparuerint serui, reducentur ad dominum cum omnibus bonis: & quod dicit Glossa de vxorato, intelligendum est vel quando non expresse, seu principaliter contulit bona, sed tacitè, & accessoriè, vel si contulit principaliter, ignorauit nullitatem professionis; & aliter ea doctrina admittenda non est. Ad vltimum respondet Decius *cap. causam matrimonij. in fin. de probationib.* esse speciale in fauorem religionis, sicut est in vltima voluntate, vbi impossibilitas vitiatur, & non vitiat. *l. 1. ff. de condit. institut.* Sed meliùs respondetur, l. citatam non solùm procedere quando dispositio fit sub conditione impossibili; at dedicans bona per se, & principaliter, non videtur dedicare sub conditione professionis, nec dependentes ab illa: sed quidquid sit de illa, censetur habere animum donandi. Et ideo huius sententiæ sunt Antonius *cap. in præsentia. num. 42. de probationibus*, Abbas *cap. causam matrimonij. num. vltim. eodem tit.* & *cap. quod à te. num. 6. de clericis coniugatis*, vbi Cardinalis *numero vnic. oppositi. 4.* & ibi Anchart. *fin.* Ananias *numero 6.* Berroius *an bona ingressi in prima latura. numero 16. in 2. num. 32. C. de sacrosanctis Eccles.* vbi Cynus *num. 11.* Bellapertica *quæst. 14.* Albericus *num. 9. & 13. & 24.* Iason, licèt aliquantulum vacillans, *num. 45.* Rosell. *num. 12.* idem Decius *dicto cap. causam matrimonij. in noua editione. num. 20. & 23.* Rosel. *verb. religio. 4. num. 11.* Sylvester *verb. religio. 4. quæst. 10. & verb. religio. 5. quæst. vltima.* Angelus *verb. nouitij. num. 10.* Tabiena *ibi quæst. 12. num. 13.* & ibi Armil. *num. 17. & verb. nouitius. num. 16.* Pileus Modicensis *in suis quæstionibus iuridicis. q. 65. fine.*

30 Temperandum tamen est quod diximus non reuocari donationem expresè principaliter factam cum scientia nullitatis professionis, vt intelligatur, nisi expressum sit aliquid indicans animum non absolutè donandi, vt si donans diceret, se donare ad propria alimenta. Sic Antonius *eo cap. in præsentia. n. 24.*

SVMMARIVM.

Qualiter renunciatio bonorum, & hæreditatis futuræ fiat in Societate IESV iuxta eius constitutiones, siue tempore nouitiatus, siue post, & an sit innouatum aliquid per Tridentinum in n. 31.

An in renunciationis ante ingressum seruanda sit forma in constitutionibus præscripta? n. 32.

An hæc renunciatio habeat tacitam conditionem, si professio sequatur, ac proinde nouitio, vel post quatuor biennij teneatur sine reddenda bona? referuntur probantia esse reddenda bona. n. 33.

Explicatur sententia authoris; refelluntur contraria à n. 34. vsque ad 36.

An renunciatio facta ante ingressum, absoluta sit? n. 37.

An hæc renunciatio confirmetur per vota biennij, vel per quæ? num. 38.

An Societa[illegible] cui hæc bona donata sunt, nec ea reddere, ve[illegible] tenetur d[illegible] nium ab ea exeuntem, vel expulsum alere? num. 39.

31 QVÆSTIO vltima. An renunciatio bonorum, quæ fit in Societate IESV iuxta eius constitutiones, sit omnino absoluta, & minimè pendens à futura professione, & proinde [illegible] missus à Societate careat iure recuperandi ea bona [illegible] ue ea Societati, sine cuicumque alij donarit? Et pri[illegible] dicendum est, quid præscribant constitutiones ei[illegible] huiusmodi renunciationem: in examine *cap. 4. §. 11.* [illegible] præscribitur, vt ingressuri in nouitiatum Societatis IESV, debeant ante primum ingressum temporalia, quæ habuerint distribuere, ac renunciare, & disponere

disponere de his, quæ ipsis obuenire possent, in opera pia, & sancta, iuxta propriam deuotionè, & submouèdo à se omnem fiduciam ea aliquo tempore recuperandi: & §. 2. dicitur, vt si statim ob aliquas honestas causas non reliquerint, promittant se promptè relicturos omnia post vnum annum ab ingressu absolutum, quandocumque per superiorem eis iniunctum fuerit, & antequam ad professionem, vel vota coadiutorum formatorum admittantur, dispensent prædicta bona in pauperes, vel alia opera pia pro sua deuotione. Subiungitur autem ibi. §. 3. vt si velint aliqua erogare consanguineis, non aliter id efficere possint, quàm interueniente iudicio, & arbitrio duorum, qui vita, & doctrina commendentur, & ab ipsis eligantur, à superiore approbentur, ne inordinato consanguineorum affectu ducti in hac distributione errent. Et 3. *p. constit. cap. 1. §. 7. lit. F.* explicatur, quorum bonorum renunciatio fieri debeat, his verbis: *Possessione suorum bonorum se abdicare, tam de propriis bonis intelligendum est, quàm de iure, vel actione, quæ ei competit ad bona, quæ sperat, siue secularia illa, siue ecclesiastica sint.* Quæ verba apertè includunt renunciationem hæreditatis præsentis, siue futuræ, quam sperant, cùm contineat renunciationem omnium bonorum, iurium, & actionum, & hæreditas nil aliud sit, quàm successio in vniuersum ius. *l. nihil aliud. ff. de verborum significat.* Et quamuis aliquis posset prætendere nomine huius sperati, cui renunciandum est, non intelligi spem hæreditatis futuræ, iuxta doctrinam, quam cap. sequenti trademus, dicentem spem futuræ hæreditatis esse inanem, nec claudi sub renunciatione cuiuscumque iuris sperati; at illa doctrina non obstante, dicendum est in hac constitutione claudi, quod ex fine illius apertè colligitur: finis quippe est, vt religiosus Societatis IESV maneat omnino, & perfectissimè pauper absque vllo succedendi iure; quod minimè obtineretur, si ius parentibus, aut aliis consanguineis succedendi retineret, cùm acquisiturus esset dominium illius hæreditatis. Qualiter autem verè possit hæc renunciatio hæreditatis fieri viuentibus parentibus sine eorum consensu, dicemus cap. sequenti. Hæc autem promissio distribuendi bona non est votum, nec solum propositum, sed promissio simplex, vt declaratum est congregat. 5. generali Societatis IESV. can. 1. quod quidem per Tridentinum non est correctum, vt dicetur infrà, & confirmatum est à multis Pontificibus, & specialiter à Gregorio XIII. in extrauag. *sua, ascendente.*

32 Vnde deducitur, nouitios Societatis IESV ante ingressum in nouitiatum posse de suis bonis disponere quomodocumque voluerint. At iam nouitij effecti non possunt aliter disponere, quàm dictum est, obstante promissione simplici, qua in ingressu ligati sunt ad sic disponendum. Sic docet Molina *tomo 1. de iustitia. disp. 159. colum. 4. vers. nouitij ante ingressum.*

33 Quo supposito, loquendo secundùm ius antiquum (nam an sit aliquid innouatum per Tridentinum, dicetur infrà) videtur huiusmodi renunciatio habere tacitam conditionem, si renuncians in Societate perseuerauerit, ac proinde, vt expulso sint reddenda bona. Primò, quia constitutiones Societatis, vt diximus n. 31. eodem tenore loquuntur de renunciatione facta post vota biennij in Societate, quæ renunciantem constituunt verum religiosum, & de renunciatione facta tempore nouitiatus. At hæ renunciationes habent eam tacitam conditionem, si renuncians perseuerauerit in Societate, saltem eo casu, quo iuxta dicta num. 6. & sequentibus, renunciationes factæ in nouitiatu aliarum religionum eam habent conditionem: nul'a enim videtur maior ratio de renunciatione facta in Societate. Ergo & renunciatio facta post vota biennij habet eandem tacitam conditionem. Et confirmatur, quia similiter eodem tenore loquuntur constitutiones de renunciatione futuræ hæreditatis factæ in Societate. At hæc habet eam tacitam conditionem, dum renuncians permanserit in Societate, vt constat: nam eo ipso quod profitetur quispiam in ordine Minorum, censetur renunciare futuræ hæreditati, fitque illius incapax; & tamen si tempore mortis illius, cui successurus erat, & à quo deferenda erat hæreditas, sit legitimè ad alium ordinem, vel dignitatem translatus, & sic capax successionis, succedet vtique: ac proinde ea renunciatio habet tacitam conditionem, si renuncians in eodem statu permanserit. Ergo similiter aliæ bonorum renunciationes habebunt eandem conditionem. Tandem, quia *in constitutionibus Societatis IESV. 2. p. cap. 3. §. 5. fin.* dicitur sic de dimisso à Societate; *secum omnia deferat.*

34 Prima tamen conclusio sit. Renunciatio bonorum, quæ fit in Societate IESV iuxta præscriptum constitutionum, si fiat post vota (vt communiter iam fit) nullam habet imbibitam conditionem, sed est omnino absoluta, & irreuocabilis. Quare si ea facta sit in fauorem Societatis, non tenetur Societas dimissis ex ea reddere bona; quod optimè docet Molina *tom. 1. de iustitia. disput. 159. colum. 3. versic. illi qui finito. & colum. 4. versic. nouitij ante ingressum.* Probatur primò, quia in examine *cap. 4. §. 1.* dicitur de hac renunciatione sic; *in pia, & sancta opera fiat, iuxta illud Christi, distribuit, dedit pauperibus; & illud, si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & sequere me.* Et Gregorius XIII. in sua extrauag. *ascendente*, agens de eadem renunciatione, affert idem dictum Christi, *vade, & vende*, &c. dicitque hanc renunciationem fieri ad implectendum id Christi consilium: at distributio illa in pauperes, de qua Christus loquitur, est omnino absoluta, & irreuocabilis, & si reuocabilis esset post Societatis egressum, non vtique facta in pauperes, à quibus nulla spes recuperandi subest, & per accidens est, vt fiat in fauorem Societatis; & ea solùm ratione fit, quod sit opus pium relinquere Societati, sicut cuicumque religioni, vel Ecclesiæ. Ergo sicut facta in alios pauperes irreuocabilis est, ita facta in Societatis fauorem. Et confirmatur, quia renunciatio facta à nouitiis in aliis religionibus; quæ iuxta præscriptum Tridentini *sess. 25. de regularibus. cap. 16.* habet tacitam conditionem, vt tunc valeat irreuocabiliter, quando sequuta est professio, eandem conditionem habet siue fiat in religionis, siue in cuiuscumque alterius fauorem. Secundò, quia finis constitutionis iubentis eam renunciationem, est, vt renuncians maneat verè pauper, vt sic possit liberè Deo vacare; & sic dicitur de hac renunciatione bonorum *cap. 4. §. 1. à se omnem fiduciam submouendo eodem illo tempore recuperandi.* At non manet perfectè pauper, nec omni recuperandi spe, ac iure destitutus, si renunciatio hæc haberet tacitam conditionem, vt solùm valida sit, dum renuncians perseueret in Societate. Sicut nouitius renuncians in aliis religionibus, non efficitur verè, & perfectè pauper, nec ea spe prorsus destitutus, eo quod renunciationis illius firmitas pendeat ex futura professione, ac ius, spémque habeat recuperandi si exeat, & ius hoc sit pretio æstimabile. Nec satis est dicere, renunciantem in Societate destitui ea spe, & fiducia quantum est ex parte sua: quia hoc non sufficit ad perfectam renunciationem, quam perfectio Euangelica postulat, nec ad perfectam paupertatem; cùm reuera maneat recursus ad ea bona, & ius pretio æstimabile ea recuperandi non sequuta perseuerantia. Tertiò, quia in *constit. 3. p. cap. 1. §. 7.* cùm præscribatur quando superiori post primum nouitiatus annum elapsum iudicare debeat hanc renunciationem oportere fieri, dicitur sic; *quando superior iudicam in huiusmodi bonis tentationum occasionem, & minus proficiendi in spiritu habere aliquem, vt qui illis adhærat aliquo immoderato amore, & confidentia.* At existente renunciatione hac conditionali, manet adhuc tentationum occasio, & immoderati amoris rerum temporalium, & confidentiæ recuperandi. Et confirmatur, quia

quia ideo Tridentinum *sess.25.de regularibus cap.16* præscribit, vt renunciatio nouitiorum in aliis religionibus esset sub tacita conditione, si professio sequatur, quia expedit libero nouitiorum egressui consulere; quæ libertas deficeret, si caterent spe recuperandi bona. At quando post vota biennij fit prædicta renunciatio (vt communiter iam fit) est valde necessarium occurri libertati, & facilitari petendi egressum è Societate, cùm ligati prædictis votis non sint iam sui iuris, sed teneantur perseuerare in Societate, ac ita viuere, vt occasionem suæ dimissionis ex eà non præstent. Ergo iure optimo credendum est, eam renunciationem non esse conditionalem, si renuncians perseueret in Societate. Quippe qui cum illa recuperandi bona post exitum spe, non ita cautè viuere cuiubunt, vt perseuerare possint; & si nossent omnibus se bonis destituros, procurarent totis viribus perseuerantiam. Quartò, quia si renunciatio hæc non foret absoluta, non opporteret maturum superioris consilium adhibere ad hanc renunciationem permittendam, & solis constantibus stabilibus in sua vocatione eam permittere, vt præscribitur Prouincialibus reg. 86. sui officij. Nam si à vocatione postea deficerent, ius sua bona recuperandi retinerent; sicut eo maturo consilio opus non est in renunciatione nouitiorum in aliis religionibus, eo quod id ius retinent. Et confirmatur, quia Gregorius XIII. in sua extrauag. *ascendente*, reddit rationem, cur in Societate ligari votis biennij retinant ad tempus dominium suorum bonorum, etsi non vsum, iis verbis; *vt minores Societatis habeat libertatem, illos si opus fuerit cum minori offensione dimittendi.* At si renunciatio esset conditionalis, penderètque à perseuerantia, nulla esset difficultas in expulsione, nulla esset offensionis causa, cùm prædictis expulsis bona essent restituenda. Quintò, quia *in constitutionibus. part. 2. cap. 3. §. 3. fine.* vbi sermone facto de eo, qui à Societate dimittitur, sic dicitur, *secum omnia ferat*; ea verba sic exponuntur *in declarationibus, littera B. Ea, quæ ipsius esse constat, difficile non est statuere, vt secum ferat: verum in iis, quæ vel expendisset, vel dedisset Societati, vel aliquis sibi accidisse, vel fidei animo in domo, vel Collegio ipsius habitassa, prudentia superioris dimittentis relinquitur, vt habita ratione cum æquitatis, tum ædificationis, statuat numquid illi aliquid amplius, quàm quod inuenitur de rebus ipsius, dari debeat, necne, & si amplius, quantum.* Ex qua declaratione clarè constat, dimittum iaturum secum omnia, de quibus non disposuerat donando Societati: & declaratio explicuit dicens, *omnia, quæ ipsius esse constat.* At quæ Societati donauit, iam non sunt sua. Et postea agens de iis, quæ Societati dedit, nihil disponit, quod ad legem iustitiæ attinet, quasi supponens nulla iustitiæ lege astringi Societatem ad ei aliquid reddendum, vt reuera nò astringitur. At attentis solis æquitate, & ædificatione, remittitur prudentiæ superioris, num aliquid amplius reddendum sit, quàm quod inuenitur de rebus ipsius, id est, quas non expenderat, nec Societati donarat; quippe ex solæ res sunt ipsius, Tandem, quia Gregor. XIII. in extrauag. *ascendente*, interdum glossas, ac interpretationes constitutionum Societatis, & instituti adhiberi referuans omnia dubia per Sedem Apostolicam, & Patrem Generalem nostrum declaranda. At Pater noster Generalis respondens ad postulatum congregationis Bethiæ prouinciæ anni 1584. declarauit, renunciationem hanc esse absolutam, & independentem à perseuerantia. Nec obstant rationes contrariarum adductæ n. præcedenti; quia ad primum, & eius confirmationem constabit ex dicendis duplici num. sequenti. Ad secundum autem constat ex dictis in præcedenti ratione.

31 Secunda conclusio. Idem dicendum est de renunciatione, quæ fit in Societate post primum nouitiatus annum ante vota biennij iuxta Societatis constitutiones; ea enim est absoluta, & independens à perseuerantia: quare nouitius ille à Societate resiliens non habet ius ea bona, sine Societati, sine cuiquam alij donatæ, recuperandi. Quod bene tradit Molina *tom.1. de iustit. disp.159. volum. 4. tertia. nouitij ante ingressum.* Et ratio est, quia quamuis ea donatio in aliis religionibus censeatur causa solius professionis futuræ facta, & proinde dependenter à professione, id ex sola præsumptione est, quia nimirum talis præsumitur donantis animus: quare vbi de contrario animo constat, donatio est absoluta, vt diximus num.2. At in hoc casu constat de contrario animo, quia nouitius in Societate renunciat iis bonis in opera pia, iuxta Societatis constitutiones, & vt impleat quod initio ingressus promisit, nempe, omnia bona à se abdicaturum post primum nouitiatus annum, quando superior præscripserit. At constitutiones Societatis eodem modo loquuntur de renunciatione hac, sine post vota biennij, sine post primum nouitiatus annum facta ex præscripto superioris, vt diximus num. 31. & vtraque dicitur ibi fieri absque vlla prorsus recuperandi spe. Ergo vtraque est absoluta. Et hinc constat solutio ad primum argumentum, quod contra hanc conclusionem pugnat, propositum n.33.

36 Tertia conclusio. Idem dicendum est de renunciatione legitimæ parentum superstitum, quæ iuxta constitutiones fieret post primum nouitiatus annum, aut vota biennij, quia constitutiones eodem etiam modo de hac renunciatione loquuntur, & diximus num. 35. Nec obstat confirmatio primi argumenti adducti n.33. quæ contra hanc conclusionem pugnat, quia est diuersa ratio de renunciatione quæ tacitè fit eo ipso quod quispiam in religione Minorum profiteatur, quia ea non fuit renunciatio expressa in fauorem alcuius, cui ius acquisitum sit, sed sola tacita ob admissionem status incompatibilis. Quare habet tacitam conditionem, nisi ante declarationem, & consequenter antequam ex illa alicui ius acquiratur, renuncians fiat capax. At in nostro casu est renunciatio expressa in fauorem eius, cui per illam ius acquisitum est.

37 Quarta conclusio. Si volens ingredi nouitiatum Societatis, vel tempore nouitiatus renunciaret, aut sua bona donaret, non iuxta Societatis constitutiones constituentes, vt non nisi post primum nouitiatus annum, & ex præscripto superioris fiat renunciatio, iudicandum esset de huiusmodi renunciatione, ac de ea, quæ fit contemplatione ingressus in alias religiones. Quare sicut hæc pendet à futura professione, & proinde bona recuperantur à nouitio egrediente, iuxta dicta num. 6. & sequentibus, ita & illa. Ratio est, quia de neutra est maior ratio, cùm sola renunciatio facta in Societate IESV iuxta eius constitutiones habeat vim absolutæ donationis, quod ita in constitutionibus illis præscribatur: atque ita quæ non fit iuxta constitutionis præscriptum, carebit ea absolutæ donationis virtute, & vbi de contrario donantis, aut renunciantis animo non constat, censetur in dubio facta dependenter à professione subsequutura, sicut in aliis religionibus contingit.

38 Quinta conclusio. Huiusmodi donatio, ac renunciatio facta non secundùm constitutiones Societatis IESV, non confirmabitur per sola biennij vota, sed per sola vota coadiuuantium formatorum, aut professorum; quare renuncians egressus è Societate post sola biennij vota, recuperaret ea bona in iis casibus, in quibus num. 6. & sequentibus diximus eum recuperaturum, si in reliquis religionibus egrederetur anno nouitiatus. Ratio est, quia quamuis per ea vota biennij efficiatur ea emittens verus, & perfectus religiosus; at non abdicat à se dominium, sed ius ad bona, sed solum vsum, donec vel ei dominio, vel iuri renunciet, vel vota coadiutorum formatorum aut professionem emittat: ergo antea non redditur soluta omnino donatio. Quare, vt prædicta donatio sit omnino perfecta, & absque spe recuperandi, petinde ac si tunc fieret professio, debet donatio illa

illa fieri iuxta constitutiones Societatis: nò poterit autem donatio hæc reuocari, si nouitius ille non egrediatur à Societate, sicut de donatione ab ingredientibus alias religiones facta diximus n.18.

39 Vltima conclusio. Si donatio ingredientis Societatem, fieret in eius fauorem, quamuis ea facta secundùm constitutiones sit absoluta, ac proinde nihil ex ea restituendum sit renunciantì egresso, aut dimisso à Societate, tenetur tamen Societas, si donans egenus sit, præstare ei alimenta, alioquin integrum erit donatori reuocare donationem ratione ingratitudinis, quia donatarius tenetur alere donantem egentem, aliàs poterit reuocari donatio, vt multis allegatis tradunt Lara *l.si quis à liberis. §. idem Iudex. num. 58. & 59. ff. de liberis agnoscendis.* Iulius Clarus *lib.4. recepturum. §. donatio. quæst.21. num.3.* Surdus *de alimentis tit.1. quæst.48. à num. 1. vsque ad 7.* qui optimè cum aliis per ipsum citatis hoc limitat *num.7.* quando donatio est omnium bonorum, vel maioris partis, per quam donator efficitur pauper; & *n.8.* bene probat cum aliis alimenta hæc præstanda pro rata fructuum rei donatæ; & optimè etiam *num.15.* limitat cum aliis, nisi donans habuisset alimenta ab aliquo tertio: quia cùm hoc casu non debeantur alimenta iure actionis, sed officio Iudicis, cessat obligatio, si donator habuerit alimenta à tertio. Et hinc quoque ego infero durare hanc obligationem tandiu quandiu necessitas donatoris duret. Quare donatore postea consequente beneficium aliquod ecclesiasticum, vel bona aliqua, quibus ali possit, cessabit hæc obligatio: quod si bona consequuta non sufficiant ad integra alimenta, diminuetur obligatio donatarij ad alendum, sicut de aliis obligationibus subsidiariis, vt filiorum ad alendos parentes, tradunt authores.

CAPVT II.

Qualiter valeant renunciationes legitimæ parentum, & aliorum bonorum factæ in Societate IESV, quando fiunt absque parentum consensu in fauorem ipsius Societatis, vel cuiuscumque operis pij.

SVMMARIVM.

Explicatur, quæ difficultatem ingerant, & quot quæstiones disputandæ sint. n.1.
Pacta futuræ hæreditatis an valeant? n.2.
Quid si pactum non sit de tota hæreditate, sed de eius parte, ac de re particulari? n.3.
An intelligantur donatio, hypotheca, & quicumque alius contractus? n.4.
An hæreditas futura possit hypotheca subiici, vel comprehendatur sub generali bonorum hypotheca? n.5.
An valeat pactum, sive sit de diuidenda hæreditate viuentis, sive de deferenda sive donanda alteri? n.6.
An valeat pactum, sive sit de succedendo, sive de non succedendo? n.7.
An possit quisquam testari de hæreditate, quam sperat, ac hæc spes dicatur in filiis probabilis, & in iure confiteabilis, & renuncians omnibus iuribus, quæ sperat, censeatur huic renunciare? n.8.
An spes hæ succedendi in filiis dicatur aliquo respectu probabilis? n.9.
An dicatur probabilis quando ex eius dispositione non inducitur votum captandæ mortis? n.10.
An pactum filiorum circa hæreditatem parentum valeat? n.11.
Quid de pacto parentum circa hæreditatem filiorum? n.12.
Quid de pacto extraneorum circa hæreditatem, quam sperant? n.13.
An, & cur valeat pactum circa futuram successionem de consensu eius, de cuius hæreditate tractatur, & qualiter is consensus sit reuocabilis? n.14.
An sufficiat reuocatio tacita huius consensus, illa quæ præsumatur? n.15.
An ex hoc consensu aliquod ius acquisitum sit paciscentibus? n.16.
An si consentiens iurauit non se reuocaturum, sit periurus reuocando, & teneat factum, ita vt paciscentes maneant liberi? n.17.
Quid si ipsi paciscentes iurassent? n.18.
An non obstante hac paciscentium iuramento, liceat consentiens reuocare consensum? n.19.
An valeat pactum, ne in consensu reuocari possit, etiam pretio dato, & ea promissio obliget? n.20.
An dum consentiens non reuocat consensum, maneant paciscentes obligati, & ita tuteri resistere liceat? n.21.
Quid si non iurassent contractum? n.22.
An si fratres conueniant de stando testamento patris, vel diuisioni, quam ipse fecerit, de consensu patris possint resistere patre decedente? n.23.
An si consensus indigeat quinque testibus instar vltimarum voluntatum? n.24.
An sufficiat consensus tacitus eius, de cuius hæreditate agitur? refertur quædam sententia. n.25.
Explicatur sententia authoris. n.26.
An sit necesse eum consensum præmitti contractui? refertur quædam sententia. n.27.
Explicatur sententia authoris. n.28.
An sufficiat is consensus superuenientis, quando contractus sub conditione eius consensus celebratur est? n.29.
Quid si consensus initio adfuit, & postea reuocatus est, & iterdem confirmatus? n.30.
Quid si pactum sit de hæreditate personæ incertæ? n.31.
An pactum hoc hæreditatis viuentis confirmetur iuramento? refertur quædam sententia. n.32.
Explicatur sententia authoris. n.33.
An saltem non obseruans id iuramentum sit periurus? refertur quædam sententia. n.34.
Explicatur sententia authoris. n.35.
An possit dari relaxatio huius iuramenti? n.36.
An habeat locum ea decisio in foro conscientiæ? & explicatur quando lex præsumptione nitens habeat locum in foro conscientiæ. n.37.
An valeat id pactum, si est statutum, & consuetudo sit valeat, positque Principi id efficere? n.38.
An valeat pactum futura successionis fauore piæ causæ? refertur quædam sententia. n.39.
Explicatur sententia authoris. n.40.
An valeat pactum hoc hæreditatis, quando non venit hæreditas viuentis principaliter, sed accessariè, & sub quadam vniuersitate? n.41.
An pactum inuitum de hæreditate viuentis, & de alia re, quæ in pactum deduci potest, sit validum pro hac posteriori parte? n.42.
An valeat pactum hæreditatis viuentis, quando venit in consequentiam alterius contractus liciti necessarij? n.43.

QVÆSTIO hæc satis difficilis est, & dependet ex intellectu textuum *l. finalis. C. de pactis.*, & *l. hæreditas. C. de pactis conuentis*; quorum prior decidit, non valere renunciationem hæreditatis personæ viuentis absque eius consensu. Posterior autem decidit, hæreditatem solemni testamento, & non aliàs dari posse: quibus renunciatio hæc ex diametro aduersari videtur, cùm sit renunciatio totius patrimonij per pactum irreuocabile, & hæreditatis parentum viuentium absque eorum consensu. Vt ergo clarè procedamus, triplex erit quæstio. Prima circa intellectum *l. finalis. C. de pactis*, & qualiter ierita sit renunciatio, aut quoduis aliud pactum circa hæreditatem tertiæ personæ viuentis. Secunda circa intellectum *l. hæreditas. C. de pactis conuentis*, qualiter hæreditas possit pacto dari. Tertia, an renunciatio

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quia ideo Tridentinum *sess.25.de regularibus cap.16* præscribit, vt renunciatio nouitiorum in aliis religionibus esset sub tacita conditione, si professio sequatur, quia expedit libero nouitiorum egressui consulere; quæ libertas deficeret, si caterent spe recuperandi bona. At quando post vota biennij fit prædicta renunciatio (vt communiter iam fit) est valde necessarium occurri libertati, & facilitari petendi egressum è Societate, cùm ligati prædictis votis non sint iam sui iuris, sed teneantur perseuerare in Societate, ac ita viuere, vt occasionem suæ dimissionis ex eà non præstent. Ergo iure optimo credendum est, eam renunciationem non esse conditionalem, si renuncians perseueret in Societate. Quippe qui cum illa recuperandi bona post exitum spe, non ita cautè viuere cuiubunt, vt perseuerare possint; & si nossent omnibus se bonis destituros, procurarent totis viribus perseuerantiam. Quartò, quia si renunciatio hæc non foret absoluta, non opporteret maturum superioris consilium adhibere ad hanc renunciationem permittendam, & solis constantibus stabilibus in sua vocatione eam permittere, vt præscribitur Prouincialibus reg. 86. sui officij. Nam si à vocatione postea deficerent, ius sua bona recuperandi retinerent; sicut eo maturo consilio opus non est in renunciatione nouitiorum in aliis religionibus, eo quod id ius retinent. Et confirmatur, quia Gregorius XIII. in sua extrauag. *ascendente*, reddit rationem, cur in Societate ligari votis biennij retinant ad tempus dominium suorum bonorum, etsi non vsum, iis verbis; *vt minores Societatis habeat libertatem, illos si opus fuerit cum minori offensione dimittendi.* At si renunciatio esset conditionalis, penderètque à perseuerantia, nulla esset difficultas in expulsione, nulla esset offensionis causa, cùm prædictis expulsis bona essent restituenda. Quintò, quia *in constitutionibus. part. 2. cap. 3. §. 3. fine.* vbi sermone facto de eo, qui à Societate dimittitur, sic dicitur, *secum omnia ferat*; ea verba sic exponuntur *in declarationibus, littera B. Ea, quæ ipsius esse constat, difficile non est statuere, vt secum ferat: verum in iis, quæ vel expendisset, vel dedisset Societati, vel aliquis sibi accidisse, vel fidei animo in domo, vel Collegio ipsius habitassa, prudentia superioris dimittentis relinquitur, vt habita ratione cum æquitatis, tum ædificationis, statuat numquid illi aliquid amplius, quàm quod inuenitur de rebus ipsius, dari debeat, necne, & si amplius, quantum.* Ex qua declaratione clarè constat, dimittum iaturum secum omnia, de quibus non disposuerat donando Societati: & declaratio explicuit dicens, *omnia, quæ ipsius esse constat.* At quæ Societati donauit, iam non sunt sua. Et postea agens de iis, quæ Societati dedit, nihil disponit, quod ad legem iustitiæ attinet, quasi supponens nulla iustitiæ lege astringi Societatem ad ei aliquid reddendum, vt reuera nò astringitur. At attentis solis æquitate, & ædificatione, remittitur prudentiæ superioris, num aliquid amplius reddendum sit, quàm quod inuenitur de rebus ipsius, id est, quas non expenderat, nec Societati donarat; quippe ex solæ res sunt ipsius, Tandem, quia Gregor. XIII. in extrauag. *ascendente*, interdum glossas, ac interpretationes constitutionum Societatis, & instituti adhiberi referuans omnia dubia per Sedem Apostolicam, & Patrem Generalem nostrum declaranda. At Pater noster Generalis respondens ad postulatum congregationis Bethiæ prouinciæ anni 1584. declarauit, renunciationem hanc esse absolutam, & independentem à perseuerantia. Nec obstant rationes contrariarum adductæ n. præcedenti; quia ad primum, & eius confirmationem constabit ex dicendis duplici num. sequenti. Ad secundum autem constat ex dictis in præcedenti ratione.

31 Secunda conclusio. Idem dicendum est de renunciatione, quæ fit in Societate post primum nouitiatus annum ante vota biennij iuxta Societatis constitutiones; ea enim est absoluta, & independens à perseuerantia: quare nouitius ille à Societate resiliens non habet ius ea bona, sine Societati, sine cuiquam alij donatæ, recuperandi. Quod bene tradit Molina *tom.1. de iustit. disp.159. volum. 4. tertia. nouitij ante ingressum.* Et ratio est, quia quamuis ea donatio in aliis religionibus censeatur causa solius professionis futuræ facta, & proinde dependenter à professione, id ex sola præsumptione est, quia nimirum talis præsumitur donantis animus: quare vbi de contrario animo constat, donatio est absoluta, vt diximus num.2. At in hoc casu constat de contrario animo, quia nouitius in Societate renunciat iis bonis in opera pia, iuxta Societatis constitutiones, & vt impleat quod initio ingressus promisit, nempe, omnia bona à se abdicaturum post primum nouitiatus annum, quando superior præscripserit. At constitutiones Societatis eodem modo loquuntur de renunciatione hac, sine post vota biennij, sine post primum nouitiatus annum facta ex præscripto superioris, vt diximus num. 31. & vtraque dicitur ibi fieri absque vlla prorsus recuperandi spe. Ergo vtraque est absoluta. Et hinc constat solutio ad primum argumentum, quod contra hanc conclusionem pugnat, propositum n.33.

36 Tertia conclusio. Idem dicendum est de renunciatione legitimæ parentum superstitum, quæ iuxta constitutiones fieret post primum nouitiatus annum, aut vota biennij, quia constitutiones eodem etiam modo de hac renunciatione loquuntur, & diximus num. 35. Nec obstat confirmatio primi argumenti adducti n.33. quæ contra hanc conclusionem pugnat, quia est diuersa ratio de renunciatione quæ tacitè fit eo ipso quod quispiam in religione Minorum profiteatur, quia ea non fuit renunciatio expressa in fauorem alcuius, cui ius acquisitum sit, sed sola tacita ob admissionem status incompatibilis. Quare habet tacitam conditionem, nisi ante declarationem, & consequenter antequam ex illa alicui ius acquiratur, renuncians fiat capax. At in nostro casu est renunciatio expressa in fauorem eius, cui per illam ius acquisitum est.

37 Quarta conclusio. Si volens ingredi nouitiatum Societatis, vel tempore nouitiatus renunciaret, aut sua bona donaret, non iuxta Societatis constitutiones constituentes, vt non nisi post primum nouitiatus annum, & ex præscripto superioris fiat renunciatio, iudicandum esset de huiusmodi renunciatione, ac de ea, quæ fit contemplatione ingressus in alias religiones. Quare sicut hæc pendet à futura professione, & proinde bona recuperantur à nouitio egrediente, iuxta dicta num. 6. & sequentibus, ita & illa. Ratio est, quia de neutra est maior ratio, cùm sola renunciatio facta in Societate IESV iuxta eius constitutiones habeat vim absolutæ donationis, quod ita in constitutionibus illis præscribatur: atque ita quæ non fit iuxta constitutionis præscriptum, carebit ea absolutæ donationis virtute, & vbi de contrario donantis, aut renunciantis animo non constat, censetur in dubio facta dependenter à professione subsequutura, sicut in aliis religionibus contingit.

38 Quinta conclusio. Huiusmodi donatio, ac renunciatio facta non secundùm constitutiones Societatis IESV, non confirmabitur per sola biennij vota, sed per sola vota coadiuuantium formatorum, aut professorum; quare renuncians egressus è Societate post sola biennij vota, recuperaret ea bona in iis casibus, in quibus num. 6. & sequentibus diximus eum recuperaturum, si in reliquis religionibus egrederetur anno nouitiatus. Ratio est, quia quamuis per ea vota biennij efficiatur ea emittens verus, & perfectus religiosus; at non abdicat à se dominium, sed ius ad bona, sed solum vsum, donec vel ei dominio, vel iuri renunciet, vel vota coadiutorum formatorum aut professionem emittat: ergo antea non redditur soluta omnino donatio. Quare, vt prædicta donatio sit omnino perfecta, & absque spe recuperandi, petinde ac si tunc fieret professio, debet donatio illa

illa fieri iuxta constitutiones Societatis: nò poterit autem donatio hæc reuocari, si nouitius ille non egrediatur à Societate, sicut de donatione ab ingredientibus alias religiones facta diximus n.18.

39 Vltima conclusio. Si donatio ingredientis Societatem, fieret in eius fauorem, quamuis ea facta secundùm constitutiones sit absoluta, ac proinde nihil ex ea restituendum sit renunciantì egresso, aut dimisso à Societate, tenetur tamen Societas, si donans egenus sit, præstare ei alimenta, alioquin integrum erit donatori reuocare donationem ratione ingratitudinis, quia donatarius tenetur alere donantem egentem, aliàs poterit reuocari donatio, vt multis allegatis tradunt Lara *l.si quis à liberis. §. idem Iudex. num. 58. & 59. ff. de liberis agnoscendis.* Iulius Clarus *lib.4. recepturum. §. donatio. quæst.21. num.3.* Surdus *de alimentis tit.1. quæst.48. à num. 1. vsque ad 7.* qui optimè cum aliis per ipsum citatis hoc limitat *num.7.* quando donatio est omnium bonorum, vel maioris partis, per quam donator efficitur pauper; & *n.8.* bene probat cum aliis alimenta hæc præstanda pro rata fructuum rei donatæ; & optimè etiam *num.15.* limitat cum aliis, nisi donans habuisset alimenta ab aliquo tertio: quia cùm hoc casu non debeantur alimenta iure actionis, sed officio Iudicis, cessat obligatio, si donator habuerit alimenta à tertio. Et hinc quoque ego infero durare hanc obligationem tandiu quandiu necessitas donatoris duret. Quare donatore postea consequente beneficium aliquod ecclesiasticum, vel bona aliqua, quibus ali possit, cessabit hæc obligatio: quod si bona consequuta non sufficiant ad integra alimenta, diminuetur obligatio donatarij ad alendum, sicut de aliis obligationibus subsidiariis, vt filiorum ad alendos parentes, tradunt authores.

CAPVT II.

Qualiter valeant renunciationes legitimæ parentum, & aliorum bonorum factæ in Societate IESV, quando fiunt absque parentum consensu in fauorem ipsius Societatis, vel cuiuscumque operis pij.

SVMMARIVM.

Explicatur, quæ difficultatem ingerant, & quot quæstiones disputandæ sint. n.1.
Pacta futuræ hæreditatis an valeant? n.2.
Quid si pactum non sit de tota hæreditate, sed de eius parte, ac de re particulari? n.3.
An intelligantur donatio, hypotheca, & quicumque alius contractus? n.4.
An hæreditas futura possit hypotheca subiici, vel comprehendatur sub generali bonorum hypotheca? n.5.
An valeat pactum, sive sit de diuidenda hæreditate viuentis, sive de deferenda sive donanda alteri? n.6.
An valeat pactum, sive sit de succedendo, sive de non succedendo? n.7.
An possit quisquam testari de hæreditate, quam sperat, ac hæc spes dicatur in filiis probabilis, & in iure confiteabilis, & renuncians omnibus iuribus, quæ sperat, censeatur huic renunciare? n.8.
An spes hæ succedendi in filiis dicatur aliquo respectu probabilis? n.9.
An dicatur probabilis quando ex eius dispositione non inducitur votum captandæ mortis? n.10.
An pactum filiorum circa hæreditatem parentum valeat? n.11.
Quid de pacto parentum circa hæreditatem filiorum? n.12.
Quid de pacto extraneorum circa hæreditatem, quam sperant? n.13.
An, & cur valeat pactum circa futuram successionem de consensu eius, de cuius hæreditate tractatur, & qualiter is consensus sit reuocabilis? n.14.
An sufficiat reuocatio tacita huius consensus, illa quæ præsumatur? n.15.
An ex hoc consensu aliquod ius acquisitum sit paciscentibus? n.16.
An si consentiens iurauit non se reuocaturum, sit periurus reuocando, & teneat factum, ita vt paciscentes maneant liberi? n.17.
Quid si ipsi paciscentes iurassent? n.18.
An non obstante hac paciscentium iuramento, liceat consentiens reuocare consensum? n.19.
An valeat pactum, ne in consensu reuocari possit, etiam pretio dato, & ea promissio obliget? n.20.
An dum consentiens non reuocat consensum, maneant paciscentes obligati, & ita tuteri resistere liceat? n.21.
Quid si non iurassent contractum? n.22.
An si fratres conueniant de stando testamento patris, vel diuisioni, quam ipse fecerit, de consensu patris possint resistere patre decedente? n.23.
An si consensus indigeat quinque testibus instar vltimarum voluntatum? n.24.
An sufficiat consensus tacitus eius, de cuius hæreditate agitur? refertur quædam sententia. n.25.
Explicatur sententia authoris. n.26.
An sit necesse eum consensum præmitti contractui? refertur quædam sententia. n.27.
Explicatur sententia authoris. n.28.
An sufficiat is consensus superuenientis, quando contractus sub conditione eius consensus celebratur est? n.29.
Quid si consensus initio adfuit, & postea reuocatus est, & iterdem confirmatus? n.30.
Quid si pactum sit de hæreditate personæ incertæ? n.31.
An pactum hoc hæreditatis viuentis confirmetur iuramento? refertur quædam sententia. n.32.
Explicatur sententia authoris. n.33.
An saltem non obseruans id iuramentum sit periurus? refertur quædam sententia. n.34.
Explicatur sententia authoris. n.35.
An possit dari relaxatio huius iuramenti? n.36.
An habeat locum ea decisio in foro conscientiæ? & explicatur quando lex præsumptione nitens habeat locum in foro conscientiæ. n.37.
An valeat id pactum, si est statutum, & consuetudo sit valeat, positque Principi id efficere? n.38.
An valeat pactum futura successionis fauore piæ causæ? refertur quædam sententia. n.39.
Explicatur sententia authoris. n.40.
An valeat pactum hoc hæreditatis, quando non venit hæreditas viuentis principaliter, sed accessariè, & sub quadam vniuersitate? n.41.
An pactum inuitum de hæreditate viuentis, & de alia re, quæ in pactum deduci potest, sit validum pro hac posteriori parte? n.42.
An valeat pactum hæreditatis viuentis, quando venit in consequentiam alterius contractus liciti necessarij? n.43.

QVÆSTIO hæc satis difficilis est, & dependet ex intellectu textuum *l. finalis. C. de pactis.*, & *l. hæreditas. C. de pactis conuentis*; quorum prior decidit, non valere renunciationem hæreditatis personæ viuentis absque eius consensu. Posterior autem decidit, hæreditatem solemni testamento, & non aliàs dari posse: quibus renunciatio hæc ex diametro aduersari videtur, cùm sit renunciatio totius patrimonij per pactum irreuocabile, & hæreditatis parentum viuentium absque eorum consensu. Vt ergo clarè procedamus, triplex erit quæstio. Prima circa intellectum *l. finalis. C. de pactis*, & qualiter ierita sit renunciatio, aut quoduis aliud pactum circa hæreditatem tertiæ personæ viuentis. Secunda circa intellectum *l. hæreditas. C. de pactis conuentis*, qualiter hæreditas possit pacto dari. Tertia, an renunciatio

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ciatio hæreditatis, quæ sit à religiosis Societatis I E S V iuxta præscriptum constitutionum, valeat, quando fit abique consensu eorum, quibus succedendum erat?

1 Prima quæstio sit circa decisionem *l. finalis. C. de pactis.* & *l. reg. 13. tit. 5. p. 1.* in quibus deciditur, omne pactum, donationem, dispositionem, obligationem, vel subiectionem hypothecæ circa hæreditatem tertiæ personæ viuentis esse ipso iure irrita, & contra bonos mores, nisi fiant cum consensu illius personæ tertiæ, & in eo consensu perseueret usque ad mortem. Itaque vt ea pacta, vel dispositiones valeant, duplex exigitur conditio: prior, vt consentiat is, de cuius hæreditate agitur: posterior, vt in eo consensu usque ad mortem perseueret; & alterutra conditione deficiente corruunt pacta. Et vtetque textus earn huius prohibitionis rationem reddit, quia non accedente hoc consensu, datur causa captandæ mortis eius, de cuius hæreditate agitur, vt illi succedatur, & pacta illa suum effectum consequantur. Quæ ratio iure quoque canonico approbata est *cap. 2. de successione prebenda. & cap. ne captande. eodem tit. in 6.* vbi interdicitur promissio, vel collatio præbendæ nondum vacantis alicuius determinatæ personæ, ne captandæ alienæ mortis occasio tribuatur.

3 Quæ quidem decisio ampliatur primò, etsi pactum non sit de tota hæreditate, sed de eius parte, tum quia *l. finalis. C. de pactis*, simpliciter irritat pactum de re aliena, in quam post mortem succedendum est; tum etiam quia, cùm prohibitionis eadem sit ratio (nempe periculum captandæ mortis) in parte, quæ est in tota, idem ius debet esse in parte, quod est in tota. *l. quæ de tota. ff. de verb. obligationibus.* Atque ita docent Glossa *ff. de l. finali. verbo declarabitur.* & ibi Alciatus *num. 33.* Purpurat. *num. 34. fin. & 35.* Bolog. *num. 58.* Menchaca *de succession. creation. lib. 2. §. 18. num. 227.* Immo ob eandem rationē idem dicendum est, etiamsi pactum sit de specie aliqua, aut re particulari illius hæreditatis; neque obstat *l. si rem me an. ff. de verb. obligat.* & *l. si rem alienam. ff. de contrah. empt.* quia illa iura loquuntur, quando ex alia causa, quàm ex successione alterius potest acquiri, vel quando generaliter considerantur omnis acquirendi causa; at hic textus solùm prohibet pactionem, quando quis sperat habere rem per successionem ex morte alterius. Neque obstat etiam post mortem instantia de inutilibus spiritualibus stipulationibus, quia ille textus loquitur de morte promissoris, & sic quando conuentio facta est cum eo, de cuius bonis agitur, vel si loquatur de morte tertij, pactum non fuit initum de illius tertij, sed de pacisentium bonis. Atque ita docent Bolog. *ea l. finali. n. 3. 57. 58. & 67.* Alciatus *num. 31.* Purpur. *num. 98.* Cagnol. *antiqua edizione. num. 96. 97. nova. num. 60. 61.* Corneus *consil. 84. num. 4. volum. 1.* Menchaca *eodem num. 227.* Seraplin. *de priuil. iur. omnis priuil. 10. num. 9.* Quare audiendi non sunt Gozadinus *cons. 87. num. 17.* Bergius *cons. 28. num. 14. vol. 1.* docentes valere id pactum de re particulari.

4 Secundò ampliatur, vt procedat de quocúque cōtractu, vt de donatione, stipulatione, hypotheca; nisi enim horum potest fieri circa hæreditatem tertiæ personæ viuentis, quia textus *dict. l. final.* generaliter loquitur de quocumque contractu, vtens dictione, *quicumque*, quæ vniuersalitatem quandam includit, vt vel sic comprehendat etiam contractus impropriè sumptos. Atque ita docent Purpur. *ea l. finali. num. 33.* & ibi Bolog. *nu. 53. fin. & 65.* & addit *eo num. 33.* siue sit contractus principalis, siue accessorius.

5 Hinc deducitur, licèt quis possit obligare generaliter omnia sua bona præsentia, & futura, atque subinde in eo generali hypotheca cōtineantur, quæ ex viuentis hæreditate ad se inde peruenerint, non posse eum tamen specialiter hæreditatē futuram hypothecæ subiicere; hāc enim hypothecam expresè interdicit *ea l. finalis.* Et ratio differentiæ est, quia quando generaliter obligantur omnia bona præsentia, & futura, est pactum super hæreditate incertæ personæ, secus quando hæreditas specialiter obligatur. Atque ita docent Alexand. *ea l. finali. num. 2.* Iacobinus de Sancto Georgio *ibi. n. 10.* Iason *num. 14.* Alciatus *num. 45.* Cagnol. *antiqua edizione. num. 102. fin. & 103. nova. num. 66.* Bolog. *num. 64.*

6 Rursus deducitur, non valere huiusmodi pactum, siue sit de diuidenda hæreditate viuentis post eius mortem, siue de deferenda alicui agatur, siue de donanda alicui, vel quæuis alia conuentio fiat; quia dicta lex finalis quamcunque pactionem irritam tedidit: & ita docent Cagnolus *ibi, antiqua edizione. n. 43. nova. nu. 29.* Alciatus *num. 55.* Bolog. *num. 57.* Crassus *de successor. testam. vel ab intestato. §. successio ab intest. quæst. 9. num. 6.* Valeret tamen id pactum, si filij generaliter conuenirent, vt decedente patre ab intestato, eius hæreditas inter ipsos iuxta legum præscriptum diuidatur æquis portionibus, quod id pactum tacitè inest. Sic Alciatus *ea l. finali. num. 29.* Menchaca *de success. creatione. lib. 2. §. 18. num. 264.* qui bene addit, secus esse si id pactum iniretur casu, quo etiam pater cum testamento decederet, quia id pactum non inest iuri.

7 Tertiò ampliatur decisio *predicta l. finalis*, vt procedat, siue pactum sit de succedendo, siue de non succedendo, cum fratribus inirum super hæreditate parentum viuentium; quia eiusmodi nō succedendi pactum, si effectum consideremus, est pactum de succedendo, siue de certo quodam modo, quo futura viuentis hæreditas distribuenda sit, ita vt in illius diuisione nullam partem habeat renuncians, sed cæteris fratribus accrescat; & hoc initur absque consensu patris, de cuius hæreditate tractatur. Atque ita docent allegatis Romano, Alex. Decio, Aretino, Bolognetus *ea l. finali. num. 11. 57. & 59.* Guido *cons. 162. nu. 2.* Fulgos. *consil. 73. dub. 1.* Couar. *cap. quamuis pactum. 3. p. in prim. num. 7. vers. cæterum.* Suarez *l. quoniam in prioribus. limit. 5. ad legem regni. numero 3.* Anton. Gomez *l. 22. Tauri. num. 31.* Menchaca *controuer. vsu freg. lib. 3. cap. 44. num. 2.*

8 Quartò ampliatur decisio *predicta l. finalis*, vt neque in testamento possit quispiam disponere de hæreditate, quam sperat. Ducor primò ex verbis generalibus illius *l. finalis, in fin.* ibi; *cùm in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri, vel pacisci sella temporum nostrorum non patiatur.* Item, quia à contractibus ad testamenta, & è contrà valet argumentum, quando in vtrisque eadem est ratio, vt ex multis probat Enerardus *in suis topicis, loco 36. à contractibus ad vltimas voluntates. num. 1. & 2.* At in testamento militat eadem ratio, cùm disponatur de re aliena absque consensu eius, cui succedendum est, & subsit periculum, ne institutus in eo testamento insidietur vitæ illius, in cuius hæreditatem successurus est virtute huius testamenti. Præterea, quia si de hæreditate viuentis liceret via testamenti disponere, spes illius hæreditatis non diceretur vana, & nullius considerationis in iure, & apud Doctores, sed maximæ considerationis esset, maximique effectus: at dicitur fatua, improbabilis, & vana, nulliusque considerationis, etiamsi spes sit, quam habet filius succedendi in parentum suorum legit. nam, tum quod iura nolint de hac quoquomodo tractari, dum superstites sunt parentes, vel alij, quibus succedendum est; tum etiam quod pendeat ex voluntate parentum successio illa: quamuis enim filij sint necessarij hæredes legitimæ tempore mortis relictæ, at possunt, parentes dum viuunt ea bona dilapidare, vt notatur *l. in suis. ff. de liber. & postum.* ac proinde nulla superstit legitima. Atque ita huiusmodi spes vana, iure reprobata, & nullius considerationis in iure appellatur *l. Bart. l. 1. §. si impuberi. num. 2. nico. ff. de collatione bonorum.* & *l. scien tum in principi. num. 12. ff. qui satisdare cogantur.* & *l. finali. num. 2. ff. de liberis agnoscendis.* & *l. cum Dominus. §. final. num. 2. ff. de peculio legato.* & *l. post emancipationem. §. illud. nu. 1. de liberatione legata.* & *l. quæ Rome. §. duo*

§. duo fratres. num. 29. ff. de vtrubarum obligat. & *l. final. in 1. lectura. num. vltimo. C. de pactis.* vbi Bald. *num. 3.* Paulus *num. 2.* Corn. *num. 1.* Cagnolus *antiqua edizione, à num. 230. vsque in fin. nova, à num. 134. in fin.* Purpurat. *num. 258.* Curtius senior *à num. 2. vsque ad 6.* Gozadinus *num. 14.* Roman. *num. 10.* Monterosus *num. 4.* Imola *dicta leges Rome. §. duo fratres. num. 30.* & ibi Alexand. *num. 35. ad finem.* Iason *authent. si qua mulier. num. 53. C. de sacrosanctis Ecclesiis.* & *l. si potest, à num. 16. ff. de acquirenda hæreditate.* Alciatus vocans eum Platone per ipsum allegato, hanc spem somnium vigilantium. *l. conditionales. verb. qui spem. ff. de verborum significatione.* & *l. 1. num. 15. C. de pactis.* Matth. de Afflictis *decis. 150. num. 4.* Grammaticus *decis. 101. num. 66.* Alban. *consil. 66. num. 4.* Menchaca *quæst. illustr. lib. 1. cap. 48. num. 14.* & *de success. progress. lib. 1. §. 3. num. 13.* Cephalus *cons. 526. à num. 66. vsque ad 88. vol. 4.* Riminaldus iunior *cons. 199. num. 62. vol. 2.* Peregrinus *de fideicommiss. art. 23. num. 51.* Anton. de Petra *quæst. 15. num. 104.* Gutier. *qq. canon. lib. 2. cap. 1. num. 55.* & *quæst. pract. tom. 2. lib. 3. cap. 41. num. vltim.* & *quæst. 55. num. 28.* Bertazzolus *cons. 57. à num. 4. vsque ad 10. lib. 1.* & *cons. 56. num. 98.* & *99.* & *cons. 55. num. 25. 26.* & *27. eodem lib.* Decius *cons. 34. num. 17.* & *cons. 74. num. 5. vol. 1.* Hondedeus *cons. 95. num. 38.* & *39. vol. 1.* & *cons. 71. n. 41.* & *cons. 74. num. 15.* & *cons. 85. num. 30. vol. 2.* Barbosa *l. post decem. 41. num. 7. ff. soluto matrimonio.* Carol. Puteus *cons. vnico. num. 60.* habetur post consilia Sfortiæ *tom. 1.* & Fuluius Pacianus *cons. 132. num. 69. tom. 1.* appellat spem legitimæ improbabilem, & ita docet nec re, nec tempore probabili deberi. Neque obstat *l. spem. C. donationibus.* vbi dicitur spem futuræ acquisitionis posse donari, quia intelligitur de spe probabili, & considerabili in iure, qualis est, quæ fundatur in causa de præsenti, vel præterito, nec dependet ex voluntate alterius, cuius bona sperantur, sed ex futuro euentu fortuito: hanc enim solam appellant Doctores probabilem. Atque ita Glossa *ea l. spem. verb. futura*, inquit, vt quia fit promissio sub conditione, vel in diem; atque ita hanc tolā spem probabilem, & quæ potest transferri, docent Bart. *ea l. post emancipationem. §. illud. num. 2.* & *ea l. qui Rome. §. duo fratres. num. 19.* & *l. si vxor. §. Diuus. nuna. vnico. ff. de adult.* Bald. *eadem l. finali. num. 3.* Paulus *num. 2.* Curt. senior *num. 2.* & *3.* Roman. *num. 10.* Matth. de Afflictis *eadem decis. 150. num. 4.* Aretin. *cons. 6. num. 9.* Tiraq. *l. 16. connubiali. glossa 2. num. 36.* Guillelmus Benedictus *c. Raynutius. verb. si absque liberis. el 2. num. 112. de testam.* Ludouic. Gomez *reg. de non tollendo quæst. 4. num. 12.* & *13. vers. secundus casus.* Cephal. *eadem cons. 516.* citatus supra, Bertazzol. *cons. 55. nu. 25.* & *26.* & *cons. 56. num. 90. lib. 1.* Barbosa *l. fructus. 7. num. 20. fine. ff. soluto matrimonio.* Quare renuncians omnibus bonis, & iuribus, quæ sperat, vel habebit in futurum, non censetur renunciare his, quæ ex spe priori, quam vanam, & improbabilem appellauimus, sperat, sed iis solis, quæ sperat ex spe posteriori, quam probabilem existimus. Sic Bartolus *ea l. si post emancipationem. §. illud. num. 3.* & *ea l. si vxor. §. Diuus. nu. vnico.* Bald. Paulus, Curtius senior *num. 4.* Roman. Matth. de Afflictis, Guillelmus Benedictus proximè allegati, Fulcius Pacianus *cons. 132. à num. 70. vsque ad 81. tom. 2.* licèt dicat, quomodocumque sperat habere, quia intelligitur ex causa de præsenti; & ita docet *num. 76.* & *77.* oportere expressis verbis dicere; si quo tempore res, vel ius ad me pertinebit, etiam ex causa de futuro. Surdus multos referens *cons. 308. num. 29. vol. 3.* & *cons. 267. à num. 10. vsque ad 24. vol. 1.* vbi hoc bene explicat intelligi, quando iure non competebat neque re, neque spe, sed proueniebat omnino ex noua causa, quæ non esset eo tempore formata, neque esset deducta; & *cons. 418. num. 14. vol. 3.* dicit intelligi renunciationem iuris ex causa de præsenti, vel præterito, non autem ex causa iuris omnino de futuro: & tamen in propriis terminis non integrum esse filio, vel cuicumque alij testari de bonis, in quæ succedere sperat, tradit Bertazzol. *cons. 56. num. 92.* & *93. vol. 1.* & videntur tenere Bart. *l. finali. 1. lectura. num. vltim. C. de pactis.* & ibi Alciatus *num. 5.* Roman. *num. 10.* Barbosa *l. post decem. 41. num. 9. ff. soluto matrim.* vbi indistinctè tradunt non licere de ea spe disponere aliquo modo, nam disponere est proprie actus vltimæ voluntatis, vt aliis allegatis probat Bertazzol. *cons. 56. num. 93. vol. 1.* Bursatus *cons. 347. num. 19. vol. 4.* dicens quod renunciatio iurium sibi competentium, & quæ in futuro competant, intelligitur de iuribus competentibus ex causa de præterito, vel præsenti, non autem ex noua causa superueniente.

9 Sed dicta num. præcedenti duplici limitatione intelligenda sunt. Prior est, vt spes succedendi parentibus non dicatur probabilis, nec à iure approbata eo respectu, vt de ea possit filius disponere dum parentes viuunt, nec consentiunt; at dicatur probabilis, & approbata à iure, ad eum effectum ne tolli, vel diminui possit illud ius. Sic tradit Alciatus *l. finali. num. 4. C. de pactis.* Barbosa *l. post decem. 41. num. 7. ff. soluto matrimonio.* atque ita dicit intelligi doctrinam, quam tradunt Bart. *l. si potest. num. 8. ff. de acquirenda hæreditate*, communiter receptus, teste Iasone *ibi. num. 14.* & Felinus *inter consilia Rutus, cons. 206. num. 2. lib. 1.* Tiraq. *de iure primogenij. q. 40. num. 96.* vbi dicunt filium habere spem probabilem, & iure admissam succedendi parentibus, iuxta *l. nec ei. 17. §. eorum. vers. præterea. ff. de adoptionib.* ibi; *ne autem illorum, quos ex iustis nuptiis procreauit, diminuatur spes, quam vnusquisque liberorum obsequio parat sibi.*

10 Posterior limitatio est, vt hæc spes succedendi dicatur improbabilis, quatenus ex ea inducitur votum captandæ mortis: vnde quoties votum id non inducitur, dicetur probabilis, iuréque approbata, quia eatenus solùm reprobatur à iure, ab iploque interdicitur eius dispositio, quatenus inducitur illud votum. Et constat, quia longè minori innititur fundamento spes successionis incertæ personæ viuentis, & tamen de ea pactum inire licet, vt probabimus num. 31. eo quod non inducatur votum captandæ mortis: & similiter idem pactum licet de consensu eius, de cuius hæreditate agitur, eo quod simile periculum cessat, vt probabimus num. 14. & tamen hic consensus nullam nouam probabilitatem confert, sed solùm excludit periculum captandæ mortis, & sic legis prohibitionem. Præterea huic iuri potest renunciari in fauorem eius, cui succedendum est, adhibito iuramento, & hoc pretio aliquo recepto. *cap. quamuis pactum. de pactis. in 6. l. 2. §. interdum, iuncta Glossa verb. solicitus. ff. de vulgari. l. 1. §. si impuberi. in fine. ff. de collatione bonorum.* Ergo pendere, vel non pendere à voluntate alterius, non mutat naturam spei, sed tota vanitas, & improbabilitas, ac reprobatio spei eò solùm pertinet, an ex eius dispositione oriatur periculum captandæ mortis, necne: & tunc dicetur probabilis quando id periculum deficit; improbabilis autē, quando manet. Tandem, quia necessariò concedendum est, seclusa iuris humani prohibitione, posse vēdi, & transferri spē cuiuscumque futuræ successionis, vtpote quæ pretio æstimabilis est, nec vllo iure prohibita vendi; atque ideo id non licet, quod iure humano interdicatur tale pactum. *l. finali. C. de pactis*, propter periculum captandæ mortis. Ergo in tantum ea spes est improbabilis, in quantum iure reprobatur propter id periculum. Et ideo hanc partem sustinent Bolog. *l. 1. num. 20.* & *ea l. finali. num. 21.* & *159. C. de pactis*, & citato Fulgosio Laderchius *cons. 133. nu. 7. fin. vol. 1.* & ideo optimè Curtius iunior *ea l. finali. num. vltim.* asseruit spem hanc futuræ successionis dici probabilem, quando ex consensu eius, cui succedendum est, pactum de ea initur, cùm eiusmodi pactum *ea l. finali* approbetur.

11 Quinto ampliatur decisio *predicta l. finalis*, vt etiam procedat in filiis, qui quidem non possunt de hæreditate parentum superstitum absque eorum consensu

pacisci: quamuis enim textus videatur de illis non loqui, quia expresè loquitur de aliena hæreditate, ibi, *sed aliena hæreditate*; at spes filij non de aliena, sed de sua hæreditate dicetur pacisci. *l. in suis. ff. de liberis, & posthum.* Item dicit textus, *ex cognatione sortè ad eos devoluenda*: at hæreditas necessariò debetur filiis, & non sub dubio, nec filiis dicitur cognatus parentibus, sed ex eis natus. *l. filium. ff. de suis. & legitimis hæredibus. & l. scripto. ff. vnde liberi.* At verè locum habet in filiis ea decisio, quia ratio legis in filiis quoque procedit. Quamuis enim naturali charitate erga parentes alligentur, at de eorum hæreditate his inconsultis pacisceretur, ostendunt satis cupiditatem succedendi ei amori ab ipsis præferri. Nec obstat textum loqui de aliena hæreditate, quia etiam respectu filiorum dicitur aliena; eo quod non habeant patre viuente eius dominium, quamuis propter spem dicantur quasi domini. *§. sui. iustit. de hæredum qualitate, & differentia.* Atque ita docent Glossa *ea l. finali. verbo alienæ.* Bart. *ibi 2. lectura. num. 2. vice. quæst. 1. & in 1. lectura statim in princ.* & ibi Cynus *num.* 5. Odofredus *num.* 4. Bald. *num.* 4. Paulus *num.* 4. Decius *num.* 13. Alciatus *num.* 14. Petrus de Bellapertica *oppositi.* 1. Salycetus *num.* 2. Roman. *num.* 8. Gozadinus *num.* 13. Curtius iunior *num.* 9. Curtius senior *num.* 13. Alex. *num.* 2. Corneus *num.* 4. Iason *num.* 3. Iacobinus de S. Georgio *num.* 11. & 12. Purpur. *num.* 11. Bolog. *n.* 69. Cagnol. *antiqua editione. num.* 107. *nouæ. num.* 67. Petrus de Vergnia *addit. ad Burrigarium.* Felin. *cap. in præsentia. num.* 43. *de probat.* Bertrandus *cons.* 197. *num.* 1. *vol.* 3. *in priori parte.* Menchaca *de success. creatione. lib.* 2. §. 18. *num.* 214. & *controuers. vsu frequ. lib.* 3. *cap.* 44. *num.* 13. Crallius *de success.* §. *successio ab intestato. quæst.* 9. *num.* 5. Petegrin. *de fideicommiss. art.* 51. *num.* 24. Berengarius Fernandez *in cap. de consensu. de filiis nat. ex matrimonio ad Morganaticam contracto, in præludio. cap.* 1. *num.* 2. Vtrum verò filij sic pacisceres incurrant pœnam, consulendi sunt authores allegati; id enim ad nostrum propositum non facit.

12 Sextò ampliatur, vt decisio locum quoque habeat in parentibus: si enim de filiorum hæreditate absque eorum consensu pacisceretur, pactum erit irritum; quod quidem fatentur Baldus *ea l. finali. num.* 5. Paulus *num.* 5. Decius *num.* 15. Purpur. *num.* 13. & 14. Alciatus *nu.* 27. Iacobinus de Sancto Georgio *num.* 11. Salycetus *num.* 2. Alex. *num.* 2. Iason *num.* 5. & 14. Roman. *num.* 11. Curtius iunior *num.* 10. Curtius senior *num.* 13. Corneus *num.* 4. *super Glossam, verbo aliena.* Cagnol. *in antiqua editione. num.* 109. *in noua. num.* 68. Bolog. *num.* 28. & 71. Gozadin. *num.* 17. idem Corneus *cons.* 84. *num.* 4. *vol.* 3. Menchaca *de succes. creatione. lib.* 2. §. 18. *n.* 214. Crallus *de success.* §. *successio ab intestato.* §. 9. *n.* 5. Bereng. Fernandez *in cap. vnic. de matrim. ad Morganaticam contracto, in præludio. cap.* 1. *num.* 2. & 3. De ratione autem huius ampliationis non est modica controuersia: at num. 58. arg. 3. explicabimus rationem, quam tradunt alij, & nu. 59. solut. ad 3. explicabimus legitimam rationem eius.

13 Tandem ampliatur ea decisio, vt procedat quando extranei pacisceretur de hæreditate alicuius viuentis. Nec obstat textum *ea l. finali* loqui de successione cognatorum, ibi; *hæreditatis ex cognatione sortè ad eos devoluendæ*: quia respondent Doctores allegandi, ea verba apponi gratiâ exempli, ac frequentioris vsus; frequentiùs enim hæ conuentiones fiunt de hæreditate cognatorum, & proinde in neutro casu dispositionem restringunt: atque ita docent Albericus *ea. l. finali. num.* 6. & Bald. *num.* 4. Decius *statim in princ.* Salycetus *num.* 2. Curtius senior *num.* 13. Cagnol. *in antiqua editione. n.* 15. & 16. *in noua. num.* 8. & 9. Alciatus *num.* 30. Gozadinus *num.* 3. Purpur. *num.* 33. *in.* & 34. Bolog. *num.* 22. Menchaca *de succes. creatione. lib.* 2. §. 18. *nu.* 218. Et huius ampliationis legitimam rationem trademus infrà num. 59. in solutione ad 3.

14 Sed limitatur primò decisio huius textus *l. final. C. de pactis*, nisi renunciationi huic hæreditatis personæ viuentis adsit consensus illius, de cuius hæreditate pactum initur: tunc enim valet renunciatio, & quodcumque aliud pactum circa illam hæreditatem initum, quippe 15 consensus tollit periculum captandæ mortis, vt expresè dicitur *ea l. finali. C. de pactis.* ac proinde cessante ratione, decidit ibi cessare dispositionem illius legis. Ratio autem ob quam ex illo consensu tollitur hoc periculum, est, vt bene pondérat Baldus *ea. l. finali. num.* 1. & ibi Iason *num.* 1. Alciatus *num.* 40. Bolog. *num.* 26. & 45. Purpur. *num.* 66. Seraphin. *de priuilegiis iuramenti. priuileg.* 20. *num.* 51. quia consentiens sibi consuler præcauens hoc periculũ, non quibuscumque assentiens, sed viris probis. Quod si postea id periculum imminere viderit, reuocabit consensum, atque pacisceretur timore huius reuocationis summa ope nitentur illi assentiri, & complacere, nedum curabunt vitæ illius insidiari; & quamuis hanc rem impugnẽt Curtius iunior *ibi. num.* 6. & Cagnol. *ibi. antiqua editione. num.* 76. *nouæ. num.* 45. dicentes hanc reuocandi potestatem potiùs augere vorum captandæ mortis: citiùs enim eius mors procurabitur ne reuocet. Sed bene hanc impugnationem refutat Bolog. *eo. num.* 26. quod cùm pacisceres nesciant an ille reuocauerit, & sciant posse reuocare, & fore, vt reuocet, si vel minimum harum insidiarum indicium suspicetur, curabunt omnino ab his insidiis se abstinere.

15 Sufficiet autem tacita illius consensus reuocatio, vt puta disponendo aliquid contra vim pacti; & ita docent Purpuratus *ea. l. finali. num.* 73. *C. de pactis*, & Cagnol. *antiqua editione. num.* 95. *in noua. nu.* 79. & ibi Claudius Aquensis ab his allegatus. Menchaca *controuers. vsu frequ. lib.* 3. *cap.* 44. *num.* 13. Couar. *de pactis. 3. p. initio. nu.* 8. *statim vt princ.* quod idem clarè docent, licèt non expressis verbis, Baldus *cap. ad vestram el* 2. *num.* 7. *de iureiurando.* & cum sequentes, Decius *l. finali. num.* 7. *C. de pactis.* & ibi Bolog. *num.* 57. Natta *cap. quamuis pactum. de pactis. lib.* 6. *num.* 21. *vers. quod singulariter nota.* Suarez *l. quoniam in prioribus limitat.* 5. *ad l. regni. num.* 2. Antonius Gomez *l.* 22. *Tauri. num.* 51. dicunt enim filiam, quæ patre consentiente renunciauit hæreditati paternæ in fauorem fratris, posse succedere, si à patre in testamento instituatur, quia reuocat consensum; cùm tamen hæc non sit reuocatio expressa, sed tacita inducta per contrarium actum. Non tamen præsumitur ea voluntatis mutatio, sed magis perseuerantia: nunquam enim huiusmodi mutatio præsumitur, iuxta *cap. mauors. de baptismo*; & bene docet allegatis Claudio Aquensi, & Lanceloto Purpuratus *ea. l. finali. num.* 73. & 74.

16 Hinc deducitur, ex hoc consensu nullum ius acquisitum esse pacisceretibus; si enim ius aliquod acquireretur, nequaquam integrum esset consentienti reuocare consensum inuitis pacisceretibus. *l. finali. ff. de pactis.* & *l. deliberum pactionibus. C. de pactis.* & docent Decius *consil.* 184. *num.* 10 *vol.* 1. & Cagnol. *l. finali. antiqua editione. n.* 94. *noua. n.* 79. *C. de pactis.* & ibi Bolognetus.

17 Secundò infertur, si consentiens iurauit se consensum non reuocaturum, fore periurum reuocando. Ratio est, quia non potest reuocari consensus absque peccato, ac proinde iuramentum non reuocandi, tanquam rei licitæ obligat. Item, quia in iuramento non reuocandæ vltimæ voluntatis tradit idem communissima Doctorum sententia, dicens reuocari cum periurio; atque ita tradunt Franciscus Viuius *in decis. Neapolit. lib.* 3. *decis.* 507. *num.* 8. Menchaca *de success. creatione. lib.* 2. §. 18. *n.* 229. & 230. *fin.* Molina *tom.* 1. *de iustitia. disp.* 579. *num.* 40. Quod quidem intelligendum est, nisi cœperit ex iusta causa suspicari malè de pacisceretibus, quod eius vitæ insidientur; sic Menchaca proximè citatus. At tenebit factum reuocationis, quia is consensus est similis vltimæ voluntati, & instar eius ambulatorius vsque ad mortem; & ideo sicut vltima voluntas, quantumcumque iuramento stabilita sit, vt communiter tradunt Doctores, potest validè reuocari vsque ad mortem, ita & consensus hic; immo nõ solùm in testamento, sed etiam in omnibus actibus variabilibus ex mero disponentis arbitrio habet hoc locum, vt iuramentum interpositum non obstet validæ reuocationi, vt constat in iuramento non reuocandi procuratoris, & in similibus, quæ congerit Socinus iunior *cons.* 44. *n.* 24. & *seqq. vol.* 2. & nos tradidimus *lib.* 3. *huius operis. c.* 7. *n.* 19.

18 Tertiò deducitur, renocante consensum eo, de cuius hæreditate consentum est, liberari prorsus pacisceres obligatione pacti, quippe ea pendebat ex eo consensu, & textus *dicti l. final.* ad eius pacti firmitatem postulat consensum vsque ad vltimum vitæ spiritum perdurare; de qua re nemo dubitat. Quod si pacisceres inrassent se non reuocaturos contractum. Couar. *cap. quamuis pactum. 3. p. initio. num.* 2. & 8. *vers. quartus casus*, quamuis concedat hoc pactum non firmari iuramento sine prædicto consensu, prependet tamen, etsi trepidus, accedente semel consensu, esto postea ille reuocetur, teneri pacisceres obseruare pactum; quia id legitimè iuramento firmatum erat. Sed absque dubio dicendum est, reuocato eo consensu liberos prorsus manere pacisceres ab obligatione pacti, & iuramenti, quia id pactum non alia ratione *in dicta l. finali* approbatur, nec firmatur iuramento, nisi quatenus accedit consensus perseuerãs vsque ad mortem: quare eo ipso, quod consensus ille mutatur ac desinit esse, cessabit pariter obligatio pacti, & iuramenti. Præterea, quia cùm ei pacto insit conditio tacita, si consensus ille vsque ad mortem perseueret, *dicta l. final.* ipsi iurantes sub ea conditione virtuali iurasse videntur, si consensus ille perseueret: iuramentum enim sequitur naturam primordialẽ contractus, cui accedit. *l. final. C. de non numerata pecunia*: quare reuocato consensu desinet obligatio pacti, & iuramenti, tanquam deficiente conditione, à qua pendebat: atque ita docent Paulus *cons.* 448. *n.* 2. *lib.* 1. Bald. *ea. nostram el* 2. *n.* 7. *C. de pactis.* & ibi Bolog. *n.* 57. Guillelmus Benedict. *c. Raynutius. verb. duas habens filias. n.* 188. *de testament.* Natta *cap. quamuis pactum. de pactis. in* 6. *n.* 21. *vers. quod singulariter nota.* Suar. *l. quoniam in prioribus. 5. limitat. ad l. regni. n.* 2. Antonius Gomez *l.* 22. *Tauri. n.* 51. Molina *l. b.* 2. *de primogeniis. c.* 3. *n.* 4. Alter Molina Societatis Iesu *l. b.* 2. *de iustitia. disp.* 579. *n.* 40. Crassus *de success. ex testamento, & ab intestato. §. successio. §.* 9. *n.* 13. Gutier. *c. quamuis pactum. in princ. n.* 5. Menchaca *de success. creatione. lib.* 2. §. 18. *n.* 198. 199. & *in controuersiis vsu frequ. lib.* 3. *c.* 44. *n.* 11. 12. 13. & 14. Franciscus Viuius *decis. Neapolit. lib.* 3. *decis.* 507. *n.* 9. Surdus *decis.* 14. *n.* 7.

19 Atque non obstante hoc pacisceres iuramento licitum est consentienti reuocare hũc consensum, dũ ipse non iurarit se non reuocaturum, quia pactum, & iuramentum horum inter se pendens à libero alterius consensu, quem ex dispositione iuris pro suo arbitrio, & voluntate interim dum viuit mutare potest, nequit eam libertatem adimere, vt bene tradunt Paulus *consil.* 448. *n.* 2. *lib.* 1. Anchar. *cons.* 403. *a n.* 2. *vsque in finem.* Purpur. *l. finali. n.* 70. *C. de pactis.* Molina Societatis Iesu *v. ea. disp. l. finali. n.* 70. *C. de pactis.* Molina Societatis Iesu *v. ea. disp.* 579. *n.* 40. Nec huic licitæ reuocationi obest cõsensum præstitum esse iuramento pacisceretium, quod id iuramentum solos iurantes obliget; consentiens autem non iurauit, idque iuramentum pendet à libera facultate iure concessa huic consentienti reuocãdi suũ consensum.

20 Quartò deducitur, non valere pactum initũ cum eo, de cuius hæreditate agitur, ne consensum illũ reuocare possit, tum quia eo ipso, quod reuocare non posset, daretur ansa captandæ mortis, iuxta dicta n. 7. ac proinde cessaret ratio, ob quam id pactum sustinetur cum eo consensu; tum etiam quia cum hic consensus sit instar vltimæ voluntatis ambulatorius vsque ad mortem ex iuris dispositione, quò periculum captandæ mortis vitatur, debet in hoc naturã vltimæ voluntatis sequi, quæ

nullo pacto inito irreuocabilis esse potest: nemo enim in vltima voluntate legem indicere sibi potest, quã mutare non valeat. *l. si quæ. in princ. 22. ff. de leg. n.* 3. quod etiam habet locũ in omnibus actibus liberis, & variabilibus ex mero disponentis arbitrio; non enim potest quis eam legem sibi imponere, à qua nõ possit recedere, vt tradit Socinus iunior multis illustrãs *cons.* 44. *n.* 23. & *seqq. vol.* 2. & probat esse Bartoli, & omnium *ea. l. si quis in principio.* Atque ita docent Paulus *ea. l. finali. n.* 8. *C. de pactis.* & ibi Purpur. *n.* 70. qui bene subdit, idem esse dicendũ quantumcũque stipulatione ea promissio firmata sit; & ego addo posse reuocari, licèt pretio aliquo accepto cõuentum sit ne reuocari possit: sed tenebitur si reuocet, pretium restituere; id enim probãt rationes adductæ. Quoties enim is consensus reuocari non posset, daretur ansa captandæ mortis; neque hæc promissio non iuramento firmata obligaret, quia promissio non reuocandi testamentũ est ipso iure irrita, vt bene probat Molina *to.* 1. *de iust. disp.* 151. *col.* 6. *in solut. ad* 1. At hæc promissio similis est vltimæ voluntati ex dispositione textus *dictæ legis final.*

21 Quamuis autem hæc reuocatio cõsentienti licita sit, at dum consensum nõ reuocat, tenentur pacisceres obseruare contractum, quia ex parte ipsorum firmus omnino erat dum consensus non reuocatur. Atque ita docent Purpur. *l. finali. n.* 72. & 79. *C. de pactis.* & ibi Cagnol. *antiqua editione. n.* 95. *noua. n.* 97. Bolog. *n.* 56. Vrsenbetius *cons.* 71. *n.* 41. *lib.* 2.

22 Atque hoc verum est, quamuis pacisceres nõ confirmassent iureiurando suũ pactum, quod ad eius valorem neutiquam iuramentũ requiritur, vt bene tradunt Francus *c. quamuis pactum. n.* 11. *de pactis. in* 6. Menchaca *de success. creatione. lib.* 2. §. 18. *n.* 198. Couar. *c. quamuis pactum. 3. p. initio. n.* 8. *casu* 4. Gama *decis.* 375. *in* 6. Molin. *tom.* 3. *de iustitia. disp.* 579. *n.* 40. Cephalus *cons.* 34. *num.* 10. & *cons.* 142. *volum.* 1.

23 Vltimò deducitur, si fratres inter se conueniant de stando testamento patris in quodã diuidendi hæreditatem modo patre consentiente, aut de stando diuisioni, quam ipse fecerit, si pater consensum mutet, manere liberos fratres à pacto, siue fuerit cõuentio de tota hæreditate, siue de re particulari: in omnibus enim his diximus procedere decisionẽ *legis finalis*; atque ideo pactio illa pendebat à consensu patris, & ita docet allegatis Curtio, & Decio Bolognetus *ea. l. finali. n.* 58.

24 Posset autem aliquis existimare, hũc consensum indigere quinque testibus, quia vltima voluntas hoc testium numero indiget. *l. final. C. de codicillis*, cui assimilatur hic consensus. At dicendũ est sufficere testes ordinarios in contractibus requisitos, tũ quia hic consensus non est verè vltima voluntas, cùm per illũ nihil disponatur, sed solùm præstetur cõsensus pacisceretibus, & ita est actus inter viuos; tũ etiam, quia est actus accessorius cõtractui principali qui valet cũ testibus ordinariis: & esset absurdum ad consensum accessorium maiorem testium numerum exigi, quàm ad pactũ principale, cui accedit, cùm accessorium sequatur naturam principalis, *reg. accessorium. de regulis iuris, in* 6. & ita docent Purpur. *l. finali. n.* 74. *C. de pactis.* & ibi Bolog. *n.* 47.

25 Restant autẽ duæ difficultates circa hũc consensum. Prior difficultas est, an sufficiat consensus tacitus eius, de cuius hæreditate agitur, vt si ille præsens pacto sit, vel sciat pactũ initi, & cùm possit contradicere nõ contradicat, sed taceat: Quidam negant, quia *l. finali. C. de pactis*, ait, eo sciente, & iubente: quare vltra scientiã, petit iussum, qui in solo consensu tacito non reperitur. Præterea, quia quoties exigitur consensus alicuius, debet esse expressus, vt multis citatis probat Campegius *de dote. p.* 5. *q.* 61. *n.* 3. & conferunt Doctores, quos allegamus lib. præced. c. 1. n. 11. dicẽtes, quoties requiritur licentia alicuius, eã debere esse expressam. Atque ideo hanc partẽ sustinent Claudius Aquensis, & Lancelotus *ea. l. fin.* quos refert, & sequitur Bolog. *ibi. n.* 60. *fin.*

& ibi Cagnol. *in antiqua editione num.80. & 82. & in nova num.48. & 49.* Paris. *cons.14. num.15. lib.2.*

26 Cæterum multo verius est, sufficere consensum tacitum, cum quia quoties exigitur licentia, vel consensus alicuius non ad essentialem actus solemnitatem, sed ad cuitandum eius damnum, satis est licentia, vel consensum tacitè præstari; ob quam rationem cùm *l.55. Tauri*, quæ hodie est *l.3. tit.3. lib.5. recopilat.* exigat consensum viri, vt eius vitetur præiudicium ad contractus vxoris, sustinent Cifuentes *ea. l.5. q.14.* Gomez Arias *num.21.22. & 33.* Antonius Gomez *ibi. num.5. & 7.* Matienzo *ea. l.3. glos.1. à n.7. vsque in finem. & l.2. glos.1. n.12.* Molin. *tom.1. de iustitia. disp.343. volum. antepenultima. §. si vxor.* sufficere consensum tacitum viri. Cùm ergo consensus eius, de cuius hæreditate conuenitur, exigatur ad vitandum eius præiudicium, ne vitæ illius insidiæ parentur, fit erit tacitus consensus. Præterea, quia quod *ea. l. final. C. de pactis*, dicitur, sciente, & iubente, intelligitur, id est, consentiente, quia supra dixerat, accommodauerit voluntatem; & sic per præcedentia declarantur sequentia *l. qui seruum plurium. ff. de leg. a. 1.* Tandem probatur ex doctrina Bartoli *l. cum probatur. §. liberis. num.6. de leg. a. 2.* vbi traditur, filium, cui interdictum est agere sine consensu patris. *l. cùm non solum. §. necessitatem. C. de bonis, quæ liberis.* posse agere simul cum patre, quod tunc videatur pater consentire. Sufficit ergo consensus tacitus, & præsumptus ex scientia cum tacitumitate. Atque ideo sententiam hanc sustinent Decius *cons.31. num.4. lib.1.* Cuttius iunior *cons.98. num.5. & 4.* Paris. *cons.16. num.114. lib.1. & cons.1. num.121. lib.3.* Ayuon *cons.52. num.1. & 2. lib.1.* Ruin. *cons.15. num.5. lib.2.* Purpur. *ea. l. finalis. num.67.* Cephalus *cons.146. nu.5. lib.1.* Menoch. *cons.1. num.166. & cons.92. num.47. lib.1.* Riminaidus iunior *cons.580. num.25. vol.5.* Surdus *cons.355. num.16. vol.3.*

27 Posterior difficultas est, an satis sit consensus eius, de cuius hæreditate agitur, superueniens contractui de hæreditate futura inito? Negant aliqui, nisi pacisentes prius pactum saltem tacitè confirmarent, vt quia prælentes essent tempore illius consensus, neque contradicerent, quia cùm contractus ab initio fuerit nullus, nequit absque nouo pacisentium consensu ratus haberi, iuxta doctrinam Abbatis *cap. quod sicut. num.9. de election.* vbi tradit, electionem nullam, quod à minori Capituli parte facta sit, non posse vires assumere ex consensibus particularibus aliorum superuenientibus. Item, quia quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere. *reg. quod initio. ff. de regulis iuris*, vbi latè Decius *à num.1. vsque ad 7.* plurima adducit exempla, & probat actum à principio nullum non confirmari ratihabitione superueniente; atque ita tradunt Claudius Aquensis, quem refert, & sequitur Purpur. *l. final. n.68. C. de pactis.* & ibi Bologn. *n.43. & 46.*

28 Sed verius est, huiusmodi consensum superuenientem sufficere ad prioris pacti valorē, quia quoties consensus non desideratur quasi substantialis actus forma, sed solùm gratia euitandi damni consentientis, satis est si contractui celebrato ille accedat, quod satis, supérque ei damno cauendo prospiciatur accedente illo cōsensu postea, vt aliis allegatis tradunt Anton. Gomez *l.55. Tauri. n.6.* Azebed. *lib.5. recopilat. tit.3. l.2. n.25.* At ad solum vitandum cōsentientis damnum requiritur consensus. Item, quia quando actus aliquo respectu fuit validus, ratificatio illius retrotrahitur, vt allegato Bartolo, & Aretino tradit Decius *reg. quod initio. fine. ff. de regul. iuris.* at huiusmodi contractus non fuit ab initio omnino irritus, vtpote cui nihil ad solemnitatem essentialem petium deficiebat, sed solus ille consensus ad euitandum consentientis damnum. Atque ita hanc partē tradunt Decius *cons.31. n.4. vol.1.* Baldus *l. finalis. n.22. C. de pactis.* & ibi Salycetus *n.10. fine.* Romanus *n.89.* Alciatus *n.41.* Purpur. *n.45.* Cagnol. *antiqua editione. n.79. nouæ. n.48.* Menchaca *de succes. ex testione. §.28. n.169.* Ioseph. Ludouicus *in decisionibus Perusinis. 2. p. decis.71. fine.* Surdus *cons.355. n.15. vol.3.* immo addit Decius sat esse, si postea conscius is, de cuius hæreditate agitur, non contradicat; verùm Mandellus *cons.11. n.15. vol.1.* ait difficile hoc esse. Sed quamuis non careat difficultate, quia licèt consensus tacitus antecedat contractum, est satis dubium, an is sufficiat, vt dixi n.25. vbi multos retuli tenentes non sufficere; at retenta sententia, quā tenuimus n.26. nempe sufficere consensum tacitum antecedentē præsumptum ex scientia, & patientia potentis commodē contradicere, idem sentiendum est de eodem consensu tacito superueniente, quia solùm desiderabatur ad valorem huius consensus legitimus talis superueniens, qualis ab initio sufficeret: si ergo ille tacitus ab initio existens sufficeret, sufficeret etiam superueniens.

29 Quamuis autem priorem quis amplectatur sententiam, debet afferere sufficere consensum superuenientem contractui, quando non purè, sed sub conditione huius consensus superuenientis celebratus esset, quia tunc contractus ab initio fuit validus, & eius firmitas à conditionis euentu pendebat. Ergo eueniente conditione firmabitur omnino; & ita asserit Bologn. *ea. l. finalis. num.46.*

30 Similiter valeret contractus si ab initio adesset consensus eius, de cuius hæreditate agitur, & postmodum reuocaretur, & manente eadem pacisentium voluntate iterum consensus is accederet, quia cùm ab initio contractus fuerit validus, habensque omnia substantialia, satis est, vt non mutata pacisentium voluntate consensus reuocatus accedat iterum; & ita tradit Bologn. *eo. num.46.*

31 Secundò limitatur decisio prædicti textus *l. final. C. de pactis*, nisi renunciatio, aut pactum fiat circa hæreditatem personæ incertæ, vt si qui societatē ineant, si qua hæreditas ipsis obueniat, quippe cùm persona, de cuius hæreditate conuenitur, incerta prorsus sit, nullum captandæ mortis periculum subest, ac proinde quasi ratione legis cessante, cessat eius decisio; idque amplius constat ex *l.5. §. de illo. ff. pro socio.* vbi expressè huiusmodi societas approbatur, & expressiùs *l. regia 13. tit.5. p.5.* ibi, *no lo pueden fazer si nombraren las personas de aquellos, que an fincia de heredar, mas si no los nombraren poderlo yan vender en esta manera diziendo assi, que todos los derechos e ganancias que les an de venir por razon de heredamiento dende quatro que les vengan, que las vendan.* Atque ita tradit Glossa *ea. l. 3. §. de illo. verb. iusta.* & *d. l. final. verb. pacisci.* vbi Cynus *n.2. opposit.5.* Petrus de Bellapertica *paulo ante oppositionem secundam.* Odofredus *n.4.* Baldus *num.22.* Iacobus Butrigarius *opposit.1. & 5.* & *ibi, in addit.* Petrus de Bergnia *fine.* Paulus *n.10.* Decius *n.4. & 17.* Albericus *n.7.* Salycetus *n.9. & 10.* Fulgof. *n. vltimo.* Cuttius senior *n.16.* Corneus *n.2. & 3.* Alciatus *n.42* Iason *n.8.* Cagnolus *antiqua editione. n.73. & à n.53. noua. n.41. & à n.37.* Iacobinus de Sancto Georgio *n.40.* Romanus *n.12. & 88.* Curtius iunior *n.65.* idem Bart. *l. stipulatio hoc modo concepta. 61. n. vltimo. ff. de verb. obligat.* & ibi Romanus *n.12.* Albericus *n.1.* Bologn. *n.89.* idem Baldus *de feudo dato in vicem legis cōmissoriæ. 2. n.1. versicum ergo.* Abbas *c. nulla. n.10. de concessione prebende.* & ibi Cardin. *n.5. opposit.3.* Anchar. *n.6.* Imola *n.10.* Guido Papæ *n.9* idem Anchar. *c. ne capiande. n.1. notab. 2. de concessione prebende in 6.* Dominicus *c. quamuis pactum. n.10. de pactis. in 6.* idē Guido Papæ *cons.11. n.2.* Capitius *decis. Neapolitana 159. n.10. 13. 14. 18. & 19.* Guillelmus Benedict. *c. Raynutius. verb. & duas habens filias. n.236. de testamentis.* Montal. *lib.3 fori. tit.6. l.9. seuen deferdados.* Villalobos *in communibus opinionibus. 1. p. verb. pactum. n.1.* Monterros *l. pactum, quod dotali. n.14. C. de pactis.* Hermannus Meyrer *tract. de succes. testament. lib.4. tit.17. n.4.* Anton. Gomez *l.22. Tauri. n.31. limit.1.* Tabien. *verb. pactum. q.10. n.11.* Gutierrez *de iuramento confirmator. part. 2. c.5. n.4.* Crassus *de successione ex testamento, & ab*

& ab intestato. §. successio ab intestato. quæstione 9. num.16. Mandelus *cons.11. numero 16. volum.1.* Molin. *tomo 3. de iustitia disputatione 579. num.38.* Quare audiendi nullatenus sunt Purpur. *ea. l. finali. numero 113.* Berengarius *in cap. vnic. de filiis natis ex matrimonio ad Morganaticam contracto in preludio. cap.1. num.9. & 11. fin.* qui contra receptissimam hanc sententiam sustinent, non valere pactum super hæreditate hominis incerti. Immo valet huiusmodi pactum, licèt incertitudo illa esset inter personas certas, vt, si aliquis ex cognatis meis relinquat mihi hæreditatem, promitto illam tibi, quia adhuc non potest dari vorum captandæ mortis, cùm incerta persona sit, quæ hæreditatem relictura est; sic Bolognetus *eadem l. finali. num.82.* Duplicitet tamen limitatur hæc doctrina. Priùs, nisi ea certitudo non posset verificari, nisi in vna persona, vt si quis promittat hæreditatem legitimam futuram absque parentum consensu, non valebit promissio, quia cùm legitima hæreditas in solis parentibus verificetur, non potest dici hæreditas personæ incertæ. Ita docent Cagnolus *ea. l. final. in antiqua editione. numero 75. in noua. num.42.* & Gutier. *eod. cap.5. num.6.* Posteriùs temperatur, nisi in contrahentium mente sit persona, de cuius hæreditate tractatur, nec eam pacisentes nominant in huius legis fraudem, quia tunc verè tractatur de hæreditate personæ certæ. Sic Baldus *ea. l. final. numero 22.* Alciatus *numero 44.* Bolognetus *numero 82. & 89.* Gregorius Lopez *l.13. verb. non les nombrassen. tit.5. part.5.*

32 Tertiò limitatur ab aliquibus, nisi huic contractui circa hæreditatem tertiæ personæ viuentis ipsa ignorantes accederet iuramentum: sentiunt enim hi, contractus eiusmodi iuramento confirmari. Dueuntur ex *cap. quamuis pactum, de pactis, in 6.* Item, quia id pactum non adnersatur bonis moribus naturalibus, sed solùm ciuilibus, cùm ignoretur animus pacisentium, num sit captandæ mortis illius, in cuius hæreditatem virtute illius renunciationis succedendum est. Atque ideo ita docent Dinus *reg. non est obligatorium. num.3. de regul. iuris in 6.* Baldus referens Petrum de Cer. *§. moribus. num.2. vers. si de feudo fuerit controuersum inter dominum & agnatum.* Decius *cons.655. num.12. volum.5.* Austrius *decis. capella Tholosanæ. decis.455. num.4.* limitans inter nobiles, & dicit sic sæpe decisum fuisse in Parlamento. Iacobus Richius *de vnione prolium. cap. vltimo. num.23.* haberur *tomo 6. tractatuum. part.1.* Zasius *consil.1. num.39. & 40. volum.2.* Cepola *cautela 112. num.4. versiamen dico.* Tiraquellus *l. si vnquam. in præfatione. numero 152. C. de reuocanda donatione.* Angelus *verb. pactum. numero 13.* & ibi Sylvester *quæstione 11.* Menochius *cons.1. numero 67. vol.5.* re latè disputata. Seraph. *de priuil. iuramenti. priuil.20. numero 28.29. & priuil. 21. num.36.* & tem esse dubiam fatetur Corneus *reperit. authent. sacra puberum. numero 46. C. si adiectus venditionem.*

33 Sed tenendum est, id pactum nequaquam iuramento confirmari. Ratio est, quia reprobatur huiusmodi contractus tanquam contra bonos mores, non solos ciuiles, sed etiam canonicos, & naturales, propter periculum peccati, & damni tertiæ personæ, de cuius hæreditate agitur, nempe periculum captandæ eius mortis, quod quidem etiam iure canonico tanquam iniquum reprobatur *cap. 2. de contestione prebenda. & cap. ne captande, eadem tit. in 6.* Secundò, quia quando contractus confirmatur iuramento, manet eo ipso irreuocabilis, adeò vt neutri contrahenti liceat resilire, vt probauimus *lib.1. de matrimonio. disputat.32. num.6.* At ab hoc contractu, vtpote qui dum alter, de cuius hæreditate agitur, viuit, fouet periculum peccandi, mortemque eius intentandi, non tantum licet resilire, sed tenentur ad id pacisentes. Ergo iuramentum non firmat hunc contractum, sicut ea ratione iuramentum tradendæ pecuniæ mulieri, si copiam corporis sui faciat, non confirmat promissionem, quia fouet peccatum, & ante impleram conditionem tenetur promittens resilire. Nec obstant contrariæ, quia *cap. quamuis pactum*, loquitur de pacto, quod non est contrarium bonis moribus, nec vergit in damnum alterius. Ad aliud, quod additur, respondetur, solicitudinem de viuentis hæreditate indicare satis periculum captandæ mortis. Et ideo hanc sententiam sustinet Glossa *l. si quando 35. §.1. verb. prægrauari. C. de inofficioso testamento.* & *l. qui superstitis. verb. repudiat. ff. de acquirendo hæredit.* & *l. pactum. eo b improbatur. C. de collationibus.* vbi Baldus *ante num.1. opposi.5.* Salycetus *n.1.* Bartol. *l. si quis pro eo. n.6. ff. de fideiussoribus. & d. l. qui superstitis. n.2. & finali. 2. lectura. n.9. C. de pactis.* vbi Baldus *n.22.* Salycet. *n.10.* Fulgos. *n.14.* Corneus *n.3.* Curtius senior *n.7.* Gozadinus *n.4.* Roman. *n.43.* Iacobus de Sancto Georgio *n.5.* Alexander *n.1.* Iason *n.5.* Alciatus *n.10.* Purpur. *n.40. & 65.* Bolognetus *n.27. 57. 59. & 115.* Cagnol. *antiqua editione, à n.54. noua, à n.22.* Petrus de Vergnia *addit. ad Bumigarium. ea. l. final. ampliat.* idem Bart. *l. stipulatio hoc modo concepta. 61. n.3. ff. de verb. obligat.* & ibi Roman. *n.35.* Alex. *n.6.* Iason *n.12.* Socin. iunior *n.61.* Caratius *n.48.* Bald. *cons.437. n.1. vol.1.* Alexand. *d. pactum, quod domi. n.1.* & ibi Iason *n.2. C. de pactis.* Ruin. *cons.104. num.8. vol.1.* Barthol. Soncin. *inter cons. Ruin. cons.205. n.5. vol.1.* Berotus *cons.28. n.14. vol.1.* Angelus *l. si quis pro eo. in princ. n.6. ff. de fideiuss.* idem Alexander *cons.28. n.7. vol.3.* Anchar. *cons.403. n.3.* & *cons.115. n.1.* & *c. nulla. n.6. de concess. prebende.* & ibi Imola *cap. cum contingat. n.32. de iureiurando.* idem Anchar. *cap. quamuis pactum. n.2. notab.3. de pactis. in 6.* & ibi Dominicus *n.8.* Franciscus *n.11.* Natta *p.2. n.60.* habetur *tomo 6. tract. p.2.* Berotus *cap. in præsentia. n.195. de probat.* Fulgos. *cons.73. dub.1.* Socin. iunior *cons.44. n.15. & 16. vol.2.* Paris. *cons.24. n.55. lib.1.* Rubeus *cons.130. n.3.* Guido Papæ *cons.162. n.2.* Guillelmus Benedict. *c. Raynutius. verb. duas habens filias. à n.194. de testam.* Paulus *cons.448. n.2. lib.1.* Decius *cons.31. nu.13. & 4. lib.1.* Bertrand. *cons.197. n.1. vol.3. in priori parte.* Fortun. Garzia *de vltimo fine. illa. 20. n.118.* Celsus *cons.100. n.5.* Tabien. *verb. pactis. q.10. n.11.* Montal. *lib.3. fori. tit.6. l.9. verb. seuen deferdados.* Villalobos *in communibus opinionibus. tit. P. verb. pactum. n.1.* Anton. Gabriel *tit. de pactis. c.1. n.11.* Hieronymus Gabriel *cons.138. fine. vol.1.* Surdus *cons.480. n.21. vol.4.* Humbertus de Bonenco *in reperit. authentic. sacra puberum. num.61. C. si adiectus venditionem.* Couar. *c. quamuis pactum. 2. p. initio. num.2. & 3. p. initio. num.2. & 5.* Gregorius Lopez *l.35. verb. non debe.* Matthæus Vrsembetius *cons.71. n.6. vol.2.* Decisio capellæ Tholosanæ *453. n.1.* Antonius Gomez *l.22. Tauri. n.31.* Molin. *lib.2. de primogen. c.5. n.5.* Saur. *l. quantum in prioribus, in declarat. legis regni. iuniores. 5. n.2. & 5.* & ibi Baldus *in addit. ad n.2.* Menchaca *de succes. ex testi. lib.2. §.18. num.193. & numero 121.* & *quæst. visu freq. lib.3. cap.44. num.2.* Simon de Prætis *de interpretatione vltima voluntatis. lib.2. dub.1. filat.4. num.103. & 104.* Gutier. *cons.123. num.15. & de iuramento. 2. parte. cap.42. num.5.* & *cap. quamuis pactum, initio. num.4. & 5.* Velascus *de partis. cap.46. num.46.* Surdus *cons.133. num.17. volum.1.* Morla *in emporio iuris. 1. part. titul.3. quæst.6. num.2.* Fortaculus *in necromantia iuris dialogo 55. n.4.* Berengar. Fernandez *in cap. vnic. de filiis natis ex matrimonio ad Morganaticam contracto. in preludio. cap.1. num.6.* Peregrinus *de fideicommissis. art.51. n.24. ad finem.* Faclius *in controuersiis iuris. lib.8. cap.72. in 2. sententia.* Beccius *cons.74. n.1. vol.1.* Anguissola *cons.36. num.1. volum.1.* Alphonsus Villagata *decis.20. num.91. vol.1.* Franciscus Viuius *decisionib. Neapolitanis. lib.3. decis.307. numero 6.* & *in syllaba communium opinionum. lib.2. opinione 578. numero 4.* Ioannes Bottia *cons.59. à num.50. lib.1.* Crassus *de success. ex testamento, & ab intestato. §. successio ab intestato. quæst.9. num.7.* Octauianus *decis. Pedemontana 100. numero 31.* Antonius Thesaurus *decis. Pedemontana 225. num.6.* Velascus *de partis. c.16. n.50.* Cacherranus *decis.100. nu.3.* Andreas Geyl *in iis, qui observationibus. lib.2. observat.126.* Monterosus *l. pactum, quod dotali. num.14. C. de pactis.* Bottatus *cons.432. numero 70.* & *cons.471. numero 24. volum.4.* Rebellus *de iustitia. part.2. lib.1. quæstione 9. numero 2. vers. vnde colligit.*

Molina Societatis IESV *tomo 3. de iustit. disputat. 579. num. 38. & 40.* Azor *tom. 2. institut. moralium. lib. 2. cap. 18. quæst. 2.*

34 Sed vrgentius dubium est, an esto id iuramentum non confirmet contractum, obliget tamen, ita vt periurus sit illud non implens: In memoriam reuocare oportet quæ diximus in hoc tractatu lib. 3. cap. 12. numero 1. nempe diuersa esse contractum non firmari iuramento, & iuramentum nullam obligandi vim obtinere: sitque enim iuramentum non habere vim confirmandi contractum, & tamen habere vim obligandi in foro conscientiæ, ita vt illud non implens periurus sit, sicut contingit iuxta frequentissimam sententiam in iuramento non reuocandi testamenti, quod quidem contractum non confirmat, neque irreuocabilem reddit, at non implens est periurus. Dubitatur ergo, an esto iuramento hoc non confirmetur pactum de hæreditate viuentis, absque eius consensu initum, obliget tamen id iuramentum? Et quidem fere omnes Doctores numero præcedenti allegati aperte sentire videntur iuramentum non obligare. Quia ideo probant eum contractum iuramento non firmari, quod is contractus bonis moribus vniuersalibus, & canonicis aduersetur; & adducunt *regul. non est obligatorium, de regulis iuris, in 6.* quæ decidit iuramentum bonis moribus aduersum vi obligandi destitui, atque ideo in ea clarè sunt opinione, vt censeant id iuramentum non obligare. Et in propriis terminis hanc partem sustinent Imola *cap. cùm contingat. numero 32. de iureiurando.* Salycetus *d. l. finali. num. 10. C. de pactis.* & ibi Fulgos. *num. 14.* Ancharanus *cons. 403. numero 3.* Fulgos. *cons. 75. dub. 1.* Socinus iunior *cons. 44. num. 21. volum. 2.* Beroius *cap. in præsentia. numero 195. de probat.* Ruin. *cons. 204. num. 8. volum. 1.* Angelus *l. si quis pro eo, in princip. num. 6. ff. de fideiussor.* Matthæus Vresembetius *cons. 71. num. 6. volum. 2.* Monterosus *l. pactum, quod dotali. num. 14. C. de pactis.* & inclinat, licet dubius, Guillelmus Benedict. *cap. Raynutius. verb. duas habens filias. numero 195. fin. & 196. de testament.* Humberitus de Bonaueo *eodem num. 61.* & clarè videtur eam tenere Andreas Fachin. *in controuersiis iuris, lib. 8. cap. 72. in 3. sententia*: retulerat enim duplicem. Prior erat, iuramento confirmari hunc contractum: posterior autem, non firmari, at obligare iuramentum: & addit tertiam sententiam veram, & communem esse, huiusmodi pacta non firmari iuramento; & quamuis non explicet, an iuramentum obliget, id tamen manifestè sentit, cùm opponat hanc sententiam duabus à se relatis, quarum altera erat, iuramentum illud obligare, at non confirmare contractum: & Corneus *eo. authent. sacra puberum. numero 47.* licèt dubius, docet non obligare, quia redundat in detrimentum tertij, nempe eius, cuius datur votum captandæ mortis.

35 Cæterùm multo vetius existimo, iuramentum illud obligare. Ducor, quia, vt probauimus in hoc tract. lib. 3. cap. 12. numero 3. ad discernendum, an iuramentum obliget, necne, non satis est pacta ipsa esse prohibita, ac irrita iure humano, ac consequenter iniqua, peccatique ea ineundo, sed opus est simul concurrere alteram ex duabus conditionibus; vna est, vt iuramentum reddatur quoque irritum; altera, vt executio ipsa talis pacti, illiusque obiectum sint culpa lethalis, aut venialis. At neutra conditio in hoc casu concurrit. Non prior, quia nullo iure reperitur tale iuramentum reddi irritum: neque enim iura canonica, nec ciuilia allegata numero 1. improbantia votum captandæ mortis ex his pactis consurgens, meminêre iuramenti his pactis accedentis. Neque concurrit posterior conditio, quia etsi initi hæc pacta, eique consentiri dum viuit ille, de cuius hæreditate conuentum est, sit iniquum, & in damnum tertij, eo quod duter periculum captandæ mortis; at executio huius pacti, nempe, tradere hæreditatem eo iuramento promissam, mortuo iam eo, cui succeditur, nulla prorsus culpa est, neque in damnum alicuius cedit; quia cùm executio fiat post mortem eius, cui succeditur, iam tunc cessauit periculum captandæ mortis, ob quod executio posset esse mala, vel in damnum tertij vergere. Et confirmatur exemplo: iuramentum dandi fœminæ coniugatæ 10. aureos, si copiam sui corporis fecerit, iniquum est aduersùs ius naturale, fouêrque peccatum mortale in damnum viri, & dum conditio non est impleta, nullam prorsus obligationem patit, immo tenetur sub culpa lethali promittens resilire; at quia conditione semel impleta executio vacat omni culpa, nemini dubium est, iuramentum impleta iam conditione obligare. Nec valet, si dicas pecuniam promissam esse stipendium corporis, ac proinde lege iustitiæ debitam: nam similiter obligaret iuramentum, licèt ea pecunia gratis omnino vltra stipendium lege iustitiæ debitum promitteretur. Tandem, quia non est adeò contra bonos mores huiusmodi pactum de hæreditate viuentis, vt optimè considerat Covarr. *rubr. de testament. 2. part. numero 15.* quippe occasio captandæ mortis maximam iniqui animi pacificentis præsumptionem supponit, quæ in Christiana religione non est facilè admittenda: nam ex substitutionibus, & primogeniis, cùm post mortem possessoris succedendum sit, idem periculum captandæ mortis consurgit, cùm tamen eas substitutiones, & primogenia nemo damnet. Et ideo hanc partem sustinent Alciatus *cap. cùm contingat. num. 82. de iureiurando.* Romanus *cap. finali. numero 75. de pactis.* Alexander *l. stipulatio hoc modo concepta. numero 6. ff. de verborum obligatione.* Mourtal. *lib. 3. fori. tit. 6. l. 9. verb. sean deseredados, fine.* Menchaca *lib. 2. de success. creatione. §. 18. numero 195.* Molina *tomo 2. de iustit. disputatione 271. columna 5. §. dubium est, & sequenti.*

36 Rursus difficultas est, an possit concedi huius iuramenti relaxatio ab Episcopo, sicut conceditur relaxatio iuramenti soluendi vsuras? Videtur enim non posse, quia cùm temporis conceditur hæc relaxatio, quando ea est turpitudo ex parte recipientis, vt rem acceptam teneatur restituere, vt contingit in iuramento soluendi vsuras, sicut probauimus in hoc tract. libro 3. cap. 21. numero 6. At accipiens hæreditatem, de qua conuentum erat, nullam admittit turpitudinem, nec tenetur eam restituere; ergo non potest relaxari hoc iuramentum. Sed vetius credo cum Alciat. *cap. cùm contingat. numero 82. de iureiurando*, dari posse relaxationem, quia recipiens tenetur eam hæreditatem restituere; non enim sibi gratis collata est ea hæreditas, sed virtute prioris pacti, quod prorsus viribus destitutum erat, omnique obligatione carens, iuxta *l. final. C. de pactis.*

37 Quartò limitatur, vt non habeat locum decisio *d. legis finalis. C. de pactis*, in foro conscientiæ, quando id pactum initetur recto fine, nec adest votum captandæ mortis in admittente pactum. Ita docent Purpuratus *l. finali. numero 122. & 123.* quamuis addat, si verisimile est fore, vt requisitus is, de cuius hæreditate agitur, consentiret. Idem absque hac limitatione tradit Seraphinus *de priuileg. iuramenti. priuileg. 20. numero 30.* Ducitur, quod decisio huius legis sola præsumptione periculi captandæ mortis nitatur; at leges præsumptione innitentes non obligant in foro conscientiæ, quando verum non est id, quod lex præsumit, vt tradit commune axioma, & inter alios Felinus *cap. 1. numero 40. verf. hanc sententiam. de constitut.* Cæterùm dicendum est, adhuc eo casu obligare hanc legem, vt bene tradunt Bolognetus *ea. l. finali. num. 49.* quia, vt optimè probat Vazquez *1. 2. quæstione 96. art. 4. disputatione 165. num. 16. & seqlitis sequenti*, duplex est præsumptionis genus, cui lex innititur. Prius est, quo legislator in quouis casu singulari aliquid præsumit, & ratione illius legem statuit, vt *cap. si, qui fidem, de sponsalib.* præsumitur eum, qui post sponsalia accedit ad sponsam, accedere affectu matrimonii; & quando lex huiusmodi præsumptioni innititur, ea cessante in singulari eiusdem casu cessat lex. Posterius est, quo legislator non præsumit fraudes, vel delicti periculum in singulis casibus, sed quia prudenter existimat in re aliqua nec raro hanc occasionem præberi, quò hæc pro posse impediat, legem vniuersalem statuit aliquid præcipientem, aut contractus irritantem, & huiusmodi lex non desinit obligare in singulari casu, eo quod in eo cesset præsumptio, sed oportet, vt in plurimum cesset præsumptio illa, vt lex vim obligandi perdat. Cùm ergo *l. finalis. Cod. de pactis*, innitatur præsumptioni posteriori generis, non satis est cessare in singulari casu, vt in eo non obliget.

38 Quintò limitatur, nisi esset statutum, vel consuetudo alicubi, vt pacta futuræ successionis absque consensu eius, de cuius hæreditate agitur, valerent; tunc enim valida essent pacta. Ita docet Baldus *l. cum Archimedora. 4. numero 12. C. ea in possessionem legatorum.* Purpur. aliis allegatis *l. pactum, quod dotali. num. 13. C. de pactis.* & ibi Alciatus *numero 33. & 34.* Tiraquellus alios allegans *de iure primogeniorum. quæstione 7. num. 5. & 6.* Andreas Gallus *in decisionibus Cameræ Imperialis d. 1. decis. 55. numero 10.* Auffretus *in addit. ad decisionem 453. capellæ Tolosanæ numero 4.* Menochius alios allegans *cons. 1. num. 166. fine. vol. 1.* Sed contrarium tenent multi alij, quia cùm pactum hoc fit bonis moribus aduersum, nullo statuto, aut consuetudine validum reddi potest. Sic Alexander *l. pactum, quod dotali. num. 4. C. de pactis.* & *l. finali. numero 4. C. eo. titulo.* Guillelmus Benedictus alios referens *cap. Raynutius. verb. duas habens filias. num. 197. de testament.* Decisio capellæ Tholosanæ *453. fine.* Natta *cap. quamuis pactum. de pactis, in 6. part. 2. numero 59.* habetur *tomo 6. tractatum. parte 2.* Euerard. *in suis locis legalibus, argumento à pacto ad legem. numero vltimo.* Villalobos *in suis communibus opinionibus. littera P. verb. pactum. num. 1.* Menchaca *de success. creat. lib. 2. §. 18. num. 258.* Crassus *de succes. ex testamento, & ab intestato. §. successio ab intestato. quæstione 9. numero 8.* & alios referens Andreas Fachin. *in suis controuersiis iuris. lib. 8. cap. 72. verf. retifondeo negando vtrumque.* Immo aliqui docent nec Principem supremum posse hoc pactum approbare, quamuis possit auferre pœnam illud ineuntibus statutam: sic Vulgarus, quem refert, & sequitur Purpurat. *ea. l. final. à numero 55. vsque ad 59.* & ibi Cagnol. *antiqua editione, à numero 89. nouæ, à numero 55.* Sed prior opinio tenenda est, quando consuetudo esset legitimè præscripta, ita vt sufficeret ad legem inducendam; & idem dicendum de statuto, quando editum, aut confirmatum esset à Principe potente condere legem. Quare verissimum est, posse Principem supremum id pactum approbare derogando decisioni *d. l. finalis*, vt optimè docent Bolognetus *ea. l. finalis. num. 66.* & ibi Guillelmus Benedict. *eodem. verb. duas habens filias. num. 203.* Et rationem hanc optimè reddunt, quod tota illa decisio fundata sit in præsumptione delicti procurationis mortis eius, de cuius hæreditate conuenitur; quæ præsumptio est iuris positiui: ergo potest tolli per Principem supremum, aut aliud statutum, aut consuetudinem vim legis habentem. Neque obstat id pactum appellari contra bonos mores; quia respondent optimè Tiraquellus, & Alciatus ibi, id quod est contra bonos mores, repugnante lege naturali, aut diuina, non posse lege aliqua, aut consuetudine approbari, secus si sit contra bonos mores propter prohibitionem, & præsumptionem legis humanæ.

39 Sextò limitatur fauore causæ piæ; valet enim pactum futuræ successionis fauore piæ causæ. Ita tradunt Baldus *l. finalis. numero 17. C. de pactis.* & ibi Romanus *numero 71.* & *72.* Corneus *numero 3.* Felinus *cap. in præsentia. numero 43. de probationibus.* Socinus *cons. 49. numero 7. volum. 4* additque Baldus, id pactum interpretari vt vltimam voluntatem; sicut in milite omnes hi probant, quia id pactum valet tanet milites, iuxta *l. licet. C. de pactis.* Ergo & fauore piæ causæ.

Sed existimo, hos Doctores non esse intelligendos de pacto successionis tertiæ personæ absentis, de quo loquuntur textus *cap. final. de pactis.* Nam dictum Doctorum intelligendum est iuxta textum, quem allegant, vt tradunt Bartol. *l. non solum. la 2. §. si liberationis. num. 7. ff. de liber. leg. at.* & multi, quos additionator ibi congerit *littera H.* Menochius *de præsumpt. lib 1. quæst. 37. num. 4.* Sed textus *cap. licet*, quem pro se allegant, continet longè diuersum casum, vt optimè aduertunt Purpurat. *l. final. num. 29. C. de pactis.* Menoch. *cons. 1. num. 164. fin. & 165. vol. 1.* quia *in ea l. licet. & l. pactum, quod dotali. C. de pactis*, conuenitur cum domino hæreditatis de eius successione, ac proinde, cùm ipse consentiat, non datur votum captandæ mortis, vt optimè etiam aduertit Purpuratus *ea l. licet. num. 41. 44. 45.* at *l. final.* conuenitur de hæreditate tertij absentis, nec consentientis, & ideo datur votum captandæ mortis. Secùdò, quia nec etiam inter milites valet pactum de hæreditate tertij absentis, prohibitum *ea l. finali*, vt tradunt Iason *ea l. final. num. 5.* & ibi Purpurat. *num. 19.* Bologn. *num. 32.* Alciat. *num. 10.* Menchaca *de successore. at. lib. 2. §. 18. num. 219. & nu. 225.* Berengarius Fernandez *in cap. vnic. de filiis natis ex matrimonio ad Morganaticam contracto, in preludio. cap. 1. num. 5.* quia in his militat eadem ratio captandæ mortis; & cùm agitur de præiudicio tertij, miles nullo gaudet priuilegio. *l. cùm filius, ad senatusc. ff. de testamentis. milit.* & omnes hi dicunt non esse hoc contra casum contentum *in l. licet. C. de pactis*, quia ibi approbatur pactum, quo milites de suæ propriæ hæreditatis successione conueniunt, non autem quando de hæreditate tertij viuentis. Ergo ex valore huius pacti inter milites non potest duci argumentum, vt valeat fauore piæ causæ. Quod si dicas dispositionem *d. l. final.* non posse habere locum in dispositione ad piam causam, vtpote cui ius ciuile præiudicare non potest: non, inquam, obstat, quia leges expectationem futuræ successionis condemnantes ob votum captandæ mortis vitandum, approbatæ sunt *cap. 2. de concessione prebende.* & licèt textus loquatur de legibus Gentilium prohibentibus hanc expectationem; at Glossa *verb. condemnare* ponit exemplum *in ea l. finali*, quamuis ea sit Imperatoris Christiani, & Abbas *ibi. num. 9.* ait non consistere vim in eo quod leges sint Gentilium, vel Imperatoris Christiani; quod clarè denotat textus: argumentatur enim à minori ad maius dicens; si leges Gentilium hanc futuræ successionis expectationem ex pacto inito exosam habent, & irritam, nedum Ecclesia Dei. Atque ideo non valere fauore piæ causæ pactum hoc de hæreditate tertiæ personæ viuentis, tradunt Purpurat. *ea l. finali. num. 30.* Iason *num. 5.* Alciat. *num. 21.* Menchaca *ea. §. 18. num. 220.* Berengar. Fernand. *ea. cap. 1. num. 3. & 4.* Claudius Aquensis *ea l. finali. num. 10.* Seraphim. *de priuileg. iuramenti. priuileg. 20. nu. 30.* an verò pia causa fruatur priuilegio *eius l. licet*, concesso militibus, dicemus num. 50. & sequentibus.

40

41 Septimò limitatur, nisi pactum hæreditatis viuentis non veniat principaliter, nec de illa principalis tractatus sit, sed veniat sub quadam vniuersitate bonorum, & tanquam annexa alteri hæreditati, cui licitè renunciatur, vt si quis hæres institutus, impuberique substitutus, vendat vtriusque hæreditatem; hanc enim venditionem valere probat textus *l. 2. §. 1. verf. illud potest. in fine. ff. de hæreditate, vel actione vendita.* vbi expressè decidit, valere eam venditionem, maximè si tam esset delata impuberis hæreditas tempore illius venditionis. Ergo idem intelligitur tempore vitæ pupilli, quando nondum est delata hæreditas, cùm dictio (*maximè*) in alio tempore verificari nequeat: quippe statim mortuo testatore defertur hæreditas. Atque ita docent Glossa *ea l. 2. verb. maximè. in 2. solutione.* Bartolus *l. finali. num. 2. ad fin. C. de pactis.* & ibi Baldus *num. 22.* Iason *num. 13.*

num. 15. Decius *numero* 21. Paulus *numero* 10. Iacobinus de Sancto Georgio *numero* 40. Bolognetus *num.* 41. & *num.* 90. idem Bartolus *l. stipulatio hoc modo, ad finem. ff. de verborum obligat.* Antonius Gomez *l.* 22. *Tauri. num.* 16. *fin.* Menchaca *de succes. creat. lib.* 2. §. 18. *num.* 256. Gutiert. *de iuramento. part.* 1. *cap.* 45. *numero* 3. Monterosius *l. pactum, quod dotali. numero* 14. *C. de pactis.* Riminaldus iunior *cons.* 580. *numero* 37. *volum.* 5. Hermannus Meyrer *tractat. de succes. testamentariis. l.* 4. *tit.* 17. *fin.* Et rationem reddit Bolognetus *eo numero* 90. quia quando hæreditas venit sub vniuerso, vel ratione connexitatis, non videntur pacificentes cogitare de morte alterius, seu habere votum captandæ mortis, nec hæreditatis alienæ personæ viuentis studiosi esse, neque id animus præsumitur, cùm propter aliam rem, & ad alium finem facta fuerit conuentio. Quamuis autem hic casus valde probabilis sit, at à multis impugnatur dicentibus huiusmodi pactum esse inualidum, nec *eo ea l.* 2. agi de substitutione pupilli viuentis, nec dictionem (*maxime*) pupillum tunc viuere arguere, sed nondum esse delatam hæreditatem pacificenti, quod etiam pupillo mortuo potest in variis eventibus contingere. *l. is, qui habet. ff. de acquirenda hæreditate. l. delata. ff. de verborum significat.* Et ita sentit Glossa *ea l.* 2. *verb. maxime. in* 1. *solutione.* & *l. final. verb. pactisi. C. de pactis.* & *l. quidam in turc.* 30. §. *final. verb. constabat. ff. de donationibus*, dum ait, abundare dictionem (*maxime*) *in ea l.* 2. & tenent Alciatus *ea l. finali. num.* 48. & ibi Folgosius *num.* 8. Curtius iunior *num.* 27. & 64. Curtius senior *num.* 25. Corneus *num.* 2.

42 Quamuis autem dicetemus non valere huiusmodi pactum quoad hæreditatem pupilli viuentis, non subinde dicendum est, esse quoque irritum quoad alia bona in pacto illo conuenta, quæ poterant in pactum deduci; sed quoad illa valebit vitiata alia parte. Nec obstat donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum irritam iuxta ius commune, vel omnium bonorum præsentium irritam iure huius regni, irritari in totum iuxta veriorem opinionem, tum quia non est ita certum, quin multi teneant contrarium: tum etiam, quia quamuis id certum esset, est differens ratio, quia in hac donatione nullus est iure aliquo terminus præscriptus, vsque ad quem valeat, & vsque ad quem non valeat. Quare si esset inualida quoad totam summam, & non quoad reliqua in ea inclusa, confusionem maximam pateret; at in nostro casu est præscriptus terminus, vsque ad quem valere possit pactum hoc, nempe, quoad totam summam, excepta hæ successionis futuræ persona viuentis; & ideo donationem vltra quingentos solidos absque insinuatione factam tenent Doctores valere vsque ad eos quingentos solidos, non autem quoad excessum: & ita ferè in nostris terminis tradit Cagnolus *l. final. antiqua editione. numero* 53. *in notis. numero* 34. *C. de pactis*, allegato Signorolo *consilio* 116. vbi ait initum pactum super hæreditate fratris viuentis, & super alia incertæ personæ, valere quoad posteriorem partem, vitiata priori. Idem docent Alexander *cons.* 83. *numero* 17. *lib.* 2. & Purpuratus *ea l. final. numero* 202. *versic.* 2. *declaretur.* vbi tradunt dispositionem continentem pactum de futura successione tertiæ personæ viuentis, & donationem aliàs validam vitiari quoad solam priorem partem; & idem Cagnolus *eadem l. final. antiqua editione. numero* 101. *in nova. numero* 65. & ibi Bolognetus *numero* 59. alios multos allegans, vbi dicunt filiam renunciantem in manibus patris successioni paternæ, maternæ, & auiæ, renunciare quidem validè quoad paternam, in qua est consensus patris, modò interueniat iuramentum, iuxta *cap. quamuis pactum. de pactis, in* 6. non autem quoad alias hæreditates, in quibus deest consensus matris, & auiorum, de quorum hæreditate agitur.

Vltimò limitatur, nisi alienatio hæreditatis personæ viuentis veniat ex quadam necessitate in consequentiam contractus liciti præambuli; tunc enim valet, & probatur ex *l. si quis seruum.* 24. *ff. de actione empti.* vbi dicitur, manumittentem seruum, quem cum peculio vendiderat, teneri cauere restituturum iri quidquid ex libero hæreditate ad eum prouenerit. Vbi Glossa *verb. restituatur*, ait ideo id pactum de futura successione valere, quia non sponte, sed necessitate imponitur, ob præcedentem contractum validum, ex quo manumittens tenebatur seruum tradere, ac non fierit promissis, sed eum manumisit. Atque ita tradunt Ioannes Andreas *addition. ad Speculatorem. tit. de pactis.* §. 1. *verb. vel sperare*, Dominicus *cap. quamuis pactum. numero* 10. *de pactis. in* 6. Bartolus *l. stipulatio hoc modo concepta, ad finem. ff. de verborum obligatione.* & *l. final. in* 1. *lectura. numero* 17. & 22. *C. de pactis.* & ibi Baldus *numero* 10. Iason *numero* 8. *limitatione* 6. Paulus *numero* 10. Corneus *numero* 2. Alciatus *numero* 49. Bolognetus *numero* 44. Imola *cap.* 2. *numero* 10. *de concess. prebenda.* Boërius *cons.* 50. *num.* 8. Guido *cons.* 15. *numero* 2. Parisius *cons.* 26. *numero* 82. *vol.* 1. Tiraquellus *post leges connubiales, glossa* 8. *quæstione* 3. *numero* 199. Monterosius *l. pactum, quod dotali. numero* 14. *C. de pactis.* Riminaldus iunior *consil.* 580. *numero* 14. *vol.* 5. cuius rationem tradunt Alciatus, & Bolognetus ibi, quia cessat præsumptio animi procurandæ mortis alterius, nec de ea solicitus esse præsumitur, qui ex necessitate prioris contractus inuitus, quamuis ex culpa sua, cogitur.

SVMMARIVM.

Hæreditas non potest dari ex pacto, sed solo testamento, nisi inter milites. n. 44.

Pactum mutuæ successionis quomodo valeat. inter milites, & in quo eorum priuilegium consistat quoad hoc n. 45.

An textus cap. licet. de pactis, prohibens pactum mutuæ successionis intelligatur comprehendere donationem causâ mortis: num. 46.

An possit hæreditas dari donatione causâ mortis, vel codicillis: refertur quædam sententia. n. 47.

Explicatur sententia authoris; & an pars hæreditatis possit dari extra testamentum: n. 48.

An donatio causâ mortis, quia datur hæreditas, sit omnino irrita, vel valeat, tanquam fideicommissum? numero 49.

An fauore piæ causæ possit hæreditas pacto dari, & priuilegia militum in hoc gaudeat? refertur quædam sententia. numero 50.

Explicatur sententia authoris: & an id pactum interpretetur tanquam vltima voluntas, & an lex similis possit aliquid disponere in iis, quæ ad pias causas spectant; & eodem fauore, quo gaudet Ecclesia, gaudeant quoque relictæ ad pias causas? n. 51.

Soluuntur argumenta. n. 52.

QVÆSTIO tertia versatur circa intellectum *l. hæreditas. C. de pactis conuentis*, vbi deciditur, hæreditatem extraneis testamento dari, vbi Baldus *statim in principio* inde colligit, & cum eo vniuersi Doctores, non posse dari pacto. Idque aptiùs probatur ex *l. licet. C. de pactis.* & *l. regia* 33. *titulo* 11. *parte* 5. vbi dicitur, inter priuatos non valere pactum mutuæ successionis, sed tus inter milites. Ratio autem decisionis est, vt optimè tradit Alciatus *l. pactum, quod dotali. numero* 12. *C. de pactis*, quia posse quempiam de patrimonio in tempus mortis disponere, est speciali legis indulgentia concessum, cum in id tempus dispositio referatur, in quo non est futurus dominus: at lex hanc dispositionem indulsit, dummodo certa forma fieret, nempe, testamenti solemnis.

Hoc

45 Hoc autem priuilegium militum concessum illis *eo cap. licet*, vt valeat inter eos pactum mutuæ successionis, & sic hæreditas detur pacto, in eo situm est, vt cùm id pactum, vtpote inter viuos celebratum, solùmque executione in mortis tempus dilata, transeat à natura pacti irreuocabilis in vltimæ voluntatis ad nutum eorum reuocabilis naturam, & sic valeat, & sustineatur tanquam vltima voluntas, quod non contingit in eiusmodi pacto inter alios celebrato, sed manet intra pacti limites, & minimè valet. Et ita expresè tradunt Bartolus *ea l. licet. in* 2. *lect. num. vnic. ad medium.* & *in* 1. *lectura, statim in princip. in summa illius legis*, & ibi Bald. *num.* 4. Purpur. *num.* 2. & 41. Bologn. *num.* 32. Suarez *l. quoniam in prioribus, limitat.* 5. *ad l. regni. num.* 10. Berengarius Fernandez *in cap. vnic. de filiis natis ex matrimonio ad Morganaticam contracto, in præludio. cap.* 2. *num.* 7. idque non obscurè significat textus *eo cap. licet*, ibi; *cùmque voluntas mulieris vim supremi iudicis obtineat.*

46 Hinc deducitur, minus bene Alexandrum *cons.* 28. *per totum*, & maximè *num.* 5. *vol.* 5. asserere, ex *ea l. licet* probari non posse donatione causâ mortis dari hæreditatem, & esse speciale in milite, vt sic data valeat. Sed is textus id non probat; quia dum inter priuatos pactum non verè decidit, loquitur de pacto irreuocabili, & non de donatione causâ mortis, quæ reuocabilis est, vt constat ex illis verbis textus, *nec donationis quidem mortis causâ gesta efficaciter spem ostendat.* vbi clarè decidit textus, non esse verè pactum ibi reprobatum donationem causâ mortis, nec efficaciter eius spem ostendere; & ideo Purpuratus *ibi. num.* 33. ait verba sonum habere donationis causâ mortis, refragari autem mentem, cùm priuati illi pactum inierint irreuocabile; & Glossa *ibi, verb. mortis*, ait id pactum esse simile huic donationi, at verè non esse donationem causâ mortis, quam vniuersi Doctores ibi sequuntur, & solùm in tradenda ratione, cur non fuerit donatio causâ mortis, defatigantur; & expressiùs ibi Baldus *num.* 1. Salycetus *num.* 1. *notab.* 2. dicunt tale pactum, licèt collatum post mortem, non esse donationem causâ mortis: & clarè hoc probatur ex *l. regia* 33. *tit.* 11. *part.* 5. quæ concordat cum *d. l. licet.* vtitur enim hoc verbo (*pleno, o permission:*) & ibi Greg. Lopez *verb. todo*, ait id priuatorum mutuæ successionis pactum ex vi ipsius esse statim irreuocabile, & solum executionem differri ad mortis tempus. Et sic ea lex hanc rationem tradit, cur non valeat inter priuatos id pactum, quia datur ansa captandæ mortis; & ibi Greg. Lopez *verb. ocasion*, eam simul rationem assignat, quod tollatur libera testandi facultas: & hanc quoque posteriorem rationem tradunt Bartol. *ea l. licet. 1. lect. num.* 2. & vtramque tradit Suarez *l. quoniam in prioribus, limitat.* 5. *ad l. regni. num.* 11. & Anton. Gomez *l.* 22. *Tauri. num.* 17. Quarum neutra vera esset, si textus *in l. licet*, nomine pacti successionis ibi reprobati intelligeret donationem causâ mortis: quippe cùm illa sit ad nutum reuocabilis, non aufert liberam testandi facultatem; eam enim reuocans poterit testari: neque etiam præbet ansam captandæ mortis, cùm mutuo consensu fiat, & de propria hæreditate pactum sit, & non de aliena, cui pacificentes successuri sunt; & si postea inuenerint periculum imminere, poterunt reuocare. Hæc enim ratione dixi num. 14. renunciationem hæreditatis personæ consentientis non inducere votum captandæ mortis. Præterea, quia si textus nomine illius pacti intelligeret donationem causâ mortis, decidetètque eâ posse donari hæreditatem inter milites, non autem inter priuatos, non consisteret priuilegium militis in transitu pacti irreuocabilis in vltimam voluntatem, cuius contrarium ex multis dixi num. præcedenti.

47 Vnde aliqui censent, donationem causâ mortis, qua donatur hæreditas, valere, quia donatio causâ mortis omnium bonorum præsentium, & futurorum valida est, nec prohibitio similis donationis, quam frequentissima sententia colligit ex *l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obligation.* & est expressa, etiamsi solùm sit de omnibus bonis præsentibus, *in l.* 69. *Tauri.* hodie *l.* 8. *tit.* 10. *lib.* 5. *recopilat.* extenditur ad donationem causâ mortis, vt bene tradunt Iulius Clarus *lib.* 4. *recepiur.* §. *donatio. quæst.* 19. *num.* 7. Molina alios allegans *lib.* 2. *de primogeniis. cap.* 10. *num.* 14. Gutiet. *de iuramenti confir. 1. p. c.* 11. *fin.* Molina Societatis Iesv *tom.* 2. *de iustitia. disput.* 280. *col.* 5. & *disput.* 288. *col.* 7. *vers. ne vero ad hanc.* Hæc enim, vtpote quæ reuocabilis est, non aufert liberam testandi facultatem, quæ fuit ratio prohibitionis donandi inter viuos omnia bona: at idem videtur donare omnia bona præsentia, & futura, ac donare hæreditatem; hæreditas enim nihil aliud est, quàm successio in vniuersum ius, quod defunctus habet tempore mortis. *l. nihil aliud. ff. de verbor. significat.* & ita expresè tradit Decius *ea l. licet. num.* 10. vbi reiecta concordia Iasonis, quam num. sequenti referemus, ait valere donationem causâ mortis omnium bonorum, & hæreditatis futuræ, & allegat pro se Baldum *cap.* 2. *num.* 1. *vers. cum ergo, de feudo dato in vicem legis commissoria*, vbi eadem verba dicit. Idem tenet Andre. Fachin. *lib.* 6. *controuers. quæst.* 91. dicens expresè valere donationem causâ mortis, hæreditatis, & quamuis *paulo post principium* videatur amplecti concordiam Iasonis, paulo post, *vers. ex quo infertur*, reiecta ea concordia dicit valere huiusmodi donationem totius hæreditatis, & ad *l. hæreditas. C. de pactis conuentis*, quatenus decidit hæreditatem non posse dari pacto, dicit intelligi de pacto irreuocabili, secus de donatione causâ mortis, quæ reuocabilis est.

Sed existimo hæreditatem non posse donari donatione causâ mortis, vt tradunt Bart. *l. licet, in* 1. *lect. num.* 1. *in* 2. *statim in princ. C. de pactis*, & ibi Paulus *n.* 4. Alex. *num.* 1. Angelus *ad fin.* Corneus *num.* 2. Alciatus *num.* 12. 48
Atque idem tradunt ibi Iason *num.* 15. & Curtius senior *in repetitione eiusdem legis. num.* 11. limitantes hi duo, quando hæreditas donatur vt ius vniuersale, secus si restringatur ad præsentem, quia tunc intelligitur hæreditas, id est, bona. Sed nec modica difficultas est de hac posteriori parte, an non tantùm tota hæreditas, sed etiam hæreditatis pars possit donari extra testamentum? De qua re consulendi sunt Menochius *cons.* 1. *num.* 150. *vol.* 1. & *cons.* 923. *num.* 13. *vol.* 10. Antonius Gabr. *tit. de pactis tota concl.* 1. Fachin. *lib.* 3. *controuers. iuris. cap.* 84. & *verbis sequentibus.* Casiall. *in suis quæst. præl. quæst.* 140. Ducor autem, quod *l. hæreditas* expresè decidatur, hæreditatem in testamento dandam; cuius rationem reddidimus numero 44. quod velint iura non aliter de hæreditate disponi, quàm solemnis testamenti forma seruata, quod in donatione causâ mortis procedit, cùm ea non sit testamentum, nec valeat expositio illius textus, quod sola pacta irreuocabilia excludat; quia *ea l. hæreditas* decidit, hæreditatem ex testamento extraneis dandam: vbi Glossa *verb. extraneis*, ait extraneos appellari, qui ab intestato non succedunt. Quare à contrario sensu vult textus ille hæreditatem non seruata testamenti solemnitate posse dari descendentibus, atque ita fatentur vniuersi; at hæreditas nulli potest dari per pactum irreuocabile, quippe auferretur libera testandi potestas. Rursus, quia hæreditas codicillis dari nequit. *l.* 2. *C. de codicillis. & §. penult. inst. eodem tit.* cùm tamen codicillus reuocabilis sit. Neque obstat ratio contraria, quia, vt optimè ait Angelus *cons.* 179. *num.* 4. *fin.* ea est differentia, quod succedens in hæreditatem repræsentat personam defuncti in ea parte, in quam succedit; non sic autem de donatario omnium bonorum.

Quamuis autem hæreditas nequeat dari donatione causâ mortis, non dicendum est eam donationem omnino irritari, sed non valere in vim hæreditatis relictæ, vtpote quæ solo testamento dari potest; neque alius modus instituendi hæredis adest: at valebit in vim fideicommissi, iuxta *l. Saufeia. & l. ex facto, in princip. ff. ad* 49

Trebellia

Trebellianum: sicut enim bonorum vnitueritas dari codicillo potest in vim fideicommissi, vt quando institutus hæres iuberet in codicillo hæreditatem alicui restituere *l. 1. C. de fideicommissis*; ita etiam potest donatione causâ mortis in vim fideicommissi dari. Quare donatarius ille non erit hæres par hanc donationem, sed hæres erit qui ab intestato successurus erat, qui donatario renebitur eam hæreditatem restituere, retenta sibi quarta Trebellianica, perinde ac ex fideicommisso eam quartam deduceret. Et ita tradit Alciatus *l. licet. num. 13. C. de pactis*, & ibi Curtius senior *repetitione eiusdem legis. num. 11.* Matthæus Vresembetius *cons. 71. n. 21. 28. 41. vol. 2.*

50 Tandem dubium est, an id priuilegium militibus concessum *ea l. licet. C. de pactis*, vt hæreditas propria data pacto valeat, cujus meminimus num. 14. habeat etiam locum in pia causâ? Negant aliqui. Ducuntur, quod id pactum non valeat fauore filiorum *l. pactum, quod dotali. C. de pact.*, at filiorum fauor antefertur fauori piæ causæ, iuxta illud D. Augustini relatum *c. finali. 16. q. 1.* Qui filiis exhæredatis Ecclesiam vult instituere, alium quærat consultorem. Secundò, quia *l. licet* procedit in solo pacto reciproco inter milites; non ergo habet locum fauore piæ causæ, cùm non sit pactum reciprocum, sed illi soli successio concedatur pacto. Tertiò, quia fauor concessus militibus *ea l. licet*, est in fauorem militis pacto relinquentis successionem ob occupationes in tuenda Republica, & non est in fauorem eius, cui relinquitur; & ita si eo pacto relinquatur hæreditas militi à non milite, non valet: ergo nec valet pactum, quo à priuato relinquitur piæ causæ hæreditas, cùm pia causa non sit, quæ relinquit, sed cui relinquitur. Et ideo hanc partem sustinent Baldus *l. 1. num. 47. C. de sacrosanct. Eccles.* Iason *l. licet. num. 7. C. de pactis*, & ibi Alciatus *num. 11.* Romanus *repetit. authent. similiter. num. 23. C. ad l. Falcidiam.* Monteros *l. licet. num. 6.* & *l. pactum, quod dotali. num. 12. vers. & dictum. C. de pactis.* & alij, quos refert Tiraquel. *de priuileg. pia causa. priuileg. 106. num. 2.* & alij, quos refert Menochius *cons. 92. num. 11. volum. 1.*

51 Sed multò verius est, ac frequentissimè receptum, fauorem hunc militum extendi ad pias causas, atque adeò pactum successionis, vel hæreditatis propriæ dandæ fauore piæ causæ valere. Ducor, quod maior piæ causæ fauor sit, quàm militiæ, vt constat ex aliquibus, quæ congerit Iason *l. licet. num. 6. & 7. C. de pactis.* Si ergo is fauor conceditur militibus, cur non piæ causæ? Et confirmatur, quia ideo valet fauore militum, quod milites non astringantur seruare in sua vltima voluntate declaranda solemnitates iure ciuili peritas: sed his omissis valeat *l. 1.* cum ibi notatis. *ff. de testament. & l. similes. C. de testamento militis.* Quam rationem apertè tradit textus *eo cap. licet*, ibi; *cùm voluntas militum, quæ super vltimo vitæ spiritu, deque familiaris rei decreto quoquo modo contemplatione mortis in scripturam deducitur, vim postremi iudicij obtineat.* At eadem prorsus ratio militat in dispositione ad pias causas, quippe ad eius valorem non exigitur solemnitas aliqua iure ciuili inducta, sed sufficit sola iuris gentium, & canonici, vt constat ex *cap. relatum. el 1. de testament.* ibi; *iam non secundum leges, sed secundum decretorũ statum tractetis.* Et quamuis textus loquatur de relictis Ecclesiæ, optimè tamen Abbas *ibi. num. 7.* ait idem prorsus intelligendum esse de relictis ad pias quascunque causas propter rationis identitatem: Ecclesia enim propter animam, & contemplationem Dei priuilegiis munitur, idque colligitur ex doctrina Innocentij *eo. cap. relatum. fin.* vbi textum illum explicat de relictis Ecclesiæ, vel ad pias causas; idque optimè docent Bartol. *repetit. l. 1. nu. 75. C. de sacrosanct. Eccles.* Abbas *cons. 11. num. 1. volum. 1.* & *cap. finali. num. 14. de succes. ab intestat.* & *d. c. relatum. num. 3. & tribus sequentibus.* Couar. *cap. cùm tibi. num. 12. de testament.* & multi alij, quos refert, & sequitur Tiraquel. *de priuileg. pia causa. priuileg. 2. num. 1. priuileg. 3. initio.* & latiùs *priuilegio 102. 164.* Molina *tom. 1. de iustit. disput. 134. col. antepenultima. vers. ratio cur in dispositionibus. & tom. 2. disput. 279. col. 2. vers. his tamen nihil impedientibus. & disput. 280. col. 3. vers. nostram.* qui optimè addit in omnibus his locis, nec in his, quæ ad piam causam spectant, aliquam secularium Principum constitutionem vim habere, aut præiudicium afferre posse, nisi fuerit per Pontificem approbata. Ergo pia causa gaudebit eodem priuilegio. Rursus, quia *l. final. C. familiæ herciscundæ*, decidens testamentum inter liberos fieri quibuscumque indiciis, procedit in testamento condito ad pias causas, quod hæc dispositio non minori priuilegio gaudeat, quàm facta inter liberos, vt rectè docent Bartol. *eadem l. 1. num. 76.* Abbas *eo. cons. 11. num. 2. & eodem cap. finali. num. 14.* Tandem, quia fauore piæ causæ dispositio in quocumque contractu, vel actu inter viuos, quo disponès appellat piam causam suum hæredem, valet, vt optimè tradunt Bartolus *l. tale pactum. §. finali. num. 5. ff. de pactis.* vbi Iason latissimè soluens contraria argumenta *a num. 10. vsque ad 14.* & *l. licet. num. 8. fine. C. de pactis.* vbi Alexand. *num. 6. fin.* & *cons. 168. num. 6. vol. 5.* Barbatius, quem refert Tiraquel. *num. 2.* sed concludit eorum rationibus satis respondere Iasonem hic allegatum; & ideo apertè sequitur hanc sententiam: atque in propriis terminis id priuilegium militibus concessum extendi ad pias causas tradunt Baldus *l. finali. num. 17. C. de pactis.* & ibi Roman. *nu. 71. & 72.* Corneus *num. 3. fall. 2.* Felin. *cap. in præsentia. num. 43. de probat.* Bartholomæus Soricinus *cons. 49. num. 7. vol. 4.* Alexand. *cons. 168. num. 7. vol. 5.* & *cons. 12. num. 9. & 10. vol. 6.* & *l. pactum, quod dotali. nu. 4. C. de pactis.* & ibi Iacobinus de Sancto Georgio *num. 10.* Purpur. *num. 18.* idem Alexan. *d. l. licet. num. 6. fine.* & ibi Curtius iunior *num. 13. & 14.* Decius *num. 4.* Petrus de Vergnia *ibi in addit. ad Iacobum Burrigarium, ad finem.* idem Purpuratus *l. finali. n. 197. C. de pactis.* Guillelmus Benedict. *cap. Raynutius. verb. duas habens filias. a num. 296. de testament.* Socinus iunior *cons. 44. num. 45. vol. 2.* Calcaneus *cons. 13. num. 4. & 5.* Natta *c. quamuis pactum de pactis. in 6. part. 2. num. 60.* habetur *6. tomo tract. part. 21.* & ibi Francus *num. 6.* Eueardus *in suis topicis, loco à milite ad Ecclesiam.* Iason *l. stipulatio hoc modo concepta. num. 9. ff. de verb. obligat.* Suarez *l. quoniam in priorib. in limitatione 5. ad l. regni. num. 10.* Iacobus de Nouellis *lib. 14. de regulis iuris. reg. 151. fin.* Iacobus Richius *de vnione prolium. cap. vltim. num. 24.* habetur *tomo 6. tract. part. 1.* Gregorius Lopez *l. 13. verb. Caualleros. in. 11. par. 5.* Anton. de Petra *de fideicommissis. quæst. 4. post. num. 8. casu 2. limitat. 1.* & alij, quos refert Tiraq. *de priuilegiis pia causæ. priuileg. 105. num. 1.* & clarè ipse sequitur *num. vltim.* Nam relata contraria sententia sic concludit; sed tu vide Decium *d. l. licet. num. 4.* vbi hanc sententiam tenet, Couarruuiam sequutus fuit optimè Nauarr. *commentario 1. de regul. num. 27. vers. ad 3.* vbi ait; non valet promissio hæreditatis, vel omnium bonorum præsentium, & futurorum alia causa, quàm pietatis, & animæ saluris. Quare sicut quando pacto instituitur miles, id pactum fauore militiæ transit in vltimam voluntatem reuocabilem vsque ad mortem, vt dixi num. 2. ita id pactum fauore piæ pausæ interpretabitur vt vltima voluntas reuocabilis vsque ad mortem, vt bene tradunt Bald. *ea l. finali. num. 17.* Alex. *eodem cons. 168. num. 7.* Francus *eodem nu. 6.* Decius *ea l. licet. num. 4.* Socinus iunior *eodem num. 45.* Purpur. *eo l. pactum, quod dotali. num. 18.* Bartholomæus Soncinus *eo. n. 7.*

Nec obstant in contrarium adducta num. 50. quia ad 52
primum respondetur, id vetum esse quoad legitimam filiorum, quæ tanquam debita præfertur piæ causæ: at extra illam fauor animæ, qui in expendendis pro pia causa versatur, antefertur. *l. sancimus. C. de sacrosanctis Eccles.* Ad secundum, negandum est antecedens: nam respondent Alexand. & Decius num. præcedenti allegati, & Gregorius Lopez *l. 13. verb. dos. in. 11. p. 5.* eam etiam procedere

procedere vbi pactum non esset reciprocum; & ex sola facti contingentia in illo textu dispositio collata fuit in alium militem: at textus procedit etiam si miles in non militem disposuisset; & probatur ex ratione, quam adducit textus ibi; *cùm voluntas militum.* Ad vltimum respondet optimè Curtius iunior *ea l. licet. numero 14.* Quamuis textus ille procedat fauore testatoris, quando miles disponit; at quia ratio expressa in illo, nempe respectu testamenti militis esse remissas solemnitates iuris ciuilis, procedit æquè, immo fortiùs quando pia causa est instituta, vt probaui num. præcedenti: ideo iure optimo fauor ille extenditur ad pactum, & dispositionem quamcumque quibus pia causa instituitur.

SVMMARIVM.

An renunciatio hæreditatis paternæ, & cuiuscumque iuris, & actionis facta in Societate IESV *absque consensu parentum valeat, sine fiat in fauorem Societatis, siue communitatis pia, vel priuati? proponuntur probantia partem negatiuam. n. 53.*

Explicatur sententia authoris; & ostenditur, totam rationem l. finalis. C. de pactis, interdicentis renunciationem hæreditatis viuentis esse, nec detur votum captandæ mortis. n. 54. vsque ad 58.

Explicatur non dari id periculum, quando renunciatio fit fauore alicuius communitatis. n. 55.

Soluuntur argumenta, explicantiorque. num. 56. iuncto num. 57. in fine.

An donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum fauore causæ pia valeat? n. 59.

53 QVÆSTIO tertia. An renunciatio hæreditatis parentum, & cuiuscumque iuris, & actionis factæ à religioso Societatis IESV in fauorem alicuius Collegij ipsius Societatis, vel alterius operis pij, aut consanguinei pauperis, iuxta præscriptum constitutionum eiusdem Societatis, quas retulimus cap. præcedenti, valeat quando fit absque consensu eorum, quibus succedendum est? Et quidem cùm renunciatio illa possit fieri iuxta præscriptum constitutionum, vel in fauorem alicuius communitatis piæ, vt Xenodochij, Ecclesiæ, conuentus alicuius religiosi, siue Societatis IESV, sine alterius religionis, & possit etiam fieri in fauorem alicuius priuati pauperis, siue sit consanguineus, siue extraneus, in vtroque casu difficultatem habet quæstio hæc, & maiorem in posteriori; & videtur in neutro casu valere. Primò, quia renunciatio hæreditatis personæ viuentis absque eius consensu contra decisionem textus *l. finalis. C. de pactis*, non valet fauore causæ piæ, vt probauimus num. 40. Secundò, quia nec valet ea renunciatio facta fauore Ecclesiæ, vel Vniuersitatis, aut Collegij, vt tradunt Iason *ea l. finalis. num. 5.* Alciatus *num. 21.* Purpurat. *numero 30. & 31.* Claudius Aquensis *num. 10.* Menchaca *de success. quæst. lib. 2. §. 18. num. 220. & 221.* Berengarius Fernandez *in cap. vnic. de filiis natis ex matrimonio ad Morganaticam contracto, in praludio. c. 1. num. 3. & 4.* addens, licet pactum initum inter duas Ecclesias. Tertiò, quia nihil refert, si dicatur non dari votum captandæ mortis eius, cuius successioni renunciatur, quando in fauorem alicuius communitatis piæ fit, vt Ecclesiæ, Xenodochij, conuentus religiosi: nam non est sola ratio decisionis textus *d. l. final.* prohibentis pacta de futura hæreditate, quod ex his pactis consurgat periculum captandæ mortis eius, cui succedendum est; sed alia quoque ratio assignatur in fine illius textus his verbis; *cùm in alterni rebus contra domini voluntatem aliquid fieri, vel pactis secla temporum nostrorum non patiatur.* Atque ita num. 12. ex omnium sententia conclusi non valere id pactum initum à parentibus circa hæreditatem filiorum, cùm tamen non detur in illis votum captandæ mortis filiorum, quin potiùs præsumantur illorum vitam propriæ anteferre. *l. ipsi quidem. ff. quod metus causâ.* & ideo Baldus *ea l. finali. num. 5.* Paulus *num. 5.* Alexand. *num. 2.* Iason *nu. 5. & 14.* Roman. *num. 11.* Curtius iunior *num. 10.* Corneus *num. 4. super Glossam. verb. alienæ.* Curtius senior *num. 13.* Cagnol. *antiqua editione. num. 109. nova. num. 68.* Gozadinus *num. 17.* Berengarius Fernandez *cap. 1. proximè allegat. num. 2. & 3.* dicunt eam decisionem procedere in parentibus, quia licèt in eis non detur votum captandæ mortis, habet tamen locum ratio prædicta posita in fine illius legis. Et etiam n. 14. probauimus decisionem illius legis habere locum in extraneis, cùm tamen in illis non videatur dari votum captandæ mortis, cùm nullam spem probabilem succedendi illi, de cuius hæreditate agitur, videantur habere. Et ideo Albericus *ea l. finali. num. 6.* Curtius iunior *num. 2.* Cagnol. *antiqua editione. num. 15. & 16. nova. num. 8. & 9.* dicunt deficere in extraneis votum captandæ mortis: at in eis quoque decisionem illius legis vim habere, quia in eis locum habet ratio posita in fine illius. Et confirmatur, quia Menchaca hoc num. in ratione 2. allegatus fatetur in Ecclesia, & Vniuersitate non votum captandæ mortis, & tamen habere locum decisionem illius legis, quia militant aliæ illius rationes; & Couar. *cap. quamuis pactum. 2. part. initi. n. 2.* dicit non esse solam rationem illius legis, quod detur votũ captandæ mortis, & addit *rubr. de testament. 2. part. n. 15.* nec hanc esse potissimam rationem, sed quod turpe sit agere de bonis, in quæ adhuc viuenti succedendum est, absque eius consensu; & Crassus *de success. §. success. ab intestato. q. 9. n. 2.* ait triplicem rationem huius decisionis solere assignari. Prima est, votum captandæ mortis. Secunda, quia auferitur libertas testandi. Tertia, quia hæreditas per iuris modos, & non per pacta dari debet; & concludit vnam ex his causis satis esse inuenirì: quamuis enim renunciatione hæ hæreditatis facta in fauorem Societatis IESV, vel alterius communitatis non detur votum captandæ mortis, renunciatio tamen erit nullius momenti, quod militent aliæ eius legis rationes. Et amplius confirmatur, quia quamuis deficiat ratio illius legis in vno, vel altero casu, dum tamen in commune perseueret, sufficit, vt dixi num. 57. Quartò, quia spes succedendi est iure reprobata, ac nullius considerationis, vt satis probaui num. 9. & ob hanc rationem Bertazzolus *cons. 7. num. 10. & 11. lib. 1.* docet non posse ingredientem religionem de iure, quod habet ad legitimam paternam in spe disponere. Quintò, quia hæreditas pacto nullo, vel renunciatione dari potest, nèque donatione causâ mortis, sed solo testamento solemni, vt probauimus num. 44. & 48. Quod si dicas id cessare fauore causæ piæ, vt probaui num. 51. obstat, quia ibi dixi valere tanquam vltimam voluntatem reuocabilem; atque ita non habet locum constitutio Societatis IESV, cùm iuxta illam hæc renunciatio rationi fieri debeat, vt reuocari non possit. Tandem, quia hæc renunciatio continet donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum, quam iure communi, & iure huius regni, etiamsi solùm bonorum præsentium sit, in totum irritam esse diximus num. 42. Nec valet si dicas eam donationem fauore Ecclesiæ, & causæ piæ valere: nam contrarium docent Angelus *cons. 179. n. 5.* Roman. *repetit. authent. similiter. num. 19. C. ad l. Falcidiam.* & *stipulatio hoc modo concepta. num. 41. ff. de verbor. obligat.* & ibi Alexand. *num. 20.* Socinus iunior, quamuis dubius, & cogitãndum relinquat *ibi. numero 86.* Purpurat. *l. finali. num. 222. C. de pactis.* & ibi Bologn. *num. 128. fine.* Barbatius *cap. in præsentia. num. 24. ad finem.* & ibi Mantuan. *num. 10. de probat.* Antonius de Petra *de fideicommissis. quæst. 4. post num. 8. in casu 2. amplia. vltim. & in casu 13.* Menchaca *de success. progressu. lib. 1. §. 1. num. 182.* & alij, quos refert Tiraquel. *de priuileg. pia causæ. priuileg. 100. n. 1.* & dicit esse dubitabile, quod valeat, Curtius iunior *l. finali. n. 61. C. de pactis.*

His

54 His non obstantibus existimo validam esse prædictam renunciationem hæreditatis futuræ parentum, vel quorücumque aliorum viuentium, absque eorum consensu, siue factam in fauorem Societatis IESV, siue cuiuscumque pauperis, iuxta eius constitutiones, vt explicuimus cap. præcedenti num. 31. Huius sententiæ veritas pender ex probatione quadruplicis fundamenti. Primum est, tota ratio, cur *l. final. C. de pactis*, interdixit pactum futuræ hæreditatis absque consensu eius, cui succedi debet, est, ne detur votum captandæ mortis; atque hac cessante cessat obligatio illius legis. Secundum est, in renunciatione hac facta iuxta constitutiones Societatis non datur votum captandæ mortis. Tertium, etsi ea non esset sola ratio eius decisionis, adhuc aliæ, quæ assignantur à Doctoribus, non habent locum in hac renunciatione. Vltimum est, aliis quoque rationibus hæc renunciatio sustinetur necessariò iuxta constitutiones Societatis IESV. Probatur ergo primum fundamentum. Nam optimè Decius *ea l. finali. num. 15.* & Bologn. *ibi. num. 11. fin.* & *num. 21. 23. 42. 69. 159. C. de pactis*, tradunt totam eius prohibitionis rationem esse, ne detur votum captandæ mortis, & hac cessante cessate quoque prohibitionem: & num. sequenti. fin. referemus alios auctores, ex quorum doctrina hoc idem colligitur, & constat. Nam quando est pactum hæreditatis hominis incerti, valet, vt satis probauimus n. 31. quod tunc non detur votum captandæ mortis, cùm tamen militent aliæ rationes, quæ solent tradi. Quippe disponitur de re aliena absque domini consensu, & de spe succedendi, & præmatura est ea disposicio; & turpe videtur, ita præmaturè disponere, & datur hæreditas illa pacto, & collitur facultas testandi de illa. Secundò probatur destruēdo rationes, quæ solent tradi, quippe, vt vidimus num. præcedenti, solent tradi hæ rationes. Prima, quia iniqua, & præmatura cupiditas sit contrahere de re aliena absque domini consensu, quæ ratio ponitur *ea l. final. in fine*. Secunda, quod auferatur testandi facultas. Tertia, quia hæreditas nequeat pacto dari, sed iuris modis. Nam, (vt optimè ait Bolognetus locis proximè allegatis) quanquam variæ assignentur rationes, omnes illæ reducuntur ad vnam, & sunt velut illius effectus, quæ est, dari votum captandæ mortis, & hac cessante non habere vim, vt constat, quando est pactum de hæreditate hominis incerti, vt in prima ratione ponderauimus. Et prima ratio, nempe, iniquum esse disponere de re aliena domino ignorante, quæ traditur *in fine illius l. finalis*, apertè non ponitur quasi diuersa à priori, & potissima tradita per totum illum textum, quæ est periculum captandæ mortis; sed debet suppleri, id esse iniquum, & præmaturum concurrente eo periculo, vt optimè tradunt ibi Decius *num. 15.* & Bolognetus *num. 42.* & *69.* Nam contractus de re aliena absque domini consensu cessante hoc periculo validus est, iureque approbatus. *§. non solùm. instit. de legatis. §. non solùm. instit. de inutili stipulatione. l. rem alienam. ff. de contrah. empt.* quod idem apertè tradunt Bartol. *ea l. finali. in 1. lect. num. 1. vers. vbi dicitur* & ibi Baldus *num. 9. fin.* Corneus *num. 3. init.* Monterosus, vbi opponentes hos textus illi rationi, respondent turpe esse, ac iritum pacisci de re aliena absque domini consensu sub spe succedendi, eo quod detur votum captandæ mortis. Item, quia cùm paria sint aliquid fieri tempore habili, & fieri tempore inhabili, dummodo effectus conferatur in tempus habile. *l. in tempus. ff. de hæredibus instit.* & effectus huius futuræ hæreditatis pacti referatur in tempus, quo hæreditas erit propria paciscentis, non potest ex hoc capite id pactum turpe reddi, sicut iuxta receptissimam sententiam non obstante rigidissima prohibitione instituendi spurij, nil turpe ea institutio continet, sed valida est facta sub conditione, si ille à Principe legitimetur, eo quod refertur in tempus habile; quamobrem hæc turpitudo aliunde petenda est, nimirum, quod in huiusmodi pacto concurrat periculum captandæ mortis, quod totus ille textus præmiserat, & ponderauerat. Et ideo eam regulam, vt idem sit fieri tempore habili, ac fieri tempore inhabili, collatum tamen ad tempus habile, docent Cagnol. *ea l. final. in antiqua editione. num. 10. in nova. num. 3.* Decius *ibi. num. 7.* Iason *num. 8.* Purpur. *num. 10.* Bologn. *num. 61.* Monterosus *num. 2.* temperandam tamen esse, nisi aliunde ius ei pacto ab initio resistat ob turpitudinem aliunde in eo repertam, vt contigit in hoc casu ob votum captandæ mortis. Demum, quia non est modicum huius iudicium, quod *l. reg. 13. in 5. part. 1.* concordans cum *prædicta l. finali*, omiserit eam rationem vltimam, & solam assignarit, ne detur votum captandæ mortis, quasi senserit ex vtraque vnam confici rationem. Quod autem auferri testandi potestatem non sit ratio eius decisionis, optimè docent Berous *cap. in præsentia. num. 89. de probat.* Bologn. *ea l. finali. num. 11.* quia non minus tollitur ea potestas celebrato huiusmodi pacto cum consensu eius, cui succedendum est, & tamen valet pactum, cùm tamen nullo modo valeret ea potestate sublata. Item, quia cùm soli illius hæreditari renuncietur, non auferitur potestas de aliis bonis testandi. Insuper, quia *in ea l.* non minus prohibetur renunciatio partis hæreditatis, quàm totius, vt probauimus *num. 4.* & tamen de parte non tollitur potestas testandi, cùm renuncians possit de alia parte, quando sibi obuenerit, testari: non ergo hæc est ratio illius decisionis. Tandem nec potest esse ratio illius, quod pacto nequeat hæreditas dari, vt bene docet Menchaca *de successer. at. §. 18. num. 192.* tum quia hac renunciatione non verè datur hæreditas, sed ius succedendi, seu spes illa transfertur; tum etiam, quia nec consensu domini potest hæreditas pacto dari, obstante *l. hæreditas. C. de pactis conuenit*: nam nec ipse dominus posset sic dare, sed solemni testamento, vt probauimus num. 44. & 48. & tamen eo consentiente valet hæc renunciatio. Ergo non est illa ratio huius prohibitionis.

55 Probatur autem secundum fundamentum, nempe, in renunciatione facta iuxta constitutiones Societatis IESV non dari votum captandæ mortis. Et quidem si renunciatio fiat in fauorem eiusdem Societatis, vel alicuius communitatis, manifestum est non dari votum captandæ mortis ex *cap. consulitis omnibus. de donat.* vbi decernitur præbendam viuentis non posse conferri alicui priuato, at posse alicui collegio. Cuius rationem tradunt ibi Hostiensis *num. 1.* & 3. Ioannes Andre. *num. 2.* Antonius *num. 5.* Abbas *num. 3.* Cardinalis *num. 9. nic. q. 2.* Anchar. *n. 2.* Henricus *num. 2.* Imola *num. vltimo.* Ananias *fine.* Archid. *n. 16. quæst. 7. in fine summæ.* Glossa *cap. cùm venisset. verb. tenebat.* & ibi Abbas *nu. 10. de restitut. spoliat.* quod in priuato detur votum captandæ mortis beneficiarij, vt in eius beneficium succedat; quod tamen cessat in collegio, quia cùm communitas anima careat, nequit mortem captare, nec præsumi potest fore, vt singuli illius communitatis captent: quia quod communitati datur, nemini datur, nec est singulorum, vt constat ex *cap. Episcopus. §. qui manumittuntur. 12. quæst. 2.* vbi dicitur, manumissum à collegio, non singulis, sed vniuersitati seuerentum debere, ac proinde posse absque venia singulos in iudicium deferre, non autem totam communitatem. Item quia (vt dicitur *l. 2. C. quando, & quibus. lib. 10.*) naturale vitium est negligi quod communiter possidetur, vt se nihil habere arbitretur qui totum non habeat; & vt testatur Arist. *2. Politicorum cap. 2. in princ.* non ita curatur bonum commune, sicut proprium. Atque ita, cùm nullius testis in propria causa testimonium valeat, lib. præcedent. cap. 13. num. 102. valere testimonium religiosi in rebus ad suum monasterium pertinentibus ea ratione tradita, quod res communitatis non censeatur singulorum propria, nec dari hoc votum captandæ mortis in Ecclesia, fatentur Parisius *cap. in præsentia. num. 16. ad finem, de probationibus.* Menchaca *de successi.*

de successione at. lib. 2. §. 18. numero 220. quod idem generaliter non timeri, vbi fit pactum cum pia causa, docet Guillelmus Benedict. *cap. Raynutius. verb. dare habeni filias. num. 207. fin.* & 208. Atque si in quacumque communitate id periculum non timetur, multo fortiùs id non timendum est quando pactum initur cum Ecclesia, vt optimè considerauit Bald. *cap. cùm venissent. numero 3. de restit. spoliat.* cùm in ministros Christi nulla mala, nec sinistra suspicio cadat, vt tradit Anterus Papa in epistola ad Episcopos Hispaniæ, & refertur *cap. adsit. 11. quæst. 3.* vbi & Glossa *verb. sinistrum.* Atque ea præsumptio multo minus habet locum in religiosis, vt apertè colligitur ex *cap. 2. vers. super eo, de noui operis nunciatione*, vbi quod non fecissent, ait inde deduci argumentum pro monachis, vt semper præsumuntur iustam tueri litem, nec appetere aliena, cùm propria reliquerint, nedum præsumendum fore, vt alicuius mortem captent, quò succedat monasterium. Et confirmatur ex doctrina Zasij, quem refert, & sequitur Menoch. *cons. 1. numero 154.* & *155. volum. 1.* vbi ait pactum reprobatum *l. pactum, quod dotali. C. de pactis*, valere inter magnates, vt duces, comites, marchiones, eo quod in illis nihil sinistrum excogitandum sit, ac subinde nullus captandæ mortis timor subsit. Ergo à fortiori id dicendum est quoties cum communitate religiosa id pactum initur, siquidem iure optimo minor affectio ad temporalia præsumitur in religiosis, tum quod ea bona singulis obuenire non debeant, tum etiam, quia propter Christum se, & sua reliquerunt paupertatis perpetuæ voto astricti. Atque ita valere huiusmodi pactum, seu renunciationem futuræ hæreditatis in fauorem conuentus religiosi, eo quod cesset præsumptio captandi mortem, tradit Corneus *l. finali. numero 3. fallentia 5. C. de pactis*, & refert Baldum idem sentientem *addit. ad Archidiaconum. 16. q. 7. in fine sum.* quas additiones nullibi potui inuenire. Sed idem Bardus *cap. cùm venisset. numero 3. de restitutione spoliat.* ait, supposito veram esse rationem illius textus, quod possit dari beneficium viuentis collegio, eo quod in ipso non detur votum captandæ mortis, posse pactum iniri cum illo de futura successione, & fortiori ratione cum Ecclesia, in qua minor huius suspicio est. At suppositum illud, nempe, esse veram rationem, quod non detur votum captandæ mortis, satis probauimus initio huius numeri, vbi pondero, Baldum sensisse totam rationem prohibitionis pacti futuræ hæreditatis esse, ne detur votum captandæ mortis, & ea cessante cessare quoque prohibitionem. Ad idem est Fulgos. *ea l. finali. numero 3. vers. 2. ratione.* vbi ait fortè non malè dicturum qui assereret posse iniri pactum de hæreditate viuentis, vbi non induceretur votum captandæ mortis. Ad idem est Parisius *cap. in præsentia. num. 16. ad finem, de probationib.* qui cum Alex. *cons. 29. numero 8.* & *9. vol. 3.* multa adducente ad hoc comprobandum, ait, si in aliquo actu faciendo debet adesse certa forma, illam non requiri quando fit actus cum persona, in qua cessat suspicio, quæ illius formæ inducendæ causa fuit; atque inde deducit hoc non considerari in donatione facta Ecclesiæ, vtpote in qua cessat suspicio captandæ mortis. Et tandem Laderchius *cons. 153. numero 6.* & *7.* probat, ingredientem religionem posse renunciare omnibus bonis, etiam exprimendo hæreditates futuras, in fauorem cuiuscumque.

56 Maior autem difficultas est, quomodo votum captandæ mortis non detur quando prædicta renunciatio hæreditatis fit in Societate IESV in fauorem alicuius priuati pauperis, siue consanguinei, siue extranei, prout fieri potest iuxta constitutiones Societatis cap. præcedent. numero 31. Sed id quidem probat ratio prima, quam numero 58. afferemus: præterea, quia eodem numero 58. probabimus aliis rationibus sustineri quoque in Societate IESV eam renunciationem futuræ hæreditatis, siue in fauorem eiusdem Societatis, seu alius communitatis, siue in fauorem priuati pauperis.

57 Insuper probatur, tertium fundamentum, nempe alias rationes, quæ traduntur à Doctoribus, vt non valeat renunciatio futuræ hæreditatis absque domini consensu, non obstare valori huius renunciationis factæ in Societate IESV iuxta eius constitutiones. Nam primò non obstat ratio, quæ traditur, præmaturam, & turpem esse hæreditatis personæ viuentis, insciæque pactionem, & ex inordinata cupiditate consurgere, quia finis ob quem in Societate IESV ea renunciatio fit, facit cessare huius turpitudinis, & anxiæ cupiditatis suspicionem, & satis, supérque renunciationem hanc cohonestat, cùm in eisdem constitutionib. in examine, *cap. 4. §. 2.* & *3. p. cap. 1. §. 7.* ea huius renunciationis redditur ratio; vt renunciantes amplectantur consilium Christi consulentis omnia pauperibus dari à profitentibus vitam perfectam, & vt maneant perfectè, & integrè pauperes, prout perfectio status religiosi petit. Secundò, non obstat ratio alia, quæ eius decisionis traditur, nempe impediri libertatem testandi, quia quamuis ea ratio vera esset, potest vtique ea potestas impediri fauore piæ causæ: ob eam enim rationē sustinetur donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum fauore piæ causæ, etsi inde impediatur testandi potestas, vt dicemus n. 59. At renunciatio in Societate IESV fit semper fauore piæ causæ, vt dixi n. 2. & validam esse donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum factam ab ingrediente religionem, tenet Laderchius *cons. 475. n. 6. lib. 1.* & dicit, suspendendo effectum donationis in tempus professionis, quando amplius alterari nequit, quia tunc cessat ratio; quare clarè non dicit contrarium, quando vt ex tunc sit irreuocabilis. Neque obstat etiam tertia ratio, quæ solet tradi, nempe, hæreditatem pacto non dari, quia esto hæc esset vera ratio, fallit fauore piæ causæ, vt probauimus n. 55. At in Societate fit fauore causæ piæ. Quod si dicas id pactum fauore piæ causæ initum esse reuocabile, vt dixi eodem n. 55. at ea renunciatio in Societate est irreuocabilis, vt probaui n. 5. & continet totam hæreditatem, vt probaui n. 1. atque ita videtur esse contra *l. hæreditas. C. de pactis conuenit*, nec fauore causæ piæ iuuari posse. Respondetur, etsi ex vi huius fauoris causæ piæ ea renunciatio reuocabilis maneret ad nutum renuncianti, at aliunde irreuocabilis est, nempe ex vi constitutionis à Sede Apostolica approbatæ, vt dixi n. 3. Præterea, cùm renunciatio illa fiat à religioso Societatis IESV, & sic exempto à iurisdictione seculari, non metienda est iuxta legis ciuilis præscriptum, sed iuxta ius canonicum, vt de testamento nonnij diximus suprà, quod nullibi hæreditatem pacto non dari posse præscribitur nec ius ciuile potest aliquid præscribere in præiudicium huius renunciationis, vt numero 55. probauimus, eo vel maximè quod constitutiones Societatis IESV præscribentes huiusmodi renunciationem irreuocabilem, approbatæ fuit à Sede Apostolica, & sint circa religiosos ab omni iurisdictione seculari exēptos, ac immediatè Sedi Apostolicæ subiectos. Et tandem melius respondetur, eam renunciationem non esse dare hæreditatem, cùm is, in cuius fauorem renunciatur, non verè instituatur hæres; in eum enim non transferuntur bona postea acquirendaſi enim postea legetur aliquid religioso Societatis IESV, non acquiret is, in quem renunciauit, nec tenetur facere inuentarium tanquam hæres, nec eo omisso tenetur ad debita renuncianti vltra bonorum vires; & proinde hoc non est pacto dari hæreditatem.

58 Tandem superest probare vltimum fundamentum, nempe aliis quoque rationibus sustineri renunciationem hanc in Societate IESV, nec in ea contrauenire

traueniri dispositioni legis ciuilis. Primò, quia, vt probaui num. 41. & 44. quando hæreditas viuentis non venit principaliter, sed accessoriè, & sub vniuersitate bonorum, atque in quandam consequentiam necessariam præcedentis contractus liciti, valet, nec est contra *d. l. final.* nec præsumitur votum captandæ mortis, nec anxietas præmatura, & turpis hæreditatis personæ viuentis: at in Societate IESV dum renunciatur omnibus bonis, iuribus, & actionibus, principaliter agitur de omnium bonorum abdicatione, quo religiosus maneat perfectè pauper absque spe vlla acquirendi, sub qua vt pars quædam comprehenditur ius ad hæreditatem futuram, & venit, vt tequela necessaria ad ingressum religionis obligantis ad dictam renunciationem omnium iurium, & hæreditatum, vt dictum est, eo quod his iuribus retentis non detur perfecta paupertas, qualem poscunt constitutiones. Ergo ea renunciatio non est contra ius ciuile, sed eo attento sustinenda est. Secundò, quia, non obstante lege ciuili disponente pactum absque domini consensu irritum esse, potest ex licentia Principis iusta causa ducti id pactum licitè, & validè initi, vt probauimus num. 38. at Pontifices approbarunt constitutiones Societatis IESV præcipientes huiusmodi renunciationem, siue in fauorem communitatis piæ, siue priuati pauperis, & ducti iustissima causa, nempe, vt religiosus maneret perfectè pauper, abdicata omni bonorum spe; & cùm sit circa personam religiosam, non est ciuilis iuris disponere circa illam, sed ecclesiastici. Ergo valet talis renunciatio non obstante lege ciuili. Sed dices constitutiones non præscribere, vt ea renunciatio fiat absque consensu eorum, quibus succedendum est; atque ita cùm seruari possit constitutio eo consensu petito, non aduersabitur illi, nec Pontificiæ approbationi, petere consensum; quare is necessariò petendus erit, iuxta præscriptum legis ciuilis. Respondetur, immo aduersari constitutioni, quia constitutio petit tanquam quid necessarium, vt renunciatio illa fiat in fauorem pauperum, vt dixi iam, & vt hæc irreuocabiliter: at si exigeretur consensus eorum, quibus succedendum est, sæpissime prius obtineri non posset, quia nollent in paupere, sed in fauorem ipsorum, aut aliorum filiorum renunciationem fieri, quantumuis diuites sint, aut saltem ex eorum voluntate penderet obseruantia constitutionis; & nunquam posterius obtineretur, quia cùm is consensus reuocabilis sit vsque ad mortem, & valor renuntiationis ex eius perseuerantia pendeat, vt dixi num. 14. maneret cassa renunciatio eo consensu reuocato, ac proinde nũquam esset irreuocabilis. Insuper, quia ratio prima hic adducta probat eam renunciationem non indigere ad sui firmitatem consensu eius, cuius successioni renunciatur. Sed iterum obiicies, manere quidem irreuocabilem ex parte renuncianti, non ex vi legis ciuilis, sed ex vi constitutionis auferentis facultatem reuocandi: at reuocato consensu maneret cassa, & reuocata ex vi legis ciuilis, ac proinde succedent hæredes, qui successuri essent ea renunciatione non facta, quia constitutio Societatis IESV tantum petit id quod ad perfectam renunciantis religiosi paupertatem desideratur; eui fini satisfit, si ex parte ipsius maneat firma, & irreuocabilis renunciatio illa, nec voluit prospicere pauperibus, in quorum fauorem renunciatio facta est. Sed respondetur, constitutionem à Sede Apostolica approbatam vtrisque prospexisse: nam non tantum petit, vt religiosus abdicet à se spem bonorum, sed vt ea cedant in pauperum vsus iuxta consilium euangelicum; quod quidem obtineri non posset, si reuocabilis esset ex parte hæredum hæc facta in pauperes renunciatio. Tertiò, quia in dubiis opinionibus ea præferenda est, quæ loco pio, & religioni fauet, vt aliis citatis, & nemine contradicente tradit Tiraquel. *de priuilegiis piæ causæ. priuileg.* 148. *numero vnico.* & constat ex *l. sunt personæ. ff. de religiosis, & sumptibus funerum.* Tandem hoc amplius constabit ex solutione argumentorum numero sequenti tradenda, &, vt retuli numero 19. fine, Laderchius probat hanc renunciationem valere in fauorem cuiuscumque.

Ad argumenta proposita num. 53. respondetur. Ad primum dico, non defendi valorem eius renunciationis fauore causæ piæ, sed quod esset ratio prohibitionis, & ob alias rationes, quas tradidi num. 54. & sequentibus. Ad secundum respondetur, negandam esse eam doctrinam, vt satis probatum est. Ad tertium, negãdum est esse aliam rationem illius prohibitionis præter votum captãdę mortis; nec illo secluso eurpe est de re aliena absque domini consensu contrahere, vt satis probatum est num. 54. Nec legitima ratio, cur hæreditatis filiorum renunciatio non valeat in parentibus, nec cur non valeat in extraneis, est, quam tradunt Doctores in eo argumento citati, sed in vtrisque est periculum voti captandi mortem. Et quidem in parentibus id pactum ineuntibus est præsumptio eiusmodi voti, vt optimè tradunt Alciatus *ex l. finali. numero* 27. *C. de pactis.* & ibi Purpurat. *num.* 23. Bologner. *num.* 71. Nam quamuis secundùm communem naturæ cursum id de parentibus minimè præsumatur, vt probant iura contraria; at secus est quando parentes per extrinseca demonstrant se à communi naturæ cursu recedere, pactum ineuntes, quo se mortem filiorum optare indicant; atque ita paterni amoris præsumptio improbitate huius pacti confutatur. Et in extraneis quoque sic pacificentibus præsumptio est eiusdem voti, quia, vt optimè considerauit Alciatus *ibi num.* 30. nisi sperassent fore, vt instituerentur hæredes ab eo, de cuius hæreditate agunt, id pactum non initetur, & sic subest periculum captandæ mortis eius, à quo instituti fuerint. Ad primam confirmationem, tam satis num. 54. refutauimus alias esse rationes non inclusas in voto captandæ mortis, & satis probauimus num. 57. esto veræ essent hæ rationes, illas non obstare huic renunciationi. Ad secundam confirmationem dic, aliud esse cessare rationem legis in aliquo casu; aliud verò rationem legis non se extendere ad illum casum: nam in priori euentu lex ex se, & ex sua generalitate comprehendit eum casum, in eóque locum habuit, alias non diceretur cessare rationem legis, vel legem, cùm nec lex, nec ratio in eo casu locum habuerint; & quod nunquam fuit, cessare nequit. In posteriori verò euentu nunquam ratio legis amplexa est eum casum, & per consequens nec lex ipsa: & sic quamuis vbi ratio comprehendit aliquem casum, non sufficiat cessare rationem in particulari, vt cesset lex, verum quando à principio ratio legis non se extendit ad eum casum, dicendum est nunquam legem habuisse locum in eo, vt latiùs explicui, & probaui *lib. 2. de matrim. dissuat.* 57. *numero* 3. Non ergo defendimus valorem huius renunciationis, quasi illa comprehensa sit sub ratione *l. Iniuriarum. C. de pactis*, eam renunciationem prohibentis; eaque ratio cessauit: sed quia ratio illius legis, nempe, ne detur votum captandæ mortis, nunquam comprehendit hunc casum, vt probaui numero 54. Ad quartum satis constat ex dictis numero 10. vbi probauimus eam spem solùm iure reprobari, quando ex eius dispositione datur votum captandæ mortis, quale in hac renunciatione non dari probaui numero 54. Ad quintum satis est responsum num. 57. Ad vltimum respondeo primò, id procedere quando fit in religione causâ perfectæ paupertatis obseruandæ: tunc enim iure optimo tollitur libertas testandi, quæ est causa ne talis donatio subsistat. Vel secundò respondeo, multo veriorem esse sententiam asserentem donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum factam fauore piæ causæ, validam esse, sicut fit in Societate ea renunciatio, vt diximus. Probatur ex *Iuborum nulli. §. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi donatio totius patrimonij facta Ecclesiæ, pronunciatur valida. At eodem priuilegio Ecclesiæ relicta ad causas pias gaudent, vt probauimus num. 51. & concinit *cap. final. de successor. ab intestato.* Præterea, quia (vt eodem num. 51. probauimus) ius ciuile non potest præiudicium aliquod donationibus ad causas pias afferre. Et ideo hanc partem sustinent Abbas *cap. final. num. 2. de successoribus ab intestato. & cap. nulla. num. 11. de concessione prebenda.* & *cons. 102. num. 2. col. 2.* Bartol. *l. final. in 1. lect. numero* 13. *C. de pactis.* Curtius senior *ibi. num.* 24. Decius *num.* 31. & ibi Iason *num.* 34. Baldus *authent. si qua mulier. num.* 39. *C. de sacrosanct. Eccles. & cap. in præsentia. num.* 36. *fin. de probationib.* vbi Abbas *num. 1. num. ab.* 5. Decius *noua editione. num.* 29. Paris. *à num.* 21. *vsque ad* 26. Felin. *num.* 6. & latissimè Berous *à num.* 84. *vsque ad* 87. Ferretus *n.* 16. *& n.* 36. Iason *l. stipulatio hoc modo concepta. num.* 10. *ff. de verb. obligat.* Tiraquel. *de priuilegiis piæ causæ. priuileg.* 100. *nu. final.* Guillelmus Benedict. *c. Raynutius. verb. dotis habens filias. num.* 206. *de testament.* Natta *cap. quæ omnis pactum. 2. part. num.* 60. habetur *tom. 6. tract. part. 2.* Nauarr. *comment. 1. nu.* 32. *consil. 4. de regular.* Gama *decis.* 185 *num.* 2. Ioannes Lupus *§. 69. Tauri. num.* 9. & ibi Antonius Gomez *num. vltimo.* Couar. *rubr. de testamen. 2. part. num.* 5. Dueñas *reg.* 219. *limitat. 1.* Iulius Clarus *lib. 4. receptarum. §. donatio. quæst.* 20. *num.* 3. Gutier. *de iuramento confirmatorio. 1. part. cap.* 11. *num.* 7. Matienzo *lib. 5. recopilat. tit.* 10. *l.* 8. *glos. vnica. num.* 9. Azebedo *ex l.* 8. *num.* 6. Villalobos *in suis communibus opinionibus. littera D. verb. donatio. num.* 167. Spino *speculo testament. glossa* 12. *principali. num.* 45. Molina *tomo* 2. *de iustitia. disputat.* 280. *col.* 3. *vers. nullam.* Rebellus *de iustitia. part. 2. lib. 1. quæst. 9. num.* 2. Leonard. *lib. 2. de iustitia. cap.* 18. *dub.* 13. *num.* 95. Manuel *quæst. regular. tom.* 2. *quæst.* 47. *art.* 2. & multi alij, quos hi referunt. Quod tamen iure optimo limitant Abbas *cons.* 48. *num.* 3. *vol.* 2. Tiraquel. & Manuel proximè allegati, vt intelligatur quando donationis effectus principaliter dirigitur in piam causam, vt quia donatio fit Ecclesiæ, vel piæ causæ; secus si principalis effectus dirigatur in priuatum, per quandam tamen consequentiam cedat in causæ piæ commodum, vt si donatio omnium bonorum fiat alicui cum eo onere, vt teneatur eleemosynas elargiri.

CAPVT III.

De facultate nouitij, aut volentis ingredi religionem, ad disponendum per testamentum de suis bonis, & de firmitate eius testamenti sequuta professione, & quis ei ab intestato morienti succedat: & hæc attento iure antiquiori ante Tridentinum.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones sint disputandæ, & ibi remissiuè, an aliquid sit immutatum per Tridentinum n. 1.
An nouitius integrum sit testari absque superioris licentia: referunt quædam sententia. n. 2.
Sententia auctoris. n. 3.
An id sit verum de nouitiis ordinis Minorum, & teneantur bona sua in pauperes distribuere n. 4.
Quid de nouitiis Societatis IESVI n. 5.
An si ibi testamentum fecerunt ante ingressum, teneantur iubere superiori illud reuocare n. 6.
An iuratur nouitius testari, relinquere legitimam ascendentibus, & descendentibus, & ibi remissiuè, an possit testari de vsufructu aduentitiorum n. 7.
An teneatur aliquid relinquere monasterio n. 8.
An nouitius hic possit testari de spe quam habet succedendi parentibus viuis, & postea non succedat n. 9.
An possit nouitius maior annis instituere suum testamentum, siue contractus reuocabili n. 10.
An ante professionem adquirantur bona monasterio, reuocabiliter tamen? n. 11.
An nouitius in religione capax succedendi possit testari de vsufructu, vel annuo legato sibi relicto n. 12.
An legatum factum à nouitio, reuocetur eo ipso quod religione egrediatur, vel tempore nouitiatus moritur? numero 13.
Quid de institutione hæredis? n. 14.
An religiosis interdictum sit inducere nouitios ad relinquendum aliquid monasterio n. 15.

SVPERIORIBVS capitibus actum est de facultate nouitiorum, aut volentium ingredi religionem, disponendi inter viuos, attento iure antiquiori ante Tridentinum. In hoc agendum est de facultate disponendi in vltima voluntate, attento eodem iure antiquo: nam vtrùm aliquid sit immutatum per Tridentinum, dicemus infrà. Est igitur disputanda quinruplex quæstio. Prima est de potestate testandi, quam habent nouitij, vel volentes ingredi religionem. Secunda, de solemnitatibus petitis in eo testamento. Tertia. An id testamentum reuocetur professione? Quarta. A quo tempore incipiat id testamentum vim habere, an à tempore professionis, an solùm à die mortis naturalis? Vltima. Si nouitius obeat nullo testamento, aut renunciatione factis, quis in eius bona succedat?

QVÆSITO prima. An nouitiis integrum sit de suis bonis testari, nulla ad id petita superioris licentia? Archidiac. *c. nunc autem. nu. 2. nic. ad finem. 19. q. 3.* & Suarez *allegat.* 20. *n.* 29. affirmant, adeò requiri superioris licentiam, vt testamentum nouitij absque illa confectum, sit futurum irritum, si postea professionem emittat perinde ac si tempore testamenti facti professus fuisset. Et potest probari ex *cap. quia ingredientibus. 19. q. 3. & authent. ingressi. C. de sacrosanctis Eccles.* vbi decidunt, ingredientibus monasterium nullam esse testandi facultatem.

Sed absque dubio dicendum est, integrum esse nouitio testari absque vlla superioris licentia, vt constat ex *authent. nunc autem. C. de Episcop. & clericis. & cap. si quæ mulier. 19. quæst. 3.* Item, quia nouitius simpliciter est adhuc sui iuris cum libera exeundi potestate, nullibique reperitur ipsi interdictum conficere testamentum: nam textus num. præcedenti adducti intelliguntur de ingressu irreuocabili, & cum effectu, non autem de reuocabili, qualis est tempore nouitiatus; & constat ratione ibi adducta, quæ est, quod se, & sua dedicarit, nihilque proprium habeat, quod in nouitio locum non habet. Et ita sentiunt vniuersi Doctores, qui passim absolutè dicunt nouitios posse testari; si enim alicuius licentia exigeretur, minus verum esset dicere posse illos testari. Sed in propriis terminis docent nullam exigi licentiam Nauarr. *comment. 1. de regularibus. num.* 49. Couar. *cap. 2. num.* 5. *fin. de testamen.* Crassus *de successib. ab intestato. §. testamentum. quæst.* 34. *num.* 5. Gutier. *quæstionibus canonic. lib. 2. cap. 1. num.* 25. Valdes alios referens *in additionibus ad Suarez. allegat.* 20. *littera M.* Tapia *d. authent. ingressi. verb. sua. cap. 2. num.* 14. *fin. & verb. adeòque nec de his. cap. 1. num.* 15. Molina *tomo* 1. *de iustitia. disputat.* 159. *col.* 5. *vers. hic ita constituit.* Azor *tomo* 1. *institutionum moralium. lib.* 12. *cap.* 2. *fin. & c.* 6. *q.* 5.

Quod quidem verum est, esti nouitius ille sit ordinis Minorum, quia in illo quoque militant rationes propositæ; & ita docent Franciscus *rubrica de testamenti. in 6. num.* 67. Nauar. num præceden. allegatus. Nec obstat quod docet Corduba *super regul. Minorum. cap.* 2. *quæst.* 8. *puncto* 2. dicens nouitios ordinis Minorum volentes in ea profiteri, teneri distribuere bona sua in pauperes: nam Manuel *quæst. regular. tomo* 3. *quæst.* 16. *art. vltim.* id reprobat, probans optimè solùm esse consilium.

traueniri dispositioni legis ciuilis. Primò, quia, vt probaui num. 41. & 44. quando hæreditas viuentis non venit principaliter, sed accessoriè, & sub vniuersitate bonorum, atque in quandam consequentiam necessariam præcedentis contractus liciti, valet, nec est contra *d. l. final.* nec præsumitur votum captandæ mortis, nec anxietas præmatura, & turpis hæreditatis personæ viuentis: at in Societate IESV dum renunciatur omnibus bonis, iuribus, & actionibus, principaliter agitur de omnium bonorum abdicatione, quo religiosus maneat perfectè pauper absque spe vlla acquirendi, sub qua vt pars quædam comprehenditur ius ad hæreditatem futuram, & venit, vt tequela necessaria ad ingressum religionis obligantis ad dictam renunciationem omnium iurium, & hæreditatum, vt dictum est, eo quod his iuribus retentis non detur perfecta paupertas, qualem poscunt constitutiones. Ergo ea renunciatio non est contra ius ciuile, sed eo attento sustinenda est. Secundò, quia, non obstante lege ciuili disponente pactum absque domini consensu irritum esse, potest ex licentia Principis iusta causa ducti id pactum licitè, & validè initi, vt probauimus num. 38. at Pontifices approbarunt constitutiones Societatis IESV præcipientes huiusmodi renunciationem, siue in fauorem communitatis piæ, siue priuati pauperis, & ducti iustissima causa, nempe, vt religiosus maneret perfectè pauper, abdicata omni bonorum spe; & cùm sit circa personam religiosam, non est ciuilis iuris disponere circa illam, sed ecclesiastici. Ergo valet talis renunciatio non obstante lege ciuili. Sed dices constitutiones non præscribere, vt ea renunciatio fiat absque consensu eorum, quibus succedendum est; atque ita cùm seruari possit constitutio eo consensu petito, non aduersabitur illi, nec Pontificiæ approbationi, petere consensum; quare is necessariò petendus erit, iuxta præscriptum legis ciuilis. Respondetur, immo aduersari constitutioni, quia constitutio petit tanquam quid necessarium, vt renunciatio illa fiat in fauorem pauperum, vt dixi iam, & vt hæc irreuocabiliter: at si exigeretur consensus eorum, quibus succedendum est, sæpissime prius obtineri non posset, quia nollent in paupere, sed in fauorem ipsorum, aut aliorum filiorum renunciationem fieri, quantumuis diuites sint, aut saltem ex eorum voluntate penderet obseruantia constitutionis; & nunquam posterius obtineretur, quia cùm is consensus reuocabilis sit vsque ad mortem, & valor renuntiationis ex eius perseuerantia pendeat, vt dixi num. 14. maneret cassa renunciatio eo consensu reuocato, ac proinde nũquam esset irreuocabilis. Insuper, quia ratio prima hic adducta probat eam renunciationem non indigere ad sui firmitatem consensu eius, cuius successioni renunciatur. Sed iterum obiicies, manere quidem irreuocabilem ex parte renuncianti, non ex vi legis ciuilis, sed ex vi constitutionis auferentis facultatem reuocandi: at reuocato consensu maneret cassa, & reuocata ex vi legis ciuilis, ac proinde succedent hæredes, qui successuri essent ea renunciatione non facta, quia constitutio Societatis IESV tantum petit id quod ad perfectam renunciantis religiosi paupertatem desideratur; eui fini satisfit, si ex parte ipsius maneat firma, & irreuocabilis renunciatio illa, nec voluit prospicere pauperibus, in quorum fauorem renunciatio facta est. Sed respondetur, constitutionem à Sede Apostolica approbatam vtrisque prospexisse: nam non tantum petit, vt religiosus abdicet à se spem bonorum, sed vt ea cedant in pauperum vsus iuxta consilium euangelicum; quod quidem obtineri non posset, si reuocabilis esset ex parte hæredum hæc facta in pauperes renunciatio. Tertiò, quia in dubiis opinionibus ea præferenda est, quæ loco pio, & religioni fauet, vt aliis citatis, & nemine contradicente tradit Tiraquel. *de priuilegiis piæ causæ. priuileg.* 148. *numero vnico.* & constat ex *l. sunt personæ. ff. de religiosis, & sumptibus funerum.* Tandem hoc amplius constabit ex solutione argumentorum numero sequenti tradenda, &, vt retuli numero 19. fine, Laderchius probat hanc renunciationem valere in fauorem cuiuscumque.

Ad argumenta proposita num. 53. respondetur. Ad primum dico, non defendi valorem eius renunciationis fauore causæ piæ, sed quod esset ratio prohibitionis, & ob alias rationes, quas tradidi num. 54. & sequentibus. Ad secundum respondetur, negandam esse eam doctrinam, vt satis probatum est. Ad tertium, negãdum est esse aliam rationem illius prohibitionis præter votum captãdę mortis; nec illo secluso eurpe est de re aliena absque domini consensu contrahere, vt satis probatum est num. 54. Nec legitima ratio, cur hæreditatis filiorum renunciatio non valeat in parentibus, nec cur non valeat in extraneis, est, quam tradunt Doctores in eo argumento citati, sed in vtrisque est periculum voti captandi mortem. Et quidem in parentibus id pactum ineuntibus est præsumptio eiusmodi voti, vt optimè tradunt Alciatus *ex l. finali. numero* 27. *C. de pactis.* & ibi Purpurat. *num.* 23. Bologner. *num.* 71. Nam quamuis secundùm communem naturæ cursum id de parentibus minimè præsumatur, vt probant iura contraria; at secus est quando parentes per extrinseca demonstrant se à communi naturæ cursu recedere, pactum ineuntes, quo se mortem filiorum optare indicant; atque ita paterni amoris præsumptio improbitate huius pacti confutatur. Et in extraneis quoque sic pacificentibus præsumptio est eiusdem voti, quia, vt optimè considerauit Alciatus *ibi num.* 30. nisi sperassent fore, vt instituerentur hæredes ab eo, de cuius hæreditate agunt, id pactum non initetur, & sic subest periculum captandæ mortis eius, à quo instituti fuerint. Ad primam confirmationem, tam satis num. 54. refutauimus alias esse rationes non inclusas in voto captandæ mortis, & satis probauimus num. 57. esto veræ essent hæ rationes, illas non obstare huic renunciationi. Ad secundam confirmationem dic, aliud esse cessare rationem legis in aliquo casu; aliud verò rationem legis non se extendere ad illum casum: nam in priori euentu lex ex se, & ex sua generalitate comprehendit eum casum, in eóque locum habuit, alias non diceretur cessare rationem legis, vel legem, cùm nec lex, nec ratio in eo casu locum habuerint; & quod nunquam fuit, cessare nequit. In posteriori verò euentu nunquam ratio legis amplexa est eum casum, & per consequens nec lex ipsa: & sic quamuis vbi ratio comprehendit aliquem casum, non sufficiat cessare rationem in particulari, vt cesset lex, verum quando à principio ratio legis non se extendit ad eum casum, dicendum est nunquam legem habuisse locum in eo, vt latiùs explicui, & probaui *lib. 2. de matrim. dissuat.* 57. *numero* 3. Non ergo defendimus valorem huius renunciationis, quasi illa comprehensa sit sub ratione *l. Iniuriarum. C. de pactis*, eam renunciationem prohibentis; eaque ratio cessauit: sed quia ratio illius legis, nempe, ne detur votum captandæ mortis, nunquam comprehendit hunc casum, vt probaui numero 54. Ad quartum satis constat ex dictis numero 10. vbi probauimus eam spem solùm iure reprobari, quando ex eius dispositione datur votum captandæ mortis, quale in hac renunciatione non dari probaui numero 54. Ad quintum satis est responsum num. 57. Ad vltimum respondeo primò, id procedere quando fit in religione causâ perfectæ paupertatis obseruandæ: tunc enim iure optimo tollitur libertas testandi, quæ est causa ne talis donatio subsistat. Vel secundò respondeo, multo veriorem esse sententiam asserentem donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum factam fauore piæ causæ, validam esse, sicut fit in Societate ea renunciatio, vt diximus. Probatur ex *Iuborum nulli. §. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi donatio totius patrimonij facta Ecclesiæ, pronunciatur valida. At eodem priuilegio Ecclesiæ relicta ad causas pias gaudent, vt probauimus num. 51. & concinit *cap. final. de successor. ab intestato.* Præterea, quia (vt eodem num. 51. probauimus) ius ciuile non potest præiudicium aliquod donationibus ad causas pias afferre. Et ideo hanc partem sustinent Abbas *cap. final. num. 2. de successoribus ab intestato. & cap. nulla. num. 11. de concessione prebenda.* & *cons. 102. num. 2. col. 2.* Bartol. *l. final. in 1. lect. numero* 13. *C. de pactis.* Curtius senior *ibi. num.* 24. Decius *num.* 31. & ibi Iason *num.* 34. Baldus *authent. si qua mulier. num.* 39. *C. de sacrosanct. Eccles. & cap. in præsentia. num.* 36. *fin. de probationib.* vbi Abbas *num. 1. num. ab.* 5. Decius *noua editione. num.* 29. Paris. *à num.* 21. *vsque ad* 26. Felin. *num.* 6. & latissimè Berous *à num.* 84. *vsque ad* 87. Ferretus *n.* 16. *& n.* 36. Iason *l. stipulatio hoc modo concepta. num.* 10. *ff. de verb. obligat.* Tiraquel. *de priuilegiis piæ causæ. priuileg.* 100. *nu. final.* Guillelmus Benedict. *c. Raynutius. verb. dotis habens filias. num.* 206. *de testament.* Natta *cap. quæ omnis pactum. 2. part. num.* 60. habetur *tom. 6. tract. part. 2.* Nauarr. *comment. 1. nu.* 32. *consil. 4. de regular.* Gama *decis.* 185 *num.* 2. Ioannes Lupus *§. 69. Tauri. num.* 9. & ibi Antonius Gomez *num. vltimo.* Couar. *rubr. de testamen. 2. part. num.* 5. Dueñas *reg.* 219. *limitat. 1.* Iulius Clarus *lib. 4. receptarum. §. donatio. quæst.* 20. *num.* 3. Gutier. *de iuramento confirmatorio. 1. part. cap.* 11. *num.* 7. Matienzo *lib. 5. recopilat. tit.* 10. *l.* 8. *glos. vnica. num.* 9. Azebedo *ex l.* 8. *num.* 6. Villalobos *in suis communibus opinionibus. littera D. verb. donatio. num.* 167. Spino *speculo testament. glossa* 12. *principali. num.* 45. Molina *tomo* 2. *de iustitia. disputat.* 280. *col.* 3. *vers. nullam.* Rebellus *de iustitia. part. 2. lib. 1. quæst. 9. num.* 2. Leonard. *lib. 2. de iustitia. cap.* 18. *dub.* 13. *num.* 95. Manuel *quæst. regular. tom.* 2. *quæst.* 47. *art.* 2. & multi alij, quos hi referunt. Quod tamen iure optimo limitant Abbas *cons.* 48. *num.* 3. *vol.* 2. Tiraquel. & Manuel proximè allegati, vt intelligatur quando donationis effectus principaliter dirigitur in piam causam, vt quia donatio fit Ecclesiæ, vel piæ causæ; secus si principalis effectus dirigatur in priuatum, per quandam tamen consequentiam cedat in causæ piæ commodum, vt si donatio omnium bonorum fiat alicui cum eo onere, vt teneatur eleemosynas elargiri.

CAPVT III.

De facultate nouitij, aut volentis ingredi religionem, ad disponendum per testamentum de suis bonis, & de firmitate eius testamenti sequuta professione, & quis ei ab intestato morienti succedat: & hæc attento iure antiquiori ante Tridentinum.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones sint disputandæ, & ibi remissiuè, an aliquid sit immutatum per Tridentinum n. 1.
An nouitius integrum sit testari absque superioris licentia: referunt quædam sententia. n. 2.
Sententia auctoris. n. 3.
An id sit verum de nouitiis ordinis Minorum, & teneantur bona sua in pauperes distribuere n. 4.
Quid de nouitiis Societatis IESVI n. 5.
An si ibi testamentum fecerunt ante ingressum, teneantur iubere superiori illud reuocare n. 6.
An iuratur nouitius testari, relinquere legitimam ascendentibus, & descendentibus, & ibi remissiuè, an possit testari de vsufructu aduentitiorum n. 7.
An teneatur aliquid relinquere monasterio n. 8.
An nouitius hic possit testari de spe quam habet succedendi parentibus viuis, & postea non succedat n. 9.
An possit nouitius maior annis instituere suum testamentum, siue contractus reuocabili n. 10.
An ante professionem adquirantur bona monasterio, reuocabiliter tamen? n. 11.
An nouitius in religione capax succedendi possit testari de vsufructu, vel annuo legato sibi relicto n. 12.
An legatum factum à nouitio, reuocetur eo ipso quod religione egrediatur, vel tempore nouitiatus moritur? numero 13.
Quid de institutione hæredis? n. 14.
An religiosis interdictum sit inducere nouitios ad relinquendum aliquid monasterio n. 15.

SVPERIORIBVS capitibus actum est de facultate nouitiorum, aut volentium ingredi religionem, disponendi inter viuos, attento iure antiquiori ante Tridentinum. In hoc agendum est de facultate disponendi in vltima voluntate, attento eodem iure antiquo: nam vtrùm aliquid sit immutatum per Tridentinum, dicemus infrà. Est igitur disputanda quinruplex quæstio. Prima est de potestate testandi, quam habent nouitij, vel volentes ingredi religionem. Secunda, de solemnitatibus petitis in eo testamento. Tertia. An id testamentum reuocetur professione? Quarta. A quo tempore incipiat id testamentum vim habere, an à tempore professionis, an solùm à die mortis naturalis? Vltima. Si nouitius obeat nullo testamento, aut renunciatione factis, quis in eius bona succedat?

QVÆSITO prima. An nouitiis integrum sit de suis bonis testari, nulla ad id petita superioris licentia? Archidiac. *c. nunc autem. nu. 2. nic. ad finem. 19. q. 3.* & Suarez *allegat.* 20. *n.* 29. affirmant, adeò requiri superioris licentiam, vt testamentum nouitij absque illa confectum, sit futurum irritum, si postea professionem emittat perinde ac si tempore testamenti facti professus fuisset. Et potest probari ex *cap. quia ingredientibus. 19. q. 3. & authent. ingressi. C. de sacrosanctis Eccles.* vbi decidunt, ingredientibus monasterium nullam esse testandi facultatem.

Sed absque dubio dicendum est, integrum esse nouitio testari absque vlla superioris licentia, vt constat ex *authent. nunc autem. C. de Episcop. & clericis. & cap. si quæ mulier. 19. quæst. 3.* Item, quia nouitius simpliciter est adhuc sui iuris cum libera exeundi potestate, nullibique reperitur ipsi interdictum conficere testamentum: nam textus num. præcedenti adducti intelliguntur de ingressu irreuocabili, & cum effectu, non autem de reuocabili, qualis est tempore nouitiatus; & constat ratione ibi adducta, quæ est, quod se, & sua dedicarit, nihilque proprium habeat, quod in nouitio locum non habet. Et ita sentiunt vniuersi Doctores, qui passim absolutè dicunt nouitios posse testari; si enim alicuius licentia exigeretur, minus verum esset dicere posse illos testari. Sed in propriis terminis docent nullam exigi licentiam Nauarr. *comment. 1. de regularibus. num.* 49. Couar. *cap. 2. num.* 5. *fin. de testamen.* Crassus *de successib. ab intestato. §. testamentum. quæst.* 34. *num.* 5. Gutier. *quæstionibus canonic. lib. 2. cap. 1. num.* 25. Valdes alios referens *in additionibus ad Suarez. allegat.* 20. *littera M.* Tapia *d. authent. ingressi. verb. sua. cap. 2. num.* 14. *fin. & verb. adeòque nec de his. cap. 1. num.* 15. Molina *tomo* 1. *de iustitia. disputat.* 159. *col.* 5. *vers. hic ita constituit.* Azor *tomo* 1. *institutionum moralium. lib.* 12. *cap.* 2. *fin. & c.* 6. *q.* 5.

Quod quidem verum est, esti nouitius ille sit ordinis Minorum, quia in illo quoque militant rationes propositæ; & ita docent Franciscus *rubrica de testamenti. in 6. num.* 67. Nauar. num præceden. allegatus. Nec obstat quod docet Corduba *super regul. Minorum. cap.* 2. *quæst.* 8. *puncto* 2. dicens nouitios ordinis Minorum volentes in ea profiteri, teneri distribuere bona sua in pauperes: nam Manuel *quæst. regular. tomo* 3. *quæst.* 16. *art. vltim.* id reprobat, probans optimè solùm esse consilium.

5 Hoc autem fallit secundùm aliquos in nouitiis Societatis Iesv, qui quidem absque superioris licentia testari nequeunt, quippe cùm ea lege in nouitiatum recipiantur, vt nihil nisi consecio, & approbante superiore, dum in Societate perseuerauerint, efficiant, & simplici promissione se astringant ad disponendum de omnibus suis rebus absque spe vllo tempore recuperandi, quandocumque post primum nouitiatus annum superior iniunxerit, vt retulimus cap. 1. num. 31. facerent contra fidem datam, si sine superioris licentia testarentur, & id esset iusta causa expulsionis. Quare tenerentur nouitij vel nouitiatu egredi, vel testamentum reuocare, promptòque se reddere ad abdicanda à se omnia bona, quando finito primo probationis anno à superiore eis iniungeretur. At id testamentum factum absque licentia esset validum, vtpote factum ab homine simpliciter sui iuris. Sic Molina *tomo 1. de iustit. disput. 139. col. 1. vers. est verò obseruandum.* Hæc tamen limitatio mihi displicet, quia cùm nouitij Societatis Iesv simplici illa promissione solùm se astringant, ad disponendum de suis bonis dispositione irreuocabili inter viuos, quando superior iniunxerit, nec se obligent ad non disponendum priùs alio modo, nullatenus contrauenitur ei promissioni disponendo antea per testamentum cum intentione disponendi inter viuos, quando superior iniunxerit; quia cùm testamentum illud sit reuocabile, non obstat facultas disponendi inter viuos, per quam dispositionem reuocatum manebit; sicut idem Molina *eadem disputat. 139. col. 6. vers. hinc iam facile* ait ingredientem nouitiatum Societatis Iesv condito priùs testamento, admonendum esse peracto primo probationis anno teneri quando superior id iniunxerit, illud reuocare, & disponere omnino de suis bonis absque spe recuperandi, sicut in suo ingressu in nouitiatum promisit. Cur ergo non dicemus idem de testamento effecto in ipsomet nouitiatu? Atque ita sentio huiusmodi nouitios, antequam disponere inter viuos irreuocabiliter à suo superiore iubentur, posse liberè testari absque vlla licentia, cum intentione tamen firma reuocandi, & disponendi, prout promiserunt, quando superior iniunxerit post primum probationis annum; quod certius videtur in nouitiis morti proximis: tunc enim conuenientius est, vt disponant de suis bonis, & sæpe expedict non expectare consensum Prælati. Hoc autem intelligo, si nouitij illi vota nouitiorum non emisissent; quippe iis emissis non possent licitè testari absque superioris licentia, propter votum paupertatis, quo astringuntur, quod obligat ad nullatenus de propriis bonis disponendum absque superioris facultate. Vtrum verò id testamentum valeat, dicemus infrà.

6 Id tamen verum est quod ait Molina *eadem disputat. 139. col. 1. vers. est verò obseruandum*, nimirum, nihil impediente hoc testamento teneri hunc post emissa vota sub mortali, si ita superiores eum astringere vellent, reuocare testamentũ, & abdicare à se omnia bona absque spe illa recuperãdi, quia votis paupertatis ad id obligat: & quãuis non explicet, an solùm ad hoc teneantur qui vota bienij emisere in Societate, an etiam qui eadem vota tempore nouitiatus; at de vtrisque idem credo, quia æquè vtrique voto paupertatis sub eadem forma emisso astringuntur.

7 Tenetur autem nouitiis testans relinquere legitimam iure debitam ascendentibus, & descendentibus, vt bene docent Francus *eadem rubrica. num. 66. & 70.* Nauarr. *consult. 2. de regular. num. 44.* quod eo vel maximè verum est, quia communissima sententia idem affirmat de professo testante, idque ita esse probauimus supra; & (vt bene aduertit Nauarr.) etsi id non esset verum de professo testante, per *authent. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles.* cui innituntur dicentes professum non teneri legitimam relinquere ascendentibus, adhuc esset verum in nouitio testante, quod hic nullo iure liberetur hoc onere: nec textus liberans professos debet extendi ad nouitios in ascendentium præiudicium. Et an per id testamentum præiudicare possit vsufructui, quem legat pater in aduentitia, dicemus infrà.

At monasterio non tenetur aliquid relinquere in eo 8
testamento, quia *d. authent. si qua mulier.* præcipiens legitimam seruari monasterio, loquitur de professo testante, cui interdictum erat iure ipso testari; idque speciali iure indultum est si liberos habeat, cum eo tamen onere relinquendæ suæ partis monasterio, vt explicabimus infrà. At nouitio nullibi id onus est iniunctum; & ita docent Francus *eadem rubrica. n. 67. & 68.* Beroius *c. in præsentia. num. 129. de probationib.* Nauar. *eo commentar. 2. n. 49.* ac proinde non succedet monasterium contra id testamentum, vt bene tradit Tapia *authent. ingressi. verb. sua. c. 2. n. 14. fin. & verb. idèoque nec de hic. c. 1. n. 15.* & dicemus latiùs infrà q. 3. in hoc cap.

Sed difficultas est, an nouitius possit testari de spe, 9
quam habet succedendi parentibus adhuc superstitibus: Solutio constat ex dictis cap. præced. in quo ostendimus decisionem *l. finalis. C. de pactis*, procedere non solùm in pactis, sed etiam in testamentis, & non obstante ea decisione posse nouitios per pacta, & renunciationes irreuocabiles disponere de hæreditatibus nondum delatis, & de spe succedendi parentibus. Vnde etiam fit, eos nouitios posse disponere similiter per testamentum de eisdem.

Hinc deducitur primò, posse nouitium maioratum 10
instituere, siue ante ingressum nouitiatus, siue post ingressum in nouitiatum, siue testamento, siue contractu irreuocabili (loquor ante Tridentinum.) Ratio est, quia nullo iure interdicitur sibi de suis bonis disponere; & tenent Molina *lib. 2. de primogeniis. c. 9. n. 51. iuncto nu. 39.* Tapia *authent. ingressi. verb. idèoque nec de hic. cap. 1. à n. 69. vsque ad 72. C. de sacrosanct. Eccles.* Alter Molina *tomo 8. de iustit. disput. 604. num. 1. & 2.* quod etiam verum est in nouitiis Societatis, iuxta dicta n. 5.

Secundò deducitur, minus verum esse quod tradunt 11
Decius *authent. ingressi. num. 4. C. de sacrosanctis Eccles. & cap. in præsentia. in noua editione. num. 285. de probationib.* & Caluacan. *decis. 111. num. 111. partit. 3.* vbi alios refert, nempe, bona nouitij acquiri ipso ingressu ante professionem monasterio: at si non fiat postea professio, acquisitionem resolui. Et optimè id reprobant dicentes esse falsum Paris. *eodem cap. in præsentia. num. 188.* & Menochius *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 84. num. 11. & 12.* quia nullo modo bona ingressi acquiruntur religioni ante professionem, nec etiam reuocabiliter; quamuis enim velit in religione perseuerare, potest de illis bonis testari. Ergo falsum est, ea acquiri religioni sub ea conditione, si non recesserit.

An verò nouitius vsufructuarius, vel cui annuum 12
legatum relictum est, possit hæc testamento legare alteri, explicabitur infrà, dum sermo erit de peculiis filiifamilias transeuntis ad monasterium.

Rursus est difficultas, an quando nouitius legauit 13
aliquid, & postea tempore nouitiatus egressus est monasterio, censeatur illud legatum reuocatum? Hostiensis *cap. statuimus. num. 4. de regular.* & ibi Ioannes Andre. *num. 2.* Anchar. *num. 7.* Abbas *num. 4.* Cardinalis *quæst. 4.* & melius Gregorius Lopez *4. 3. verb. puede. tit. 7. part. 1.* docent, legata à nouitio, sicut ab ipso donata, censeri intuitu religionis legari, ac proinde eo egresso reuocari: & ideo idem censent quod de donatione facta à nouitio, & necessariò debent intelligere, quando eo testamento non mutato, nec denuo confirmato decessit egrediens à religione; quia si denuo post egressum confirmaretur, cessaret iam prior præsumptio reuocationis, & maneret confirmatum legatum per posterius testamentum: si autem denuo reuocaretur, nulla quoque esset

esset difficultas. Quare apertè sentiunt hi Doctores, legatum hoc censeri reuocatum eo ipso quod nouitius hic religione egreditur, & manere peremptum legatum, nisi denuo se confirmare explicet; quia præsumitur causa finalis illius legati ingressus religionis: & cùm eodem modo loquantur de donatione, & legato, videtur intelligendum cum eisdem limitationibus, quas cap. 1. à num. 6. adhibuimus donationi. Et sic Cardinalis limitauit, quando omnia legauit. Et idem dicendum est, quando maiorem partem legauit, vt diximus de donatione; & similiter intelligendum est quando non sunt aliæ coniecturæ, quæ suadeant id legatum non contemplatione ingressus religionis relictum: similiter diximus de donatione, & sicut in illa diximus intelligendum est, non tantùm quando in ipso nouitiatu, sed etiam quando contemplatione ingressus in illum legauit, quia eadem est ratio præsumptionis. Et quamuis in donatione id intellexerim, siue donatio facta sit ipsi monasterio, siue cuicumque extraneo; at legatum extraneo factum non existimo fieri contemplatione ingressus religionis, quia cessat ratio præsumptionis, quæ est in donatione: donatio enim præsumitur facta contemplatione religionis, quia cùm rebus donatis sit statim donans spoliandus, non præsumitur velle se suis bonis spoliare, nisi eo quod professurus sit in religione, at cùm legato non sit spoliandus, nisi post mortem, nulla est ratio persuadens, vt legatum illud extraneo factum censeatur contemplatione ingressus religionis fieri: at quando sit monasterio, cogit ratio ad hãc præsumptionem capiendam, quia cùm legatum sit rei notabilis, videtur affectu monasterij fieri, in quo legans se professurum existimat. Et quamuis in donatione multi existiment eam quoque reuocari nouitio non ingrediente, sed moriente tempore nouitiatus: at in legato facto monasterio id mihi non persuadeo, quia quamuis finito anno se professurum existimans legauerit, at cùm is postea non egressus sit, sed in monasterio obierit, non præsumitur cessare affectum ad religionem, eo vel maximè quod cùm nouitiatus breui tempore durer, non magna distantia inter testamentum, & mortem potuit esse, atque ita præsumitur voluntas cum eo testamento decedendi.

14 Si verò nouitius hæredem instituisset monasterium, quamuis ab eo recedat non manebit reuocata hæredis institutio, quia ea reuocari non potest, nisi alio confecto testamento valido: eadem enim solemnitas requisita ad actum conficiendum, requiritur ad eum destruendum. *l. hæredes palam. §. si quid post. ff. de testamentis.* hæreditas autem dari non potest, nisi per testamentum. *§. penult. instit. de codicillis. l. 2. tit. 12. part. 6.* & inter alios probat Matienzo *lib. 5. recopilat. tit. 4. l. 1. glos. 10. num. 6.* Antonius Gomez *l. 5. Tauri. num. 104.* & ibi Burgos de Paz *num. 841.* & Ceruantes *ibi. nu. 153.* & Molina *lib. 2. de primogeniis. cap. 8. num. 29.* & plures citati à Menochio *lib. 4. de præsumption. præsumpt. 19. num. 2. 3. & 4.* quod verum est, quando testator non explicuit in testamento, se ideo instituere monasterium hæredem, quia in eo victurus erat; tunc enim per recessum inducitur reuocatio illius institutionis ob defectum causæ finalis, vt in vniuersum probat Menochius citatus *lib. 4. præsumpt. 24.* qui etiam *præsumpt. 30. num. 2.* probat, coniecturas, quæ sumuntur ex scriptis in testamento, sufficere ad inducendam exhæredationem.

15 Tandem est difficultas, an religiosis interdictum sit inducere nouitios, vt aliquid monasterio relinquant? Manuel *1. tom. summ. c. 7. n. 11.* & Suarez *tom. 5. in 3. p. disp. 22. sect. 5. n. 5.* & alij, quos ipsi adducunt, mitius ostendunt, licitum esse inducere nouitios, vt donent, seu relinquant sua bona monasteriis, dummodo id fiat bono fine, & ita moderatè, vt relinquatur nouitiis libertas ad disponendum de suis bonis.

SVMMARIVM.

An testamentum nouitij volentis ingredi nouitiatum indigeat solemnitatibus iuris communis? refertur quædam sententia. n. 16. & 17.

Sententia authoris. n. 18.

An hæ solemnitates sint, quæ petit ius ciuile, vel quæ ecclesiasticum? refertur quædam sententia. n. 19.

Explicatur sententia authoris. n. 20.

An religiosi, & clerici astringantur legibus ciuilibus? n. 21.

An contractus nouitiorum desideret solemnitates iuris ciuilis? n. 22.

An nouitius, vel volens ingredi religionem, si sit minor, possit disponere de bonis absque authoritate tutoris, & decretio Iudicis? n. 23.

16 QVÆSITO secundò. Quis solemnitates desideret testamentum à nouitio, vel volente religionem ingredi confectum. Quidam existimant in testamento hoc minimè desiderari solemnitates iure communi petitas, sed eas tantùm sufficere, quæ in testamento militis fatis sunt, ac proinde posse absque numero testium in aliis testamentis petito testari, & decedere partim testatum, & partim intestatum, nec rumpi testamentum ex filij præteritione, sed huic præterito solam actionem ad legitimam petendam concedi; sicut hæc omnia in militum testamento peculiaria sunt, iuxta totum titulum *ff. de militum testamento.* Ducuntur, quod rationi dissonet, minori priuilegio gaudere milites cælestis pugnæ, quales sunt nouitij, quàm milites terrestris. Secundò, quia quando Princeps concedit liberã testandi facultatem personæ aliàs habili ad testandum, concedit posse testari absque iuris solemnitate, vt testatur Glossa communiter recepta, per illum textum *l. si quando. 35. verb. concedatur. C. de inoffic. testament.* ne priuilegium id frustraneum sit. At §. *illud quoque. authent. de monachis*, conceditur nouitiis libera testamenti confectio. Cùm ergo aliàs sint habiles, secluso eo priuilegio, ad testandum, id operabitur, vt eorum testamentum solemnitatibus iuris non indigeat. Et ideo hanc partem sustinent Bartolus *authen. si qua mulier. num. 7. C. de sacrosanctis Eccles.* & ibi Paulus *num. 4.* Iason *num. 23.* Abbas *cap. quia nos. num. 4. de testament.* & *cap. in præsentia. n. 49. de probationib.* & ibi Parisius *nu. 140. & duplex sequenti.* Beroius *num. 509.* Ferretus *num. vltim.* Decius *consil. 51. num. 3. vol. 1.* Guillelmus Benedict. *cap. Raynutius. de testamentis. verb. in eodem testamento relinquens. num. 134. & 2. num. 24. & verb. testamentum. 1. num. 53.* Angelus *verb. testamentum. num. 26.* Syluester *verb. testamentum. 1. q. 10. dello 4.* Claudius Aquensis *l. inter cetera. num. 12. ff. de liberis, & posthumis.* Gama *decis. 316. p. 1. num. 4. fine.* Flores de Mena *addit. ad Gamam, decis. 319. circa 4. concl.* Antonius Cucus *tractatu de legibus*, quem edidit *super repetitione authent. nouissima. C. de inofficioso testamento. vers. quoquo modo relicti titulo. num. 29.* Iulius Clarus *lib. 4. receptarum. §. testamentum. quæst. 28. nu. 2.* Emmanuel Sa *summa. verb. testamentum. num. 21. & 23.* Azor *tom. 2. institutionum moralium. lib. 12. cap. 2. quæst. 15.* Manuel *quæstionibus regular. tom. 3. quæst. 69. art. 11. fine.*

Et omnes prædicti authores videntur id concedere 17
non solùm de nouitio testante, sed etiam de eo, qui volens nouitiatum ingredi, testatur, quod proximè accingendus habeatur pro accincto. *l. penultima. ff. de militari testamento*, vnde id colligunt communites, & latè exornant Niconius *in rubr. ff. soluto matrimonio, à num. 190.* Tiraquel. *post l. connubiales, glossa 2. à num. 12.* quamuis id non declarent, quia nomine ingressus possunt intelligere professionem, etsi volentem ingredi appellentur expressit Iulius Clarus præcedenti n. allegatus.

Quamuis autem præcedentem opinionem propter 18
tot authorum testimonia probabilem appellare possimus; at multo probabilius est testamentum volentis ingredi

ingredi religionem, & nouitij indigere solemnitatibus iuris communis. Probatur, quia nullibi in iure reperitur id priuilegium nouitiis concessum, nec est apta æquiparatio de milite terrestri ad nouitium: non enim miles dicitur, nisi post professionem, quando iam testari nequit, & si proximè accingendus haberetur in hac re pro accincto, iudicaretur ille nouitius tanquam professus, & sic testari nequiret. Nec *illa l. penult.* probat proximè accingendum haberi pro accincto, quia loquitur in proximè cingendo, qui retinetur in comitatu Principis; huic enim fauorabiliter concessum est, vt interim priuilegiis militum vtatur, vt aduertit Vigilius *§. sed si quis. num. 2. institut. de testament.* Quare extra illum casum proximè accingendus non habetur pro accincto, vt efficaciter probat *l. antepenult. ff. de militari testament.* optimè explicata per Corraium *lib. 5. miscellan. cap. 22. num. 4.* & tradit Barbosa *l. diuortio. 8. §. incertum. num. 6. ad fin. ff. soluto matrimonio.* Et confirmatur, quia argumentum à paritate rationis, vt similiter aliquid aliis concedatur, est valde infirmum, dum concessio expressa non reperitur, eo vel maximè quod dissimilis sit ratio in hoc: nam militibus solemnitas iuris in testamentis relaxatur propter eorum imperitiam. *l. secundum. ff. de testamento militis. l. quantum. C. eodem tit.* quia ipsi potiùs arma scire præsumuntur, quæ ratio cessat in ingredientibus religionem. Secundò, quia dum §. *illud quoque. authent. de monachis*, disponitur posse nouitium testari quomodo voluerit, ea verba non inducta sunt ad concedendum aliquod priuilegium nouitiis, vt sic aliquid nouum debeant operari, sed tantùm ad declarandum, transacto nouitiatu non licere eis testari, & ideo oportere, vt disponant ante professionem: at verba inducta ad diminutionem non debent operari augmentum. *l. legata inutiliter. ff. de legatis 1.* & ita corruit vtraque ratio pro præcedenti opinione adducta. Et ideo hanc partem sustinent Decius *authent. ingressi. n. 10. C. de sacrosanctis Eccles.* & *cap. in præsentia. in nouo edit. à num. 256. de probation.* & ibi Imola *n. 22.* Mantua *n. 62.* Romanus *cons. 237. nu. 4. de success. creat. lib. 2. §. 21. n. 174.* Nauar. *commentario 2. num. 52. de regular.* Burgos de Paz *l. 3. Tauri* latissimè à *n. 683.* Magdalenus *de numero testium. part. 1. cap. 13. nu. 18.* Gutier. *qq. canon. lib. 2. cap. 1. num. 14. fine.* Garzia *reg. 456. nu. 9.* Tapia *d. authent. ingressi. verb. idèoque nec de his. cap. 1. num. 17. & duplex sequenti.* Molina *tom. 1. de iustitia. disp. 139. colum. antepenult. vers. ad id vnde.* Boëtius Epono *cap. 2. à num. 13. de testament.* Bened. Egid. *l. 1. p. 4. §. 2. num. 3. & p. 2. §. 1. num. 25.* Manuel *2. tomo summæ. cap. 7. num. 9.* Lælius Zecchius *de Rep. ecclesiastica. tit. de regular. cap. 3. nu. 10.* Vega *2. tomo summæ. cap. 50. casu 4. fine.*

19 Sed rursus est difficultas, an solemnitates petitæ in hoc nouitiorum testamento, sint eæ, quæ ius ciuile inducit, vel eæ solæ, quas ius ecclesiasticum *cap. relatum, de testamentis?* Quidam enim existimant eas solas requiri quas ius ecclesiasticum inducit, quod nouitij inter personas ecclesiasticas computantur, gaudentque fori priuilegio instar ecclesiasticorum, vt latè probauimus *lib. præcedenti. cap. 10.* atque ita docent Præpositus *cap. nulli. 20. quæst. 5 num. 15.* Anchar. *cons. 69. à num. 11. vsque ad finem.* Suarez *allegat. 20. num. 29.* qui hoc limitat, si postea professionem fecerit. Tapia *authent. ingressi. verb. idèoque nec de his. cap. 1. num. 19.* Molina *tomo 1. de iustitia. disp. 139. columna antepenult. vers. ad id vnde.* Azor *tom. 1. institutionum moralium. lib. 11. cap. 2. quæst. 15.* addit Molina, secus esse in testamento eius, qui adhuc in nouitiatum non est ingressus. Fauent multi, quos refert, & sequitur Tello *l. 3. Tauri. 1. p. n. 11.* dicentes clericum instituentem clericum, non indigere solemnitatibus iuris ciuilis, secus quando laicum instituit: vnde idem dicere debent si nouitius saltem institueret clericum.

20 Verùm existimo necessarias esse solemnitates iuris ciuilis: Ducor, quoniam nulla ecclesiastici exempti sunt ab his legibus ciuilibus, quæ non sunt contra libertatem ecclesiasticam, sed ad bonam Reipub. administrationem sunt institutæ, vt optimè cum Syluestro, Victoria, & Soto tradit Molina *tomo 1. de iust. disp. 31. colum. penultimi. conclus. 6.* quales non sunt istæ; & meliùs alter Molina *lib. 2. de primogeniis. cap. 10. num. 81.* ait, allegatis Abbate, Decio, & alius, leges ciuiles nullam de clericis mentionem facientes indistinctè ligare clericos, & religiosos, sicut & seculares, nisi clericis sint præiudiciales, & tunc non censeri præiudiciales, quando non potiùs in clericorum fauorem, seu odium, quàm laicorum concessæ sunt: & idem tenet Vazquez *1. 2. quæst. 96. art. 2. disp. 167. fin.* vbi ait, licèt clerici non subdantur pœnis legis ciuilis, subdi tamen eos legibus ciuilibus irritantibus contractus, & testamenta, nisi tali solemnitate, & modo fiant, eisque esse à clericis obseruandas, & factum ab eis alio modo esse omnino irritum. Quod hæ irritationes non sint pœnæ, sed dispositiones legum ad irritandos contractus, & consulendum communi Reipub. bono, & paci, & vt litibus obuiam eatur; quippe nisi his legibus subiecti essent, minus rectè prospectum esset communi Reipub. bono: at religiosi eodem prorsus modo, ac clerici seculares astringuntur legibus ciuilibus, vt probat idem Vazquez *eadem disp. 167. n. 32.* & Molin. *tomo 1. de iustit. disp. 135. colum. penult. vers. dubitant Doctores*, quamuis anceps in eam partem inclinet, vt clericorum testamentum indigeat solemnitatibus iuris ciuilis. Et ideo pro hac sententia sunt Doctores quos num. sequenti referemus, asserentes contractus horum nouitiorum necessariò celebrandos esse cum solemnitatibus iure ciuili peritis: quia eadem est ratio de testamentis, & à contractibus ad testamenta validè ducitur argumentum, vt latè probat Euerardus *in suis topicis, loco 36. à contractibus ad vltimas voluntates. n. 1. & 2.*

Quare non approbo quod tradunt Anchar. *consil. 69.* 21
versus in finem. Decius *cons. 31 num. 3. vol. 1.* Suarez *allegatione 20. nu. 29.* vbi dicunt contractus nouitiorum contentos esse solis iuris ecclesiastici solemnitatibus; limitatque Suarez, nisi nouitius deseruerit religionem. Sed existimo desiderari solemnitates iuris ciuilis, vt probat ratio tradita num. præcedenti, & docent Paulus, quem refert, & sequitur Tiraquellus *de retractu lignager. §. 1. glossa 18. num. 40.* & Bimius *cons. 32. n. 5. vol. 1.*

Hinc inferet fortè aliquis, nouitium, aut volentem 22
ingredi religionem, minorem viginti quinque annis non posse validè disponere sine authoritate curatoris, & etiam sine decreto Iudicis, si de rebus immobilibus dispositurus sit, & eius dispositionem confirmandam esse iuramento, ne postea locus sit restitutioni: nam in dispositione bonorum iura ciuilia hæc omnia requirunt in minoribus. Sed an eædemmet conditiones obseruandæ sint in his, qui de bonis disponunt, vt religionem ingrediantur, commodiùs explicabitur infrà.

SVMMARIVM.

An testamentum factum ante religionis incapacis succedendi ingressum, reuocetur eo ipso sequuta professione? n. 23.
Quid quando religio est capax succedendi? referuntur varia sententiæ à n. 24. vsque ad 34.
Explicatur sententia authoris à n. 34. vsque ad 37.
Quid si testator postea quando monasterium ingressus est, contulerit ei bona, an censeatur reuocatum testamentum? n. 38. & 39.
An donatio causâ mortis facta ante professionem extranei, reuocetur professione? n. 40.
Quid de donatione inter viuos? n. 41.
An substitutio pupillaris in testamento facta euanescat per professionem patris, qui eam fecit: & quid quando professus fuit in religione incapaci? n. 42.
Quid si professio facta est in religione capaci? n. 43. & 44.
Quid si pater ille disposuisset, vt à die professionis eius haberent

rent contenta in testamento? n. 45.
Quid in substitutione pupillari facta ab eo, qui emisit vota biennij, aut vota conducentia formatorum in Societate IESV? n. 46.
Quid si à religione postea expelleretur? n. 47.
Quid in substituente pupillari facta per fratrem Franciscanum ante professionem, qui postea viuo pupillo transiit ad religionem succedendi capacem, & eo professo in posteriori triennio adhuc, vel iam mortuo obiit pupillus? n. 48.
An id dicendum sit de eiicientur à religione? n. 49.
Quid de iis, qui vota biennij in Societate IESV emisêre, & antea in testamento fecerant substitutionem pupillarem? n. 50.
Quid de professis in ordine militari, an per hanc professionem cessat substitutio pupillaris? n. 51.
Quid si pater substituit filio pupillariter, & is impubes mortuo patre professus esset dispensatione Pontificia? n. 52.

23 QVÆSTIO tertia. An testamentum factum ante ingressum religionis, in quo non est institutum monasterium, reuocetur eo ipso sequuta professione? Hac in re certum est nequaquam rumpi, aut reuocari, quando monasterium est incapax successionis, quia ius succedendi, & ius rumpendi sunt connexa, & instar connexorum se habent in actu, & priuatione: ita vt qui nequit succedere, nequeat etiam rumpere. *l. suus hæres. C. de repud. hæredib.* & *l. si post mortem. §. liber. ff. de bonorum possess. contra tabulas.* in cuius regulæ probationem multa cumulat Tiraquel. *de primogeniis. quæst. 55. num. 13. & pluribus sequentibus.* Nec etiam censetur reuocari contraria præsumpta voluntate; quia ea voluntas solùm præsumi potest in monasterij fauorem, vt illud ex religiosi persona succedat in eius bona: quando ergo nequit sic succedere, cessat reuocandi præsumptio. Atque ita docent tanquam certum Baldus *authent. si qua mulier. num. 12.* & ibi Paulus *num. 4.* Antonius *cap. in præsentia. num. 32. de probationib.* & ibi Felinus *num. 54.* Imola *l. 1. num. 11. ff. de testament.* Iason *l. gallus. §. & quid si tantum. num. 12. ff. de liberis. & posthumis.* Ananias *cap. 1. num. 10. de testament.* Rosel. *authent. ingressi. num. 28. C. de sacrosanct. Eccles.* Guillelmus Benedict. *cap. Raynutius, verb. mortuus itaque testatore. el 1. num. 302. de testament.* Iulius Clarus *lib. 3. receptarum. §. testamentum. quæst. 28. num. 4.* Molina *lib. 2. tap. 1. num. 18.* alter Molina *tom. 1. de iustit. disp. 139. dub. vltimo.*

24 Difficultas igitur est quando religio capax est successionis. Qua in re adeò variant authores, vt meritò possit dici, quot sunt capita, tot esse sententias: sed eas ad quadruplicem reducemus, notando in singulis peculiares limitationes, quas aliqui earum patroni adhibent. Prima ergo sententia absolutè docet rumpi testamentum sequuta professione quasi agnatione posthumi, nisi aliquid monasterio in eo testamento relictum sit, iure institutionis, quamuis sit vnus denarius. Ducitur, quod monasterium habeatur loco filij, vt tenent multi, quos referam infrà; filius autem rumpit testamentum patris quando omnino est præteritus, secus si in aliqua parte institutus sit, quamuis minor sit quàm legitima: tunc enim non rumpit, sed ad solum legitimæ supplementum aget. *Omni modo*, & ibi Doctores *C. de inofficioso testament.* & hoc quamuis in vno solo nummo institutus sit, vt alios allegans probat Tiraquel. *tract. de iudicio in rebus exiguis. num. 160.* Hanc opinionem sustinent Glossa *cap. si qua mulier. verb. non obstantibus. 19. q. 3. & §. si qua mulier. verb. in proprios. authent. de sanctis Episcopis.* & *authent. si qua mulier. verb. competeret. C. de sacrosanct. Eccles.* & *authent. de monachis. §. si quis autem. vers. illud. verb. voluerit.* Cynus *d. authent. si qua mulier. num. 1.* & ibi Odofredus *num. vltimo.* Petrus de Bellapertica *colum. 2. quæst. 3.* Abbas antiquus *cap. in præsentia. num. 2.* & ibi Innocentius *num. 7.* Hostiens. *num. 11. de probationibus.* Iason *rub. ff. de liberis, & posthumis. num. 8. & nu. 13.* & *rub. C. de possum. nu. 1.* Romanus *cons. 237.* Quando autem rumpitur testamentum eo quod omnino monasterium in eo præteritum sit, cassabitur omnino, & monasterium in omnia religiosi illius bona succedet, vt tradunt Glossa *ea authent. si qua mulier. verb. competeret.* & ibi Cynus *num. 1.* Petrus de Bellapertica *col. vltima.*

Insuper quidam ex iis Doctoribus ampliant dicen- 25
tes rumpi quoque id testamentum capitis minutione, iuxta *§. non tantum. institut. quibus modis testamentum infirmetur*, quod religiosus mutans omnino statum, ac penitus sui iuris desinens esse, in alteriúsque potestatem translatus, censeatur capite minutus. Sic Glossa *authent. de monachis. §. si quis autem. vers. illud, verb. voluerit.* Innocentius *dicto cap. in præsentia. numero 7.* & ibi Hostiens. *num. 11.*

Limitant autem aliqui ex his Doctoribus dupliciter. 26
Priori modo, nisi ante ingressum testamentum conditum sit inter liberos; tunc enim non rumpetur, quamuis nihil monasterio relictum sit, argumento *dict. authent. si qua mulier*, à contrario sensu, ibi; *antequam inter eos disponat*; & ita docent ibi Glossa *verb. competeret.* & ibi Cynus *num. 2.* Posteriori modo limitat Odofredus *ea. authent. si qua mulier. num. vltim.* vt tunc rumpatur testamentum, quando habens animum ingrediendi, non instituit monasterium; secus si de ingressu non cogitauit.

Secunda sententia docet irritari testamentum per 27
religionis professionem, siue testans cogitauit de ingressu, siue nil prorsus de illo cogitauit, & ideo bona omnino transferri in monasterium. Ducitur primò, quia valor testamenti petit duplici tempore habilem esse testatorem ad testandum, nempe, tempore testamenti, & tempore mortis naturalis. *l. 1. §. exigit. & §. sufficit. ff. de bonorum possessione secundum tabulas*: at testator hic tempore mortis naturalis, qua totas vires sortitur testamentum, est incapax ad testandum, cùm iam professus sit; ergo corruet testamentum. Et confirmatur, quia actus deuenit ad eum casum, à quo incipere non potest: ergo omnino vitiatur. *l. pluribus. 140. §. nisi placet. ff. de verb. obligat.* Secundò, quia voluntas illa, & cogitatio præambula ingressui religionis non possunt obesse, quia in actu reuocabili factum contrarium sequens præualet posteriori antecedenti. *l. cùm plures. §. locator horreis. ff. locati.* At hic est factum contrarium: dum enim ille monasterio se per professionem dedicat, censetur illi bona donare; ergo ea præualebit testamento reuocabili, illúdque omnino infringet. Hanc sententiam sustinet Salycetus *d. authent. si qua mulier. num. 5.* atque eam in puncto iuris sustineri posse tradit Iason *ibi. numero 21.* Addit Salycet. *ibi. num. 6.* quamuis prius testamentum sit inter liberos factum, irritari attento iuris rigore, etsi monasterium sit in aliquo institutum; secus attenta æquitate, cùm post professionem permittatur ei inter liberos disponere.

Tertia sententia sic distinguit: si dum quis testatus 28
est, non cogitabat de religionis ingressu, rumpitur testamentum professione subsequuta, quasi mutatione prioris voluntatis; secus autem si cogitabat. Ratio est, quia in priori casu censetur mutare priorem voluntatem, & hic testamentum illud, eo ipso quod se, suàque bona monasterio dedicet, *authent. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles.* in posteriori autem eueniu nulla noua voluntas ex professione consurgit, cùm tempore testamenti facti adfuerit cogitatio professionis, & illa non obstante testamentum præterito monasterio in fauorem extranei conditum sit. Hanc sustinent Bartol. *authent. si qua mulier. num. 7. C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Baldus *num. 12.* Paulus *num. 4.* Albericus *num. 5. vers. sed dic.* Iacobus Butrigarius *quæst. 6.* & Vergnia *in addit. ad eum. quæst. 1.* Iason re latissimè disputata *num. 21. in fine.* idem Paulus *authent. nisi rogati. C. ad Trebellian.* & *authent. num. autem.*

C. de Episcopis, & clericis. Imola *cap. in præsentia. num.* 22. *de probat.* & ibi Decius *in nova edit. num.* 244. & *sequenti.* Bellamera *num.* 23. Ripa *l. si unquam. quæst.* 35. *nu.* 94. *C. de revocand. don.* Guillelmus Benedict. *cap. Raynutius. verb. mortuo itaque testatore. el* 1. *num.* 297. *de testament.* Montaluus *l.* 17. *ad finem. tit.* 1. *p.* 6. Rosel. *authent. ingressi. num.* 25. *C. de sacrosanct. Eccles.* Couar. *cap.* 2. *num.* 5. *de testament. & cap. quamuis pallium.* 3. *p.* §. 2. *num.* 5. Alauard. *de conscript. testatoris. lib.* 2. *cap.* 1. *in princip. numero* 5. Menchaca *de success. creat. lib.* 2. §. 20. *num.* 29. Perez *lib.* 5. *ordinis. tit.* 2. *l.* 1. *fol.* 67. *vers. sed in quæstione proposita.* Bursatus *cons.* 52. *num. penult. & vlt. vol.* Lælius Zecchius *de Republ. ecclesiastica. tit. de regular. cap.* 3. *num.* 14. *in ampliatione* 19. Velascus *de partitionibus. cap.* 16. *nu.* 17. Crassius *de success. ab intestato.* §. *testamentum. quæst.* 34. *num.* 5. Gutier. *quæst. canonicis. lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 9. *usque ad* 16. Cauallos *in suis communibus opinionibus. quæst.* 121. *à num.* 2. Spino *speculo testament. glossa* 6. *rubricæ. num.* 3. Humada *l.* 7. *tit.* 7. *p.* 1. *glossa* 3. *num.* 3. Manuel *quæst. regulatum.* 3. 4. 16. *art.* 2. *& q.* 69. *art.* 11.

29 Ampliant autem hanc sententiam aliqui ex eius sectatoribus, vt sit vera, siue prius testamentum sit conditum inter liberos, siue inter extraneos. Sic Bartol. *ea authent. si qua mulier. n.* 8. & ibi Rosel. & ibi Paulus *num.* 4. subdens non irritari omnino testamentum inter liberos confectum absque cogitatione ingressus, sed liberis dandam legitimam, residuumque fore monasterij; quamuis Iason *ea. authent. si qua mulier. numero* 25. dicat absolutè in hoc euentu testamentum non reuocari.

30 Secundò ampliant aliqui, vt non rumpatur testamentum quando de ingressu cogitatum est, etsi nil prorsus sit relictum monasterio: quia monasterium non habetur loco filij, vt necessariò instituendum sit, & nulla contraria priori voluntas præsumitur. Sic tradunt Bartol. Imola, Vergnia, Guillelmus Benedict. Couarr. *ea cap.* 2. *num.* 5. *de testament.* Gutier. *num.* 10. Cauallos, Manuel allegati num. præcedenti. Quare optimè ait Paulus *d. authent. si qua mulier. num.* 4. monasterium nihil habiturum; quamuis idem Paulus *authent. nisi rogati. num.* 5. *C. ad Trebellian. & authen. nunc autem. num.* 1. *C. de Episcopis, & clericis.* & Lælius Zecchius relatus numero præced. dicant, etsi tunc non rumpatur testamentum, habiturum tamen monasterium suam legitimam.

31 Rursus est difficultas inter hos Doctores, an quando reuocatur, seu rumpitur testamentum professione religionis, eo quod non cogitando de illa conditum sit, rumpatur in totum, an solùm quoad legitimam monasterio competentem? Affirmant aliqui quoad eam solam legitimam rumpi, manens firmum quoad reliqua; quia quoad illam solam præsumitur contraria voluntas. Sic tradunt Couarr. *cap.* 2. *num.* 5. *de testamentis.* Manuel *quæst. regular. tom.* 3. *quæst.* 16. *art.* 2. Gutier. *quæst. canonic. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 17. Alauardus, Humada citati suprà. Hanc autem legitimam explicant Manuel, & Humada in regno Castellæ quintam bonorum partem, si habeat descendentes. Quibus addo esse tertiam, si solos ascendentes habeat; quod si careat vtrisque, esse omnia bona, iuxta dicenda infrà, dum sermo erit de obligatione testandi inter liberos. Verùm alij dicunt (& melius) in hoc euentu irritari testamentum in totum, quando hæres extraneus institutus erat; & sic institutum nil habiturum, sed omnia bona peruenire ad monasterium, quia contraria voluntas in hoc dubio præsumitur priori voluntari, & nulla est ratio eur quoad hanc partem, & non quoad totum ea præsumatur. Sic tenent Paulus *authent. si qua mulier. nu.* 4. *C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Iacobus Butrigarius *q.* 6.

32 Tandem ex interuallo temporis à die testamenti conditi vsque ad ingressum in nouitiatum, deducitur præsumptio, an præmissa ingressus cogitatione conditum sit, necne: si enim longa mora intercesserit, præsumitur non præmissa ingressus cogitatio; secus si modica. Ita docent Bald. *authent. si qua mulier. num.* 12. Iason *num.* 22. Paulus *num.* 4. Guillelmus Benedict. *cap. Raynutius. verb. in eodem testamento relinquens. el* 2. *numero* 24. *de testam.* Couarr. *cap.* 2. *num.* 5. *de testamentis.* Montaluus, Gutier. *num.* 19. Aluaradus, Crassius *num.* 4. Lælius Zecchius vbi eos retuli *num.* 28. Manuel *quæst. regular. tom.* 3. *quæst.* 69. *art.* 1. Quanta autem sit longa mora, & quanta modica ad hanc præsumptionem capiendam, Iudicis arbitrio, attentis aliis circunstantiis relinquitur, vt bene docent Couarr. Gutier. Aluarad. Manuel, & Crassius ibidem.

33 Atque in foro saltem conscientiæ standum est confessioni iureiurando firmatæ ipsius professi, intenderirine reuocare vetus testamentum, an non, vt docent Imola *tomo* 1. *de iustitia. disp.* 139. *fin.* & Manuel *quæst. regular. tomo* 3. *quæst.* 10. *art.* 2. Cæterùm si de solo conscientiæ foro rogatur, non est opus eo iuramento, sed simplici eius assertioni credendum est; si autem de foro externo, opus esset iuramento, & fides esset habenda, cùm sit intentio intrinsecus latens, nisi ea essent coniecturæ, vt oppositum suaderent. Quia non stantibus prædictis coniecturis, solo iuramento probantur intrinsecus latentia, vt probauimus *lib.* 3. *de matrimonis. disp.* 15. *num.* 8. & 12.

34 Vltima sententia, cui tanquam multo veriori adhæreo, ait testamentum illud firmum omnino manere, siue tempore testamenti cogitatum sit de ingressu, siue non. Ducor, quod omnes sententiæ contrariæ triplici ex capite contendunt id testamentum reuocari; alij quasi ex agnatione posthumi; alij ex capitis minutione; alij ex contraria voluntate præsumpta, vt constat ex dictis: at nullum ex his probat hanc reuocationem. Et primò quidem eam non probat agnatio posthumi, quia multo verius est, monasterium nequaquam loco filij haberi, vt probabimus infrà: & esto loco filij haberetur, id tamen fatentur omnes in solis casibus iure expressis procedere; at nullibi in iure exptimitur monasterium loco filij reputari ad rumpendum, seu reuocandum prius testamentum. Non rumpi autem ex capitis minutione ex eo probatur, quia falsum est, professionem esse capitis minutionem, vt optimè probat Cuiacius *in expositione nouella* 5. quia non omnis status mutatio est capitis diminutio, vt manumissio, senatus motio; quamuis enim monachus statum mutet, libertatemque amittat, at mutat in melius, nec seruus efficitur, sed Deo per obedientiam voto spontaneo promissam se dedicans, priuat se sua libertate. Non reuocari autem contraria voluntate ex eo probatur, quia contraria voluntas ex eo solo præsumitur, quod profitens in religione dedicat tacitè omnia bona sua illi: at huiusmodi dedicatio solùm habet locum quando testatus non fuerat, *authen. nunc autem. C. de Episcop. & clericis.* ibi; *si prius testatus non fuit.* Qui textus, atque alia iura de hoc loquentia non distinguunt an tempore testamenti cogitatum sit de ingressu religionis, necne. Rursus, quia tacita hæreditatis adeimptio nunquam præsumitur, vbi potest alia coniectura capi, sumi alia coniectura, nempe, professum non denuo de suis bonis disposuisse, quia iam de illis disposuerat: ergo non est capienda coiectura hæreditatis ademptæ. Tandem quia, quamuis hæc cessarent, & ingrediens censeretur voluntatem contrariam priori testamento demonstrare, non sufficit contraria voluntas etiam expressa ad prioris testamenti reuocationē, sed opus est alia dispositione contraria. §. *ex eo autem solo instit. quibus modis testam. inform. & l. sancimus. C. de testament.* Secundò probatur hæc sententia, quod iura omnia concedant liberam testandi facultatem ante religionis ingressum, *authent. nunc autem. C. de Episcop. & clericis.* & §. *illud, authent. de monachis.* at frustra esset ea licentia, si professione religionis id testamentum rumperetur, ac reuocatum censeretur. Denique, quia rationes contrariæ intentum suum non probant: nam ad rationes primæ, & tertiæ sententiæ satis ex dictis constat. Ad rationes autem secundæ facilè respondetur, satis esse testatorem fuisse testandi capacem tempore confecti testamenti, & mortis ciuilis per professionem, quia iura concedentia libertatem testandi ante professionem, & postea eam negantia, volunt in consequentiam illud valere, etsi testator incapax sit post professionem tempore mortis naturalis testandi. Et ideo hanc sententiam sustinent Speculator *tit. de statu monachorum.* §. *vnic. numero* 5. *qualiter* 49. & Baldus *in fin. tit. in additione. vers. nunc de testamentis ingredientium.* Antonius *cap. in præsentia. num.* 52. *de probationib.* ibi Abbas *num.* 52. Paris. *num.* 152. Beroius *num.* 519. additionator *ad Decium in noua edizione. num.* 242. *verb. non videtur.* Mantica *n.* 63. & 64. Francus *rubr. de testament. in* 6. *num.* 69. Aretinus *l.* 1. *num.* 4. & 5. *ff. de testament.* Alciatus *rubr. ff. de liberis, & posthumis. num.* 48. Viglius *institut. quibus modis testamentum infirmetur. in princ. num.* 3. Loriotus *de iuris arte. tract.* 12. *de iustit. rupto. axiomate* 10. Angelus *verb. religiosi. num.* 54. Syluester *verb. religio.* 6. *quæst.* 1. *dicto* 3. Tabiena *verb. religio. quæst.* 35. *num.* 36. & ibi Armilla *num.* 23. Gregorius Lopez *l.* 10. *fin. tit.* 1. *part.* 6. Nauar. *comment.* 2. *num.* 51. *de regular.* Sarmient *lib.* 8. *selectar. super* §. *si, sui in tempio. num. vltimo.* Iulius Clarus *lib.* 3. *receptarum.* §. *testament. quæst.* 28. *num.* 4. & 5. Molina *lib.* 2. *de primogenitis. cap.* 9. *num.* 44. Caldas *de nominatione emphyteotica. quæst.* 6. *num.* 10. & 16. Mattheatius *de legatis, ac fideicommiss. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 15. Viglius *instit. quibus modis testamentum infirmetur. in princ. num.* 3. Angulo *de mulierum. d.* 1. *glos.* 3. *num.* 10. Boëtius Epono *cap.* 2. *num.* 14. *de testament.* Benedictus Egidius *l.* 1. *vers.* 4. §. 2. *num.* 4. *C. de sacrosanct. Eccles.* Tapia *authent. ingressi. verb. ideoque nec de his. cap.* 1. *num.* 65. Fachin. *in controuersiis iuris. lib.* 6. *cap.* 14. *vers. postrema igitur.* Azor *tom.* 1. *institut. moral. lib.* 12. *cap.* 2. *quæst. vltim. & cap.* 6. *quæst.* 5. Molina Theologus *tom.* 2. *de instit. disput.* 139. *dub. vltimo.* Quod idem videntur tenere alij, qui absolutè tradunt id testamentum professione non irritari; hi sunt Emmanuel Sà *summa. verb. testamentum. num.* 18. Vega 2. *tomo summæ c.* 50. *casu* 3. Manuel 2. *tom. summæ c.* 7. *n.* 8.

35 Quæ quidem sententia vera est, quamuis in eo testamento nihil relictum sit monasterio; cùm enim non habeatur loco filij, nulla ratio cogit, vt opus sit illi aliquid relinquere, ne testamentum rumpatur. Atque ita docent Imola *l.* 1. *n.* 12. *ff. de testament.* Iacobus de arena *authent. si qua mulier. n.* 1. *C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Albericus *à n.* 1. *vsque ad* 4. Felin. *cap. in præsentia. n.* 5. 4. *de probat.* & ibi Mantua *num.* 63. Iulius Clarus *n.* 5. & Mattheatius num. præcedenti allegati, Auendano iunior *l.* 4. *Tauri. glos.* 4. *num.* 24.

36 Quare non approbo quod docet Antonius *dicto c. in præsentia. n.* 32. Armilla *verb. religio. n.* 23. vbi docent monasterium habiturum suam portionem, quamuis non rumpatur testamentum: hoc enim non est verum, quia tanquam speciale disponitur *d. authent. si qua mulier,* vt quando professus antea non fuerat testatus, possit inter liberos testari, relicta monasterio sua portione legitima: ergo secus quando ante professionem disposuerat. Et sic docent Abbas, Angelus, Sylues. Tabiena allegati n. 34. Molina *lib.* 2. *de primogen. c.* 9. *n.* 4. Tapia *authent. ingressi. verb. ideoque nec de his. cap.* 1. *numero* 70. *C. de sacrosanct. Eccles.*

37 Limitat autem hanc sententiam Gregorius Lopez *l.* 20. *fin. tit.* 1. *part.* 6. nisi tantum temporis transierit à die conditi testamenti vsque ad religionis ingressum, vt esset præsumptio obliuionis testamenti priùs facti; tunc enim reuocaretur testamentum. Verùm hanc limitationem non approbo, sed adhuc monasterium nihil habiturum censeo, quod non præsumatur reuocata contraria voluntas.

Secundò limitatur hæc sententia, nisi hic testator postea quando monasterium est ingressus, contulerit ei omnia bona; tunc enim censebitur primum testamentum reuocatum: sicut si omnia bona sua expresè alteri donasset, aut alteri alienasset. Sic docent Antonius, quamuis aliquantulum titubans, Abbas *num.* 51. Francus, Angelus, Tabiena, Syluester, Armilla, Gregorius Lopez, Iulius Clarus, Tapia *num.* 70. Caldas *num.* 18. vbi eos retuli num. 34 Molina *lib.* 2. *de primogenitis. c.* 9. *num.* 47. Benedictus Egidius *l.* 1. *part.* 4. §. 2. *num.* 4. *C. de sacrosanctis Eccles.* Aretinus *l.* 1 *num.* 5 *ff. de testament.* Manuel *quæst. regular. tomo* 3. 4. 16 *art.* 2. Molina Societatis I E S V *tom.* 1. *de iust. disput.* 139. *fine.* Azor *tom.* 1. *instit. moralium. lib.* 12. *c.* 6. *q.* 5. Atque in hoc casu non solùm reuocatur testamentum quoad hæredis institutionem, sed etiam quoad legata (non enim monasterium habetur loco filij:) sed expressa bonorum donatione, consequens est, vt in hac specie non sit seruanda dispositio *authent. ex causa. C. de liberis præteritis*, sed quoad omnia censendum est testamentum reuocari. Sic Molina *eodem c.* 9. *n.* 48. & Molina Societatis I E S V *eadem disput.* 139. *fine.* Quare minus bene Iulius Clarus *lib.* 3. *receptarum.* §. *testament. quæst.* 28. *num.* 4. *vers. sed retenta. ad fin.* ait id testamentum reuocari quoad solam institutionem, legatis, & cæteris in eo contentis manentibus firmis. Hæc tamen limitatio sublimitanda est, vt intelligatur quando ea bonorum donatio facta esset ex interuallo post testamentum conditum, quippe si incontinenti post illud donatio fieret, non censeretur illius reuocatio, ne donans incontinenti videretur corrigere se ipsum, contra *l. non ad ea. ff. de conditionibus, & demonstrationibus.* Nec obstat hanc voluntatem esse priori contrariam, quia non est clara, cùm potuerit per illam donationem velle transferre bona in monasterium vsque ad finem vitæ ipsius donantis: & ita interpretanda est; mortuo autem donante seruabuntur disposita in testamento. Atque ita docent Antonius, Abbas, Aretinus, Angelus, Syluester, Armilla, Tabiena proximè allegati; & hæc limitatio cum sua sublimitatione est verissima, quamuis non desint contradicentes, vt referemus n. sequenti. An verò hæc correcta sint per Tridentinum, explicabitur infrà.

Quamuis autem limitatio prædicta sit verissima, non desunt contradictores: nam Beroius *cap. in præsentia. n.* 518. *de probat.* aduersùs illam insurgit, dicens esse multum dubium, quia *authent. de monachis.* §. *nunc autem,* tunc dicitur oblationem bonorum factam ab ingrediente religionem, sortiri effectum, quando prius non fuit testamentum; si enim fuerit testamentum, id est seruandum, nec oblatio aliquid operatur, nec ibi distinguitur, an ex interuallo, an incontinenti post testamentum fuerit oblatio. Et quamuis sermo ibi sit de oblatione tacita, quæ fit in consequentiam ipsius ingressus: at idem est in expressa; tum quia taciti, & expressi idem est iudicium, *l. cum quid. ff. si certum petatur*; tum etiam, quia expressio eorum, quæ tacitè iniunt, nil operatur. *l.* 3. *ff. de legatis.* Præterea, quia contraria voluntas expressa ex quocumque interuallo non satis est ad reuocandum prius testamentum, nisi alio testamento solemni illa fuerit stabilita. §. *posteriori. instit. quibus modis testamentum infirmetur.* Et tandem relinquit cogitandum, & ait in praxi durum esse à dicta limitatione communitet approbata recedere. Sed hæc non obstant: non primum, quia sæpe plus nocet expressum, quàm tacitum, & aliquid operatur quando exprimitur alio modo, quàm tacitè inerat in consequentiam personæ, quando aliter non disposuerat ingrediens; exprimitur autem ad reuocationem prioris dispositionis. Nec obstat etiam secundum, quia etsi sola contraria voluntas non sufficiat ad reuocandum prius testamentum, sufficit tamen coniuncta cum alienatione bonorum. Insuper contra prædictam limitationem tenet Ioannes Andr. *addition. ad Speculatorem. tit. de statu monachorum*: vt enim refert Aretinus statim allegandus, vbi tetest

38

39

39 refert Martinum disputasse, & hoc ipse sequitur nempe, vt donatio expressa facta monasterio ex intervallo post testamentum conditum non illud reuocet, sed id permaneat, hæreditasque adeunda sit ex illo: at bona competentia mona ho tempore ingressus pertinebunt ad monasterium, non autem iura, quæ debebantur ingressio sub conditione impleta post eius mortem, sed illa pertinebunt ad hæredem testamentarium. Sed meritò hanc sententiam reprobat Aretinus *l.1. numero 5. ff. de testamentis*, doctèque standum limitationi communi positæ num. 8.

40 Sed quid dicendum de donatione causâ mortis facta extraneo ante religionis ingressum, an reuocetur per professionem? Suarez *allegat.10. num.21.* ait, quamuis sit dubium de testamento antea facto, an reuocetur, necne, id tamen dubium non posse esse de hac donatione. Ratio enim, ob quam non reuocetur testamentum, est, quia ad eius reuocationem non sufficit contraria voluntas, nec tacita alienatio: at donatio causâ mortis, sicut est legatum, reuocatur tacita voluntate, & hac tacita alienatione. Cùm ergo faciens professionem dedicet eo ipso omnia sua bona religioni, censebitur reuocasse priorem donationem causâ mortis factam. Sed existimo minimè reuocari, siue tempore donationis cogitarum sit de ingressu religionis, siue non, eo modo, quo diximus n. 34. de testamento; & Doctores ibi citati absque dubio idem dicerent de hac donatione, quia ea sententia non soli ei rationi innitur, quod testamentum non possit mutari sola contraria voluntate: sed potissima ratio est, vt diximus num. 34. quia tacita bonorum dedicatio per professionem religionis solùm inducitur quando profitens non disposuerat antea de bonis. Cum ergo disposuerit per donationem causâ mortis, non inducitur ea tacita dedicatio, sicut nec in lucitur quando disposuerat per testamentum: nulla est ergo contraria voluntas, per quam prior illa contracta donatio causâ mortis reuocari censeatur. Adde legata reuocari quoque tacita contraria voluntate, & tamen non reuocatur per hanc professionem religionis, sed quoad illam etiam sustinetur prius testamentum, vt diximus n. 18. Tandem, quia inaiorarus institutus quocumque contractu reuocabili non irritatur sequuta professione, vt dicemus n. 49. Ergo id non est speciale in testamento.

41 Si autem donatio facta sit inter viuos, nullatenus reuocatur professione religionis, tum quia monasterium non habetur loco filij: tum etiam quia esto loco filij haberetur, est filius fictus; at *l. si vnquam. C. de reuocando donationib.* disponens, vt naturaliter filiorum reuocetur donatio prius facta, procedit in veris filiis. Atque ita docent multi, quos refert, & sequitur Tiraquel. *ex l. si vnquam. verbo susceperit libe. et in nouæ editionis. num. 45.* Felin. *ex in presentia. num. 42. de probat.* Gregorius Lopez *l. 8. tit. 4. part. 5. glos. 7. paulo post principium.* Molina *lib. 1. de primogenitis cap. 9. num. 51.* Angulo *de meliorat. l. 1. glos. 3. num. 20.* Et quamuis aliqui, quos refert ibi Tiraquellus *num. 48.* dicant ex alio capite reuocatum monasterium vsque ad legitimam, & ipse nil de finiat, melius tamen alij per ipsum allegati id negant, & constat ex dictis numero 36. Cùm enim monasterium non habeatur loco filij, nulli ipsi debetur legitima, nisi in casu speciali, quando post professionem inter liberos testatur. Quare Angulo *ex num. 20.* docet optimè meliorationem factam filio in quinto bonorum non reuocari per professionem, siue cogitaretur, siue non de ingressu tempore donationis.

42 Sed adhuc superest difficultas de substitutione pupillari facta in eo testamento, an eo ipso quod pater professus fuerit, euanescat? Et quidem si professio fiat in ordine impuberum, vt in ordine Minorum, existente adhuc filio impubere, valeret ex tunc substitutio pupillaris, quamuis vivo naturaliter patre decederet filius impubes: quia ea professio habet omnes mortis naturalis effectus. Sic Acosta *cap. si pater. 2. part. verb. testatore mortuo n. 6.*

43 Sed difficultas peculiaris consistit, quando pater post substitutionem pupillarem professus est in religione capaci succedendi, an ex tunc euanescat substitutio pupillaris, ita vt quamuis filius postea intra ætatem pupillarem obeat, non succedat substitutus, quasi substitutio illa effecta fuerit prorsus irrita: Anchar. *c. si pater. n. 4. numb. 8. vers. inter dum & mors. de testamentis. num. 6.* ait, si rumpatur id patris testamentum, eo quod nihil reliquerit monasterio, rumpi quoque substitutionem pupillarem tanquam eius partem, secus si illud non rumpatur, quia reliquit aliquid monasterio. Sed Florianus, quem refert, & sequitur ibi Francus *num 8. vers. sed quid si decedat.*, ait valere substitutionem pupillarem, quamuis rumpatur testamentum, quia vbi ex causa præteritionis testamentum ab initio nullum est, vel rumpitur, sustinentur pupillares substitutiones, argumento *authent. ex causa. C. de liberis præterito.* & notatur *l. 1. §. final. ff. de vulgari.*

44 Sed iure optimo Acosta *eo cap. si pater. 2. p. verb. testatore mortuo. num. 10. & duplius seq.* cuius doctrinam commendat appellans pulchram Couar. *cap. 2. num. 8. ad fin. in nouæ edit. de testament.* ait erraſſe penitus hos Doctores, & dicendum esse, pupillarem illam substitutionem omnino euanescere à die professionis, quamuis testamentum principale patris sit legitimum, nec rumpatur professione, & hoc quidem siue filius impubes decedat vivo patre professo, siue etiam post mortem patris professi adhuc in pubertate manens. Ratio est, quia indubitati iuris est, patre filiis impuberibus substituente, & postea mortis tempore eoldem liberos in potestate non habente, eu nescere substitutionem pupillarem. *l. habere. de. §. cum filia. ff. de vulgari. l. quod si filius. 11.* ibi; siue quoniß non reuesto eo exinde sui iuris videtur fuisse. *ff. de capitis & postlimin. reuers.* Vbi Glossa *verb. exinde* ait, & sic non esset in potestate patris tempore mortis patris, quod est necesse, vt teneat pupillaris substitutio. At pater professus definit filios habere in sua potestate, vt probauimus *lib. 4. huius operis c. 35 num. 44.* Cùm ergo testamentum in religione non confirmetur sola professione, sed morte naturali, vt contenta in eo effectum sortiantur, ita vt si institutus ante mortem naturalem professi moriatur, cesset institutio hæreditatis; atque tempore mortis, & à die professionis iam pater ille non habeat filios in potestate, cessabit valor illius pupillaris substitutionis.

45 Sed vrgentior difficultas est, quam à nemine tactam inueni, si pater ille in suo testamento disposuisset, vt à die professionis vim haberent omnia contenta in suo testamento, an maneret valida ea pupillaris substitutio, ita vt filio postea intra ætatem pupillarem decedenti succedat substitutus sicut confirmatur patre professo in religione incapaci? Et videtur pars affirmans, quia tunc testamentum professione confirmatur, sicut morte naturali, vt contingit in religione succedendi incapaci. Sed existimo adhuc euanescere substitutionem pupillarem, quia adhuc professio illa non reputatur mors naturalis ex iuris dispositione, nec omnes mortis naturalis effectus habet. Vnde cum iure statutum sit, vt pupillaris substitutio vim habeat sola morte naturali patris retinentis filios in sua potestate, non videtur illa dispositio vim habere in hoc casu: atque ita succedet in ea pupilli bona is qui ea substitutione non facta successurus erat, cum ex substitutio penitus cassata sit.

46 Sed adhuc difficultas superest de substitutione pupillari facta ab eo qui postea emittit vota biennij aut vota coadiutorum formatorum in Societate Iesv. Et quidem eam substitutionem pupillarem confirmari professione trium, aut quatuor votorum in Societate Iesv, perinde ac morte naturali, nemini dubium est, quia tum religiosus ille, tum etiam religio est succedendi incapax, ac proinde professio illa habet omnes effectus mortis naturalis, vt diximus num. 42. Atque idem dicendum est

ed de votis coadiutorum formatorum in eadem Societate emissis, quia quamuis ea simplicia sint, reddunt voentem incapacem succedendi; atque ita religio quoque incapax est.

47 Si tamen hi à religione expellerentur, cùm maneant omnino liberi ab obligatione votorum, & sic capaces succedendi, non parum dubium est, an tunc adhuc filio existente intra ætatem pupillarem, ea substitutio pupillaris, quæ iis votis confirmata erat, redeat ad pristinum statum, quem habebat ante hæc parentis vota, & ita si viuo naturaliter patre decedat impubes, non sit habiturus bona substitutus pupillariter, sed ipsi parentes; & si is pupillus moriatur ante hunc egressum, substitutus, qui tunc successit, teneatur ea bona patri reddere. Et quidem in priori casu, nempe, quando post egressum moritur viuo patre pupillus, existimo non substitutum, sed parentes successuros, quia in his successionibus considerantur capacitas tempore delatæ successionis, quod est quando pupillus, cui est succedendum, moritur: at tunc, cùm iam pater non reputetur mortuus, & sit succedendi capax, censebitur ac si viuo patre obiret pupillus, in quo euentu ex spirat pupillaris substitutio; sicut in simili dicemus infrà: quamuis monacho profitente in religione incapaci, nullum superlit ei ius in parentum hæreditatem, sed succedant alij hæredes, perinde ac si hic esset mortuus; ac eo translato ad religionem capacem ante parentum obitum, reuiuiscere quoad succedendi effectum, & nomine ipsius successurum monasterium capax in ea bona. In posteriori autem casu, nimirum quando pupillus moritur ante hunc egressum, dicendum est eodem modo, quo diiudicamus de monacho Franciscano translato legitimè ad religionem capacem respectu hæreditatis parentum, quia ante ipsius transitum obiere, cùm hic quoque transeat similiter à statu omnino incapaci succedendi ad statum capacem succendi in communi. Sicut ergo hic non succedet in hæreditatem iam aditam ab hærede, qui successerat, secundùm omnes, & secundùm veriorem opinionem, nec in iam delatam, & nondum aditam, ita hic religiosus Societatis Iesv effectus iam secularis non succedet in eam hæreditatem, quę morte pupilli delata est hæredi substituto, siue ab illo iam adita sit, siue tantùm sit illi delata. Atque idem dicendum est de hærede instituto ab hoc coadiutore formato in testamento per ipsum confecto, antequam iis votis se ligaret: hic enim non tenebitur post hunc egressum restituere huic hæreditatem, nec legatarius legata, siue ei tantùm delata sint, siue etiam adita: quia cùm iis votis sit omnino ad testamentum confirmatum, sicut morte naturali, vt dicemus n. 68. egressus ille nequit nocere, re non existente integra, sed iure iam acquisito hæredi, & legatarius, sicut nec transitus Franciscani ad statum capacem eis nocet.

48 Hinc deducitur quid dicendum sit de substitutione pupillari facta per fratrem Franciscanum ante professionem, qui postea viuo pupillo transiit legitimè ad religionem succedendi capacem, & eo professo in hac posteriori viuente adhuc, vel iam mortuo obiit pupillus in ætate impubertatis. Dixi, professo in posteriori, quia si adhuc esset in illa nouitius, non dubium est, quin statim moriente pupillo sortiatur effectum substitutio pupillaris, & succedat substitutus, quia, cùm adhuc ligatus sit professione emissa in religione incapaci, reputatur adhuc tanquam mortuus naturaliter; & sic habebit effectum substitutio. Quando autem eo professo in posteriori, videtur dicendum quod sicut ea mors civilis per professionem in illa priori religione non est perpetua, sed revocabilis quoad capacitatem succendi, similiter nec valor successionis pupillaris erit perpetuus, & irreuocabilis ante ius acquisitum substitutio pupillariter, quod nondum acquisitum est, cùm ius pendeat à pupilli morte, & tempore huius mortis iam pater erat professus in religione capaci, & sic non reputatur naturaliter mortuus, ac corruet proinde talis substitutio, sicut diximus corruere n. 44. statim ac pater profitetur in religione capaci succedendi. Quod si transferretur ad Episcopatum, & eo sic translato obiret, credo simpliciter corruere substitutionem pupillarem, quia iam pater translatus est ad statum succedendi capacem, nondum substituto acquisito iure, & sic non reputatur ac mortuus, & cùm non desinat esse professus, non redit patria potestas, & sic euanescet substitutio pupillaris.

49 Non tamen idem dicendum est, si professi ordinis Minorum, aut Societatis Iesv eiicerentur à religione; cùm enim non sint liberi à rigida paupertate solemniter promissa in ea religione, sunt adhuc omnis successionis incapaces, ac proinde quasi naturaliter mortui; & ideo eodem modo iudicandum est de illa substitutione pupillari, ac si adhuc perseuerarent in religione diximus iudicandum n. 42.

50 Sed quid de iis, qui vota biennij in Societate Iesv emisere, & antea in testamento fecerant substitutionem pupillarem filio impuberi? Qua in re censeo per ea vota extingui substitutionem pupillarem, sicut diximus n. 44. extingui per professionem in religione capaci, quia, cùm per hæc vota fiant veri religiosi, & transeant in sui Prælati potestatem, perinde ac alij religiosi per vota solemnia, desinunt quoque habere filios in potestate; hæc enim (vt diximus n. 44.) est ratio, cur per professionem extinguatur patria potestas: extinguetur ergo quoque substitutio pupillaris, vtpote quæ ad sui valorem petit pupillum esse sub potestate patris tempore testamenti conditi, & tempore mortis parentis. Si tamen his è Societate expulsis, & post expulsionem mortuis, nec reuocato testamento obiret pupillus, haberet vim substitutio pupillaris. Quia tempore mortis patris erat iam sub patris potestate, & similiter fuit tempore conditi testamenti. Atque sicut status per ea vota assumptus, est reuocabilis per egressum è Societate, quo manent ij liberi prorsus à votis, ita effectus, quia est amissio illius patriæ potestatis, erit quoque reuocabilis, & cessante eo statu recuperabitur patria potestas, & effectus illius, sicut docet Rebellus *in tractatu de iustitia. parte 2. lib. 1. quæstione 8. sect. 6. numero 63. & 64.* patre nouitio in religione cessare ad tempus patriam potestatem; at eam redire egresso illo.

51 Sed quid dicendum de professis in ordine militari, qui matrimonium ducunt, & proprium habent, vt sunt commendatarij Alcantaræ, Calatraue, Diui Iacobi, an per hanc professionem cesset substitutio illa pupillaris? Et credo non cessare: quia optimè probat Velascius *cons. 308. A num. 23. usque ad 31. volum. 2.* filium emittentem huiusmodi professionem non eximi à patria potestate; & consequenter idem dicendum erit per huiusmodi professionem à parente emissam.

52 Vltimò dicendum est, quid è contrà si pater substituit filio pupilliariter, & is impubes mortuo patre professus est ex dispensatione Pontificia in religione. Qua in re sic distinguendum est: si profiteatur in religione incapaci succedendi, substitutio illa fortitur statim omnino effectum, ac succedet substitutus. Quia cùm ea professio habeat vim mortis naturalis, & facta sit manente ætate impuberum, censetur hic quasi mortuus ante pubertatem. Atque ita docent Imola *cap. in pupillari. num. 4. ff. de vulgari.* Guillelmus Benedictus *cap. Raynutius. verb. si absque liberis. n. 1.* vbi de pupillari substitutione. *num. 113. de testamentis.* Acosta *cap. si pater. 2. p. verb. defunctis ante temp. pubertatis. num. 5.* Si autem profiteretur in religione capaci succedendi, ait Guillelmus Benedictus *eo. num. 113.* expirare statim substitutionem pupillarem, & succedere monasterium, quamuis intra ætatem pupillarem obiret. Ducitur, quia substitutio pupillaris expirat nato libero intra eam ætatem, malitia supplente defectum ætatis ad concipiendum, vt constat ex *l. hæc fideicomm. princ. ff. de vulgar.* & probat *ibi. num. 114.* ex multis: ergo similiter expirabit ea pro

ea professione, cùm monasterium habeatur loco filij. At credo non expirare, sed eam valituram decedente hoc professo intra ætatem pupillarem; quia verum non est, monasterium haberi loco filij, vt dicemus infrà. Et quamuis id verum esset, est in solis casibus iure expressis, quallis non est hic. Si autem obiiet factus iam pubes, constat à tempore pubertatis cessare substitutionem, & succedere monasterium, sicut cessaret ipso manente in seculo. Quia illa professio non reputatur mors naturalis. Quod si professio illa fieret in ea ætate absque dispensatione Pontificia, constat non expirare substitutionem, in quauis religione professio fiat, quia cùm ea professio sit prorsus irrita, nullum producit effectum: atque ita bene docet Guillelmus Benedictus *eodem num. 114.*

SVMMARIVM.

An testamentum ante professionem factum sit à die professionis exequendum, ita vt excusa hæres hæreditatem, & legatarius legata habituri sint, quando constat expressè de voluntate testatoris? n.53.

Quid in dubio huius voluntatis, quando religio est succedendi capax? n.54.

An si hæres institutus, aut legatarius prius obeant, quàm ille professus, cassentur hæreditas, & legata, & pertineant ad monasterium succedendi capaci? n.55.

An hic hæres debeat habere hæreditatem etiam obeuntiente illo professo post professionem? n. 56. & 57.

An dicendum sit idem de donatione causa mortis ante professionem facta? n.58.

Quid de donatione facta inter viuos, etiamsi exequutio differatur in diem certum, aut in tempus mortis donantis? numero 59.

An sit coniectura voluntatis, vt à die professionis debeantur hæreditas, & legata, quando tempore nouitiatus, vel cum cognitione ingressus factum est testamentum, & an amplectenda sit in dubio opinio, quæ religioni faueat? n. 60.

An sit coniectura huius voluntatis, si testator relinquat monasterio vsumfructum bonorum, vel rei alicuius particularis, & quanto tempore debeatur vsufructus ille, & an id tempus sit numerandum à die professionis? n. 61.

An sit coniectura, si reliquerit legatum monasterio, aut illum hæredem instituerit? n.62.

An sit coniectura, si testator dixerit velle se ante professionem de rebus suis disponere, ne post illam lites oriantur? numero 63.

An sit coniectura, si testator mandauerit multa implere per hæredem statim post professionem? n.64.

An sit coniectura obseruantia diu postea subsequuta? n.65.

Quid si aliàs legatum esset inane, vt si legata sint commodatæ, vsufructus, vel census annuus, quæ professus ille tempore suæ vitæ possidebat? n.66.

Quid si testator dixerit se velle, vt post mortem suam hæres habeat bona, an in dubio intelligatur de sola morte naturali? num. 67.

An quando monasterium est incapax succedendi, hæreditas, & legata debeantur à die professionis? refertur quædam sententia. n.68.

Sententia authoris: vbi remissiuè, quid quando monasteria ex consuetudine, aut statuto non succedunt. n.69.

An idem dicendum sit de reliquis mandicantibus, & de Societate IESV, & an egressi à Societate recuperent bona? numero 70.

Quid dicendum de donatione causâ mortis facta ab his religiosis incapacibus succedendi etiam in communi? n. 71.

Quid de donatione inter viuos, cuius exequutio differtur post certum tempus, vel post mortem horum professorum, & postea profitentur in ordine succedendi incapaci? numero 72.

Quid si illa donatio causâ mortis, vel inter viuos exercenda post mortem facta esset à voluntate ingredi religionem incapaci succedendi? n.73.

Quid de donatione inter viuos, reuocabili tamen vsque ad mortem, vt si vir donaret vxori, vel pater melior aut filium in tertia bonorum parte? n.74.

Quid de legato annuo relicto alicui, & postea profitetur in religione incapaci succedendi? n.75.

An fideicommissum relictum alicui, vt post mortem restituat, si postea in ordine succedendi capaci profitetur, sit à die professionis restituendum? n.76.

Quid si monachus ille superuiuat fideicommissario, an fideicommissum pertineat ad monasterium, & è contra, si substitutus ingrediatur religionem succedendi capacem, & moriatur ante grauatum, an succedat monasterium? n.77.

Quid si id monasterium sit succedendi incapax? refertur quædam sententia. n.78.

Sententia authoris. n. 79.

An professio in ordine successionis incapaci censenda sit mors naturalis in præiudicium tertij? refertur quædam sententia. n. 80.

Sententia authoris. n. 81.

Quid si professus non alienauerat bona illa, sed ea renunciauerat, vel legauerat in testamento? n.82.

An statutum, & pactum lucranda dotis post mortem alterius coniugis, vel pactum reddenda tunc dotis patri, habeat locum, si alter in religione profitetur? n. 83.

An professus in religione succedendi incapaci rumpat testamentum paternum, in quo præteritus est? n.84.

An hic computetur inter liberos ad compumendam legitimam? num. 85.

An si statuta, aut consuetudine masculi excludant fœminas à successione, excludantur illa relicto filio professo in religione incapaci, vel capaci? n.86.

An grauatus hæreditatem restituere, si absque liberis decesserit, teneatur ad id relicto huiusmodi professo? n.87.

Quid si huic donatum sit aliquid, aut relictum, si cum liberis decesserit? n. 88.

An testamentum ante professionem in scriptis factum sit aperiendum statim post professionem? n.89.

Tandem ex his deducitur quid dicendum sit de ma- 53
iorata instituto ante religionis ingressum, siue tempore nouitiatus, siue antea, an reuocetur professione religionis postea sequuta: sic enim distinguendum est. Aut maiorata ille institutus est in testamento, & tunc idem prorsus dicendum est, quod de reuocatione testamenti antea facti hucusque diximus, & cum eisdem limitationibus, quia est pars testamenti; & ita docent Molina *lib.2. de primogeniis cap.9. à n.44. vsque ad 54.* Tapia *d. authent. ingressi. verb. idéique nec de his c.1. n.70. vsque ad 72.* Si autem non testamento, sed contractu sit institutus, si donatione irreuocabili, manet firmus; si autem donatione reuocabili, est idem dicendum, quod de testamento, vt bene docet Molina *eo c.9. n.51.* cùm primogenium reuocabile in contractu vim vltimæ voluntatis quoad effectus obtineat, vt probat idem Molina *lib.1. de primogeniis c.12. n. 23.* Quod si institutus est per substitutionem pupillarem, euanescet, casu, quo diximus n. præcedenti euanescere substitutionem pupillarem. Qualiter autem monasterium teneatur disposita in eo testamento seruare, & an detur actio professo id exigendi, explicabitur infrà, dum sermo erit de contractu religiosi, & de obligatione, quam inde contrahit monasterium.

QVÆSTIO quarta. A quo tempore incipiat vires 54
sortiri testamentum ante religionis ingressum factum, an à die professionis, an potius à die mortis naturalis? Duplex in hac re testamenti effectus considerari potest. Prior est, vt maneat firmum, & irreuocabile à die professionis, sicut maneret à die mortis naturalis; & de hoc effectu non tractamus in præsenti, sed tractandum est infrà. Posterior autem est, vt ex testamento illo debeatur hæreditas hæredi, & legata legatariis: & de hoc est præsens quæstio, an scilicet mors ciuilis, quæ est professio religionis, æquiparetur morti naturali quoad hùc effectu, vt sicut

vt sicut post mortè naturalè testatoris debetur statim hæreditas hæredi, & legata legatariis, ita eriâ post professionem testatoris: est quidem quoties de testatoris voluntate constat, manifestùm est, eam obseruandâ esse: quare si constat eam fuisse, vt hæreditas, & legata post solam mortem naturalem, aut statim post professionem hæredi, vel legatariis, ea obseruanda est. Et ratio est, quia cùm permissum sit ingredienti religionem modo, quo voluerit disponere, vt expressè habetur *authen. de monachis. §. si quis autem. versillud quoque.* similiter integrè ei erit disponere, quando testamentũ suũ effectũ consequi debeat. Præterea, quia licèt regularitèr nequeat quispiã statuere, vt suũ testamentũ ante mortẽ sortiatur effectũ, quod ambulatoria debet esse testatoris voluntas vsque ad mortem *l.3. in fin. & seq. ff. de adimẽdis legatis* at hoc fallit in testamento monachi, cùm per professionẽ reputetur mortuus ciuiliter, nec iam amplius testari valeat. Atque ita docent Francus *rubrica de testam. n 6. n.72.* Imola *l.1. n.25. ff. de testament.* & ibi Bald. *n. vnic. vers. in glos. naturalem.* Ruinus dicens nullum contradicere *cons.98. n.51. vol.1.* Alex. *cons. 155. n.4. & 5.* Couar. *c.2. n.8. fin. de testam.* Caldas *de nominatione emphyteotica q 6. n.19.* Hondedeus *cons.60. n.12. & cons.61. n.43. & duplici sequenti. & n.62. vol.2.* Molina *tomo 1. de iust. dis.1. 140 col.2. vers. quin & bona.* Angulo *de meliorata. d.1. glos.3. n.30.* Benedictus Egidius *l.1. q.4. §.1. n.6. C. de sacrosanct. Eccles. sit.*

55 Quare difficultas eò pertinet, quid in dubio huius voluntatis cẽsendum sit. Et quidem cùm duplex sit religio, quædam possidens bona in communi; altera autem incapax sic possidendi, duplex est difficultas: prior de possidente bona in communi; posterior autem de religione incapaci possidendi bona in cõmuni. Circa priorem difficultatem communis est omnium sententia, testamentũ non habituri effectũ vsque ad mortem naturalem illius professi, nec hæreditatem, nec legata danda esse hæredibus, aut legatariis, sed interim dum professus naturaliter viuit, potiuntur monasterium his omnibus bonis. Dico esse omnium sententiam, quia quamuis quidam distinguant, an testamentum conditũ sit ante religionis ingressum, an ignorando; hoc potiùs pertinet ad quandã huius sententiæ limitationem, & coniecturam contrariæ voluntatis testatoris, de qua coniectura differemus n.59. Et ideo dixi omnes Doctores conuenire in hac sententia, quando coniecturæ non probant contrariam testatoris voluntatem. Atque solum inueni tenentem contrariam Benedict. Egidium *l. 1. p.4. §.1. n.6. C. de sacrosanct. Eccles.* Probatur ex *l. cùm pater. 79. §. hæreditatem. el 1. ff. de leg.2.* & ex *l. Statuer. 48. §. Cornelius. ff. de iure fisci.* quę decidit fideicommissum relictum in diem mortis, non cedere fideicommissario, eo quod grauatus deposterit, & sic moriatur ciuiliter, sed à die mortis naturalis, & interim pertinere ad fiscum, sicut reliqua deportari bona. Et huius rationem reddit textus, quia posset fideicommissarius mori ante ipsum grauatum, & vt ait ibi Glossa *verb. ipse*, tunc fideicommissum extingueretur; quæ ratio militat quoque in hoc casu? Atque ita docent Speculator *tit. de statu monachorum. §. cont. n.56. 57.* & Bald. *in fin. vt an additionib. vers. nunc de testam. ingredientium.* Anton. *cons. præsentia. n.53. de probat.* & ibi Abbas *n.18. & 19.* Imola *n.22. fine.* Felinus *n.55.* Decius *in nouis cons. n.159.* Berosius *n. 554.* Paris. *n.165.* Mantuan. *n.70.* Anchar. *c. si pater. n.4. notab. 8. vers. autem. fum. & mors de testam. n.6.* Bartol. *authen. si qua mulier. num.10. C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Iacobus de arena *n.2.* Iacobus Butrigarius *q.6. & 8.* Bald. *n.12. vers. ticem non obstat.* Paulus *n.4.* Alberic. *n. 52.* idem Paulus *authent. nunc autem. n.1. C. de Episcopis, & clericis. & l. 1. n.6. ff. de testam.* vbi Bald. *n. vnic. vers. in glos. naturalem.* & ibi Imola *n.16.* Aretin. *n.6.* Angel. *n.4.* Franciscus *rubric. de testam. in fin. n.72.* idem Felin. *dicit vbique n.4. de offic. delegat.* Alex. *cons. 239. n.8. lib.1.* Ruin. *cons.98. n.12. vol.2.* Crottus *Legalia. §. & quid si testium n.29. ff. de liberis, & posthumis.* Guillelmus Benedictus *c. Raynutius. verb. mortuus vnque testatores. l. 1. n.297. & 298. de testam.* Angelus de Gambellionibus *de testamentis. notab. n.1. & 4.* habetur *tomo 8. ar. el. p. 1.* Rubeus *cons. 155. n.9.* Rosellus *authen. ingressi. n.29. C. de sacrosanct. Eccles.* Angelus *verb. religiosus. n.4. & verb. hæredes. n.22.* & ibi Tabiena *q. vltima. & verb. religio. q.5. n.36.* Syluest. *verb. hæredes. n.9.7. n.10. dicto 6.* Nauar. *comment. 2. n. 54. de regulis.* Suarez *allegat. 20. n.16. & sequent.* Couar. *c. 2. n.6. & 8. fine de testam.* Costa dicens omnes in hoc conuenire *d. c. si pater. q.2. verb. testatore mortuo. n.7. & 14. notab. si absque liberis. n.62.* Cessius *de successione ab intestato. 9. testamentum. q.54. n.7.* Villalobos *in suis communibus opinionibus. lit. M. verb. monachus. n.175.* Gratia. *regulo 456. n.6.* Andr. Fachin. *de controuersiis iuris. lib.6. c. 15. vers. ad 2. argumentum.* Gutier. *qq. canonic. lib.2. c.1. n.5. & 47.* Tapia *d. t. authen. ingressi. verb. idéique nec de his c.1. n.65. & verb. sua. c.3. n.15.* Caualeanus *decis. 21. n.111. n 5.p.* Maloas. *cons. 105. a n.17. vol. 2.* Surdus *cons. 238. n.4. vol.1.* Parisius, Emilius, & Gratus, quos ibi refert Surdus *cons. 557. num.10. vol.4.* Boëtius Epono dicens omnes vno ore ita sentire *c. 2. n. 15. de testam.* Eugenius *cons. 58. n.53. & 54. vol.1.* Hõdedeus *cons. 60. n.4. & n.11. fin. & cons. 61. num. 44. 51. & 62. vol.2.* Mandel. *cons. 166. n.6. vol.1.* Vincentius de Franchis *decis. Neapolitana 14. fine. vol.1.* Angulo *de melior. ata. d.1. glos.3. n. 26.* Gama *decis. 316. n.5. p.1.* Flores de Mena *ad diuinitos ad Gam. decis. 319. circa finem.* Molina *tom.1. de iustit. dis.1. 140. col.3. vers. quin & bona.* Azor *tom.1. institut. mor. linm. lib.12. c.6. q.5. & c.8. q.6.* Manuel *1. tom. summæ c.7. n.9. & quæst. regulæ ib.1. m.1. q.80. art.1.* Vega *1. tom. summæ. c. 50. casu 6.* Leonardus *lib.2. de iustitia. c.41. dub.10. n.85.* Huius etiam sententiæ sunt quos referemus, dicentes institutum grauatum restituere post mortem, non teneri statim post professionem in religione capaci, sed in id fideicommissum succedere religionem vsque ad naturalem professi mortem. Eiusdem etiam sunt sententiæ dicentes grauatum restituere hæreditatem, si absque filijs decesserit, non teneri statim post professionem in religione capaci, sed religionem succedere tempore vitæ monachi in casu, in quo substitutus non excluditur per monasterium, quos referemus infrà, quia omnes hæ doctrinæ eidem fundamento innituntur.

Quare si hæres institutus, aut legatarij prius obeant, 56
quàm testator ille professus in religione capaci, pertinebunt hæreditas, & legata illa ad monasterium: vnde (vt optimè docet Gutierrez statim allegandus) non est eorum in vita illius monachi solum vsumfructum illius hæreditatis, & legatorum competere monasterio; at dominium hæredi, & legatariis. Sed dicendum est, vtrumque competere monasterio durante naturali illius monachi vita. Nam si solus vsusfructus esset apud monasterium, extingueretur omnino, & in omni euentu morte naturali illius monachi. Sed non ita contingit, quia succedit in omne ius illius monachi, quod ante professionem in ea bona habebat. Quare sicut monachus ille ante professionem haberet dominium, & vsumfructum illorum bonorum donec naturaliter moreretur: ita & monasterium retinet vtrumque, cum onere tamen restituendi hæredi, & legatarijs post naturalem illius monachi mortem. Quare si interim decedant hæres, & legatarij, non transmittent ad suos hæredes, sed iure caducipenes monasterium prædicta bona pleno, & perpetuo iure permanebunt, vt constat ex ratione tradita *in l. Statius. §. Cornelius. ff. de iure fisci*, cuius meminimus n. præcedenti. Atque ita docent Bartol. *authen. si qua mulier. n.10. C. de sacrosanct. Eccles.* Bald. *in addit. ad Speculatorem. tit. de statu monachorum, in fine tituli. vers. nunc de testamentis ingredientium.* Guillelmus Benedictus *c. Raynutius. verb. mortuus vnque testatore. el 1. n.299. fine. de testam.* Suarez *allegat. 20. num.17.* Mandel. *cons. 166. n.6. vol.1.* Gutierrez *quæst. canonic. lib. 2. c.1. n.43.* Villalobos, Molina, & Leonardus num. præcedenti allegati.

Dices, quod si huic monacho post professionem defe- 57
ratur aliqua hæreditas? Respondetur, si hæreditas defe-

ratur ab intestato iure sanguinis, quo succeditur consanguineo, tunc hæredem à monacho institutum successurum in eam hæreditatem, licet & in alia monachi bona, relicto vsufructu, quo fruetur monasterium, vt latius dicemus infrà c. 9. & hæres succedit in omnia iura, quæ ad monachũ pertinebant ante professionẽ: si verò hæreditas fiat testatoris, quãtus testamentũ fuerit confectum ante religionis ingressum, tũc succedet monasterium in eam hæreditatem, ad quam monachus ille ante professionem non habebat ius, vt loco citato dicetur.

58 Constituunt autem quidam Doctores hoc discrimen inter testamentum, & donationem causa mortis factam ante religionis professionem in religione bonorum incommunicapaci, vt testamentum non sortiatur effectum prædictum vsque ad naturalem professi mortem, secus de donatione causa mortis; & proinde dicit statim post professionem tradenda donatio hæc bona sic donata. Ita docet Manuel 2. *tomo summæ. c. 7. n. 7.* Vega 2. *tom. summæ. c. 1. o. n. 5.* sed cui fur dari omnino nititur me prorsus latet, & ideo iure optimo Suarez *allegat. 20. n. 18.* docet vbi prorsus dicendum de donatione causa mortis, quod de testamento, cùm ea donatio sit quædam vltimæ Voluntatis species, nec effectum sortiatur vsque ad naturalem donantis mortem instar testamenti.

59 Quod si donatio esset inter vinos facta, iuxta formam Trident. *sess. 24. c. 16. de regular.* haberet suum effectum à die professionis, nisi aliud in ea donatione diceretur, vt ex eodem Manuel & Vega n. præcedenti allegati, quia cùm donatio illa gratiã professionis emuritenda fiat, nec exequatur eius ex naturali donantis morte pendeat, statim ac professio subsequitur, debeatur bona donatario tanquam causa donationis subsecuta. Atque idem dicendum est, si donatio fieret in seculo intuito ingressus religionis, & tenta opinione dicente huiusmodi donationem non improbari à Tridentino, quia eadem prorsus est ratio. Quod si donatio illa inter vinos facta quocumque tempore fiat, dummodo valida sit, haberet determinatum suæ exequutionis tempus, vt si exequutio differretur post biennium, aut triennium, aut post mortem, non deberentur bona donatario, si medio illo tempore donans in religione capaci profiteretur, donec id tempus accederet, aut mors naturalis professi, si exequutio donationis inter vinos differretur vsque ad illud tempus: ita bona illa haberet monasterium succedendi capax sicut habitorus esset donans si nondum professus esset.

60 Sed dubitatur, ex quibus coniecturis deprehendetur, animum testatoris fuisse, vt hæres, & legatarij conseguerentur hæreditatem, & legata à die professionis in monasterio capaci non expectata morte naturali. Varia huiusmodi coniecturæ traduntur à Doctoribus. Prima est, quando tempore nominatus, aut volens in nouitiatum ingredi testatus est: cùm enim religionis memor testetur, atque illam non instituat, sed extraneum, non modicum indicium est, voluisse testatorem illam res bonis priuare, statimque à die professionis tradi hæredi, & legatarius nam volentes succedere monasterium, vel non tollantur, vel si testetur, id explicant. Atque ideo huius sententiæ sunt Imola *1. n. 15. de testam.* Tiraqueus *vbi de testam. in 6. n. 72.* Rubeus *cons. 355. n. 5.* Gozadinus *cons. 41. n. 12. & 17.* Caldas *de nominatione employeutica q. 6. n. 19.* Hondedeus *cons. 60. n. 12. & cons. 61. n. 49. vol. 2.* Sarmiento *lib. 8. selectarum. super §. 6. tit. in tempus n. 6. num.* Cauallos *in quæstionibus nouarum. q. 63. num. 4. & 5.* Angulo *de meliorat. l. 1. glos. 3. fine.* Cæterùm hæc coniectura displicet, & ideo tenenda est communis sententia, nempe, etiam in hoc casu non deberi hæreditatem, nec legata vsque ad naturalem professi mortem, & interim eis potiturum monasterium. Ducet, quia communissima sententia id absque hac limitatione censet, & multi ex illis patronis (vt tetigimus numero 28.) existimant testamentum ante ingressum religionis emissum, tunc, quando factum est absque cogitatione huiusmodi ingressus, & tum temporis solùm subsistere quando permissa hac cogitatione factum est, & nihilominus opinantur non deberi hæreditatem, & legata à die professionis, sed à die mortis naturalis: ergo censent hoc, quamuis cum cogitatione ingressus monasterij factum sit testamentum. Rursus, quia optimè Couar. *c. 1. num. 8. fin. de testamento.* asserit expectandam naturalem professi mortem ad testamenti exequutionem, nisi testator aliud expressè disposuerit: at huius voluntatis non est expressa coniectura testari cum cogitatione ingressus religionis, vel post ingressum instituendo extraneum; quia sic testari potest duplicet respectu contingere. Prior est, vt ille indicaret se velle testamentum sortiri effectum à die professionis. Posterior est, vt testetur antequam labatur tempus nominatus, quo transacto testari nequit. Rursus, quia hic posterior respectus est verisimilior, tum quia iuri communi conformior, quo cautum est, testamentum non sortiri effectum vsque ad mortem naturalem. *l. 1. ff. de testam.* Ergo dubio non est censendus testator velle derogare iuri communi, sed potius se velle cum illo conformare, vt tradunt Doctores *l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellianum*; tum etiam quod intellectus hic faueat monasterio; at in dubio intellectus fauens religioni accipiendus est, & in dubiis opinionibus pro Ecclesia, & religione iudicandum. *l. sunt personæ. ff. de religios. & sumptibus funer.* & tenent multi, quos refert, & sequitur Tiraqueus *de priuileg. pro causa priuileg. 94. ad finem.* & *priuilege 148. num. vnico.* Et ideo hanc sententiam tenent Albericus *verbo, si qua mulier. num. 5. C. de sacrosanct. Ecclesiis.* & ibi Paulus *n. 4.* Eugenius *cons. 58. num. 12. & duobus sequenti volum. 1.* Gutierrez *quæst. canonicis lib. 2. c. 1. num. 11.* Manuel 2. *tomo summæ. c. 7. nu. 9.* Vega 2. *tom. summæ. c. 5. o. num. 6.*

Quamuis autem coniectura hæc non sit sufficiens, non tamen modica eius ratio habenda est ad huius voluntatis eõprobationem, si alias coniecturis allo iectur, vt vel tunc singula, quæ non profuant, simul collecta iuuent, iuxta Glossam *l. 2. verb. legitimis. ff. de exhibendis testamentis.* Sic Hondedeus *60. n. 49.*

61 Secunda coniectura est, si testator reliquerit monasterio vsumfructum alicuius rei. Nam si vellet à solo mortis naturalis tempore testamentum suum effectum sortiri, cùm omnium bonorum suorum vsusfructus pertinere debet ad monasterium, id vsufructus legatum esset finistanum, & nihil operaretur, cùm tamen quemlibet disposito interpretanda veniat, ne sit superflua, & sine effectu aliquid operandi. *l. 1. in princ.* cum ibi notatis *ff. quod metus causa. & l. 1. in fine.* vbi Doctores *ff. ad munic.* tradunque Purpuratus *cons. 138. num. 4. & cons. 175. num. 8. lib. 1.* Bertonus *cons. 108. num. 37. lib. 1.* Aymon *cons. 194. num. 2. lib. 1.* addens nullum verbum debere esse superfluum, si alius sanus intellectus dari possit. Hanc coniecturã tradit Hondedeus *cons. 61. n. 50. volum. 2.* Sed in primis hæc coniectura sufficiens non est, quando tempore testamenti non cogitabat testator de religionis ingressu, quia cum nulla ratione vsumfructum suorum bonorum deuetturum putaret ad monasterium, non frustra, sed vtiliter id legatum illi reliquisset, nec operari debet, vt si postea ingrediatur, primetur monasterium vsufructu omnium bonorum, alias sibi iure debito, non obstante testamento prius emisso. Rursus, si testamentum fecit cum cogitatione ingressus religionis, si legauit eum vsumfructum pro tempore suæ vitæ, approbo coniecturam prædictã ne frustra sit legatum: & ita Ruinus *cons. 98. n. 31. & 32. vol. 2.* cauté dixit esse coniecturam, quando aliquid legatum est monasterio, dum ipse monachus viuit. At si aliud tempus præscripsit, aut nullum, non approbo prædictam coniecturam; sed seruanda est regula generalis, vt monasterium habeat omnia bona tempore vitæ non elit, quia tunc potest alia voluntatis coniectura præsumi, nempe, cum exequutio testamenti debeat incipere à morte naturali testatoris, vt probatumus num. 55. potest præsumi voluisse testatorem, 62

vt à tempore suæ mortis naturalis, quo monasterium tenebatur restituere ea, fruatur illo vsufructu tempore illo designato: quod si nullum tempus designatum sit, fruatur centum annis, quo spatio duret vsufructus relictus absque temporis præfinitione communitati cuicumque. *l. an vsufructus. ff. de vsufructu.* Quod si aliquis contenderet, tempus vsufructu illo fruendi debere numerari à die professionis: quod non credo, sed à die mortis naturalis ob rationem traditam; & quia si ingressus esset aliud monasterium ab eo, cui legauit vsumfructum, non deberetur is vsque ad naturalem professi mortem: ergo idem est, si eidem monasterio relinquat. Sed esto ita esset, vel etiamsi testator expressisset, vt à die professionis numeraretur, posset adhuc sumi alia coniectura: quia is vsufructus sic relictus nequaquam finiretur naturali professi morte, sed duraret toto eo tempore designato, vel nullo designato, centum annos: at vsufructus professione comparatus finitur morte professi. Esset igitur coniectura voluntatis testatoris, vt independenter ab ipsius vita fruereturur monasterium eo vsufructu virtute illius legati. Cùm ergo hæc coniectura possit sumi, non est alia capienda in dubio contra monasterij fauorem, ac iuris communis regulas, vt diximus num. præcedenti.

62 Hinc deducitur, minus sufficientem coniecturam esse, si cogitans ille de ingressu reliquisset legatum monasterio, aut illud hæredem instituisset: adhuc enim dicendum esset, monasterium hæredem institutum non teneri soluere legata vsque ad naturalem professi mortem, & legatarium relictum non teneri vsque ad id tempus soluere hæreditatem, aut legata, quia eius institutionis, aut legati potest alius effectus considerari, nempe, si non esset institutum hæres, aut legatarium, fruereturur hæreditate, aut legato illo solo tempore vitæ professi; at institutum hæres, aut legatarium, fruereturur in perpetuum illa hæreditate, aut legato, & reliquis solo tempore vitæ monachi. Cùm ergo possit hæc coniectura sumi, non est coniiciendum per ea verba dubia voluisse testatorem excludere monasterium, ne omnibus aliis bonis potiatur tempore vitæ monachi.

63 Tertia coniectura est, si testator dixerit velle se ante professionem de rebus suis disponere, ne post professionem inter suos lis aliqua oriatur: id enim coniectura est, vt velit statim professione sequuta pertinere bona ad hæredes. Ita tradunt Rubeus *cons. 155. num. 4. volum. 1.* Caldas *de nominatione employeutica quæst. 6. num. 19.* Sed nullatenus placet, cùm facillimo negotio inde possit alia coniectura sumi, nempe, id dixisse ne lites circa successionem oriantur, quę vtique possent oriri post professionem circa ius succedendi iam irreuocabiliter acquisitum post naturalem professi mortem. Quare in hoc dubio non est capienda coniectura circa ius monasterij, vt diximus n. 60.

64 Quarta coniectura est huius voluntatis, quando testator mandauit multa adimpleri per hæredem statim ac professus fuerit, quia non est verisimile fore, vt ita disponeret, si voluisset sui testamenti exequutionem suspendi vsque ad mortem naturalem. Præterea, quia cùm hæres ille non deberet alias in ea bona succedere, eàque capere vsque ad mortem naturalem monachi, frustra illi iniunctum esset, vt statim à die professionis illa impleret, nisi diceremus, Voluntatem testatoris fuisse, vt ex tũc succederet in bona, & ita disponeret de illis, & aliis id non demandaret hæredi, sed testamenti exequutoribus. Sic Hondedeus *cons. 60. n. 12. vol. 2.* & placet mihi.

65 Quinta coniectura est obseruantia diu postea subsequuta, quando nempe post testatoris professionem hæres hæreditatem adiit, eàmque per multos annos possideret absque vlla monasterij, & monachi contradictione, quia obseruantia subsequuta deseruit ad euiscumque dispositionis declarationem, vt ea secundùm obseruantiam interpretanda sit, vt tradunt Bartol. *cons. 59. n. 3.* Anton. *c. cum venisset n. 12. & 21.* & ibi Imol. *n. 19. de instit.* & multi alij, quos refert, & sequitur Hondedeus *cons. 69. n. 11. vol. 2. & cons. 92. à n. 27. lib. 1.* quæ interpretatio sumitur in omni dispositione siue legali, siue hominis, siue inter vinos, siue in vltima voluntate, vt cum Aymone, & aliis tradunt Hondedeus vtroque loco, & Menochius *cons. 341. n. 5. & 23. vol. 4.* idque verũ est, quamuis ea obseruantia interpretans actum præcedentẽ non fuerit longa, & præscripta, vt tradit cũ Aymone, Beccio, & aliis, Hondedeus vtroque loco; & ita hanc coniecturam approbat Hondedeus *cons. 60. à n. 10. & cons. 61. n. 58. vol. 2.*

66 Sexta coniectura, est si legatũ illud esset inane, nisi intelligatur habere effectum à die professionis, vt si habebat vsumfructũ alicuius rei, & legauit commoditatem illius, vel censum annuum, quem ad vitam propriam possidebat, id legatum debebitur à die professionis: nam esset prorsus inane, & frustraneum, si diceremus post solam mortem naturalem deberi, cùm tunc penitus extinguatur ille vsufructus, & ille census.

67 Tandem si testator diceret se velle, vt post mortem suam hæres habeat bona, in dubio ea verba de morte naturali accipienda sunt, vt aliis citatis bene docet Gutierrez *qq. canonicis. lib. 2. c. 1. n. 50.*

68 Posterior difficultas est, quando monasterũ est incapax succedendi in communi, vt est ordo Minorũ, an testamentũ ante professionem emissum sortiatur suũ effectũ à die professionis, ita vt ex tunc tradenda sint hæreditas hæredi, & legata legatariis, quando summs in dubio de testatoris voluntate: Nam quando de ea constat, iam diximus n. 54. illam omnino seruandam esse. Quidam censent, etiam in ordine hoc succedendi incapaci expectandam esse mortem naturalem professi, vt debeantur hæredi instituto, & legatariis hæreditas, & legata. Ducuntur, quia mors illa ciuilis per professionem non habeat eundem effectum, quem naturalis. Quod amplius probabitur n. 78. & faciunt Doctores ibi allegandi, docentes grauatũ restituere post mortem hæreditatẽ alicui, non teneri, si postea in ordine incapaci profiteatur, sed expectandã esse mortẽ naturalẽ. Et ideo hanc partẽ sustinent Angel. *l. 1. n. 4. ff. de testam.* Felin. *c. in præsentia. n. 56. de probat.* & *c. dicet vnde quæ. n. 2. de offic. delegat.* Suarez *allegat. 20. n. 18.* Spino *specula testament. glos. 12. principali. n. 34. & 35. & glos. 14. n. 127.* & pro eadem opinione sunt, quos referemus infrà, dicentes, quando quis grauatus est restituere hæreditatẽ, si absque liberis decedat, non habiturũ hæredem ea bona, quando hic in ordine Minorum profitetur, sed expectandam esse mortem naturalem. Quod si his opponas, hæreditatem illam non posse pertinere ad monasterium tempore vitæ illius monachi, vtpote quod est succedendi incapax, dicit Angel. *eo. n. 4.* Ecclesiã Romanam habituram commodum eorum bonorum dum viuit ille monachus: Suarez autem *eo. n. 18.* dicit Ecclesiam Romanam, vel hæredes ab intestato.

69 Sed verius est statim à die huius professionis deberi hæreditatẽ, & legata, perinde ac si naturaliter mortuus esset. Nam, vt optimè cũ aliis probat Molina *lib. 1. de primogeniis. c. 13. n. 69.* huiusmodi professus reputatur, ac si non esset in rerũ natura, & hoc idẽ operatur huiusmodi incapacitas successionis, quod mors naturalis operatur. *l. 1. §. sed si parentes. ff. de conuinendo cũ emancipato. libr.* Præterea, quia quando ordo est succedendi capax, professio non æquiparatur morti naturali, quia monasteriũ ipsum succeditloco monachi, eiusque personam repræsentat, dũ ille superstes est. At quando monasteriũ est incapax, nullus est, qui personam illius monachi repræsentare possit: nã non monasteriũ, quia succedendi incapax est; non hæredes ab intestato, quia testamentũ condidit, in eúque constituit hæredem, & sic non dicitur ab intestato decessisse, non etiam Ecclesia Romana, quia nullo iure hoc habetur, & ad libitũ dicitur succedere in bona huius professi, dum ibi vita naturaliter finitur. Atque ita tenent Bartol. *l. 1. n. 7. de testam.* & ibi Bald. *n. vnic. versiculo glos. natur. dic.* Paulus *n. 6.* Cumanus *n. 4.* Imola *n. 17.* Arctin. *n. 6.* idem Bartol.

autem, si qua mulier n.10. C. de sacrosanct. Eccles. & ibi Paulus *n.4.* Salycet. *fine.* Iason *n.26. initio.* idem Paulus *authen. ingressi. n.4 C. de sacrosan. Eccles.* Anton. *c. in præsentia. n. 33. de probat.* & ibi Abbas *n.50.58.& 59.* Imola *n.21.* Decius *in nova edit. n.261.* Felin. *n.55.* Paris. *n.165.* Beroius *n. 534.* Mantua. *n.41.* Francus *rubr. de testam. in 6. n.72.* Anchar. *c. si pater. num. 4. vers. ab. 8. vers. in te dum & mors. de testam. in 6.* Bald. *ad tit. ad Spec. alias. re. n. de statu monachorum, in fine 10. notab. vers. nunc de testam. ingredientium.* Iason *l. gallus. §. & quid si tres. n. n. 15. ff. de liberis, & posthumis.* & ibi Marius Salomonius *n.41.* & ibi Emilius Perotus *n.9.* Rosel. *dict. authen. ingressi. n.19.* Alex. *cons. 13. n. 3. vol. 1.* Capuan. *cons. 83. n. 1. & 2.* & *cons. 147. n. 8.* Batthol Sozimus *cons. 92. n. 2. lib. 1.* Roland. *de lucro dotis. q. 95. n. 16. & tractatu de testam. & ultima voluntate. rubric. 17. n. 29. & 30.* Ioan. Lupus *rubr. de donationib. inter virum, & vxorem. §. 7. n. 3.* Guillelmus Benedict. *c. Raynutius. verb. mortuo itaque testatore. el 1. n. 301.* Phanucius *de lucro dotis. in rubr. statuti. glos. per mortem. n. 9.* Gratus *cons. 68. n. 13. vol. 1.* Rubeus *cons. 151. n. 55.* Angel. *verb. hæreditas. num. 12.* & ibi Tabiena *quæst. alt.* Sylvester *verb. hæreditas. 1. q. 7. n. 10. dict. 6.* Nauar. *comment. 1. n. 54. de regular.* Gregor. Lopez *l. 14 verb. tanto tempo. tit. 5. p. 6.* Cobar. *c. 2. n. 6. de testam.* Costa *dict. c. si pater. 2. p. verb. testatore mortuo. n. 6.* Iulius Clarus *lib. 3. receptar. num. §. testamentum. q. 18. n. 4.* Mandel. *cons. 166. n. 6. vol. 1.* Hondedeus *cons. 60. n. 3.* & *cons. 61. n. 44. vol. 2.* & *cons. 62. n. 32. vol. 1.* Surdus *cons. 90. n. 7. vol. 1.* & *cons. 557. n. 10. vol. 4.* Crassus *de successione ab intestato. §. testamentum. n. 34. n. 7.* Gutierrez *quæst. canonicis. lib. 1. c. 2. n. 18. 45. & 51.* Tapia *dict. authen. ingressi. verb. fut. c. 3. n. 35.* Angulo *de meliorat. l. 1. glos. 3. n. 22.* Benedict. Egidius *l. 1. p. 4. §. 2. n. 6. de sacrosanct. Eccles.* Molina *tomo 1. de justit. disp. 140. initio. & col. 2. vers. quin & bona. & disp. 186. col. 2.* Azor *tomo 1. instit. moral. lib. 12. c. 6. quæst. 5. & c. 8. q. 6.* Manuel *qq. regular. tomo 2. q. 80. art. 1.* & eiusdem sententiæ sunt docentes, gravato, si sine liberis decedat, succedere substitutum à die professionis in ordine Minorum, quos referemus infrà. Similiter sunt eiusdem sententiæ Doctores asserentes possessore maioratus profitenti in hoc ordine, succedere statim sequentem in gradu, quos referemus infrà. Verum autem idem dicendum sit, quando monasterium est incapax succedendi ex sola consuetudine, vel statuto, dicemus infrà cap. 16.

70 Quamuis autem in reliquis Mendicantibus quidam consentiant idem dicendũ esse quoad hoc, quia etsi possint immobilia recipere, non vt retineãt, sed vt vendant; at cùm in hoc casu vendere nequeant, vtpote quæ restitutioni subiecta sunt, nec possint redditus annuos retinere, debentur statim hæredi instituto. Sic Francus, quamuis dubius, *rubr. de testam. in 6. n. 72.* Alij autem sentiunt non esse idem, quia possunt habere bona immobilia. Sic Paulus *l. 1. n. 6. ff. de testam.* & ibi Imola *n.17.* At hodie lis hæc est sublata per Trident. *sess. 25. de regular. c. 3.* vbi omnes Mendicantes redditi sunt capaces rerum immobiliũ, exceptis Capucinis, & Minoribus de obseruantia: quare de reliquis Mendicantibus iudicandum est, sicut de religionibus aliis, quæ bona in communi possidere possunt; & docet Nauar. *comm. 1. n. 54. de regular.* Excipe tamẽ hic religiosos Societatis I E S V, qui professionem emiserunt, aut vota coadiutorum formatorũ: cum enim per ea vota reddantur incapaces succedendi etiam in communi, vt diximus, testamentum ab eis antea factum confirmatur omnino ex professione, ac votis, sicut morte naturali. Quare statim bona tradenda sunt hæredibus, & legatariis, vt bene docet Molina n. præced. allegatus. Verum autem si postea expellantur à Societate, recuperent illa bona, diximus n.47. Quid autem de renunciatione per hos facta, an iis egressis casseturdiximus c. 1. n. 31.

71 Ex his deducitur primò, quid dicendum sit de donatione causã mortis facta ab huiusmodi religiosis incapacibus succedendi in communi. Dicendum enim est, huiusmodi donationem habere suum effectum à die huiusmodi professionis, & votorum coadiutorum formatorum in Societate I E S V, cùm hæc donatio sit species vltimæ voluntatis. 71

At si esset donatio inter viuos, cuius exequutio differretur vsque ad mortem, maior difficultas esset. Videtur non deberi bona donata, nisi post mortem naturalem professi, sed interim ea habituram hæredem institutum in testamento, & si nullus institutus sit hæres ab intestato, sicut si certum tempus præfinitum esset, non haberet donatarius bona post professionem, sed post illud tempus; parum enim refert siue tempus certũ in donatione præfixum sit, siue incertum, vt post mortem. Et confirmatur, quia si quis emisset censum vitalitium ad vitam ipsius, non extingueretur ille census eo professo in ordine Minorum; sicut nec si tertius emisset censum ad vitam illius. Sed cõtrà est, quia hæc mors æquiparatur morti naturali: ergo sicut post mortem naturalem deberentur bona donata donatione inter viuos, cuius exequutio differtur post mortem; ita similiter dicendum est de morte ciuili post professionem. Secundò, quia vsusfructus relictus alicui, sicut extinguitur morte naturali, ita extinguitur, si profiteatur in religione incapaci succedendi, vt ostendetur infrà. Item, quia hæc reseruatio est solùm in fauorem donantis, vt ipse donans possit, dum viuit, frui bonis donatis. Sed per professionem in religione incapaci tam non potest frui bonis in particulari, nec in communi. Ergo à die professionis succedet in illa bona donatarius. Et ita ferè in propriis terminis tenet Angulo *de meliorat. l. 1. glos. 3. n. 22.* vbi ait mortem hanc in omnibus æquiparari naturali quoad exequendas statim monachi dispositiones, siue per contractum, siue per testamentum factas: secus autem dicendum de donatione facta post certum tempus, quia sicut sequuta morte naturali donantis ante id tempus non deberetur, ita nec sequuta morte ciuili per professionem: facit *l. in illa. 8. ff. de verborum obligatione.* Item videtur diuersa ratio procedere quando tertius quidam donat aliquid soluendum post mortem Petri; videtur enim tunc non deberi, nisi post mortem naturalem, quia hoc casu non procedit ratio superiùs facta; & quia Archidiac. *c. pl. cuiit. el 2. n. 4. a. 16. q. 3.* ait promissum causã mortis non deberi, nisi mors naturalis intercedat.

Hinc excipetem donationem causã mortis, vel inter viuos exequendam post mortem factam à volente ingredi religionem; cùm enim memioerit mortis, nec explicuerit professionem, videtur de morte naturali intellexisse, cùm mentio mortis ab ingressuro facta excludat professionem, & intelligatur naturaliter. *l. final. c. de iis, qui veniam ætat.* ita tenet Angulo *de meliorat. l. 1. glos. 3. n. penult.* licèt loquatur in religione capaci succedendi, sed eius ratio in vtraque militat. 73

Sed quid de donatione facta inter viuos, renocabili tamen vsque ad mortem? Et quidem si res donata tradita est, reseruando tamen facultatem eam renocandi vsque ad mortem, pater, quod cùm professione ius renocandi cessarit, & res sit tradita, nihil habet monasterium, vt bene Angulo *de meliorat. l. 1. glos. 3. n. 25. fin.* At quando res non est tradita, est maior difficultas. Angulo *ibi n. 28. & sribæ sequentib.* dicit quod statim à tempore professionis etiam in monasterio capaci habet effectum: & hinc infertur, quod melioratio facta filio, quæ aliàs esset renocabilis, & donatio facta à viro vxori, quæ aliàs est renocabilis vsque ad mortem, sortitur effectum, & debent potiri vtrique à die professionis huius; quod limitat *num. vltimo,* quando cogitans de ingressu religionis sic disposuit, quia, inquit, idem dicendum est de testamento eo intuitu facto. At sicut in testamento hanc coniecturam reprobauimus, ita in hac donatione. Sed monasterium dum vjuit monachus, fruetur eis bonis, quia potest sumi alia coniectura, vt ibi diximus, & ita donationes has non sortiri effectũ vsque ad mortẽ naturalem, & interim monasteriũ bonorũ capax illis potiturũ, & secus non capax, probauimus alios allegãtes *lib. 6. de matr. disp. 17. n. 9.* 74

Quid

75 Quid autem de legato annuo, vel ad certum tempus relicto alicui, dicendum sit, si postea profiteatur in ordine incapaci, dicetur infrà cap. 13.

76 Secundò deducitur, quid in ea quæstione dicendum sit, an si institutus iussu hæreditate restituere, vel aliquid aliud post mortem, profiteatur in ordine capaci succedendi, sit statim restituendum post professionem fideicommissum? Et videtur statim restituendum, quia testator grauans de hæreditate restituenda post mortem, videtur grauare vt hæredem. *l. I. scius Titius de testamento. ff. de fideicommiss. libri.* sed expectando naturalem professi mortem, cùm iam cessaret in illo hæredis qualitas, vitiaretur fideicommissum: ne ergo vitietur, non est expectanda mors naturalis. Sed dicendum est, expectãdum huius professi mortem naturalem, & interim monasterium illud habituũ bona. Constat ex textibus quos pòderaui n. 5. & ex Doctoribus ibi adductis; eadem enim est ratio in vtroque casu. Insuper, quia vsusfructus relictus alicui habet eam tacitam conditionem, vt morte eius finiatur, & redeat ad proprietarium. *§. finitur. institut. de vsufructu.* At non finitur professione vsufructuarij in monasterio capaci, sed remanebit apud monasterium vsque ad illius mortẽ, vt dicemus infrà. Nec obstat ratio in contrarium adducta; quia simile argumentum fieri posset, si institutus ille maneret in seculo, quia cùm restitutio facienda sit post mortem instituti, eo tempore nequit institutus manere hæres, vtpote qui mortuus est: quare dicendum, æquiualere, vt hæres restituat, vel alius vice eius fungens, eiusque personam repræsentans, qualis est monasterium. Et ideo hanc sententiam sustinent Bartol. *authen. ingressi. in 2. dict. n. 48. & 49. C. de sacrosanct. Eccles. & l. Sextius. 48. §. Cornelia. n. vnic. ff. de iure fisci. & l. cum pater. 79. §. hæreditatem. el 1. num. 3. ff. de legatis* 2. & ibi Imola *num. 6.* Baldus *num. vnico.* Salycetus *l. 1. n. 6. vers. nem predicta. C. de hered. instit.* Cumanus *Lex facto. n. 4. ff. ad Trebellianũ.* Marianus Sozimus iunior *l. gallus. §. & quod si tantum. n. 23. ff. de liberis, & posthumis.* Alciatus *ibi. n. 6.* Fortunius Garzia *nu. 58. & 75.* Crottus *n. 29.* Decius *c. in præsentia. in noua editione. n. 260. de probat.* & ibi Beroius *n. 534.* Hippolytus *singula. 668. ingressu religionis. n. 2.* Plata *l. vnic. fin. c. pœnis fiscalibus creditores preferri. lib. 10.* Menchaca *de succes. creat. lib. 3. §. 21. num. 170.* Vincentius de Franchis *decis. Neapolitana 14. num. 14. p. 1.* Mieres *de maiorat. in 1. editione. part. 2. quæst. 3. num. 29.* Matienzo *lib. 5. recopilat. tit. 4. l. 3. glos. 2. num. 5.* Gutierrez *quæst. canonicis. lib. 2. cap. 1. num. 64.* Surdus *cons. 557. nu. 10. volum. 4.* Benedictus Egidius *l. 1. part. 4. §. 2. num. 7. C. de sacrosanct. Eccles.*

77 Quare, sicut in simili diximus suprà, si monachus ille superuixerit fideicommissario, non transmittentur ea bona ad hæredes fideicommissarij, sed remanebunt perpetuò apud monasterium. Atque ita docent Paciador *in centuria quæstionum differentiarum different. 147. §. 1. num. 10.* Salycetus, Menchaca, Mieres, Benedictus Egidius, Gutierrez num. præced. allegati. Et è contrà, si substitutus est ingressus monasterium succedẽdi capax, & obiit ante grauati mortẽ, non succedet monasterium, quia morte substituti expirat substitutio, nec ius hoc transfertur ad liberos, vt tradit Glossa communiter recepta, *l. vnic. verb. derelictis. C. de his, qui ante apertas tabulas.* Sic Aymon *cons. 152. num. 3. volum. 2.* 74

78 Sed maius dubium est, quid dicendũ, si monasterium illud sit incapax succedendi? Multi affirmant non statim à die professionis deberi hoc fideicommissum, sed post solam naturalẽ professi mortẽ, & interim non monasterium habiturum ea bona, eo quod tãquam succedendi incapax non repræsenret personam monachi, sed habituros hæredes ab intestato, quia eius personam repræsentant. Ducuntur primò, quia quando mors ciuilis per professionem operari potest diuersum effectum, quàm mors naturalis, non æquiparatur naturali, vt communiter tradunt Doctores *lex ea. §. vsufructus. ff. de verborum obligat.* At in hoc casu expectatio mortis naturalis potest operari aliquem effectũ, mirum, quia integrum est filio grauato disponere ante professionẽ de illa hæreditate dando alteri, vt illa fruatur tempore vitæ eius naturalis, & illo non testante, aut non disponente proderit expectatio mortis naturalis vententibus ab intestato, qui tacitè instituti censentur, quando testamẽtum conditum non est. *l. confessum. n. ff. de iure codicil.* Cùm ergo peculiarem habeat effectum mors naturalis, non illi æquiparanda est mors ciuilis per professionem. Et confirmatur ex *l. Sextus. 48. §. Cornelio. ff. de iure fisci.* vbi iussu aliquo restituere post mortem, & postea deportato, non statim admittitur fideicommissarius, sed post mortem naturalem illius deportati, & interim fiscus gaudebit vsufructu illorum bonorum. Et redditur ibi ratio: quia potest interim fideicommissarius mori, & sic bona non ad illum, nec ad eius hæredes, sed ad fiscum perpetuò pertinebunt. Ergo sicut deportatio illa non æquiparatur morti naturali, ita nec professio in religione incapaci: nam similiter poterit fideicommissarius mori ante professum illum, & sic bona non permanebunt apud fideicommissarium, vel hæredes eius; sed perpetuò erũt hæredum ab intestato illius professi, eo vel maximè quod hic monachus non tam damnato in metallum, quàm deportato assimiletur, teste Bartolo *l. cum pater. §. hæreditatem. el 1. n. 1. ff. de legat. 2.* Secundò, quia cùm conditiones implendæ sint in specifica forma. *Lqui heredi. in princip. & l. Mauius. ff. de condit. & demonstrat. n. 6.* æqualet in conditionibus implendis mors ciuilis morti naturali: at fideicommissum illud habet tacitam conditionem, si institutus moriatur ante fideicõmissarium. Ergo in ea conditione implenda non est mors ciuilis per professionem, sed mors naturalis consideranda. Et ideo hãc sententiam sustinent Imola, quãuis dubius & relinquẽs cogitandum *l. cum pater. 79. §. hæreditatem el 1. n. 6. ff. de legat. 2.* Felin. *c. ad liberandum. n. 1. notab. 2. de iudeis.* Vincentius Herculanus, & Ioannes de Monte ferrato, quos refert, & sequitur Menchaca *de succes. creat. lib. 3. §. 11. n. 171.* Ripa *l. ex facto. §. ex facto. nu. 12. ff. ad Trebellian.* Bartholomæus Sozimus *l. cum nunc. n. 104. ff. de con. his. & demonstrat.* Costa *l. gallus. §. & quod si tantum. q. 1. n. 12. ff. de liberis, & posthumis.* & *c. si pater. 1. p. verb. si absque liberis. n. 61. de testamen. an 6.* Caldas *de nominatione emphyteutica. q. 6. n. 19. fine.* Benedictus Egidius *l. 1. q. 4. §. 1. n. 7. C. de sacrosanct. Eccles.* Vnde inferunt Ripa, Costa, & Menchaca ibidem, si hoc casu monachus superuixerit fideicommissario, euanescere fideicommissum, atque ea bona remanere perpetuò apud hæredes ab intestato.

Sed quamuis hæc sententia sit valde probabilis, probabilius tamen reputo, id fideicommissum deberi statim, ac monachus ille professus fuerit, quia, vt diximus num. 69. professio hæc æquiparatur omnino morti naturali. Atque ita omnes Doctores ibi allegati tradunt testamẽtum quoad omnes effectus confirmari hac professione, sicut morte naturali. Item quia, cùm ille nequeat bona possidere, nec ex facto suo transferat in monasterium, nihil mirum si ea bona ad eos pertineãt, ad quos deuoluerentur eo naturaliter mortuo. Nec obstant in contrarium adducta, quia ad ea respondet optimè Gutierrez statim allegandus. Et ideo hanc partem sustinent Bartol. *l. cum pater. 79. §. hæreditatem. el 1. num. 3. ff. de legat. 2.* & ibi Baldus *num. vnic.* Angelus *l. ex facto. §. ex facto. nu. 3. ff. ad Trebellian.* & ibi Cumanus *num. 4.* & ibi Velascus *§. si quis rogatus. volum. 3.* Plata *l. vnica. fori. cap. pœnis fiscalibus creditores preferri. lib. 10.* Costa *cap. si pater. 1. part. verb. si absque liberis. num. 61. de testament. an 6.* Surdus *cons. 557. num. 10. & 12. volum. 4.* Vincentius de Franchis *decis. Neapolitan. 14. num. 7. part. 1.* Molin. *tom. 1. de iust. disput. 186. num. 74.* Decius *cap. in præsentia. in noua edit. num. 261. de probat.* & ibi Beroius *num. 534.* Paris. *nu. 51.* Lancelotus *num. 18.* Conar. *cap. 1. num. 6. de testamen.* Gregor. Lopez *l. 14. verb. tanto tempo. tit. 5. p. 6.* Simon 79

de Præto

de Peatis *de in ò premione vltimæ voluntatis. lib 2. interpretat. 1. dub. 1. folio. 6. num. 1.* Caldas *de nominatione emphyteutica. quæst. 6. num. 6.* Gutierrez alios allegans *quæst. canonicæ lib. 2. cap. 1. num. 62. & sequentibus.* Peregrinus *de iure fisci. lib. 3. 1 tit. 5 num. vltimo.* Quare quamuis monachus is superuiuat fideicommissario, non euanescit fideicommissum, qui per professionem monachi cessit dies illius fideicommissi, & omnino pertinuit ad fideicommissarium, vt bene docet Gutier. *eo cap. 1. num. 63.* & est necessariò dicendum iuxta omnes Doctores huius opinionis.

80 Sed gratis est difficultas, an hæc professio in ordine successionis incapaci cēsenda sit mors naturalis in præiudicium tertij? Verbi gratiâ, frater ordinis Minorum gauaurus erat post mortem suam aliquam hæreditatem restituere, ipse ante religionis ingressum ius in ea bona tempore vitæ suæ ad se pertinens venditione, aut donatione, aut quouis alio contractu in alium transtulerat: dubitatur ergo, an sicut si monachus ille ea bona non alienarat, censeretur sua professio mors naturalis, vt ex rūc in ea bona succederet substitutus, sic quoque censenda mors naturalis in præiudicium illius, in quem ea bona alienata sunt; atque adeò non obstante illa alienatione substitutus habere deberet ea bona à tempore professionis, an potiùs expectare debeat mortem naturalem? Idem procedit in eo, qui commoditatem ad vsumfructum alienasset. Quidam censent non obstante ea alienatione censeri professionem illam mortem naturalem in præiudicium illius tertij, ac proinde à tempore professionis substitutum illum admittendum esse in præiudicium illius, in quem ea bona alienata sunt. Sic tradunt Gratus *cons. 68. num. 14. lib. 1.* Hondedeus *cons. 62. num. 18. volum. 1.* & neuter id probat: verùm probari potest, quia resoluto iure dantis, resoluitur quoque ius accipientis. *l. si ex duobus. 6. §. sed & Marcellus. ff. de in diem adictione*; at per professionem illam resoluitur ius fratris Minoris alienantis, quippe qui ius pro solo tempore vitæ suæ ad ea bona habebat, & consequenter vsque ad eam professionem, qua vita sua finiri censetur; ergo & finitur ius accipientis. Secundò, quia quamuis professio illa censeatur ex sola iuris fictione, & non verè mors naturalis; at fictio bene operatur in præiudicium tertij, vt constat ex doctrina, quam tradunt Paulus *l. 1. §. si, qui pro emptore. 15. in princ. num. 4. ad medium.* & ibi Imola *num. 7. vers. & ex prædillis.* Romanus *paulo post princip.* Iason *num. 74.* vbi tractantes cur in casu illius legis vsucapio interrupta per aliculus captiuitatem, non continuetur eo ad pristinam libertatem restituto per fictionem postliminij, qua hunc restitutum lex fingit non esse captum. *l. vel vero. & l. postliminium. ff. de capiuit.* reprehendunt rationem, quam tradit ibi Bartol. *nu. 2.* dicentes eam esse falsam, nempe fictionem non operari in præiudicium tertij, qui est verus dominus rei, quæ aduersùs illum vsucapi cœpta est; atque aliquibus exemplis adductis probant fictionem operari in præiudicium tertij. Et confirmatur, quia quando filius per subsequens matrimonium legitimatur, ea legitimatio ex iuris fictione retrotrahitur ad tempus conceptionis illius filij, ac proinde quamuis in rei veritate filius ille non fuerit tempore conceptionis legitimus, at ex iuris fictione, qua matrimonium illud ad tempus conceptionis retrotrahi fingitur, censetur ex tunc legitimus. *cap. tanta, qui filij sint legitimi.* & tamen fictio hæc operatur in præiudicium tertij: nam si inter huius filij conceptionem, & matrimonium cum eius matre initum intercesserat aliud matrimonium, ex quo filius verè legitimus habitus est, & sic comparauit ius ad maioratum patris, excludetur per filium illum priùs natum, cuius legitimatio per subsequens matrimonium ex sola iuris fictione retrotrahitur, vt alios referens tradit Couar. 4. *decretalium. 1. part. cap. 8. §. 2. numero 28. vers. verùm hæc.* vbi expresè probat, fictionem iuris in præiudicium alterius admittendam esse. Tandem, quia ille substitutus ab ipso mortis testatoris substituentis tempore comparatur ius ad ea bona post naturalem, aut ciuilem per professionem grauati in ordine in capaci mortem: ergo sequens grauati alienatio nequit ei substituti iuri præiudicare. Confirmatur, quia solum ius, quod habebat, potuit alienare, & nunquam acquisiuit ius, nisi donec profiteretur in ea religione, sicut nisi vsque ad mortē naturalē. Denique, quia hoc non est fictionē operari in præiudicium tertij, sed quia alienans non habebat ius, nisi vsque ad professionem, nec potuit alienare, nisi id quod habebat.

Cæterùm multo probabilius credo, eam professionem non censeri mortem naturalem in præiudicium tertij, ac proinde expectādam esse huius profesli, vt substitutus in ea bona succedat, & interim ea habiturum illum, in quem alienata fuerant. Quod expresè docent Bald. *cons. 280. factum sic se habet. fin. volum. 1.* Peregrinus *de fideicommissis. art. 28. numero 63.* Baldúsque id probat, quia mutatio status alienantis non officit iuri iam quæsito per eum, in quem alienarat. Peregrinus etiam probat, quia professio fratris Minoris operatur expropriationem eorum quæ tunc professus possidebat, non verò in præiudicium tertij, & respectu iuris, quod in alium transtulerat. Sed vltra illos probatur, quia ex tempore illius alienationis iam monachus se iure suo abdicarat, & illud transtulerat in alium, cui erat ius in ea re acquisitum: at cùm fictio iuris non perperam, sed ex naturali quadam æquitate inducatur, nihil operatur in præiudicium tertij; id enim naturali æquitati aduersaretur, vt cū alterius iactura quispiā locupletetur. Quod optimè tradunt Glossa finalis *l. denique. 19. ff. ex quibus causis maiores.* Bartolus *l. cùm hæredes. 25. §. 1. num. 1. ff. de acquirend. hæred. & l. 1. si is, qui pro emptore. 11. in principio. num. 2. ff. de vsucapiono.* & ibi Angelus *num. 4.* Antonius de Rosellis *de legitimitate l. 1. tit. de causa finali legitimationis. quæst. 1 num. 28.* Decius *regul. omnia fere iura. 153. num. 2. & regul. semper quod non prohibetur. 60. in fine. ff. de regulis iuris.* Dueñas *reg. 350. limitatione 14.* Molina *lib. 3. de primogeniis cap. 1. num. 7.* & alij multi, quos refert, & sequitur Tiraq. *de retractu lignager. §. 1. glos. 10. & de nobilitate. cap. 34. num. 9.* qua ratione ducti Tiraquellus *tota ea q. 34.* Antonius de Rosellis, Dueñas, & Molina ibidem cum frequentissima Doctorum, quos ibi referunt, sententia, tradunt legitimationem filij priùs nati non retrotrahi ex iuris fictione ad tempus conceptionis in præiudicium filij verè legitimi nati ex matrimonio internedio cum alia muliere, quia ea retrotractio inducta ex iuris fictione, superueniēsque posteriori filij natiuitati, nequit priuare posteriorem iure ad maioratum, quod à tempore natiuitatis acquisierat. Et quamuis huic receptissimæ sententiæ aduersetur Couar. vt n. præcedenti allegauimus, & probet quandoque fictionem operari in præiudicium tertij, idque efficēte in prædicta maioratus successione, eius sententia minimè est vera; & esto vera esset, huic non aduersatur: quia ipsemet dicens fictionem operari in præiudicium tertij, limitat, quando illi tertio est ius in sola spe, seu ad rem acquisitum, vt contingit in illa maioratus successione. At in nostro casu ille, in quem ea res alienata est, acquisierat ius perfectū in re per alienationē illam; atque ita non aduersatur eius doctrina huic decisioni. Nec obstant in contrariū adducta, quippe negandū est per professionē resolui ius dantis, quando ea bona sunt in tertiā personā, alienata; sed bene resolueretur, si adhuc essent in monachi persona. Ad secundum dico, doctrinam Bartoli non impugnari, quatenus ait fictionem non operari in præiudicium tertij, sed quatenus ait eam esse rationem decisionis illius textus: & ad exempla per eos Doctores adducta, in quibus operatur in damnum tertij, respondentur ex doctrina Alberici *eadem l. si is, qui pro emptore. 15. in princip. n. 8.* id contingere,

contingere, quia in eis casibus specialibus concurrit alia æquitas specialis præponderans ei damno tertij contra generales æquitatis regulas, nisi æquitas aliqua specialis oppositū suadeat. At in hoc casu nulla æquitas specialis suadet, vt fictio illa, qua frater Franciscanus reputatur mortuus, operetur in damnum tertij, in quem ea bona alienata erant. Ad confirmationem constat ex dictis. Ad vltimum dic, substitutum non verè comparasse ius ad ea bona à tempore professionis, sed à tempore mortis naturalis professi, & ex sola iuris fictione, qua illa professio reputatur mors naturalis à die professionis. At hæc fictio debet intelligi casu, quo ea bona sunt apud profitentis dominium, qui non cedit in tertij præiudicium: secus verò quando cederet in tertij præiudicium, in quem ea bona alienata erant. Ad primam, & secundam confirmationem respondetur, non solùm vsque ad professionem, sed etiam vsque ad mortem naturalem acquisiuisse ius, & de eo potuisse disponere. An verò hoc procedat etiam in bonis maioratus, & in commoditate vsusfructus alienatis, dicetur infrà.

82 Immo hoc credo verum, etiamsi in tertium illum non esset ea bona alienata, sed professus hic ante professionem in eum renunciarat expressim id ius, vt illud à tempore suæ professionis obtineret, aut expressim testamento illud ei legarat, quod à die professionis vim obtinet. Ducor, quia verior sententia habet, vt diximus num. præcedenti, fictionem non operari in præiudicium tertij, cui est ius ad solam rem acquisitum; quale est huic ratione illius renunciationis conditionalis, aut testamenti. Atque idem censerem, etiamsi hic data opera renūciaret, aut sic testatus esset, vt eo tempore fraudaret substitutum eis bonis, quia nequit dici fraudem committere qui vtitur iure suo, vt ea ratione effectus impediatur, *regul. nullus videtur. ff. de regulis iuris.* cum aliis, quæ congessi *lib. 3. de matrimonio. disput. 18. num. 29.* Quod si opponas, ingredientem monasterium animo fraudandi substitutum, non illum excludere, vt dicemus infrà; sed ibi respondimus num. 55. in solutione ad 4. esse id in eo casu speciale, vt hæc fraus nō prosit, eo quod tunc non habeat monasterium ea bona ex expressa testatoris voluntate, sed ex præsumpta, quam ius non præsumit interueniente hac fraude. Dixi autem, quando specialiter, quia si generalis esset renunciatio, aut institutio generalis, non includeret hæc bona, quæ professione illius monachi transire debent in substitutum, per ea quæ infrà dicemus.

83 Tertiò deducitur, quid in ea quæstione dicendum sit, an statutum, & pactum lucrandæ dotis altero coniuge mortuo, habeat locum altero professo in religione suæ capaci, siue incapaci succedendi; & quid si vterque profiteatur, & quid de pacto reddendæ dotis patri post mortem filiæ? Sed quia rarò hoc contingit, nolo in ea enodanda immorari, sed consulendi sunt Glossa, & Doctores *l. Deo nobis. C. de Episcopis, & clericis*, & latissimè Rolandus *de lucro dotis. quæst. 93. a num. 10. vsque in fin.* Fortunius Garzia *l. gallus. §. & quid si tantum. nu. 65. ff. de liberis, & posthumis.* & ibi Crotus *num. 25.* Ruinus *num. 4. & 17.* Bartolus *tract. Minoricarum in fine.* Glossa *l. si cùm dotem. 23 in principio. verb. mulieri.* & ibi Barbosa *à num. 45. ff. soluto matrimonio.*

84 Quartò deducitur, filio professo in religione incapaci præterito in testamento paterno, perinde esse validum testamentum, nec rumpi, ac si filius mortuus præteritus esset: quia cùm sit omnis successionis incapax ipse, & monasterium, habetur quoad hoc tanquā mortuus. Item, quia ius succedendi, & ius rumpendi sunt connexa, & tanquam connexa se habent in actu, & priuatione, ita vt qui nequit succedere, nequeat etiam rumpere. *l. suus hæres. C. de repud. hæred.* Et ita tradunt Andreas de Bezetis, quem refert, & sequitur Guillelmus Benedictus *cap. Raynutius. verb. in eodem testamento relinquens. el 1. num. 121. & duplici sequenti.* Molin. *lib. 2. de primogeniis. cap. 9. num. 42. & 43.*

85 Quintò deducitur, filium professum in religione incapaci non computari in numero filiorum in computatione legitimæ, cùm quoad ius succedendi habeatur tanquam mortuus. Atque ita docent Bald. *l. vnica. in principio. num. 11. C. de caduc. tollend.* Alex. *l. plani. §. si duobus. num. 7. ff. de leg. 1.* Guillelmus Benedictus *cap. Raynutius. verb. in eodem testamento relinquens. el 1. num. 125. de testam.* Aretinus, Imola, Crotus, & Fabianus, quos refert, & sequitur Surdus *de alimentis. tit. 3. quæst. 1. nu. 44.*

86 Sextò deducitur, si statuto, aut consuetudine masculi excluderent fæminas à successione parentum, non excludendas à masculo professo in ordine succedendi incapaci, quia id statutum, & consuetudo intelliguntur existente masculo capaci. Atque ita sustinent Baldus *authent. ingressi. num. vltimo. C. de sacrosanct. Eccles.* Guillelmus Benedictus relatus num. præcedenti. Nicolaus de Vbaldis *de successione ab intestato. p. 2. num. 11.* habetur *tom. 8. tractatuum. p. 1.* Redoanus *de spoliis eccles. quæst. 8. in principio. num. 11.* habetur *tom. 14. tractatuum.* Rojas alios allegans *epitome successionis. cap. 11. num. 29.* Molin. cum multis per ipsum allegatis *lib. 1. de primogeniis. c. 13. num. 70.* Surdus *cons. 557. num. vltimo. volum. 4.* qui omnes videntur à contrario sensu aliud intelligere, quando ille professus fuit in monasterio capaci succedendi; & tenent expresè Lapus *in nouæ edit. allegat. 105. num. 6. & sequentibus.* Albertus Brunus *de statuto excludente fœminas propter masculos. art. 2. principali. quæst. 12.* Parisi. *cons. 47. num. 62. lib. 3.* Portius *cons. 23. num. 31.* Vtrùm autem hæc posterior pars vera sit, dicemus infrà.

87 Vltimò deducitur, si quis grauetur hæreditatem restituere, si absque liberis decesserit, & decedat relicto vnico filio professo in ordine incapaci, eum dicendum mori absque liberis, ita vt sit locus substitutioni, quia ea conditio intelligitur sine filiis hæredibus. Sic Bartol. *l. finali. num 2. C. quando, & quibus 4. p. ars. lib. 10. l. filius familias. §. cum quis. ff. de leg. 1.* Paulus *l. cùm mun. num. 2. ff. de cond. & demonstrat.* & ibi Batthol. Sozimus *nu. 105.* idem Paulus *l. ex facto. §. si quis rogatus. el 1. num. 3. ff. ad Trebellian.* & ibi Ripa *§ finali. num. 19.* Barthol. Sozimus *cons. 92. num. 4. vol. 1.* Imola *l. Lucius. la vltima. num. 3. ff. de hæredibus instit.* Guillelmus Benedictus *dict. verb. in eodem testam. relinquens. el 1. num. 125. & verb. si absque liberis. el 1. num. 16. & 17.* Cephalus *cons. 46. num. 40. lib. 1.* Menochius *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 69. num. 1091.* & alij quos refert Sfortias Oddo *de compendiosa subsit. p. 6. q. 1. art. 5. num. 8.* Et hoc est verius, quamuis contrarium teneant Alex. & Corneus, quos ibi refert Sfortias Oddo, & licēt dubius, in eorum sententiam magis inclinat, quod verba in huiusmodi successione accipi debeant naturaliter, & secundùm potentiam naturalem, non autem ciuiliter, id est, secundùm potentiam succedendi; vnde bene ait Menochius aliis allegatis, successurum substitutum à tempore professionis huius filij non expectata morte naturali, vt in quodam simili dicemus. Quod si filius ille professus esset in monasterio successionis capaci, reputaretur verè filius ad illius substituti exclusionem, vt optimè aliis relatis tradunt Cephalus, & Menochius ibidem, & Surdus ibidem.

88 Quamuis autem existentia filij sic professi non operetur hanc substituti exclusionem in sui commodum, vel monasterij, & in substituti præiudicium: at bene operaretur in commodum alterius, ad confirmandam donationem, vel aliam dispositionem sub conditione liberorum factam, vt si quis doner alicui fundum, si cum liberis decesserit, existentia filij huius efficeret impleri conditionem, quia in hoc casu non exigitur existentia filij quoad effectum iuris, sed tantùm quoad effectum facti; & ita latè probant Anchar. *cons. 396.* Sfortias Oddo *eodem art. 5. à num. 9.*

89 Dubitabis tandem, an testamentū nouitij in scripto factum

factum sit aperiendum statim post professionem, an expectanda sit mors naturalis. Et quando monasterium est incapax, non dubium quin statim habeat effectum à die professionis; sed etiam quando capax, tenet Angulo *de melior. ex cap. 1. glos. 3. nu. 29.* quamuis alis per aperturam in vita factam soleant irritari. *l. concessuerat. ff. de iis, quæ in testam. delen.* nisi ex testatoris voluntate aperiantur, quod ibi tradunt Angelus, Paulus, Alex. & Iason.

SVMMARIVM.

Quis stando in iure antiquo succedat nouitio morienti ab intestato, quando monasterium est incapax? n. 90.
Quid si religio est succedendi capax? refertur quædam sententia. n. 91.
Explicatur sententia authoris. n. 92.
An monasterium succedat in partem suam legitimam? n. 93.
Quid si non sint hæredes necessarij, vt ascendentes, & descendentes? n. 94.
An succedat monasterium in alimentorum nouitij expensas? n. 95.
Quid si constet nouitium ingressum animo perpetuò viuendi in religione? n. 96.
Quid si contulerit bona sua monasterio? n. 97.

90 QVÆSTIO vltima. Quis succedat nouitio decedenti ab intestato, ac nulla renuciatione facta? Et oportet meminisse, in omnibus his quæstionibus sermonem haberi ante Tridentini decretum: nam an quid sit in hoc immutatum per Tridentinum, dicemus cap. 5. Quæstio hæc non habet locum in monasteriis incapacibus succedendi, sed in his, quæ ius habent ad succedendum in bona suorum religiosorum; nam priora monasteria nullatenus succedunt. Atque ita docent Parisius *cap. in præsentia. num. 188. de probat.* Menochius *cons. 396. num. 1. volum. 4.* & *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 84. num. 2.* Gutierrez *quæst. canonicæ. lib. 2. cap. 1. fine.* Molin. *tomo 1. de iustitia. disp. 140. initio.*

91 Potest autem nouitius hic dupliciter se habere. Primò, quando non expressè contulit bona monasterio: secundò, quando expressè ea contulit; & vtrque casus est seorsim disputandus. Prior ergo difficultas est, quis succedat nouitio decedenti ab intestato in religione capaci succedendi, quando bona sua non contulit monasterio, nec alteri. Quidam dicunt succedere monasterium in ea bona. Ducuntur, quia cùm ingrediens religionem, eo ipso quod elegerit à principio vero perseverandi animo religionem, censetur consequenter eligere monasterium, vt suum futurum hæredem, & dum de contraria voluntate non constat, censetur excludere hæredes ab intestato, quia perseverantia in priori voluntate præsumitur dum non reuocatur. *cap. maioret. de baptismo.* Atque ita tenent Antonius *cap. in præsentia. num. 44. de probationibus.* & ibi Decius *in noua edit. à num. 284. vsque ad 287.* Henricus *num. 15.* Bellamera *num. 37.* Barbatius *num. 59.* Mantua. *num. 81.* idem Antonius *cap. 2. num. 6. fine. de foro cont.* Ananias *cap. 2. num. 8. de testament.* Anchar. *cap. 2. num. 3. de testam.* Cynus *authent. ingressi. num. 2. quæst. 2. C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Rosel. *nu. 16.* & ibi Iacobus de Raueñas, & Reinerius de Forliuio, quos refert, & sequitur Anchar. *cons. 69. num. 11.* Felin. *cap. cum adeò. num. 3. de præsumpt.* idem Barbatius *Clem. 1. nu. 20. de electione.* Ioannes Lupus *rubr. de donationibus inter virum, & vxorem. §. 38. num. 7.* Plaza *de delictis. cap. 41. num. 23.* Mandos. *in casibus annalibus. num. 56. casu 185. & num. 65. casu 196.* Iulius Clarus *lib. 3. receptarum. §. testamentum. quæst. 28. num. 6. fine.* Surdus *decis. 303. num. 8.* Confectius *in priuileg. Mendicantium*, in notabilibus positis post Bullas Pontificias, *tract. 13. cap. 13.*

92 Sed tenendum est, nullatenus pertinere ad monasterium, sed ad hæredes illius nouitij ab intestato, quia nouitius non censetur bona donare religioni, nisi cùm actu profitetur, nec vsque tunc censetur cum effectu religiosus; ergo nulla est ratio, cur bona pertinere debeant ad monasterium; & consequenter succedent hæredes ab intestato. Item ex *l. apud Labeonem. 22. in principio. iuncto §. finali. ff. de præscript. verb. vbi cum res ea conditione esset vendita, vt si intra certum tempus displicerit, redderetur sin autem contractus teneret*; deciditur, quod si displiceat, reddatur res ipsa, & quidquid ratione ipsius ad emptorem peruenisset, si verò perit intra id experientiæ tempus, nullus esset contractus. Et si idem operatur interitus ante contractum perfectum, quod displicentia emptoris: similiter idem operabitur mors nouitij, ac ipsius displicentia; sed si displiceret sibi status, nil acquireret monasterium. Atque ita docent Bartol. *authent. ingressi. in 2. lectura. num. 56. C. de sacrosanct. Eccles.* quamuis *authent. si qua mulier. C. eodem tit.* dubius maneat, & relinquat cogitandum Iason *ea authent. si qua mulier. num. 59.* Abbas *cap. in præsentia. num. 68. de probationibus. num. 63.* Imola *num. 24.* Berotus *num. 552.* Parisius *ibi. num. 188.* Additionator ad Decium *ibi. in noua editione. num. 286. littera D.* Calderinus *toto cons. 9. tit. de regularibus.* Anchar. *cap. beneficium. num. 3. de regularibus. in 6.* & *cap. 1.* Barbatius *cap. 2. num. 3.* & *4. de testament.* & ibi Imola *num. 19.* Francus *rubr. de testament. in 6. n. 67.* Berotus *cons. 28. num. 13. volum. 1.* Bellamera *cap. quanto. num. 12. de officio ordin.* Capra *cons. 145. num. 10.* Nicolaus de Vbaldis *de successione ab intestato.* vbi de successione regularium. *2. p. num. 10.* habetur *tom. 8. tractatuum. p. 1.* Redoanus *de spoliis ecclesiasticis. quæst. 8. in principio. n. 70.* Petrus de Perusio *de mutatione status Ecclesiarum. cap. 1. nu. 1.* habetur vtrque *tomo 14. tractatuum.* Additionator ad Decium *dict. authent. ingressi. sub num. 4. littera B.* Tiraquellus *de retractu lignagr. §. 1. glos. 8. num. 36.* Angelus *verb. nouitius. num. 11.* vbi Armilla *num. 17.* Tabiena *9. 12. num. 13.* Syluester *verb. religio. 5. q. 12.* Nauarr. *comment. 1. num. 49. de regularibus.* Gregorius Lopez *l. 17. verb. entrando, tit. 1. p. 6.* Villalobos *in communibus opinion. littera M. verb. monachus. num. 164.* Bruneus *in suo compendio. littera B. verb. bona nouitij.* Parlador *in sesquicenturia quotidianarum differentiarum. differentia 147. §. 1. in fine.* Menochius *cons. 396. num. 8. volum. 4.* & *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 84. à num. 11.* Bimius *cons. 12. num. 2.* & *4. vol. 1.* Castalcanus *decis. 10. num. 37. p. 3.* Thomas Triustan. *in decisionibus Venetianis. lib. 2. decis. 17. num. 17.* Lælius Zecchius *de Reipub. ecclesiastica. tit. de regularibus. cap. 3. nu. 10.* Hondedeus *cons. 71. num. 16. volum. 2.* & *cons. 94. num. 7. volum. 1.* Paulus Fusi. *lib. 2. de visitatione Episc. cap. 15. n. 67.* Andreas Fachin. *in controuersiis iuris. lib. 6. cap. 19. 1. versiculi probatur.* Gutierrez *quæst. canonicæ. lib. 2. cap. 1. num. 101.* & *num. 107. vers. quinto.* & *num. 1. num. in casu 1.* & *2.* Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 2. num. 14.* Villadiego iunior *in foro iur. 50. lib. 4. tit. 2. l. 12. num. 4.* Molina *tom. 1. de iustitia. disp. 140. colum. 2. vers. de aliis ergo.* Azor *tom. 1. instit. moralium. lib. 12. cap. 3. quæst. 3.* Gratianus *reg. 456. num. 13.* Manuel *quæst. regular. tom. 2. q. 80. art. 2. statim in princ.* & *quæst. 47. art. 12. fine.* & *quæst. 77. art. vltimo.* Rebellus *tract. de iustitia. p. 2. lib. 1. q. 8. sect. 5. num. 52.*

Hæc tamen sententia multis modis temperari solet. 93 Primò limitatur, vt procedat quoad omnia nouitij bona præter legitimam monasterio competentem: in illa enim non succedunt venientes ab intestato, sed monasterium: & eo magis si pro maiori parte anni in nouitiatu fuerit. Sic limitat Tapia num. præcedenti allegatus. Ducitur; nam cùm testamentum ante ingressum factum rumpatur per professionem quoad legitimam, signum est, aliquod ius saltem in specie competere monasterio ex ipso ingressu: non enim præsumitur ingressus animo exeundi. Sed hæc limitatio prorsus displicet, quia minus verum est, aliquam ex bonis nouitij legitimam deberi monasterio, quamuis aliàs ipse testaretur præterito omnino monasterio, quando nulla nouitij dispositio præcessit, vt probauimus.

94 Secundò temperatur, vt habeat locum quoad hæredes, qui sunt ascendentes, vel descendentes nouitij, secus quoad alios: non enim in bona nouitij decedentis ab intestato succedent: sic Lucas de Peña allegatus numero 79. Sed iure optimo hanc limitationem reprobat Tapia *dict. authent. ingressi. verb. sua. cap. 2. num. 1.* quia cæteri Doctores de hæredibus ab intestato loquuntur, ex quorum numero non dicuntur ascendentes, & descendentes, vtpote qui etiam contra nouitij testamentum succedunt in legitimam eis debitam. Præterea, quia rationes adductæ num. 92. probant monasterium carere prorsus iure in ea nouitij bona, ac proinde idem de illis reputandum esse, ac si omnino decessisset ab intestato.

95 Tertiò temperari potest, vt succedat monasterium in expensas alimentorum illius nouitij. Sed nec hæc limitatio est vera, eamque reprobant Nicolaus de Vbaldis *eo. num. 10.* & Redoanus *num. 71.* vbi eos allegat num. 92. quia nouitius non tenetur has expensas soluere, vt probauimus *cap. 10. lib. 6. num. 4.*

96 Quartò limitatur, nisi euidenter constiterit nouitium ingressum animo perpetuò viuendi in religione; tunc enim si ab intestato decedat, succedit in eius bona monasterium. Ratio est, quia hic non potest amplius ad seculum redire, sed manet professus in genere, & ideo vel in illo monasterio, vel in alio debet permanere, iuxta *cap. consulti.* & *cap. statuimus, de regularibus.* & *cap. non solum. cap. constitutionem. cap. primilegium. eodem tit. in 6.* censetúrque quasi professus, & ideo eius bona acquirentur monasterio, saltem virtute illius obligationis iam contractæ. Atque ita docent Paris. *cap. in præsentia. num. 188. de probation.* Nicolaus de Vbaldis, Redoanus *num. 71.* Andreas Fachin. allegati num. 79. Satia, quamuis dubius, cogitandùmque dicens *additionibus ad Abbatem. d. cap. in præsentia. num. 68. vers. in hoc casu.* Eandemque limitationem probat Menochius *cons. 396. num. 11. 10 um. 4. de præsumptionibus. lib. 6. præsump. 84. n. 7.* dicens, quamuis hæc opinio sustineri nequeat attento Tridentin. *sess. 25. de regularib. cap. 19.* quia ante annum nouitiatus nulla potest esse professio: at si post annum nouitiatus perseuerat, & constet de intentione mutandi vitam, habebit locum hæc limitatio. Cæterùm hæc limitatio displicet, eamque bene reprobat Gutierrez *quæst. canonicæ. lib. 2. cap. 11. num. 105.* Nam nouitij in ipso religionis ingressu firmum perseuerandi animum habent, nec ea voluntas vitæ mutandæ satis est ad professionem.

97 Vltimò temperatur hæc sententia, nisi nouitius in ipso ingressu expressè contulisset bona sua monasterio, nec expressè reuocauerit: tunc enim bona ad monasterium pertinebunt, & non ad hæredes ab intestato. Probatur ex *cap. in præsentia. de probat.* ibi; *quare cùm constet quod idem monachus his monasterio vestro obtulerit se, & sua, neque ex aduerso probetur*, &c. & idem ferè probatur ex *cap. vltim. de successionibus ab intestato.* Item, quia nouitius dedicans expressè bona, declarauit facto illo, vt data perseuerantia essent ea bona monasterij. Cùm ergo perseuerauerit in religione vsque ad mortem, nec eam voluntatem reuocauerit, pertinebunt vtique ad monasterium ea bona virtute illius donationis. Atque ita docent Abbas, & Paris. *num. 187.* Additionator ad Felinum, Angel. Syluest. Armilla, Tabiena, Nauarr. Gutier. vtroque loco, Paulus Fusius, Azor, vbi eos retuli num. 92. Menochius *de præsumptionib. lib. 6. præsumpt. 84. num. 3.* & *cons. 396. num. 3. vol. 4.* Sed hanc limitationem aliqui reprobant, dicúntque adhuc ea bona pertinere ad venientes ab intestato, nisi ea bonorum dedicatio facta fuisset independenter à religionis ingressu, vt præsumitur hic facta, quando longè ante ingressum fieret. Ratio est, quia dedicatio bonorum expressè facta in religionis ingressu, habet tacitam conditionem, si professio sequatur (vt diximus suprà.) Cùm ergo hoc euentu non sequatur professio, cessabit ea dedicatio, quasi deficiente conditione in illa imbibita. Atque ita docent Berotus *cap. in præsentia. num. 553. de probat.* Nicolaus de Vbaldis *de success. ab intestato.* vbi de successione regularium. *2. p. num. 10.* Redoanus *de spoliis eccles. quæst. 8. in principio. num. 71.* Hondedeus *cons. 73. num. 18. volum. 2.* Manuel *quæst. regular. tomo 2. quæst. 80. art. 2. statim in principio.* Atque ob eandem rationem insurgit in hanc limitationem Decius *eo cap. in præsentia. in noua editione. num. 284.* quamuis ipse in omni euentu censeat non succedere hæredes ab intestato, vt eum ceruimus num. 92. Cæterùm quamuis hoc sit satis probabile, magis tamen placet prædicta limitatio, vt in eo euentu remaneant bona apud monasterium; quia tacita conditio, quæ ei donanti inest, non est præcisè, si sequatur professio, sed ea est, si ille in religione perseuerauerit: at verè in ea perseuerauit, quamuis mors professionem impedierit. Si tamen ille donans explicaret se nolle aliter valere donationem, quàm sequuta professione, rediret ad venientes ab intestato, cùm verè professio sequuta non sit, vt in simili dicemus ob decretum Trident. eam clausulam irritam habens.

CAPVT IV.

An beneficia nouitij vacent, aut illis renunciare valeat, conferrive possint, attento iure antiquiore ante Tridentinum?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint. n. 1.
Beneficia nouitij an vacent, aut ipsis renunciare valeat tempore nouitiatus? n. 2.
An procedat tam in beneficiis minoribus, quàm in maioribus? num. 3.
Quid si in beneficij fundatione cautum sit, vt vacet non residente capellano per certum tempus? n. 4.
Quid si beneficium nondum collatum erat, & sic non erat ius in re, sed nouitius habebat ius ad illud? n. 5.
Quid si nouitiatus duret vltra annum? n. 6.
An in Societate IESV vacent beneficia nouitij toto probationis biennio, aut ante professionem, & quo tempore resignanda sint? n. 7.
An si iuriste collatio beneficij nouitij facta alij, nec professione sequuta confirmetur? n. 8.
An nouitius canonicus sit necessario ad electionem vocandus, aut possit constituere procuratorem? refertur quædam sententia. n. 9.
Sententia authoris. n. 10.
An si accesserit vocatus, aut non vocatus, habeat ius eligendi? num. 11.
Quid si iure singuli habeat ius eligendi, aut præsentandi, vt si sit patronus? n. 12.
An pensiones nouitij etiam in Societate IESV vacent tempore nouitiatus per professionem, aut vota biennij? n. 13.

TRIPLEX inuoluitur difficultas. Prima est de beneficiis ante nouitiatum adeptis. Secunda, de fructibus perceptis ex beneficio in anno nouitiatus. Tertia est de adeptis post nouitiatum. 1

An beneficia nouitij eo ipso vacent? Hac in re erat olim magna inter Doctores controuersia. Quidà enim sentiebant Episcopum posse nouitio duorum mensium spatium taxare, intra quod teneretur renunciare beneficio, si in religione permanere velit. Alij autem censebant exigi licentiam Episcopi ad religionis ingressum, ne beneficia eo ipso vacarent: quas sententias refert Archidiaconus *cap. beneficium. paulo post princ. de regularib.* 2

legi-

factum sit aperiendum statim post professionem, an expectanda sit mors naturalis. Et quando monasterium est incapax, non dubium quin statim habeat effectum à die professionis; sed etiam quando capax, tenet Angulo *de melior. ex cap. 1. glos. 3. nu. 29.* quamuis alis per aperturam in vita factam soleant irritari. *l. concessuerat. ff. de iis, quæ in testam. delen.* nisi ex testatoris voluntate aperiantur, quod ibi tradunt Angelus, Paulus, Alex. & Iason.

SVMMARIVM.

Quis stando in iure antiquo succedat nouitio morienti ab intestato, quando monasterium est incapax? n. 90.
Quid si religio est succedendi capax? refertur quædam sententia. n. 91.
Explicatur sententia authoris. n. 92.
An monasterium succedat in partem suam legitimam? n. 93.
Quid si non sint hæredes necessarij, vt ascendentes, & descendentes? n. 94.
An succedat monasterium in alimentorum nouitij expensas? n. 95.
Quid si constet nouitium ingressum animo perpetuò viuendi in religione? n. 96.
Quid si contulerit bona sua monasterio? n. 97.

90 QVÆSTIO vltima. Quis succedat nouitio decedenti ab intestato, ac nulla renuciatione facta? Et oportet meminisse, in omnibus his quæstionibus sermonem haberi ante Tridentini decretum: nam an quid sit in hoc immutatum per Tridentinum, dicemus cap. 5. Quæstio hæc non habet locum in monasteriis incapacibus succedendi, sed in his, quæ ius habent ad succedendum in bona suorum religiosorum; nam priora monasteria nullatenus succedunt. Atque ita docent Parisius *cap. in præsentia. num. 188. de probat.* Menochius *cons. 396. num. 1. volum. 4.* & *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 84. num. 2.* Gutierrez *quæst. canonicæ. lib. 2. cap. 1. fine.* Molin. *tomo 1. de iustitia. disp. 140. initio.*

91 Potest autem nouitius hic dupliciter se habere. Primò, quando non expressè contulit bona monasterio: secundò, quando expressè ea contulit; & vtrque casus est seorsim disputandus. Prior ergo difficultas est, quis succedat nouitio decedenti ab intestato in religione capaci succedendi, quando bona sua non contulit monasterio, nec alteri. Quidam dicunt succedere monasterium in ea bona. Ducuntur, quia cùm ingrediens religionem, eo ipso quod elegerit à principio vero perseverandi animo religionem, censetur consequenter eligere monasterium, vt suum futurum hæredem, & dum de contraria voluntate non constat, censetur excludere hæredes ab intestato, quia perseverantia in priori voluntate præsumitur dum non reuocatur. *cap. maioret. de baptismo.* Atque ita tenent Antonius *cap. in præsentia. num. 44. de probationibus.* & ibi Decius *in noua edit. à num. 284. vsque ad 287.* Henricus *num. 15.* Bellamera *num. 37.* Barbatius *num. 59.* Mantua. *num. 81.* idem Antonius *cap. 2. num. 6. fine. de foro cont.* Ananias *cap. 2. num. 8. de testament.* Anchar. *cap. 2. num. 3. de testam.* Cynus *authent. ingressi. num. 2. quæst. 2. C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Rosel. *nu. 16.* & ibi Iacobus de Raueñas, & Reinerius de Forliuio, quos refert, & sequitur Anchar. *cons. 69. num. 11.* Felin. *cap. cum adeò. num. 3. de præsumpt.* idem Barbatius *Clem. 1. nu. 20. de electione.* Ioannes Lupus *rubr. de donationibus inter virum, & vxorem. §. 38. num. 7.* Plaza *de delictis. cap. 41. num. 23.* Mandos. *in casibus annalibus. num. 56. casu 185. & num. 65. casu 196.* Iulius Clarus *lib. 3. receptarum. §. testamentum. quæst. 28. num. 6. fine.* Surdus *decis. 303. num. 8.* Confectius *in priuileg. Mendicantium*, in notabilibus positis post Bullas Pontificias, *tract. 13. cap. 13.*

92 Sed tenendum est, nullatenus pertinere ad monasterium, sed ad hæredes illius nouitij ab intestato, quia nouitius non censetur bona donare religioni, nisi cùm actu profitetur, nec vsque tunc censetur cum effectu religiosus; ergo nulla est ratio, cur bona pertinere debeant ad monasterium; & consequenter succedent hæredes ab intestato. Item ex *l. apud Labeonem. 22. in principio. iuncto §. finali. ff. de præscript. verb. vbi cum res ea conditione esset vendita, vt si intra certum tempus displicerit, redderetur sin autem contractus teneret*; deciditur, quod si displiceat, reddatur res ipsa, & quidquid ratione ipsius ad emptorem peruenisset, si verò perit intra id experientiæ tempus, nullus esset contractus. Et si idem operatur interitus ante contractum perfectum, quod displicentia emptoris: similiter idem operabitur mors nouitij, ac ipsius displicentia; sed si displiceret sibi status, nil acquireret monasterium. Atque ita docent Bartol. *authent. ingressi. in 2. lectura. num. 56. C. de sacrosanct. Eccles.* quamuis *authent. si qua mulier. C. eodem tit.* dubius maneat, & relinquat cogitandum Iason *ea authent. si qua mulier. num. 59.* Abbas *cap. in præsentia. num. 68. de probationibus. num. 63.* Imola *num. 24.* Berotus *num. 552.* Parisius *ibi. num. 188.* Additionator ad Decium *ibi. in noua editione. num. 286. littera D.* Calderinus *toto cons. 9. tit. de regularibus.* Anchar. *cap. beneficium. num. 3. de regularibus. in 6.* & *cap. 1.* Barbatius *cap. 2. num. 3.* & *4. de testament.* & ibi Imola *num. 19.* Francus *rubr. de testament. in 6. n. 67.* Berotus *cons. 28. num. 13. volum. 1.* Bellamera *cap. quanto. num. 12. de officio ordin.* Capra *cons. 145. num. 10.* Nicolaus de Vbaldis *de successione ab intestato.* vbi de successione regularium. *2. p. num. 10.* habetur *tom. 8. tractatuum. p. 1.* Redoanus *de spoliis ecclesiasticis. quæst. 8. in principio. n. 70.* Petrus de Perusio *de mutatione status Ecclesiarum. cap. 1. nu. 1.* habetur vtrque *tomo 14. tractatuum.* Additionator ad Decium *dict. authent. ingressi. sub num. 4. littera B.* Tiraquellus *de retractu lignagr. §. 1. glos. 8. num. 36.* Angelus *verb. nouitius. num. 11.* vbi Armilla *num. 17.* Tabiena *9. 12. num. 13.* Syluester *verb. religio. 5. q. 12.* Nauarr. *comment. 1. num. 49. de regularibus.* Gregorius Lopez *l. 17. verb. entrando, tit. 1. p. 6.* Villalobos *in communibus opinion. littera M. verb. monachus. num. 164.* Bruneus *in suo compendio. littera B. verb. bona nouitij.* Parlador *in sesquicenturia quotidianarum differentiarum. differentia 147. §. 1. in fine.* Menochius *cons. 396. num. 8. volum. 4.* & *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 84. à num. 11.* Bimius *cons. 12. num. 2.* & *4. vol. 1.* Castalcanus *decis. 10. num. 37. p. 3.* Thomas Triustan. *in decisionibus Venetianis. lib. 2. decis. 17. num. 17.* Lælius Zecchius *de Reipub. ecclesiastica. tit. de regularibus. cap. 3. nu. 10.* Hondedeus *cons. 71. num. 16. volum. 2.* & *cons. 94. num. 7. volum. 1.* Paulus Fusi. *lib. 2. de visitatione Episc. cap. 15. n. 67.* Andreas Fachin. *in controuersiis iuris. lib. 6. cap. 19. 1. versiculi probatur.* Gutierrez *quæst. canonicæ. lib. 2. cap. 1. num. 101.* & *num. 107. vers. quinto.* & *num. 1. num. in casu 1.* & *2.* Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 2. num. 14.* Villadiego iunior *in foro iur. 50. lib. 4. tit. 2. l. 12. num. 4.* Molina *tom. 1. de iustitia. disp. 140. colum. 2. vers. de aliis ergo.* Azor *tom. 1. instit. moralium. lib. 12. cap. 3. quæst. 3.* Gratianus *reg. 456. num. 13.* Manuel *quæst. regular. tom. 2. q. 80. art. 2. statim in princ.* & *quæst. 47. art. 12. fine.* & *quæst. 77. art. vltimo.* Rebellus *tract. de iustitia. p. 2. lib. 1. q. 8. sect. 5. num. 52.*

Hæc tamen sententia multis modis temperari solet. 93 Primò limitatur, vt procedat quoad omnia nouitij bona præter legitimam monasterio competentem: in illa enim non succedunt venientes ab intestato, sed monasterium: & eo magis si pro maiori parte anni in nouitiatu fuerit. Sic limitat Tapia num. præcedenti allegatus. Ducitur; nam cùm testamentum ante ingressum factum rumpatur per professionem quoad legitimam, signum est, aliquod ius saltem in specie competere monasterio ex ipso ingressu: non enim præsumitur ingressus animo exeundi. Sed hæc limitatio prorsus displicet, quia minus verum est, aliquam ex bonis nouitij legitimam deberi monasterio, quamuis aliàs ipse testaretur præterito omnino monasterio, quando nulla nouitij dispositio præcessit, vt probauimus.

94 Secundò temperatur, vt habeat locum quoad hæredes, qui sunt ascendentes, vel descendentes nouitij, secus quoad alios: non enim in bona nouitij decedentis ab intestato succedent: sic Lucas de Peña allegatus numero 79. Sed iure optimo hanc limitationem reprobat Tapia *dict. authent. ingressi. verb. sua. cap. 2. num. 1.* quia cæteri Doctores de hæredibus ab intestato loquuntur, ex quorum numero non dicuntur ascendentes, & descendentes, vtpote qui etiam contra nouitij testamentum succedunt in legitimam eis debitam. Præterea, quia rationes adductæ num. 92. probant monasterium carere prorsus iure in ea nouitij bona, ac proinde idem de illis reputandum esse, ac si omnino decessisset ab intestato.

95 Tertiò temperari potest, vt succedat monasterium in expensas alimentorum illius nouitij. Sed nec hæc limitatio est vera, eamque reprobant Nicolaus de Vbaldis *eo. num. 10.* & Redoanus *num. 71.* vbi eos allegat num. 92. quia nouitius non tenetur has expensas soluere, vt probauimus *cap. 10. lib. 6. num. 4.*

96 Quartò limitatur, nisi euidenter constiterit nouitium ingressum animo perpetuò viuendi in religione; tunc enim si ab intestato decedat, succedit in eius bona monasterium. Ratio est, quia hic non potest amplius ad seculum redire, sed manet professus in genere, & ideo vel in illo monasterio, vel in alio debet permanere, iuxta *cap. consulti.* & *cap. statuimus, de regularibus.* & *cap. non solum. cap. constitutionem. cap. primilegium. eodem tit. in 6.* censetúrque quasi professus, & ideo eius bona acquirentur monasterio, saltem virtute illius obligationis iam contractæ. Atque ita docent Paris. *cap. in præsentia. num. 188. de probation.* Nicolaus de Vbaldis, Redoanus *num. 71.* Andreas Fachin. allegati num. 79. Satia, quamuis dubius, cogitandùmque dicens *additionibus ad Abbatem. d. cap. in præsentia. num. 68. vers. in hoc casu.* Eandemque limitationem probat Menochius *cons. 396. num. 11. 10 um. 4. de præsumptionibus. lib. 6. præsump. 84. n. 7.* dicens, quamuis hæc opinio sustineri nequeat attento Tridentin. *sess. 25. de regularib. cap. 19.* quia ante annum nouitiatus nulla potest esse professio: at si post annum nouitiatus perseuerat, & constet de intentione mutandi vitam, habebit locum hæc limitatio. Cæterùm hæc limitatio displicet, eamque bene reprobat Gutierrez *quæst. canonicæ. lib. 2. cap. 11. num. 105.* Nam nouitij in ipso religionis ingressu firmum perseuerandi animum habent, nec ea voluntas vitæ mutandæ satis est ad professionem.

97 Vltimò temperatur hæc sententia, nisi nouitius in ipso ingressu expressè contulisset bona sua monasterio, nec expressè reuocauerit: tunc enim bona ad monasterium pertinebunt, & non ad hæredes ab intestato. Probatur ex *cap. in præsentia. de probat.* ibi; *quare cùm constet quod idem monachus his monasterio vestro obtulerit se, & sua, neque ex aduerso probetur*, &c. & idem ferè probatur ex *cap. vltim. de successionibus ab intestato.* Item, quia nouitius dedicans expressè bona, declarauit facto illo, vt data perseuerantia essent ea bona monasterij. Cùm ergo perseuerauerit in religione vsque ad mortem, nec eam voluntatem reuocauerit, pertinebunt vtique ad monasterium ea bona virtute illius donationis. Atque ita docent Abbas, & Paris. *num. 187.* Additionator ad Felinum, Angel. Syluest. Armilla, Tabiena, Nauarr. Gutier. vtroque loco, Paulus Fusius, Azor, vbi eos retuli num. 92. Menochius *de præsumptionib. lib. 6. præsumpt. 84. num. 3.* & *cons. 396. num. 3. vol. 4.* Sed hanc limitationem aliqui reprobant, dicúntque adhuc ea bona pertinere ad venientes ab intestato, nisi ea bonorum dedicatio facta fuisset independenter à religionis ingressu, vt præsumitur hic facta, quando longè ante ingressum fieret. Ratio est, quia dedicatio bonorum expressè facta in religionis ingressu, habet tacitam conditionem, si professio sequatur (vt diximus suprà.) Cùm ergo hoc euentu non sequatur professio, cessabit ea dedicatio, quasi deficiente conditione in illa imbibita. Atque ita docent Berotus *cap. in præsentia. num. 553. de probat.* Nicolaus de Vbaldis *de success. ab intestato.* vbi de successione regularium. *2. p. num. 10.* Redoanus *de spoliis eccles. quæst. 8. in principio. num. 71.* Hondedeus *cons. 73. num. 18. volum. 2.* Manuel *quæst. regular. tomo 2. quæst. 80. art. 2. statim in principio.* Atque ob eandem rationem insurgit in hanc limitationem Decius *eo cap. in præsentia. in noua editione. num. 284.* quamuis ipse in omni euentu censeat non succedere hæredes ab intestato, vt eum ceruimus num. 92. Cæterùm quamuis hoc sit satis probabile, magis tamen placet prædicta limitatio, vt in eo euentu remaneant bona apud monasterium; quia tacita conditio, quæ ei donanti inest, non est præcisè, si sequatur professio, sed ea est, si ille in religione perseuerauerit: at verè in ea perseuerauit, quamuis mors professionem impedierit. Si tamen ille donans explicaret se nolle aliter valere donationem, quàm sequuta professione, rediret ad venientes ab intestato, cùm verè professio sequuta non sit, vt in simili dicemus ob decretum Trident. eam clausulam irritam habens.

CAPVT IV.

An beneficia nouitij vacent, aut illis renunciare valeat, conferrive possint, attento iure antiquiore ante Tridentinum?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint. n. 1.
Beneficia nouitij an vacent, aut ipsis renunciare valeat tempore nouitiatus? n. 2.
An procedat tam in beneficiis minoribus, quàm in maioribus? num. 3.
Quid si in beneficij fundatione cautum sit, vt vacet non residente capellano per certum tempus? n. 4.
Quid si beneficium nondum collatum erat, & sic non erat ius in re, sed nouitius habebat ius ad illud? n. 5.
Quid si nouitiatus duret vltra annum? n. 6.
An in Societate IESV vacent beneficia nouitij toto probationis biennio, aut ante professionem, & quo tempore resignanda sint? n. 7.
An si iuriste collatio beneficij nouitij facta alij, nec professione sequuta confirmetur? n. 8.
An nouitius canonicus sit necessario ad electionem vocandus, aut possit constituere procuratorem? refertur quædam sententia. n. 9.
Sententia authoris. n. 10.
An si accesserit vocatus, aut non vocatus, habeat ius eligendi? num. 11.
Quid si iure singuli habeat ius eligendi, aut præsentandi, vt si sit patronus? n. 12.
An pensiones nouitij etiam in Societate IESV vacent tempore nouitiatus per professionem, aut vota biennij? n. 13.

TRIPLEX inuoluitur difficultas. Prima est de beneficiis ante nouitiatum adeptis. Secunda, de fructibus perceptis ex beneficio in anno nouitiatus. Tertia est de adeptis post nouitiatum. 1

An beneficia nouitij eo ipso vacent? Hac in re erat olim magna inter Doctores controuersia. Quidà enim sentiebant Episcopum posse nouitio duorum mensium spatium taxare, intra quod teneretur renunciare beneficio, si in religione permanere velit. Alij autem censebant exigi licentiam Episcopi ad religionis ingressum, ne beneficia eo ipso vacarent: quas sententias refert Archidiaconus *cap. beneficium. paulo post princ. de regularib.* 2

legi-

larib. in 6. & potest videri in Glossa *cap. statuimus. verb. qui dari profitentib. de regularibus.* & *cap. dispensatam. verb. monasterium. 27. quæst. 1.* Cæterum controversia hæc direpta est *eo cap. beneficium*, vbi sic statuitur: *beneficium illius, qui religionem ingredietur non est infra probationis annum alicui conferendum, nisi ad id ipsius accedat assensus. sed interim eidem beneficio per alium deseruiri debebit, assignatis sibi congruis de ipsius proventibus portione.* Ex quo textu duo constant. Alterum est, beneficia nouitij minimè vacare eo probationis anno, cùm ibi decernatur, nulli eo probationis anno conferri posse: si enim vacarent, possent vtique, imò deberent eo anno conferri. Alterum autem est, integrum esse nouitio renunciare suo beneficio toto nouitiatus tempore, quod constat ex illis verbis, *nisi ad id nouitij accedat assensus*: idque etiam constat ex *cap. ex transmissa. de renunciat.* Nec obstat *cap. 1. 17. quæst. 2.* quod est Alexand. II. vbi restituitur quidam ad beneficium, cui tempore nouitiatus renunciauerat; quippe id contingit quando fuerit illegitima renunciatio, vtpote quæ in manu aduocati dicitur ibi facta. At non restitueretur, si in manu legitimi superioris facta esset, vt tradit Glossa *eodem cap. 1. verb. retinuerit*: quod vltimum an sit correctum per Trident. dicemus cap. sequenti.

3 Quod quidem verum habet siue beneficia sint maiora, siue minora; neutra enim anno nouitiatus vacabunt: quod textus indistinctè de beneficio loquitur. Et ratio eius decisionis, ne si illum egredi contingat, vt ei iure permissum est, maneat beneficio spoliatus, procedit in omnibus beneficiis. Atque ita docent Archidiaconus *eo cap. beneficium. statim in principio.* & ibi Francus *num. 1.* Gygas *de pensionibus. q. 57. num. 5.*

4 Præterea verum est, etiamsi in beneficij fundatione cautum sit, vt absente capellano certo tempore vacet beneficium, quia in dubio censenda est voluntas testatoris, & institutorum conformis iuri communi, vt tradunt communiter Doctores *l. heredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellian.* & ideo ea clausula non intelligenda est in hoc casu absentiæ ob religionis ingressum, eo vel maximè quod in dubio fauendum est religioni, vt diximus cap. præcedenti.

5 Aliqui temperant textum, vt loquatur de beneficio collato, & acceptato, atque ita de iure in re; secus quãdo est solum ius ad rem, eo quod beneficium nondum acceptatum erat: tunc enim per Episcopum est terminus ad profitendum præfigendus, aliàs poterit alteri conferri; multa enim impediunt aliquid faciendum, quæ iam factis minimè obstant. *c. per caecilium. de cognat. spiritualiu. 6.* Ita docent aliqui, quos tacito nomine refert Dominicus *eo cap. beneficium. num. 1.* Cæterùm sicut anno nouitiatus non vacat ius in re, ita nec ius ad rem, quia ideo non vacat ius in re, quod adhuc ille non eligit profiteri, & sic nec eligit statum incompatibilem, per quem censeatur iuri illi in re renunciare; quæ eadem ratio militat in iure ad rem. Atque ita docent Glossa *eodem cap. beneficium. verb. conferendum.* & ibi Ioannes Andreas *num. 1.* Monachus *num. 5.* Dominicus *n. 11.* Archid. *paulo post principium.* Francus *num. 1. versu in eadem glos. ibi. exterminatione.* Tiraquel. *de retractu lignager. §. 1. glossa 8. num. 28.* Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 2. num. 8. Cuda sacrosanct. Eccles.* Lancelotus *inst. iuris canon. lib. 1. tit. de regular. §. & si contigerit. verb. conferendum.* Sayro *in claui regia. lib. 6. cap. 5. n. 25. versu possunt etiam.* Cuius autem sint fructus beneficij illius dum minimè conferitur, dicemus num. 21.

6 Insuper, quamuis textus *eo cap. beneficium*, dicat beneficia non vacare anno nouitiatus, idem dicendum est, si annus ille ex aliqua causa iusta prorogetur, quia prorogatio facta videtur cum omnibus qualitatibus rei, quæ prorogatur. *l. stella. ff. si certum petatur.* Cùm ergo ex hac causa permittatur illa prorogatio (vt probauimus *lib. 5. huius operis. cap. 4. num. 21.*) ita beneficiorum vacatio prorogari permittitur. Præterea, quia militant rationes, quibus ducitur ille textus, & gratiã frequentioris vsus explicuit annum nouitiatus, quod communiter anno transacto emittatur professio. At verba posita gratiã frequentioris vsus non restringunt legem, ne ad similes casus extendatur, vt probaui *lib. 9. de matrimonio. disp. 14. num. 16.* Præterea, quia si anno illo ex nouitij renunciatione olim coarctato (vt licitum erat ante Tridentinum, iuxta *cap. ad Apostolicam, de regularibus*) vel hodie ex Pontificis dispensatione emittatur eo durante professio, vtique beneficia à die professionis, vt expressè deciditur *eo cap. beneficium*, vacabunt. Ergo idem dicendum est, si prorogetur, quasi textus non attenderit præcisè annum illum; sed mens eius fuerit, ne ante professionem beneficia nouitij alteri tanquam vacantia conferri possint. Præterea, quia ingrediens decimoquarto ætatis anno, nequit profiteri, nisi intra biennium, iuxta Trident. *sess. 25. de regular. cap. 15.* cùm tamen incipiat vetus nouitiatus à pubertate, vt diximus *lib. 5. cap. 4. num. 22.* & tamen non est æquum illo biennio nouitium beneficio priuari. Tandem, quia Tridentinum *ea sess. 25. cap. 18.* iubet nouitium non spoliari intra nouitiatus tempus, ne libera egressus auferatur occasio; quod decretum etiam procedere in beneficiis optimè tradit Maiolus *de irregular. lib. 3. cap. 6. nu. 2.* quæ ratio procedit toto tempore nouitiatus. Et ita docet Mandosius *in casibus annalibus. num. 63. casu 192. ad finem*, dicens, etiamsi pluribus annis duret nouitiatus, non vacare interim beneficia: & fauent Glossa *dict. cap. beneficium. verb. probationis.* & ibi Archid. *statim in principio. versu illius.* Gygas *de pensionibus. quæst. 58. num. 7.* vbi tradunt, minori quatuordecim annis ingrediente religionem, non posse eius beneficium conferri, donec decimumquintum annum expleuerit, quo tempore profiteri potest; & melius Lancelotus *inst. iuris can. lib. 1. tit. de regulär. §. & si contigerit. verb. probationis.* vbi dicit, beneficium ingredientis quatuordecim annis religionem, non posse conferri donec ille expleuerit decimumsextum peritum hodie ad professionis valorem. Dixi autem, quando ex iusta causa; nam si causa differendæ professionis iusta absit, etsi beneficia non vacent, vtpote quæ per solam professionem vacare decernitur eo textu, poterit tamen Episcopus designare terminum, vt ille ei beneficio renuntiet, casu, quo id posset quando absque legitima causa abesset, & eo termino transacto, posset alteri id beneficium tanquam vacans conferre, quando ad ipsum pertinet collatio, quia ab eo tempore non reputatur ex causa legitima absens.

7 Hinc deducitur primò, in Societate IESV non vacare beneficia nouitij toto nouitiatus biennio, quia Trident. *sess. 25. de regular. cap. 16.* confirmat institutum Societatis IESV, quod biennium nouitiatus præscribit: quare cùm ex iuris concessione nouitiatus prorogetur, prorogat quoque censetur tempus vacationis beneficiorum iuxta tradita num. præcedenti. Immo nec vacant ante solemnem professionem, vel vota coadiutorum formatorum, per quæ religiosi Societatis redduntur omnino incapaces retinendi bona. Ducit, quod ille textus per solam professionem tacitam, vel expressam, per quam redditur professus incapax retinendi bona, decidit vacare beneficia. At per vota biennij non redduntur hi religiosi incapaces iuxta Societatis constitutiones: ergo non vacant beneficia; & ita lite mota fuit iudicatum. Atque id sensêre Patres Societatis IESV congregati in prima eius cõgregatione generali, can. 1. vbi hic statutum est. *Nostri, qui ante ingressum in Societatem habebant beneficia, non cogantur ea relinquere ante professionem, nisi iubente Generali, commissario, vel Prouinciali post primum annum probationis.* Quamuis autem ea non vacent, in congregatione quinta generali eiusdem Societatis. can. 5. statutum est, vt ea ante biennij vota resignentur,

signentur, his verbis. *Nostri, qui ante ingressum in Societatem etsi, facilia beneficia quæcumque habuerunt, finito probationis biennio, primo quam vota simplicia scholasticorum emittant, omnino resignent, non obstante canone 1. primæ congregationis.* Quare non vacarent, si ea resignatio non fieret. Vtrum autem vacent pensiones, dicemus infrà.

8 Secundò deducitur, irritam fore collationem illius beneficij non transacto nouitiatus tempore, nec confirmari sequuta professione, quia non vacabat tempore collationis, nec vacatio subsequens per professionem reddit validam collationem, quæ initio irrita fuerat, sed noua collatione opus est. Sic Paulus, quem refert, & sequitur Tiraquellus *de retractu lignag. glos. 8. §. 1. num. 40.*

9 Tertiò deducitur, quid in ea quæstione dicendum sit, an nouitius canonicus vocandus necessariò sit ad electionem Episcopi, aut alicuius beneficij canonicii competentem? Quibusdam placet eum vocandum esse. Ducuntur, quod verè canonicus sit, & cùm ius eligendi inter fructus computetur, non est eo priuandus nouitius, sicut nec aliis fructibus. Atque ita docent Archidiaconus *cap. beneficium. num. 1. verb. assensu. de regular. in 6.* & ibi Probus *addit. ad Monachum. num. 1.* Cardin. *Clem. final. num. 8. quæst. 10. de regular.* Bertach. *de gabellis. part. 7. principale. num. 56.* Mandosius *in casibus annalibus. num. 66. casu 197.* Addúntque Archidiaconus, & Probus ibi, posse tanquàm legitimè impeditum constituere procuratorem ad eligendum, ne expetimenta nouitiatus interpolentur, iuxta *cap. si quis in principio. de electione. in 6.*

10 Sed verius existimo, non esse vocãdum, quia quamuis iure eligendi priuatus minimè sit, at causã religionis ritè, & legitimè abesse censetur, quamuis in eodem electionis iure sit. Atque ita tuentur Glossa ex hac latè vtrinque disputata *eo cap. beneficium. verb. conferendum*, & ibi Monachus *num. 2.* Anchar. *num. 3.* Francus, licèt dubius, *num. 2.* Dominicus *num. 5. ad fin.* Idem Anchar. *consil. 69. num. 12.* Tiraquel. *de retractu lignager. §. 1. glos. 8. num. 37.* Angel. *verb. nouitius. num. 1.* & ibi Armilla *num. 18.* Tabiena *quæst. de nouitia.* Sylvest. *verb. religio. 5. quæst. 11.* Antonius Cucus *lib. 3. instit. maior. c. 3. nu. 36.* Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 2. num. 8. C. de sacrosanct. Ecclesiis.* Lælius Zecchius *de Repub. ecclesiast. tit. de regular. cap. 3. n. 10.* Azor *tomo 1. instit. mor. al. lib. 12. c. 5. q. 1.* Addunt tamẽ Monachus, & Azor, nec eum posse constituere procuratorem ad eligendum, vtpote qui necessariò ad electionem vocandus non est.

11 Siue autem vocatus, siue non vocatus accesserit nouitius ille ad eligendum, iure eligendi potierur, quod eo non sit priuatus, sicut nec reliquis beneficij fructibus. Atque ita docent Francus, & Azor num. præcedenti allegati. Nec obstat ratio Dominici *eo cap. beneficium. num. 6. ad fin.* qua ductus hoc negauit, nempe, quod electio hæc sit colligere fructum beneficij, quod nõ concedit nouitio *eo cap. beneficium.* Respondit enim Francus, non denegari in eo textu collationem fructuum nouitio, sed tantùm decerni congruam portionem seruandam ministranti in beneficio.

12 Prædicta autem intelligenda sunt, quando iure collegij pertinet ad nouitium electio, si enim iure proprio, & singulari, ratione personæ ius eligendi, aut præsentandi ipsi incumberet, vt si esset patronus alicuius beneficij, vocandus vtique esset; quod fortius sit ius spectans ad aliquem iure singulari, difficiliùsque euellatur, quàm spectans iure collegij. Atque ita docent Glossa *eo cap. beneficium. verb. conferendum, in fin.* & ibi Anchar. *num. 3.* Francus *num. 2.* Dominicus *num. 6.* Tiraquel. Angel. Sylvest. Armilla, Tabiena, Antonius Cucus, Tapia, Lælius Zecchius, & Azor allegati numero 10.

13 Tandem sicut beneficia nouitij non vacãt ante professionem, ac vacant ea sequuta, idem quoque est dicendũ de pensionibus. Primò, quia Doctores tradunt, vt vidimus num. 3. textum *in dict. cap. beneficium*, intelligi de quibuscumque beneficiis: at pensiones largè dicuntur beneficia, vt probat Gygas *de pensionibus. q. 28. num. 1.* Secundò, quia per matrimonium vacant pensiones, sicut & beneficia, vt probauimus *lib. 7. de matrimonio. disp. 44. num. 5.* atque ita quoad extinctionem sequuntur naturam beneficiorum. Tandem, quia nequit in persona monachi manere beneficium, cùm capax proprij non sit, nec in monasterium transire, quia id fieri non potest absque Pontificis dispensatione. Atque ita hanc partem tenent Gygas *de pensionibus. q. 5. num. 6.* Lælius Zecchius *de Repub. ecclesiastica. tit. de regular. c. 3. n. 14. ampliatione 2.* Atque in Societate IESV vacabunt pensiones eis temporibus, in quibus beneficia vacare explicatum est suprà num. 7.

SVMMARIVM.

Ex fructibus beneficij nouitij seruanda est congrua portio vicario ministraturo, eaque est per Episcopum taxanda. n. 14.

Cuius sint fructus residui. Referuntur varia sententia. n. 15. 16. & 17.

Sententia authoris. n. 18. & 19.

14 QVÆSITO secunda. An nouitius gaudeat fructibus sui beneficij? Hac in re id certum est, congruam ex illius fructibus portionem assignandam vicario ministraturo illi beneficio; sic enim decernitur *cap. beneficium. de regularib. in 6.* hæc autem congrua portio est per ordinarium taxanda, iuxta ea quæ in simili traduntur in Trident. *sess. 7. de reformat. cap. 7. & sess. 25. de reformat. cap. 16.* vt bene docet Manuel *quæst. regular. tomo 1. quæst. 37. art. 1.* & satis significant Glossa *eo cap. beneficium. verb. sed interim.* Sylvest. *religio. 2. quæst. 8.* Angel. *verb. nouitius. num. 22.* & ibi Tabiena *quæst. vltima.*: aiunt enim hanc prouisionem vicarij inseruiturri beneficio exequendam per Episcopum, vt de beneficiario absuturo causã studij decernitur *cap. cùm ex eo. versu porrò. de electione. in 6.*

15 Difficultas autem est de reliquis illius beneficij fructibus. Qua in re varij sunt authores: quidam enim sentiunt eos cedere in Ecclesiæ vsus. Ducuntur ex *cap. quia sæpe. de electione 6.* Item, quia cùm hic non inseruiat beneficio ob priuatam, & propriam vtilitatem, non potest eius fructus habere. Atque ita docent Glossa. final. *eo cap. beneficium.* Ioann. Andr. *ibi. ad finem.* Ananias *cap. statuimus. fin. de regular.* Angelus *verb. nouitius. num. 22.* & ibi Tabiena *quæst. ult.* Armilla *num. 18.* & in hanc inclinat, licèt dubius, Anchar. *eo cap. beneficium. num. 1. nu. 4.*

16 Alij sentiunt fructus residuos fore ministerij in illius nouitij alimenta. Sic docet Antonius Cucus *lib. 3. instit. maior. c. 1. num. 81.* & idem videntur sentire Tancredus, & Bricinius, quos refert, & sequitur Sylvest. *verb. religio. 2. quæst. 8.* Angelus *verb. religiosus. num. 23.* Archid. *cap. beneficium. num. 1. verb. portione. de regular. in 6.* & Manuel *quæst. regular. tom. 1. quæst. 37. art. 1.* Quamuis enim dicant fructus residuos reseruari nouitio, eam tamen reddunt rationem, ne sit onerosus religioni, & ideo sentire videntur futuros religionis: si enim futuri essent nouitij, vt de eis ad libitum disponeret, nullo onere subleuaretur religio. Quod clarius adhuc sentit Manuel ibi, dum subdit, id etiam procedere in nouitiis ordinis Minorum, quamuis religiosi illi suæ regulæ transgressores forem eos fructus procurando. Subdit Antonius Cucus, non totum residuum futurum monasterij, sed id solùm, quod ad nouitij alimẽta sufficiens est, reliquum autem futurum nouitij, si exierit, ipso autem non exeunte, futurum monasterij.

17 Alij autem vtramque opinionem conciliant sic, vt prior sustinens reseruari fructus residuos Ecclesiæ, verum habeat, quando monasterium potest commodè nouitium

nouitium alere absque alio subsidio: posterior autem sustinens reseruari monasterio, vera sit, quando illud ita pauper est, vt alendo nouitio non sit. Ita sustinent Dominicus *eo cap. beneficium. num. 7.* Azor *tom. 1. inst. moral. lib. 11. cap. 16. quæst. 6.* Sayro *in clauis regia. lib. 6. cap. 5. num. 25. vers. possunt etiam.* licèt tandem concludat, seruandam in hoc consuetudinem.

18 Sed vera sententia est, eos fructus residuos reseruari nouitio, esseque vera illius bona, quia reuera est beneficiarius, nec propriè religiosus, capàxque dominij acquirendi: ergo suo iure fraudari non debet iis fructibus reseruatis Ecclesiæ. Nec etiam est, cur monasterio reseruentur ad nouitij alimenta, quia nouitius non tenetur ea soluere monasterio sine in eo permanent, siue id deserat, vt probauimus *lib. 6. cap. 10. n. 4.* Nec obstat *cap. quia sæpè*, cui prima sententia innititur: loquitur enim de Ecclesia vacante, vt bene aduertunt ferè omnes Doctores allegati num. 25. at beneficium nouitij minimè vacat. Et ideo hanc partem sustinent Mandosius *in cæsibus non alibi n. num. 63. casu 191. ad fin.* Confectius *in priuilegi. Mendan* notabilibus quæ ponit post literas Apostolicas, *in. 15. cap. 2. in fine.* Quod si tamen alicubi sit opposita consuetudo legitimè præscripta, ea seruanda erit, cùm consuetudo vim legis habeat. Ita docent Syluester ibidem, & Mantrel allegatus n. 14.

19 Hinc deducitur, eos fructus restituendos nouitio exeuntij; at eo profitetè succedere in eos monasterium, vtpote quod in vniuersa professij bona succedit. Atque ita docet Francus *eo cap. beneficium. num. fin. ad.* quod intelligendum est, si monasterium successionis capax sit, nec nouitius ille ante professionem de illis disposuerit: si enim sit succedendi incapax, succedent venientes, sicut in reliqua nouitij bona eos successuros probauimus cap. præcedenti; quippe cùm hi fructus sint vera nouitij bona, perinde ac de cæteris eius nouitij bonis iudicandum est. Si nouitius autem de illis ante professionem disposuerit, eius dispositio seruanda erit, sicut in reliquis bonis.

SVMMARIVM.

An nouitio conferri possit Episcopatus, aut regimen monasterij? n. 20.

An nouitio conferri possit beneficium seculare, vel habitum possit cum alio commutare? referuntur quædam sententia. num. 21.

Explicatur sententia authoris. n. 22.

An beneficium vocatus tempore nouitiatus, ad quod nouitius habet ius, possit alteri conferri, cùm sint fructus dum non conferuntur? n. 23.

Quid de beneficiis regularibus & explicatur decretum Tridentini sess. 14. cap. 10. de reformatione. n. 24.

An aliquando beneficia regularia dentur secularibus? n. 25.

20 QVÆSTIO vltima. An nouitio conferri possit beneficium ecclesiasticum & cùm beneficium duplex sit: alterum seculare; alterum regulare, de vtroque est disputandum. Et quidem certum est, nouitium non posse ad aliquam monastici ordinis præfecturam eligi, nec ad id satis esse professionem tacitam, sed desideratè expressam, alias irritum fore quod gestum fuerit, posse autem eligi ad dignitatem Episcopalem tam in secularibus, quàm in regularibus Ecclesiis, quippe vtrumque expressè decidit *cap. nullus. de elect. in 6.* & Priorissa, aut Abbatissa non poteit eligi nisi expressè professa sit, vt expressè decidit *cap. in denominatione, in princip. de electione. in 6.* Quod si opponatur *cap. 2. de testament.* ex quo apertè deducitur, posse Abbatissam esse quæ non est expressè professa; respondent Ioannes Andr. *eo cap. 2. num. 3.* Cardin. *num. 2. oppos. 1.* Anton. *num. 6.* Anchar. *num. 1.* Abb. *ibi. num. 4.* Imola *num. 17.* priores textus habere verum in prouisione, quæ per electionem fit, quia de ea sola expressè loquuntur, secus quando prouisio fit non per electionem, sed per collationem, vel postulationem; idem Selua *de beneficiis. 3. p. q. 51.* Barbosa *dicto cap. 2. num. 4. vers. nota quod vltimo.*

21 Difficultas autem est de aliis beneficiis secularibus. Quidam censent ea non illi conferri; nam dubius statu non promouetur ad militiam. *l. qui dabitur. tit. 19. ff. de liberali causa. & l. qui status. 8. ff. de re militari.* Cùm ergo status nouitij dubius sit, an professuriis sit, nesne, nequit ad beneficium promoueri. Præterea, quia ansa daretur, vt occasione fruendi beneficio religionem desereret. Hanc partem sustinent Glossa *cap. beneficium. verb. conferendum. de regular. in 6.* & ibi Monachus *fin.* Dominicus *num. 6. vers. in ea glossa. ibi. nullus.* Anchar. *num. 1.* Guillelmus de Montelabduno, vt eum refert Probus *addiuinibus ad Mouach. eo cap. beneficium. num. vltimo.* ipsimque sequitur idem Probus ibi addens, quamuis conferri non debeat, validam tamen fore collationem. Angelus *verb. nouitius. num. 23.* & ibi Tabiena *quæst. vltima.* Antonius Cucus *lib. 3. institutionum maior. t. 1. num. 95.* Tapia *antbent. ingressi. verb. sua. cap. 2. num. 11. uncia nu. 13. in fauor. ad 5.* Lælius Zecchius *de Repub. ecclesiastica. tit. de regular. cap. 3. n. 10.* Lancelot. *institu. iuris can. lib. 1. tit. de regul. §. & si contigerit. verb. conferendum.* Immo Anchar. & Guillelmus de Montelabduno ibi sustinent, nec integrum esse nouitio beneficium proprium cum alio commutare.

22 Sed veriùs credo, posse conferri beneficium seculare nouitio, quia adhuc est sui iuris, & proprij habendi capax, nec alicubi reperitur interdicta huiusmodi collatio. Textus enim pro contraria sententia allegati solùm decidunt, eum, cuius status est dubius, an scilicet seruus, in potius liber sit, non esse ad militam promouendum, donec sententia decisum sit, eum liberti esse; quæ quidem decisio nihil ad rem facit, tum quia nihil disponit de beneficio, nec disponere potest, cùm sit iuris ciuilis; tum etiam, quia status nouitij pro tunc non est dubius, sed certus, cùm pro tunc constet eum esse liberum, suique iuris, & tantum dubium sit, an propria sponte sit statum mutaturus: nec ratio oppositæ sententiæ necessitatem probat, sed solùm esse consilium, ac rationi consonum, ne illi conferatur beneficium. Et ideo hanc partem tenent Francus *eo cap. beneficium. num. 1.* Paulus, & Lapus, quos refert, & sequitur ipse Francus, Tiraquel. *de retract. lignager. glos. 8. §. 1. num. 37.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 11. cap. 4. quæst. 1.* & Ianet Nauar. *lib. 1. cons. tit. de voto. ch. 2. a. dizcorf. solutione num. vnus.* vbi dicit collationem beneficij factam ligato voto religionis antequam profiteatur, valere. Quare simili ratione poterit nouitius commutare beneficium habitum est alio, cùm nullo inter illi interdicatur. Subdunt autem Francus, & Tiraquel. ibidem, nouitium acceptantem beneficium seculare simplex, censeri eo ipso religioni renunciare; secus si acceptet curatum seculare tanquam religiosus, vtpote quod etiam reg. Iaribus conferri potest. Sed nullatenus hoc credo, existimoque neutrum acceptando censeri religioni renunciare, quia neutrum est cum statu nouitij incompatibile, & quamuis seculare simplex stare non possit cum statu professij, vacabit vtique per professionem; at interim non est cur in nouitiatu persentemus illud retinere nequeat, vt si egrediatur, possideat illud in perpetuum, si autem profiteatur, vacet statim.

23 Quod si teneamus priorem sententiam, dicendum necessariò est, si ad eiusmodi beneficium vocetur nouitius ille, siue quia specialiter vocatus est, siue quia vocatus est coniunctior sanguine cum fundatore, & ille nouitius est talis, vt beneficium nulli posse conferri, sed expectandam esse illius nouitij professionem, figuato vicario interim seruetur cum congrua illius beneficij portione, quia nouitius ille adquisiuit ius ad rem per eam nominationem: non est autem spoliandus iure

iure in re, nec ad rem, vt probauimus num. 5. Quod si si interim alij conferatur, erit collatio nulla, vt probauimus num. 8. Quod si quæras cuius sint fructus residui; respondeo, cùm eo medio tempore id beneficium vacet, iudicandum est de fructibus illius, ac de fructibus beneficij vacantis, qui quidem iure reseruantur successori, vt tradunt Speculator *tit. de dispensat. §. dicendum restat. de dispensat. super pluralitate beneficiorum. num. 22.* Lambertinus *de iure patronatus. lib. 2. par. 1. qu. 5. art. 7. n. 2.* dicens esse Innocentij, & omnium, Sylueft. *verb. beneficium. Nauar. lib. 5. cons. in 1. tit. tit. de simonia. cons. 15. n. 5. in 2. cons. 70. n. 5.* Vnde infert Speculator; si quis malè obtinuit beneficium, imperrata legitima collatione fructus percepti erunt sui, & licèt Nauar. loquatur quando beneficium vacat de iure, non enim de facto, quia aliquis possidet; sed malè, & in eodem casu loquitur Speculator, qui non est casus noster, quia hic vacat vtroque modo: at eadem est ratio, & ita Sylueft. loquitur quando beneficium vacat, & Lambert. quando nemo possidet, & sic vacat de iure, & de facto, vel quando quis possidet mala fide, & sic vacat de iure, licèt non de facto. Item, quia peius est quando vacat de solo iure, cùm illi iniquo possessori minus fauendum sit, quàm successori, qui non deliquit, & constat ex *cap. sæpè. de electi. in 6.* vbi deciditur, fructus Ecclesiæ vacantis debere reseruari futuro successori, vel expendi in vtilitatem Ecclesiæ. Quare si in hoc beneficium succedat nouitius religionem deserens, erunt vtique ei reddendi, sin autem eo professo beneficium adhuc vacès alteri conferatur, illius quoque erit fructus, vel in vtroque casu poterit in vtilitatem Ecclesiæ conuerti.

24 Tandem circa beneficium regulare Glossa *eo cap. beneficium. verb. conferendum*, & Lancelotus *inst. iuris can. lib. 1. tit. de regular. in 6. §. & si contigerit. verb. conferendum.* sentire videntur posse beneficium regulare conferri nouitio: cùm enim dixissent beneficium non posse conferri nouitio, subdunt id intelligendum de beneficio, cuius regulares sunt incapaces. Cùm igitur solùm sint incapaces beneficij secularis, at regularis capaces sint, sentiunt clarè regulare posse conferri nouitio. Sed Glossam reprobant Paulus, Lapus, Dominicus, Francus, Azor allegati n. 20. & 21. quippe nouitius beneficij regularis est incapax, vtpote quod solis professis est conferendum. *Clement. quia regulares, de supplenda negligent. Prælat.* & *Clemen. ne in agro. §. sane Prioratus, de statu monachorum.* Et hæc quidem sententia verissima est, standò in iure antiquiori; at iuxta decretum Tridentin. *sess. 14. de reformat. cap. 10.* potest dari beneficium regulare nondum professis, immò his, qui habitum nondum susceperè, modò habitum susciperè, & professionem emittere teneantur. Sic enim dicitur ibi, *regularia beneficia in titulum regularibus professis prouideri consueta, cùm per obitum, aut resignationem, vel alias illa in titulo obtinentes, vacare contigerit, religiosis eorum illius ordinis, vel iis, qui habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur, & nò aliis, ne vestè lini, tandiùs contextam induant, conferantur*; & ita Congregatio Cardinalium declarauit, clericis secularibus posse conferri dicta beneficia regularia per ordinarios collatores inconsulto Papa, dummodò habitum suscipere, & professionem emittere omnino teneantur: quam declarationem refert Gonsalez *in regula 8. Cancellar. glos. 8. num. 78.* Quod quidem videtur intelligendum non quando ratione solius voti tenetur quis ingredi, aut in religione perseuerare: hæc enim obligatio voti solum Deum respicit, & non forum externum, quod videtur petere Concilium; & ita credo intelligi, vt dentur eiusmodi beneficia conuentione facta, vt beneficiarij illi teneantur intra certum tempus ad religionem transire; sicut & beneficia curata habent eam conditionem tacitam, quando dantur non sacerdotibus, vt intra annum teneantur ad sacerdotium promoueri. *cap. licèt canon. de elect. in 6.*

Insuper solet beneficium regulare conferri à Pontifice clerico seculari in commendam ad certum tempus, intra quod religionem profiteatur, & sequuta professione illud habeat in titulum, vt testantur Staphyleus *de iuris gratia*, vbi de formis expectatiuarum. *in forma. 8. fine.* Ludouicus Gomez *regul. de infirmis resignationibus. q. 13. nu. 7. & tractatu de expectatiuis. num. 71. fine.* Conar. *cap. 2. num. 2. fin. de testament.*

CAPVT V.

Quid immutatum sit per Tridentinum sess. 25. de regular. cap. 16. circa dispositiones bonorum ad nouitios pertinentium siue donando, siue renunciando, aut aliter contrahendo, aut testando, & circa renunciationes beneficiorum ecclesiasticorum.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones sint tractandæ? n. 1.

Non comprehendunter in hoc decreto qui in seculo non intuitu ingressus in religionem renunciarunt. n. 2.

An comprehendantur in decreto Tridentini qui ante religionis ingressum bonis renunciarunt intuitu ingressus? referuntur quædam sententia. n. 3.

Explicatur sententia authoris, & soluuntur contraria. n. 4.

An id decretum intelligatur de puellis solius educationis gratiâ existentibus in monasterio? n. 5.

An id decretum intelligatur de solis nouitiis minoribus sexdecim annis? Refertur quædam sententia, & sententia authoris. n. 6. & 7.

An intelligatur de nouitiis cuiusumque ætatis, ita vt quacumque ætate possint renunciare seruata illa forma Tridentini? num. 8.

An intelligatur de nouitiis Societatis Iesu? n. 9.

Quid si nouitij hi non renunciant iuxta normam constitutionum? n. 10.

An possint hi nouitij dare aliquid Societati, vel deponere bona apud ipsam donec iis renuncient? n. 11.

TOTVM hoc caput versatur circa exponendum decretum Trident. *sess. 25. de regularib. c. 16.* ad explicandum quid in eo immutatum sit circa ea, quæ iure communi disposita erant circa nouitiorum de propriis bonis dispositionem, quæ hactenus præcedentibus capitibus explicuimus. Decretum illud sic se habet: *Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscumque causæ pie valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequuta professione, aliter vero facta etiaiò ab omni fauoris expressa renunciatione etiam iurata, sit irrita, & nullius effectus.* Circa quod decretum multæ, eæque quàm grauissimæ difficultates insurgunt, & vt recto ordine procedatur, ad quadruplicem quæstionem reducentur. Prima erit de personis, quibus hæc renunciatio interdicitur. Secunda, de renunciationibus, & obligationibus interdictis. Tertia, de tempore, in quo incipium vim sortiri renunciationes. Vltima, de solemnitatibus, & aliis requisitis in eis obseruandis.

QVÆSTIO prima. Quæ personæ comprehendantur in eo Tridentij decreto. In qua quæstione primò dubitari potest, an soli nouitij comprehendantur hoc decreto, an etiam ij, qui causâ ingrediendi nouitiatum, dum adhuc sunt in seculo, bonis renunciant. Consultò dico, quando incitiu ingressus religionis: quia si quis non habens animum ingrediendi religionem, bonis renunciasset, aut quamcumque aliâ donationem fecisset, absque dubio de ea donatione, aut renunciatione non loquitur decretum hoc Trident. cùm nullus religionis respectus

nouitium alere absque alio subsidio: posterior autem sustinens reseruari monasterio, vera sit, quando illud ita pauper est, vt alendo nouitio non sit. Ita sustinent Dominicus *eo cap. beneficium. num. 7.* Azor *tom. 1. inst. moral. lib. 11. cap. 16. quæst. 6.* Sayro *in clauis regia. lib. 6. cap. 5. num. 25. vers. possunt etiam.* licèt tandem concludat, seruandam in hoc consuetudinem.

18 Sed vera sententia est, eos fructus residuos reseruari nouitio, esseque vera illius bona, quia reuera est beneficiarius, nec propriè religiosus, capàxque dominij acquirendi: ergo suo iure fraudari non debet iis fructibus reseruatis Ecclesiæ. Nec etiam est, cur monasterio reseruentur ad nouitij alimenta, quia nouitius non tenetur ea soluere monasterio sine in eo permanent, siue id deserat, vt probauimus *lib. 6. cap. 10. n. 4.* Nec obstat *cap. quia sæpè*, cui prima sententia innititur: loquitur enim de Ecclesia vacante, vt bene aduertunt ferè omnes Doctores allegati num. 25. at beneficium nouitij minimè vacat. Et ideo hanc partem sustinent Mandosius *in cæsibus non alibi n. num. 63. casu 191. ad fin.* Confectius *in priuilegi. Mendan* notabilibus quæ ponit post literas Apostolicas, *in. 15. cap. 2. in fine.* Quod si tamen alicubi sit opposita consuetudo legitimè præscripta, ea seruanda erit, cùm consuetudo vim legis habeat. Ita docent Syluester ibidem, & Mantrel allegatus n. 14.

19 Hinc deducitur, eos fructus restituendos nouitio exeuntij; at eo profitetè succedere in eos monasterium, vtpote quod in vniuersa professij bona succedit. Atque ita docet Francus *eo cap. beneficium. num. fin. ad.* quod intelligendum est, si monasterium successionis capax sit, nec nouitius ille ante professionem de illis disposuerit: si enim sit succedendi incapax, succedent venientes, sicut in reliqua nouitij bona eos successuros probauimus cap. præcedenti; quippe cùm hi fructus sint vera nouitij bona, perinde ac de cæteris eius nouitij bonis iudicandum est. Si nouitius autem de illis ante professionem disposuerit, eius dispositio seruanda erit, sicut in reliquis bonis.

SVMMARIVM.

An nouitio conferri possit Episcopatus, aut regimen monasterij? n. 20.

An nouitio conferri possit beneficium seculare, vel habitum possit cum alio commutare? referuntur quædam sententia. num. 21.

Explicatur sententia authoris. n. 22.

An beneficium vocatus tempore nouitiatus, ad quod nouitius habet ius, possit alteri conferri, cùm sint fructus dum non conferuntur? n. 23.

Quid de beneficiis regularibus & explicatur decretum Tridentini sess. 14. cap. 10. de reformatione. n. 24.

An aliquando beneficia regularia dentur secularibus? n. 25.

20 QVÆSTIO vltima. An nouitio conferri possit beneficium ecclesiasticum & cùm beneficium duplex sit: alterum seculare; alterum regulare, de vtroque est disputandum. Et quidem certum est, nouitium non posse ad aliquam monastici ordinis præfecturam eligi, nec ad id satis esse professionem tacitam, sed desideratè expressam, alias irritum fore quod gestum fuerit, posse autem eligi ad dignitatem Episcopalem tam in secularibus, quàm in regularibus Ecclesiis, quippe vtrumque expressè decidit *cap. nullus. de elect. in 6.* & Priorissa, aut Abbatissa non poteit eligi nisi expressè professa sit, vt expressè decidit *cap. in denominatione, in princip. de electione. in 6.* Quod si opponatur *cap. 2. de testament.* ex quo apertè deducitur, posse Abbatissam esse quæ non est expressè professa; respondent Ioannes Andr. *eo cap. 2. num. 3.* Cardin. *num. 2. oppos. 1.* Anton. *num. 6.* Anchar. *num. 1.* Abb. *ibi. num. 4.* Imola *num. 17.* priores textus habere verum in prouisione, quæ per electionem fit, quia de ea sola expressè loquuntur, secus quando prouisio fit non per electionem, sed per collationem, vel postulationem; idem Selua *de beneficiis. 3. p. q. 51.* Barbosa *dicto cap. 2. num. 4. vers. nota quod vltimo.*

21 Difficultas autem est de aliis beneficiis secularibus. Quidam censent ea non illi conferri; nam dubius statu non promouetur ad militiam. *l. qui dabitur. tit. 19. ff. de liberali causa. & l. qui status. 8. ff. de re militari.* Cùm ergo status nouitij dubius sit, an professuriis sit, nesne, nequit ad beneficium promoueri. Præterea, quia ansa daretur, vt occasione fruendi beneficio religionem desereret. Hanc partem sustinent Glossa *cap. beneficium. verb. conferendum. de regular. in 6.* & ibi Monachus *fin.* Dominicus *num. 6. vers. in ea glossa. ibi. nullus.* Anchar. *num. 1.* Guillelmus de Montelabduno, vt eum refert Probus *addiuinibus ad Mouach. eo cap. beneficium. num. vltimo.* ipsimque sequitur idem Probus ibi addens, quamuis conferri non debeat, validam tamen fore collationem. Angelus *verb. nouitius. num. 23.* & ibi Tabiena *quæst. vltima.* Antonius Cucus *lib. 3. institutionum maior. t. 1. num. 95.* Tapia *antbent. ingressi. verb. sua. cap. 2. num. 11. uncia nu. 13. in fauor. ad 5.* Lælius Zecchius *de Repub. ecclesiastica. tit. de regular. cap. 3. n. 10.* Lancelot. *institu. iuris can. lib. 1. tit. de regul. §. & si contigerit. verb. conferendum.* Immo Anchar. & Guillelmus de Montelabduno ibi sustinent, nec integrum esse nouitio beneficium proprium cum alio commutare.

22 Sed veriùs credo, posse conferri beneficium seculare nouitio, quia adhuc est sui iuris, & proprij habendi capax, nec alicubi reperitur interdicta huiusmodi collatio. Textus enim pro contraria sententia allegati solùm decidunt, eum, cuius status est dubius, an scilicet seruus, in potius liber sit, non esse ad militam promouendum, donec sententia decisum sit, eum liberti esse; quæ quidem decisio nihil ad rem facit, tum quia nihil disponit de beneficio, nec disponere potest, cùm sit iuris ciuilis; tum etiam, quia status nouitij pro tunc non est dubius, sed certus, cùm pro tunc constet eum esse liberum, suique iuris, & tantum dubium sit, an propria sponte sit statum mutaturus: nec ratio oppositæ sententiæ necessitatem probat, sed solùm esse consilium, ac rationi consonum, ne illi conferatur beneficium. Et ideo hanc partem tenent Francus *eo cap. beneficium. num. 1.* Paulus, & Lapus, quos refert, & sequitur ipse Francus, Tiraquel. *de retract. lignager. glos. 8. §. 1. num. 37.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 11. cap. 4. quæst. 1.* & Ianet Nauar. *lib. 1. cons. tit. de voto. ch. 2. a. dizcorf. solutione num. vnus.* vbi dicit collationem beneficij factam ligato voto religionis antequam profiteatur, valere. Quare simili ratione poterit nouitius commutare beneficium habitum est alio, cùm nullo inter illi interdicatur. Subdunt autem Francus, & Tiraquel. ibidem, nouitium acceptantem beneficium seculare simplex, censeri eo ipso religioni renunciare; secus si acceptet curatum seculare tanquam religiosus, vtpote quod etiam reg. Iaribus conferri potest. Sed nullatenus hoc credo, existimoque neutrum acceptando censeri religioni renunciare, quia neutrum est cum statu nouitij incompatibile, & quamuis seculare simplex stare non possit cum statu professij, vacabit vtique per professionem; at interim non est cur in nouitiatu persentemus illud retinere nequeat, vt si egrediatur, possideat illud in perpetuum, si autem profiteatur, vacet statim.

23 Quod si teneamus priorem sententiam, dicendum necessariò est, si ad eiusmodi beneficium vocetur nouitius ille, siue quia specialiter vocatus est, siue quia vocatus est coniunctior sanguine cum fundatore, & ille nouitius est talis, vt beneficium nulli posse conferri, sed expectandam esse illius nouitij professionem, figuato vicario interim seruetur cum congrua illius beneficij portione, quia nouitius ille adquisiuit ius ad rem per eam nominationem: non est autem spoliandus iure

iure in re, nec ad rem, vt probauimus num. 5. Quod si si interim alij conferatur, erit collatio nulla, vt probauimus num. 8. Quod si quæras cuius sint fructus residui; respondeo, cùm eo medio tempore id beneficium vacet, iudicandum est de fructibus illius, ac de fructibus beneficij vacantis, qui quidem iure reseruantur successori, vt tradunt Speculator *tit. de dispensat. §. dicendum restat. de dispensat. super pluralitate beneficiorum. num. 22.* Lambertinus *de iure patronatus. lib. 2. par. 1. qu. 5. art. 7. n. 2.* dicens esse Innocentij, & omnium, Sylueft. *verb. beneficium. Nauar. lib. 5. cons. in 1. tit. tit. de simonia. cons. 15. n. 5. in 2. cons. 70. n. 5.* Vnde infert Speculator; si quis malè obtinuit beneficium, imperrata legitima collatione fructus percepti erunt sui, & licèt Nauar. loquatur quando beneficium vacat de iure, non enim de facto, quia aliquis possidet; sed malè, & in eodem casu loquitur Speculator, qui non est casus noster, quia hic vacat vtroque modo: at eadem est ratio, & ita Sylueft. loquitur quando beneficium vacat, & Lambert. quando nemo possidet, & sic vacat de iure, & de facto, vel quando quis possidet mala fide, & sic vacat de iure, licèt non de facto. Item, quia peius est quando vacat de solo iure, cùm illi iniquo possessori minus fauendum sit, quàm successori, qui non deliquit, & constat ex *cap. sæpè. de electi. in 6.* vbi deciditur, fructus Ecclesiæ vacantis debere reseruari futuro successori, vel expendi in vtilitatem Ecclesiæ. Quare si in hoc beneficium succedat nouitius religionem deserens, erunt vtique ei reddendi, sin autem eo professo beneficium adhuc vacès alteri conferatur, illius quoque erit fructus, vel in vtroque casu poterit in vtilitatem Ecclesiæ conuerti.

24 Tandem circa beneficium regulare Glossa *eo cap. beneficium. verb. conferendum*, & Lancelotus *inst. iuris can. lib. 1. tit. de regular. in 6. §. & si contigerit. verb. conferendum.* sentire videntur posse beneficium regulare conferri nouitio: cùm enim dixissent beneficium non posse conferri nouitio, subdunt id intelligendum de beneficio, cuius regulares sunt incapaces. Cùm igitur solùm sint incapaces beneficij secularis, at regularis capaces sint, sentiunt clarè regulare posse conferri nouitio. Sed Glossam reprobant Paulus, Lapus, Dominicus, Francus, Azor allegati n. 20. & 21. quippe nouitius beneficij regularis est incapax, vtpote quod solis professis est conferendum. *Clement. quia regulares, de supplenda negligent. Prælat.* & *Clemen. ne in agro. §. sane Prioratus, de statu monachorum.* Et hæc quidem sententia verissima est, standò in iure antiquiori; at iuxta decretum Tridentin. *sess. 14. de reformat. cap. 10.* potest dari beneficium regulare nondum professis, immò his, qui habitum nondum susceperè, modò habitum susciperè, & professionem emittere teneantur. Sic enim dicitur ibi, *regularia beneficia in titulum regularibus professis prouideri consueta, cùm per obitum, aut resignationem, vel alias illa in titulo obtinentes, vacare contigerit, religiosis eorum illius ordinis, vel iis, qui habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur, & nò aliis, ne vestè lini, tandiùs contextam induant, conferantur*; & ita Congregatio Cardinalium declarauit, clericis secularibus posse conferri dicta beneficia regularia per ordinarios collatores inconsulto Papa, dummodò habitum suscipere, & professionem emittere omnino teneantur: quam declarationem refert Gonsalez *in regula 8. Cancellar. glos. 8. num. 78.* Quod quidem videtur intelligendum non quando ratione solius voti tenetur quis ingredi, aut in religione perseuerare: hæc enim obligatio voti solum Deum respicit, & non forum externum, quod videtur petere Concilium; & ita credo intelligi, vt dentur eiusmodi beneficia conuentione facta, vt beneficiarij illi teneantur intra certum tempus ad religionem transire; sicut & beneficia curata habent eam conditionem tacitam, quando dantur non sacerdotibus, vt intra annum teneantur ad sacerdotium promoueri. *cap. licèt canon. de elect. in 6.*

Insuper solet beneficium regulare conferri à Pontifice clerico seculari in commendam ad certum tempus, intra quod religionem profiteatur, & sequuta professione illud habeat in titulum, vt testantur Staphyleus *de iuris gratia*, vbi de formis expectatiuarum. *in forma. 8. fine.* Ludouicus Gomez *regul. de infirmis resignationibus. q. 13. nu. 7. & tractatu de expectatiuis. num. 71. fine.* Conar. *cap. 2. num. 2. fin. de testament.*

CAPVT V.

Quid immutatum sit per Tridentinum sess. 25. de regular. cap. 16. circa dispositiones bonorum ad nouitios pertinentium siue donando, siue renunciando, aut aliter contrahendo, aut testando, & circa renunciationes beneficiorum ecclesiasticorum.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones sint tractandæ? n. 1.

Non comprehendunter in hoc decreto qui in seculo non intuitu ingressus in religionem renunciarunt. n. 2.

An comprehendantur in decreto Tridentini qui ante religionis ingressum bonis renunciarunt intuitu ingressus? referuntur quædam sententia. n. 3.

Explicatur sententia authoris, & soluuntur contraria. n. 4.

An id decretum intelligatur de puellis solius educationis gratiâ existentibus in monasterio? n. 5.

An id decretum intelligatur de solis nouitiis minoribus sexdecim annis? Refertur quædam sententia, & sententia authoris. n. 6. & 7.

An intelligatur de nouitiis cuiusumque ætatis, ita vt quacumque ætate possint renunciare seruata illa forma Tridentini? num. 8.

An intelligatur de nouitiis Societatis Iesu? n. 9.

Quid si nouitij hi non renunciant iuxta normam constitutionum? n. 10.

An possint hi nouitij dare aliquid Societati, vel deponere bona apud ipsam donec iis renuncient? n. 11.

TOTVM hoc caput versatur circa exponendum decretum Trident. *sess. 25. de regularib. c. 16.* ad explicandum quid in eo immutatum sit circa ea, quæ iure communi disposita erant circa nouitiorum de propriis bonis dispositionem, quæ hactenus præcedentibus capitibus explicuimus. Decretum illud sic se habet: *Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscumque causæ pie valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequuta professione, aliter vero facta etiaiò ab omni fauoris expressa renunciatione etiam iurata, sit irrita, & nullius effectus.* Circa quod decretum multæ, eæque quàm grauissimæ difficultates insurgunt, & vt recto ordine procedatur, ad quadruplicem quæstionem reducentur. Prima erit de personis, quibus hæc renunciatio interdicitur. Secunda, de renunciationibus, & obligationibus interdictis. Tertia, de tempore, in quo incipium vim sortiri renunciationes. Vltima, de solemnitatibus, & aliis requisitis in eis obseruandis.

QVÆSTIO prima. Quæ personæ comprehendantur in eo Tridentij decreto. In qua quæstione primò dubitari potest, an soli nouitij comprehendantur hoc decreto, an etiam ij, qui causâ ingrediendi nouitiatum, dum adhuc sunt in seculo, bonis renunciant. Consultò dico, quando incitiu ingressus religionis: quia si quis non habens animum ingrediendi religionem, bonis renunciasset, aut quamcumque aliâ donationem fecisset, absque dubio de ea donatione, aut renunciatione non loquitur decretum hoc Trident. cùm nullus religionis respectus

respectus tum temporis habeatur. Et quamuis aliqui distinguant, vt Manuel *quæst. regular. tom. 2. q. 47. art. 8.* an longè ante ingressum facta sit donatio, an paulo ante, distinctio pertinet ad præsumptionem fori externi; præsumitur enim facta intuitu ingressus, quando paulo ante facta est, vt diximus suprà. At quod attinet ad forum conscientiæ, solùm spectandum est, an ea donatio, & renunciatio facta sit intuitu ingressus in religionem. Et existimo esse omnino certum, quamuis renunciant habeat animum ingrediendi religionem, si non intuitu ingressus renunciauit; sed animus ingrediendi nihil prorsus ad renunciationem contulit, quippe ea prorsus faciēda erat siue ingrederetur, siue non, non includi in eo decreto hanc renunciationem; quia Tridentinum noluit auferre libertatem renunciationum, quæ independenter ab ingressu religionis fiunt, cùm hæ nihil prorsus conferant ad libertatem egressus tempore nouitiatus, cui in eo decreto consultum voluit; & ita Doctores allegandi num. sequenti. Nam verè loquuntur expresse quando intuitu egressus renunciatio fit.

3 Difficultas ergo eò pertinet, quando renunciatio fit ante ingressum nouitiatus: at intuitu ingressus duplex est sententia. Prior sustinet hanc renunciationem comprehendi, & sic fore irritam, vtpote quæ fit contra eius decreti formam præscribentis, vt fiat ante duos professionis proximos menses. Ducitur primò, quia Concilium in vniuersum loquitur de renunciatione facta ante professionem, non restringendo ad factam tempore nouitiatus, finisque illius decreti, qui est (vt dicemus num. 6.) ne impediant libertas egressus nouitij timore quod non potiatur omnibus suis bonis, quibus se intuitu ingressus spoliarat, æquè habet vim in hoc casu, ac in renunciatione facta nouitiatus tempore. Secundò, quia lex pœnalis, & exorbitans extenditur ad alium casum, quando, si ad illum non extenderetur, frustraretur *cap. si cuiquam. de sententia excom. in 6.* vbi decernitur, interdictum ciuitatis extendi ad suburbia, & continentia ædificia, ne facilè sententia interdicti elidatur; & Glossa final. *cap. 2. de vsur. in 6.* communiter ibi recepta, vbi textum illum vsuratius testari intetdicentem ait extendi quoque ad codicillos, qui largè testamenti nomine claudunturr, eo quod aliàs facilè ea prohibitio frustraretur. At passim sto fine defraudaretur hoc decretum, si ante ingressum in nouitiatum permitterentur renunciationes eius intuitu factæ: ergo id decretum, quantumcumque pœnale, & exorbitans, est ad has renunciationes extendendum. Et hæc sententia est valde probabilis, eamque sustinent Nauar. *lib. 3. consil. in 1. edit. tit. de donat. inter conf. 7. & 8. in 2. tit. de regular. toto cons. 81. & 82.* Flaminius dicens sic censuisse Congregationem Cardinalium, *de resignation. benefic. lib. 3. quæst. 15. num. 9.* Roias *epitome successionum. cap. 7. num. 50. & 51.* Spino *speculo testam. glos. 12. principal. num. 5.* Menochius *cons. 388. num. 7. vol. 4.* Azor *tomo 1. instit. moral. lib. 11. cap. 9. quæst. 1.* Emmanuel *Sá summa. verb. religio. num. 5.* Lælius Zecchius *de Repub. ecclesiastica. tit. de regular. cap. 3. num. 10.* Ludouicus Lopez *lib. 2. de contrastibur. cap. 39. notabilis 5.* Manuel *quæst. regular. tom. 2. q. 47. art. 8.* Leonardus *lib. 2. de iust. c. 41. dub. 4. n. 40.* Caballos *99. suis omnib. communibus quæst. 115. fine.* Paulus Fusius *de visitatione Episcoporum lib. 2. cap. 18. num. 37.* Sorbut *in compendio priuilegiorum Mend. verb. nouitiat. in fine annot. pag. vltim. vers. sed si ordinationes, vel renunciationes.* Egidius Benedictus *l. 2. quæst. 4. 5. 7. n. 22. C. de sacrosanct. Eccles.* quamuis concludat refert Congregationem Cardinalium censuisse oppositum; & fi tra est, ait illi standum. Molina *tomo 1. de iust. disput. 169. pol. 7. vers. quod ad Ecclesiam attinet. & disput. 159. col. 8. vers. ambiguè verò sed. & tomo 3. disput. 604. num. 12.* atque Gutierrez *cap. quamuis pactum de pactis in 6. §. dum nuptiæ traderentur. fine.* dubius manet vtra harum opinionum vtior sit.

4 Posterior sententia, cui tanquam probabiliori adhæreo, sustinet huiusmodi renunciationem non comprehendi illo decreto, & sic esse validam. Ducor, quia in dubio textus est intelligendus iuxta rubricam, sub qua constituitur, cùm vnusquisque textus congruis subdatur titulis *l. si quid autem. §. si quid verò. C. de veteri iure enucleando. & l. 2. §. quibus specialiter. C. de iure codice fa-cendo. & in proœmio Clementin. tom. 2. vers. & licet ex diuersitate.* Cùm ergo intelligentia huius textus dubia sit, accipienda est ex rubrica, sub qua constituitur, quæ est de regularibus: non ergo intelligitur de merè secularibus, quales sunt, qui in nouitiatum nondum ingressi sunt. Nec obstat, si dicas *ead. sess. 25. sub eadem rubric. cap. 17.* disponere Tridentinum de examine volentium ingredi in nouitiatum, & sic adhuc secularium: non ergo obstat rubrica de regularibus, sub qua decretum hoc *cap. 16.* continetur, quominus intelligatur de nouitiatum ingressis, non (inquam) obstat, immo potius inde argumentum desumitur à speciali, quando enim Tridentinum de non ingressis disponere voluit, id explicuit. Cùm ergo in hoc decreto non explicuerit, signum est nihil decernere voluisse de non ingressis. Secundò, id probatur ex *cap. 25. eiusdem sess. 25.* cui continuatur decretum hoc *cap. 16.* per dictionem copulatiuam (*quoque*) ibi; *nulla quoque renunciatio*, cuius natura est copulare sequentia cum præcedentibus, argument. *§. Præterea quoque. instit. de iure naturali. & §. positum in instit. de legatis.* & pariformiter determinare, vt notatur *L. 4. C. de impuber. & aliis substit.* Cùm ergo caput illud immediatè præcedens loquatur de nouitiis, de eisdem intelligendum est decretum capitis subsequentis, idque denotant omnia verba contenta in eo decreto *cap. 16.* quæ quidem omnia apertissimè indicant sermonem esse de nouitiis, ibi; *nisi fiat intra duos menses proximos ante professionem*: & ibi; *finito tempore nouitiatus*: & ibi; *ne ante professionem nouitij, vel nouitia.* Ex quibus omnibus constat, id decretum in tota illa serie de solis gestis tempore nouitiatus sermonem habere. At prohibita certo tempore, censentur reliquo petmissa. *l. Imperatores. ff. de postulando. l. statu liberum. §. Stichum. ff. de legat. 1.* Tertiò, quia antequam renuncians ille fit nouitius, est persona merè secularis, & tractatur de bonorum temporalium renunciatione, non ergo de eo censetur aliquid disponere Concilium, argum. *cap. nouit. de iudicis. & cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi.* Quartò, quia decretum hoc est iuris communis correctorium, maximè dum vires iuramenti infirmat, auferetque liberam de propriis bonis disponendi facultatem omni iure competentem: non ergo debet extendi de vno tempore ad aliud. Quintò, quia sic declarauit Cardinalium Congregatio, vt referunt Passarellus, & Stephanus Gratianus; an dispositio *cap. 16. sess. 25. in prine.* comprehēdat illum etiam, qui habuit animum ingrediendi religionem, & adhuc in seculo existit, & tamen acceptatus, licēt habitum non susceperit, donauit bona sua matri non adhibitis solemnitatibus hoc capite requisitis: Congregatio censuit non habere locum in renunciatione facta ante susceptionem habitus. Tandem, quia non obstant rationes prioris sententiæ. Nam ad primam dico, manifestè id decretum loqui de nouitiis, vt satis probauimus; & quamuis finis illo reperiatur in his volentibus ingredi: at verba prohibitionis illis adaptari nequeunt, cùm ferè expressa sint de nouitiis, qui quidem sunt personæ ecclesiasticæ, & proinde subiectæ legibus ecclesiasticis quoad bonorum dispositionem, & proinde non debet extendi ad personas seculares, quales (sunt nondum ingressi. Quod si ratio contraria efficax esset, idem probaret de renunciatione facta non intuitu ingressus religionis: similiter enim impedit libertatem egressus. Ad 2. dic, eam doctrinam accipiendam esse quando ea, ad quæ fit extensio, comprehendi possunt commodè sub

sub verbis prohibitionis, vt suburbia comprehendunturr sub ciuitatis nomine, & codicilli sub nomine testamenti: at nondum ingressi in nouitiatum minimè comprehendi possunt sub nouitiorum nomine, quippe illi sunt omnino personæ seculares, iurisdictionique temporali subiectæ; at hi sunt personæ ecclesiasticæ, legibusque ecclesiasticis quoad dispositionem etiam bonorum temporalium gubernantur. Et ideo hanc sententiam sustinent Mandosius *cons. 12. num. 8. & 9. vol. 1.* Passarellus, dicens ita sibi respondisse Congregationem Cardinalium, *in priuilegio Mendicant. cap. 37.* Caualcanus *decis. 11. num. 115. part. 3.* Velascus *de partiunib. cap. 16. num. 12. & 23.* Manuel *quæst. regular. tom. 3. quæst. 16. art. 1.* Vega *tom. 1. summ. cap. 91. casu 4. & 2. tom. cap. 50. casu 4.* Confectius *in priuileg. Mendicantium*, notabilibus positis post Bullas Apostolicas. *tit. 13. cap. 12. fol. & 13.* Costa *de remediis subsidiariis. remedio 85. fine.* Stephanus Gratian. *in decis. Rotæ.* Marchez *tota decis. 37. p. 1.* & hanc dicit esse probabilem Nauar. *lib. 3. cons. in 1. edit. tit. de donat. cons. 8. num. 1. in 2. tit. de regular. cons. 81. num. 1.* & (vt refert Manuel *quæst. regular. tom. 2. quæst. 47. art. 8.*) ita iudicatum fuit in prætoriis, multique viri docti ita censent, huiusque sententiæ est apertè Castillo *de vsufruct. lib. 1. cap. 6. num. 7.* vbi cùm sentiat decretum hoc Tridentini includere nomine renunciationis, & obligationis testamentum, ait tamen de testamento tempore nouitiatus facto, non autem de facto antea, & in hoc Regio Granatensi prætorio hoc anno lite vtrinque agitata sic pronunciatum est per sex regios Iudices, nemine eorum discrepante.

5 Manifestum autem est eo decreto non comprehendi puellas, quæ educationis, & solius institutionis gratia in monasteria recipiuntur, quia nec sunt nouitiæ, nec decretum Tridentini de illis agit, quod ex se manifestum est, & tradit Azor *tom. 1. inst. moral. lib. 13. cap. 9. quæst. 2.*

6 Secundò dubitatur circa idem decretum, an intelligatur de omnibus nouitiis, an de solis minoribus sexdecim annis. Quidam existimant intelligi de solis minoribus sexdecim annis, atque ita nouitios hanc ætatem excedentes posse quandocumque liberè de suis bonis disponere. Ducuntur, quod decretum hoc *c. 16.* incipiat continuando cum cap. præcedenti per dictionem (*quoque*) ibi; *nulla quoque renunciatio antea facta*: cuius natura est continuare, & pariformiter determinare, vt diximus num. 4. Cùm ergo capite præcedenti decreuisset Concilium nullam professionem validam fore emissam ante decimumsextum annum, caput hoc continuans decisionem cum decreto capitis præcedentis, decernensque nullam renunciationem antea factam validam fore, intelligendum quoque est de renunciatione facta ante decimumsextum ætatis annum, ita docent Menochius *de arbitrariis. lib. 2. centuria 5. casu 43. num. 8.* & innuit Lælius Zecchius *de Repub. eccles. tit. de regular. cap. 3. num. 14. limit. 8.* dicit enim non valere renunciationem factam ante sexdecim ætatis annos, nisi fiat iuxta normam Tridentini.

7 Sed omnino tenendum est, decretum hoc loqui de nouitiis etiam maioribus sexdecim annis: probaturque retorquendo rationem in Doctores contrarios, quippe in eo cap. 15. præcedenti duo decreta sunt: alterum, ne valeat professio ante decimumsextum ætatis annum: alterum, ne valeat, nisi integro nouitiatus anno expleto, subdens professionem ante eam ætatem, & annum nouitiatus factam fore nullam. Cùm ergo decisio huius capitis cum illa continuerur, duo eiusdem determinare debet: alterum, ne renunciatio valeat ante decimumsextum annum: alterum, ne valeat ante tempus nouitiatus in eo decreto præscriptum; atque ita tantùm abest, vt ea ratio probet nouitios minores sexdecim annis indigere solemnitate ibi præscripta, vt ponis probet minores nec cum solemnitate illa validè renunciare: sed duo ibi peti, prius, vt renuncians sit maior sexdecim annis: posterius, vt renunciet bimestri professioni proximo, & cum aliis solemnitatibus ibi positis. Sed quia hæc ratio amplius probat, quàm veritas se habeat, melius explicabitur num. sequenti in quo consistat hæc continuatio, & manebit soluta ratio contraria. Præterea, quia ratio decreti huius fuit (vt explicatur *eodem cap. 16. fin.*) vt consultatur libertati nouitij egredi volentis, ne ea occasione discedere nequeat, quod totam, vel maiorem substantiæ suæ partem donarit, nec facilè eam recuperare valeat. Quæ ratio æquè militat in maioribus sexdecim annis: & cùm ratio sit omnino similis, par quoque dispositio esse debet. *Addud. ff. ad l. Aquiliam. & cap. transactio. de const. li.* Et ideo hanc sententiam sustinet Cenedo *in suo collectaneo, collect. 50. in decretum. num. 5.* Gutierrez *quæst. canonicis. lib. 2. cap. 1. num. 34.* Velascus *de partit. cap. 16. num. 27.* Morquechus *de disp. bonorum. lib. 4. cap. 5. num. 34.* Manuel *2. tomo summæ. cap. 7. num. 7. & quæst. regular. tom. 2. quæst. 47. art. 13.*

8 Sed apparentiùs posset aliquis existimare, exigi in eo decreto, vt renunciatio nouitij valeat, cùm esse maiorem sexdecim annis: atque ita si minor sit, non valere, quamuis seruentur solemnitates in eo præscriptæ. Quod probat ratio 1. numero præcedenti deducta ex continuatione cum præcedenti. Verùm existimo eam ætatem non desideran, sed desiderari, & sufficere nouitium expleuisse quindecim ætatis annos cum decem vlterioribus mensibus. Ducor, quia si id decretum petere vellet sexdecim annos expletos ad hanc renunciationem, id vtique expressisset, sicut cap. præcedenti expresserat, eos ad valorem professionis exigi, nec rem tam gravem ita obscuram reliquisset. Insuper, quia cùm petat renunciationem fieri bimestri professioni proximo, nec ætatem renunciationis præscribat, eam solam tanquam necessarium petere videtur, in qua post bimestre poteit professio emitti. Hæc autem est ætas quindecim annorum cum decem vlterioribus mensibus, cùm bimestre deficiat ad sexdecim annos peritos ad professionis valorem: ergo hæc ætas est necessaria, & sufficit ad renunciationis valorem seruatis aliis solemnitatibus in eo decreto petitis. Quare continuatio huius decreti cum præcedenti in eo consistit, vt sicut nulla est professio sine solemnitate illius *cap. 15.* sic nulla sit renunciatio sine solemnitate contenta in hoc decreto *cap. 16.* & illa verba; *nulla quoque renunciatio antea facta*, id solùm volunt, vt renunciatio ante professionem facta, de qua habitus erat sermo in cap. præcedenti, nullo modo valeat sine solemnitate præscripta *eo cap. 16.* nec oportet in omnibus seruari continuationem, & pariformitatem in decretis continuatis.

9 Vltimò dubitatur circa idem decretum, an intelligendum sit in nouitiis quoque Societatis IESV, ita vt nequeant renunciare in fauorem Societatis, vel alterius, nisi seruata ea forma. Et breuiter respondeo, in iis minimè habere locum id decretum, & sic posse eos renunciare bonis in fauorem Societatis, vel cuiuscumque non seruata ea forma, nec expectato bimestri ante professionem, vel ante vota biennij. Probatur, quia Trident. *eodem cap. 16.* duo statuit: prius, ne hæc renunciatio fiat ante bimestre proximum professioni: posterius, vt finito tempore nouitiatus admittantur nouitij ad professionem, aut à monasterio eiiciantur; & statim subdit hæc verba. *Per hæc tamen sancta Synodus non intendit aliquid innouare, aut prohibere, quin religio clericorum Societatis IESV iuxta piam illorum institutum à sancta Sede Apostolica approbatum. Domino, & eius Ecclesiæ inseruire possit.* Vbi cùm dicat in plurali, *per hæc*, debet illud referri ad duo prædicta, nempe, ad professionem solemnem faciendam immediatè post nouitiatum, & renunciationem non aliter faciendam, quàm ibi præscribitur. Nec est maior ratio, cur illa verba potius referantur

rantur ad professionem, quàm ad renunciationem, cùm in vtroque casu disponant contrarium postræ constitutiones, quæ omnino ibi per id decretum approbantur. Secundò, quia sic declarauit Pius V. viuæ vocis oraculo, & refertur in compendio nostrorum priuilegiorum, *verb. Concilium. num. 2.* Tertiò, quia post id Trident. decretum sunt approbatæ constitutiones Societatis IESV à Gregorio XIII. in sua extrauag. *ascendentis*, & postea in alia extrauag. à Greg. XIV. & nouissimè in alia à Paulo V. & Gregorius XIII. fecit mentionem promissionis, quam emittunt nouitij Societatis in ipso ingressu renunciandi bonis quandocumque post priorem nouitiatus annum eis fuerit à superiore iniunctum; & concludit in ea extrauaganti sic, *Constitutiones quæcumque, ac statuta, & decreta quibuscumque, ac sub verborum præsentibus inserendum pro expressis habentes, eorum præcipuum approbamus, & confirmamus.* Tandem, quia ita semper noluerunt Societatis IESV post Trident. consuetudo autem est optima legis interpres, *cap. cum dilectus, de consuetud.* & esto obligasset id decretum, sat est, sic prædicta consuetudo, vt tanquam non receptum, sub abrogatione modò non obligaret. Atque ita hanc partem sustinent Manuel *quæst. regular. 1. num. quæst. 47. ar. vltim.* dicens sic consuluisse doctissimos Theologos, ac iurisperitos, & sententia Iudicis pronunciatum; & ita refert declaratam à Cardinalibus Molina *tom. 1. de iust. disput. 139. col. 7. vers. quæ quam. in fine.* Emmanuel Sà *summa. verb. religio. num. 5.* Leonardus *lib. 2. de iust. c. 41. dub. 4. num. 41.*

10 Sed adhuc circa hoc restat duplex difficultas. Prior est, an hoc sit verum, quamuis renunciatio non fiat iuxta normam constitutionum Societatis IESV? Verbi gratiâ, constitutiones Societatis præscribunt, si statim ob aliquas causas iustas renunciatio non fiat, cum faciendam quandocumque per superiorem iniunctum fuerit post primum nouitiatus annum, atque in opera pia, vt constat *in examen. cap. 4. §. 1.* Demus ergo, ingressurum in nouitiatu Societatis IESV renunciare bonis ante ingressum, vel post ingressum renunciare absque superioris licentia, & in opera profana, quod maximè aduersatur constitutionibus; dubitatur, an prædicta renunciatio valida sit. Videtur enim irrita, quia Tridentinum in eo decreto tantùm profitetur se nolle contrauenire institutò Societatis IESV; & ideo solam renunciationem nouitiorum iuxta prædictum institutum factam videtur non irritare: cùm ergo hæc non sit facta iuxta eius institutum, nec in ea seruetur prædicti decreti solemnitas, videtur irrita. Sed credo fore validam, quia mens dicti decreti fuit in eo minimè comprehendere nouitios Societatis IESV, quippe id seruare non possent, non contraueniendo suis constitutionibus, quas omnino seruari vult Concilium. Cùm ergo in eo decreto non comprehendantur, quatenùs quæ renuncient, etiam contraueniendo constitutionibus, renunciatio non redderur irrita defectu solemnitatis petitæ in Tridentino. Et ita clarè sentit Leonardus numero præcedenti allegatus: ait enim posse hos nouitios ante ingressum in nouitiatum disponere in quascumque causas, cùm tamen paullo ante idemmet fensers, per decretum hoc Tridentini irritari renunciationes ante ingressum in nouitiatum factas eius instituti.

11 Posterior difficultas est, an possit Societas IESV capere bona, quæ sui nouitij in ipsam renunciant: vel bonorum nouitij depositum accipere, donec renunciationem faciat ipsorum? Ratio dubitandi est, quia Tridentinum *eo cap. 16.* vbi dixit ea verba: *Per hac sanctia Synodus non intendit aliquid innouare, aut prohibere, quin religiosi eorum possint IESV iuxta piam eorum institutum à sancta Sede Apostolica approbatum, Domino, & eius Ecclesiæ inseruire possit*; interdixit ne ante professionem, excepto victu, & vestitu nouitij, aliquid ex bonis eius tribuatur monasterio: à qua quidem prohibitione non excepit Societatem IESV, sicut à duplici priori mandato. Ergo censetur in hac prohibitione comprehensa. Verùm absque dubio dicendum est, nec in hac prohibitione comprehendi Societatem IESV, tum quia hæc posterior clausula est velut appendix prioris. Cùm ergo in priori non comprehendatur Societas, & concedatur ipsi quod maius est, nempe, posse fieri in ipsam renunciationem, censetur vtique concessum quod minus est, nempe, posse apud ipsam deponi bona, & quod consequitur renunciationem, nimirum, posse bona, quibus in fauorem ipsius renunciatum est, capere: tum etiam, quia clausula in quacumque dispositionis parte posita, siue ponatur in principio, siue in medio, siue in fine, censetur referri ad omnia in ea clausula contenta, quando omnium eadem est ratio, vt multis citatis tradit Menochius *de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 181. num. 2.* quod vtique hic contingit. Similiter enim derogatur instituto Societatis IESV, si ea prohibitio de nouitiis ipsius intelligeretur, sicut derogatur, si duo priora in eo decreto contenta, de ipsis intelligerentur; & ita clarè sentit Molina *n. 9.* allegatus: nam relato toto hoc Tridentini decreto, dicit per id nullatenus derogari instituto Societatis IESV.

SVMMARIVM.

An testamenta nouitij indigeant ad sui valorem solemnitatibus petitis in Tridentino ad renunciationem? refertur quædam sententia. n. 12.

Opinio auctoris. n. 13.

Quid de donatione causâ mortis, & codicillis? n. 14.

Quid de contractibus inter viuos, irreuocabilibus tamen? n. 15.

Quid de contractu irreuocabili facto in testamento? n. 16.

Quid de contractibus inter viuos factis cum ea conditione, vt non aliter subsistant, quàm facta professione? n. 17.

An hæc vera sint, quamuis in fraudem Tridentini disponat nouitius in eo testamento de omnibus bonis? n. 18.

An aliquid immutatum sit per Tridentinum circa testamenta nouitiorum, earumque solemnitates, & tempus, quæ exquenda sunt? n. 19.

An comprehendatur in eo decreto donatio nouitij? n. 20.

Quid si non fiat monasterio, sed in persona secularis fauorem? n. 21.

Quid de eleemosynis, vel si donatio sit modica, & facta monasterio, vel quando in priore ingressu, aut in professione sit communium, & dantur consueta monialibus; & an ea sint reddenda egressis? n. 22.

An possint parentes nouitij dare ex suis bonis aliquid monasterio? n. 23.

An possint dare mutuo monasterio ex suis bonis, aut ex bonis nouitij? n. 24.

Qualiter omnia bona sint restituenda nouitio abrumpenti. numero 25.

An sit in Tridentino excommunicatio lata in dantes, vel recipientes aliquid ex bonis nouitij? n. 26.

Quid immutatum sit per Tridentin. circa donationes, quas nouitij validè facibunt in ingressu religionis, aut antea? n. 27.

An donatio facta Deo, quæ est in vsu apud Italos, vt fiat in ingressu religionis, aut promissio facta per solum votum, irritentur? n. 28.

An per Tridentinum sit aliquid immutatum circa maioratum instituendum à nouitio? n. 29.

An per Trident. sit correctum, testamentum conferi à nouitio renuncianum facta donatione monasterio, aut alteri suorum bonorum? n. 30.

An comprehendantur in hoc decreto contractus omnes onerosi? proponuntur probantia partem affirmantem. numero 31.

Explicatur sententia auctoris. n. 32.

Quid

Quid de contractu societatis, & ludo? n. 33.

Quid de fideiussione, quam fecerat nouitius? n. 34.

Quid si nouitius redderet tutorem liberum à rationibus reddendis? n. 35.

Quid de renunciatione beneficij ecclesiastici nouitij? refertur duplex sententia, & sententia auctoris. n. 36. 37. & 38.

Cuius interim erunt fructus? & generaliter de omni beneficio, cui renunciatur. n. 39.

Quid si titulo alicuius beneficij sit initiatus sacris ordinibus nouitius? n. 40.

Quid de patrimonio, cuius titulo initiatus est? n. 41.

An ius commune sit correctum per Trident. circa potestatem nouitij ad renunciandum beneficio? n. 42.

Quid de renunciatione officij publici, vt decurionatus, aut tabellionatus? n. 43.

Qualiter sibi possit nouitius consulere in hac officiorum renunciatione, vt illa recuperet egressus. n. 44.

An exigatur solemnitas Trident. si parentes ingredientis paciscantur cum monasterio, vt renuncient certa quantitate sibi assignata? n. 45.

Quid si ipse ingrediens consentiat se exheredari? n. 46.

Quid si renuncies in fauorem parentum, aut fratrum de consensu parentum? n. 47.

12 QVÆSTIO secunda. Quid in decreto Trident. *sess. 25. de regularibus cap. 16.* intelligatur nomine renunciationis, & obligationis, dum eas à nouitiis factas irritas reddit, nisi fiant cum solemnitatibus ibi præscriptis. Et primò dubitatur, an in eo decreto comprehendatur testamentum à nouitio factum, ac proinde id non valeat, nisi fiat ante duos menses professioni proximos, & cum licentia ordinarij, vt ibi de renunciationibus, & obligationibus à nouitiis factis præscribitur. Gutierrez *cap. quamuis pactum. verb. dum nuptui tradebatur. num. 4. de pactis, in 6.* dubius manet, an hoc decretum loquatur in testamento tempore nouitiatus, aut antea facto à cogitanti ingredi religionem; & Castillo *de vsufructu. lib. 1. cap. 65. num. 7.* ait intelligi de testamento tempore nouitiatus facto, non tamen antea facto, & ita refert se vidisse obseruatum, & pronunciatum, & intelligi quoque de testamento sustinet Spino *speculo testam. gloss. 12. principali. num. 50.* Et probatur, quia aliàs fraus facillimo negotio fieret huic decreto; & eadem est ratio in renunciatione, & obligatione, quæ in testamento, eo vel maximè quod à contractibus ad testamenta rectè deducitur argumentum, vt latè Eiuerardus *in suis topicis, loco 17. à contractibus ad testamenta.*

13 Cæterùm absque dubio tenendum est, testamentum non comprehendi in hoc decreto, & ita posse fieri à nouitio quandocumque voluerit, quia Trident. de solis renunciationibus, & obligationibus loquitur: at testamentum non renunciatio, nec obligatio dicitur, nec finis huius decreti procedit in testamento, nempe, ne ea ratione nouitius retardetur à libero egressu, si timeat fore, vt egrediens non potiatur bonis omnibus antea possessis, quippe testamentum nullam inducit super nouitium illum obligationem, cùm ante professionem possit illud reuocare quandocumque libuerit. Atque ita docent Nauarrus *commentario 2. num. 51. de regular. & lib. 3 consil. 2. edit. 2. de regular. cons. 83. nu. 2. & 3.* Gutier. *quæst. canon. lib. 2. cap. 1. à num. 32. vsque ad 34.* latissimè probans, Velascus *de parra cap. 16. num. 15. & 16.* Molina *tom. 1. de iust. disp. 149. col. 7. vers. quod ad Ecclesiam attinet, in fin. & disp. 159. colum. 8. vers. auditur fortasse aliquis. & tomo 3. disp. 604. num. 1.* Caualcanus *decis. 11. num. 113. p. 3.* Lælius Zecchius *de Repub. eccles. sit. de regular. cap. 3. n. 10.* Cenedo *in suis collectanea, collect. 50. ad decretum, in fine.* Hunnada *l. 7 tit. 7. p. 1. glos. 3. à num. 4.* Gratian. *regul. 456. num. 7.* Tapia *antient. ingressi. verb. adeique nec de his cap. 1. num. 15. fine.* Emmanuel Sà *summa. verb. religio. num. 5.* Vega *1. tom summæ. cap. 91. casu 4. & 2. tomo. cap. 50. casu 3.* Manuel *quæst. regular. tom. 2. quæst. 47. art. 10. & tom. 3. q. 16 art. 1. & in summa. 1. tom. in 2. edit. cap. 91. num. 4. & tomo 2. cap. 7. num. 8. & 9.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 2. quæst. 14. fin. & lib. 13. cap. 9. q. 2.* Caualloso *in suis quæst. communi. quæst. 65. num. 6. & 7. & quæst. 121. num. 6.* Leonardus *lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 4. num. 40.* Benedictus Egidius *l. 2. p. 4. §. 2. num. 21. C. de sacrosanct. Eccles.* & facit Rota *in nouissimis decis. 180. num. 1. p. 2.* vbi dicit non posse dubitari de valore testamenti emissi ante professionem; & quamuis nullam mentionem faciat de hoc Tridentini decreto, si sentiret abrogatum, diceret vtique.

Atque idem dicendum est de vltima voluntate quacumque, vt sunt donatio causâ mortis, & codicilli: possunt enim fieri à nouitio quocumque tempore, sicut & testamentum, tum quia nomine testamenti continentur. *l. cum hic status. §. si donator. ff. de donationib. inter virum, & vxorem. l. fideicommissum ff. de legat. 3. l. Marcellus, §. 1. ff. de donat. causâ mortis.* tum etiam, quia cùm possint quandocumque reuocari, sicut & testamentum, eadem est ratio de illis, ac de testamento. Et ita docent Nauar. *eo cons. 83. nu. 2. & 5.* Velascus *num. 19.* Benedictus Egidius *eo num. 21.* Gutier. Molina, Azor *eo lib. 13. cap. 9. q. 2.* Vega *eo cap. 91. casu 4.* Manuel *eo cap. 7. num. 9. & ea q. 47. art. 10.* vbi allegari sunt num. præcedenti. Secus de donatione inter viuos irreuocabili, cuius effectus referuatur in tempus mortis, quia ea est statim irreuocabilis. 14

Et similiter sentiendum est de quocumque contractu reuocabili, qualis est donatio inter virum, & vxorem, & melioratio in tertia bonorum parte, quam facit pater filio in hoc regno, quæ reuocabilis est vsque ad mortem, quamuis in contractu fiat, nisi in aliquibus casibus exceptis *l. reg. 17. Tauri*: huiusmodi enim contractus sic reuocabiles possunt fieri à nouitio quocumque tempore; nec de his loquitur decretum Tridentini, quia cùm sint reuocabiles ad nutum ante professionem, non plus habent ratione renunciationis bonorum, quàm vltima voluntas, nec vllam inducunt obligationem in disponente, sicut neque illa. Atque ita sustinet Molina *tom. 3. de iust. disp. 604. num. 1.* Menochius *cons. 388. num. 7. volum. 4.* quamuis minus bene defendat, donationem quandam sub conditione, vt non firma sit, nisi sequuta professione, esse irritam, cùm non seruata sit forma Tridentini, cùm tamen à *num. 34.* defendat, eam donationem fuisse reuocabilem prorsus: quamuis enim bene diceret, quatenus asseruit eam donationem fuisse irritam defectu formæ Tridentini, quod & nos dicemus num. 27. at minus consequenter locutus est, dum censuit posse semper reuocari, & adhuc esse irritam: si enim reuocari posset, non foret irrita; sed reuocari non posse, defendemus *infrà.* 15

E contrà autem, si mutata testamenti natura contractus alius irreuocabilis in eo inteneat; possunt enim in testamento donationes, renunciationes, aliique contractus celebrari, ita vt à tempore conditi testamenti sint prorsus irreuocabiles, iuxta Glossam final. *l. hæredis palam. §. final. ff. de testam.* & ibi Doctores; de qua re consulendus est Caualloso *in suis quæst. communi. quæst. 140. n. 5. & vers. quæst. 75.* In huiusmodi contractibus necessariò seruanda est forma Tridentini, vt validè fiant, quia cùm sint statim irreuocabiles, non testamenti naturam, sed contractuum inter viuos naturam induunt, ac in eis militat ratio huius decreti. Sic Nauar. *lib. 5. consil. in 2. edit. tit. de regular. cons. 83. num. 1.* 16

Quod si donatio, vel renunciatio fierent à nouitio cum ea conditione, vt sint irrita si professus non fuerit. Quidam censent decretum Tridentini non loqui de his, atque adeò posse fieri à nouitio quocumque tempore absque forma ibi præscripta, quod hæc non sit absoluta, neque simpliciter dispositio ante professionem, cùm non nisi illa sequuta sit firma, & valida, neque vllum impedimentum omnimodæ professionis libertati afferat; atque adeò nil fini illius decreti obuiet, sicut hac ratione sustineri testamentum nouitij diximus. Sic 17

tradit

tradit Molina *tomo 1. de iustitia. disput. 149. col. 7. versf. quod ad Ecclesiam attinet.* Cæterùm dicendum omnino est, decretum Tridentini loqui de his donationibus, & renunciationibus, & ideo necessariò seruandam esse illius formam, vt valeant. Ducit, quia etiam obligationi, & renunciationi factis cum solemnitate decreti Tridentini, inest tacitè ea conditio, vt professione nondum sequuta sint prorsus irrita, vt expressè deciditur in eo decreto, & nihilominus ea solemnitas est necessaria: ergo idem erit ea conditione expressa, cùm taciti, & expressi idem sit iudicium. *l. cum quid. ff. si certum petatur*; & frustra exprimitur, quod tacitè subintelligitur. *l. Cornelia. ff. de hæredibus instituendis. l. hæc verba. ff. de legat. 1.* habetur enim pro expresso quod tacitè subintelligitur. *l. fideicommissa. §. si ff. ff. de leg. 3.* Nec obstat ratio contraria: longè enim disparat est ratio de testamento, ac de illa donatione, quia testamentum potest quandocumque reuocari; at donatio illa, vepote quæ inter viuos, & perfecta est, reuocari nequit, nisi egresso nouitio è religione, vt defendemus num. 20. Quare licèt non contrahentur libertati egressus, contrahentur tamen maturitati, quam in his donationibus, & renunciationibus aliter irreuocabilibus, quàm per egressum nouitij, petit decretum Tridentini; nempe, vt statim fiant, sed bimestri proximo professioni, & cum licentia ordinarij. Atque ita sustinent Nauar. *libro 3. consil. in 1. edit. tit. de donat. consil. 7. num. 2. in 2. edit. tit. de regular. consil. 82. n. 2. & tom. 2. cap. 7. num. 5.* & eiusdem sententiæ est Menochius *consil. 388. num. 7. vol. 4.* vbi, vt constat ex *num. 1.* loquitur de donatione facta cum conditione, vt valida non sit, nisi sequuta professione, & tamen sustinet *eo num. 7.* irritam fuisse, quia non facta fuit bimestri ante professionem cum licentia ordinarij.

18 Sed hucusque dicta de valore testamenti, & aliarum vltimarum voluntatum nouitij non seruata forma Tridentini, limitat Manuel *2. tomo summa. cap. 7. num. 8. fin.* nisi nouitius testamentum condendi, disponens in eo de omnibus suis bonis in fraudem huius decreti Tridentini; tunc enim ait hæc irrita fore. Sed prorsus displicet hæc limitatio; cùm enim id decretum solos contractus inter viuos, qui, vtpote irreuocabiles, obstant libero nouitij egressui, intellexerit absque forma ibi præscripta celebrari, nulla fraus aduersùs id decretum admiti potest sola vltima voluntate reuocabili disponente de omnibus nouitij bonis. Quare non est, cur illa vltima voluntas non subsistat omissa huius decreti solemnitate.

19 Tandem ex his deducitur nihil immutatum esse per Tridentinum circa facultatem nouitij condendi testamentum, & solemnitates iure antiquiore in illo positas, & circa tempus, quo exequenda sunt contenta in eo testamento. Quare seruanda sunt circa hæc, ea quæ diximus vera esse iure antiquo in hoc lib.

20 Secundò dubitatur, an nomine renunciationis, & obligationis intelligatur in eodem Tridentini decreto donatio, ac proinde valida non sit sine solemnitate ibi petita. Et absque dubio dicendum est, eo nomine comprehendi, quia etsi non videatur proprie renunciatio, est tamen quædam renunciandi propriis bonis species. Item, quia dubitari nequit eam comprehendi nomine obligationis, cùm donans obligetur ad rem irreuocabiliter tradendam donatario. Tandem, quia finis huius decreti non minus habet locum in donatione, quàm in renunciatione; æquè enim vtraque obstat libertati nouitij ad eligendum. Sic Nauar. *lib. 3. consil. in 1. edit. tit. de donat. cons. 7. num. 1.* & *cons. 8. num. 1. in 2. tit. de regular. cons. 81. num. 1.* & *cons. 82. n. 2. & commentario 2. num. 51. fin. de regular.* Menoch. *de arbitrariis. lib. 2. centuria 5. casu 436. num. 8.* Spino *speculo testamentorum. glos. 12. principali. num. 50.* Emmanuel Sà *summa. verb. religio. num. 1.* Molina *1. tomo de iust. disput. 139. col. 9. versf. ambigit præterea.* Manuel *1. tomo summa. 2. edit. cap. 90. num. 1.* & *2. tomo. cap. 7. num. 8.* Vega *2. tomo summa. cap. 50. casu 3.*

Aliquos audiui hoc temperare, vt intelligatur quando donatio, vel renunciatio fieret in monasterij fauorem, secus quando fieret in personæ secularis fauorem. Ducuntur autem ex fine huius decreti, vbi de donatione bonorum facta monasterio à nouitio, firmo. Cæterùm hæc limitatio est contra id decretum, quod in principio loquitur generaliter de quacumque obligatione, aut renunciatione; nec minus obstat libertati egressus nouitij, cui consultum voluit id decretum, donatio facta personæ seculari, quàm facta monasterio. 21 22

Limitatem tamen hoc, vt intelligatur quando donatio est alicuius momenti, attentis facultatibus nouitij, quod apertè indicat idem Trident. decretum *c. 16.* dum prohibens aliquid dari monasterio tempore nouitiatus à nouitio, subdit rationem his verbis; *ne hac occasione diuitiæ nonnulæ, quod iniquum, vel maiorem partem substantiæ secum deferre nequeat, quod tamen, vel maiorem partem substantiæ suæ monasterium possideat, nec facilè, si discesserit, id recuperare possit.* Quare sicut non interdicit nouitio modicam eleemosynam tribuere pauperi extraneo, nec aliqua solemnitas ad id desideratur; ita nec modica eleemosyna erogata monasterio ipsi interdicitur. Et sic intelligo quod dicit Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 13. cap. 9. quæst. 2.* vbi ait hoc decretum non intelligi in eleemosynis factis per nouitios; intelligitur enim de modicis, quæ liberrati egressus non obstare possent. Nec interdicitur tribuere aliquid monasterio, vel monialibus in ipsa professione pro sustentatione sua, & monialium, & pro sestiuitate: sic Suarez *5. tomo in 3. p. vers. disput. 22. sect. 5. num. 15.* Et idem credo de conuiuio facto in ingressu in nouitiatum, & conuiuiis dari tunc monialibus, quas vocant vulgò *propinas*; nec has reddendas egressis existimo, quia sunt velut iura, ac stipendia per modum eleemosynæ dari tunc consueta: & ideo de his non loquitur decretum Tridentini, sed de his reddendis, quæ data sunt monasterio, licet contrarium huius teneat Canallos *quæst. 439. num. 10.* dicens per Tridentinum hoc prohiberi.

Similiter existimo non interdici parentibus nouitij ex propriis ipsorum parentum bonis, non in dotem nouitij, quia in legitima nouitij computanda essent, donationem facere monasterio, quam possent facere eumcumque extraneo; quia Trident. in eo decreto solùm prohibet ex bonis nouitij aliquid tribui monasterio. Nec obstat quod ex Velasco referemus *nu. 26.* id enim ibi reprobabimus. Quod si inde infuratur, semper id licitum fore parentibus quoties non habent bona filiorum, cùm in dubio censeri debeant ita contrahere, vt non delinquant, nec de legitimis filiorum quidquam disponant. Respondeo, ex communiter accidentibus censeri id datum in dotem filiæ nouitiæ, & communiter in filiæ legitimam computandum, & ideo non licere: at si parent protestaretur id ex propriis omnino dare, aut non dare in dotem filiæ, id licere. 23 24

At, an ex bonis nouitij mutuò possit dari monasterio per parentes, vel tutores, non modica est difficultas: nam Doctores graues Academiæ Salmanticæ consuli de hac re, vt eos tacito nomine refert Manuel *2. tom. summa. cap. 7. num. vltim.* subscripsêre id esse licitum, dummodo pignora, aut fideiussio, sufficientia intercedant, quia sic cessat finis Tridentini in his verbis; *nec facilè si discesserit id recuperare possit*: its enim datis, facilè nouitio egrediente recuperabuntur. Fauet Hondedeus *cons. 73. num. 20. vol. 2.* vbi ait in eo Tridentini decreto disponi, nihil posse dari monasterio, vt ei acquiratur ante professionem; vade innuit posse dari mutuò, vtpote quod monasterio non acquiratur: & ipse Manuel ibi ait se hoc non damnare, at nō audere esse huius sententiæ, quia Tridentinum prohibet quoeũque pro-

texto tribui monasterio de bonis nouitij, vel nouitiæ. Et ita existimo id non esse licitum, quamuis non auderem damnare contrarium; & non esse licitum tradit Velasco *de pœn. c. 16. n. 32.* Si tamen parentes non quasi de propriis filij bonis, sed de suis mutuò darent, nempe pariscendo, vt si filia profiteatur, maneat illa quantitas in monasterio pro dote ipsius monialis; si autem non sequatur professio, non imputetur filiæ in legitimam, sed sit parentum periculo; ac proinde ex propriis bonis omnino mutuent, credo id esse licitum, quia id mutuum non fit de bonis nouitiæ, quod solùm interdictum eo decreto. Et ita Velasco *eo num. 32.* ait se vidisse non semel, & securè practicari, quamuis ipse relinquat cognoscendum optans declarationem Pontificiam, quod videatur indirectè offendi mens Concilij: sed hanc offensionem ego non video.

25 Dum autem iubet Concilium ibi nouitiis abeuntibus omnia bona restitui, intelligendum est vnà cum fructibus, si qui fuerint ex illis percepti, quia omnes illi pertinent ad bona nouitij; & sic bene tradit Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 13. c. 9. q. 2.* subditque deducenda esse alimenta illius temporis, quo nouitius fuit in probatione. Quod quidem intelligendum est quando nouitius tenetur ea alimenta soluere; quando autem hoc contingat diximus suprà. Quando enim nouitius non tenetur ad illa soluenda, non est cur monasterium ius habeat illa deducendi.

26 Cauendum tamen est à doctrina Velasci *eo c. 16. n. 31.* & Manuelis *2. tomo summæ. c. 7. n. vltim.* vbi supponunt in eo Tridentini decreto *c. 16.* latam esse excommunicationem in dantes ex bonis nouitij aliquid monasterio præter eius victum, & vestitum, & in id recipientes, quia Tridentinum his verbis vtitur; *præcipit sancta Synodus sub anathematis pœna omnibus, & recipientibus, ne hoc vllo modo fiat.* Quæ verba solam excommunicationem fetendam continent; cùm non addatur aliqua particula designans esse latam, vt tradunt Doctores in tractatu de excommunicatione; & ita esse ferendam excommunicationem huius decreti docet Suarez *5. tom. in 3. p. disp. 22. sect. 5. num. 15.*

27 Ex his deducitur quid immutatum sit per hoc Tridentini decretum circa ea, quæ diximus de valore donationis factæ à nouitio, vel volente ingredi religionem: si enim fiat post ingressum in nouitiatum, valet, nisi seruata huius decreti forma; & eo egresso reuocatur omnino, & hoc siue tacitè, siue expressè, siue principaliter, siue accessoriè obtulerit bona, siue absolutè, & independenter ab ingressu, siue eius contemplatione, vt constat ex dictis num. 20. & 21. & tenet Hondedeus *cons. 73. n. 16. & duplici sequenti. vol. 2.* Si verò donatio ante ingressum religionis fuit, nec intuitu ingressus, nihil est immutatum, sed seruandum est ius commune ibi explicatum, vt diximus numero 2. Si verò fiat intuitu ingressus religionis, non valet, iuxta opinionem, quam num. 4. retulimus. At retecta nostra, quam posuimus num. 4. est valida: an verò renocetur non sequuta professione, seruandum est ius commune ibi explicatum, etsi dicamus esse validam.

28 Ea autem oblatio, quam habes suprà cap. 1. num. 16. non renocatur per Tridentinum, tum quia fit ante ingressum: tum quia solas donationes factas homini, aut loco alicui reuocat; at non oblatas Deo, & Beatæ Virgini. Sic Manuel *quæst. regularium. tom. 2. quæst. 47. artic. 2. fine.* Ex quo infertur, nec irritare vota aliquid elargiendi. Nec obstat in decreto irritari iuramentum, quia loquitur de iuramento non facto ipsi Deo, quod voti rationem inducit, sed de facto homini, ad confirmandam renunciationem, aut quamcunque obligationem homini factam.

29 Hinc deducitur quid dicendum sit de maioratu instituto à nouitio, de quo diximus suprà cap. 3. nu. 10. an ibi dicta sint immutata per Tridentinum. Sic enim distinguendum est: si sit in vltima voluntate, aut testamento institutus, aut contractu alio reuocabili, nil immutatum est, iuxta ea quæ diximus hoc cap. num. 13. & duplici sequenti: si verò institutus sit contractu irreuocabili inter viuos, & post ingressum nouitiatus, non valet, nisi seruata forma huius decreti, vt scilicet fiat ante bimestre proximum professioni, & de licentia ordinarij, eiusque valor cessabit non sequuta professione. Sic Molina *tom. 3. de iustitia. disputat. 604. num. 1. & 2.* Si verò fiat ante ingressum in nouitiatum, nec intuitu ingressus, valet, nec ingressu reddetur irritus, siue sequatur professio, siue non, vt bene docet ibi Molina, & constat ex dictis in hoc cap. num. 2. Si verò fiat intuitu ingressus in nouitiatum, Molina ibi dicit irritum; sed loquitur consequenter ad ipsius opinionem, quam retulimus hoc cap. num. 3. At retenta nostra sententia, quam num. 4. secuti sumus, dicendum est, cum maioratum esse validum, & irreuocabilem, siue sequatur professio, siue non sequatur, vt diximus de maioratu instituto non intuitu ingressus.

30 An autem sit correctum per Tridentinum, quod diximus suprà cap. 3. num. 18. scilicet, testamentum reuocari per donationem bonorum factam in ingressu religionis; respondetur, donationem validam, qualis est ea, quæ fit intra duos menses proximos professioni, cum aliis solemnitatibus, quas requirit Tridentinum, & ex renunciatio, quæ fit ante ingressum religionis siue intuitu ingressus; & ea, quæ fit cum intuitu ingressus in opinione asserente eam esse validam, omnem, inquam, huiusmodi donationem validam reuocare testamentum priùs factum, non obstante prædicto decreto Tridentini, & ius commune, quod loco citato explicuimus, non esse in hac parte correctum. Maius autem dubium est de donatione, quæ inualida est propter defectum alicuius conditionis earum, quas postulat Tridentinum, an scilicet ea annullet testamentum priùs factum. Videtur enim huiusmodi donationem non posse annullare institutionem hæredis, nec legata; quia quod nullum est, nullum producit effectum: at ex alio capite videtur contrarium voluntatem in ea donatione inualida expressam sufficere ad reuocandam priorem voluntatem. Circa hanc difficultatem plura dicunt Doctores, quæ in ipsis videnda sunt: optime inter alios Conarr. *rubr. de testament. p. 2. num. 21. post 5. conclusionem.* Molina *tom. 1. de iustitia disputat. 154.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 167. num. 11. & 12.* Calidas *de nomin. emptyr. 3. tom. cap. 5. à num. 46.* Tello *l. 17. Taur. num. 142. & addition. ad Ioan. Lop. in repert. rubr. §. 69. num. 5. cum sequenti.* Bartolus verò *l. final. in fin. ff. de auro, & argent. leg. ro.* dicit, licet contractus non tollatur per inutilem adeimptionem, secus contingere in vltimis voluntatibus. & *l. cum dominus. §. final. num. 1. ff. de peculio legato*, sic ait: licet inutilis dispositio facta in testamento non vitiet priorem, secus si illa inutilis fiat inter viuos.

31 Tertiò dubitatur, an in eo decreto Tridentini *sess. 25. fine 25. de regular. cap. 26.* nomine renunciationis, & obligationis comprehendantur vniuersi contractus, tam lucratiui, seu gratiosi, quàm onerosi, ac proinde vniuersi illi absque illius decreti solemnitate celebrati sint irriti. Et videntur vniuersi contractus claudi: quia obligationis nomine vniuersi contractus veniunt. *l. omnes. ff. de nouationibus. l. voluti. ff. de verborum obligationibus*, sicut contractuum appellatione veniunt obligationes. *l. Labeo. §. contractuum. ff. de verborum significat.* Nec tantùm iure ciuili, sed etiam canonico obligationis nomen ad contractus refertur. *c. debitores. de usuris. ibi*; obligarunt, id est, contrahunt.

32 Cæterùm quamuis obligationis appellatione, quando ita postulat ratio subiectæ materiæ, contractus continetur, vt probant textus citati, existimo tamen in

hoc decreto Tridentini venire omnes contractus lucratiuos, quales sunt donationes, & renunciationes, vt constat ex dictis, non tamen omnes contractus onerosos, sed solùm illos onerosos, in quibus non tantundem recipitur, quantundem datur; atque ideo in omnibus illis exigitur solemnitas huius decreti, vt valeant: quando autem tantundem recipitur, non comprehenduntur in hoc decreto; atque ita quandocumque à nouitio celebrari possunt sine solemnitate illa. Verbi gratiâ, dare pecuniam in puellæ dotem marito futuro, est contractus onerosus, cùm detur ob causam matrimonij, vt vir obligetur ad illius onera sustentanda; & tandem clauditur in hoc decreto, quia nouitius spoliat se bonis nullo recepto: at contractus emptionis, venditionis, permutationis, locationis, & similes non clauduntur in hoc decreto, quia tantundem recipit nouitius quantum dat: ac proinde non efficitur pauperior. Ratio autem est, quia cùm finis huius decreti sit, ne nouitius patrimonio destitutus cogatur hac occasione profiteri, & per hos contractus onerosos, quibus tantumuis recipit, non maneat bonis destitutus, seu ita in tantumuis commutatis; per reliquos autem maneat destitutus, sit, vt hi non claudantur in eo decreto, cæteris tamen in eo comprehensis. Et confirmatur, quia quamuis donatio inter virum, & vxorem minimè valeat, ne mutuo amore spolient, valet tamen quoties donantis substantia non minuitur. *l. ex annuo, & l. de fructibus. ff. de donationibus inter virum, & vxorem.* Atque ita docet Manuel *2. tom. summæ. cap. 7. num. 4.* quamuis enim absolutè dicat non comprehendi contractus onerosos: at ex ratione, quam reddit, colligitur apertè ipsum loqui de his, in quibus tantundem redditur, quantum datur: qui tamen hoc limitat, nisi hi contractus celebrentur in fraudem huius decreti. Sed displicet limitatio; quia si reuera tantum recipitur, quantum datur, me latet in quo possit esse fraus huius decreti: quod si non tantum recipitur, non erit verus contractus ex his, quos dixi in hoc decreto non contineri.

33 Similiter credo in hoc decreto non contineri, ac proinde non indigere illius forma, contractus à nouitio initos, quibus exponitur periculo lucri, & iacturæ, quales sunt cõtractus societatis, & ludi, quia hi nec renunciationis, nec obligationis nomine veniunt: nec dicitur nouitius se spoliare bonis, minuereque patrimonium, quod solùm interdicitur eo decreto.

34 Hinc primò deducitur, fideiussionem, quamuis accepto pretio fiat à nouitio, indigere ad sui valorem solemnitate huius decreti, quia non tantundem recipit, quantundem est id, ad quod se obligat, & maximè proprij patrimonij iacturæ exponitur absque lucri spe æquali.

35 Secundò deducitur, non valere contractum, quo nouitius tutorem, seu curatorem suum reddendis rationibus liberat, nisi fiat hic contractus cum solemnitate eius decreti, quia est contractus gratiosus, & quædam renunciatio iuris petendarum rationum, & obligatio ad eas non petendas: valebit tamen si fiat in testamento, nisi fieret in illo tanquam contractus irreuocabilis; quia facta in testamento, quando non fiunt vt contractus irreuocabiles, non indigent solemnitate huius decreti, vt probauimus num. 13. & 16. Atque ita docet Nauar. *lib. 4. consil. tit. de regular. in 2. edit. anno cons. 83.* Existimo tamen valere absque solemnitate huius decreti, quando nouitius non liberaret tutorem reddendis rationibus, sed illas integras, & perfectè redditas approbaret, reddens liberum tutorem; quod vulgò dicimus, *dar fin ignito*: quia in hoc nulla versatur renunciatio, nullaque obligatio; sed satisfacit nouitius suæ obligationi reddendi immunem eum, qui integrè rationem reddit: sicut soluenti debitum potest chirographum solutionis dare absque aliqua huius decreti solemnitate.

36 Quærò dubitatur circa hoc decretum, an illud locum habeat in renunciatione beneficij ecclesiastici, & officiorum publicorum temporalium. Quidam vir doctus censuit hoc decretum nullatenus comprehendere renunciationem beneficij ecclesiastici, & ita eam posse fieri à nouitio quocumque tempore sine solemnitate huius decreti (vt iure communi posse diximus cap. præcedenti.) Ducitur, quod diuersa sit ratio in renunciatione bonorum, & beneficij: quod bonorum renunciationi potest adduci conditio pro libito renunciantis, possúntque ea ad tempus dari. *l. 1. §. si pecuniæ* vbi DD. *ff. de donationibus.* at renunciationi beneficij nulla potest conditio apponi, *cap. final. de pactis. cap. quam periculosum. 7. quæst. 1.* Atque admissa renunciatione statim vacat beneficiũ. *cap. in præsentia. de renunciatione.* nec potest conferri ad tempus, sed in perpetuum. *cap. ex frequentibus, de institu.* At si decretum hoc procederet in beneficij renunciatione, ea habitura erat conditionem, si professio sequatur, & ea non sequuta reddendum esset beneficium renuntianti; ac proinde collatio esset ad tempus.

37 Alij autẽ censent intelligi hoc decretum in renunciatione beneficij ecclesiastici, & ideo renunciationem illius factam absque solemnitate huius decreti esse irritam: tum quia est simoniaca, eo quod habeat conditionem, si professio sequatur; tum etiam, quia esto non esset simoniaca, est tamen temporalis, si cõtingat nouitium egredi. Ita docent Vega *2. tom. summæ. c. 50. casu 3.* Manuel *2. tom. summæ. cap. 7. nu. 2.* & *quæst. regular. tomo 1. quæst. 37. art. 2.* Idem sentit Maiolus *lib. 3. de irregular. c. 6. num. 1.* vbi ait Tridentinum ibi statuere, ne renunciatio beneficij intra annum nouitiatus fieri possit, & renunciationem factam fore irritam. Addit Manuel *eo art. 2.* mentem eius decreti esse, ne nouitius possit renunciare huic beneficio etiam bimestri proximo professioni: nam cùm ea renunciatio debeat esse perpetua, vt probauimus num. præcedenti, si ea valeret, incideremus in damnum, quod Concilium cauere intendit; cogeretur enim nouitius profiteri, videns se in perpetuum beneficio destitutum. Quare dicit renunciationem, vt valeat, faciendam esse proximè professioni, quando scilicet iam nouitius ad illam accingitur, & est admissus à monachis, & omnia sunt ita parata, vt moraliter loquẽdo absque dubio professio sequeretur. Sed idem Manuel *eodem cap. 7. allegat. num. 3.* differentiam constituit inter beneficium, cuius titulo nouitius ad ordines sacros promotus est, & alia eius beneficia, dicens renunciationem horum valere, quamuis non seruetur solemnitas huius decreti: illius autem non valere, quamuis factam cum solemnitate huius decreti, nisi aliunde habeat nouitius, vnde viuere possit, si religione egressus fuerit, quia hæc renunciatio interdicitur aliter facta eodem Tridentino *sess. 21. cap. 2. de reformatione.*

38 His tamen non obstantibus, existimo decretum hoc Tridentini habere locum in renunciatione beneficij ecclesiastici, ac proinde illam, vt valida sit, faciendam necessariò esse cum licentia ordinarij, & intra bimestre professioni proximum, inesseque renunciationi huic tacitam conditionem, si professio sequatur. Ducor, quod ex altera parte videatur necessariò dicendum, non relinqui libertati nouitij renunciationem beneficij quocumque tempore, prout iure communi sibi integrum erat: tum quia hoc decretum in vniuersum agit de renunciatione; cum etiam, quia eius finis in hac quoque renunciatione æquè locum habet, ac in renunciatione bonorum temporalium: non enim minus auferetur libertas egressus tempore nouitiatus timore amissionis bonorum, quibus renunciatum est, quàm timore amissionis huius beneficij. Ex altera autem parte durissimum videtur, priuare omnino nouitium libertate renunciandi beneficio, & cogere, vt professione sequuta vacet. Dicere enim, posse illi renunciare proximè professioni, quando moraliter sequetur, non

non vitat absurdum: nam cùm adhuc possit non subsequi, manebit nouitius spoliatus beneficio, aut huiusmodi timore cogetur profiteri. Præterea, quia ratio, cui opposita sententia innititur, nihil omnino probat: quia esto non liceat renunciantì conditionem aliquam non tacitè subintellectam apponere; at conditiones, quæ tacitè ex iuris præscripto insunt, optimè admittit beneficij collatio, atque ea conditione deficiente est temporalis; vt collatio beneficij curati facta non Sacerdoti eam habet conditionem, vt si intra annum ad sacerdotium promoueatur, & perpetuam esse collationem pendet ex ea conditione: vacat enim elapso anno ea non impleta. *cap. licet canon. de elect. in 6.* & collatio beneficij curati habenti aliud simile, habet iure ita statuente tacitam conditionem, si acceptans dimittat prius statim vbi posterius pacificè possederit, & aliàs vtrumque vacat, extrauag. Ioann. XXII. *extrauabilis. § quo verò, de prab.* Nihil ergo absurdi est, si renunciatio beneficij à nouitio facta intra id bimestre habeat tacitam conditionem ex præscripto huius decreti Tridentini, si professio sequatur, & ex hac conditione pendere eam esse perpetuam. Atque ita sustinet Flaminius *de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 15. num. 5. 6. & 7.* vbi addit, Episcopum non debere conferre illa beneficia vsque ad professionem: & vtrumque sæpe respondisse Congregationem Cardinalium, Monal. *cons. 143. num. 2. vol. 2.* idem tenet Thomas Zerola *in praxi Episcopali. 1. part. verb. monachi. §. vltim.* Credo autem quamuis Episcopus non debeat conferre id beneficium ante professionem, at collatum esse reddendum nouitio egredienti tanquam conditione professionis, sub qua facta est, deficiente.

39 Quod si quæras, cuius interim sint fructus à die, antequam sit admissa renunciatio à superiore. Respondeo, esse renunciantis, quia nondum amisit dominium, ac possessionem beneficij. *cap. quod in dubiis. & cap. adnouit de renunciat. cap. si quis verò. & cap. si quis presbyter. 7. quæst. 7.* & similiter erunt sui ratione bonæ fidei, dum renunciatio est admissa per superiorem, ipse tamen renuncians ignorat, in quantum ex eis est factus locupletior, vel non extant. Nam extantes sunt restituendi successori, & similiter consumpti, in quantum ex eis factus est locupletior: at postquam scuit esse admissam, fructus non sunt sui, sed successoris, vt hæc omnia latissimè multis citatis probat Barbosa generaliter in omni renunciatione. *l. diuortio. 8. in princip. à numero 45. vsque ad 49.* qui explicat *num. 49.* alias esse in mala fide, ex quo qualitercumque scit esse admissam, quamuis non ei intimentur literæ admissionis, seu prouisionis illius beneficij. Quare si nondum collatum sit alteri beneficium, quando ipse egreditur religione, erunt sui omnes fructus percepti tanquam legitimi successoris, vel tanquam vacantis possunt expendi in Ecclesiæ vtilitatem, iuxta *cap. quia sæpe. de elect. in 6.*

40 Quod si beneficium illud sit, cuius titulo initiatus est sacris ordinibus nouitius; Flaminius *ea quæst. 15. n. 9.* dicit non admittendam renunciationem, nisi habita professionis certitudine: quid autem sentiat Manuel, retuli num. 35. Verùm existimo posse quoque illi renunciari cum solemnitate huius decreti, sicut & aliis beneficiis, etsi aliunde non supperat vitus illi nouitio, dummodo fiat mentio eius titulo initiatum esse nouitium, vt iubet Tridentinũ *sess. 21. de reformat. c. 2.* Ratio est, quia habet tacitam conditionem ea renunciatio, si professio sequatur, & ea nõ sequuta, reddatur nouitio, ac proinde in nullo cuentu deerit victus illi.

41 Ex his deducitur primò, minus bene sensisse Manuel. *tomo 2. summæ. cap. 7. num. 3.* dum dixit, renunciationem patrimonij, cuius titulo nouitius ad ordines est promotus, non posse fieri seruata solemnitate huius decreti, nisi aliunde is habeat victum. Sed id non esse verum constat ex ratione tradita num. præcedenti.

42 Secundò deducitur, correctum esse quod de iure communi diximus cap. præcedenti, nempe, integrum esse nouitio renunciare suis bonis quocumque nouitiatus tempore. Constat ex dictis n. 38.

43 Maior autẽ difficultas est, an hoc Tridentini decretum habeat locũ in officiorum publicorũ temporalium renũciatione, vt si hic nouitius sit decurio, vulgò, *veinte y quatro, ò Iurado*, aut tabellio, & sic de similibus, quibus necessariò iuxta leges regias renunciandum est; atque non præmissa renunciatione intra certum tempus ante possessionis mortem amittitur omnino officium. *l. reg. 14. tit. 5. lib. 1. recopil. & l. 17. tit. 22. lib. 2.* & *in pragmatica noua de horum officiorum renunciatione*, & posse aquam Rex admittit renunciationem, & titulum, præstat titulum illi, in cuius fauorem renunciatur, nec ad illud potest redire renuncians, nisi iterum in eius fauorem renunciatio fiat. Et existimo id decretum habere locum in horum officiorum renunciatione: quia si non renunciares octauo quoque die, magno exponeretur periculo moriendi non præmissa renunciatione ante tempus mortis debitum, & sic prorsus amitteretur officium illud, nec obtineret intentum huius decreti: & ideo non est credendum, id decretum loqui de huiusmodi renunciationibus. Atque ita censuêre viri docti; & intelligendum id est in renunciationibus confidentialibus, quæ solùm in eum finẽ fiunt, ne officium amittatur, non verò vt statim officium transferatur in eum, in cuius fauorem fit renunciatio. Nam si ad transferendum verè officium fiat, seruandæ sunt in ea renunciatione solemnitates huius decreti, & non debet admitti renunciatio, vt absolutè sortiatur effectum, nisi eum conditione, quam Concilium requirit, scilicet, vt sequatur professio.

44 Posset autem nouitius dupliciter sibi consulere, ne si ipsum egredi contingat, maneat officio spoliatus. Priori modo, & facilius, non præsentando renunciationem Regi, vt officium in alium transferat, donec nouitius profiteatur, eo autem professo præsentetur, sicut non solet præsentari renunciatio secularium vsque ad renunciantis mortem. Posteriori modo, si permittat in alterum transferri facta sibi confidentiæ scriptura, qua is, in cuius fauorem renunciauit, confiteatur se in confidentiam recipere, obligétque se ad renunciandum iterum in fauorem nouitij egressi à religione.

45 Vltimò dubitatur de aliis renunciationibus. Velascus *de parit. cap. 16. à num. 18.* tres alios renunciandi modos proponit, in quibus ait non esse necessariam solemnitatem huius decreti. Primus est, si pater, vel mater, vel fratres ingredientis religionem patiscantur cum monasterio, vt renuncientur legitimæ, & omnibus ingredientis bonis promissa certa quantitate post ingredientis professionem tradenda; & quamuis Velascus *num. 32. fin.* asserat omnes modos renunciandi prædictos non esse tutos, si non fiant cum solemnitate nouitiatus decreti: ego tamen in hoc renunciandi modo nihil periculi inuenio, quia Tridentinum de sola nouitij renunciatione loquitur. At in hoc casu nouitius non renunciat, sed solum monasterium iuri, quod ad illius bona, si de illis non disposuerit, acquirit per professionem, quæ renunciatio nihil prorsus nouitio nocet, nec liberum eius ingressum impedit: cùm enim ipse renunciationi non consenserit, potest liberè totius nouitiatus tempore restari, & bimestri ante professionem in fauorem cuiuscumque renunciare.

46 Secundus modus est, vt ingrediens religionem in ipso actu testandi parentum consentiat se exheredari ob aliquam iustam causam ibi expressam. Hunc tradit Velascus *eodem cap. 26. à num. 33. vsque ad 40.* sed iure optimo *num. 32. fin.* asserit eum non esse tutum, quia si consensus exheredationi talitèr præsterit, vt sit irreuocabilis, præsertúrque post ingressum in nouitiatum, manifestum est, nullius fore momẽti non seruata huius decreti

decreti forma, quis est renunciatio iuris competentis ad hæreditatem futuræ; si verò præstetur ante ingressum in nouitiatum, subdetur varietati opinionum, quam retulimus num. 3 & 4. vbi discussimus, an decretum Tridentini loquatur de renunciationibus factis ante ingressum.

47 Vltimus modus est, vt renunciet ingrediens religionem hæreditati futuræ in fauorem parentum, vel si fiat in fauorem fratrũ, aut aliorum de consensu parentum perseuerantium in consensu vsque ad mortem, & cum cæteris solemnitatibus iure petitis. Hunc tradit Velascus *eo cap.16.num.42.vsque ad 51.* sed iure optimo dicit *num.52.* non esse tutum, & cũm sit quoque hoc renunciare futuræ hæreditati, dicendum est prorsus quod num. præcedenti diximus.

SVMMARIVM.

An renunciatio, & donatio nouitij facta cum huius decreti solemnitate, corruat morte nouitij in religione tanquam non sequuta professione: refertur quædam sententia n.48.
Explicatur sententia authoris n.49.
An possit nouitius, qui renunciauerat, reuocare in testamento eandem donationem n.50.
An correlium sit per Tridentinum quod tradebant Doctores circa successionem in bona nouitij ab intestato, vel quando illa tempore vitæ donatæ? n.51.
A quo tempore habeat effectum hæc renunciatio, vt bona tradenda sint donatario n.52.
An donatione facta monasterio possint ipsi tradi bona ante professionem sive à parentibus, sive à curatoribus, sive à quibuscumque aliis, vel ab ipso nouitio n.53.
An secuta professione, irrita tamen, euanescant renunciatio, & donatio ponuntur probantia confirmari. n.54.
Explicatur sententia authoris n.55.
Quid si ea professio irrita approbetur postea, aut transactum sit quinquennium non reclamando? n.56.
An renunciatio, & donatio facta à nouitio cum solemnitate huius decreti, possit reuocari ante professionem volente nouitio in illa profiteri, & an donatio conditionalis possit pendente conditione reuocari? refertur quædam sententia. num.57.
Explicatur sententia authoris. n.58.
Quid sit conditio suspensiua, seu resolutiua, seu modus. numero 59.
Quid dicet inter vtramque quoad fructuum acquisitionem. num.60.
An in dubio præsumatur dispositio sub conditione suspensiua, an modalis sub conditione resolutiua? n.61.
An conditio posita in Tridentino, vt renunciatio non valeat nisi sequuta professione, sit suspensiua? n.62.
An fructus ante professionem percepti sint eius, in cuius fauorem renunciatum est? n.63.

48 QVÆSTIO tertia. A quo tempore incipiant vim habere renunciationes, & obligationes nouitiorum, iuxta decretum Tridentini *sess.25.de regular.cap.16.* Cũ ca quod potest primò dubitari, an corruat renunciatio, vel obligatio facta à nouitio in fauorem monasterij, vel cuiuscumque cum illius solemnitate, si contingat eum mori ante professionem. Et videtur non corruere, sed firmam omnino manere; quia licèt ibi dicatur renunciationem hanc non aliàs intelligi sortiri suum effectum, nisi sequuta professione: at cũm finis eius decreti sit consulere libertati egressus nouitiorum, ea condidit, nisi sequuta professione, idẽ videtur esse ac si diceret, nisi permanente nouitio in religione. Ex eo enim quod post mortem non sint reddenda bona hæredibus nouitij, non impeditur libertas egressus. Cũm ergo hic permanserit in religione, videtur sortiri effectum prædicta renunciatio, seu obligatio. Et confirmatur ex doctrina, quam tradidimus *lib 4. huius tractatu. cap.23. num. 26.* vbi tradidimus ex multis probantes quoties conditione æquipollenter adimplera, idem prorsus effectus intentus à disponente subsequitur, satis esse eam æquipollenter impleri, quia censetur impleta iuxta virtualem disponentis mentem collectam ex eius fine. Et confirmatur, quia in hac illius decreti concluditur, abeuntibus nouitiis omnia restituenda. At si idem sentiret de morientibus, explicaret. Atque hanc partem tenet Paulus Fus. *de vsurpatione Episcoporum. lib.2. c.15.n.67.*

Sed dicendum est, manere irritas renunciationes, 49
& obligationes. Ducor primò, quia etiam attento iure antiquiori res erat satis dubia, an expressa donatio nouitij facta monasterio reuocaretur morte sequuta intra probationis annum. Et erat satis probabile reuocari eo ipso: cùm tamen nullibi statutum reperiretur, eam donationem reuocari non sequuta professione; sed ex præsumpta renuntiantis voluntate id colligebatur. Ergo cùm ea conditio sit in hoc Tridentini decreto expressa, tenendum est, ea non impleta, sed sequuta morte ante professionem, corruere donationem illam, & renunciationem. Secundò, quia verba, *non aliter, non aliàs*, quibus vtitur hoc decretum, sunt adeò prægnantia, vt non patiantur dispositionem contrahentis recipere aliquem alium intellectum, vel modificationem separatam à verbis, vt tradunt alijs citatis Iason *cons.86.num. 16.vol.3.* Mennoch. *cons.921.num.36.vol.10.* & ideo non sufficere videtur si in æquipollenti impleantur. Et per hæc patet solutio ad contrariam rationem. Et ideo videtur velle Tridentinum ita consulere libertati nouitiorum, vt quacumque ex causa non profiteantur, habeant liberam de illis bonis, quibus renunciarant, disponendi facultatem. Et confirmatur, quia morientes dicuntur abeuntes, iuxta illud Terentij in Phormione: *ea mortem abiit, & de medio abiit.* Atque ideo hanc partem sustinet Natar. *lib.3.cons.in 1.edit. tit. de statu regularium. toto cons.1.in 2.tit.de successione ab intestato. toto cons.vltim.* Passarellus dicens sic sibi respondisse Congregationem Cardinalium, *in priuileg. Minorum. cap.37.* Hondedeus *cons.94.num.8.vol.1.& cons.73.num.16.vol.2.* Gutierrez *quæst.canon.lib.2.cap.1.num.107.& 108.* Manuel *quæst.regular.tomo 2.quæst.47.art.12.& tomo 1. summa in 2.edit.c. 90.num.6.* Vega *tomo 1.summa.cap.91.in casu 4.* Emmanuel Sà *summa. verb. religio. num.7.* Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verb.nouitius.p.9.vltim. in sacri annotationibus. vers. & hinc deinde.* Molina *tomo 1. de iust.disput.140.col.1.vers.de alijs ergo.* Confectius *in priuileg. Mendicantium*, in norabilibus positis post Bullas Apostolicas. *tit.13.c.13.* Thomas Zerola *in praxi Episcopali, part.2.verb.nuntiatio. dub.11.*

Hinc deducitur primò, quamuis prædicta renuncia- 50
tio, & donatio sint irreuocabilia, si sequatur professio, ita vt nec ante illam possint à nouitio reuocari, vt dicemus infrà, posse tamen reuocari testando, vt habeat euentum reuocatio casu, quo nouitius moriatur ante professionem, quia cùm in eo euentu cesset valor prioris renunciationis, aut donationis, est perinde, ac si facta non fuissent. Ergo integrum est nouitio de iis bonis aliter disponere in euentum mortis ante professionem, quod bene docet Manuel duobus locis allegatis num. præcedenti. Nec hæc dispositio indigebit solemnitate huius decreti, cùm sit vltima voluntas. Nec enim potest se obligare irreuocabiliter, ita vt non sequuta professione per mortem, vel alio modo, non liceat ei variare; quia Tridentinum eo decreto statuit nullam obligationem nouitij vim habere; nisi sequuta professione.

Secundò deducitur, ablatam esse iam controuersiam 51
à Doctoribus, quis succedat nouitio morienti ab intestato; de qua latè egimus. Si enim etiam facta donatione expressa monasterio, vel alij, ea donatio redditur irrita nouitij morte, & succedunt venientes ab intestato

perinde,

perinde, ac succederent si ea facta non esset, à fortiori id erit quando nulla donatio, aut renunciatio nouitij præcesserit. Et ita dicit fortè esse Menochius *cons.394. num.6.& 9.vol.4.* & hodie carere hoc difficultate tradit bene Hondedeus *cons.73.num.16.vol.2.* Atque similiter est correcta limitatio, quam iure communi approbauimus suprà, scilicet, non pertinere ea bona ad hæredes ab intestato, sed ad monasterium, quando in ipso ingressu contulit nouitius ea monasterio: tum quia si ea donatio non fuit facta cum solemnitate huius decreti, nempe, bimestri ante professionem, & de licentia ordinarij, est omnino nulla, iuxta dicta suprà; & sic perinde est, ac si facta non fuisset: si verò cum hac solemnitate, corruit quandocumque etiam per mortem non sequatur professio, vt ex tot authoritatibus diximus num.49. Et ideo bene dixit Manuel ibi allegatus, succedere venientes ab intestato non aliter quàm si ea renunciatio, aut donatio facta non fuissent; & Molina *tomo 1.de iust.disput.140.col.1.vers.de alijs ergo*, dicit per Tridentinum esse correctam hanc limitationem. Si autem ea donatio facta fuisset ante ingressum, & non contemplatione ingressus, vt præsumitur quando longè ante ingressum facta est, non succederent hæredes ab intestato, quia illa ab initio fuisset firma, quia de his non loquitur Concilium, vt probauimus num.2.& bene docet Manuel *quæst.regular.tomo 2.quæst.80.art.2.statim in principio.* Sed si facta fuisset contemplatione ingressus, at ante nouitiatum, iuxta sententiam, quam retulimus num. 3. dicentem de his loqui Concilium, dicendum est, adhuc succedere hæredes ab intestato, quia illa donatio tanquam non facta bimestri ante professionem fuit irrita. Si verò teneamus nostram sententiam, quam retulimus num. 4. dicentem, Tridentinum non loqui de hac donatione, erit locus opinionibus relatis suprà in ea limitatione, an sicut ea donatio censeretur reuocata egressu nouitij, tanquam facta intuitu ingressus, ita censeatur reuocata non sequuta professione per mortem. Vbi tanquam probabilius sustinuimus non reuocari, atque ita non succedere hæredes ab intestato.

52 A quo autem tempore habeat effectum hæc donatio, vt bona tradenda sint donatario, an scilicet expectanda sit mors naturalis professi, vt interim habeat monasterium, diximus suprà c.3.n.60.

53 Sed dubitabis, an donatione hac facta in monasterij fauorem seruata forma Tridentini, nempe, de licentia ordinarij, & bimestri ante professionẽ, sint statim bona donata tradenda monasterio. Et videtur statim tradenda; quia Tridentinum *eo cap.16.in fin.* dicit nouitiis abeuntibus ante professionem omnia restituenda, quæ sua erant: ergo supponit tradita monasterio, alias nihil restituendum esset. At existimo non posse tradi monasterio vsque ad professionem, quia *in eo cap.16.* postquam decisum est de renunciatione nouitiis permissa, sic additur: *sed neque ante professionem, excepto victu, & vestitu nouitij, vel nouitiis illum tempore, quo in probatione est, quemque præcriu à parentibus, vel propinquis, aut curatoribus eius monasterio aliquid ex bonis eiusdẽ tribuatur, ne hac occasione discedere nequeat, quod totum, vel maiorem partem subsidia sua monasterium possidet, nec facile, si discesserit, id recuperare possit.* Et ratio hic tradita militat æquè, si facta ea renunciatione tradantur statim bona. Et nec ipsa nouitia possidens ea bona, nec quicũque extranei possidentes possunt dare monasterio, quia Tridentinum gratiã exempli, & frequentioris vsus explicuit non danda nouitij bona à parentibus, nec propinquis, nec eius curatoribus, & sic non ad restringendam decisionem; quod & denotat ratio ibi tradita, *ne hac occasione*, quæ æquè militat, à quocumque tradantur bona. Nec obstat ratio in contrarium adducta, quia multa possunt esse in monasterio licitè tradita, vt pertinentia ad nouitiæ vestitum, ornatum cubilis, & lecti, quæ omnia

reddenda sunt professione non sequuta, & si quid illicitè contra id decretum sit monasterio datum.

Secunda difficultas circa idem decretum Tridenti- 54
ni est, an sequuta professione, irrita tamen, itaeuanescant renunciatio hæc, & donatio à nouitiis facta, sicut euanescerent professione nõ sequuta: Quidam posset dicere validam fore donationem, & renunciationem, quando donans, aut renuncians nouit professionem esse nullam, vt ita se habere diximus attento iure antiquo cap.1.num.29. quod non corrigitur per hoc Tridentini decretum, quippe vt illi satisfiat, sufficit professionem etiam irritam fieri, quando quis conscius vitij renunciat, aut donat; quia ne ex malitia sua commodum reporter, non datur auxilium legis illi, qui contra legem fecit. *regul.frustra.de regulis iuris in 6.l.non dubium.C.de legibus.*

Sed existimo exigi in eo Tridentini decreto ad re- 55
nunciationis, & donationis cum illius solemnitate factæ firmitatem, sequi professionem validam. Quia Tridentinum petit sequi professionem, & verba sunt intelligenda cum effectu; & perinde est actum non fieri, & esse nullum, vt hæc multis Doctoribus allegatis confirmauimus *lib.3.de matrimonio disput.3.toto num.5.* Præterea, quia Tridentinum consulere voluit libero, ac licito egressui religionis nouitiorum: at dum professio est irrita, profitens est verè nouitius, & licite egredi potest. Ergo non sunt firmæ ea donatio, & renunciatio. Nec obstat ratio contraria, quia præponderat libertas egressus nouitij, cui omnino Tridentinum consulere voluit, quacumque ex causa fuerit professio irrita. Atque ita docent Manuel *2.tomo summa.cap.7.num. 6.* Ludouicus Lopez bene explicans, etsi sciens professionem nullam donarit, *lib.2.de constitutionibus.cap.49. quæst.3.nota.6.* & supponunt omnes Doctores allegandi num. sequenti.

Hoc tamen temperant aliqui, nisi professio sit irrita 56
defectu legitimæ ætatis: id enim aiunt professo reclamante intra quinquennium, non valituram renunciationem, sicut & professio reuocatur. Si verò intra quinquennium non reclamauerit, sicut nequit nouitius allegare professionem fuisse irritam, vt decernitur in Trident. *eadem sess.25.de regular.cap.19.* sic nec donationem aut renunciationem potest reuocare. Ita docent Spino *secunio testamentorum.glos.12. principali. num. vltim.* Vega *3.tom.summa.cap.91.casu 4.* Manuel *quæst.regular.2. tomo.quæst.47.art.11.& tomo 1.summa in 2.edit.cap.90.nu. 5.& tomo 2.cap.7.num.6.* qui in hoc vltimo loco addit, firmam quoque reddi eam renunciationem, si obtenta legitima ætate ratificauerit nouitius ille priorem professionem irritam. Sed hanc limitationem non approbo, quia renunciatio huiusmodi professi fuit nulla, vtpote quæ non facta fuit cum solemnitate huius decreti petentis fieri bimestri proximo professioni, & communiter in ætate apta ad profitendum post id bimestre, vt probauimus in hoc c.num.7. Ergo conualeſcere nequit sequuta postea legitima professione siue expressa, siue tacita, per quinquennij lapsum non reclamando. Quare hæc limitatio nullatenus potest habere locum, quando professio est nulla ratione defectus legitimæ ætatis ad profitendum: cùm tunc etiam deficiat legitima ætas ad renunciandum. At potest habere locum quando professio est nulla ea ratione, quod non integer annus nouitiatus transierit, vt si fiat renunciatio transactis decem nouitiatus mensibus, quo tempore fieri debet, & legitima ætate, & postea professio fiat nondum finito nouitiatus anno, vel quia metu facta, vel alijs de causis: tunc enim cùm renunciatio ab initio valuerit, cessisque firmitas pendeat à professione validè emissa, quamuis professio fuerit initio irrita, & sic non confirmarit renunciationem, cùm tamen ea adhuc in suo pristino valore perseueret, confirmabitur vtique quoties illa professio ratificata fuerit alia professione

siue

sive expressa, sive tacita valida, sive fiat ante quinquennium, sive post. Et cùm lapsus quinquennij non verè inducat professionem talem, quando defuit animus ratificandi, sed solam præsumptam in foro externo (vt probauimus *lib.7. de matrimonio. disput.* 57. *num.*9. in qua disputatione latissimè egimus de hoc quinquennio) ita renunciatio, quæ professionem sequitur, ab illàque dependet, non erit tunc firma in foro conscientiæ, sed quoad solam fori externi præsumptionem.

57 Tertia difficultas est, an sicut renunciatio, & donatio à nouitio facta cum solemnitate huius decreti reuocantur non sequuta postea professione, possint quoque reuocari ab ipso nouitio volente in religione perseuerare? Menoch. *cons.*388. *vol.*4. loquens de quadam donatione, quam mulier ingressura in nouitiatum fecit cum hac clausula, vt non aliter sortiretur effectum, nisi sequuta professione, defendit *2. num.*19. illam esse conditionalem, & n. 3. 4. & *sequentibus* tuetur, esse ea esset valida, posse tamen illam reuocari ante professionem. Ducituque, quod id distet inter cõtractus onerosos conditionales, & gratiosos, inter quos numeratur donatio, vt illi reuocari nequeant pendente cõditione; hi autem possint: idque probat ex doctrina Baldi *l. si quis instituendum. 1. n. 2. C. de rebus creditis.* vbi hæc ait: *facta spem ex dum. 1. n. 2. C. de rebus creditis.* vbi hæc ait: *facta spem ex quo nondum est perfecte ius quæsitum alteri, & sic res integra potest quis reuocare.* Quæ doctrina nil ad hoc probandum confert, quia æquè probaret de contractibus conditionalibus onerosis, de quibus ipse id negat. Quare donatrina Baldi accipienda est, quando nec in spe est ius perfectè quæsitum, vt contingit in quocumque contractu, etiam absoluto nondum ab altera parte acceptato. Refert etiam pro hac sententia Cephalus *cons.*311. *nu.* 137. & 138. *vol.*1. qui id non dicit, sed tantùm air donationem conditionalem non obligare deficiente conditione; quod verissimum est, & certissimum. Sed huic parti faueat Alex. *cons.*40. *num.*3. *vol.*1. vbi ait tunc neutri contrahenti licere pendente conditione retrocedere, quando contractus est celebratus gratiâ vtriusque: cùm ergo donatio non computetur inter hos contractus, vtpote quæ gratiâ solius donatarij fit, licebit recedere pendente conditione. Quare Menochius idem diceret in renunciatione, & donatione huius nouitij renunciantis, aut donantis iuxta formam Tridentini, vtpote quæ habet similem conditionem, vt non aliàs sortiatur effectum, nisi professione sequuta, cui sententiæ fauent Doctores asserentes stando in iure antiquo donationem factam à nouitio in religionis ingressu, nec reuocatam, non redire ad hæredes ipso mortente in religione, sicut nec profitente, quamuis redire, si egrederetur, ob tacitam conditionem, quam habet, si adsit perseuerantia in religione: vbi cum addant eam particulam (nec reuocatam) apertè videntur sentire eam donationem potuisse reuocari ante euentum conditionis. Hi sunt Abbas *cap. in præsentia. num.* 68. *de probat.* & ibi Parisi. *num.*187. Sylues. *verb. rebus.* 5. *quæst.*12. Angelus *verb. nouitius. num.*11. & ibi Arnulla *numero* 17. Tabiena *quæst.*12. *num.*13. Gutierrez *quæst. canon. lib.*2. *cap.*1. *n.*101. Menochius *cons.* 398. *num.*3. *vol.* 4. & *de præsumpt. lib.*6. *præsumpt.*84. *num.*3. Azor *tomo* 1. *instit. moral. lib.*11. *cap.*3. *quæst.*5. ergo idem sentirent in nostro casu, cùm similiter donatio hæc tacitam conditionem habeat, si professio sequatur.

58 Cæterùm existimo nulla ratione posse reuocari. Dicor, quia si ea donatio esset reuocabilis vsque ad professionem, posset quocumque tempore nouitiatus fieri nulla illius decreti solemnitate posita, vt probatissimus num. 14. & ideo petit Tridentinum eas solemnitates, quia statim est donatio irreuocabilis, nisi deficiat euentus. Secundò dicor, quod minus verum sit donationem conditionalem posse pendente conditione reuocari: eius enim oppositum in terminis donationis loquentes tradunt Angelus *verb. donatio. num.*48. Sylues. *verb. donatio. 1. quæst.*15. *initio. num.*19. Tabiena *verb. nouitius. num.*12. Couar. dicens esse probatissimi iuris *lib. 1. variarum. cap.*14. *num.*16. *paulo post medium.* Cephalus *cons.*311. *num.*18. & 19. *vol.*3. Molina *tomo* 1. *disp.*285. *cond.*4. Atque militat eadem ratio in omnibus contractibus conditionalibus, ob quam nequeunt pendente conditione reuocari, nempe, quia ex contractu conditionali non minus oritur obligatio in spe, hoc est, in euentum conditionis, quàm ex contractu absoluto, & puro obligatio absoluta, & in re, cùm vtrique contractus sit in suo ordine, & gradu perfectus. Nec existimo Doctores allegatos numero præcedenti in fine, sensisse donationem illam posse reuocari: sed tantùm ponderarunt non esse reuocatam, vt censeatur nouitius in eadem voluntate perseuerasse: Qualiter autem possit reuocari testando, diximus num. 50.

59 Vltima difficultas est, cuius sint fructus illorum bonorum, quibus nouitius hic renunciauit, quando renunciatio confirmata fuit professione. Verbi gratiâ, bimestri ante professionem renunciauit nouitius annuo redditui, vel rei alteri fructiferæ in fauorem monasterij, vel fauorem alterius, instituendo extraneum hæredem, postea transacto bimestri professus est, & sic renũciatio illa confirmata fuit, dubitatur an fructus illius bimestris ante professionem pertineãt ad hæredem, sicut & reliqua nouitij bona, an potiùs sint monasterij, vel cui & reliqua nouitij bona, an potiùs sint monasterij, vel alterius, cuius efficitur res illa, cui nouitius renunciarit. Ad huius intelligentiam præmittendum est, duplicem esse conditionem, quãdam suspensiuam, quandam autem resolutiuam. Suspensiua est, quæ actum ita suspendit, vt sine vllo effectu penitus maneat antequam existat conditio. Resolutiua autem est, quæ non impedit actum esse purum, nec valorẽ, effectumque eius suspendit: nam actus purus, & perfectus est, at resoluendus, seu irritus reddendus illa conditione deficiente; quod optimè, & latè alios referentes explicant Tiraquel. *de contractu conuent. §. 2. glos. 1. nu.* 74. & *l. si vnquam. verb. reuertatur. in nona edit. num.* 283. *C. de reuocandis donationibus.* & Menochius *cons.*388. *a num.*15. *vsque ad* 19. *vol.*4. Quare conditio hæc resolutiua non propriè conditio dicitur, sed modus quidam, cùm conditionis proprium sit suspendere, & nihil ponere in esse; quare dispositio facta sub conditione suspensiua dicitur conditionalis; at facta sub conditione resolutiua, dicitur modalis.

60 Est autem iarum discrimen quoad fructuum acquisitionem inter dispositionem verè conditionalem, id est, factam sub conditione suspensiua, & modalem, id est, factam sub modo, aut conditione resolutiua: Nam si conditio sit suspensiua, sicut nec dominium rei donatæ acquiritur ante impletam conditionem, ita nec fructus illius. Vtrùm autem impleta conditione retrotrahatur dominium illud? Affirmauit retrotrahi Dinus *reg. 1. num.* 42. *de regul. iuris, in 6.* Atque nonnullis distinctionibus vtuntur aliqui, quos refert Iason *l. si in, qui pro emptore. num.* 512. *ff. de vsucapion.* at Bart. *ibi. num.* 47. & *l. si filius. in principio. ff. de verb. obligat.* mordicus sustinet non retrotrahi quoad dominium, & fructuum acquisitionem. Quando autem legatum, aut donatio est sub modo, aut sub conditione solùm resolutiua, nemo ambigit, fructus illius legati petinde statim deberi, ac si purum legatum esset, quia cùm nec modus, nec conditio illa suspendat, est reuera legatum illud absolutum, & purum, ac statim dominium transit in legatarium, & proinde fructus ipsi dominium illud sequentes. Quod autem controuertitur est, quando resolutur legatum illud, eo quod conditio resolutiua impleta non sit, an resoluatur cum fructibus medio illo tempore perceptis? Aliqui enim affirmant, quos refert Molina *lib.*2. *de primogenitis. cap.*12. *num.*19. & vltra illos id tenet Gregorius Lopez *l.*21. *verb. seniorio. nu.*9. *part.*6. Sed hanc opinionem appellat falsam Molina *ea num.* 19. ab eius hoc distare

distare inter dispositionem puram, sed resoluendam sub conditione, & inter verè conditionalem, quod in hoc posteriori casu non impleta conditione sit res cum fructibus restituenda, quia legatarius nullo tempore eorum dominus fuit, nec illos acquisiuit: in priori autem, cùm ante resolutum contractum, eo quod conditio impleta non est, fuerit verus dominus rei, & fructus acquisierit, illos sic retinebit. Quam etiam sententiam probant Tiraquel. alios allegans *l. si vnquam. verb. reuertatur. num.* 283. *C. de reuocandis donationibus.* Munchaca *in controuersiis vsu frequent. lib.*3. *cap.*49. *num.*1. Molina *tomo* 1. *de instit. disp.*208. *vol.*7. *vers. quia ergo.* id bene sic limitans. Dupliciter potest esse cõditio resolutiua. Priori modo, vt eo ipso quod conditio non impleatur, donatio, aut legatum rescindatur, & deinceps non valeat, & tunc fructus medij temporis pertinent ad donatarium, vel legatarium, solúmque amittit rem ipsam legatam, aut donatam. Posteriori modo, ita vt donatio, aut legatum ita reuocentur, quasi à principio facta non fuerint; & tunc tenetur legatarius non impleta conditione restituere rem cum fructibus.

61 Hinc deducitur, dispositionem in dubio præsumi potiùs modalem, quàm conditionalem, quia prior est fauorabilior. *l. ea conditionis. ff. de resoindenda venditione.* Item, quia conditio dicitur esse quid facti. *l. qui hæredi. ff. de conditionib. & demonstrat.* At quæ sunt facti, non præsumuntur. *Leo bello. §. falle ff. de capt. & postlim.* & latè Menochius *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 14. & tradunt Bart. Bald. Paulus, Alex. Iason, Decius, quos referunt, & sequuntur Mantica *de coniecturis vlt. volunt. lib.*10. *tit.*5. *num.*12. & 13. vbi & alios refert Molina *lib.*2. *de primog. cap.*12. *num.*9. Padilla *l. cum mota. n.*8. *C. de transact.* Peregrinus *de fideicommiss. art.* 11. *numero* 144. Hieronymus Gabriel *cons.*5. *numero* 4. *vol.*1. Menoch. allegans Oldradum, Rituum, & Tiraquellum *de præsumpt. lib.*4. *præsumpt.*175. *num.*2. & 15. Ludouicus de Casanate *cons.*9. *num.*14. *volum.*1.

62 Punctus ergo præsentis difficultatis eò pertinet, an conditio illa posita in eo Tridentini decreto, vt renunciatio effectum non habeat, nisi sequuta professione, sit suspensiua, an potiùs resolutiua? Et videtur resolutiua, quia cùm verba dubia sint vtram ex illis conditionem importent, indicandi potiùs est conditio resolutiua, & sic dispositio modalis, iuxta tradita num. præcedenti. Cæterùm dicendum est, conditionem illam esse suspensiuam, vt constat ex illis eius decreti verbis ibi, *ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequuta professione.* Quippe huiusmodi verba conditionem suspensiuam important, vt optimè probat Menoch. *cons.*388. *num.*19. *vol.*4. quia significant omnem donationis effectum fuisse in suspenso positum, atque ita interim nullum effectum obtinere; quod est proprium conditionis suspensiuæ, quæ nihil ponit in esse: & illa verba, *ac non aliàs*, &c. respiciunt tam præsens, quàm futurum tempus, atque ita ab initio impediunt effectum, sicque perfectionem ipsius donationis: non enim fuit dictum, quod si non emitteret monasticam professionem, non valeat, nec reuocata dicatur donatio; hæc enim esset conditio resolutiua: sed dicit quod effectum non habeat, nisi sequuta professione, atque ita est suspensiua. Sic in simili casu considerat Tiraquel. *in l. si vnquam. verb. reuertatur. in nona edit. n.*283. *C. de reuocand. donat.* vbi hæc ait. *Multum interest quibus verbis res agatur. Nam si sic actum est, vt perficiatur venditio, nisi melior venditio afferatur, non est pura venditio, sed conditionalis, ideo nec efficacit emptor, nec ad eum fructus pertinent, sed si sic actum est, vt melior oblata conditione, ab ea desideratur, erit pura venditio, ma sub conditione resoluitur: quo casu emptor efficacit, & fructus, & accessiones lucratur.*

63 Hinc deducitur, eum, in cuius fauorem nouitius ille renunciauit rei prædictæ fructiferæ, non lucraturum fructus illius medij temporis, à renunciatione vsque ad professionem, sed solos fructus à repore professionis perceptos, quia tùc impletur cõditio, & incipit esse dominus rei illius, quod secus esset si conditio illa in renunciatione subintellecta iuxta decretum Tridentini, non esset suspensiua, sed solùm resolutiua, quod constat ex dictis num. 60. Cuius autem sint fructus illi, constabit ex dicendis.

SVMMARIVM.

*Duplicem solemnitatem petit Tridentinum, vt valeat renunciatio nouitiorum. n.*64.

*An sufficiat licentia Episcopi nondum consecrati, aut nondum confirmati? n.*65.

*Quid de licentia Archiepiscopi, cui nondum est collatum pallium? n.*66.

*Quid de licentia Capituli sede vacante? n.*67.

*Quid de licentia habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, & de licentia Archiepiscopi in diœcesi suffraganeti? n.*68.

*Quid de licentia vicarij Episcopi, aut vicarij Capituli sede vacante? n.*69.

Quid de vicario habente iurisdictionem Episcopalem? numero 70.

*Quid de vicario Episcopi nondum consecrati, vel Archiepiscopi nondum recepto pallio? n.*71.

*Quid de vicario foraneo, & quando talis dicatur? n.*72.

*An possint hi omnes delegare facultatem huius licentiæ concedendæ? n.*73.

*An Prælati regulares possint eam facultatem concedere in monasteriis exemptis? n.*74.

*An in aliquibus religionibus sit vsu receptum non exigi licentiam Episcopi? n.*75.

*An ea licentia debeat esse in scriptis? n.*76.

*An sit sit ea licentia petita, si non obtenta? n.*77.

*An necessario præcedere debeat renunciationem? n.*78.

*An sit licentia tacita habita ex ratihabitione de præsenti, aut futura? n.*79.

*An necessario fieri debeat renũciatio bimestri integro ante professionem? n.*80.

*An id bimestre debeat esse mathematicum, & de numero ad momentum numerandum, & quot dierum, & in anno bissextili? n.*81.

*An valeat renunciatio tunc facta si postea differatur professio? n.*82.

*Quando facienda est hæc renunciatio, si Pontifex dispensetur cum nondum ex alis legitima ætate, & anno nouitiatus professio fiat? n.*83.

*An nouitio ante finem anni, vel ea finito religionem deserente sine facta renunciatione sine non, & postmodum regressi debeat iterum fieri renunciatio, & quo tempore? n.*84.

64 QVÆSTIO vltima. Quæ solemnitates petat Tridentinum in his renunciationibus, aut donationibus nouitiorum, vt validæ sint. Duplex solemnitas in eo decreto petitur. Prior est, vt fiat cum licentia Episcopi, seu eius vicarij. Posterior, vt fiat intra duos menses professioni proximos. Ratio autem vtriusque solemnitatis est, vt maiori cum deliberatione, ac libertate renunciatio, & donatio fiant: quippe iam elapsus est decimus mensis post ingressum in nouitiatum, quod sufficiens tempus est ad deliberandum, an expediat renunciare, necne. Atque Iudicis præsentia omnem metus præsumptionem excludit. *l. finalis. C. de eo, quod metus causa,* & cum aliis tradit Menochius *de recuperanda possessione. remedio* 1. *num.*266. Ideo ad excludendas fraudes, metum, preces importunas, vt bona illa relinquantur monasterio, iare optimo petitur licentia Episcopi, aut eius vicarij.

65 Circa priorem ergo solemnitatem aduertendum est, sufficere licentiam Episcopi confirmati, nondum tamen consecrati; secus si electus tantùm sit, quia à rempore

pore confirmationis competunt Episcopis ea omnia, quæ sunt iurisdictionis, quale est hoc, vt probauimus *lib.8.de matrimonio disp.2.num.11.& lib.2.huius tractatus. cap.11.num.3.* & in simili diximus circa potestatem dispensandi *lib.4.huius operis.c.38.n.7.*

66 Maior difficultas esse poterat de Archiepiscopo consecrato, qui nondum pallium recepit, an possit concedere hanc licentiam? Quæ difficultas generaliter habet locum in omnibus ad iurisdictionem pertinentibus, vt sunt omnes dispensationes, & absolutiones, & similia. Et dicendum est posse, quia tantùm interdicitur Archiepiscopo ante receptum pallium cogere concilium, & ea, quæ ad ordinem Episcopalem pertinent, exercere, non verò quæ sunt iurisdictionis, quæ facta confirmatione ante receptum pallium exercere potest, vt diximus loco citato *lib.4.huius operis.c.38.n.9.*

67 Eandem licentiam potest cõcedere Capitulum Sede vacante, quia illud succedit in omnem ordinariam iurisdictionem Episcopis competentem, vt probauimus *in hoc tractatu. lib.2.cap.11.num.4.* & in simili diximus *lib.4.c.38.n.17.*

68 Poterunt etiam eam concedere Abbates, & alij Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, nulliquè Episcopo subiecti in suis diœcesibus; non autem Archiepiscopus in diœcesi suffraganei. Quia illos gaudere omni iurisdictione, hos autem minimè, probauimus *eodem lib.2.cap.11.num.5.& 6.& lib.4.cap.38.num.11.* & 19. Quod intellige respectu Archiepiscoporum, nisi Episcopo eam denegante licentiam denolueretur per appellationem causa ad Archiepiscopum: tunc enim potest Archiepiscopus, vtpote qui in ea causa iurisdictione gaudet, eam licentiam impertiri. Quia in causis appellationis est legitimus Iudex. *c.1.de offic. delegat.* & *c.dist.de offic.ordin.* & diximus *eo lib.4.c.38.n.11.*

69 Rursus eam licentiam potest concedere vicarius Episcopi, quia expressè id dicitur in hoc Tridentini decreto; & quamuis possit aliquis existimare id non posse vicarium Capituli Sede vacante, quod decretum hoc expressam mentionem faciat vicarij Episcopi, qualis non dicitur vicarius Capituli Sede vacante, vt ex Felino retulimus *lib.8.de matrimon.disputat.27.num.33.* sed absque dubio dicendum est, id posse hunc vicarium; tum quia eam Felini doctrinam reiecimus *eodem.num.* 33. probantes nomine vicarij Episcopi intelligi vicarium habentem iurisdictionem Episcopalem, qualis est vicarius huius Capituli: tum etiam, quia esto ea doctrina esset vera, loquitur de iurisdictione delegata vicario Episcopi, quæ quidem cùm strictè intelligenda sit, nihil mirum est, si de veri Episcopi vicario accipienda sit. Quare ea doctrina non est extendenda ad ordinariam vicarij iurisdictionem, qualis est hæc, vtpote per Tridentinum, quod ius commune constituit, concessa.

70 Quare idẽ dicendum est de vicariis quorumcumque Prælatorum iurisdictione Episcopali in sua diœcesi gaudentium, quia censentur vicarij Episcopi, id est, habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, vt in iurisdictione delegata vicarij Epaiscopi probauimus *lib.8.de matrim.disput.17.num.34.* Nedum in hac, quæ ordinaria est, verum habebit.

71 Et sicut diximus num. 65. posse Episcopum confirmatum, sed nondum consecratum concedere hanc licentiam, & num. 66. posse id Archiepiscopum ante pallij receptionem, similiter idem prorsus dicendum est de eorum vicariis, vt etiam in iurisdictione delegata probauimus *ea disp.27.n.35.*

72 Non tamen integrum erit vicariis foraneis hanc licentiam concedere absque expressa commissione sibi facta, quia cùm analogum per le sumptum stet pro famosiori significato, nomine vicarij absolutè prolati in hoc decreto solus vicarius generalis Episcopi qui ordinarius est, & simpliciter vicarius appellatur, comprehenditur, non autem vicarius foraneus, quem delegatum esse probauimus *lib.3.de matrim.disp.29.num.10.* & vicarius secundùm quid appellatur, vt ibidem probauimus, quamuis is vicarius foraneus constituatur ad vniuersitatem causarum in illo loco, & *ibi.num.11.* satis explicuimus, quando dicatur vicarius generalis, & quando foraneus.

Possũtque facultatem huius licentiæ concedendæ 73
delegare alteri tam Episcopi, & habentes iurisdictionem Episcopalem, quàm eorum vicarij, quia cùm hæc iurisdictio sit in iure communi per Tridentinum constituto annexa perpetuò non personæ, sed dignitari, vel officio, horum est ordinaria, & consequenter delegabilis, vt latè probauimus *libro 2.de matrimon.disputat.40. num.14.*

Sed quæres, an Prælati regulares possint eam facul- 74
tatem concedere in monasteriis exemptis? Quidam id existimare possent censentes ita intelligi Tridentinum, vt Episcoporum sit eam licentiam concedere in monasteriis sibi subiectis; at in exemptis id pertinere ad Prælatos regulares, sicut ad ingrediendum monasteria monialium Episcopo subditarum, exigitur Episcopi licentia: si autem exemptæ sint, Prælati sui regularis, vt tradit Nauart. *comment.4.de regularibus. num.* 60. sic intelligens decretum Tridentini *sess.25.de regular.cap.9.* petens licentiam Episcopi ad ingressum in huiusmodi monasteria. Secundò possent duci, quod Episcopus nulla iurisdictione potiatur in monasteria exempta, sed solis Prælatis regularibus subsint, quod non tantùm quoad professos, sed etiam quoad nouitios intelligendum diximus hoc tractatu. Cæterùm dicendum est, in vtrisque monasteriis exigi licentiam Episcopi, vel eius vicarij, nec necessariam esse, nec sufficere licentiam Prælati regularis. Ducor, quia decretum hoc, virtute cuius solius licentia ad hanc renunciationem petita est, solam Episcopi, aut eius vicarij licentiam petit: quando autem aliud voluit, id expressit, vt *in dilo cap.5.* petens licentiam Episcopi, vel alterius superioris; & ideo ea doctrina Nauarri, quæ verissima est, huic decisioni non obstat. Minus etiam obstat nouitios religionis exemptæ non subdi Episcopo, quia id verum est, præter casus, in quibus Tridentinum eos Episcopis subiecit, vt fecit *in hoc cap.16.& c.17.sequenti.* Et ideo hanc partem sustinet Manuel *quæst.regular.tom.2.quæst.47.art.14.*

Affirmant tamen quidam in aliquibus religionibus 75
abusse in desuetudinem petere hanc licentiam ab Episcopo, & ideo in illis non esse necessarium. Sic Manuel *2.tomo summæ.cap.7.num.1.fin.* Vega *2.tomo summæ.cap.50. casu* 3 & bene quidem dicunt, si ea consuetudo ita legitimè præscripta sit, vt contra hoc Tridentini decretum vires obtinuerit. Quare tutissimum est, ne renunciationis valor litigio exponatur, & incumbat monachis probare hanc legitimæ consuetudinis præscriptionem, exigere licentiam Episcopi, aut vicarij: maximo enim exponentur periculo, ea non petita, cedendi causa.

Hactenus egimus de potentibus hanc licentiam con- 76
cedere; superest in hac priori solemnitate tractandum de ipsius licentiæ qualitate. Et quidem non exigi licentiam in scriptis, manifesti iuris est, quod Tridentinum nullam scripturæ mentionem fecerit; & vbi in scriptis eam obtinendam voluit, id expressit, vt fecit *eadem sess.25.de regularib.cap.5.* tractans de licentia ad ingrediendum monasteria monialium. Item, quia omnis dispositio potest fieri verbo, nisi lex requirat ad actus valorem scripturam, vt probauimus, adductóque alio simili *lib.3.de matrimonio disputat.36.num.10.* Quamuis autem ea licentia in scriptis necessaria non sit ad valorem renunciationis, est tamen vtilissimum eam in scriptis obtinere cum notarij subscriptione fidem de ea facientis, vt si fortè de eius valore lis moueatur allegato licentiæ huius defectu, possit in foro externo fides de illa fieri.

Nec

77 Nec satis est petita, sed debet esse obtenta, vt in simili probauimus cap.15. quia decretum hoc dicit, *cum licentia*: at non dicitur cum licentia fieri quando ea solùm petita est. Item, quia *cap.licet.de regular.* vbi exigitur licentia tantùm petita, id exprimitur.

78 Hæc autem licentia præcedere debet, quia licèt in aliis rebus, vt in testamento professi dicemus infrà, non sit modica difficultas, an sufficiat licentia subsequens: at hic non militant rationes, quæ probant sufficere in illo casu licentiam subiequi; quod hæc renunciatio non sit actus vltimæ voluntatis reuocabilis (vt dici solet) vsque ad mortem, sed statim firmus omnino, & validus sit, & cùm ad sui valorem indigeat licentia, ea necessariò debet præcedere, iuxta regulam, quam tradidimus *lib.3.de matrimonio. disput.35. numero 18.& 24.* vbi & *numero* 19. probauimus licentiam eodem die renunciationis concessam præsumi præcedere, vbi non constat vtra præcesserit: si tamen renunciatio illa fieret sub conditione, si postea Episcopus approbet, satis erit approbatio superueniens, vt in simili probatum est suprà c.2.num.29.

79 Atque satis est eam esse tacitam, habitam ex ratihabitione de præsenti, nec sufficit ratihabitio de futuro, quia requiritur ad valorem actus, vt in simili probauimus *lib.præcedenti.c.11.n.11.*

80 Circa posteriorem autem solemnitatem petitam in hoc decreto, nempe, vt renunciatio, & obligatio fiant intra duos menses professioni proximos, id obseruandum est, non exigi, vt hæc fiant integro bimestri ante professionẽ; sed satis esse toto eo bimestri fieri, quantùs immediatè ante professionem. Constat, quia Tridentinum dicit in eo decreto, *intra duos menses proximos ante professionem*; nec dixit vt fiat bimestri ante illam, sed vsum est particula (*intra:*) at facta toto illo spatio, dicuntur facta intra duos illos menses. Item, quia finis eius decreti fuit, vt hæc maturiori consilio, ac deliberatione fierent. At eo maior est deliberatio, quo longius est nouitiatus tempus, ac professioni propinquius.

81 Immo aliqui existimant eam renunciationem non irritari, si modica distantia ante id bimestre fiat, quia ea distantia non mathematico modo, sed morali accipienda est. At moraliter loquendo, dicitur intra duos illos menses fieri, quod paulo antè fit. Sic Lælius Zecchius *de Repub.ecclesiast.tit.de regular.cap.3.numero 14.limitatione* 8. & pro se refert Thomam Zerolam *in praxi Episcopali.parr.1. verb.monach.in fin.* vbi id satis innuit, quamuis non ita expressè id dicat, sed confusè loquatur. Sed existimo computandos esse hos duos menses de momento ad momentum, & secundùm quod occurrit mensis in Kalendario, & quod ex illo mense deficit, accipitur de sequenti, & ita habebit ille mensis triginta dies, vel triginta vnum, vel viginti octo, vt in Kalendario occurrerit: & si occurrat annus bissextilis, computandum est tempus die correspondenti posteriori illi diẽ. Ducor, quia Tridentinum disponit à quo tempore bimestre illud incipere debeat, nempe, à die professionis futuræ, in quo eventu computatur dies de momento ad momentum, vt occurrerit in Kalendario, sicut probaui *lib.2.de matrim. disput.* 24. *numero* 15. vbi exemplis id declaraui. Insuper petit determinatam ætatem, nempe, eam quæ satis est ad profitendum post bimestre, vt diximus numero 7. At ea ætas computatur de momento ad momentum etiam in anno bissextili, vt suprà dictum est *lib.6.huius operis. cap.4.num.4.*

82 Nihil autem refert facta semel renunciatione bimestri illo ante professionem legitimè faciendam, vt quia transacto bimestri est completa ætas, & annus nouitiatus, differri professionem, ex quacumque causa dilatio contingat: adhuc enim valida erit renunciatio, quia cùm lex ea, quæ frequentiùs contingunt, spectet. *l.nam ad ea.ff. de legib.* & professio attento iure, & frequentiùs fine completis ætate debita, & anno nouitiatus, decretum hoc petens renunciationem fieri bimestri ante professionem, intelligendum est de bimestri proximo tempori, quo regulariter professio fieri debet. Item, quia in hac renunciatione saluatur omnino mens Tridentini, quæ fuit, ne temere feruoribus vocationis ductus nouitius renunciet, sed quando debita maturitate expertus est decem mensibus religionis austeritates. Facit Menochius *cons.388.num.7. vol.4.* vbi rationem, cur bimestri ante professionem facienda sit renunciatio, reddit his verbis. *Cum eo tempore iam sint notitiæ penè probatæ, & deliberatio eminenda professionis iam manifesta satis appareat cursu decem mensium.* hæc ille.

Quod si è contrà ex dispensatione Pontificia noui- 83
tius nono mense professurus esset, vel minor sexdecim annis, atque ita abbreuiaretur tempus professionis iure præscriptum, posset aliquis censere, sufficere bimestri ante id professionis tempus renunciationem hãc fieri, quia dispensatio quantumuis stricti iuris sit, extenditur ad connexa, vt probaui *lib.8.de matrim. disp.1. num.* 19. Cùm ergo ex hoc decreto connexum sit professioni, vt renunciatio fiat bimestri ante illam, dispensatio, vt fiat professio ante legitimum tempus, extenderur quoque ad hanc renũciationem bimestri proximo faciendam. Præterea, quia si non posset renunciatio fieri, nisi seruata forma huius decreti, nouitius ille nullo tempore posset bonis renunciare, quia tam decimo mense erit professus. Sed verius credo, non posse renunciare bimestri illo ante professionem, sed renunciationem debere fieri proximè professioni, vt eodem die, vel præcedenti. Ducor, quod dispensatio non extenditur ad accessoria separabilia, sed ad necessariò inseparabiliter connexa, vt diximus *eadem disput. 1.num.19.& 20.* At non est inseparabiliter connexum, vt renunciatio fiat integro bimestri ante professionem: Tridentinum enim id spatium concedens egit de professione completis legitima ætate, & anno nouitiatus facienda; ergo ea dispensatio non extenditur ad totum id tempus. Sed quia professioni est annexa facultas disponendi antea de bonis, vtpote quod post professionem fieri nequit, dicendum est, dispensationem illam extendi, vt renunciatio fiat ante professionem, etsi non seruato omnino tempore designato per Tridentinum, quia seruari nequit; erit tamen seruandum in quantum fieri potest, facta renunciatione proximè professioni; credendum enim est, Pontificem quàm minimum fieri potest, voluisse derogare Tridentino: sic enim seruabitur in quantum fieri potest, matura deliberatio ante renunciationem in eo decreto petita.

Tandem circa hanc solemnitatem id obseruandum 84
est, si nouitius ante finem anni religionem deserat sine tacita, siue non facta renunciatione, atque iterum pœnitentia ductus redeat, renunciationem illam, quæ eo egressu irrita facta fuerat, minimè conualescere: id enim nullo iure cauetur, sicut nec computatur illud nouitiatus tempus. Quare sicut nouitiatus inchoandus est, vt probauimus *lib.5.huius operis. cap.4. num.* 51. ita tempus illius renunciationis inchoandum est, & solo bimestri ante professionem finito anno nouitiatus faciendam debet fieri. Si tamen absoluto nouitiatus anno egrederetur nouitius, indigeret noua renunciatione, quia prior illa, etsi legitimo tempore facta, corruit egressu, ac proinde repetenda est, vt valeat. Sicut autem non requiritur nouus annus nouitiatus, sed potest statim legitimè profiteri, vt probauimus eodem cap. ita poterit statim atque ingressus fuerit hanc facere, siue differatur professio, siue non.

* *

CAPVT VI.

De solemnitatibus aliis vltra petitas per Tridentinum ad renũciationis nouitiorum valorem.

SVMMARIVM.

An ad firmitatem huius renunciationis, ne monasterium illa non obstante succedat exigatur, vt monasterium consentiat renunciationi nouitij, & renunciatio hereditatis habeat tacitam conditionem, si ea renunciantis deferatur? refertur quædam sententia. n.1.

Sententia authoris. n.2.

An consilium sit, quod interueniat quoque consensus monasterij? n.3.

An in renunciatione hereditatis, vel legati, siue delata, siue non delata sint, exigatur consensus monasterij, an potius sufficiat solius Prælati absque solemnitatibus in alienatione bonorum Ecclesiæ petitis, petitique, tenaciterque retinere, si absque causa renunciet? n.4.

Quid si hereditas esset adita à nouitio ante professionem? numero 5.

An valeat venditio facta monasterio absque prædictis solemnitatibus relata in tempus professionis? n.6.

An sufficiat renunciatio tacita monasterij? n.7.

An in alienatione bonorum Ecclesiæ, & in hac renunciatione exigatur triplex tractatus? n.8.

An si quis renunciet fideicommisso conditionali, ad quod vocabatur, conditione impleta post professionem succedat monasterium? n.9.

An monasterio, vel ingredienti religionem competat ius irritandæ renunciationis ratione enormissimæ læsionis, vbi competens dos assignata est? n.10.

Quid si nulla dos recipiatur? n.11.

An pactum iureiurando firmatum, seu bonorum renunciatio hac lege, si ingressus fuerit religionem, valeat? numero 12.

An in hac hereditatis renunciatione debeat fieri mentio legitima? n.13.

An debeat quoque fieri mentio bonorum, quæ filiis priorie matrimonij reseruantur, transeuntibus parentibus ad posteritas? n.14.

An oporteat mentionem fieri cuiuscumque hereditatis suæ ex testamento, siue ab intestato? n.15.

An oporteat explicare renunciationem fieri, etiamsi omnis posteritas deficiat? n.16.

An oporteat libertatem relinquere parentibus, vt quoquo modo velint de ea disponant? n.17.

An in hac renunciatione desiderentur solemnitates iure consultæ? n.18. & 19.

An desideretur iuramentum? n.20.

1 PRIMA solemnitas, de qua iure optimo dubitari potest, est, an exigatur renunciatio quoque monasterij, quod habet ius succedendi, an sufficiat sola ipsius nouitij, quando nouitius renunciat hæreditati nondum acquisitæ: Nam plerique existimant renunciationem hanc nouitij quamcumque iureiurando firmatam, non posse nocere monasterio, quando nouitio iam professo obeunt parentes, quorum hæreditati renũciatamque ita dicunt plenè in eam tunc successurũ monasterij, petinde ac si nulla renunciatio à nouitio præmissa esset. Dueuntur, quod renunciatio habeat tacitam conditionem, si renunciantis hæreditas deferatur; ac ea non delata corruit, vt vltra Doctores statim algandos docent Paulus *l. qui superstite. 93. num. 3. ff. de acquirenda hereditate.* & ibi Imola *num. 1.* idem Paulus *l. pactum dotal. 3 num. 7. C. de collat.* & ibi Alex. *num. 7.* Decius *num. 18.* Rolandus *cons. 11. num. 2. & 5. vol. 1.* Cephalus *cons. 14. num. 28. & 41. & cons. 143. num. 19. & 48. vol. 1. & cons. 405. num. 5. vol. 3.* Natta *cap. quamuis pactum, de pactis. in 6. part. 2. nu. 87.* (habetur *tom. 6. tractatuum. part. 2.*) Menchaca *l. si quando. §. illud. num. 56. C. de inofficioso testamento.* Suarez *l. quoniam in prioribus an decl. ad l. regni, limitatione 4. num. 5.* Marantà *in suis disputationibus iuris ciuilis disputat. 10. num. 14.* Surdus *cons. 85. num. 35. & cons. 135. num. 28. & cons. 437. vol. 1. & cons. 352. num. 5. vol. 3. & cons. 264. num. 44. vol. 2.* Sed tempore delationis non defertur monacho tanquam iam per professionem incapaci, sed immediatè defertur monasterio capaci succedendi (vt iuxta vertiorem opinionem defendemus infrà:) ergo cùm monasterium non renunciarit, merito succedet non obstante monachi renunciatione, quæ nullius prorsus vtilitatis fuit, sed omnino corruit deficiente conditione tacitè inclusa, si hæreditas sibi deferretur. Nec obstat, si dicas intelligi in ea conditione, si renunciantì deferatur hæreditas: nam supplendum est, vel alij loco eius, vel ex eius persona, vel causa. At impleta est conditio, quia monasterio deferitur hæreditas ex persona monachi, & eius causa. Sed hoc (inquiam) non obstat, quia causam delationis monasterio esse professionem monachi, non mutat essentiam rei, & sic delatio hæreditatis monasterio fit iure proprio: nam licèt pater causa sit, vt eius filius succedat auo, non tamen successio nepotis regulatur secundùm capùt patris, sed ex propria persona. *l. 1. §. si sit nepos. ff. de collatione dotis.* Secundò, quia renunciatio censetur facta eo momento, quo hæreditas defertur, quasi tunc impleta conditione, & ab eo tempore incipit habere effectum, vt tradunt Paulus *ea l. pactum dotal. num. 7.* & ibi Alexand. *num. 7.* idem Paulus *d. l. qui superstite. num. 3.* Cephalus *cons. 143. num. 48. vol. 1.* Cùm ergo tempore, quo defertur hæreditas, sit monachus incapax renunciandi, ea renunciatio carebit prorsus effectu. Quippe idem est fieri rem tempore inhabili, & referri ad tempus inhabile. *l. quod sponsa. C. de donationibus ante nuptias.* Nam si actus impefectus veniat ad casum, à quo non potest incipere, vitiabitur. *l. pluribus. §. esse placeat. ff. de verborum obligat.* Tandem id probatur ex doctrina Pauli *l. finali. num. 5. C. de bonis, quæ liber.* in fortioribus terminis hoc tenentis, vbi ait, si filia iureiurando renunciarit bonis matris superstitis, & postea mater obiit viuente filia, renunciationem carere effectu respectu patris; quippe intelligitur sub conditione, si ei deferretur hæreditas. At cùm mater præmoritur, dicitur hæreditas delata filiæ, quo tempore iam repudiate nequit obstante patria potestate: ergo simile est in nostro casu. Et ideo hanc sententiam, quæ valde probabilis est, sustinent Marian. Socinus senior *tomo cons. 183. vol. 2. & l. 2. numero 5. ff. de his, quæ pœnæ nomine.* Ruinus *cons. 204. à numero 8. vsque ad finem. vol. 1.* vide Socin. inter consilia eiusdem Ruini, *cons. 205. numero 1. & 15. vol. 1.* Felinus inter eadem consilia, *cons. 206. numero 5.* Corneus inter eadem consilia, *tomo cons. 207.* idem Corneus *tomo cons. 272. lib. 3.* Bolognetus *l. final. numero 114. C. de pactis.* Beccius *cons. 74. numero 13. vol. 1.* Tello latissimè *C. 6. Tauri, a numero 55. vsque ad 63.* Rojas *episcopus success. cap. 7. numero 30.* Serapbius *de priuilegiis iuramenti, priuilegio 22. numero 59. ad finem. & num. 57. fine.* Spino *speculo testament. glos. 11. principalis. num. 11.* Iacobus de Bereta *cons. 70 num. 2. paulo ante vers. causa ex his. vol. 1.* Azor *tom. 2. instit. moral. lib. 2. cap. 28. quæst. 6. fine.* & fauet Alciatus *l. final. numero 67. C. de pactis.* vbi ait valere hanc renunciationem, si cum filia, & monasterio paciscatur pater.

2 Verius tamen est, non esse necessariam monasterij renunciationem, sed ea facta à solo nouitio, excludi monasterium ab hæreditate post professionem delata nouitio. Ducor, quia monasterium non succedit in bona professi, nisi quatenus professus ille, cuius personam repræsentat, habebat succedendi eius. At quando prius nouitius renunciarat, nullum ius succedendi habet, etiamsi professus non esset: ergo nec monasterium habet illud ius. Nam absurdũ est plus iuris monasterio ex monachi

monachi persona concedere, quàm ipse monachus si sui iuris perseuerasset, habiturus esset. Cùm in hac materia longè fortius, & pinguius ius sit, quod quisque ex persona sua, quàm quod ex alterius persona consequitur; argument. *text. in §. finali. instit. de vulgar. & l. qui liberis. §. hæc verba. ff. eodem tit. & l. si paterfamilias. ff. de hæred. instituend.* Secundò, quia dum traditur hæreditatis renunciationem habere tacitam conditionem, si hæreditas deferatur, intelligendum est, si deferatur ipsi renunciantì, vel alteri ex eius persona, vel eius ratione, & causa. Nam tunc renunciatio ab initio valida refertur ad hæreditatem futuram, quæ vel ipsi renunciantì, vel alteri iure ipsius renunciantis delata sit. At in præsenti defertur monasterio hæreditas ex persona monachi, & non alia ratione, nec causa. Cùm ergo iam monachus ille per renunciationẽ fuisset ab ea hæreditate exclusus, nullum ius in ea consequitur monasterium. Nec obstant contraria: nam ad 3. constat ex ratione hac proximè adducta. Ad replicam respondeo, diuersam esse rationem in nepote, quia tanquam legitimus descendens est hæres necessarius aui præmortui, & ex propria persona succedit, vt tradit cùm aliis Couarr. *de pactis. 5. p. 8. 1. num. 7. & §. 2. num. 4. & vlt.* At monasterium non est hæres necessarius, nisi quatenus personam monachi repræsentat, & eius ratione, & causa; & ideo monacho eo mortuo ante ipsius parentes, nulla ratione parentibus succederet. Nec obstat secunda ratio; quia quando renunciatio fit tempore habili, & postea aduenit casus, in quem collata fuit, censetur negotium contractum esse tempore renunciationis, & ad illud retrotrahitur. *Iunc emptio. ff. de contrahendis emptionibus. & l. potior. 5. videamus. ff. qui potiores in pignore habeantur.* Tandem non obstat doctrina Pauli in contrarium adducta, quia de eius veritate consulendi sunt Couar. & Menchaca statim allegandi, & Molina *tomo 3. de iustitia. disput. 379. num. 18.* & licèt eam tueantur, Menchaca statim referendus conatur ibi probare, diuersam esse rationem, quàm in casu nostro. Et ideo pro hac sententia est ferè expresè Decius *cons. 31. num. vltim. vol. 1.* vbi ait nullatenus integrum esse monasterio læsionem aliquam ex monachi renunciatione intentare, nisi eam, quam possit ipse monachus in seculo manẽs: & in propriis terminis eam tenet Cagnolus *l. final. in 1. edit. num. 193. in 2. num. 113. C. de pactis.* & ibi Purpuratus *num. 171. & 172.* Couar. *cap. quamuis pactum, de pactis in 6. 5. p. 5. 2. num. 3.* & ibi Gutierrez *§. dum nuptui tractabatur. num. 1.* Gama *decis. 371. num. 5.* Mena *additionib. quibus vicibus obtinuisse.* Menchaca *de success. creat. lib. 2. §. 18. à num. 95. vsque ad 97.* Baeza *de non melior. fil. cap. 14. num. 31.* Benedictus Egidius *bl. ista si non nupserit. 1300. p. 1. num. 51. vt. de condit. & demonstrat.*

3 Quamuis autem iuxta hanc sententiam non sit necessaria renunciatio monasterij, at est valde vtile, & consilium cautissimum esset, illam procurare, ad vitandas varias Doctorum opiniones, & lites, quæ ex ea varietate oriri possent. Et ita docent Purpuratus *l. finali. num. 174. & 175. fin.* Cagnolus *ibi, in antiqua editione. numero 194. in nova. num. 115.* Couar. *de pactis. 3. p. §. 2. n. 3. vers. contrariam sententiam.* Gutierrez *ibi. num. 1.* Baeza *eo num. 31.*

4 Insuper aiunt Couar. & Gutierrez ibidem, esse sanum, & tutum consilium, vt accedat renunciationi nouitij consensus Prælati, & conuentus, qui in acquirenda illa hæreditate possunt monasterio præiudicare. Quamuis autem non dubitem id esse tutius, vtpote quod nulli opinionum periculo subest, non existimo tamen necessarium: & multo minus necessarius est consensus monasterij, quia cùm ea hæreditas nondum sit acquisita, nec delata, sed acquirenda, & deferenda, potest solus Prælatus eam repudiare, nec exigitur solemnitas aliqua ex petitis ad alienationem bonorum Ecclesiæ, vt in propriis terminis docet Petrus Caualos *cons. 104. à num. 1. vsque ad 4. vol. 1.* & alij quos adducemus num. 7. & in fortioribus terminis, nempe in hæreditate iam monasterio delata, nondum tamen adita, & in legato iam delato probani multis Doctoribus allegatis, & contrarius respondi *lib. 6. de matrimonio. disp. 4. num. 11. & 12.* quamuis in hæreditate illa iam delata, & in legato non desint contrarium tenentes, quos ibi retuli; & vltra illos id probat alios allegans, dicens exigi consensum Capituli in renunciatione hæreditatis, Berosius *cap. 1. num. 108. de in integrum restit.* & Tapia *authent. ingressi. verb. ipso ingressu. in princ. num. vlt. C. de sacrosanct. Eccles.* & latè Marchabrunus ab Anguillis *cons. 30. num. 253. & sequentib. volum. 1.* Simon Cerus *tract. de decreto. lib. 3. nu. 8. inspect. 9. à num. 63.* & loquens de hæreditate, & de legato Vincentius de Franch. *decis. Neapolitan. 14. à num. 17. vol. 1.* & Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas. 171. num. 52. & cons. 73. num. 8. & sequentib. volum. 1.* At contrarium est verius, & vltra Doctores ibi allegatos, tenent Rolandus latè id probans *cons. 15. à num. 13. vsque ad finem. vol. 1.* Decius *cons. 269. num. 8. vol. 2.* Redoanus *de rebus eccles. non alienand. cap. 12. à nu. 9.* Cauallos proximè citatus, Iacobus de Bereta *cons. 70. num. 1. vol. 1. & cons. 53. à num. 21. eodem vol. 1.* Romanus *loco cons. 184.* & ibi Horatius Mandosius *in addition.* Quintilian. Mandosius *addit. ad Lapum allegatione 25. vers. penult. & vltim.* vbi & alios refert Burlatus *cons. 50. num. 32. vol. 1.* concludens *num. 35.* cum Benedicto de Castro per ipsum allegato, in tali remissione iuris quærendi facta per Prælatum, nec solemnitatem aliquam, nec alterius superioris licentiam requiri, & *cons. 55. à num. 21. eodem vol. 1.* Et quamuis peccet sic repudians absque iusta causa, & teneatur ex bonis propriis, aut peculio, si quæ habet, restituere Ecclesiæ absque solẽnitate, vt vtrumque probaui *lib. 6. de matrimonio. eadem disput. 4. num. 14. & 15.* ibi *num. 17.* probaui secus esse si Prælatus veller cedere, seu renunciare hæreditati illi in alicuius fauorem, aliàs non successuri, nisi ex hac renunciatione, seu cessione in fauorem suum facta: hæc enim solemnitatibus prædictis indiget, quod sit vera donatio, & alienatio; eo enim ipso quod cedit tacitè, & priùs natura hæreditatem adit: licèt non desint qui dicant idem in ea renunciatione, quos retuli ibi *num. 16.* & vltra ibi allegatos, quod in hac renunciatione non sit opus solemnitatibus, tenent Burlatus *cons. 55. num. 21. vol. 1.* Vincentius de Franch. latè probans *decis. 14. Senatus Neapol. num. 25. & 26.* dicens sic decidisse illum Senatum.

5 Si tamen hæreditas esset adita à nouitio ante professionem, nec illi renunciasset, nequit Prælatus post professionem repudiare absque iuris solemnitatibus, quia cùm per professionem vniuersa monachi bona transeant in dominium, & possessionem monasterij, vt infrà dicemus, ea repudiatio esset rei perfectè acquisitæ, & sic vera rerum Ecclesiæ alienatio; & sic docet Caualcanus *decis. 1. n. 52. p. 3.* Iacobus de Bereta cum aliis per ipsum allegatis *eo cons. 70. num. 2.*

6 Quare optimè dixit Bimius *cons. 32. à num. 11. vsque in finem. vol. 1.* non valere venditionem, qua monachi vendunt bona immobilia nouitij in tempus professionis absque solemnitatibus iuris. Quia venditio illa effectum suum sortiri nequit, nisi acquiratur dominium illorum bonorum; eo autem acquisito sunt bona ecclesiastica: secus autem ait esse, si nouitius consenserit venditioni, quia tanquam rei illius dominus potuit.

7 Sufficeret autem renunciatio tacita monasterij illius hæreditatis delatæ monacho, & nondum ab illo aditæ, vt si patiantur conniuentibus oculis eam ab alios monachi consanguineis possideri, ad quos fortè Abbas, & monachi pietate mouentur, vel affectu, vt optimè tradit Baldus *authent. si qua mulier. num. penult. C. de sacrosanct. Eccles.* & Ambrol. de Opiz *in repetitione l. filiusfamilias.*

§. *Duci. num. 76. ff. de leg.ut.1.* & Vincentius de Franch. *decisione Neapolit.1.4.num.16.p.1.*

8 Frustra autem Montretosius *in sua practic.tractatu 7.* in scriptura renunciationis nouitiæ cum consensu monasterij ponit tres tractatus, quasi illi necessarij sint; quippe etiam in rei ecclesiasticæ alienatione non sunt necessarij tres tractatus, sed vnus sufficit, quod satis significat Glossa *cap.1. verb.tractatur de rebus Ecclesiæ non alienandis.in 6.* dum dicit vtile esse repetere tractatus, quasi sentient id non esse necessarium. Quod idem innuit ille textus mentionem tractatus in singulari faciens, & tenet multis citatis Auédasio *de exequend.mand.Reg.p.1. cap.4.num.34.* Quod intellige, nisi aliud induxisset consuetudo, quia licèt consuetudine nequeant solemnitates petitæ in alienatione rei Ecclesiæ minui, vt pulchrè cum duodecim sullentiis tradit Felinus *cap.cum consuet. num.11. de re iudic.* at possunt ex solemnitates augeri, vt bene tradit Auendaño *eo cap.4. num. 31. vers. & hanc opinionem.* Si ergo tres tractatus non petuntur in alienatione hæreditatis aditæ, nedum in renunciatione nondum aditæ, immo nec delatæ petentur.

9 Ex prædictis deducitur primò, si quis renunciaret fideicommisso conditionali, ad quod vocabatur, & postmodum ingressus fuerit religionem, at post professionem conditio fideicommissi euenerit, nempe moriens filius, qui gratuitus fuerat restituere, non posse monasterium consequi id fideicommissum, quod ex renunciatione legitimo tempore facta exclusum fit. Sic Couarr. *de pactis.3.p.§.2.num.5.vers.non obstat.*

10 Secundò deducitur, nec monasterio, nec ingredienti religionem competere ius irritandæ huius renunciationis nomine enormissimæ læsionis, si nouitia contenta dote competenti pro sui, ac monasterij qualitate, & consuetudine renunciat cum iuramento reliquæ parentum hæreditati opulentissimæ, ex qua in quintuplo, & longè maiori quantitate obtinere debebat legitimam partem, quia nec mulier illa est læsa, nec monasterium: non mulier, quia prudentissimè cum statum elegit, & bona illi competentia, & nisi reliquis renunciasset, in ea non ipsa, sed monasterium succederet: non monasterium, quia læsio supponit id, in quo quis dicitur læsus, esse suum, aut aliquo modo illi debitum. At bona huius renunciationis nec eo tempore erant monasterij, nec illi vnquam debita, vtpote quod tantùm habet ius succedendi quando ante professionem illis renunciatum non est; & ita tradunt Aymon *cons.160.num.1.vol.1.* & *cons. 938. num.8. vers. secundo respondeo. vol.* 5. Decius *cons.31.num.vlt.vol.1.* Cephalus, quamuis obscurè, *consil. 467.num.39.fin.vol.4.* Petrus Cauallos *cons.104.a n.17. vsque in finem.vol.1.* Couarr. *cap.quamuis pactum.3.p.§.2. num.3.* & ibi Gutier. § *dum nuptias tradebatur. numero 3.* Molina *lib.2. de primogen. cap.3.num.27.* Burgos de Paz *cons.3.a num.2.vsque ad 7.vol.1.* Menchaca *de success.creationc.lib.2.§.18. nn.100.* & *118.* & meliùs *à n.129.* concludens *num.210.* sic obseruari. Ioannes Garzia *de nobilitate.glossa 17.num.10.* Mandel. *cons.304. num.20. vol.2.* & ibi Vincentius Annibaldus eius additionator, Marcus Antonius de Amatis *in decisionibus Rotæ prouinciæ Marchiæ.decisione 46.num.24.* & *25.* Stephanus Gratianus *in decisionibus eiusdem Rotæ Marchiæ.1.p. decis. 40. à num.3.vsque in finem.* Cauallos *in suis quæstionibus communibus.quæst.115.num.75.* Azor *tomo 2.instit.moralium. lib.2.cap.28.quæst.5.* alter Molina *tom.3. de iustit.disp.579. num.17.* & absolutè monachos non posse allegare in renunciationibus læsionem etiam enormissimam, tenet alios allegans Fuluius Pacianus *consil.132. numero 68. vol.1.* Quare minus bene Cephalus *consil. 62. num.14.* & *sequentib. vol.1.* contendit renunciationem cuiusdam nouitiæ fuisse nullam ratione enormissimæ læsionis.

11 Immo valet id pactum, etiamsi nouitia nullam dotem recipiat. Quia potest id iuramentum absque peccato seruari, atque multis aliis citatis tenet Couarr. *eodem §.2.num.4.vers.3.ratio.* Gutierrez *eodem cap.quamuis pactum.§. vt dote contentæ.num.1.* Seraphin. *de priuilegiis iur.priuileg.21.num.15.* Antonius Gomez *l.22.Tauri. num.7.* Morquetus *de diuisione bonorum. lib. 4. cap.5. num. 63.* Menchaca *eodem §. 18. num. 105.* & *104.* vltra alios, quos ibi refert, quorum opinionem dicit Azor sibi magis placere *tom.2.instit.moral.lib.2.c.28.q.7.*

12 Sed vrgentius dubium est, an valeat pactum iureiurando factum, seu renunciatio iurata sub hac conditione, si ingressus fuero religionem. Negant quidam, sicut si conditio fit, siue ingrediar, siue non, quod ea conditio turpis sit, vtpote quæ à religionis ingressu auertit. Sic Purpuratus *l.finali.num.171.172.173. de pactis.* & ibi Bolognetus *num.114.* & ibi Curtius iunior *num.1.* & ibi Cagnolus *in 1. edit.num.191.* & *194. in 2. numero 115.* Bartholom. Socinus inter consilia Ruini. *cons.205.num.6.vol.1.* Seraph. *de priuilegiis iuramentis.priuileg.21.num.37.* idque limitant Purpuratus, Cagnolus, & Bolognetus ibi, nisi id pactum ineatur, quando quis est proximus, & dispositus ad ingressum, quia non est verisimile fore, vt tunc ob id pactum retrahatur. Cæterùm existimo id pactum subsistere, quod minimè à religionis ingressu retrahat: cùm enim religionem ingrediens voluntariam paupertatem eligat, abdicatio bonorum non retrahit ab hoc ingressu. Et ideo hanc partem sustinent Bart. *ea l.fin. in 1. lectura. num.6. fin.* & *num.9.* & ibi Decius *num.28.* Couarr. *de pactis.p.3.§.2.num.4. vers.3.ratio.* Mieres *de maioritate.in 1.edit.1.p.quæst.3.* Riminald. iunior *cons.164.num.12.vol.2.* Menchaca *de succession.resol.lib.3.in l.si quando.§.illud.num.19.C.de inofficit. testament.* Molina *tomo 3. de iust.disp.579.num.16.* & *tomo 1.disp.207.* Velascus *de parentum.cap.16.num.4.*

13 Insuper est sanum consilium, vt in hac hæreditatis renunciatione expresè etiam mentio fiat de renunciatione legitimæ paternæ, & maternæ, & non solùm explicetur hæreditas paterna, & materna, quia sic obuiatur contrariis opinionibus, quas referemus cap. sequenti. num.3. & 4. & sic docet Gutierrez *c. quamuis pactum. §. omnino seruari debebit.num.6.*

14 Præterea, vt plena sit renunciatio, in ea non sola hæreditas, & legitima explicanda sunt, sed etiam bona, quæ parentes habuerint ex filiis priotis matrimonij, si fortè eos habeant, quia in renunciatione hæreditatis paternæ, & maternæ, & legitimæ hæc bona non comprehenduntur, vt dicemus cap. sequenti. num.7.

15 Item oportet, vt renunciatio sit hæreditatis cuiuscumque tam ex testamento, quàm ab intestato, tum quia renuncians legitimæ, & hæreditati parentum, non censetur renunciare hæreditati consanguineorum ab intestato, vt dicemus cap. sequenti. num.6. tum etiam, quia aliqui sentium renunciationem hæreditatis paternæ id tantùm operari, ne renuncians possit venire contra testamentum paternum, non autem ab intestato ei succedat, vt dicemus cap. sequenti. num.1. & ideo ad tollendas hiusmodi dubitationes consilium est hoc exprimere.

16 Deinde consilium est, vt renuncians expliceat se in omnem euentum renunciare, etiamsi omnes parentum descendentes intereant, quia renuncians absolutè censetur renunciare in fauorem aliorum descendentium, atque ita illis postea mortuis succedit in bona paterna, vt dicemus cap. sequenti.

17 Præterea, si renuncians, aut parentes velint, vt remaneat parentibus libera bonorum, quibus renunciatur, dispositio, vt possint cuicumque descendenti, vel extraneo ea liberè relinquere, oportet id in renunciatione exprimi: nam hoc non expresso, cùm renunciatio censeatur facta in fauorem descendentium, succedent illi in ea bona, sicut in alia parentum.

18 Sed an in hac renunciatione desiderentur solemnitates iure ciuili petitæ, vt si renuncians sit minor, iuramentum, si renunciet hæreditati parentum in fauorem ipsorum, similiter iuramentum, & insinuatio, si excedat quingentorum solidorum quantitatem; & an interuenire etiam debeat authoritas curatoris, & decretum Iudicis, graue dubium est: nam vera sententia contra Marianum *tractat. obligat.libr.1.q.quæst.5.* docet non posse minorem disponere ad pias causas absque iuris solemnitatibus, nempe, sine authoritate curatoris, atque etiam sine decreto Iudicis, si res alienandæ sint immobiles, vt tradunt per *l.2.§.vero.ff.de pollicitationibus.* Innoc. *cap.in præsentia.num.5 de probationibus.* & ibi Hostiens. *num.8.* Ioan. Andr. *num.15.* Antonius *num.55.* Abbas *num.11.* Decius *in nona edit. numero 97.* Bellameta *num.15.* Berotius *à num.160. vsque ad 164.* Ferretus *num. 36.* Mantua. *num. 24.* Tiraquel. *de legibus connubialibus.glos.8.num.1.67.* Francus *in suis quæst.in materia petitorij. quæst.4.num.7.* Angelus *verb.minor.num.2.* & ibi Tabiena *quæst.1.num.5.* Armilla *fine.* Spino *speculo testamentorum.glos.12.principali. num.47.* Mandosius *addit.ad Lapum allegat.25.verb.accessorie.* Caldas *l. si curatorem. verb.hunc contractum.nn.31. C.de in integrum restitut.* Rebellus *de iustitia. p. 1. lib. 1. quæst. 8. scil. 5. num. 50.* Præterea secundùm ius commune minor viginti quinque annis non potest donare etiam cum decreto Iudicis, & authoritate curatoris, vt probant multi, quos refert, & sequitur Menochius *consil. 29. num. 14. lib.1.* & *consil.388.num.1.vol.4.* & *de arbitr.iud.lib.2.casu 171.numero 43.* & *de recuperan.possess.remedio 15.num.162.* & loquendo in speciali de his, qui ingrediuntur religionem, docet Decius *cap. in præsentia. nouæ editionis.num. 248. de probat.* minorem prodigum, vel aliàs inhabilem, ex eo quod velit ingredi religionem, non habilitari ad disponendum casu, in quo aliàs prohiberetur, nisi ad illud, quod in consequentiam venit ex ipso ingressu, vel nisi conseratur dispositio in piam causam; & Natta *consil.380.num.7.vol.1.* dicit donationem factam à minore volente ingredi religionem, sine authoritate tutoris, & decreto Iudicis valere, si fiat monasterio, quia non præiudicatur minori, eo quod monasterium habeat ius succedendi in illius bona: secus si donatio fiat alijs tempore ingressus, quia tunc ait non valere; & Rebellus citatus *eo num. 50.* tradit ante ingressum absque iuramento, & authoritate tutoris non posse minorem disponere, secus post ingressum ante professionem. Mandos. verò citatus ait, quod donatio absque curatore tunc valet, quando est accessoria personæ, vt si quis se, & sua donet religioni; consonat Lapus *numero 3.* dicens dispositionem vt accessoriam ad ingressum valere.

19 Dicendum est, donationem factam à minori intuitu ingressus, etiamsi fiat in fauorem personæ priuatæ, validam esse, quamuis in ea donatione non obseruentur prædictæ solemnitates à iure requisitæ in dispositione minorum. Colligitur hæc conclusio ex aliquibus Doctoribus citatis; & eam latius probat Berotius *eo cap. in præsentia. à num.1.* & *3.* quem alij plures sequuntur. Ducor, quia *in cap. de hys.qui fiat, de sepulturis,* qui textus loquitur de volentibus transire ad loca religiosa, sic dicitur; *liberum est eis tunc bona sua non solum religiosis, sed etiam quibuslibet priuatis conferre personis.* Vbi notandum est, verbum *liberum est,* quod importat absque alicuius authoritate, & licentia, & dispensatione, vt tradunt Glossa *Clem.2. verb.libere.* & ibi Imola *num.13.* & Cardinal. § *& ex facilius. num.2. de iure patronatus.* & Glossa *Clem.finali. verb.liberè.de emt. & qualiter.* & ibi Imola *num.1.* Cardinalis *num.2.vers.ab.3.* & *Clem.dudum.§ & ab olim. quæst.19. num.20. de sepult.* Importat etiam nullius contradictionem, vel iuris impedimentum obstare, vt tradunt Card. *ea Clement.finali.num.1.* Alexand. *l.si mihi.* & *Titio. in princ. num.1. ff. de verbor. obligat.* Secundò ducor, quia *in §. illud quoque authent. de monachis.* concedituir volentibus ingredi religionem, quo voluerint modo vti bonis; quæ verba solemnitatem legis remouent. *l.1. ff. de militari testamento.* & *l.1. C. de sacros. Eccles.* nec restringuntur ea verba ad donationem, quæ fit monasterio, nec ad testamentum; verbum enim (*eis*) generale est ad omnem dispositionem etiam inter viuos: & quamuis textus non loquatur expresè de minori; ât ratio in textu addita, nempe, post ingressum abdicandum esse rei dominium, procedit etiam in minori. Et hoc quidem verum est, vt tradit ibi Berotius *eo num.155.* & probant rationes prædictæ, non solùm quando nouitius iam effectus disponit, sed etiam quando antea intuitu ingrediendi religionem. Atque ita Abbas *in cap. in præsentia. num.54. de probat.* Rosel. *verb. legave. num.17.* Angelus *verb. minor. num. 2.* & ibi Syluester *fin.* & ibi Tabiena *quæst. 2. numero 3.* Armilla *fin.* Ludouicus Lopez *lib. 2. de contractib. cap. 39. quæst. 3. notab. 5.* aiunt absolutè minorem intrando religionem posse testari, vel aliter de rebus suis disponere absque curatoris authoritate, & decreto Iudicis, quia fingitur mori.

20 Vnde infertur, non esse necessarium iuramentum in hac minoris renunciatione, ne tanquam minor possit restitui, iuxta *authent. sacramenta pub. C. si aduersus vendit.* quia cùm disponat abdicando à se dominium, vt paupertatem religiosam in religione obseruet, efficit id, quod prudentissimus quisque faceret, in quo euentu non datur restituto minori. *l. verum. §. sciendum. ff. de minoribus.* & *l.finali. C. de restitut. in integrum:* atque Sforcias Oddo *de restitut.in integrum.p.1.quæst.15. toto art.12.* ex multis probat, minorem facientem actum pium, etsi omnia bona donet, non iuuari beneficio restitutionis.

CAPVT VII.

Quæ bona comprehendantur in hac nouitiorum renunciatione, & in quæ tanquam comprehensa succedat post professionem monasterium, non obstante ea renunciatione.

SVMMARIVM.

Renunciant hæreditati parentum non potest succedere circa ipsorum testamentum, nec ab intestato. n.1.

Et filios præterquam in paterno testamento nequit illud rumpere. num.2.

An ea renunciatio excludat filium à legitima? referur quædam sententia. n.3.

Explicatur sententia authoris. n.4.

An possit petere alimenta, quamuis huic iuri cum iuramento renunciauerit? n.5.

An excludatur hic renuncians ab hæreditate fraterna? numero 6.

An excludatur à bonis, quæ alioquin eius parentes transeunt ad secundas nuptias comparata ex filiis prioris matrimonij? num.7.

An excludatur à bonis maioratus feudi, vel emphyteusis? n.8.

An excludatur à bonis, quæ sunt de trunco? n.9.

An possit à parentibus hæres institui, vel donationem inter viuos, aut legato aliquid ab eis accipere; & commissarius ad faciendum testamentum paternum possit hunc instituere? n.10.

Quid si renuncians inuasset se nec ex testamento, nec ab intestato successorum? num.11.

An hic institutus recuperet iura suitatis, & transmittat hæreditatem non aditam ad suos heredes? n.12.

Quid si ea renunciatio fiat conditio testaturo, in quo renunciant institutus erat? n.13.

Quid si solis verbis generalibus institutus pater filios heredes, aut soles filios, qui non renunciarunt, & postea leget aliquid absolute filiis? n.14.

Quid si renunciatio sit facta patri in fauorem alicuius filij, vel ipsis fratribus? n.15.

An sit opus ad eius renunciationis valorem acceptatione fratrum? n.16.

Spectanda est causa, ab quam renunciatio fit, & ea cessante euanescit. n.17.

Hæc causa in dubio mentis renunciantis est ex coniecturis deducenda. n.18.

Quando existunt alij renunciantis fratres, an in dubio præsumatur facta ipsorum fauore, & ipsis, ac omnibus descendentibus mortuis perea? n.19.

Quid si nec tempore renunciationis, nec tempore mortis parentis existerent alij descendentes? n.20.

Quid si tempore mortis alij fratres existant, & repudiem hæreditatem? n.21.

Quid si solus superstes filius naturalis parentis? n.22.

Quid si sola sorores superstes? refertur quædam sententia. n.23.

Explicatur sententia authoris. n.24.

An corruat omnibus descendentibus mortuis, quando renunciatio est facta ob dotem receptam? n.25.

Quid si facta esset, vt ex iis bonis instituatur maioratus? num.26.

Quid si renunciatio stipulatur est pro se, & suis hæredibus? num.27.

Quid si fieret causâ profitendi in religione? refertur quædam sententia. n.28.

Sententia authoris. n.29.

Quid si in eum finem facta esset, vt instituerentur opus pium? num.30.

Quid si superstes descendens quando moritur parens, & illo viuo renunciet, & quando satis sit conditionem momento implere? n.31.

Quid si renunciatio fiat solo masculorum fauore, & superstes sola neptis ex filio, vel filius, & neptis ex alio filio? numero 32.

An filius naturalis possit institui hæres à patre, relicto solo filio legitimo, qui hæreditatem renunciarit? refertur quædam opinio. n.33.

Explicatur sententia authoris, & lex regia 10 Tauri. n.34.

Quid si extarent nepotes filij renunciantis? n.35.

Quid si iam ille filius legitimus erat in religione capaci professus? n.36.

Renunciatio hæreditatis paternæ an noceat nepotibus, quando mortuus est antea viuo eorum parente? n.37.

Quid si omnes alij descendentes obiissent? n.38.

Quid si ea renunciatio non facta fuisset contemplatione alicuius? n.39.

An possit filium confunire se exhæredari in præiudicium nepotum? n.40.

An quando renuncians obiit viuo parente, eius renunciatio noceat nepotibus? refertur quædam sententia. n.41.

Sententia authoris. n.42.

Quid si tunc veniret nepos ad successionem auo cum suis auunculis? n.43.

Quid si parens dote recepta renunciasset? n.44.

An dos illa sit computanda in legitimam nepotum? n.45.

Quid si nepotes sint hæredes renunciantis? n.46.

Quid si agant vt hæredes illius, vel sibi patrem renunciasse pro se, & suis hæredibus? n.47.

Quid si parens promisit euictionem? n.48.

An renunciatio hæreditatis adire teneatur natiuitate filiorum? n.49.

Quid si tantum sit delatum? refertur quædam sententia. n.50.

Sententia authoris. n.51.

Quid si renunciatio hæreditatis illius sit in alicuius fauorem? num.52.

An legato relicto alieni, si professus fuerit in religione, possit ipse renunciare? n.53.

An dicta de renunciatione hæreditatis ascendentium facta à descendentibus, sint dicenda de renunciatione hæreditatis descendentium facta ab ascendentibus. n.54.

An quoties corruit renunciatio, & succedit renunciantem succedat monasterium hæreditatis capax, in quo ipse est professus? num.55.

QVAMVIS hæc quæstio nõ sit peculiaris in nouitiorum renunciatione, sed æquè locum habeat in quorũcumque aliorum renunciationibus, vt tamẽ plenius sit tractatus hic, & vt sciatur in quæ bona succedat monasterij post nouitij professionẽ, nihil obstanti prioris eius renunciatione, oportet quæstionẽ hanc enodare, quod breuiter aliquibus conclusionibus fiet. Prima conclusio sit. Hæc hæredis renunciatio absque vlla limitatione facta excludit renunciantem ab omni successione tam ex testamento, quàm ab intestato parentum, quorum hæreditati renunciatur; atque ita non solùm non succedet circa testamentum illorum, in quo ipsum præterierẽt, sed nec etiam ipsis ab intestato decedentibus succedet. Hæc est contra aliquos, quos referunt auctores citandi, qui aiunt à sola successione ex testamento excludi, ac proinde illum succedere parentibus ab intestato; quod etiam sustinet Bald. *consil. 437. num. 1. vol. 1.* quia hi ita decedentes videntur tacitè admittere filium renunciantem ad successionem eum alijs admittere. Sed ea tacita admissio est omnino neganda, vtpote quæ ex nullis consequitur deducitur, & nostra conclusio satis apertè probatur ex *cap. quamuis pallum, de pactis, in 6.* ibi; *nullam ad bona paterna regressum habebit.* At vtique haberet, si potiretur iure successionis ab intestato: & ideo hanc tenent Dominicus, Franciscus, Natta, Bart. Alex. Parisius, quos refert, & sequitur Couarr. *cap. quamuis pactum. 3. p. §. 3. num. 5.* & ibi Gutier. *§ omnino seruari debebit. num. 1.* Crotcus *l. stipulatio hoc modo concepta. num. 45. ff. de verborum obligat.* Seraphin. *de priuilegiis iuramenti. priuileg. 21. num. 14.* Menchaca *de success. creat. lib. 2. §. 18. num. 114. & num. 119.* Antonius Gomez *l. 22. Tauri. num. 8. & 9.* Menochius multis rationibus probans *cons. 6. à num. 18. vol. 1.* Molina *tomo 3. de iustitia. disput. 579. num. 13.* Guido Pancirolus *consil. 61. num. 1. vol. 1.* Carolus Puteus *cons. vnic. num. 33.* habetur post consilia Sfortiæ *tomo 1.*

1 Hinc deducitur, huiusmodi filium præteritum in testamento paterno, aut in eo exhæredatum, quamuis nulla apponatur causa, minimè posse intentare id testamentum esse nullum, quia is solus, cui hæreditas debetur, hoc iure gaudet. Cùm ergo nulla debeatur hæreditas huic renunciantì, carebit hoc iure, vt cum Bartol. & alijs affirmant Anton. Gomez & Molina ibid. idem Anton. Gomez *1. tomo variarum. cap. 11. num. 9.* Seraph. *de priuilegiis iuramenti. priuileg. 21. num. 12.* Menchaca *de success. creat. lib. 2. §. 18. num. 112.* idem Molina *1. tomo de iustitia. disp. 173. col. 1. 4. vers. qui cum iuramento;* idque probatur argumento *text. l. cum quæritur. C. de inofficioso testamento.*

2 Sed maius dubium est, an absoluta hæreditatis renunciatio cum iuramento excludat quoque filium à legitima portione, quæ ei alioquin ex bonis paternis iure debetur. Quidam censent huic renunciantì integrum esse legitimam petere, nisi specialem illius in renunciatione mentionem fecerit, argument. *l. si quando. 35. §. generaliter. C. de inofficioso testamento.* ibi; *sed legitimam partem repetat: nisi hoc specialiter sine in apocha, sine in transactione scripserit, vel pactus fuerit quod contentus relicta, vel dato parte, de eo, quod deest nullam habeat quæstionem.* Sic tenẽt Bald. Matthæus de Afflictis, Boerius, & alij, quos refert, & sequitur Tiraquel. *de primog. quæst. 55. num. 3.* & *l. si vnquam, in prefatione in noua editione. num. 144. C. de reuocand. donationibus.* Rojas *epitome success. cap. 7. num. 29.* Burs. *cons. 32. num. 49. & cons. 102. n. 11. vol. 1.* Anton. Gabr. *tomo 3. comm. opin. in mea edit. tit. de legitima. con. 8. n. 9.* Azebedo *lib. 5. recop. tit. 8. d. 1. nu. 2.* Surdus *cons. 143. n. 31. & 32. vol. 1. & de alimentis. tit. 9. q. 25. n. vlt.* vbi ait esse in finibus huius sententiæ Guid. Pancirol. *cons. 105. n. 27. vol. 1.*

Secunda

4 Secunda tamen conclusio sit. Verius est excludi sic renunciantem cum iuramento à legitima, quia *c. quamuis pallum. de pactis, in 6.* dicitur hunc nullum habere regressum ad bona paterna, quod verum non esset si legitima ei debetur; nec fauet contrariæ sententiæ *d. §. & generaliter.* quia ibi non tractatur de hac renunciatione, sed de secuntate facta hæredibus patris per filium, qua cauet se legatum à patre relictum accepisse, nec adiecit, nullam sibi superesse de repletione quæstionem. Et ideo hanc partem sustinent Romanus, Paulus, Alex. Bald. Iason, Decius, Natta, Ripa, quos refert, & sequitur Couar. *eo c. quamuis pallum. 3. p. §. 3. num. 5.* Purpuratus *cons. 307. num. 5. & 12. vol. 1.* Cephalus *cons. 642. num. 26. & 27. vol. 1.* Guido Pancirolus *cons. 45. fine. vol. 1. & cons. 52. num. 7. eodem vol. 1.* Marchabunus ab Anguillis *cons. 66. num. 72.* Pereg. *cons. 68. num. 44.* Menchaca *de succes. creat. lib. 2. §. 18. num. 110. & §. 17. num. 40. & §. 21. num. 247.* Boërius *in suis singularibus. verb. renunciatio. num. 25.* Gutierr. *de iuramento. p. 1. c. 19. n. 3. & dicto c. quamuis pallum. §. omnino seruari debebit. num. 6. & quæst. præt. tomo 1. lib. 3. q. 82. num. 2.* Menochius latè probans *cons. 71. à num. 5. vol. 1.* Molina *tomo 3. de iustitia. disput. 579. num. 13. vers. eo verò ipso.* Azor *tomo 1. instit. moral. lib. 2. c. 28. q. 5.* Cauallos *in suis quæst. communib. 100. quæst. 116.* Ludouicus Morotius *cons. 9. num. 21. lib. 1.* explicans quando esset renunciatio legitimè facta patre viuente, & *numero 24.* dicit quando renunciatio careret effectu, nisi intelligeretur de legitima.

5 Potest tamen filius renuncians petere alimenta, si tamen postea ita pauper efficiatur, vt aliunde ea non habeat, quamuis iureiurando iuri alimentorum renunciauerit, quia tale pactum aduersaretur iuri naturali, quo pater filium egentem alere tenetur. Sic multis allegatis, & latè probans Antonius Gomez *l. 22. Tauri. num. 12. fine.* Gutierrez *dicto §. omnino seruari debebit. num. 5.* & *quæst. præt. tom. 2. lib. 3. q. 62. num. 19.* Molina *lib. 2. de primogenit. c. 15. num. penult.* Rojas *epitome success. c. 21. nu. 78.* Surdus alios allegans *tit. 8. de alimentis. priuil. 56. num. 60.* Gregor. Lopez *l. 8. verb. menester. titul. 13. p. 6.* Couar. *c. quamuis pactum. 2. p. §. 6. num. 8. concl. 17. fine.* dicens in hoc casu necessariam esse relaxationem iuramenti; quod idem tradit Manuel *tom. 1. summa. in 2. editione c. 10. fine.*

6 Tertia conclusio. Virtute huius renunciationis hæreditatis paternæ excluditur renuncians ab immediata parentum successione, non autem à mediata, v.g. si frater renunciantis successit in parentis bona, decedatque ab intestato, succeder illi renuncians vnà cum alijs fratribus, quia non petit ea bona tanquam patris, sed tanquam fratris, & post adiam hæreditatẽ non est amplius patrimonium patris: at soli parentum successioni renunciauit. Atque ita docent Angelus, Alex. Paul. Atetin. Decius, quos refert, & sequitur Couarruuias *dicto cap. quamuis pallum. 3. p. §. 3. num. 2.* & ibi Gutier. *§. omnino seruari debebit. num. 7. & quæst. præt. tom. 2. lib. 3. quæst. 80. num. 5.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 44.* Anton. Gomez *l. 22. Tauri. num. 13.* Molina *tom. 3. de iustitia. disp. 579.* Boërius *in suis singularibus, verb. renunciatio. num. 22.* Menchaca *de succes. creat. lib. 2. §. 18. num. 176.* Roland. *cons. 95. n. 44. lib. 1.* Menochius *cons. 535. n. 37. & 38. vol. 4.* Seraphinus *de priuileg. iuramenti. priuileg. 21. num. 23.* Manuel *quæst. regul. tom. 2. q. 78. art. vlt.* Burlatus *cons. 347. n. 49. & 50. vol. 4.* Mentes *de maioratu. in 1. edit. 24. p. quæst. 19. n. 12.* Castillo *de vsufructu. lib. 1. c. 2. n. 63.* Azor *tomo 2. instit. moral. lib. 2. c. 28. quæst. 8. fine.* Et quamuis Decius *l. hæreditas. num. 8. ff. de regulis iuris,* hoc temperet, dummodo hæreditas fuerit per illum renunciantis fratrem adita; ex terum iure optimo hanc limitationem reprobant allegatis Zozimo, & Purpurato, Couar. *eo num. 2.* Anton. Gomez *eo num. 23.* Menchaca *num. 179.* Gutierr. *§. omnino seruari debebit. num. 9.* quia adhuc non succedit in ea bona, vt in bona patris, sed vt in fratris bona; & bene adnotat Gutierr. *num. 10. & ea quæst. 80. num. 5.* esse optimam cautelam ad vtrisque euentum cõprehendendum, renunciare hæreditati paternæ & fraternæ. Immo sufficiunt ad omnes hos casus complectendos verba adeò generalia, vt omnem succedendi modam includant, vt, renuncio omni, & cuilibet successioni, quia cùm hæ dictiones generales sint, ita omne genus successionis claudant, vt nulla persona, cui succedendum est, exempta videatur, vt latissimè probat Menochius *eodem cons. 335. à num. 15.* & præcipuè *num. 20. & 58.*

7 Quarta conclusio. Nec etiam excluditur hic renuncians à bonis, quæ alteruter eius parens transiens ad secundas nuptias comparauerit ex filijs prioris matrimonij eius fratribus, vel ex bonis prioris coniugis eius parentis, iuxta *l. femina. C. de secundis nuptiis,* quæ disponit huiusmodi bona reseruari filijs prioris matrimonij; quare in hæc bona succedit, quia absoluta hæreditatis paternæ renunciatio à solis paternis bonis debiris iure sanguinis, & successionis ipsi renuncianti excludit: hæc autem non obueniunt iure hæreditario, & sanguinis ex parente, sed tanquam bona sibi reseruata à lege in pœnam transitus parentis ad secundas nuptias. Sic tradunt Oldradus, Guido, Guillielmus Benedictus, Purpuratus & Decius, quos refert, & sequitur Couar. *dicto c. quamuis pallum. 3. p. §. 3. num. 1.* Baeza *de non melior. filiab. c. 10. num. 75.* Gutierr. *quæst. præt. tom. 2. lib. 3. q. 80. nu. 4.* Molina *dicta disput. 579. num. 11.* Azor *dicto c. 28. quæst. 8. initio.* Hieronymus Gabr. alios allegans *cons. 156. num. 15. vol. 1.* qui optimè allegatis Decio, & Ripa id limitat, nisi renunciatio fieret post transitum parentis ad secundas nuptias: tunc enim cùm eorum bonorum proprietas esset renunciantis, clauderetur in ea generali renunciatione.

8 Quinta conclusio. Neque excluditur similiter à bonis paternis, quæ nomine, seu ratione, & iure feudi pater haber, quia hæc non sunt bona hæreditaria, & sic non sunt omnino paterna, cùm solo feudi iure ad ipsum pertineant. Sic Alvaradus, Præpositus, Parisius, Grammaticus, quos refert, & sequitur Couar. *§. 3. num. 6.* Molina *eodem disp. 579. num. 22. initio.* Azor *eodem c. 28. q. 12.* Menchaca *de succes. creat. lib. 2. §. 18. num. 173. fin.* Guido Panciol. *cons. 1. num. 45. vol. 1.* Seraph. *de priuilegiis iuramenti. priuileg. 21. num. 34. & 35.* Surdus *cons. 246. num. 7. vol. 3. & cons. 237. num. 18. vol. 2.* quamuis in hoc vltimo loco, & Iason *prælud. feuderum. num. 45.* & Decius *l. 1. num. 46. ff. si certum petatur,* dicant hoc intelligi, quando quis renunciat bonis paternis, & maternis: secus quando generaliter renunciatet bonis: eodem modo limitat Seraphinus suprà. Intelligenda est conclusio, nisi ex ipso pacto colligi possit intentionem contrahentium fuisse, ad hæc quoque bona renunciationem extendi; sic Couar. & Molina ibidem. Idem dicendum est cum Molina, & Seraphino ibidem de bonis, quæ haber pater in emphyteusim; & idem ait Molina de bonis maioratus: in hæc enim non succeditur iure hæreditario, sed iure sanguinis, si loquamur non respectu primi maioratus initiatoris, sed respectu sequentium possessorum, iuxta veriorem sententiam, quam latè probat alter Molina *de primog. lib. 1. cap. 8.* & Gutierr. *quæst. præt. tomo 1. lib. 3. q. 80. num. 6.* & Manuel *quæst. regular. tomo 2. q. 78. art. vlt.* multis adductis latè probat valere argumentum de feudo ad maioratum.

9 Hinc fit, eos, qui sunt de tronco renunciantis cum iuramento hæreditati stipitis, à quo bona tunc alia descenderent, non excludi à bonis immobilibus, quæ ad eos, qui sunt de tronco, deuenire debebant decedente postea pupillo, quia in hæc non iure hæreditario, sed iure sanguinis succeditur, & quia non succeditur stipiti, sed pupillo. Ita latius probans tenet Gutier. *tom. 2. præt. lib. 3. quæst. 8. à num. 1. vsque ad finem.*

10 Sexta conclusio. Nec etiam excluditur à successione, si parentes in suo testamento renunciantem hæredem instituant, vel ei aliquid legent, quia cum ea renunciatio

sit præcipuè in parentum fauorem facta, possunt parentes iure suo cedentes illam remittere, ac instituere eadem, vel legatarum renunciantem. Quæ ratio amplius explicabitur num. sequenti: & constat hoc ex c. 2. *de renunciatione*, vbi decidunt iuramento renunciantem beneficio, posse illud obtinere, si à maiore parte Capituli eligatur. Sic Bart. Bald. Roman. Matthæus de Afflictis, quos refert, & sequitur Couar. *dicto c. quamuis pactum. 3. p. initio. num. 7. fin. & num. 8.* & ibi Gutier. *l. omnino seruari debebit. num. 11.* Suarez *l. quoniam in prioribus. in declaratione ad l. regni limitatione 5. num. 2. fin. & num. 7.* Anton. Gomez *l. 21. Tauri. num. 10. vers. 2.* & melius Mexia *super l. Toleri de les terminos. 2. p. fundaminis 7. num. 35.* Molina *lib. 2. de primogen. c. 3. num. 6.* Menchaca *de succ. creat. lib. 2. §. 18. num. 138.* Tello *l. 6. Tauri. num. 40.* addens, & bene, idem esse per donationem inter viuos. Tiraquel. *traict. de mort saisie le vif. 2. p. declar. 8. num. 1.* Cephalus *cons. 61. num. 46. vol. 1.* Seraphin. *de priuilegiis iuramenti. priuileg. 21.* Morquetus *de diuisione bonorum. lib. 4. c. 3. num. 64.* Crottus *l. stipulatio hoc modo concepta. num. 47. ff. de verb. obligation.* Hippolyt. *l. 1. §. finali. num. 27. ff. de acquisitionibus.* Villaguta *decis. 15. num. 6.* Surdus *decis. 14. num. 4.* & *cons. 156. num. 33. & 54. vol. 1.* & *cons. 418. num. 13. vol. 1.* Azor *dicto c. 28. q. 4.* alter Molina Societatis IESV *dilta disput. 579. num. 22. vers. filius, qui cum iuramento.* Angulo *de melior. atu. l. 3. glos. 1. num. fin.* vbi bene addit, commissarium ad faciendum testamentum paternum non posse hunc filium instituere absque speciali commissione, & nominatione.

11 Quod limitant aliqui, nisi renuncians iureiurando promisset se nec ex testamento patri successurum: tunc enim nequiret succedere absque peritutio. Sic Berotius *c. in præsentia. num. 194. de probationib.* Menchaca *dicto §. 18. num. 145.* qui aliquantulum dubius ait valituram non obstante peritutio additione illius hæreditatis. Sed absque dubio dicendum est, adhuc absque periurij timore posse succedere, quod eum id iuramentum fuerit passi in ipsius fauorem præstitum, eo ipso quod filium hæredem instituit, censetur remittere illi obligationem iusiurandi, ac subinde regredietur filius ad statum, in quo erat ante renunciationem; atque ita tuentur multi, quos refert, & sequitur Molina *eadem c. 3. num. 6.* Suarez *nu. 7.* Tello *num. 41.* Gutierr. *num. 12.* Mexia, Molina Societatis IESV, vbi allegati sunt num. præced. Surdus *ea decis. 14. num. 8.*

12 Ex quo deducitur, huiusmodi filium recuperare iura suitatis per eam renunciationem amissa; atque adeò perinde eam hæreditatem nondum aditam transmittere ad suos hæredes, ac si illi non renunciasset: sic Antonius Gomez, & Molina Societatis allegati num. 9.

13 Insuper conclusio prædicta verum habet, quamuis ea renunciatio iureiurando stabilita, facta esset post conditum patris testamentum, in quo renuncians institutus erat hæres vnà cum aliis filiis, quippe cùm pater testamentum non mutarit, censetur in pristina voluntate perseuerare, ac proinde remittere obligationem iuramenti tali filio, eum instituendo. Sic cum Aretino allegato Anton. Gomez, & Molina Societatis IESV citati num. 9. & Surdus *ea decis. 14. num. 7.*

14 Præterea verum habet conclusio non tantùm quando pater expressè, & nominatim instituit eum filium renunciantem hæredem, sed etiamsi verbis generalibus instituat, vt si dicat, instituo omnes filios meos, vel, instituo filios meos. Sic idem Anton. Gomez *num. 10. fin.* & Molina Societatis IESV allegati num. 9. Additque bene Antonius Gomez optimè id probans, si pater instituat solos filios, qui non renunciarunt, hæredes, & in aliqua testamenti, aut codicilli parte reliquit legitimam simpliciter, & genericè filiis suis, filium renunciantem admittendum ad huius legati partem, quia ad illam renuntij vocatus.

15 Tandem procedit conclusio, quamuis renunciatio facta sit patri in fauorem alicuius filij, quia cùm iuramentum, & renunciatio facta sit patri, & non filio, satis est si pater obligationem remittat facto ipso instituendo hæredem eum, qui renunciarat, quia pactum cum aliquo initum in fauorem tertij, potest remitti ab eo, cùm quo initum est, iuxta doctrinam Bart. *l. qui Rome. §. Flauius. ff. de verborum obligat.* Quam latè defendit Couar. cum aliis *lib. 1. variar. c. 14. n. num. 7.* Sic idem Couar. *dicto c. quamuis pactum. 3. p. initio. num. 8. casu 3.* Surdus *ea decis. 14. num. 6.* Molina Societatis IESV allegatus num. præcedenti, & à fortiori omnes Doctores statim allegandi. At hic casus procedit, quando fratres, in quorum fauorem renunciatio fit, erant absentes, & nondum acceptauerant eam renunciationem; quando autem erant præsentes, & sic quia facta est renunciatio in manibus patris, & fratrum, in ipsorum fratrum fauorem, Couar. *eo. num. 8. in 4. casu*, ait non prodesse patris remissionem illitmendo renuncianteni, vt possit renuncians absque periurij metu adminete ea bona. Sed dicendum est adhuc posse, quia cum respectu fratrum in pactum de futura successione patris viuentis, quod absque eius consensu perseuerantì vsque ad vltimum vitæ nequit subsistere, eo ipso quod pater consensum reuocat sine verbis, siue facto ipso instituendo renunciantem, cessat vis prioris renunciationis, vt probauimus suprà. Quare ea non obstante potest succedere. Sic Baldus *c. ad nostram. tit. 2. num. 7. vers. nota quod. de iureiurando.* Bolognetus *l. final. n. 57. C. de pactis.* ibi Decius *num. 7.* Guillelmus Benedictus *c. Raynutius. verb. duas habens filias. num. 188. de testament.* Natta *dicto c. quamuis pactum. n. 21.* Suarez *l. quoniam in prioribus. in declaratione ad l. regni. limitatione 5. num. 2.* Antonius Gomez *l. 22. Tauri. num. 51.* Menchaca *de controuers. vsu freq. lib. 3. c. 44. num. 11.* & *de succ. creat. lib. 2. §. 18. num. 138. fin.* & melius *num. 182.* Surdus *ea decis. 14. num. 7.* Burlatus *cons. 432. num. 71. vol. 4.*

16 Hinc deducitur, quando pactum fit à filio patri absolutè, quo renunciat eius futuræ hæreditati in fauorem fratrum, vt pater libere possit eo excluso inter reliquos testari, non esse opus acceptatione ipsorum fratrũ, quod idem pactum non ineatur cum fratribus, sed cum solo patre; nec verè quicquam ex hoc pacto fratribus acquiritur, sed tantùm libertas testandi patri datur præterito filio renunciante. Sic docent Couar. *eo c. quamuis pactum. p. 3. initio. num. 6.* Menochius *cons. 6. num. 20. vol. 1.* Secus ait Couar. si pactum fieret cum ipsis fratribus accedente prius consensu patris: tunc enim esset necessaria fratrum acceptatio, quod cum ipsis pactum ineatur.

17 Sed triplex superest in his renunciationibus difficultas. Prima est, an deficientibus fratribus, & sororibus, ac cætera posteritate, viuo patre euanescat renunciatio. Qua in re duplex regula supponenda est. Prima, spectanda omnino renunciantis mens est, scilicet cuius fauore renunciationem fecerit: nam eo fauore cessante cessabit. Quippè sub ea tacita conditione fit, vt si renunciatio fiat gratiã fratrũ, iis viuo patre deficiẽtibus, ac eorum descendentibus, deficiat renunciatio; & succedet renuncians ex testamento, & ab intestato, perinde ac si non renunciasset: si verò sit facta gratiã solius patris, tunc etiam fratribus deficientibus viuo patre subsisset renunciatio. Sic docent Bald. Salyeer. Paulus, Decius, Roman. Paris. Alex. Claud. Aquensis, Socin. iunior, Ruinus, Aymon, Crottus, quos refert, & sequitur Tello *l. 6. Tauri. num. 44. & 45.* Couar. multis aliis allegatis *c. quamuis pactum. p. 3. §. 3. num. 4.* Tuluius Pacianus *cons. 122. n. 10. tom. 1.* Molina Societatis IESV *tomo 3. de iust. disp. 579. dicit tomo 2. initia. moralium lib. 2. cap. 28 q. 11.* & omnes Doctores allegandi num. 18.

18 Posterior regula est, quando de renunciantis mente non constat, coniecturis, & circumstantiis concurrentibus iudicandum est quæ fuerit mens. Constat, quia in quibuscumque rebus dubis ad eas circumstantias confugitur,

fugitur, vt iudicetur. Atque ita docent omnes Doctores num. præcedenti allegati, cùm, vt numeris sequentibus videbimus, varias perpendant coniecturas, quò rem hanc diiudicent: sed specialiter hanc regulam tradit Molina Societatis Iesu eo num. 19.

19 Tota autem huius rei difficultas in perpendendis circumstantiis versatur, ex quibus hæc renunciantis mens, de qua non constat, diiudicanda sit. Et quidem quando tempore renunciationis erant alij renunciantis fratres, & renunciatio absolutè facta est, præsumitur in dubio facta contemplatione fratrum, vbi non efficiori præsumptione, vel probatione renunciationem factam esse solius patris contemplatione constiterit: quia censendum est renunciantem affectu fratrum renunciasse, vt hæreditas ad eos deueniat, noluisseque sibi præferre extraneos, vt illos parens instituere possit. Quare si superstitibus parente, cuius hæreditati renunciatum est, & ipso renunciante, cæteri fratres decedant, corruit penitus renunciatio, & succedit illi parenti renuncians ex testamento, & ab intestato, eodem prorsus modo quo succederet nulla præmissa renunciatione; quia idem operatur præsumptio, quod veritas, donec probetur contrarium, vt tradit Glossa *l. penultima. verb. ostenderit. C. de peric. tutor.* & tantum probat, quantum si in instrumento clarè scriberetur, vt tradunt Baldus *l. 1. num. 18. C. de fideicommiss.* Decius *rubrica de probat. num. 13.* At si esset veritas huius intentionis renunciantis, corrueret in hoc euentu renunciatio, vt probauimus num. 17. Ergo idem dicendum est stante hac præsumptione, dum aliud non constat: atque docent Socinus senior *cons. 34. nu. 5. vol. 4.* Paris. *cons. 23. num. 44. lib. 5.* Bald. *cons. 437. num. 1. vol. 1.* Maranta *in suis disputationib. quæst. 10. num. 14. & 15.* Guillelmus Benedictus *c. Raynutius. verb. duas habens filias. num. 197.* Rolandus *cons. 26. num. 34. vol. 3.* Cephalus *cons. 61. num. 41. vol. 1.* Hondedeus *cons. 29. num. 79. vol. 1.* Decius *cons. 107. num. 19. & 22.* Seraphin. *de priuilegiis iuramenti. priuileg. 21. num. 24.* Valdes *addit. ad Suarez. l. quoniam in prioribus. in declaratione l. regni. limit. 4. nu. 10.* Baëza *de non meliorand. fil. c. 10. num. 6.* Carol. Puteus *in fine consiliorum Sforziæ. consilio vnico. num. 7.* Romanus & Corneus, quos refert, & sequitur Menochius *cons. 335. num. 15. vol. 4.* Crottus, Alex. Butilega, Bertrand. quos refert, & sequitur Tello *l. 6. Tauri. num. 45. & l. 10. num. 22.* Couar. *c. quamuis pactum. 3. p. §. 3. num. 4.* & ibi Gutierrez *§. omnino seruari debebit.* & *tom. 2. quæst. pract. lib. 3. q. 80. num. 2.* Anton. Gomez latissimè probans *l. 22. Tauri. n. 11.* Menchaca *de succ. creat. lib. 2. §. 18. n. 146.* Molina *lib. 2. de primogenitis. c. 3. num. 48.* Molina Societatis IESV, & Azor allegati num. 17. Nomine autem fratrum intelligo omnes descendentes illius patentis, cuius hæreditati renunciatum est quamuis enim aliquæ eius filiæ tempore eius mortis obiissent, si tamen superessent nepotes, aut alij eius descendentes, non corrueret renunciatio, sed illi viue parentum suorum succederent in ea bona, excluso renunciante, quippe qui in omnia parentum iura succedunt, perinde ac si eorum parentes extitissent. Quare cautè Couar. *eodem num. 4. vers. 4.* Anton. Gomez, Carolus Puteus, & Molina Societatis IESV proximè allegati, dicentes renunciationem corruere mortuis fratribus, addiderunt, & aliis descendentibus; & Couarr. ibidem bene addidit, mortuis fratribus, & solis aliis descendentibus superstitibus, significans nihil referre si soli ascendentes renunciantis superfint, quia tantùm gratiã descendentium præsumitur facta.

20 Quæ quidem sententia ampliatur primò, vt procedat, quamuis tempore renunciationis nulli alij fratres essent, nec descendentes: corruet enim adhuc penitus eodem modo renunciatio illa, si tempore mortis patris adhuc non sint, sed solus renuncians, quia nisi apertè constet nullam rationem filiorum nascituorum habitam in renunciatione illa, præsumitur in ipsorum fauorem facta, & sub tacita conditione, si nascantur, & mortuo patre superstites sint; & ideo illis non natis, vel natis, & mortuis ante parentem, cuius hæreditati renunciatum est, corruet renunciatio. Atque ita docent collectatius *c. finali. num. 34. de donat.* Anton. Gomez *eadem l. 22. num. 12.* Gutierrez *eodem §. omnino seruari debebit. num. 2. & 4.* Azor allegatus num. præcedenti, qui hoc bene explicuit, dicens, quando spes erat fore vt alij filij nascerentur: ea enim spe cessante tempore renunciationis, manifestum est nullam nasciturè sobolis quasi desperatæ rationem habitam, sed solius parentis contemplatione factam fuisse.

21 Secundò ampliatur, vt procedat quamuis tempore mortis patris superfint alij fratres, si illi hæreditatem delatam repudiarent; tunc enim corruet renunciatio, & succedit renuncians: cum enim censeatur renunciatio facta gratiã fratrum, vt illi in eam hæreditatem succedant, deficit conditio, quoties illi non succedunt, quia vel mortui sunt, vel repudiant. Sic Menchaca *eodem §. 18. num. 178.* & Maranta *ea disp. 10. num. 15.* quia renunciatio filiæ intelligitur semper, dummodo frater potuerit, vel voluerit esse hæres, & non aliter, vt tradunt Berotius *cons. 170. num. 10. vol. 2.* Surdus *de alimentis. tit. 2. q. 15. num. 92.* Qua ratione idem dicendum est, quoties alij fratres sunt incapaces succedẽdi tam in communi, quàm in particulari, vt si sint professi, coadiutorẽ sive formati in Societate IESV, quia eadem militat ratio: secus si capaces essent succedendi in communi, vt si in aliis religionibus professi essent; non enim corrueret renunciatio, sed succederet monasterium illud ex persona fratris illius professi, quippe qui quoad successiones non reputatur mortuus, sed idem penitus succedendi ius retinet, quo in seculo potiebatur, *l. final. C. de Episcopis, & clericis.*

22 Tertiò ampliatur, vt habeat verum quando tempore mortis parentis illius superfit solus filius naturalis illius parentis, quia non censetur in dubio renunciatio illa facta, nisi fauore aliorum fratrum legitimorum; non enim tanta affectio erga fratres illegitimos est: atque ita docet Tello *l. 10. Tauri. num. 22.*

23 Sed maior difficultas est, quando solæ renunciantis sorores tempore mortis parentis illius superfint. Ratio autem difficultatis est, quod hæ renunciationes præsumantur fieri eo fine, vt consultum sit filiis masculis, quia agnationem, & familiam conseruare possunt, vt tradunt Dominicus, Francus, Corneus, Aymon, Bellonius, quos refert, & sequitur Menochius *cons. 6. num. 10. vers. 3. ratio. vol. 1.* & *cons. 197. num. 74. vol. 2.* & *cons. 315. num. 14. vol. 4.* Atque ideo deficientibus masculis corruere renunciationem, & succedere renunciantem, exclusis sororibus fœminis, tradunt Bald. Decius, Aymon, quos refert Menchaca *lib. 2. de succ. creat. §. 18. n. 108.* & alij multi, quos refert Baëza *de non meliorand. fil. lib. c. 6. num. 34* immo Aymon *cons. 42.* dicit, quod si nulli erant masculi tempore renunciationis, videtur facta fauore eorum, qui postea nascituri sunt, non fauore aliarum fœminarum.

24 Cæterùm dicendum est, renunciationem non corruere, sed renunciantem omnino non succedere superstitibus solis sororibus tempore obitus parentis, sed illas succedere in ea renunciantis bona, siue tempore renunciationis solæ sorores starent, siue starent quoque alij fratres, quod ea renunciatio fauore totius posteritatis præsumatur facta, intra quam non soli masculi, sed fœminæ quoque clauduntur. Atque ita docent Alex. Socinus, Paris. Aretinus, Angelus, quos refert, & sequitur Couar. *c. quamuis pactum. 3. p. §. 3. num. 4. vers. 6. & vers. 7.* Menchaca *eodem §. 18. cæpit ad num. 114.* Baëza *de non meliorand. filiab. c. 6. num. 12.*

25 Rursus limitatur prædicta sententia, vt deficientibus fratribus, & sororibus tempore mortis patris, corruat renunciatio, vt intelligatur quando nulla dote recepta renunciatio facta est: si enim dotis receptæ causã fieret, non corrueret pereuntibus illis, quia cùm adhuc illa

renunciationis causa persistat, persistet quoque renunciationis vlor. Sic tradunt Roman. Corneus, Socinus senior, Parisiquos refert, & sequitur Menochius *cons. 6. num.17.vol.1.* Carolus Puteus *cons. conim. num.44.* habetur post consilia Sfortiæ *tom 1.* Cæterum, quamuis hęc sententia vera sit, quando constat dotem illam receptam fuisse solam renunciationis causam; at cum rarissimè id contingat, non præsumitur, & ideo mortuis fratribus succedet renuncians, vbi non constiterit solam dotem fuisse causam. Neque quidquam refert expressum fuisse in ipsa renunciatione, filiam propter dotem receptam renunciasse: nam illius causæ expressio non impedit, quin aliæ quoque causæ inter pacisentes constitui possint, vt tradunt Doctores cum Glossa *l. tale pactum. §. finali. ff. de pactis.* Atque ita docent Couar. *eodem §.5.n.4. vers. 10.* Menchaca *eodem §. 18. num. 118.* Atque ideo Tello *l.6. Tauri.num.44.45.48.& 49.* absolutè dixit, renunciationem hanc dote recepta factam perire deficientibus fratribus; & subdit bene Couar. ratò posse præsumi renunciationē fieri causa solius dotis receptæ, nisi quando tempore renunciationis parens nullam aliam sobolem præter renunciantem habet. Credetem tamen sufficientem huius coniecturam esse, si parens nec aliam sobolem habeat, nec speret habere præter renunciantem; tunc enim sufficiens coniectura huius solius causæ dotis receptæ deprehenditur, cùm præsumi nequeat in fauorem sobolis desperatæ fieri.

26 Secundò limitatur, nisi renunciatio fieret, vt ex his bonis instituatur maioratus; tunc enim deficientibus omnibus descendentibus firma adhuc remanebit renunciatio, quod maioratus suapte natura sint perpetui, ac in totius familiæ fauorem instituti censeantur. Atque ita docent Molina *lib.2. de primogenit. c.5. num.48.* Gutierrez *c. quamuis pactum, §. omnino seruari debebit. in fine.* Molina Societatis IESV *tom.3. de iustitia. disp. 579.* qui tamen optimè addit, quamuis eo casu nec maioratus, nec renunciatio euanescant; at deficientibus fratribus, & sororibus, & eorum descendentibus, successurum tempore vitæ suæ in eum maioratum renunciantem, quia non credendum est, voluisse instituere maioratum, à quo renuncians ipse excludatur deficientibus descendentibus parentis, ita vt ipso omnino excluso deueniat ad transuersales.

27 Tertiò limitatur, nisi parens, cui renunciatum est, stipuletur pro se, & suis hæredibus: tunc enim sive tempore renunciationis filios habeat, qui postea moriantur, siue nō habeat, & habere speret, excluditur renuncians, & præferuntur alij hæredes per patrem instituti, vel illis non institutis qui succedunt ab intestato. Sic tradit Carolus Puteus post consilia Sfortiæ *tom. 1. cons. conim. num.34. & sequentib.* citans alios; idem docet Surdus *cons.244.num.14.& à num.20. tom.2.* Sed Maranta *in suis disputationib. disp.10.num.14.ad fin.* tenet quod tunc non succedit contra testamentum patris alium instituentis: secus si ab intestato decederet, quia non est alia persona in eodem gradu obstans illi successioni.

28 Quartò limitatur, nisi renunciatio fiat, eo quod renuncians velit in religione profiteri; tunc enim censetur in omnem euentum renunciare, atque ita renunciatio subsistet, quamuis cæteri omnes descendentes viuo parente deficiant; quippe qui ex hac causa renuncians certò nouit fore, vt nullis in posterum facultatibus indigeat, neque ad ipsum peruenturæ sint, quamuis non renunciarit, sed ad monasterium, de cuius bonis parum solicitus præsumitur, vt tradit Aymon *cons. 160. in princ.* & facilè ex præsumpta renunciantis mente deducitur, voluisse eum in omnem euentum renunciare, vt parens de iis bonis liberè disponere possit deficiente sobole. Atque ita tradunt Couar. *c. quamuis pactum. 5.p. §.5.n.4. vers.9.* Spino *speculo testamentorum. glossa 12. principali. num. 52.* Menchaca *de succes. creat. lib.2.§.18. num.117.* Molina Societatis IESV *dicta disp. 579. num.19.* Addunt tamen Couar. & Molina, tunc monasterium huius profesi capax succedendi non habere ius succedendi circa parentis testamentum: at successurum parente illo decedente ab intestato, cùm nullus ex parentis descendentibus supersit, quem illum voluisse præsumatur filio renunciantī, & monasterio præferri. Sed Menchaca *eo num.117.* hoc additum reprobat; quia cùm in eo euentu præsumatur renunciatio absolutè, & non contemplatione sola posteritatis facta, nullum succedendi ius etiam ab intestato superest renunciantī. Cuius sententia magis ipsi placet, si hæc limitatio approbetur.

29 Cæterum quamuis hæc limitatio probabilis sit, plus tamen mihi placet adhuc renunciationem illam præsumi in gratiam descendentium fieri, atque ideo illis deficientibus parēte superstite corruere, & succedere omnino monasterium in ea renunciantis bona, eodem prorsus modo, ac si renunciatio facta non esset. Quippe fundamenta contraria procedunt quando superiori descendentes, quibus præsumitur renunciantem potiùs prospicere voluisse, quàm monasterio, cùm æquitas, & ratio hoc postulet: & quamuis religionem ingredientes non præsumatur esse solicitos rerum temporalium quod ad seipsos pertinet; at secus est quoad monasteriū, quod eos velle ditari præsumitur, vt abundantiùs necessaria eis suppeatant vt clarè probat textus *c. final. 20. q. 3.* & solatium est eligentium vitam monasticam, vt bona sua eos sequantur, *authen. de sanctiss. Episcopis. §. sed & hoc præsenti.* ibi; *hoc autem solatio.* & sic Berotius *c. in præsentia. num.480.& 481. de probat.* ait semper præsumi eam esse monachi intentionem, vt monasterium sit dines. Tandem, quia in dubiis præfertur opinio fauens monasterio, vt diximus supra, & ita docet Tello *l.6. Tauri, à num.51. vsque ad num. 63.* licèt in fine relinquat cogitandum propter oppositum sententium authoritatem. At res hæc caeteret difficultate, quando ingrediens religionem renunciaret expressè in fauorem fratrum: tunc enim mortuis fratribus cessaret renunciatio.

30 Quintò limitatur, nisi eo intuitu renunciatio facta sit, vt ex bonis illis parens opus aliquod pium instituat, tunc enim non euanescet renunciatio deficientibus descendentibus, vtpote quæ non in ipsorum fauorem facta est, sed id pium opus instituendum erit. Atque ita docet Molina Societatis IESV *ea disput. 579. num.19.*

31 Sed est maximè obseruandum, iure optimo dixisse omnes Doctores allegatos, quando viuo parente decessere omnes descendentes: si enim aliquis ex illis parenti illi superuixerit, cùm huic sit statim à parentis morte ius quæsitum, remanet firma renunciatio, & exclusus renuncians, etsi eo viuo decedat ille descendens. Sic Maranta *in suis disputationib. disp.10.num.15.* Hondedeus *consa.29.num.8.vol.1.* alios allegans, qui *num. 85. & quadruplici sequenti*, aliis allegatis, optimè hoc limitat, nisi ratio conseruationis familiæ in renunciatione exprimatur cum conditione resolutiua, vt si pater sine descendentibus moriatur, cesset renunciatio: tunc enim mortuō hoc descendenti post vitam patris, adhuc cesset renunciatio, quia conditio habens tractum successiuum exigit perseuerantiam, nec momento impletur. *l. si quis ita legauerit. ff. de condit. & demonst.* at mortuo postea illo descendente non amplius conseruatur familia, & quando filiorum existentia desideratur ad conditionem implendam, non habito alio respectu, sat est eos momento vixisse: secus quando spectatur alius effectus ex conditione impleta consurgens, qui est causa dispositionis, tunc etenim quatenus durat effectus, durat etiam dispositio, & eo sublato tollitur, vt bene probat Hondedeus *ibi. num.85.* allegatis Sozimo, Oldrado, & Antonio Gabriele.

32 Secundò obseruandum est; quando filia renunciaret hæreditati sola masculorum contemplatione, si parens obeat nullo relicto masculo, sed nepte ex filio masculo, cessat renunciatio, & succedet filia renuncians vnà cum nepte

nepte illa, quia in nepte illa non reperitur qualitas masculina, in cuius fauorem fuit facta renunciatio, secus si filius ille post patrem moreretur: tunc enim excludetur omnino filia renuncians, & succedet sola illa neptis ex filio, quia tam illi ius plenè quæsitum erat. Sic Cynus, Bart. Paulus, Alex. Iason, & alij quos refert, & sequitur Maranta *in suis disputationib. disp.10.n.17.* qui *n. 18.* optimè etiam ait cum Bart. & alis, si pater moriatur superstite filio masculo ex alia filia præmortua, non successurum hunc nepotem in ea bona renunciantis, quia facta est renunciatio fauore masculorum, & licèt hic nepos sit masculus, procedit ex fœmina.

33 Tandem circa hanc primam difficultatem restat disputandum, an si vnicus filius renuncians in solum patris fauorem, ita vt patri integrum sit de illis bonis liberè disponere, nec pendeat valor renunciationis à filiis nascituris, vtpote quæ in solum patris fauorem fuit, profiteatur postea viuo patre in religione capaci succedendi, nullis aliis præter eum renunciantem descendentibus legitimis relictis, possit instituere alium filium suum naturalem, an potiùs debeat monasterium in ea bona, quibus professus renunciarat, succedere: Difficultas hæc pender ex resolutione huius, an possit eo filio legitimo renunciante relicto in seculo, instituere naturalem? Et deinde disputabitur quid dicendum, si ille renuncians sit tempore mortis patris professus. Aliqui negant eo filio renunciante viuo, integrum esse patri instituere suum filium naturalem. Ducuntur, quia *l. regia 10. Tauri*, hodie *l.9.tit.8.lib.8.nouæ recopil.* sic ait: *Pero si el tal hijo fuere natural, y el padre no tuuiere hijos, o descendientes legitimos, mandamos que el padre le pueda mandar instadamente de todos sus bienes todo lo que quisiere, aunque tenga ascendientes legitimos.* At pater hic habet filium legitimum, nempe illum renunciantem: ergo non ei integrum erit omnia bona filio naturali relinquere. Nec obstat si dicas perinde esse non habere filium legitimum, ac habere illum ita, vt non sit necessarius patris hæres, quod lex illa solam legitimi filij existentiam ponderauit, nulla habita qualitatis necessarij hæredis ratione, ibi; *si no tuuiere hijos*: non enim addit quod sint necessariò ei successuri, sicut iure communi additum erat, *authent. licet. C. de naturalib. liberis.* Secundò, quia contingit aliquem iure succedendi carentem vim habere excludendi alium, qui ipso non existente succedere poterat; vt probat textus *dict. authent. licet*, vbi decidit ur, filium naturalem non succedere patri ab intestato extante vxore legitima. Vbi Gloss. *verb. coniux*, ait, licèt coniux illa legitima non sit marito successura, præstat impedimentum ne filius naturalis succedat. Atque ita Corneus *consil.85. num.5. vol.3.* ait, non semper esse veram illam regulam, vt ille, qui non succedit, non excludat. Et confirmatur ex doctrina Bald. *authent. cui relictum. numero 10. vers. extrò quæritur. C. de indict. viduit.* vbi ait, leganti marito vsumfructum vxori, prohibentique molestiam ab hærede ei inferri sub pœna amissionis hæreditatis, non successuram vxorem in eam hæreditatem, qua priuatur hæres ille molestiam inferens, sed successuros alios hæredes. Sic ergo in proposito, quamuis renuncians iure succedendi parenti careat, non sequitur filium naturalem posse hæredem instituī: quippe id in odium delicti paterni stante filio legitimo, sicut hic contingit, interdictum erat. Tertiò, quia Baldus *l. hac edictali. num.16.* & ibi Bertiand. *vers. sin vero plus. num.10. C. de secundis nuptiis* docent filiam renunciatione exclusam vi remedio illius legis, vtpote quæ non loquitur de filio hærede, sed de filio. Et ideo hanc sententiam suffinet Tello *l.10. Tauri. num. 10.* & quamuis tandem cogitandum relinquat; at *n. 13. vers. ende ex supradicto*, ait hanc esse veriorem.

34 Cæterum multo magis mihi placet, posse eum filium naturalem instituī hæredem. Ducor, quia etsi *lato. Tauri*

explicarit tantùm si pater non habuerit filios legitimos, at intelligi debet iuxta ius commune, quod voluisse corrigere in dubio minimè præsumendum est per iura vulgaria, eo vel maximè, quia lex posterior generaliter, & indistinctè loquens sit limitanda per specialem antiquiorem, & iuxta illam intelligenda, nisi expressis verbis illi contradicat. *l. sed & posteriora. ff. de legibus*, quod multos exonauimus *lib.1. de mutuo mento. disput. 24. num. 6.* in ratione id extendentes, quamuis in posteriori lege sit clausula, *non obstante*, nedum quando ea clausula non est, vt in hoc casu contingit. At iure communi expressa erat qualitas filij legitimi excludi naturalem à patris successione, nempe quando erat necessarius hæres, vt constat ex *authent. licet. C. de naturalibus liberis*; ibi; *cui relinquat necesse est. & authent. quibus modis natural. effic. sui. §. si verò filios non habuerit*, ibi; *quibus est necessitas relinquere.* Ergo lex posterior huius tegui, quæ priori non expresse contradicit, intelligenda est de iis filiis, qui sunt necessarij hæredes, qualis non est filius, qui renunciaret paternæ hæreditati. Secundò, quia ea prohibitio instituendi naturalis existente filio legitimo, non fuit in odium delicti paterni, cùm lex illa eum præterierit ascendentibus paternis, sed fuit vnique in legitimæ prolis fauorem, ne minuatur legitima ei omni iure debita, qualis non est, qui successioni renunciaret. Tertiò, quia credendum non est voluisse legem illam præferre extraneum filio naturali, cùm naturalem prætulerit ascendentibus: at in hoc euentu præterito filio legitimo est integrum patri instituere extraneum; à fortiori ergo poterit filium naturalem. Quartò, quia *l. regia 9. tit. 13. partit. 6.* correxit dispositum per *dictam authent. licet*, quatenus disponebat vxorem non successuram in hæreditatem, obstare institutioni filij naturalis, vocans id rationi dissonum, reddita ratione his verbis: *Porque maguer a el tollieſſe esta parte, no la ganaria ella, e auerla, y en los otros mas propinquos parientes del finado, e de mas semejaria estraña cosa que ella pudiesse fazer daño a otra segund ley, non mereciendo, nin venriendo ende a ella ninguna pro.* Cùm ergo hic filius legitimus non sit hæres patris necessarius, nec pater non disponente sit ipse necessarius, non est rationi consentaneum credere, voluisse legem vt impediat institutionem filij naturalis. Nec valet si dicas filium legitimum posse consequi commodum ex eo quod naturalis nequeat in hoc euentu instituī, quippe facilius pater ipsi, non obstante renunciatione, relinquet bona, cùm naturali nequeat relinquere. Sed non valet, in quam, tum quia non præsumitur fore, vt maiori amore erga naturalem filium, quàm erga legitimum afficiatur, tū etiam, quia lex non considerat potentiam illam, sed factum, vt constat. Nam etiam vxor illa excludens naturalem, posset facilius ex ea excluſione commodum reportare, quia facilius instituereturā vito. Tandem probatur ex textu *l.1. §. qui habitat. ff. de bonorum possess. cont. tab.* iuncta doctrina Bartoli ibi, ex quo probatur penitè esse filios non stare, & non succedere. Confirmat id meliùs Sozimus *consil. 35. num. 9. vol. 4.* Nec obstant in contrarium adducta numero præcedenti: nam ad primum, & replicam constat ex dictis prima ratione adducta. Ad secundum id fateor, vt diximus in 4. ratione. Ad confirmationem respondetur, ideo non successuram vxorem in eam hæreditatem, quod nec lege, nec à testatore ad illam vocata sit: quare succederet si vocaretur. At in nostro casu est firmo quando filius ille naturalis institueretur à patre. Ad tertium dico, eam doctrinam veram esse, eo quod per renunciatior em illam non censetur exclusus renuncians à iuero in secundarum nuptiarum pœnam et lege delato, de quo est firmo in eo textu, vt probauimus supra. Ad vltimum dico, eam doctrinam non esse vniuersaliter veram, sed in solo eo casu, in quo lex existentiam solum

filij legitimi considerat, quod non contingere in hoc casu satis probauimus. Et ideo huius sententiæ sunt Roman. *cons.* 43. *num.* 4. & ibi Mandos. *eo addit. lit. C.* Aymon *cons.* 100. *vol.* 3. Patif. *cons.* 26. *num.* 43. *vol.* 3. Alex. *l. Lucius. num.* 8. *vers. sed contra. ff. de vulg. & pupill.* Iason *cons.* 68. *num.* 26. & 27. *vol.* 3. Guillelmus Benedictus *t. Raynutius. verb. & vxorem nomine Adelasiam. decis.* 5. *num.* 117. & 118. Couar. *4. decret. 2. p. c.* 8. §. 4. *num.* 11. *fine*, Matienzo *lib.* 5. *recepitat. ti.* 8. *lib.* 9. *glos.* 1. *num.* 8. Seraphin *de primileg. iurament. priuilegio* 21. *fine.* & Spino *speculo testament. gloss.* 12. *principali. num.* 51. & videtur tenere Gregor. Lopez *l.* 8. *verb. das partes. in fin. tit.* 13. *part.* 6. dum circa huius difficultatis solutionem se remittit ad aliquos ex Doctoribus allegatis hanc partem sustinentibus. Nec existimo distinguendum, an talis filius ita renunciari hæreditati, vt nec hæres institui possit à patre; an ita solum renunciatis, vt possit hæres institui à patre, non tamen necessario illi succedat contra testamentum eius, nec ab intestato, quasi in priori casu possit hæres institui filius ille naturalis; secus in posteriori. Sed existimo in vtroque casu posse; tum quia Doctores omnes huius sententiæ indistinctè loquuntur de filio renunciante; & Spino expressit, quando non est necessarius hæres; & ita probat ratio prima adducta; tum etiam, quia nunquam per propriam renunciationem quantumcumque interuenendo stabilitari de non succedendo ex testamento, nec ab intestato, potest ita excludi filius à successione, quin possit pater eum instituere, vt probauimus supra. Quare si Doctores hi intelligerentur de filio per propriam renunciationem effecto incapaci succedendi, loquerentur de casu impossibili.

35 Atque idem dicendum est existente nepote filio renunciantis, casu, quo renunciatio patris illi obest, illumque excludit, ne sit necessarius hæres, iuxta infrà dicenda. Quare cùm neuter sit hæres necessarius, eadem est ratio, vt bene dixit Tello *ex l.* 30. *Tauri. n.* 23. esse allegandum retenta nostra sententia, quamuis ipse retenta sua dubitet, ac cogitandum relinquat, in eam partem inclinans, vt nequeat filius naturalis tunc institui.

36 Tandem in casu proposito num. 33. initio, nempe, quando filius hic legitimus post renunciationem professus est in religione capaci succedendi, ait Tello *ex l.* 30. *Tauri. num.* 21. esse absque controuersia, siue priorem opinionem relatam numero 33. siue posteriorem relatam numero 34. sequamur, non esse integrum patri eum filium naturalem instituere, si eam opinionem amplectamur, quæ tenet hæreditatem professi non ipsi, sed monasterio deferri. Ducitur, quod non obstante ea filij renunciatione, sit monasterium hæres necessarius patris decedentis post eius filij professionem. Sed miror virum doctissimum dixisse hoc esse absque controuersia, cùm potius sit multo probabilius, posse adhuc in hoc casu eum filium naturalem instituì. Quod sustinet Spino *speculo testament. gloss.* 12. *principali. num.* 52. Quare verum non est, monasterium esse hæredem necessarium contra illam monachi renunciationem, sed multo probabilius est oppositum, vt suprà diximus.

37 Secunda difficultas est, an renunciatio inueniendo stabilita hæreditatis parentum ita nocet filiis renunciantis, & aliis eius descendentibus, vt excludantur quoque à successione auorum in illa bona, quibus eorum parens renunciatur? Duplex est distinguendus casus. Prior est, quando renuncians viuit tempore, quo parens, cuius hæreditati renunciauit, moritur. Posterior est, quando renuncians moritur ante illum parentem. Et quidem in priori casu verissima est sententia, eam renunciationem nocere filiis, & reliquis descendentibus renunciantis: atque ita omnes illos ab ea hæreditate similiter excludi. Ratio est, quod tum temporis filij, & descendentes non possunt succedere ratione propriæ personæ auo defuncto, cùm adhuc superstes sit eorum parens; neque etiam ratione & iure parentis, quia illud extinctum est per parentis renunciationem. Nec est locus successorio edicto, quamuis nepotes velint iure proprio admitti, quia hæreditas paterna nequaquam filio renunciantì fuit delata, ab eoque repudiata, vt sit locus ei edicto, sed ab ea penitus per renunciationem exclusus est, vt probatur ex *l. si quis posthumus.* 9. §. *finali. ff. de liber. & posthumis*, vbi dicitur, filium exhæredatum superuiuentem patri, nocere nepotibus, atque ita illis non esse integrum rumpere testamentum aui, eo quod præteriti in illo sint. Sic satis clarè significat Glosa finalis *cap. quamuis pactum. de pactis, in* 6. quæ sic est intelligenda, & tradunt Crottus *l. stipulatio hoc modo concepta. numero* 57. *ff. de verbor. obligatione*, allegatis Baldo, Paulo, Cumano, Alexand. Decio, Ioanne Lapo, Tiraquello, & aliis, Couar. *dicto cap. quamuis pactum.* 3. *p.* §. 3. *numero* 7. & ibi Gutierrez §. *vltim. numero* 4. Baeza *de non meliorando filiab. cap.* 10. *num.* 119. Maranta *in suis disputationib. disputat.* 10. *numero* 30. Cephalus *consil.* 235. *numero* 21. *volum.* 3. Suarez *l. quoniam in prioribus, ampliatione* 10. *numero* 62. & ibi Baldus *in addition.* 4. *in declaratione legis regni, limitatione* 4. *numero* 9. & 10. Antonius Gomez *l.* 22. *Tauri. numero* 10. Menchaca *l. si quando.* §. *illud. numero* 56. *casu* 3. *C. de inoffic. testament. & de succes. ab intest. lib.* 2. §. 18. *numero* 120. & Ludouicus Morot. *consil.* 22. *numero* 7. *volum.* 1. Crassus *de success. ab intestat.* §. *legitima. quæstione* 4. *numero* 3. Molin. *lib.* 2. *de primogenit. cap.* 3. *numero* 47. alter Molina Societatis IESV *tomo* 3. *de iust. disputatione* 579. *num.* 14. Azor *tomo* 2. *institut. moralium. lib.* 2. *cap.* 28. *quæstione* 13. quod quidem verum est, quamuis gratis, nullâque dote recepta sit facta renunciatio, vt bene docet Crottus *eo numero* 57. quod idem significant alij citati, dum indistinctè dicunt nocere; quamuis alij aliter distinguant, vt potest videri in Guillelmo Benedicto *cap. Raynutius. verb. duas habens filias. numero* 280. & *numero* 281. & in Rolando *consil.* 11. *num.* 6. *vol.* 1.

Est tamen hoc temperandum, nisi omnes alij defecentes aui illius, cuius hæreditati parens renunciarat, iam obiissent: tunc enim licèt filius, vel filia renuncians obierit post mortem parentis, nepotes ex eo filio, vel filia succedunt, quando non constat renunciationem factam esse contemplatione solius aui. Ratio est, quia cùm ea renunciatio præsumatur facta ratione aliorum descendentium, atque illis defunctis corruat, & omnino admittatur renuncians, admittentur quoque filij eius, & nepotes, vtpote qui in idem parentis renunciantis ius succedunt. Atque ita docent Roland. *eodem consil.* 11. *numero* 12. Suarez *eodem num.* 9. & 10. Antonius Gomez *eodem num.* 10. *paulo ante vers. secundo*, & melius Gutierr. *eodem* 9. *vlt. n.* 5. Crass. *eo* §. *legitima. q.* 4. *n.* 3.

Secundò temperatur, nisi prædicta renunciatio fieret simpliciter, & non in contemplationem alicuius alterius, sed propter ipsummet renunciantem, ne onerbus hæreditatis se implicaret. Sic Paulus, quem refert, & sequitur Suarez *ex l quoniam in prioribus. limit.* 4. *num.* 10. *fin.* Sed mihi non placet, & ideo allegati alij numero 33. absolutè id absque hac limitatione dixère, & rationes ibi adductæ etiam in hoc casu probant.

Hinc deducitur non sibi constisse Couar. *cap. Raynaldus.* §. 2. *numero* 4. *de testament.* vbi ait, non integrum esse parentibus suæ exhæredationi in filiorum præiudicium consentire: quippe hoc non consonat iis, quæ numero 34. diximus ex ipsomet. Atque ita illum contradictionis redarguit Gutierrez *eodem cap. quamuis pactum.* §. *vlt. n.* 6.

Posterior casus est, quando renuncians obit viuo parente, cuius hæreditati renunciauit. In quo est gratis difficultas, an ea renunciatio nepotibus, & aliis descendentibus nocat, ita vt illi quoque ab ea successione excla-

excludantur? Affirmant aliqui, ducuntúrque, quia nepotes nunquam auo succedunt iure proprio, sed iure parentis sui, cuius personam repræsentant, atque in solam portionem, in quam ipse succedere debebat, si superstes esset: at parens superstes succedere minimè debebat, obstante illi sua renunciatione: ergo nec nepotes succedent. Secundò, quia cùm id pactum sit iureiurando firmatum, neque vi, aut dolo extortum, vt supponimus, eius obligatio transit ad hæredes, iuxta tradita *in hoc tractatu. tomo* 1. *lib.* 3. Ergo hæredes tenentur eo pacto stare; & sic iure succedendi auo carebunt. Et hæc sententia est valde probabilis, quam sustinent Anton. Gomez alios referens, & Molina Societatis IESV allegati num. 34.

42 At probabilius existimo, eis non nocere, ac proinde succedere, ac si renunciatio facta non esset. Quare etsi nepotes ad auorum successionem veniant, eo quod renunciantis fuerint filij, at mortuo parente renunciante non succedùt auis nomine, & iure parentis sed nomine, & iure proprio, quatenus nepotes vnà cum patruis, vel auunculis succedùt, vt probat textus *l. si ex patronis. 10. in fin. ff. de bon. libert.* ibi; *Sed si ante pater decessisset, postea auus, dicendum erit nihil mihi nocere patris exhæredatione ad auitorum hiberorum bona.* & *l. si quis posthumus.* §. *finali. ff. de liber. & posthum.* ibi; *filius exhæredatus, si moriatur patre viuente, non obstat nepotibus quominus possint venire ex eorum persona ad succedendum etiam contra testamentum, & illud rumpendo, si reperiunt se præteritos.* Deinde, quia renunciatio habet tacitam conditionem, si renunciantì hæreditas deferatur, vt diximus cap. præced. num. 1. Ergo parente defuncto ante hæreditatis delationem, corruit prædicta renunciatio facta in nepotum præiudicium. Ex his patet ad primam rationem contrariam, quia non succedunt iure patris, nec in illam solam partem, in quam ipse superstes succederet præmissa renunciatione, sed in quam succederet ea non præmissa, quia in hoc eventu redditur nulla. Ad 2. dico, pactum iuramento firmatum nocere hæredibus, quando id potest in præiudicium ipsorum iuri. Et ideo hanc sententiam sustinent Bald. *l. fin. n.* 16. *C. de pactis.* & *l. 9. illum dotale. num.* 2. *C. de collat.* Roland. *à Valle consil.* 11. *num.* 4. *vol.* 1. Cephal. *consil.* 143. *num.* 19. *vol.* 1. & *consil.* 355. *num.* 16. *vol.* 3. Guillelmus Benedict. *cap. Raynutius. verb duas habens filias. num.* 200. Vincent. de Franchis *decis. Neapol.* 52. *num.* 16. & *decis.* 67. *à num.* 1. *vsque ad* 4. Matth. Vrsemb. *consil.* 15. *num.* 14. *tomo* 1. Purpurat. *consil.* 307. *num.* 9. *vol.* 1. Gaspar de Leon inter consilia diuersorum collecta à Baptista Martianesio, *consil.* 77. *nu.* 11. *vol.* 1. Tiraquel. *de primogen. q.* 40. *num.* 113. Craff. *de success. ab intestato.* §. *legitima. q.* 4. *num.* 4. Surdus *consil.* 133. *num.* 19. *vol.* 1. & *consil.* 332. *à num.* 10. *volum.* 3. Crottus *l. stipulatio hoc modo concepta. num.* 55. *ff. de verb. oblig.* Anton. de Petric. *l.* 1. *num.* 104. *ff. de iureiur.* Aymon *consil.* 127. *num.* 1. Natta *consil.* 470. *num.* 14. Bellon. *consil.* 15. *n.* 5. Anton. Thesaur. *decis. Pedemont. decis.* 133. Couart. *c. quamuis pactum. p.* 3. §. 1. *num.* 4. & §. 3. *num.* 7. & ibi Gutierrez §. *vlt. num.* 2. & 3. Menchaca *l. si quando.* §. *illud. num.* 56. *casu* 3. *C. de inoffic. testament. & de success. ab. intest.* 2. §. 18. *n.* 120. Baeza *de non meliorandis filiab. c.* 10. *nu.* 112. & 113. Suarez *l. quoniam in prioribus, ampliat.* 10. *n.* 62. & *limit.* 4. *ad legem regni. num.* 5. & 7. & in vtroque Valdes *in additionib.* Tello *l.* 6. *Tauri. num.* 51. Seraph. *de priuilegiis iurament. priuileg.* 21. *num.* 39. Molin. *lib.* 2. *de primogeniis. c.* 3. *num.* 47. Maranta *in suis disputationib. disput.* 10. *n.* 13. & 52. Azor *tomo* 2. *institut. moral. lib.* 2. *c.* 28. *quæst.* 13. & Ludouic. Morot. *consil.* 22. *num.* 2. *vol.* 1.

43 Limitatur primò hæc sententia, vt intelligatur, quando nepos veniret ad aui successionem cum aliis nepotibus ex altero filio, qui non renunciarat: secus si cum patruis, vel auunculis, qui sunt in propinquiori gradu ipsi auo, cui succedendum est; tunc enim excluduntur hi nepotes, sicut excluderetur parens, qui renunciarat, si superstes esset. Ratio est, quia tunc succedere nequit, nisi matris locum subintrans. §. *cùm filius. instit. de hæred. quæ ab intest.* & *authen. post fratres. C. de legitim. hæred.* nam auunculi sunt in propinquiori gradu. Cùm ergo mater excludatur, excluditur nepos; & ita tenet Cassan. *consil.* 47. *n.* 16. & 33. Bellon. *consil.* 15. *num.* 10. Boërius *in suis singularib. verb. renunciatio. num.* 11. & Salycet. *l. pactum dotale. quæst. vlt. C. de collat.* Verum iure optimo multis allegans impugnant hanc limitationem Anton. Gomez *ea l.* 22. *num.* 10. Craff. *ea q.* 4. *fin.* Suarez *eadem limit.* 4. *num.* 6. & ibi Valdes *in addit.* Surd. *consil.* 133. *num.* 25. *vol.* 1. & *consil.* 332. *num.* 12. *vol.* 3. tunc enim nepos non succedit ex persona parentis, sed ex propria, & ideo si non obest parentem superstitem non successurum, quia bene potest subintrare locum, & gradum matris, & ex propria persona succedere: nam hoc ipsum quod succedat in locum matris, habet filius à lege, & non à matre, & ideo non dicitur venire ex persona matris.

Secundò limitatur, nisi parens aliqua dote recepta 44
renunciasset: tunc enim in nullo eventu succedent nepotes. Sic Rubeus *consil.* 42. *ad fin.* Cassan. *consil.* 47. *nu.* 27. Bellon. *consil.* 15. *num.* 6. Berosius *consil.* 49. *num.* 42. *vol.* 1. Cephalus *consil.* 143. *num.* 19. *vol.* 1. Paulus *consil.* 419. *ad fin. vol.* 2. Decius *consil.* 81. *num.* 7. *vol.* 1. & *l. pactum dotale. num.* 10. *C. de collat.* & alij Doctores, quos referunt, ac illos meritò impugnant Roland. *eodem consil.* 11. *num.* 7. Suarez *eadem limit.* 4. *num.* 7. & ibi Valdes *in addit.* Anton. Gomez *eodem num.* 10. Gutierr. *eadem* §. *vlt. num.* 3. Tello *eodem num.* 61. Ludouicus Morot. *eo consil.* 22. *num.* 3. Maranta *dicta disp.* 10. *num.* 32. *fine.* Menchaca *eodem* §. *illud. num.* 57. Surdus *consil.* 133. *num.* 30. *vol.* 1. vbi multos alios refert, & *consil.* 332. *num.* 11. *vol.* 3. Beccius *consil.* 107. *num.* 14. Gozadin. *consil.* 75. *num.* 21. Alciat. *consil.* 58. *num.* 1. Quare recepisse dotem non obest iuri nepotum ex propria persona succedentium. Item, quia receptio dotis non efficit renunciationem puram, quæ erat conditionalis, nec eam reformat, vel alterat.

Subdunt tamen Anton. Gomez, & Gutierr. ibi, tenen- 45
eos nepotes dotem à parente renunciante receptam computare in sua legitima, si ea dos ad ipsos deueniat. Quod quidem verissimum est. At quando est iam consumpta, est grauissima difficultas. Sed quia non est præsentis instituti, consulendi sunt circa illam Doctores text. *in quartam. ff. ad l. Falcidiam*, & specialiter ibi Picus *num.* 228. & Cæsar Firmagius *à num.* 416. Suarez *dicta limit.* 4. *num.* 11. Greg. Lopez *l.* 5. *glos.* 6. *tit.* 15. *p.* 6. Menchaca *eodem* §. *illud. num.* 58. & *de success. ab intest.* §. 30. *à num.* 274.

Tertiò limitatur, nisi nepotes sint hæredes parentis 46
renunciantis, quia hæres nequit venire contra factum defuncti. *l. cùm à matre. C. de rei vendicat.* & sicut parens si vineret, non posset contra formam renunciationis venire ad successionem sui parentis, ita nec nepot, qui tanquam hæres censetur eadem persona cum defuncto. Sic Guido *quæst.* 228. *num.* 2. Cassan. *consil.* 47. *num.* 33. Rubeus *consil.* 42. *fin.* Bellon. *consil.* 15. *num.* 11. Decius, & alij, quos refert, & sequitur Menochius *consil.* 89. *num.* 115. *vol.* 1. & *consil.* 111. *num.* 125. *vol.* 3. Sed meritò hanc limitationem reiicunt Surd. *consil.* 133. *nu.* 26. & duplici sequentes. Ludouicus Morot. *consil.* 22. *num.* 4. *fin. vsque ad* 10. quia cùm ea renunciatio habeat tacitam conditionem, si hæreditas deferatur parenti, & non sit delata, corruit eo ipso, & non obest successioni nepotum.

Quartò limitatur, quando nepos agit vt parentis re- 47
nunciantis hæres: tunc enim, cùm agat tanquam hæres, nequit contra factum parentis venire, eius renunciationem improbans. Quem casum admittit dicens esse absque dubio Surdus citatus *consil.* 133. *num.* 19. & idem tenet Seraphinus *priuileg.* 21. *num.* 39. & similiter idem Surdus admittit ibi cum Franco, & Bellonio, quando parens renunciasset pro se, & pro suis hæredibus, tunc nocere his nepotibus, qui vellent esse illius parentis

hæredes. Quod etiam tradit Gaspar de Leon inter consilia diuersorum collecta à Stamita Mattianesio, *cons.* 77. *num.* 11. *vol.* 1. & Guido Pancirol. *cons.* 52. *num.* 9. *vol.* 1. Sed iure optimo impugnat vtrumque casum Ludouicus Morotius relatus num. præcedenti plura allegans, & Vincent. de Franchis *decis. Neapolit.* 67. *a num.* 7. *vsque ad finem.* Quia cùm illa renunciatio habeat tacitam conditionem, si hæreditas deferatur, vt dictum est, nec ea delata fit, est perinde prorsus, ac si nunquam facta fuisset, ac subinde ab ea, tanquam ab omnino vitiosa destituta nullum fundamentum sumi potest, quia non enuis nullæ sunt qualitates. *Leius qui ff. si certum petatur.* & resoluto actu censentur æquè resoluti omnes effectus ab eo dependentes, perinde ac si nunquam factus fuisset *l.* 1. 5. *sive autem.* & *l. penult. ff. de condit. & volunt. ff. quibus modis pig. vel hypoth.*

48 Ex qua ratione deducitur reiciendam quoque limitationem, quam tradit Aymon *cons.* 703. *col.* 1. nempe, vt excludantur nepotes quando parens renuncians promisit euictionem pro bonis, quibus renunciat: tunc enim ait ligari hæredes renunciatione parentis, vtpote qui eius euictionem, & factum præstare tenentur, iuxta regul. *ex qua persona. ff. de regul. iuris.* Sed meritò eam reprobat Ludouicus Morotius relatus num. præcedenti propter rationem ibi traditam.

49 Vltima difficultas est, an renunciatio hæreditatis futuræ interitando stabilita renocetur, eo quod renunciantis nascantur postea filij, iuxta text. *l. si vnquam. C. de reuocand. donat.* Quæ in re tanquam certum statuendum est, renunciationem hæreditatis iam adiitæ renocari natiuitate filiorum. Quia, cùm per additionem illam hæreditas sit iam effecta propria renunciantis, est vera donatio rei omnino acquisitæ. Et ita dicit nullum esse dubium Molina Societatis IESV *tom.* 3. *de iust. disput.* 579. *num.* 24.

50 Sed difficultas est, quando hæreditas est delata, sed nondum adita, aut quando nec delata est. Quæ quidem difficultas locum habet, quando ea renunciatio non præiudicat filiis natis, iuxta ea, quæ diximus num. 38. Nam quando natis præiudicaret iuxta dicta num. 35. manifesti iuris est, à fortiori præiudicate nascituris, vt bene expendit Gutierr. *cap. quamuis pactum. §. vlt. num.* 6. In hac ergo difficultate Molina *lib.* 2. *de primog. c.* 3. *à num.* 38. *vsque ad* 46. sic ait distinguendum. Aut ea renunciatio facta est aliquo ob eam accepto, aut gratis: si aliquo ob eam accepto, non renocatur natiuitate filiorum; quod hæc non sit simplex, sed ob causam donatio: at in donatione ob causam non habet locum decisio *d. l. si vnquam*, vt resoluit ibi Ripa *quæst.* 13. *num.* 24. & 25. Tiraquel. alios allegans *verb. donationi largitur, in nona edit. n.* 141. & *sequentib.* Roland. *consilio* 11. *num.* 32. *vol.* 1. Si verò gratis facta est, reuocatur natiuitate filiorum, sine hæreditas sit iam delata, sive non; quia clarissimum est fore, vt renuncians paternæ hæreditati fauore primogeniti, aut cuiusuis, minimè renunciaret, se liberos habiturum cogitans, sed mallet illam ad filios suos, quàm ad fratrem, aut quemuis alium deferre. Quæ est ratio præcipua, seu vnica decisionis *eius. l. si vnquam*, vt ex pluribus ostendit Tiraquel. *ibi, in nona edit. in præsente. num.* 3. & 4. & *verb. liberis. num.* 42. Cùm ergo militet eadem ratio, debet quoque militare eadem dispositio: quippe eam legem ex rationis identitate extendendam de casu ad casum, probat ex pluribus Tiraquel. *eo verb. liberis, nona edit. à num.* 44 qui *num.* 65. ait id esse verum, quæ ut maior ratio versetur in casu lege expresso. Et tandem concludit Molina *num.* 46. hanc sententiam esse verè quando renunciatio hæc facta fuit fauore primogenitur aut cuiusenque personæ determinatæ: secus quæ facta fuit simpliciter, & non fauore certæ personæ, & magis deliberandum de hoc cùm casus o currerit opinionum variationem. Et addit absurdissimum asserere, dispositionem *d. l. si vnquam*, non procedere renunciatione gratuita hæreditatis iam delatæ; quæ ratione id ipsum ait dicendum in hæreditate nondum delata, quia est quasi debita. Huius etiam sententiæ est Baëza *de non meliorandis filiab. cap.* 10. *num.* 102. vbi expresè ait, renunciationem legitimè reuocari natiuitate filiorum. Idem ait Cacheran. *cons.* 77. *num.* 10. loquens de renunciatione hæreditatis parentum viuentium, ductus hoc speciali fundamento, quod renunciatio habeat tacitam conditionem, si hæreditas renunciantì deferatur, ac proinde refertur in tempus, quo delata est hæreditas: & sic est renunciatio hæreditatis delatæ, quæ vera donatio est. Et hoc eodem fundamento vtens, dicit hoc esse iustissimum Simon de Prætis *cons.* 150. *num.* 39. *vol.* 1. vbi & alios refert.

Cæterùm probabilius est eam renunciationem siue hæreditatis delatæ, siue nondum delatæ, non reuocari natiuitate filiorum, sine aliquo accepto, sine gratis fiat. Ducor, quia ea renũciatio (vt optimè aiunt Couarruuias 4. *decretal.* 2. *p. c.* 6. §. 8. *num.* 17. *ad fin.* Molina *tom.* 2. *de iust. disput.* 282. *col.* 2. *vers. quo loco obserua renunciationem donationis natiuitate filiorum statuam d. l. si vnquam.*) non habet vim ex sola præsumpta donantis voluntate, sed multum etiam adiuuatur lege ipsa positiua, quæ tum ob eam præsumptam voluntatem, tum etiam in bonum filiorum id statuit. Quare vt ei decisioni à iure exorbitanti (eam enim esse exorbitantem tenent multi, quos refert Tiraquel. *ibi, in nona edit. verb. liberis. num.* 26.) locus sit, oportet veram esse donationem rei, cuius dominium erat acquisitum donanti: quia expresè loquitur de donatione, & præterito vtitur verbo (*reuertatur*) quod non potest adaptari, nisi iis, quæ fuerũt in alienantis dominio. Sed hæreditas quantumcumque delata sit, nedum quando delata non est, minimè est in renunciantis dominio per iura vulgaria, sed pendet, vt sit donantis, ab ipsius acceptatione: ergo ea hæreditatis renunciatio non comprehenditur *in illa l. si vnquam.* & hinc soluitur ratio contraria. Præterea, qui ea renunciatio valet inter coniuges, vt probant *lib.* 6. *de matrim. disp.* 4. *num.* 1. eo quod inter illos sola vera donatio interdicta sit, qualis non est renunciatio hæreditatis delatæ, sed nondum aditæ. Præterea, quia quamuis interdicta sit donatio in creditorum fraudem, non clauditur in ea prohibitione renunciatio hæreditatis tantùm delatæ. Et ideo huius sententiæ partum est Ripa *ea l. si vnquam. quæst.* 11. *nu.* 20. vbi ait non reuocari renunciationem hæreditatis nondum delatæ, secus quando iam delata est, licèt non adita. Tiraquel. *ibi. verb. donationi largitur, in nona edit. num.* 180. & *sequentib.* vbi generaliter probat, eam legem solùm habere locum in renunciatione iuris tam quæsiti, non autem quærendi. Decius *l.* 1. *num.* 11. *ad finem. C. de patris.* & *cons.* 55. *à num.* 24. *vsque ad* 28. *vol.* 4. Ialon. & Rub. quos refert, & sequitur Tiraquel. *eo verb. donationi largitur, in nona edit. num.* 186. vbi dicunt renunciationem donationis iam factæ, nondum tamen acceptatæ, non reuocari natiuitate filiorum. Ruin. *cons.* 60. *num.* 14. *vol.* 3. Roland. *cons.* 11. *num.* 23. *vsque ad* 30. *vol.* 1. Eiusdem sententiæ sunt Couar. *c. quamuis pactum p.* 3. §. 3. *num.* 8. Azor *tom.* 2. *instit. moralium. lib.* 2. *quæst.* 14. vbi absolutè dicunt renunciationem hæreditatis non reuocari natiuitate filiorum; quamuis enim videantur loqui de renunciatione fœminæ in matrimonium collocandæ, non gratis, sed ob dotem receptam facta, loquuntur enim de renunciatione in illo textu contenta, quę est huiusmodi; & sic probant, eo quod sit facta præmissa liberorum cogitatione: at verè videntur huius sententiæ, quia vtuntur ea ratione ad probandam suam sententiam, quod hæc renunciatio non sit iuris quæsiti, sed quærendi. Quæ ratio in vniuersum procedit in quacumque renunciatione hæreditatis nondum aditæ; & in propriis terminis tenet Menchaca exprimens, quamuis hæreditas sit delata, sed nondum adita, *libro* 2. *de success. creat.* §. 18. *n.* 121. quod idem indistinctè tenuerat *l. si quando.* §. *illud. nu.* 57. *vers.*

vers. amplius. C. de inoffici. testament. & meliùs cæteris, in propriis terminis, reprobato altero Molina, tenet Molina Societatis IESV *tom.* 3. *de iustitia. disputat.* 379. *numero* 24.

52 Non tamen approbo quod dicit Barthol. Socin. *cons.* 53. *numero* 27. *vol.* 4. vbi ait cessionem in alterius fauorem factam hæreditatis illius non reuocari natiuitate filiorum, quia, quamuis contineat tacitam acceptationem, quia tamen erat momentanea, & non ad finem retinendi, sed statim repudiandi, non est in consideratione. Sed iure optimo illum reprehendit Ripa *d. l. si vnquam. quæst.* 11. *numero* 21. & Roland. *d. cons.* 11. *numero* 25. Marchabrunus ab Anguillis alios allegans *cons.* 30. *numero* 399. & *duplici sequenti. tomo* 1. Nec obstat fundamentum Socini, quia momentanea acquisitio tunc non est in consideratione, quando nullum effectum parit, secus quando illum parit; & constat ex iis, quæ diximus *lib.* 6. *de matrimonio. disputat.* 4. *numero* 16. & 17.

53 Sed dubitatur, an legato relicto alicui, si professus fuerit in religione, possit ipse renunciare? Quod non possit, ostenditur, quia perinde est legare alicui professuro sub conditione professionis futuræ, ac legare ipsi religioni; quia in vltimis voluntatibus implementum conditionis non retrotrahitur, sed inspicitur tempus, quo illa impletur, vt probauimus *lib.* 2. *huius operis. cap.* 14. *numero* 15. ac proinde ita se habet, ac si acquirerer post professionem; & ita hæc spes nullius est considerationis respectu ipsius, cùm sit spes rei, cuius acquirendæ est incapax. Sic Benedictus Egid. *l. Titia si non nupserit.* 100. *part.* 1. *numero* 53. *ff. de condit. & demonstr.* qui addit, si legatum esset relictum sub quanis alia conditione, quæ posset etiam ante professionem impleri, valeret renunciatio, essi post professionem impleatur conditio, vt expressis verbis docet Couar. *de pactis.* 3. *part.* §. 2. *num.* 5. *vers. non obstat.* de fideicommisso conditionali, quando quispiam gratuitus est restituere post mortem mihi, possum ante professionem renunciare, & sic non acquirit monasterium, etiamsi conditio impleatur post professionem. Ratio est, quia tunc habet legatarius spem, & ius succedendi in legato adimpleta conditione, quod ius potest interim renunciando à se abdicare. Ego addo secus dicendum esse, si ex contractu deberetur aliquid dependenter à professione futura: vt si promisi dare tibi aliquid, si professus fueris; tunc enim valebit renunciatio, & non succedet monasterium, quia, cùm in contractibus conditio retrotrahatur ad tempus contractus initi, est perinde, ac si conditio esset impleta à principio. Accedit hanc non esse conditionem potestatiuam, sed mixtum, cùm pendeat à voluntate monasterij, & futuro eueniu. Faciunt quæ de confessione diximus loco citato *lib.* 2. *huius operis. cap.* 14. *numero* 22. & *sequentibus.*

54 Tandem duo obseruanda sunt. Prius est: hæc omnia toto hoc cap. dicta de renunciatione hæreditatis ascendentium facta à descendentibus, pari ratione procedunt in renunciatione ab ascendentibus facta respectu hæreditatis descendentium. *l.* 1. §. *si parens. ff. si quis a parente fuerit manumis.* Sic Glossa *l. pactum de tale.* 3. *verb. improbatur. Code cellar.* & ibi scribentes, & multos allegans contra Baldum tenet Antonius Gomez *l.* 22. *Tauri. numero* 3. Tello *l.* 6. *Tauri. numero* 64. Molina *lib.* 2. *de primog. cap.* 3. *numero* 48. Gutierr. *de iuramento.* 1. *part. cap.* 19. *num.* 4. Molina Societatis IESV *tom.* 3. *de iustitia. disp.* 579. *num.* 23. *vers. eo vero ipso.*

55 Posterius est: in omnibus casibus, in quibus hucusque diximus renunciationem contrahere, & renunciantem succedere in bona, quibus renunciarat, succedet eodem modo in illa monasterium succedendi capax, in quo renuncians ille iam professus est. Quod nemo negabit, quia in omnia iura professi succedit monasterium, vt in sequentibus est late tractandum.

CAPVT VIII.

Qualiter professis interdictum sit testari.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sunt. n. 1.
Professis interdictum est testari. n. 2.
Quid ad pias causas. n. 3.
Quo iure interdicatur illis testari? n. 4.
An Prælatus Pontifice inferior possit in hoc dispensare; aut Prælatus cum conuentu? n. 5.
An possit testari ex superioris licentia de rebus alienis, accedente domini consensu? n. 6.
An si tunc professus testetur, teneatur dominus legata implere? n. 7.
Potest non tanquam testator, sed tanquam personarum elector mortis tempore disponere. n. 8.
An possit ex licentia superioris codicillos facere? numero 9.
An possit donationem causâ mortis facere ex superioris licentia? refertur quædam sententia. n. 10.
Proponitur sententia auctoris. num. 11. *& ibi quid de fratribus Minoribus.*
An possit Prælatus concedere religioso, vt scriptum relinquat quid fieri velit de sua bona? n. 12.
An ex contractu Prælati cum religioso, vel domini cum seruo, oriatur naturalis obligatio, aut ciuilis? idem est dicendum de vtraque obligatione. n. 13.
Refertur quædam sententia. n. 14. & 15.
Explicatur sententia auctoris. n. 16. 17. & 18.
An professus possit testari, quando tempore professionis reseruauit sibi aliqua bona, de quibus testari valeat? numero 19.
An professus possit primogenium instituere? n. 20.

QVATVOR circa hoc disputanda sunt. Primum est in genere, an professis interdictum sit testari? Et de hoc est præsens caput. Secundum est, an professo habenti ascendentes, aut descendentes liceat inter illos testari? Tertium, an à tempore professionis debeatur legitima patris professi filiis, vel filij professi parentibus? Vltimum est, an professo integrum sit testamentum ante professionem factum renocare, aut declarare? Et de his tribus disputabitur triplici cap. sequenti. Præsens autem disputatio triplicem quæstionem enodandam petit. Prima est. An quæuis dispositio per vltimam voluntatem sit interdicta professis, & quo iure? Secunda est. Quibus religiosis id interdicatur? Tertia. An ex Pontificis licentia integrum sit religiosis testari, & qualiter ea licentia intelligenda sit?

Prima ergo quæstio est. An quæuis dispositio per vltimam voluntatem sit interdicta professis, & quo iure? Certissimum apud omnes est, professis interdictum esse testari, & testamentum factum ab ipsis fore irritum. Constat ex *authent. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles.* & *cap. quia ingredientibus.* 19. *quæst.* 3. & *cap.* 2. *de testament.* & *l. reg.* 17. *tit.* 1. *part.* 6. Huius autem ratio redditur *ea authent. ingressi*, quia professi proprium non habent. Quæ ratio non caret difficultate, quia res alsena legari potest; & competit legatario actio ad illius rei æstimationem aduersus hæredem. *l. cum alie nam.* §. *si res aliena. C. de legat.* & §. *cui fundus, cum sequent. instit. de legat.* Quare ea ratio sic intelligitur; nè quis professus testari, quia nec proprium habet, nec proprij habendi est capax: cum enim testari sit quidam

hæredes. Quod etiam tradit Gaspar de Leon inter consilia diuersorum collecta à Stamita Mattianesio, *cons.* 77. *num.* 11. *vol.* 1. & Guido Pancirol. *cons.* 52. *num.* 9. *vol.* 1. Sed iure optimo impugnat vtrumque casum Ludouicus Morotius relatus num. præcedenti plura allegans, & Vincent. de Franchis *decis. Neapolit.* 67. *a num.* 7. *vsque ad finem.* Quia cùm illa renunciatio habeat tacitam conditionem, si hæreditas deferatur, vt dictum est, nec ea delata fit, est perinde prorsus, ac si nunquam facta fuisset, ac subinde ab ea, tanquam ab omnino vitiosa destituta nullum fundamentum sumi potest, quia non enuis nullæ sunt qualitates. *Leius qui ff. si certum petatur.* & resoluto actu censentur æquè resoluti omnes effectus ab eo dependentes, perinde ac si nunquam factus fuisset *l.* 1. 5. *sive autem.* & *l. penult. ff. de condit. & volunt. ff. quibus modis pig. vel hypoth.*

48 Ex qua ratione deducitur reiciendam quoque limitationem, quam tradit Aymon *cons.* 703. *col.* 1. nempe, vt excludantur nepotes quando parens renuncians promisit euictionem pro bonis, quibus renunciat: tunc enim ait ligari hæredes renunciatione parentis, vtpote qui eius euictionem, & factum præstare tenentur, iuxta regul. *ex qua persona. ff. de regul. iuris.* Sed meritò eam reprobat Ludouicus Morotius relatus num. præcedenti propter rationem ibi traditam.

49 Vltima difficultas est, an renunciatio hæreditatis futuræ interitando stabilita renocetur, eo quod renunciantis nascantur postea filij, iuxta text. *l. si vnquam. C. de reuocand. donat.* Quæ in re tanquam certum statuendum est, renunciationem hæreditatis iam adiitæ renocari natiuitate filiorum. Quia, cùm per additionem illam hæreditas sit iam effecta propria renunciantis, est vera donatio rei omnino acquisitæ. Et ita dicit nullum esse dubium Molina Societatis IESV *tom.* 3. *de iust. disput.* 579. *num.* 24.

50 Sed difficultas est, quando hæreditas est delata, sed nondum adita, aut quando nec delata est. Quæ quidem difficultas locum habet, quando ea renunciatio non præiudicat filiis natis, iuxta ea, quæ diximus num. 38. Nam quando natis præiudicaret iuxta dicta num. 35. manifesti iuris est, à fortiori præiudicate nascituris, vt bene expendit Gutierr. *cap. quamuis pactum. §. vlt. num.* 6. In hac ergo difficultate Molina *lib.* 2. *de primog. c.* 3. *à num.* 38. *vsque ad* 46. sic ait distinguendum. Aut ea renunciatio facta est aliquo ob eam accepto, aut gratis: si aliquo ob eam accepto, non renocatur natiuitate filiorum; quod hæc non sit simplex, sed ob causam donatio: at in donatione ob causam non habet locum decisio *d. l. si vnquam*, vt resoluit ibi Ripa *quæst.* 13. *num.* 24. & 25. Tiraquel. alios allegans *verb. donationi largitur, in nona edit. n.* 141. & *sequentib.* Roland. *consilio* 11. *num.* 32. *vol.* 1. Si verò gratis facta est, reuocatur natiuitate filiorum, sine hæreditas sit iam delata, sive non; quia clarissimum est fore, vt renuncians paternæ hæreditati fauore primogeniti, aut cuiusuis, minimè renunciaret, se liberos habiturum cogitans, sed mallet illam ad filios suos, quàm ad fratrem, aut quemuis alium deferre. Quæ est ratio præcipua, seu vnica decisionis *eius. l. si vnquam*, vt ex pluribus ostendit Tiraquel. *ibi, in nona edit. in præsente. num.* 3. & 4. & *verb. liberis. num.* 42. Cùm ergo militet eadem ratio, debet quoque militare eadem dispositio: quippe eam legem ex rationis identitate extendendam de casu ad casum, probat ex pluribus Tiraquel. *eo verb. liberis, nona edit. à num.* 44 qui *num.* 65. ait id esse verum, quæ ut maior ratio versetur in casu lege expresso. Et tandem concludit Molina *num.* 46. hanc sententiam esse verè quando renunciatio hæc facta fuit fauore primogenitur aut cuiusenque personæ determinatæ: secus quæ facta fuit simpliciter, & non fauore certæ personæ, & magis deliberandum de hoc cùm casus o currerit opinionum variationem. Et addit absurdissimum asserere, dispositionem *d. l. si vnquam*, non procedere renunciatione gratuita hæreditatis iam delatæ; quæ ratione id ipsum ait dicendum in hæreditate nondum delata, quia est quasi debita. Huius etiam sententiæ est Baëza *de non meliorandis filiab. cap.* 10. *num.* 102. vbi expresè ait, renunciationem legitimè reuocari natiuitate filiorum. Idem ait Cacheran. *cons.* 77. *num.* 10. loquens de renunciatione hæreditatis parentum viuentium, ductus hoc speciali fundamento, quod renunciatio habeat tacitam conditionem, si hæreditas renunciantì deferatur, ac proinde refertur in tempus, quo delata est hæreditas: & sic est renunciatio hæreditatis delatæ, quæ vera donatio est. Et hoc eodem fundamento vtens, dicit hoc esse iustissimum Simon de Prætis *cons.* 150. *num.* 39. *vol.* 1. vbi & alios refert.

Cæterùm probabilius est eam renunciationem siue hæreditatis delatæ, siue nondum delatæ, non reuocari natiuitate filiorum, sine aliquo accepto, sine gratis fiat. Ducor, quia ea renũciatio (vt optimè aiunt Couarruuias 4. *decretal.* 2. *p. c.* 6. §. 8. *num.* 17. *ad fin.* Molina *tom.* 2. *de iust. disput.* 282. *col.* 2. *vers. quo loco obserua renunciationem donationis natiuitate filiorum statuam d. l. si vnquam.*) non habet vim ex sola præsumpta donantis voluntate, sed multum etiam adiuuatur lege ipsa positiua, quæ tum ob eam præsumptam voluntatem, tum etiam in bonum filiorum id statuit. Quare vt ei decisioni à iure exorbitanti (eam enim esse exorbitantem tenent multi, quos refert Tiraquel. *ibi, in nona edit. verb. liberis. num.* 26.) locus sit, oportet veram esse donationem rei, cuius dominium erat acquisitum donanti: quia expresè loquitur de donatione, & præterito vtitur verbo (*reuertatur*) quod non potest adaptari, nisi iis, quæ fuerũt in alienantis dominio. Sed hæreditas quantumcumque delata sit, nedum quando delata non est, minimè est in renunciantis dominio per iura vulgaria, sed pendet, vt sit donantis, ab ipsius acceptatione: ergo ea hæreditatis renunciatio non comprehenditur *in illa l. si vnquam.* & hinc soluitur ratio contraria. Præterea, qui ea renunciatio valet inter coniuges, vt probant *lib.* 6. *de matrim. disp.* 4. *num.* 1. eo quod inter illos sola vera donatio interdicta sit, qualis non est renunciatio hæreditatis delatæ, sed nondum aditæ. Præterea, quia quamuis interdicta sit donatio in creditorum fraudem, non clauditur in ea prohibitione renunciatio hæreditatis tantùm delatæ. Et ideo huius sententiæ partum est Ripa *ea l. si vnquam. quæst.* 11. *nu.* 20. vbi ait non reuocari renunciationem hæreditatis nondum delatæ, secus quando iam delata est, licèt non adita. Tiraquel. *ibi. verb. donationi largitur, in nona edit. num.* 180. & *sequentib.* vbi generaliter probat, eam legem solùm habere locum in renunciatione iuris tam quæsiti, non autem quærendi. Decius *l.* 1. *num.* 11. *ad finem. C. de patris.* & *cons.* 55. *à num.* 24. *vsque ad* 28. *vol.* 4. Ialon. & Rub. quos refert, & sequitur Tiraquel. *eo verb. donationi largitur, in nona edit. num.* 186. vbi dicunt renunciationem donationis iam factæ, nondum tamen acceptatæ, non reuocari natiuitate filiorum. Ruin. *cons.* 60. *num.* 14. *vol.* 3. Roland. *cons.* 11. *num.* 23. *vsque ad* 30. *vol.* 1. Eiusdem sententiæ sunt Couar. *c. quamuis pactum p.* 3. §. 3. *num.* 8. Azor *tom.* 2. *instit. moralium. lib.* 2. *quæst.* 14. vbi absolutè dicunt renunciationem hæreditatis non reuocari natiuitate filiorum; quamuis enim videantur loqui de renunciatione fœminæ in matrimonium collocandæ, non gratis, sed ob dotem receptam facta, loquuntur enim de renunciatione in illo textu contenta, quę est huiusmodi; & sic probant, eo quod sit facta præmissa liberorum cogitatione: at verè videntur huius sententiæ, quia vtuntur ea ratione ad probandam suam sententiam, quod hæc renunciatio non sit iuris quæsiti, sed quærendi. Quæ ratio in vniuersum procedit in quacumque renunciatione hæreditatis nondum aditæ; & in propriis terminis tenet Menchaca exprimens, quamuis hæreditas sit delata, sed nondum adita, *libro* 2. *de success. creat.* §. 18. *n.* 121. quod idem indistinctè tenuerat *l. si quando.* §. *illud. nu.* 57. *vers.*

vers. amplius. C. de inoffici. testament. & meliùs cæteris, in propriis terminis, reprobato altero Molina, tenet Molina Societatis IESV *tom.* 3. *de iustitia. disputat.* 379. *numero* 24.

52 Non tamen approbo quod dicit Barthol. Socin. *cons.* 53. *numero* 27. *vol.* 4. vbi ait cessionem in alterius fauorem factam hæreditatis illius non reuocari natiuitate filiorum, quia, quamuis contineat tacitam acceptationem, quia tamen erat momentanea, & non ad finem retinendi, sed statim repudiandi, non est in consideratione. Sed iure optimo illum reprehendit Ripa *d. l. si vnquam. quæst.* 11. *numero* 21. & Roland. *d. cons.* 11. *numero* 25. Marchabrunus ab Anguillis alios allegans *cons.* 30. *numero* 399. & *duplici sequenti. tomo* 1. Nec obstat fundamentum Socini, quia momentanea acquisitio tunc non est in consideratione, quando nullum effectum parit, secus quando illum parit; & constat ex iis, quæ diximus *lib.* 6. *de matrimonio. disputat.* 4. *numero* 16. & 17.

53 Sed dubitatur, an legato relicto alicui, si professus fuerit in religione, possit ipse renunciare? Quod non possit, ostenditur, quia perinde est legare alicui professuro sub conditione professionis futuræ, ac legare ipsi religioni; quia in vltimis voluntatibus implementum conditionis non retrotrahitur, sed inspicitur tempus, quo illa impletur, vt probauimus *lib.* 2. *huius operis. cap.* 14. *numero* 15. ac proinde ita se habet, ac si acquirerer post professionem; & ita hæc spes nullius est considerationis respectu ipsius, cùm sit spes rei, cuius acquirendæ est incapax. Sic Benedictus Egid. *l. Titia si non nupserit.* 100. *part.* 1. *numero* 53. *ff. de condit. & demonstr.* qui addit, si legatum esset relictum sub quanis alia conditione, quæ posset etiam ante professionem impleri, valeret renunciatio, essi post professionem impleatur conditio, vt expressis verbis docet Couar. *de pactis.* 3. *part.* §. 2. *num.* 5. *vers. non obstat.* de fideicommisso conditionali, quando quispiam gratuitus est restituere post mortem mihi, possum ante professionem renunciare, & sic non acquirit monasterium, etiamsi conditio impleatur post professionem. Ratio est, quia tunc habet legatarius spem, & ius succedendi in legato adimpleta conditione, quod ius potest interim renunciando à se abdicare. Ego addo secus dicendum esse, si ex contractu deberetur aliquid dependenter à professione futura: vt si promisi dare tibi aliquid, si professus fueris; tunc enim valebit renunciatio, & non succedet monasterium, quia, cùm in contractibus conditio retrotrahatur ad tempus contractus initi, est perinde, ac si conditio esset impleta à principio. Accedit hanc non esse conditionem potestatiuam, sed mixtum, cùm pendeat à voluntate monasterij, & futuro eueniu. Faciunt quæ de confessione diximus loco citato *lib.* 2. *huius operis. cap.* 14. *numero* 22. & *sequentibus.*

54 Tandem duo obseruanda sunt. Prius est: hæc omnia toto hoc cap. dicta de renunciatione hæreditatis ascendentium facta à descendentibus, pari ratione procedunt in renunciatione ab ascendentibus facta respectu hæreditatis descendentium. *l.* 1. §. *si parens. ff. si quis a parente fuerit manumis.* Sic Glossa *l. pactum de tale.* 3. *verb. improbatur. Code cellar.* & ibi scribentes, & multos allegans contra Baldum tenet Antonius Gomez *l.* 22. *Tauri. numero* 3. Tello *l.* 6. *Tauri. numero* 64. Molina *lib.* 2. *de primog. cap.* 3. *numero* 48. Gutierr. *de iuramento.* 1. *part. cap.* 19. *num.* 4. Molina Societatis IESV *tom.* 3. *de iustitia. disp.* 579. *num.* 23. *vers. eo vero ipso.*

55 Posterius est: in omnibus casibus, in quibus hucusque diximus renunciationem contrahere, & renunciantem succedere in bona, quibus renunciarat, succedet eodem modo in illa monasterium succedendi capax, in quo renuncians ille iam professus est. Quod nemo negabit, quia in omnia iura professi succedit monasterium, vt in sequentibus est late tractandum.

CAPVT VIII.

Qualiter professis interdictum sit testari.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sunt. n. 1.
Professis interdictum est testari. n. 2.
Quid ad pias causas. n. 3.
Quo iure interdicatur illis testari? n. 4.
An Prælatus Pontifice inferior possit in hoc dispensare; aut Prælatus cum conuentu? n. 5.
An possit testari ex superioris licentia de rebus alienis, accedente domini consensu? n. 6.
An si tunc professus testetur, teneatur dominus legata implere? n. 7.
Potest non tanquam testator, sed tanquam personarum elector mortis tempore disponere. n. 8.
An possit ex licentia superioris codicillos facere? numero 9.
An possit donationem causâ mortis facere ex superioris licentia? refertur quædam sententia. n. 10.
Proponitur sententia auctoris. num. 11. *& ibi quid de fratribus Minoribus.*
An possit Prælatus concedere religioso, vt scriptum relinquat quid fieri velit de sua bona? n. 12.
An ex contractu Prælati cum religioso, vel domini cum seruo, oriatur naturalis obligatio, aut ciuilis? idem est dicendum de vtraque obligatione. n. 13.
Refertur quædam sententia. n. 14. & 15.
Explicatur sententia auctoris. n. 16. 17. & 18.
An professus possit testari, quando tempore professionis reseruauit sibi aliqua bona, de quibus testari valeat? numero 19.
An professus possit primogenium instituere? n. 20.

QVATVOR circa hoc disputanda sunt. Primum est in genere, an professis interdictum sit testari? Et de hoc est præsens caput. Secundum est, an professo habenti ascendentes, aut descendentes liceat inter illos testari? Tertium, an à tempore professionis debeatur legitima patris professi filiis, vel filij professi parentibus? Vltimum est, an professo integrum sit testamentum ante professionem factum renocare, aut declarare? Et de his tribus disputabitur triplici cap. sequenti. Præsens autem disputatio triplicem quæstionem enodandam petit. Prima est. An quæuis dispositio per vltimam voluntatem sit interdicta professis, & quo iure? Secunda est. Quibus religiosis id interdicatur? Tertia. An ex Pontificis licentia integrum sit religiosis testari, & qualiter ea licentia intelligenda sit?

Prima ergo quæstio est. An quæuis dispositio per vltimam voluntatem sit interdicta professis, & quo iure? Certissimum apud omnes est, professis interdictum esse testari, & testamentum factum ab ipsis fore irritum. Constat ex *authent. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles.* & *cap. quia ingredientibus.* 19. *quæst.* 3. & *cap.* 2. *de testament.* & *l. reg.* 17. *tit.* 1. *part.* 6. Huius autem ratio redditur *ea authent. ingressi*, quia professi proprium non habent. Quæ ratio non caret difficultate, quia res alsena legari potest; & competit legatario actio ad illius rei æstimationem aduersus hæredem. *l. cum alie nam.* §. *si res aliena. C. de legat.* & §. *cui fundus, cum sequent. instit. de legat.* Quare ea ratio sic intelligitur; nè quis professus testari, quia nec proprium habet, nec proprij habendi est capax: cum enim testari sit quidam

dominij actus, incapax dominij, est quoque testandi incapax; quamvis capaces dominij, quantumuis bonis temporalibus destituti sint, testari possint: vt bene cum alijs explicat Tapia *ex authent. ingressis. verb. ideòque nec de his. cap.* 1. *num.* 80.

3 Nec id licet, quamuis ad pias causas testari velint, quod probant textus adducti numero præcedenti, cùm indistinctè loquantur; & ratio, cui ea decisio innititur, id in hoc etiam euentu probat. Atque ita docent Bart. *l.* 1. *quæst.* 3. *C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Bald. *numero* 15. Abbas *rubrica de testamen. fin.* Francus *eadem rubr. in* 6. *num.* 74. Rosel. *verb. testamentum.* 1. *num.* 5. Sylvest. *verb. testamentum.* 1. *quæst.* 4. *ad fin.* Armil. *verb. testamentum. numero* 2. *fin.* & ibi Tabiena *quæst.* 2. *numero* 3. Nauarr. *comment.* 2. *de regular. numero* 22. *corol.* 10. Magdalenus *de numero testium.* 2. *part. cap.* 4. *fin.* Tapia *d. authent. ingressi. verb. ideòque nec de his. cap.* 1. *numero* 5. Manuel *ouestionũ regular. tomo* 3. *quæst.* 69. *art.* 2. Graff. 2. *part. decis. lib.* 3. *cap.* 29. *numero* 85. Peregrin. *cons.* 53. *numero* 10. *vol.* 2.

4 Hæc autem testandi prohibitio est solo iure humano inducta, tum quia iuxta veriorem sententiam solo iure humano redduntur inhabiles religiosi ad dominium habendum, tum etiam, quia esto essent dominij incapaces ex iure naturali diuino, vt tenet alia sententia; at cùm de re aliqua disponere ex superioris licentia non sit actus dominij, nec ad sic disponendum reddatur incapax ratione voti paupertatis religiosus, posset vtique testari de quantitate aliqua moderata, attento iure naturali diuino ex licentia sui superioris, non obstante voto: sicut ex eadem licentia potest inter viuos quantitatem aliquam moderatam donare. Quare tota hæc prohibitio siue vtam, siue aliam sententiam amplectamur, ad ius humanum referenda est. Atque ita tenent Paulus *auth. si qua mulier. num.* 3. *fin. C. de sacrosanct. Eccles.* Gregor. Lopez *l.* 53. *verb. y se los quen. tit.* 6. *partit.* 1. Azor *tomo* 2. *instit. moralium. lib.* 12. *cap.* 6. *quæst.* 3. & pro hac parte sunt Doctores omnes, quos infrà referemus, dicentes posse religiosum ex licentia Pontificis testari; consequenter enim tenentur dicere prohibitionem hanc esse ex iure humano.

5 Hinc deducitur, nullum Prælatum summo Pontifice inferiorem dispensare posse cum religioso professo, vt testetur (qualiter autem Pontifex hoc possit, dicemus statim) quod prohibitio hæc à iure Pontificio dimanet, ac æquè afficiat ipsoimet Prælatos regulares. Atque ita docent Abb. *cap. in presentia. numero* 61. *de probat.* & ibi Paris. *numero* 17. Franc. *rubr. de testament. in* 6. *numero* 65. Bertrand. *cons.* 116. *numero* 5. & 9. & *cons.* 5. *numero* 2. *vol.* 3. *in priori parte.* Tabiena *verb. religio. quæst.* 42. Fulu. Pacianus *cons.* 36. *numero* 103. *tomo* 1. Botta. *cons.* 102. *numero* 56. *vol.* 1. Nauarr. *comment.* 1. *de regular. numero* 44. & *numero* 22. *corol.* 10. Leonardus *lib.* 2. *de iustitia. cap.* 41. *dub.* 8. *numero* 73. & *cap.* 19. *dub.* 4. *numero* 40. Manuel *quæst. regular. tomo* 3. *quæst.* 69. *art.* 2. & *tomo* 2. *summa. cap.* 22. *numero* 1. & 2. Tapia *authent. ingressi. verb. ideòque nec de his. cap.* 1. *numero* 4. & 27. Auendaño *de exequend. mand. Reg. 4. art.* 2. *cap.* 4. *numero* 54. *vers.* 3. *requiritur.* Molina *tom.* 1. *de iustitia. disputatione* 141. *col. pen. vers. dubium est.* Azor *tomo* 1. *instit. moral. lib.* 12. *cap.* 9. *quæstione vltim.* Graffis 1. *part. decis. lib.* 3. *cap.* 5. *numero* 59. Quare nec Prælatus cum conuentu eam licentiam dare potest, vt bene tradunt Bertrand. *eo cons.* 16. *numero* 2. Nauarr. *eo comment.* 2. *numero* 22. *corol.* 10. Tapia *eodem numero* 27. Manuel *eo art.* 2. nec Capitulum generale. Pacianus *eo numero* 105. Quod si apponas, monasterium posse in vita aliquid modicum annuente Abbate donare: ergo & potest vita testamenti donare postea. Respondeo, diuersam esse rationem, quia testamentum est ius, & facultas, qua testator ex suam voluntatem post obitum suum exequendam, quod interdixit ius ecclesiasticum tanquam sapiens naturam dominij. At non interdixit donationes modicas in vita ex superioris licentia: id enim posse fieri est valde connictui humano necessarium. Vnde minus bene Nauarr. *lib. de reddituibus. quæst.* 3. *in* 1. *edit. numero* 28. *in* 2. *eadem quæst.* 3. *monito* 11. *numero* 4. quem sequitur Ludouicus Lopez 1. *part. instruct. cap.* 154. *col. vltim. vers. alij verò.* dicit posse superiorem religionis concedere hanc licentiam religioso, qui multa bona dedit religioni. Sed melius ipse Nauarr. *comment.* 2. *de regul. numero* 58. dicit Prælatum religionis posse in hoc casu concedere facultatem, vt disponat in vita, solum verò Pontificem, vt disponat in morte.

6 Nec etiam potest testari ex superioris licentia de rebus, quæ nec monasterij, nec monachi illius sunt, accedente eorum, quorum sunt propriæ, consensu. Quamuis enim hoc nil aliud videatur, quàm esse procuratorem, aut exequutorem alienæ voluntatis, quod integrum est religioso ex superioris licentia; at longè diuersa est ratio; nam exequi, & procurare innituntur personæ alterius, eiusque nomine fiunt. At testamentum illud sit nomine proprio, estque proprium personæ testantis, perinde ac si secularis proprium testamentum conficeret, disponens de re aliqua aliena ex domini consensu. Item, quia aliàs posset testari de rebus monasterij ad opera pia, consentiente Prælato, sicut posset Prælatus eas impendere, aut dare licentiam impendendi inter viuos. Atque ita tradunt Nauarr. *comment.* 2. *numero* 57. *de regularibus.*

7 Quamuis autem testamentum hoc professi de rebus alienis ex domini consensu non valeat, posset tamen consensum præstans compelli ad exequenda relicta in eo testamento, non quasi debita ex vltima voluntate monachi, quæ inefficax fuit, sed ex quadam exequutione mandati concedentis prædictam facultatem incapaci testandi. Quippe qui eo ipso quod eam facultatem concessit, videtur se obligasse ad ea exequenda, quæ religiosus vt sui mandati exequutor disposuerit. Facit *l. qui patitur. 18. ff. mandat.* ibi; *qui patitur ab alio mandari. vt sibi credatur mandare intelligitur.* Sic Nauar. *eo comment.* 2. *num.* 57. Tapia *ea authent. ingressi. verb. ideòque nec de his. cap.* 1. *num.* 27.

8 Immo, vt docet Fulutus Pacian. *eo cons.* 36. *num.* 103. *vsque ad* 108. potest aliquid relinqui monacho cum facultate tempore mortis disponendi de eo inter consanguineos, non per testamentum aliquod solemne, sed per electionem personarum, ad quas debeat pertinere quod ita relictum fuerit; atque ita non disponet tanquam testator, sed tanquam personarum elector.

9 Nec etiam potest professus ex superioris licentia codicillos facere; quia qui de iure testari nequit, non potest etiam codicillos facere. *l. Diui.* 6. §. *penult. in fin.* & ibi Gloss. *verb. testamentum.* & *l. si quis.* 1. *paulo post principiũ.* & ibi Gloss. *verb. factionem.* & *l. reg.* 6. *tit.* 12. *part.* 6. & ibi Gregor. Lopez *verb. de cautos.* 2. & in propriis terminis docent Petrus de Bellapert. *authent. ingressi. quæstione vltim. C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Albericus *numero* 31. Odofred. *numero* 10. *fin.* Signorol. *numero* 35. Tapia *verb. ideòque nec de his. cap.* 1. *numero* 64. Nauarr. *comment.* 1. *numero* 43. & 44 *de regular.* & *sum. Lauina cap.* 27. *num.* 270.

Sed maior difficultas est, an possit donationem causâ mortis facere ex superioris licentia? Quidam negant, tum quia huiusmodi donatio est quædam vltimæ voluntatis species: tum etiam, quia non potens de iure testari, nequit etiam donare causâ mortis, vt tradit Glossa *l. cum is.* 25. *verb. non facit. ff. de donat.* causâ

causâ mortis. Atque ita docent Nauarr. *libro* 3. *consil. in* 1. *edit. tit. de don. inter vir. cons.* 8. *num.* 2. *in* 2. *lib.* 1. *tit. de præsumpt. cons.* 1. *numero* 3. & duplici loco, quem numero præcedenti allegauimus. Manuel *qq. regular. tomo* 2. *quæstione* 47. *artic.* 7. *ad fin.* & 1. *tomo summa. in* 2. *edit. cap.* 90. *numero* 7. *concl.* 2. Angul. *de meliorat. l.* 1. *glos.* 5. *numero* 15. Graff. 1. *part. decis. lib.* 3. *cap.* 5. *numero* 58. & 2. *part. lib.* 3. *cap.* 19. Præpolit. *cap. nulli dubium. num.* 20. 21. *quæst.* 5.

11 At probabilius existimo posse ex superioris licentia donare causâ mortis quid moderatum, sicut & ex eadem potest donare inter viuos. Ducor, quod iura solùm testamentum interdicant professis, vt constat ex textibus n. 2. allegatis. At nunc solùm nequit donare causâ mortis cui testari interdicitur, cùm ex defectu naturali testari non valet, ita vt nec inter viuos donare posset, vt cum Imola, & Ripa, sic intelligentes Glossam allegatam numero præcedenti, tradunt Couar. *rubr. de testament. part.* 3. *numero* 11. *ad fin.* Matienzo *lib.* 5. *recopil. tit.* 10. *l.* 7. *glos.* 2. *numero* 34. At professus non est huiusmodi; ex solo enim iure positiuo interdicitur ei testari ex superioris licentia, propter accidentarium defectum ex voto paupertatis consurgentem, qui non impedit donare inter viuos ex superioris licentia. Secundò, quia hæ potestates non sunt connexæ: stat enim posse quempiam testari, non tamen donare causâ mortis; vt constat in vxore, quæ absque viri licentia potest testari, cùm tamen iusta frequentissimam sententiã, & probabilissimam nequeat absque ea donare causâ mortis. Quam tenet Couar. *eadem rubrica. part.* 3. *num.* 12. & multi alij, quos refert Matienzo *eadem glos.* 2. *numero* 29. Quippe donatio causâ mortis quoad sui initium, & ordinationem magis assimilatur contractui, quàm vltimæ voluntati: è contrà filiusfamilias attento iure communi, & regio antiquo testari nequit de bonis aduentitiis consentiente patre, cùm tamẽ posset donare causâ mortis; vt vtrumque habetur *l. tam is.* 25. *ff. de donat. caus. mort. l. finali. tit.* 4. *parte* 5. Non ergo ex prohibitione testandi facta religiosis rectè deducitur prohibitio donandi causâ mortis. Tandem, quia non video cur religiosus possit statim donare alij libtum ex superioris licentia, & nequeat illum eidem causâ mortis donare, vt post mortem habeat effectum, & conficmetur ea donatio. Atque ita docent Petrus, quem refert, & sequitur Cynus *authent. ingressi. quæstione vltim. numero* 14. & ibi Bart. *in* 2. *lectura. numero* 66. Petrus de Bellapert. *quæstione vltim.* & ibi Tapia *verb. ideòque nec de his. cap.* 1. *numero* 4. Suarez *allegatione* 10. *numero* 27. *fine.* Gratiani *regul.* 456. *numero* 4. Et quamuis hi Doctores dicant esse necessariam licentiam Abbatis cum conuentu, eo quod Abbas non sit dominus, sed administrator; at conuentus est quasi dominus. At loquuntur casu, quo solus Abbas nequit dare licentiam ad alienandum inter viuos, quod huic sententiæ non adueniatur: dicimus enim, quando res est adeò moderata, vt ex licentia solius superioris possit dari inter viuos, posse quoque ex eadem licentia dari causâ mortis, & quando ad prius exigitur consensus conuentus, exigi quoque ad posterius. Huic sententiæ etiam fauet Paris. *cap. in presentia. numero* 172. *de probat.* quamuis enim dicat non posse professum ex licentia Abbatis donare causâ mortis; innititur tamen ei fundamento, quod hæc donatio sit alienatio: at Abbas nequit bona conuentus donare. Quare apertè loquitur quando alienatio est tantæ quantitatis, quantæ alienari nequit ex Abbatis licentia. Nec puto id quoque interdici fratribus Minoribus, quia nulla est specialis prohibitio illis facta.

12 Hinc deducitur non esse integrum Prælatis dare licentiam monacho scribendæ schedulæ, qua disponat quid de suis bonis faciendum sit post mortem, eo animo, vt vim habeat testamenti, aut codicilli ea dispositio: secus quando non eo animo, sed solùm rogat Prælatum, vt sic disponat pro sua libera voluntate. Cùm enim liberum maneat superiori sic disponere, & quod postea fecerit, vim non habeat ex defuncti dispositione, non est testamentum, nec codicillus; quare id licitum est etiam fratribus Minoribus. Atque ita docent Nauarr. *summa Latina cap.* 27. *numero* 270. & *comment.* 2. *de regular. numero* 22. *corol.* 10. Graffis 1. *part. decis. lib.* 3. *cap.* 5. *numero* 58. & *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 14. Manuel *quæstionum regular. tomo* 1. *quæstione* 69. *artic.* 2. *fin.* & *artic.* 3. *fin.* Addunt tamen Nauarr. Graffis, & Manuel *eo artic.* 2. id non esse integrum, si ea schedula vim habeat donationis causâ mortis. Sed loquuntur consequenter ad sententiam, quam ex vtroque retuli numero 10. At tenendo nostram, quam numero præcedenti amplexi sumus, liceret donare causâ mortis ex ea licentia, ex qua posset similia professus donare inter viuos.

13 Sed non modica difficultas est, an si Abbas promittat monacho se eam dispositionem non per modum testamenti, aut codicilli factam impleturum, teneatur implere? Hæc difficultas pendet ex alia, nimirum, an dominus promittens seruo obligetur ad standum promissis? quia à seruo ad monachum valet in hoc argumentum; & eadem est ratio de vtraque obligatione, vt videntur docere Innoc. *cap. cùm olim. numero* 3. *de priuilegiis.* Bart. *l.* 1. *in principio. numero* 3. & §. *si. fin. l. uarius. numero* 4. *ff. de stipulat. seruor.* Abb. *cons.* 104. *numero* 3. *volum.* 1. & tenet expresè Iason *l. interpositas. numero vltim. C. de transact.* & sic Doctores multi ex allegandis de vtraque obligatione simul disputant, & ex vna alteram inferunt. Et ratio est, quia neuter est sui iuris, & sicut seruus est sub domini potestate, ita religiosus sub sui Abbatis potestate. Quare aut vtraque subiectio, aut neutra impedit oriri obligationem.

14 Circa obligationem ergo quæ oritur ex pacto domini cum seruo, sunt aliqui textus, qui inter se pugnare videntur. Nam *l. interpositas.* 14. *C. de transact.* dicitur nullam oriri obligationem ex domini pacto cum seruo, ibi. *Nec dubij iuris est dominus cum seruis suis paciscentes, ex placitis teneri, atque obligari non posse.* Cui conformis est *l. reg.* 6. *tit.* 11. *part.* 5. ibi. *Otrosi dezimos, que el señor a su siervo, ni el a su señor no pueden facer promesimiento el vno al otro, de manera que se puedan aprendar por aquella promission. E maguer lo fiziessen, no valdria la promission.* Atque idem videtur decidi *l. cùm affermes.* 8. *C. de liberal. caus.* vbi cùm dominus accepta pecunia promisisset seruo libertatem, nec staret promissis, dicit textus hic; *adiutus Rector pronuncia hæredibus eum placito suo stare.* vbi clarè significatur id tantùm esse consilium; & clariùs *l. post certi.* 36. *C. eod. tit.* ibi; *post certis temporis ministerium ancilla, liberam eam esse, cum eo paciscendo, conuenientis obtemperandi legi domina nullam habet necessitatem.* Sed his textibus videtur opponi *l. si seruum.* 70. §. *si quis. in fin. ff. de acquir. hæred.* ibi; *si quis dederit nummos domino, vt manumittatur, puto omni modo huic esse succurrendum.* Sed pro concordia horum textuum sic distinguunt auctores: si pactum iniat dominus cum seruo super quacumque re, excepta libertate, non valet indistinctè, vt probant textus priores: si autem circa libertatem, in duplici solo casu valet. Prior est, quando est dubium, an ille seruus, an potius liber sit; vt constat ex *l. finali. C. de transact.* Posterior, quando initur cum domino futuro; & sic intelligitur textus *d. l. si seruum.* quare non contradicit alijs textibus citatis significantibus, nec circa libertatem valere pactum, quia ij intelliguntur quando seruitus est certa,

certa,& initur pactum cum domino præsente. Et vt in summam redigam, iuxta hanc sententiam dominus ex nullo pacto inito cum proprio seruo obligatur, nisi super libertate in eo solo casu, in quo est dubius seruitutis status. Atque ita docent concordantes illos textus Glossa *ea l. interpositas, verb. non posse.* & *ea l. cum affirmet, verb. loquitur.* & *d. l. si seruum.* 9. *si quis, in fin. verb. si quis.* Bart. *ea l. interpositas numero* 8. Bald. *numero* 5. Angel. *ibi, ad finem.* Paul. *ibi, fine.* Iason *numero ultimo.* Corneus *num.* 3. Roman. *in fin.* Salycet. *num.* 4. *ad fin.* Aretin. *num.* 2. Curt. senior *num.* 19. Padilla *num.* 34. & 55. licèt aliter intelligat, & conciliet eos textus. Idem Bald. *ea l. cum affirmet, statim in princip.* & ibi Salycetus *num. vnico.* Atque dominum non obligari ex pacto inito cum seruo tradunt idem Bart. *l. est receptum, statim in principio. ff. de iurisd. omn. iud.* & ibi Angel. *num.* 2. Iason *num.* 7. Alexand. *num.* 4. Alberic. *num.* 1. Fulgos. *numero* 1. Zazius *num.* 4. idem Bald. *cap. cum contingat. numero* 30. *de iureiur.* Federic. *cons.* 259. *num.* 2. Archidiac. *cap. cum pastoris.* 2. *quæst.* 7. *num.* 5. & ibi Bellamer. *num.* 3. Archidiac. *cap. fin. d. numero* 2. *fine.* & *numero* 5. *init. de offic. ordin.* & ibi Ioann. Andre. *num.* 1. & 2. Dominic. *in principio. num.* 9. Franc. *in principio. numero* 3. Abbas *cap. ad nostram. num.* 9. *de confirmat. vtil.* & *inutil. cap. cum ad monasterium. numero* 12. *fine.* & *num.* 12. *de statu monach.* Angel. *in sua summa. verb. Abbas. numero* 14. & ibi Sylvest. *quæst.* 4. *numero* 7. *vers.* & 3. Rebuff. *de pacific. possess. numero* 174. Graffis 2. *part. decis. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 80. & 81. Azor *tomo* 1. *instit. moral. lib.* 12. *cap.* 20. *quæst.* 14. Sed neque textus, neque Doctores explicant, an loquantur de obligatione ciuili, & quoad forum externum, an etiam de naturali, & quoad forum conscientiæ, Solus Baldus *ea l. cum affirmet, statim in princip.* dicit nullam obligationem necessitatis, sed solius honestatis ex pacto illo oriri, & sic obligationem quoque naturalem videtur excludere.

15 Atque idem aliqui ex his Doctoribus similiter dicunt, de Prælato respectu religiosi, asserentes non obligari Prælatum ex pacto inito cum suo religioso, quia eadem est ratio, ac de pacto domini cum seruo. Sic Archid. vtroque loco, Ioann. Andre. Dominicus, Franc. Federic. Abb. vtroque loco, Bellamer *numero* 2. Rebuff. Angel. *in summ.* Sylvest. Azor, & Graff. vbi allegati sunt numero præcedenti. Bald. *ea cap. cum contingat. num.* 30. & *ea l. cum affirmet, statim in princip.* & *ea l. interpositas. num.* 5. vbi Salycet. *num.* 3. *ad fin.* Iason *num. vltim.* Corneus *numero* 3. Nec explicant, an loquantur de solo debito ciuili, an etiam de naturali, præter Baldum *ea l. cum affirmet, statim in princip.* qui dicit nullam ex eo pacto obligationem oriri, præterquàm honestatis; & sic videtur clarè naturalem quoque negare.

16 Sed credo & textus, & Doctores loqui de obligatione ciuili, ac fori externi, quæ non est domini ad seruum. Quod clarè indicant verba *l. reg.* 6. *tit.* 11. *part.* 5. concordantis cum *d. l. interpositas*, ibi. *No pueden fazer promissiones de manera que se puedan apremiar.* Atque ita dicendum est, dominum obligari naturaliter, ac in foro conscientiæ ad seruandum pactum cum proprio seruo initum, vt si cum eo paciscatur, vt ex suis operis aliquo pretio soluto reliquum sibi seruus habeat, aut quod ludendo, aut alia ratione comparauit, fiat suum. Ratio est, quia licèt domini ad seruum ea ratione, qua seruus est, non sit amicitia, neque iustitia, ea tamen ratione, qua homo est, vtrumque potest, vt docet Aristot. 8. *Ethicor. cap.* 11. Idem c probat text. *d. num. fallum.* 50. 5. *si ignorante. vers. an de ff. de pecul.* ibi; *an debitor, vel seruus domino, vel dominus seruo intelligatur, ex causa ciuili computandum est.* vbi tus supponit posse esse debitum domini ad seru & ibi Glossi. *verb. ex causa*, id est, quæ causa obli ciuiliter vnum liberum alteri libero, eadem se domino, & è contrà obligat: licèt non teneatur dominus seruo ciuiliter, vel è contrà. Et licèt *l. inter seruum.* 42. *ff. eodem tit.* videatur talem obligationem negare, dicens seruum non posse debere, nec illi deberi, explicat ibi Glossa *ea l. nec seruus. verb. debere*, de obligatione ciuili, quia seruum posse naturaliter debere constat ex *l. naturaliter. ff. de condict. indeb.* & clariùs id explicat textus *l. si id, quod.* 64. *ff. de de condict. indeb.* vbi habetur, dominum soluentem debita seruo post manumissionem, nequire repetere; & subditur ratio his verbis: *naturale enim debitum agnouit.* vbi Glossa *verb. in conditione*, ait inde constare naturalem obligationem fuisse acquisitam seruo in seruitute constituto. Et opponit *l. placet. ff. de acquirend. hæred.* vbi dicitur, acquisitionem nec momento residere apud seruum, sed statim ad dominum pertinere. Et respondet, intelligi de acquisitione ciuili, secus de naturali; & Bart. *ea l. si id quod, initio, & in fin.* ait dominum obligari seruo naturaliter. Idem Paul. *ibi, numero* 10. Iason *ibi, statim in principio.* Bald. *cap. cum contingat. numero* 30. *de iureiurand.* Anton. *cap. quia plerique. numero* 51. Abb. *de immunit. Eccles.* Decius *l. in personam. numero* 1. *ff. de regul. iur.* ibi Abb. *numero* 11. & videtur tenere ibi Innocent. *numero* 1. vbi ait restituendum debitum, siue iure naturali, ac ciuili sit debitum, siue solo naturali, quale est, quod debetur seruo. Alberic. *l. interpositas. in fine. C. de transact.* Sylvest. *verb. restitutio.* 2. *vers.* 14. Suar. *disputatio de iustitia. Dec. sect.* 6. *in solutione* 3. *difficultatis. numero* 9. Anchar. *cap. quamuis pactum, statim in princip. de pactis. in* 6. Iacobus de canibus *de exequutoribus vltimæ voluntatis. particula* 2. §. *consentaneum modo est, numero* 3. habetur 8. *tomo tractatuum. part.* 1. Humbert. de Bonanco *repetit. autionis, sacramentis publicarum. num.* 53. Nauar. *lib.* 4. *consil. in* 1. *edit. tit. de regular. cons.* 20. *numero* 13. *an* 2. *tit. de statu monach. cons.* 14. *numero* 13. Gutierr. *de iurament.* 1. *part. cap.* 41. *numero* 4. Molin. *in differentiis inter forum externum, & conscientiæ. different.* 18. Ludouicus Lopez *lib.* 2. *de contract. illib. cap.* 40. *fol.* 487. Molina Societatis IESV *tom.* 1. *de iust. cap.* 4. *dub.* 4. *numero* 16. & 17. Azor *tomo* 2. *instit. moral. lib.* 2. *cap.* 36. *quæst.* 1. *vers. in primis igitur.* Rebel. *de iustit. part.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 8 *sect. vltim. numero* 68. Manuel *quæst. regular. tomo* 3. *quæst.* 29. *art.* 9. Suarez *in opusc. tom.* 2. *tract. de libertate diuina. disputat.* 2. *sect.* 2. *numero* 20. *fine.* Qui addit obligationem hanc non esse ex iustitia, sed ex fidelitate, quia seruus est huius iuris incapax. At melius Molina Societatis IESV, & Leonardus ibidem dicunt esse ex iustitia, quia dominus cum seruo paciscens cedere iuri suo visus est, vt ex eo pacto obligatio iustitiæ oriatur, & Rebel. *eo numero* 68. ait posse se dominum ex iustitia obligare seruo ea promissione.

17 Similiter & Prælatus religionis obligatur naturaliter ex pacto inito cum suo religioso, quia eadem est ratio, ac de pacto domini cum seruo, vt diximus nu. 12. Atque ita docent Abb. Nauar. Iacobus de canibus *n.* 5. Manuel allegati num. præced. Rebellus *de iustit. p.* 2. *lib.* 2. 7. *sect.* 1. *num.* 12.

18 Ex his infertur, Prælatum religiosi promittentem illi distribuere post eius vitam, sicut religiosus rogauit, non teneri similiter stare promissis; at teneri naturaliter, & in foro conscientiæ, iuxta dicta num. præcedenti. Hinc tamen excipiem, nisi promissio esset distribuendi alteri religioso sibi etiam subdito: sicut enim rem illi datam posset auferre, ita non dare. Similiter hinc excipio, si Prælatus ille rem aliquam monacho concederet ad vsum, promittens fore, vt non reuocet: credo enim posse adhuc reuocare, quia nequit concedere monacho rei alicuius vsum à superiore irreuocabilem, vtpote quod pugnat cum paupertatis voto. Potest etiam ex rationabili causa non seruare promissa, sed reuocare, vt bene ait Rebellus ibidem.

Tandem

19 Tandem est difficultas, an possit religiosus testari quando tempore professionis reseruauit sibi aliqua bona cum potestate testandi de illis? Bald. *cap. in præsentia. numero* 38. *de probat.* tenet monachum non posse tempore ingressus per pactum sibi reseruare dominum aliquorum bonorum, quia id repugnat regulæ: at dicit posse ad id solùm reseruare, vt de eis possit testari, cùm de rebus alienis, annuente domino, possit quispiam testari. *l. sicut.* §. *venditionis. ff. quibus modis pig. vel hypoth.* Sed Iason *authent. ingressi. num.* 37. *C. de sacrosanct. Eccles.* contradicit, asserens non posse id concedi monacho, nisi ex permissione Abbatis reuocabili, quandocumque velit. Sed credo, nec ex permissione Abbatis id posse: quamuis enim dixerimus suprà posse ex Abbatis permissione reuocabili reseruare sibi aliquam quantitatem ad suos vsus, vel, vt de ea tempore vitæ disponat; at nequit, vt de ea restetur, quia disponere in vita potest ex Abbatis licentia, non tamen potest ex ea testari.

20 Ex his deducitur, professum nõ posse primogenium instituere, quia est actus dominij, & quia is, qui non potest contrahere, nec vltimam voluntatem facere, non potest primogenium instituere. Sic Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 9. *num.* 54. Tapia *authent. ingressi. verb. idéoque nec de hi. cap.* 1. *num.* 73. Manuel *quæst. regul. tom.* 3. *q.* 69. *art.* 9. Molina Societatis IESV *tom.* 3. *de iustitia. disput.* 604. *num.* 4. An idem sit post vota coadiutorum in nostra Societate, & tempore nouitiatus, & post vota biennij, dicemus num. 23. Vtrùm autem habens licentiam testandi à Papa, possit maioratum instituere, dicemus num. 24. Et vtrùm id possit, si habeat ascendentes, vel descendentes, dicemus cap. sequenti.

SVMMARIVM.

An Prælatus religionis testari possit? n. 21.
An qui vota biennij, aut tempore nouitiatus vota emiserit in Societate IESV, testari possint, aut si sint coadiutores formati? n. 22.
An possint ex licentia superioris testari, & quis superior possit illam concedere? n. 23.
An possint hi maioratum instituere? n. 24.
An si de facto testentur ligati votis biennij, aut prædictis nouitij absque superioris licentia, aut coadiutores formati cum illa, valeat testamentum? n. 25.
An milites commendatarij sint domini iure bonorum patrimonialium, quàm reddituum commendarum possint de illis testari, ac primogenium instituere? Refertur quædam sententia. n. 26. & 27.
Sunt veri domini omnium horum bonorum. n. 28.
Possunt liberè de illis disponere, sicut seculares. n. 29.
Possunt de vtrisque bonis liberè testari. n. 30.
Possunt maioratum de illis instituere. n. 31.
Lucrantes ab his in ludo non tenentur quicquam restituere. n. 32.
In quo consistat votum paupertatis ab his emissum, & quando illud transgredi dicuntur. n. 33. 34. & 35.
An equites Diui Ioannis testari possint? n. 36.
An clerici ordinum militarium extra claustrum existentes possint testari, & quid si ad claustrum redeant, vt sint viuentes superiores? n. 37.
An lucrans ab his in ludo teneatur restituere? n. 38.
An religiosus Episcopus, vel Cardinalis testari possit? remissiuè. n. 39.
Eremitæ an possint testari? n. 40.
Quid de intra parietes clausis, & de conuersis? n. 41.
Quid de oblatis? n. 42. & 45.

21 QVÆSTIO secunda. Quibus religiosis interdictum sit testari. Certum est id minimè interdici nouitiis, vt latè de hoc diximus hoc lib. suprà. Nec rursus est difficultas de professis quin testari nequeant, & si testentur, testamentum fore irritum. Atque idem est de Prælato regulari, quia prohibitio generalis est omnibus professis. Atque ita docent Francus *rubr. de testamentis. in* 6. *num.* 65. Decius *authent. ingressi.* Nauar. *comment.* 1. *de regular. num.* 44. Tapia *authent. ingressi. verb. idéoque nec de hi. cap.* 1. *num.* 4. Graffis 1. *p. d.* 3. *cap.* 5. *n.* 59. Leonard. *lib.* 1. *de iustitia. cap.* 19. *dub.* 4. *num.* 40. & *cap.* 41. *dub.* 8. *num.* 73. Manuel *quæst. regular. tomo* 3. *q.* 69. *art.* 1. *vers.* & 2. *tom. summæ. cap.* 32. *num.* 1. & 2. 22

Primò est difficultas de religiosis Societatis IESV. Et quidem si sint coadiutores formati, certum est id non posse, quia essi illa vota sint simplicia, reddunt eos incapaces omnis dominij, & potestatis testandi. Et sic militat eadem ratio, quam huius rei assignauimus in professis num. 19. & tenet Molina Societatis IESV *tomo* 3. *de iustitia. disput.* 604. *num.* 4. Si verò sint de iis, qui finito nouitiatu simplicia biennij vota emisère, eos testari non posse absque superioris licentia constat. Quare etsi dominium bonorum suorum, donec de illis disponant, retineant: at per votum paupertatis libero vsu se priuarunt; & quamuis iubente superiore, vt de suis rebus disponant, libera illis relinquatur eorum dispositio, si ad solas pias causas velint inter viuos disponere: modus tamen, vt sit per vltimam voluntatem, etsi ad solas pias causas, non relinquitur liber, quin potius iubente superiore tenentur abdicare à se omnia sua bona statim absque reuocandi spe, vel recuperandi, quod vltimæ voluntati conuenire nequit, vt diximus suprà. Quare delinquerent in id vorum si absque superioris licètia testarentur. Atque ita bene dicunt Molina *tom.* 1. *de inst. disp.* 139. *colum.* 6. *vers. illi qui tempore.* Leonard. *lib.* 2. *de iustit. c.* 4 *dub.* 5. *n.* 28. Azor *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 12. *cap.* 11. *quæst.* 8. Quid autem de nouitio Societatis IESV, qui vota emisit, diximus suprà.

23 Ex licentia autem superioris possunt tam prædicti nouitij, quàm votis biennij ligati testari, præter formatos coadiutores. Quia vt superior potest protrahere tempus disponendi, ita concedere potest, vt interim solùm disponant per vltimam voluntatem. Atque ita docet Molina num. præcedenti allegatus; idque colligitur ex Leonardo ibi citato: docet enim interdictum esse testari absque superioris licentia. Quare videtur sentire id esse permissum cõsentiente superiore. Quod si quæras quis superior possit hanc licentiam concedere; credo solum Generalem, quia, cùm modus præscriptus in constitutionibus sit, abdicando à se omne dominium, & spem bona illa recuperandi, ac sit omnino præter Societatis morem testari, nec reperiatur in regulis Rectoris, aut Prouincialis, ipsis concessum posse hanc licentiam dare, immo vtrique prohibitum nouam aliquam consuetudinem inducere, non possent hanc facultatem indulgere. At casu, quo esset periculum in mora, quia infelicet qui ea vota emisit, est in mortis periculo, nec disposuit de suis bonis, nec expedit, vt tunc disponat per donationem inter viuos, posset Prouincialis, si absque periculo consuli potest, vel quando esset periculum in mora, posset Rector eam facultatem concedere, ne religiosus ille absque suorum bonorum dispositione decedat. Licentia tamen hæc debet esse ad disponendum in sola opera pia: & si vellet ille disponere in consanguineorum fauorem, debet esse ex consilio duorum, prout præscribunt constitutiones Societatis IESV, vt diximus suprà. Quamuis enim constituti illa loquatur de dispositione inter viuos, at eius ratio ad hanc quoque dispositionem extenditur, quæ statim per mortem est omnino confirmanda. Nec dispositio is huiusmodi memini, quasi supponens eius vsum in Societate non futurum.

24 Difficultas modò est, vtrùm ij, qui biennij votis simpliciibus sunt ligati, possint maioratum instituere, cùm ex licentia superioris possint testamentum conficere? Respondetur, non posse etiam ex superioris licentia, quia tenentur ex voto paupertatis distribuere in opera

pia

pia ex eiusdem superioris præscripto: & ita non poterunt maioratum instituere ad familiæ conservationem, quia est opus profanum. An verò possint ex his bonis aliquod opus pium perpetuum instituere; an verò si liberos habeant, possint, dicemus sequenti n. 40.

25 Sed maior difficultas est, an si de facto ligati his votis biennij testentur absque vlla superioris licentia, valeat testamentum? Molina, & Leonardus allegati n. 23. asserunt testamentum fore nullum. Ducuntur, quia cùm hi religiosi nó sint sui iuris, sed per illa vota transferantur in superiorum potestatem, iure testandi omnino carent. Nec obstat eos ad tempus suorum bonorum dominium retinere, quia id dominium est impeditum ratione voti paupertatis, ne in vsum exeat: sicut dispositio pupilli absque licentia tutoris est irrita, etsi totum dominium sit in pupillo; at hoc dominium est impeditum translata disponendi potestate. Sed Azor eodem num. 20. contrarius dicit testamentum solis votis simplicibus fortassis esse firmum, quia etsi peccent contra votum paupertatis sic testando, cùm tamen veri illorum bonorum domini sint, nec dominium implicet illo voto sit ita impeditum, vt sit in actum exeat, disponendo absque superioris licentia, dispositio aliqua iure irritetur, non video cur illud testamentum sit futurum irritum, sicut matrimonium ab his initum contra votum castitatis, validum erat ante constitutionem Gregorij XIII. quæ illud cassauit. Quare non est simile de pupillo: eius enim dispositio absque tutoris authoritate facta redditur iure humano irrita. Dixi de his, qui solis votis biennij ligantur, non de professis, & coadiutoribus formatis, quia cùm hi coadiutores per ea vota quamuis simplicia reddantur prorsus dominij retinendi, & acquirendi incapaces, vt constat ex constitutionibus Societatis I E S V, *in exam. cap. 4. §. 2. & 5. p. 6. cap. 2. §. 12.* & extrauag. *ascendente* Gregorij XIII. dispositio facta ab illis absque superioris licentia, vtpote facta à non domino, est irritissimo & testamentum factum cum superioris licentia. Quia militat eadem ratio, quæ in professis tradita est num. 2. cùm nec proprium habeant, nec proprij acquirendi sint capaces.

26 Secundò dubitatur de commendatariis militibus, an illis integrum sit testari. Quia in re præmittendum est, quale dominium commendatarij hi habeant in bona, quæ possident. Sunt autem duplicis generis hæc bona. Quædam sunt patrimonialia, quæ licitè hæreditate, aut propria opera, aut donatione acquisierunt, siue ante professionem, siue post illam. Alia autem sunt redditus commendatum, quas habent. Quidam ergo censent hos commendatarios milites non esse veros dominos siue bonorum patrimonialium quocumque tempore acquisitorũ, siue etiam redditum commendarum. Ratio est, quia voto solemni paupertatis, quod emittunt, se dominio vsque tunc acquisitorum priuant, reddúntque incapaces dominij in posterum comparandi: sic docent Nauar. *comment. 2. de regular. num. 56. & apolog. ad lib. de redditibus. quæst. 3. monito 12. num. vnico.* Motta *tract. de confirmat. ordin. milit. S. Iacobi lib. 1. cap. 2. §. 2. num. 21.* & §. 18. *num. 5. & 11.* & *in lib. instructionum commendatarij tendant ad perfectionem. cap. 4. §. 4. n. 49.* Azor *tomo 1. instit. moral. lib. 13. cap. 4. q. 8.* & *cap. 5. q. 2.*

27 Ex quo deducunt aliqui ex his Doctoribus, non esse integrum his commendatariis testari secluso priuilegio Apostolico, neque etiam posse inter viuos de illis disponere, nisi ea acquisita sint ante professionem & tunc quidem non aliter quàm alios religiosos pro posse disponere dicemus cap. sequenti, iuxta *auctoritatem quæ mutuor. C. de sacrosanct. Eccles.* Ratio autem est quia sunt veri religiosi voto paupertatis astricti, nil proprium habent, & quia priuilegia, quæ olim habebant ad testandum, cassata sunt per motum proprium Pij V. qui incipit; *Romani.* Sic Nauar. *comment. 2. de regular.* Quod si priuilegium ipsis de nouo concedatur ad testandum, id quidem intelligendum est ad disponendum in opera pia, vt tradit idem Nauarr. *ta 4. 5. monito 13. num. 10.* non posse hos commendatarios primogenium aliquod instituere in fauorem diuitum, quamuis id integrum sit clericis secularibus ex bonis eorum patrimonialibus, quia hi nullo paupertatis voto ligati sunt.

Prima tamen conclusio sit. Hi commendatarij, quibus est permissum contrahere matrimonium, quales sunt in Hispania commendatarij Diui Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, & in Lusitania commendatarij Christi, Diui Iacobi, & de Auis, sunt veri domini quorumcumque bonorum ante, & post professionem acquisitorum siue ex redditibus commendarum, siue aliunde. Ratio est, quia sicut nec omnimodam, & perfectam castitatem profitentur, ita nec perfectam paupertatem, sed illam solùm, quæ hodie est consuera ab eis seruari. Et quamuis forma professionis in aliquibus ex his aliud plus præ se ferat, quàm à multis annis seruatur; at non plus hodie superiores eorum exigunt, quàm quod seruari est consuetum; vsúsque tam longæuus explicuisse videtur qualiter obliget illa paupertas, quemadmodum explicabimus infrà. Atque ita docent Illa *in regula commendatariorum Diui Iacobi, in proœmio*, vbi de voto paupertatis. Molina Societatis I E S V *tomo 1. de iust. disp. 141. col. 1. vers. est verò regula.* Manuel *quæst. regular. tom. 3. q. 29. art. 7. & q. 69. art. 7.* & faciunt Doctores asserentes posse hos liberè disponere de bonis, quos referemus num. sequenti.

29 Hinc deducitur primò recedendum esse ab aliquibus Doctoribus negantibus posse hos commendatarios liberè disponere de his omnibus bonis, perinde ac alios seculares de suis, sed teneri in vsus suos honestos expendere, & quod superfuerit, in opera pia. Ducuntur, tum quia sunt religiosi, & paupertatis voto astricti: tum etiam quod redditus commendarum ab his percepti, sunt redditus ecclesiastici, vtpote qui ex decimis extrahuntur, & bona patrimonialia efficiuntur ecclesiastica, eo quod per illorum professionem transeunt in religionis dominium. Hi sunt Nauar. *lib. de redditib. q. 1. num. 95. & 96. & q. 3. num. 30. & 31. & apologia ad lib. de redditib. monito 61.* Motta *in lib. instructionis, vt commendatarij tendant ad perfectionem. cap. 4. §. 4. num. 30.* & loquens de redditibus commendarum docet Ayala *in compendio explicationis regulæ ordinum militarium*, vt eum refert, & sequitur Manuel *quæst. regular. tomo 2. q. 17. art. 5.* Et idem quoad aliquos dicit loquens de omnibus bonis Azor *tomo 1. instit. moral. lib. 13. cap. 4. quæst. 10.* ait enim hos fore culpæ reos, & forsan contra votum paupertatis, si hæc bona in vsus malos, & vanos expendant; licèt fateatur posse liberè in vsus honestos, quamuis non pios, nec teneri superfluum in opera pia distribuere. Cæterum dicendum est, posse eos de his omnibus bonis ita liberè disponere, ac cæteros seculares. Quia antiquissima consuetudo ita paupertatem eorum interpretata est superioribus scientibus, & non contradicentibus: & redditus commendarum titulo seculari his dantur, nempe titulo militari. Atque ita docent Alcozer *lib. de ludo. cap. 19.* Illa, Molina Societatis, Manuel vtroque loco allegati num. præcedenti. Idem videntur tenere Sotus *lib. 10. de iust. quæst. 4. art. 3.* & Corduba *in quæstionar. lib. 1. quæst. 18. ad 2. & quæst. 11.* vbi docent, eos, quibus titulo seculari assignantur ecclesiastici redditus, manere liberos à stricta conuertendi superfluos in opera pia obligatione. Et satis fauet Victoria *relectione de simonia. num. 45.* vbi ait præbendas has militares, licèt annexæ sint religioni, non annecti ratione officij spiritualis, sed militaris. Satis quoque fauet Sarmiento *lib. de redditib. 4. p. cap. 2. num. 4.* vbi ait hos commendatarios, & quoscumque laicos possidentes decimas, vel alia bona ecclesiastica ex priuilegio, vel consuetudine, manere securos si obseruent quæ de his specialiter statuta sunt. Atque idem

idem tenet loquens de patrimonialibus horum bonis Molina *lib. 2. de primog. cap. 9. num. 69.* quamuis dubitet de redditibus commendarum.

30 Secundò deducitur, posse quoque liberè eos testari non minus, quàm alios seculares tam de bonis patrimonialibus, quàm etiam de redditibus harum commendarum; constat ex dictis num. præcedenti. Sic enim receptissima cõsuetudo apud eos obtinuit: & quamuis olim testari non poterant; at Innocentius VIII. & Clemens VII. in hoc dispensarunt. Nec obstat Pium V. reuocasse licentias his concessis ad testandum, quia respondent bene Molina Societatis I E S V, & Manuel statim allegandi, cum motum proprium receptum non esse quoad alios commendatarios præterquam Diui Ioan. nec Pium V. reuocasse simpliciter facultatem testandi, sed eam duntaxat, quæ à priuilegiis Apostolicis dimanabat; quare permanet facultas, quam ex consuetudine antiquissima testandi habent. Et insuper ad maiorem securitatem Gregorius XIII. reuocauit motum proprium Pij V. concedens illis facultatem testandi iuxta pristinam eorum consuetudinem. Atque ita docent Illa, Molina Societatis I E S V, Manuel vtroque loco allegati nu. 25. idem Molina Societatis I E S V *5. tom. de iust. disp. 604. fine.* Motta *tract. de confirmat. ordin. milit. lib. 1. cap. 2. §. 18. num. 8.* & consentiunt quoad bona patrimonialia alter Molin. allegatus num. præced. & Manuel *1. tom. summæ. cap. 32. num. 3.* quamuis vterque dubiter de redditibus commendarum.

31 Tertiò deducitur, posse quoque hos commendatarios de vtrisque bonis maioratum instituere, non secus atque alios seculares. Constat ex dictis duplici num. præcedenti, & docent Molina Societatis I E S V, & Manuel vtroque loco allegati num. 25. Idem Molina Societatis I E S V *3. tom. de iust. disp. 604. fin.* & consentiunt alter Molina, & Manuel allegati num. præcedenti quoad bona patrimonialia, quamuis quoad redditus commendarum dubitet Molina, & neget Manuel.

32 Quartò deducitur, ludentes cum his commendatariis non teneri parta in ludo restituere, quia cùm hi commendatarij sint verè domini omnium illorum bonorum, possúntque de illis disponere instar cuiuscumque secularis, verè transferunt illorum dominium perdendo in ludo; & ita constat ex dictis 4. numeris præcedẽtibus, & tenet Alcozer *lib. de ludo. cap. 39.* Et quamuis Azor *tom. 1. instit. moralium. lib. 13. cap. 4. q. 10.* limitet potestatem horum ad ludendum, dicens integrum eis esse ludere, dummodo tales sint ludi, quales decẽt alios nobiles: loquitur tamen consequenter ad suam sententiam, quam ibi sustinet, dicens fortè hos esse reos voti paupertatis, si in vsus vanos bona expendant. At iuxta nostram sententiam, quam sustinuimus num. 26. dicendum est, hos quocumque ludo ludentes non aliter peccare, quàm si essent meri seculares, cùm ita liberè ac illi possint de suis bonis disponere.

33 Quintò deducitur, commendatarios hos satisfacere suo paupertatis voto si quotannis triginta diebus ante Domini natale, aut toudem post illud præsentent superiori inuentarium fidele omnium bonorum, quæ possident, nihil occultãdo, vt ex illius licentia possideat illa, quia, cùm ea professio secundùm earumdẽ religionum statuta, & consuetudinem in illis receptam emittatur, non potest in plus obligare illos, quàm statuta, & consuetudo illos astringunt: hæc autẽ ita intelliguntur hanc paupertatem. Atque ita docent Alcozer *lib. de ludo. c. 39.* Illa *in regula commendatariorum Diui Iacobi in proœmio*, vbi de voto paupertatis, vbi dicit non satisfacere si illud inuentarium apud se retineant, vel ita claudat, vt illud aperiri non permittant. Sed in hoc seruanda est consuetudo. Nam, vt bene inquit Azor *eodem cap. 39.* in aliquibus horum ordinibus vsus habet, vt inuentarij statim præsentetur, in aliis verò, vt seruetur præsentandum Visitatoribus, quando ad visitandum venerint.

Quare peccarent mortaliter contra votum paupertatis, si id inuentarium tempore præfixo non præsentarent, aut in eo conficiendo infideliter se haberent, aliquid occultantes, quia paupertas ab eis promissa in hoc consistit. Atque ita docet Illa *in prædicta regula proœmio*, vbi sic voto paupertatis, & *in confessionario*, quod pro explicatione totius regulæ ibi ponit *in interrogationibus circa votum.* Quod tamen intelligerem, quando notabilis esset mora in eo inuentario conficiendo post tempus præfixum, vt si esset mora alterius mensis. Et similiter quando occultatio esset rei notabilis in hoc eventu, quando facultates occultatæ sunt magnæ respectu bonorum commendatarij. 34

Insuper peccabunt mortaliter contra hoc votum, si animum habeant non relinquendi, aut non expendendi bona iuxta superiorum beneplacitum, si ab eo aut relinquere, aut aliquo modo distribuere iubentur. Sic tradunt Illa *in prædicto confessionario, in interrogationibus circa votum.* Motta *in lib. instructionis, vt commendatarij tendant ad perfectionẽ. c. 4. §. 4. n. 50.* & consonat Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 13. c. 14. q. 8.* vbi ait posse ordinẽ imponere onera, & seruitutes redditibus commendarum, quos hi possident. Verùm in omnibus his existimo seruãda esse statuta horum ordinũ consuetudine non abolita, quia ad arctiorem paupertatem astringi nequeunt. 35

Secunda conclusio. Equites Diui Ioannis, qui solemniter profitentur, & sic incapaces sunt matrimonij ineundi, possunt stando in iure communi, & vi sui voti testari. Quia non eam religiosorum clausturalium rigidam paupertatem vouent, sed bona sua retinent, & de illis disponunt. At suis constitutionibus illis interdicitur testari absque superioris licentia, tanquam quid paupertatis voto contonum. Atque ita alios allegans, & ex multis probans docet Iacob. de Berteta *cons. 96. num. 2. & 3. vol. 1.* 36

Tertia conclusio. Clerici ordinum militarium in clausuris viuentium, qui ex legitima licentia extra claustra vitam transigunt inseruientes alicui beneficio, possunt testari, ea tamen conditione, vt quotannis inuentarium bonorum tempore præfixo superiori præsentent, & dummodo quintam bonorum partem monasterio relinquant. Id enim indulsit illis Clemens VII. atque ita docent Illa *in regul bonum commendatariorum. cap. 20.* Motta *in lib. instruct. vt commendatarij tendant ad perfectionem. cap. 4. §. 4. num. 32.* vbi addit aliam limitationem, nempe dummodo tertio quoque anno petant à superiore testandi licentiam, & dummodo non testentur de bonis, quæ ex beneficio seculari habent; asseritque Pium V. in Bulla quadam declarasse, non censeri in claustris habitare, vt ab hoc testandi priuilegio excludantur, qui cùm extra claustrum habitent, ad claustrum ad tempus redeũt, vt triennio Priorum munus obeant. Sed in his omnibus existimo standum esse consuetudini legitimè inter eos obseruatæ. 37

Vltima conclusio. Hi commendatarij, qui extra claustra viuunt ex sui superioris licentia, siue alicui præbendæ, aut alicui Prælato ecclesiastico ministrantes, vel habitantes in domibus parentum, vel amicorum, si aliquid ludo amittant, nõ tenetur lucrans restituere; quia disponunt de bonis instar secularium. Atque idem dicendum est de iis, qui in commun viuunt, si ludo exponant ea, de quibus liberè disponunt iuxta suorum ordinum statuta, & consuetudines ab his legitimè receptas, quia horum paupertas non ita arcta est, ac aliorum religiosorum, & sic suis statutis, & consuetudine explicatur. Sic docet Alcozer *lib. de ludo. cap. 39.* Sed hoc intelligo, quando est quid moderatum iuxta illius religionis vsum: quia nec superior potest aliam licentiam concedere, cùm veri religiosi sint. 38

Vtrum autem religiosus creatus Episcopus, Cardinalis, aut Pontifex possint testari, diximus supra. 39

Tandem dubitatur de Eremitis, & clausis intra parietes 40

tietes (vulgò *Emparedados*) conuersis, & oblatis, & de fratribus Xenodochij Ioannis de Deu. Et quidem Eremitas testari posse dicendum est, quia non sunt religiosi, nec tribus substantialibus religionis votis ligati. Atque ita affirmant Abbas *rubr. de testament. num.6.* Albericus *authen. ingressi. num. 32. C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Signorol. *num.35.* & ibi Tapia *verb. idéique nec de bis. c.1.num.22.* idem Albericus *in suo dictionario. verb. testamentum. 1.* Præpositus *c. nulli dubium. 12. q. 5. num. 21.* D. Anton. *3 p.tit.10.c.3.§.15.* Angel. *verb. testamentum. num.1.* Ioan. de Friburgo *summa confessorum.lib.2.tit.de testament.q.102.* Sylvest. *verb.testamentum.1.q.3.* Tabiena *verb. testamentum.q.1.* Nauar. *comment.2.num.44.de regular.* Mandos. *in signatura gratiæ.verb.licentia testandi.vers. Eremitæ.* Molina *tom.1.de iust.disp.141.col.1.*

41 Atque idem est ob eandem rationem dicendum de clausis intra parietes (vulgò *Emparedados*.) Nec audiendus est Hostiens. *l. furiosi.n.8.ff.de iur.qui sui.vel alieni iuris*, vbi ait hæc esse vera attento iure communi, non autem attento iure huius regni. Quia expressè *l.reg.17. tit.1.p.6.* decidit, nec Eremitas, nec clausos intra parietes testari posse. Sed intelligenda est, vt testatur ibi Gregor. Lopez *verb. Eremitas*, & *verb. Emparedado*, de fratribus Eremitis Sancti Augustini, vel aliis, qui proprium habere nequeunt. Quamuis Gratian. *regul. 456. num.11.* dicat se de hac expositione dubitare, licèt rationi consonet, eo quod textus ille generaliter loquatur. Conuersi autem professi testari nequeunt, vt constat, & tradunt Nauar. *eo commentr. 2. num. 43.* Manuel *quæst.regular. tomo 3.q.69.art.8.* Tapia *eodem c.1. num. 7.* & 23. nec de hoc aliquis dubitat.

42 Sed de oblatis, qui professione non emissa se, & sua obtulerunt Ecclesiæ, non conueniunt Doctores. Quidam enim dicunt oblatos Ecclesiæ seculari posse testari, non autem oblatos Ecclesiæ regulari. Sic tradit Betonius *c.in præsentia. num.62.* & *65. de probat.* Alij distinguunt: si hi aliquid sibi reseruarint, possunt testari; secus si se, & omnia sua per donationem Ecclesiæ obtulerint. Quamuis enim professi non sint, testari tunc nequeunt, eo quod bonis, de quibus testentur, sint destituti. Sic Nauar. & Manuel num. præcedenti allegati, & Tapia *eodem c.1.num.23* limitans, nisi post eam generalem oblationem aliquid acquisierint: de hoc enim testari integrum erit. Quippe etsi omnia bona Ecclesiæ obtulerint, possunt aliqua in futurum acquirere.

43 Sed verius est posse testari, etsi omnia bona prorsus Ecclesiæ obtulerint. Quia hæreditas, cùm sit nomen iuris, potest esse sine aliquo corpore. *l. hereditas.ff. de petit. hereditatis.* Atque ita hi bonis per eam donationem destituti poterunt testari, non tamen in Ecclesiæ præiudicium, & hæredis erit acceptare, aut nolle acceptare. Ita docet Abb. *c.in præsentia. fine. de probat.* atque idem tenent alij, qui indistinctè docent oblatos hos testari posse. Hi sunt: Odofredus *authen. ingressi. num. 7. C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Bart. *in 1. lectura. num.5. in 2.n.1* Bald. *n.14.* & *l. generalis.num.2.C.de sacrosanct. Eccles.* Imola *d.c.in præsentia.num.18.*

SVMMARIVM.

An ex Pontificis licentia integrum sit professis testari? refertur quædam sententia. n. 44.
Explicatur sententia authoris. n. 45.
An concedere hanc licentiam sit dispensare in voto paupertatis? refertur quædam sententia. n. 46.
Sententia authoris. n. 47.
An desideretur iusta causa, vt liceat, & validè concedatur prædicta licentia? Proponuntur rationes vtrinque habendæ, & varia sententiæ. num. 48. & 49.
Explicatur sententia authoris. num. 50.
Licentia concessa monacho ad testandum, an intelligatur ad solos vsus pios? n. 51.
An possit Pontifex concedere licentiam ad vsus non pios? num. 52.
An possit professus virtute huius licentiæ maioratum instituere? n. 53.
An ad hanc licentiam sufficiat licentia Papæ ad dispensandum in omnes vsus; an potius exigatur expressa testandi licentia? n. 54.
An hæc licentia testandi intelligatur de solis bonis, quæ monachus possidet, & præiudicet hæredi, & legatario, & fideicommissario, substituto que in primo testamento relicto? num. 55.
An hæc licentia restringatur ad primum testamentum, & expiret morte concedentis? num. 56.
An hæc testandi licentia extendatur ad codicillos, & donationem causâ mortis faciendam? num. 57.
An licentia testandi superuenienti efficiat valere prius testamentum absque illa factum? refertur quædam sententia. num. 58.
Explicatur sententia authoris. num. 59.
An de facto soleat Pontifex concedere hanc licentiam? nu.60.
An consultudo possit hanc licentiam concedere? refertur quædam sententia. num. 61.
Sententia authoris. num. 62.

QVÆSTIO vltima. An ex Pontificis licentia integrum sit professis testari, & qualiter ea testandi licentia intelligenda sit? Aliqui censent non posse ex Pontificis dispensatione testari. Ducuntur, quia cùm illa bona, de quibus religiosus testaturus est, sint iam monasterij, Pontifex non est illorum dominus, sed administrator: non ergo poterit concedere monacho, vt ea testando alienet. In hanc partem, licèt dubius, & relinquens cogitandum, inclinat re latissimè vtrinque disputata Francus *rubr. de testament. in 6. à num. 77. vsque ad 83.* & tenet Guillelmus Benedictus *c.Raynutius. verb. mortuo itaque testatore. el 1.num.301.* 44

Cæterùm absque dubio tenendum est, posse professum in quæcumque religione ex licentia Pontificia testari. Quia nemo dubitat posse illum ex superioris licentia aliquid moderatè inter viuos distribuere. Quod autem ex ipsius licentia non possit illud in morte per viam testamenti relinquere, est ex solo iure humano; hoc autem non ligat Pontificem: ergo potest Pontifex in hoc dispensare. Atque ita sustinent Bald. *l. si quando. 35 in fine principij. C. de inoffic. testament.* & *l. vnic. nu.5. C. si seruus exet.* Decius *authen.ingressi. num.12. C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Iason *num. 11.* Petrus de Vergnia *addition. ad Butrigar. ibi, in limitat. 3.* Paris. *in c. in præsentia. num.171. de probat.* Idem Decius *cons.111. num.1. vol.4.* Bertrandus *cons.116.num.3.* & *cons.12. num.8.* & *cons.16.num.1.vol.3. in priori parte.* & *cons. 296. num.3. vol.3. in posteriori parte.* Ioannes Dilectus *de arte testandi. tit.1.cautel. 4.num.1.* Sylvest. *verb. testamentum.1.q.3. vers.11.* Nauar. *comment. 2. num. 57. de regul.* & *apologia ad libr.de redditib.q.3. monito 11. num. 3.* Botta *cons.102. num.45.vol.1.* Benedict. Egid. *l.1.q.1.§.1. num.6.fin.* & *§.7.num.7. C.de sacrosanct.Eccles.* Peregrin. *cons.13.n.11. vol.2.* Couar. *c.1.num.10.* & *c. cum in officis.num.7. de testament.* Gregorius Lopez *l.31.verb.que los ganen.tit.6. part.1.* Molin. *lib.2.de primogen.c.9. num.67.* Auendano *de exequend.mand.at.Regum.p.1.c.4.num.34.vers.3. requiritur.* Redoanus *de spoliis ecclesiast.q.7.§. his præsuppositis. num.10.* (habetur *tomo 14. tract.*) Metina *lib. 5. de sacrorum hominum continentia. c.26. col.1.fin.* & *col.3. initio.* Simon de Præt. *de interpretat.vltima volum.lib.2.interpret.1. dub.1.solut.4.num.73.* Rauenn. *de statut.* & *consuetud. sect.5. n.10.* (habetur *tomo 2.tract.*) Riminald. iunior *cons.154. num.16.vol.2.* Molina Societatis *tomo 1.de iust.disp.141. col.penulti.* Leonard. *lib.2. de instit. c. 41. dub.8.num.73.* Manuel *2.tomo summæ.c.32.num.1.* & *quæst.regular.tom.3. q.69.art.2.* Graff. *1.p.decis.lib.3.c.5.num.57.* & *59.* Tapia *d. authen.ingressi.verb.idéique nec de his.c.1.nu.24.* Burgos de

de Paz *l. 5. Tauri.num.689.* Gratian. *regula 456. num.1.* Azor *tom.1.instit.moral.lib.12.c.9.q. vlt.* & loquentes de monacho Episcopo, etsi sentiant eum non absolui à voto paupertatis, nec testari posse, dicunt tamè id posse ex Pontificis licentia. D. Thom. *2.2. quæst. 185. art. 8. ad 3.* Turrecrem. *c. de monachis. 16.q.1.num.3. ad 3.* D. Antonin. *3. p.tit.10.c.2.§.7.* Tabiena *verb.religio. q. 42. num.43.* & *verb. Episcopus. quæst.6.num.7.* & ibi Armilla *num.8.* Sotus *lib.vlt.de iustit.q.vlt.art. vlt. ad vlt.* Molina *lib.1.de primogen. c.10.nu.28.* Viguer. *lib.1.instit.c.17.§.1. vers.21.* Azor *tom.1.instit. moral.lib.12.c.7.q.1. fin.* Manuel *quæst.regular.tom.3.q. 69. art. 4.* Aluarad. *de consiliis rata mente defuncti.lib.2.c.1 in principio.num.6.*

46 Vtrùm autem Pontificem cõcedere monacho licentiam testandi, sit dispensare in voto paupertatis, dissident authores. Nam Azor *tom.1.instit.moral.lib.12.c.9.q. vlt.* ait vehementer falli sentientes, hoc non esse dispensare in voto paupertatis, quia non est idem aliquid donare nomine alterius, quod iure, facultate, & potestate donare, quamuis ab alio imperata: qui enim nomine, vel consensu alterius donat, nil iuris habet in id, quod donat, & proinde religiosus absque dispensatione in voto paupertatis poteft donare, eius nimirum nomine, & consensu, qui est rei donatæ dominus. At testari, seu legare est iure bona in alterum transferre: religiosus autem iuris acquirendi capax non est, nisi cum eo in voto paupertatis dispensetur; quare absque prædicta dispensatione testari nequit. Quod idem sustinet Franc. *rubr. de testament. in 6. num. 82.*

47 Cæterùm dicendum est, id non esse in voto paupertatis dispensare. Sed quemadmodum concedi potest religioso administratio, & vsus aliquarum rerum, illas consumendo, atque alienando, quin dominus illarum constituatur, nec ius aliquod in illas comparet, ac proinde absque dispensatione in voto paupertatis: sic potest concedi alienatio per vltimam voluntatem, cùm id nihil aliud sit, quàm prorogatio facultatis ad alienandum. Quare non est vera differentia (quam tradidit Azor num. præcedenti allegatus) inter donationem, & testamentum. Nam etiam de re aliena ex domini consensu testari licet, quod nullus dubitat: & ideo hanc partem clarè indicant D. Thom. *2.2. quæst. 185. artic. 8. ad 3.* Turrecrem. *c. de monachis. 16.q.1.num.3. ad 3.* D. Antonin. *3.p.tit.10.c.3.§.13.* Tabiena *verb.religio.q.42.n.43.* Sylvest. *verb.testamentum.1.q.3.vers.11.* vbi aiunt, monachum ex Papæ indulgentia testantem, non censeri ex proprio testari, sed authoritate Pontificia censeri ampliatam distributionem à monacho factam, vt valere possit post mortem. Et in propriis terminis ita docet Nauar. *comment.2.numero 57. de regular.* & *lib. de redditib. eccles. in 1. edit.q.3. numero 26. in 2. eadem quæst. 3. monito 11.num.3.* Molin. *tom.1. de iust.disp.141.col.penulti.* Leonard. *lib.2. de iust.c.41.dub 8.numero 73.* Manuel *quæst. regular. tom.3.quæst.69.art.2.* 45

48 Rursus quamuis certum sit exigi iustam causam, vt licitè concedatur prædicta testandi licentia monachis: nam quamuis nihil aliud intercederet, nisi dispensatio in iure humano interdicente monachis, ea ad sui honestatem desiderat iustam causam secundùm omnes. At difficultas est de valore talis licentiæ absque iusta causa concessæ. Videtur enim valere, quia dispensatio in iure humano absque iusta causa concessa, illicita est, sed valida, vt ex frequentissima sententia probant *lib. 8. de matrimonio. disp.17.num.24.* & fauet Couar. *c. cum in officis.num.7.de testament.* vbi ait illicitam esse, validam tamen dispensationem Pontificiam absque iusta causa concessam Episcopis ad testandum de redditibus, quos ex Episcopatu percipiunt. Et in propriis terminis tenet hanc sententiam Redoanus *de spoliis ecclesiast. q. 7. §. his præsuppositis. n 15.* (habetur *tomo 14. tractatuum.*)

49 Ex alia parte vrget quod Abb. *in repetit.c.cum numero 30. de testament.* quem sequuntur Decius *cons.52.nu.2.* & *3.volum.4.* Nauar. *apologia ad lib. de redditibus.quæst.3. monito 6.* & alij, quos refert Couar. *d.c.cum in officis. n.7.* tradunt, Pontificem non posse absque causa dispensare cum Episcopo, vt de redditibus Episcopatus testetur. Et quamuis non explicent, non posse validè, & ita posset quis interpretari non posse licitè: cæterùm rationes, quibus innituntur, ostendunt mentem eorum esse, non posse validè. Et in propriis terminis sustinet hanc licentiam non posse valere, Franc. *rubr. de testament. in 6.n.82.* Azor *tom.1.instit.moral.lib.12.c.9.q.vlt.* Sed neutrius authoritas vrget: censent enim (vt retulimus num.44.) hoc esse dispensare in voto paupertatis; atque bene, & consequenter loquuntur, dum aiunt fore nullius momenti prædictam testandi licentiam absque iusta causa concessam, vtpote dispensationem in voto obligante ex iure diuino.

Cæterùm existimo sic dicendum: si distributio illorum bonorum honesta sit, & talis, vt facta per alienationem inter viuos ex licentia superioris vitio careret, & tantùm est vitium in modo alienandi, non eum adest iusta causa concedendæ alienationis per vltimam voluntatem aduersùs iuris prohibitionem, valida est testandi licentia, vtpote quæ à Pontifice iure humano per ipsum inducto conceditur; & hoc probant allata num.46. At si non solùm est vitium in alienandi modo, sed in ipsa quoque alienatione, quæ etiam inter viuos facta esset iniqua; non valeret licentia, quia tunc ea distributio etiam ex superioris licentia esset contra votum paupertatis. Cùm enim superior non sit illorum bonorum dominus, sed administrator, non potest validè concedere prodigæ, ac iniquæ distributionis licentiam. Quæ ratio militat quoque in summo Pontifice; nec enim est illorum bonorum dominus: cuius sententiæ quoad posteriorem partem sunt Doctores, quos referemus numero 5. dicentes Papam non posse concedere hanc licentiam testandi, nisi ad pias causas, & maximè Tapia ibi allegandus, qui dicit id exigi, vt valida sit licentia. 50

Hinc deducitur primò, licentiam à Pontifice absolutè concessam testandi de his bonis, intelligi ad vsus pios: quia ea facultas intelligenda est, vt aliquin cum iure communi consentiat. Nec enim Pontifex generaliter aliquid concedens, censetur derogare iuri communi; ideòque ea facultas trahenda non est ad ea, quæ iuri cõmuni aduersantur: ac proinde virtute eius nequibit testari religiosus ad vsus vanos, & profanos, sed ad pios duntaxat. Atque ita docent Nauar. *apologia ad lib. de redditibus.q.3.monito 6.* Molina *lib.2.de primog.c.9.nu.67.* & *c.10.n.30.* & alter Molina è Societate IESV *tom.1.de iustitia. disp.141.ad finem. vers. fructus religioso. & tom.3. disp.604.n.5.* Azor *tom.1.instit.moral. lib. 12.c.9.q.vltima.* Leonardus *lib.2.de iust.c.39.dub.4. nu.40.* Tapia *authen. ingressi.verb.idéique nec de his.c.1.nu.24.* Quare non credo quod ait Metina *lib.5.de sacrorũ hominum continentia.c.26. col.2.fin.* & *col.1.initio*, nempe, vsu receptissimũ esse cum quibuscumque monachis dispensare, vt in vsus quoscumque testetur, & cum monachis factis Episcopis ait iamdudum receptissimum esse sic dispensare, què vsum velle dãnare aiit temerarium. Et de monachis Episcopis eundem vsum refert Sotus *lib.vlt.de iust.q.vlt.art.vlt.col. 5.* at de eius iustitia dubitat: ait enim hũc vsum, si legitimus sit, satis demonstrare non esse tam indispensabile votum paupertatis, ac castitatis. Cæterùm in Episcopis non est cur damnetur hic vsus ob ea, quæ diximus supra n.13. De aliis verò religiosis eum vsum minimè credo esse, immo (vt videmus) aliqui negant esse talem vsum concedendæ licentiæ etiam ad vsus pios, & qui aiunt aliquando concedi, dicunt id esse rarum. 51

Immo Leonardus, & Tapia num. præcedenti allegati tradunt non posse Pontificem aliter hanc licentiam licitè concedere, & addit Tapia etiam validè. Verùm id non credo, quia potest esse vsus honestus, quamuis non pius: 52 53

pius: sicut enim potest superior facere copiam professo donandi aliquid moderatum inter vinos personæ distinctæ, eo quod sit monasterij amicus, aut benefactor, vel ad eius voluntatem captandam, vt rebus monasterij patrocinetur, vel causæ honestate accepta ex parte donantis, quod sit persona benemerita, suisque operibus multa monasterio acquisierit: ita potest Pontifex ex his causis, & aliis similibus dare licentiam ei testandi ad vsus honestos, quamvis non pios.

54 Secundò deducitur, virtute licentiæ concessæ monachis ad testandum non posse eos maiorarum instituere, quippe ea licentia intelligitur testandi ad solos vsus pios (vt diximus num. 49.) Primogenium autem est res profana; & ita docent Molina *lib. 2. de primog. c. 9. num. 67.* & alter Molina Societatis IESV *tomo 3. de ex. f. disp. 604 num. 5.* Addit prior Molina *num. 68.* consulendum monacho habenti peculiarem licentiam ad primogenium instituendum, ne ex sola familiæ conservatione, quæ à monachis aliena esse debet, illud instituat, sed ex alia honesta causa religionis specimen præ se ferenti. Posterior etiam Molina addit *eo num. 5.* vt beneficiatij monachi, vel alij extra monasterium degentes, habentes huiusmodi licentiam, ad diuidendum, an facium teneat, considerent, quo fine, qui eum ipsorum professione, & statu consentiat, illum instituant, & ex quibus bonis, unde deriuatis, & qua ratione acquisitis.

55 Quatuor autem sunt maximè obseruanda circa testandi licentias monachis concessas. Primò obseruandum est exigi, vt ea licentia expressè concedatur; non enim sufficiet, si Papa religioso licentiam concedat viuendi extra claustrum, & disponendi de omnibus bonis quæsitis extra monasterium, in suos vinis, & alios pios, tunc enim poterit disponere inter vinos virtute huius licentiæ, non autem per modum testamenti, vt bene ait Nauar. *lib. 3. cons. in 1. edit. tit. de regular. cons. 71. fine. in 2. tit. de donationib. cons. 7. fin.* quia cùm dispositio hæc posterior valde odiosa sit, & à religioso instituta aliena, exigit expressam testandi mentionem, vt ea licentia concessa censeatur.

56 Secundò obseruandum est, licentiam hanc testandi monacho concessam intelligi, vt testetur de bonis, quæ religiosus de facto possidet: nam proprium habere nequit. Sic Baldus *l. vnica. num. 5. C. si secundum vacat.* Simon de Prætis *de interpretatione vltimæ voluntatis. lib. 2. interpretatione 1. dub. 1. solut. 4. num. 73.* vbi optimè addit cum Gozadino *cons. 41. §. quæritur, an frater Dominicus*, huiusmodi licentiam, & testamentum inde subsequutum non præiudicare ei, cui dicta bona virtute prioris testamenti facti ante ingressum, etant acquisita, quia licentia Principis non intelligitur cum præiudicio tertij. Cui ego addo similiter non præiudicare monasterio quoad bona huius monachi, quæ per ipsius professionem acquisierat, quia eadem est ratio, & quia facultas testandi alicui concessa non debet esse cum præiudicio tertij. *l. si quando. C. de inofficio testament.* & ita docet optimè Gama *decis. 308 in causa monasterij. num. 2. fin. & 3.* Nec approbo quod aliis reprobatis ait Tapia *authen. ingressi. verb. ideoq; nec de his. c. 1. num. 26. C. de sacrosanct. Ecclesiis*, nempe, si hic religiosus in testamento in seculo instituisset aliquem, & ei alium substituisset, aut fideicommisisset, vt hæreditatem alteri restitueret, posse hunc professum virtute huius licentiæ excludere substitutum illum, aut fideicommissarium; idque non probat, sed ratio esse potest, quia cùm substitutus sit, & fideicommissarius non habeat perfectum ius ad rem, sed conditionale, nempe, si superuiuat hæredi instituto, facilius potest illi iuri derogari. At hoc non approbo, quia similiter ius vocatorum ad maioratum est conditionale, nempe, si superuiuat maioratus possessori, & tamen illi iuri nequit Princeps absque maxima causa derogare, vt pluribus citatis probat Molina *lib. 1. de primog. c. 8. numero 51.* à fortiori ergo dicendum est per licentiam testandi absolutè concessam non derogari huic iuri.

57 Tertiò obseruandum est, quosdam limitare hanc testandi licentiam, vt intelligatur de primo testamento; atque ita eo semel condito non superesse facultatem aliud condendi, ac proinde secundo condito prætalere primum, quod secundum ex potestatis defectu vim sortiri nequeat. Hos authores, & eorum rationes retuli *lib. 8. de matrimonio. disp. 1. num. 17.* Sed iure optimo ibi num. 18. defendi eam facultatem non extingui primo actu, sed virtute illius licere toties quoties libuerit, testamentum facere vsque ad mortem, ac prius reuocare, cuius sententiæ rationes, & authores soluens contrarias ibi retuli; & præter authores ibi allegatos tenent hanc partem Aluaradus *de consil. mon. test. lib. 2. c. 2. in princ. numero 6. vers. licentia tamen.* Tapia *auth. ingressi. verb. ideoq; nec de his. c. 1. num. 31.* Nec licentia hæc expirat morte concedentis, sed semel concessa est perpetua dum ab alio Pontifice non reuoceetur, vt contra alios probaui *lib. 8. de matrim. disput. 18. num. 82.*

58 Quartò obseruandum est, quosdam authores censere licentiam hanc testandi non extendi ad codicillos, & donationem causâ mortis faciendam. Quia etsi maior sit ratio prohibitionis testamenti, minùsque sit illud concedere: at argumentum de maiori ad minus non habet locum in dispensatione, vt probaui *lib. 8. de matrimonio. disp. 1. numero. 32.* Atque ita sustinet Marian. Socinus iunior *cons. 13. numero 12. & 13. & cons. 89. numero 31. vol. 1.* Decius *cons. 512. numero 2. vol. 4.* Graffis *1. p. decis. lib. 2. c. 31. numero 18.* Ex quo infert Graffis, quod si testamentum habentis ex priuilegio facultatem testandi, ex omissione alicuius solemnitatis non valeret iure testamenti, non valeret etiam iure codicilli; etsi sit apposita clausula codicillaris. Quia *reg. l. consuetudinis. ff. de iure codicillorum. & l. 1. ff. de leg. 1.* dicens quod qui possunt testari, possunt codicillos facere, intelligitur de potentibus in re, & citat Angel. & Imolam *l. seruus cum commune. §. Mæuij. ff. de stipulatione seruorum.* Cæterum dicendum est, eam licentiam ad hæc quoque facienda extendi, vt probaui satisfaciens contrariæ rationi, & multos allegans *lib. 8. de matrimonio. disp. 1. numero 18.* Et vltra Doctores ibi allegatos sustinet Ripa *l. 2. numero 2. ff. de leg. 1.* Simon de Prætis *de interpretatione vltimæ voluntatis. lib. 2. interpret. 1. dubio 1. solut. 4. numero 64.* Spino *in speculo testamen. gloss. 5. principali. numero 50.* quia de testamento ad codicillum non est propriè extensio, sed comprehensio, quia codicillus dicitur testatio mentis, sicut & testamentum, vt bene Gloss. *1. institut. de testament. in principio.*

59 Demum triplex restat difficultas. Prima est, an licentia testandi superueniens efficiat valere prius testamentum à monacho absque illa confectum? Aliqui, & satis probabiliter negant, quia sola inhabilitatis cessatio non efficit, vt conualescat prior actus irritus, vt plura cumulans tradidit Mandosius *reg. 18. Cancellaria. quæst. 12. numero 18.* Et confirmatur, quia vbi habilitas personæ, aut licentia est de substantia actus, non satis est illam subsequi, sed debet actum præcedere, vt optimè Felin. *c. cum dilectus. numero 2. de accusat.* At habilitas personæ, & legitima licentia sunt de essentia testamenti. Secundò, quia actus ab initio irritus ob impedimentum aliquod, tunc demum conualescere incipit, quando sublato impedimento subsequitur nouus consensus, vt notant Gloss. & DD. *in reg. quod ab initio. ff. de reg. iuris.* Tertiò, quia cùm testamentum prius sit omnino irritum, confirmari nequit ex licentia superuenienti: confirmatio enim valorem actus confirmandi supponit. Quartò, quia adeò requiritur ad testamenti valorem capacitas testantis tempore, quo testamentum condit, vt etiamsi tunc fuerit capax, & sic validum, si postea efficiatur irritum ratione illius potestatis ablatæ, non conualescat, hæ reddita, nisi adsit noua solemnis voluntas. *l. qui ex liberis. 11. §. testamento. ff. de bonorum possess. secundum tab.* & ita Alberic. *ex §. hi quibus. num. 6. ff. de legat. 3.* ait testamentum, ab hæretico confectum non conualescere eo ad fidem conuerso, & subinde cessante incapacitate, eo quod ab initio id fuerit nullum; & consequenter, quia testamentum factum ab impubere, vel furioso non conualescit adueniente ætate, vel sanitate, vt expressè habetur §. *preterea in fin. quibus non est permissum facere testamentum.* Quod procedit quoties est defectus in testante: tunc enim non conualescit testamentum cessante impedimento, vt optimè considerant Bart. *l. filio preterito. in fine. ff. de iniust. rup. test.* Iason *l. si arrog. vot. num. 36. in fine. ff. de adoptiuis.* Tandem, quia cùm dispensatio illa ad testandum sit odiosa, potiùs restringenda est, quàm extendenda, vt faciat prius testamentum valere. Atque ita hanc partem sustinent Iason *l. vt militibus. num. 2. C. de testament. milit.* & ibi Additionator *ad Alex. num. 3. verb. antea.* & in hanc inclinat Decius *ibi, in noua edit. à num. 8. vsque ad 12.* & in eandem satis inclinat dicens oppositam esse valde dubiam, Socinus *l. si ita facta. num. 5. & 11. ff. de cond. & demonstr.* & eam tenet Simon de Prætis *de interpretat. vlt. volunt. lib. 2. interpret. 1. dubio 1. solut. 4. n. 52. & sequentibus.*

60 Cæterum contraria sententia est frequentissima, & ideo tanquam probabilior amplectenda est, cuius ratio est, quia cùm testamentum sit actus successiuus, ac deambulatorius vsque ad mortem, non censetur perfectè factum vsque tunc: quæ sufficiens est ad eius valorem, vt habilitas testandi adsit tempore mortis, à quo robur sumit, vt colligitur ex *l. si quis filio exheredato. §. irritum. vers. quæritur. ff. de iniusto rup. test.* Quare hoc non est extendere dispensationem, sed eam accommodare naturæ testamenti, quæ cùm ex sit, vt nihil censeatur consummatum vsque ad mortem, licentia superueniens adest ante testamenti perfectionem, & ideo nil mirum si trahatur ad tempus præteritum, quo confectum est. arg. *l. alij seruum. 20. in fine. ff. de leg. 1.* vbi verbum (*legati*) quamvis præteriti temporis, extenditur ad omnium testamento contenta, tam præterita, quam futura, ob testamenti naturam. Idem probatur ex *l. iubemus. ff. qui satis dare cogan.* vbi concedens alicui procuratori mandatum, censetur ratificare omnia ab illo ante nandatum facta. Et hinc patet solutio ad omnia in contrarium obiecta, præterquàm ad quartum, quod speciali solutione indiget. Non enim dicendum est, prius testamentum fuisse omnino irritum, sed tanquam nondum perfectum, & consummatum esse in pendenti & habilitate ad testandum ante testatoris mortem obtenta. Ad quartum, & confirmationem respondeur reddendo discrimen speciale inter casus in argumento propositos, & nostrum: in illis enim cessante impedimento nulla est confirmatio tacita, aut expressa confecti testamenti, quod cùm antea fuerit irritum, & nil afferatur, quo possit validari, irritum persistit. Quando verò facultas testandi religioso impertatur ipseque eam acceptat, testamentum factum videtur confirmare, & potestatem, quæ sola desiderabatur ad integritatem illius, retrotrahere, ac proinde validum efficere, id admittente testamenti natura, quod cùm actus sit successiuus, vsque ad mortem non existiatur esse perfectus. Ad vltimum dic, non extendi in præsenti testandi facultatem, sed ipsam ad tempus preterium retrotrahi, quod diuertum quidpiam est. Et ideo hanc sustinet Bart. *in l. si quis filio. §. irritum. ff.* & ibi Imola *num. 2.* Paulus *num. 4.* idem Paulus *l. si ita facta. 11. num. 2. ff. de cond. & demonstr. & l. vt militibus. num. 2. C. de testament. milit.* vbi Alex. *numero 3.* Iason *in repetit. l. quemadmo.* (quæ habetur in eius commentariis *ad ff. nouum. tom. 1. fin.*) *quæst. 14. numero 129. vers. 130. ff. de flumin. & authen. ingressi numero 17. C. de sacrosanctis Ecclesiis* & ibi Petrus de Vergnia, Additionator *ad Burengarium. limit. 3.* Marsilius *l. pauper. numero 50. ff. de quæst.* Gozadinus *cons. 4. numero 3.* Curtius iunior *cons. 104. numero 7. vol. vnic.* Anton. Gomez *l. 42. Tauri, numero 2.* Nauar. *comment. 2. num. 57. de regular.* Gambata *de authent. legati. lib. 10. à num. 256.* Redoanus *de spoliis ecclesiasticorum. quæst. 7. §. his præsuppositis. numero 69.* Mandosius *in signatura gratiæ. verb. licentia testandi. §. quinto.* Ramennas *de statutis, & consuetudine. sect. 5. num. 10.* (habetur *tomo 2. tract.*) Matienzo *libro 5. recopilat. tit. 4. l. 5. gloss. 3. num. 4.* Aluaradus *de consultur. ment. testat. lib. 2. c. 1. in principio. numero 23.* Tapia *dicta authen. ingressi, verb. ideoq; nec de his. c. 1. num. 25.* Molina *tom. 1. de iustitia. disp. 141. fin.* & in fortioribus terminis id tenet, quamvis sub dubio, & relinquens cogitandum, Gregor. Lopez *l. 52. verb. non valdra. quæst. 42. verb. adueniente. tit. 9. p. 6.*

61 Secunda difficultas est, an de facto soleat concedere hanc testandi licentiam Pontifex? Mandosius *in signatura gratiæ. verb. licentia testandi. vers. adueniendum est, fin.* dicit de facto non concedi. At Couat. *c. 1. numero 10. de testament.* dicit solere Pontificem eam concedere de modica quantitate, & interueniente Abbatis licentia, & Redoanus *de spoliis ecclesiasticorum. §. 7. §. his præsuppositis. num. 10.* (habetur *tomo 14. tract.*) dicit se multoties vidisse eam concedi. Sed optimè Nauar. *comment. 2. nu. 58. de regular. & lib. de redditibus ecclesiast. in 1. edit. quæst. 3. numero 27. & 28. in nouis editionib. quæst. 3. nouio 11. numero 4.* & ipsum sequitur Tapia *auth. ingressi. verb. ideoq; nec de his. c. 1. num. 28.* Molina *tom. 1. de iustitia. disp. 141. col. penult. & vlt.* Azor *tomo 1. instit. moral. lib. 12. c. 9. quæst. vltim.* Leonard. *lib. 2. de iust. c. 19. dubio 4. num. 40.* trahunt quadruplices esse religiosos. Primi sunt qui beneficium aliquod ecclesiasticum possident. Secundi, qui eo beneficio carent, nec in cõmunitate perfecta viuunt, & ex superioris licentia certam panis, & vini, aut pecuniæ, aut aliorum vitæ transigendæ necessariorum quantitatem habent, ita vt superfluum sibi reseruent, & si quid desit, aliunde quærant. Tertij, qui ex legitima licentia extra monasterium degunt, alumtúrque bonis sua industria, labore, ac eleemosyna comparatis, & neque tribuunt ex his quidquam monasterio, nec ab eo aliquid recipiunt. Vltimi sunt religiosi simplices intra claustrum degentes. Asserunt ergo hi Doctores religiosis primi generis sæpe hanc testandi licentiam concedi, quod id nec in monasterij, nec in beneficij detrimentum, sed potiùs vtilitatem cedat; quippe hac testandi spe destituti consumerent ea omnia tempore vitæ, prout poterant, & ea conseruant spe testandi: vnde cùm sæpe ab intestato decedant, & sic succedat aut monasterium, aut beneficium, vel ea relinquunt monasterio, aut beneficio, vtilitas inde consurgit monasterio, aut beneficio. Insuper religiosis secundi & tertij generis aiunt hi Doctores solitum esse Pontificem concedere licentiam testandi de his bonis, quorum liberam administrationem in vita habebant. Quare proximè tradita ratio militat pariter in his religiosis quarti generis; & ideo dicunt non solere illis concedi hanc licentiam: quia sicut in vita nullam administrationem habebant, ita expedit, vt nec in morte habeant. At si quispiam ex his religiosis esset valde monasterio vtilis, dicunt posse ei concedi prædictam licentiam à Pontifice.

62 Vltima difficultas est, an valeat consuetudo, vt monachus testetur? Negant multi: ducuntúrque, quod repugnet regulæ monasticæ. Ita Bald. *authen. ingressi. nu. 5. C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Decius *num. 11.* Iason *nu. 8.* Francus *rubr. de testament. in 6. numero 74.* Guillelmus Berredict. *c. Raynutius. verb. mortuus ita quo testatur. el 2. num. 301. de testament.* Gozadinus *cons. 41. numero 7.* Henricus *c. si quis sane. num. 10. de peculio clericorum.* Redoanus *de spoliis ecclesiast. q. 7. §. his præsuppositis. num. 16.* Bertrand. *cons. 12. num. 8. vol. 3. in parte priori.* Ramennas *de statutis, & consuetudine. sect. 5. num. 10.* (habetur *tomo 1. tract.*) Roctius Epono *c. relatum. el 2. numero 40. de testamentis.*

Benedictus Egidius *L4.p.1.§.7.n.7. C.de sacrosanct. Eccles.* Graffis *1.9.decis.lib.3.c.5.n.19.& p.2.lib.3.c.19.n.86.*

63 Cæterum in omnibus casibus, in quibus hucusque diximus posse per Pontificis priuilegium hanc facultatem competere monachis, dicendum quoque est posse per consuetudinem, quia quæ per priuilegium fieri possunt, valent quoque consuetudine legitimè præscripta induci, vt bene addit Felinus *c. quæ in Ecclesiar. num. num.27. de constitutionibus.* Quippe consuetudo hæc vim habet, & iuris noui condendi, & abolendi antiqui. *c. fin. de consuetud.* Adde prohibitionem hanc esse ex iure humano, vt probauimus nu. 4. at id ius potest consuetudine aboleri. Atque ideo hanc partem sustinet Nauar. *comment.2.n.44.de regular.* Tapia *authen. ingress.verb.adeoq; nec de his c.1.nu.6.C.de sacrosanct.Eccles.* & quamuis vtcunque dicat consuetudinem saltem immemorialem hoc posse, meritò dicunt saltem ad denotandum eam necessariam non esse, sed talem, qualis sufficit ad derogandum iuri humano, de cuius qualitate tractatur in materia de legibus.

CAPVT IX.

Qualiter professis habentibus ascendentes, aut descendentes, testari liceat inter eos.

SVMMARIVM.

Proponitur authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles. quæ ansam dubitandi præbet. n. 1.

An professi in ordine incapaci, & coadiutores formati in Societate IESV, possint diuisionem bonorum inter liberos facere? n. 2.

An sit opus ad hanc diuisionem faciendam licentia superioris? num. 3.

Qualiter lex ciuilis potuerit hoc disponere. Referuntur tres sententiæ. n. 4. & 5.

An leges ciuiles mentionem clericorum facientes, illos obligent? n. 6.

Explicatur sententia authoris. n.7.

Neque alia diuisio inter liberos fieri à professis præter explicatam in illa authentica. n.8.

An illa diuisio sit testamentum? referuntur varia sententiæ. n.9

Explicatur sententia authoris. n.10.

Cuius effectus sit hoc scire. n.11.

Potest hæc diuisio à professo fieri, esse vnicum filiũ habeat. n.12.

Idem si nullum filium, at habet alios descendentes. n.13.

Quid si filij sint illegitimi? referuntur quædam sententiæ. num. 14.

Explicatur sententia authoris. n.15.& 16.

Quid si habeat solos filios legitimatos? n.17.

An si solos ascendentes habeat, sit illis necessario legitima reseruanda? referitur quædam sententia. n.18.

Explicatur sententia authoris. n.19.

An liceat professo inter ascendentes illos facere prædictam diuisionem? n. 20.

An filio professo mortuo sint reddenda ascendentibus bona, quæ in monasterium secum detulit? n.21.

Quid de bonis acquisitis post professionem, an in illis habeant legitimam ascendentes, aut descendentes, an possit ille inter eos diuidere? n.22.

An dos data monasterio in ingressu monialium, redeat ad ascendentem, aut descendentem superstite moriente monialis? n.23.

Quid de pretio dato cum pacto, vt illæ reliquæ hæreditatem nunciarent? n.24.

Quando religiosus Societatis IESV renunciauit bonis ipsius Societatis tantũmodo, an ea sint reddenda superstiti ascendenti, quando hic naturaliter mouetur, aut professionem, seu aut coadiutorum formatorum emisit? n. 25.

Quorum bonorum partem teneatur professus diuidens inter filios relinquere monasterio? n. 26.

Quidin Regno Castellæ? n. 27.

An possit quenquam ex filiis in tertio meliorare? refertur quædam sententia. n.28.

Sententia authoris. n.29.

An possit in quinto meliorare, vel partem illius filiis relinquere? n.30.

An professus possit inter suos liberos maioratum instituere ex tertio & quinto bonorum? n. 31.

An possit inter ascendentes ex tertio? n.32.

An possit inter illos ex regia facultate? n.33.

An possit pupillariter filius substituere? n. 34.

An possit vulgariter compendiose, & per fideicommissum? n.35.

An possit exemplariter? n.36.

An possit eis tutorum assignare? n.37.

An professus possit in ea diuisione aliqua legare, vel si fateatur dotem ab vxore recepiam, aut visorius interrogatus teneatur monasterium stare his confessionibus? n.38.

Si non diuidat, qui succedat? n.39.

An religiosus Societatis IESV, qui vota biennij in ea emiserunt, liceat sic bona inter filios diuidere, & illos substituere? num.40.

An quando hic professus testatus fuerit in sæculo, vel diuiserit omnia bona, vel partem illorum inter filios, possit post professionem diuidere, & facta reuocare? remissiones. n. 41.

ANTIAM huius difficultatis præbet §. *si qua mulier. authen. de sanct. Ipsi.* vnde desumpta est *authen. si qua mulier. C.de sacros. Ecclesiis* vbi sic dicitur. *Si persona liberos habens, antequam se rebus suis inter eos diuisuras, monasterium intret, liceat ei postea inter eos diuidere legitima non diminuta, & quod eis non dedit, monasterio competere. Sed si omnem substantiam inter filios diuidere voluerit sua persona filiis connumerata, partem sibi retineat, quæ monasterio competere debet. Sed si post ingressum moriatur, antequam inter eos diuidat, filij legitimam percipiant, reliqua substantia monasterio competente.* Quæ authentica refertur à Gratiano in decreto, & habetur *cap.si qua mulier.19.q.1.* & idem disponit lex regia 17 *tit.1.p.6.* Itaque iuxta hanc decisionem, si habens filios ingressus sit religionem nulla bonorum dispositione præmissa, potest inter eos diuidere bona, & si solam legitimam diuidere velit, potest vtique, & totum residuum erit monasterij: si verò velit amplius quàm legitimam filiis relinquere, tũc debet suæ personæ inter filios connumeratæ partem retinere, quæ monasterij sit; sic enim ea lex regia 17. transcripsit ea verba *prædicta authent. sed si omnem substantiam*, his verbis; *Esi par auentura mas les quisiese dar de su parte legitima.*

Quæ dispositio non proceditin professis in ordine succedendi incapaci, vt sunt Minores fratres, nec enim inter liberos poterunt sic disponere, quia à die professionis reputantur tanquam naturaliter mortui. Sic Bart. *ea authen.si qua mulier.n.11.*& ibi Iason *nu.1.* Petrus de Vergnia additionator *ad Butrigarium, ibi.q.2.* idem Bart. *tractatu Minoritarum. lib.4.dist.1.c.1. statim in principio.* Bart. *l. humanitatis. num.41. C. de impub.& aliis subst.* Et quamuis idem dicat ibi de mendicantibus omnibus, id tamen est, quia antiquitus nec in communi erant capaces successionis; at id iam cessauit, & ideo in cæteris mendicantibus præter Minores, & Capucinos, habet locum hæc authentica.

Atque idem dicendum est de professis, & formatis coadiutoribus in Societate IESV: cùm enim hi omnes sint similiter incapaces omnis successionis in communi, & in particulari, reputantur eodem modo tanquam naturaliter mortui (vt diximus) & ideo non gaudent beneficio huius diuisionis inter liberos faciendæ. Quid autem dicendum si de his, qui vota biennij in ea emiserunt, dicemus num.40.

Nec ad hanc diuisionem inter liberos à professo faciendam est opus superioris licentia; quod ius hanc facultatem nulla licentiæ superioris mentione facta concedat. At si licentia ea foret opus, expimeret vtique

vtique, quandoquidem formam in hoc necessariam præfigit: & aliàs illusoria esset iuris facultas; superior enim eam licentiam non concederet in sui monasterij præiudicium. Ita Gutier. *quæst. canonicarum lib.2.cap.1.num.96.* Quare minus cauté Manuel *quæst.regular.tomo 5.quæst.69. art.2.* dixit non opus esse licentia Pontificis, sed satis esse Prælati religionis, quasi supponens hanc esse necessariam.

4 Circa hanc autem decisionem dubitatur primò, qualiter illa authentica potuerit hoc disponere? Ratio dubitandi est, quod sit dispositio legis ciuilis, ac fubinde nec religiosos, nec clericos arctare possit. Gutierrez *quæst. canonicarum lib.2.cap. 1.numero 89.* dicit neminem sanæ mentis posse dubitare, quin lex ciuilis potuerit in hoc disponere, quod successiones sint de iure ciuili. Cæterum credo non potuisse sic disponere, quod clarè sentiunt authores triplici num.sequent.allegandi, dum confugiunt ad iuris canonici approbationem. Et ratio sit. Quia quando leges ciuiles specialem clericorum mentionem faciunt, non est integrum clericis eis vti etiam in sibi fauorabilibus, dum à Pontifice non approbantur, quia deficit in lege ciuili vis ad disponendum specialiter de clericorum rebus, iuxta *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut.* & ita tradunt Abb. *ibi.num.10.* & *in repetitione super idem cap. numero 4.* & 15. Decius *ibi. in noua editione.numero 88.* & 106. Felinus *numero 40.* idem Decius *cap. in præsentia. in noua edit. numero 159. de probat.* & ibi Abbas *numero 28.* Beroius *numero 151.* Salycetus *authent. cassa.numero 9. C. de sacrosanct. Eccles.* Francus *in suis quæstiomb. in materia petitorij. quæstiunt 4.numero 10.* idem Decius *l. senium in noua edit. numero 14. C. qui testamenta facere possunt.* Menchaca *in controuersiis vsu frequenti. lib. 1.cap.5.numero 1.*& quamuis *numero 9.* videatur contradicere, non tamen contradicit, quia expresè fateur leges Imperatorum contentas *C. de sacrosanct. Eccles.* & *C. de Episcop.& cleric.* mentionem facientes clericorum, non habere vim ex iurisdictione Imperatorum statuentium, sed ex tacita approbatione Pontificum, & Ecclesiæ. Sarmiento *lib.8 selectar.super §.15 in temporis.num.5.* Caldas *de nominatione emphyteut.q.16.n.28.* Sfortia *cons. 44.n.13. vol.1.*& multos alios allegans Hondedeus *consil. 20.num. 18 vol.2.*

5 Ideo Nauar. *consil.2.num.53. de regular.* motus hac ratione dixit facilè defendi posse decisionem illius authenticæ non habere vim, vtpote quæ de religiosis specialiter disponit, nec per Pontificem est approbata: & Decius *ea l.seniorum.numero 14.* ait leges, & authenticas contentas *in C. de sacrosanct. Eccles.*& *C. de Episcop. & clericis*, mentionem clericorum facientes non habere vim.

6 Alij autem dicunt habere vim, non quatenus est dispositio iuris, sed quia est approbata iure canonico. *cap. si qua mulier.19 quæstione 3.* Sic tradunt Abbas *cap.cum simon.numero 5.de regularib.*& *cap.in præsentia.numero 32.fin. de probat.*& ibi Imola *numero 22.* Francus *rubric. de testament. in 6.numero 65.* Ananias *cap. 2. numero 6. de delictis puerorum.* Bartol. *ea authent. si qua mulier.numero 3.*& ibi Albericus *statim in princip.* Salycetus *numero 9.initio.* Iason *numero 5.* Petrus de Vergnia *addit. ad Butrigarium.* Bertrandus *consil.16.numero 3.volum.3.in priori parte.* Molina *lib.1.de primog.cap.9.numero 54.vers. in 3. casu.* Redoanus *de spoliis ecclesiastic.quæstione 8.in princip.numero 72.* (habetur *tomo 14. tract. 1.) ibi. statim in principio.* Azor *tomo 1. institut.moralium.lib.11.cap.6.quæstione 4.* Cæterùm hic dicendi modus displicet, quia, vt bene aiunt Decius *authent.ingressi.numero 1.C.de sacrosanct. Eccles.* Nauar. *commentar.2.numero 53.de regular.* non potest vim iuris canonici habere ex eo quod authentica illa sit inserta à Gratiano in decreto; & ita leges ibi insertæ solam iuris ciuilis vim retinent, vt probaui *lib.9.de matrimonio. disp.12. num.3.& 5.*

7 Ideo dicendum est, eam authenticam vim ex eo sortiri, quod tacitè sit à Pontificibus approbata, vt bene tradunt Molina Societatis IESV *tomo 1.de iustitia.disputat. 141.colum.2.vers.hinc in regno.* Leonardus *lib.2.de iust. cap. 41.dub.10.num.82.* Manuel *quæst.regular.tom. 3. quæstione 69.art.2.* qui addit præsertim vim hanc obligandi habere, quod in decreto sit. Sed hanc obligandi rationem reprobaui n.præcedenti, & ideo optimè dixit Menchaca n.4 allegatus fortiri vim huiusmodi leges ex hac tacita approbatione.

8 Id tamen fatendum est, extra euentum in ea authentica contentum, aut alium modum ibi concessum, nec inter liberos posse professum quicquam de suis bonis disponere, quia caret dominio, ac illorum administratione, & velle, vel nolle non habet. Sic tradunt Nauar. *comment.2.n.53.de regul.* Molina Societatis IESV *n.præaudenti allegatus.*

9 Secundò dubitatur, an diuisio inter liberos, quam ea authentica permittit, sit testamentum? Quibusdam placet eam diuisionem esse testamentum. Ducuntur, quia quælibet bonorum dispositio per modum quotæ, & vniuersitatis dicitur in dubio testamentum, vt notatur *l.quoties.C.familiæ hereiscundæ.*& *l.hereditatem.C.de codicillis*: at dispositio hæc est huiusmodi, ergo est testamentum. Atque ita tenent Glossa *cap. si qua mulier.verb. diuidere. 19. quæstione 3.* Cynus *authent.si qua mulier.num. 3.fine. C. de sacrosanct.Eccles.*& ibi Baldus *num.25.* Iacobus Butrigarius *quæstione 7.* Godoffredus *littera L.* Odofredus *num.3.fin.* Albericus *authent. ingressi. num.6.C.de sacrosanct.Eccles.*& ibi Petrus de Bellapertica *quæstione 4.* Angelus *instit. de pupill.subst.§.qua ratione num.9.* Alij sic distinguunt: si in ea diuisione adhibitus est sufficiens testium numerus, erit testamentum; si autem soli duo, aut tres testes adhibiti sint, si pater assignauit filiis certas quotas, erit testamentum, si autem tes singulares, erit vltima voluntas, & non testamentum. Sic Paulus *ea authent.si qua mulier. num. 5.* cui consonat Salycetus *ibi. num. 10.* ait etiam ex dispositione facta cognoscendum, an sit testamentum, nécne. Alij opinantur posse vtrumque dici: sic Bartol. *ea authen.si qua mulier.num.20.* Azor *tom.1.instit.moralium. lib.12.cap.6.quæstione 5.fine.* addit Bartol. se existimare dicendum esse vltimam voluntatem, quę est testamentum, aut vim testamenti habens: succedit enim loco testamenti ante professionem faciendi; & ferè idem ait Iason *ibi.num.49.* dicens esse vltimam voluntatem habentem vim testamenti.

10 Sed verius est, non esse testamentum, sed diuisionem quandam, quam professus ille efficit, non vt dominus, sed vt administrator à iure constitutus ad hunc effectum. Quia rationi consonum est, ne professis facultas testandi concedatur, vtpote quæ maiorem præ se fert dominij imaginem, quam nuda illa distributio; statque hæc absque testandi potestate: nam etiam Iudex arbiter diuidit, non tamen testatur. Ergo iure optimè interpretanda est ea facultas de diuisione quadam faciendi, non autem de testamento, vt vel sic minus lædatur religiosum institutum; & in hanc sententiam magis inclinat, quamuis vtramque appellet sustentabilem, Gloss. *dicta authent.si qua mulier.verb.diuidere.* & §. *si qua mulier. verb.in proprio. authen.de sanctiss.Episcop.* & dicit fortè vertorem Angelus *instit.de exheredat. liberorum. §. cum qui. num.5.* Fulgosius *l.famosa.num.1.C.de secund.nupt.* Nauar. *comment.2.num.43.de regul.* Signorol. *authent.ingressi.num. 14.ad finem.C. de sacrosanct. Eccles.*& ibi Tapia *verb.idoneæ nec de his.cap.1.num.19.* Manuel *tomo 2.summa. cap. 32. num.1.* Leonardus *lib.2.de iustitia.cap.41.dubio 10.numero 82.*

11 Sed dices vanum esse, & nullius effectus, nolle an diuisio illa sit testamentum nuncupanda, an solùm distributio quædam, & videri quæstionem de nomine. Sed dic effectum magnum huius esse; nam ex testamento oritur actio, ex diuisione autem non. *l. diuisionis placitum. ff. de pactis.* Sic Petrus de Bellapertica *in authent. ingressi. quæstiunt 4.* Salycetus *ea authent. si qua mulier. numero 10.*

Benedictus Egidius *L4.p.1.§.7.n.7. C.de sacrosanct. Eccles.* Graffis *1.9.decis.lib.3.c.5.n.19.& p.2.lib.3.c.19.n.86.*

63 Cæterum in omnibus casibus, in quibus hucusque diximus posse per Pontificis priuilegium hanc facultatem competere monachis, dicendum quoque est posse per consuetudinem, quia quæ per priuilegium fieri possunt, valent quoque consuetudine legitimè præscripta induci, vt bene addit Felinus *c. quæ in Ecclesiar. num. num.27. de constitutionibus.* Quippe consuetudo hæc vim habet, & iuris noui condendi, & abolendi antiqui. *c. fin. de consuetud.* Adde prohibitionem hanc esse ex iure humano, vt probauimus nu. 4. at id ius potest consuetudine aboleri. Atque ideo hanc partem sustinet Nauar. *comment.2.n.44.de regular.* Tapia *authen. ingress.verb.adeoq; nec de his c.1.nu.6.C.de sacrosanct.Eccles.* & quamuis vtcunque dicat consuetudinem saltem immemorialem hoc posse, meritò dicunt saltem ad denotandum eam necessariam non esse, sed talem, qualis sufficit ad derogandum iuri humano, de cuius qualitate tractatur in materia de legibus.

CAPVT IX.

Qualiter professis habentibus ascendentes, aut descendentes, testari liceat inter eos.

SVMMARIVM.

Proponitur authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles. quæ ansam dubitandi præbet. n. 1.

An professi in ordine incapaci, & coadiutores formati in Societate IESV, possint diuisionem bonorum inter liberos facere? n. 2.

An sit opus ad hanc diuisionem faciendam licentia superioris? num. 3.

Qualiter lex ciuilis potuerit hoc disponere. Referuntur tres sententiæ. n. 4. & 5.

An leges ciuiles mentionem clericorum facientes, illos obligent? n. 6.

Explicatur sententia authoris. n.7.

Neque alia diuisio inter liberos fieri à professis præter explicatam in illa authentica. n.8.

An illa diuisio sit testamentum? referuntur varia sententiæ. n.9

Explicatur sententia authoris. n.10.

Cuius effectus sit hoc scire. n.11.

Potest hæc diuisio à professo fieri, esse vnicum filiũ habeat. n.12.

Idem si nullum filium, at habet alios descendentes. n.13.

Quid si filij sint illegitimi? referuntur quædam sententiæ. num. 14.

Explicatur sententia authoris. n.15.& 16.

Quid si habeat solos filios legitimatos? n.17.

An si solos ascendentes habeat, sit illis necessario legitima reseruanda? referitur quædam sententia. n.18.

Explicatur sententia authoris. n.19.

An liceat professo inter ascendentes illos facere prædictam diuisionem? n. 20.

An filio professo mortuo sint reddenda ascendentibus bona, quæ in monasterium secum detulit? n.21.

Quid de bonis acquisitis post professionem, an in illis habeant legitimam ascendentes, aut descendentes, an possit ille inter eos diuidere? n.22.

An dos data monasterio in ingressu monialium, redeat ad ascendentem, aut descendentem superstite moriente monialis? n.23.

Quid de pretio dato cum pacto, vt illæ reliquæ hæreditatem nunciarent? n.24.

Quando religiosus Societatis IESV renunciauit bonis ipsius Societatis tantũmodo, an ea sint reddenda superstiti ascendenti, quando hic naturaliter mouetur, aut professionem, seu aut coadiutorum formatorum emisit? n. 25.

Quorum bonorum partem teneatur professus diuidens inter filios relinquere monasterio? n. 26.

Quidin Regno Castellæ? n. 27.

An possit quenquam ex filiis in tertio meliorare? refertur quædam sententia. n.28.

Sententia authoris. n.29.

An possit in quinto meliorare, vel partem illius filiis relinquere? n.30.

An professus possit inter suos liberos maioratum instituere ex tertio & quinto bonorum? n. 31.

An possit inter ascendentes ex tertio? n.32.

An possit inter illos ex regia facultate? n.33.

An possit pupillariter filius substituere? n. 34.

An possit vulgariter compendiose, & per fideicommissum? n.35.

An possit exemplariter? n.36.

An possit eis tutorum assignare? n.37.

An professus possit in ea diuisione aliqua legare, vel si fateatur dotem ab vxore recepiam, aut visorius interrogatus teneatur monasterium stare his confessionibus? n.38.

Si non diuidat, qui succedat? n.39.

An religiosus Societatis IESV, qui vota biennij in ea emiserunt, liceat sic bona inter filios diuidere, & illos substituere? num.40.

An quando hic professus testatus fuerit in sæculo, vel diuiserit omnia bona, vel partem illorum inter filios, possit post professionem diuidere, & facta reuocare? remissiones. n. 41.

ANTIAM huius difficultatis præbet §. *si qua mulier. authen. de sanct. Ipsi.* vnde desumpta est *authen. si qua mulier. C.de sacros. Ecclesiis* vbi sic dicitur. *Si persona liberos habens, antequam se rebus suis inter eos diuisuras, monasterium intret, liceat ei postea inter eos diuidere legitima non diminuta, & quod eis non dedit, monasterio competere. Sed si omnem substantiam inter filios diuidere voluerit sua persona filiis connumerata, partem sibi retineat, quæ monasterio competere debet. Sed si post ingressum moriatur, antequam inter eos diuidat, filij legitimam percipiant, reliqua substantia monasterio competente.* Quæ authentica refertur à Gratiano in decreto, & habetur *cap.si qua mulier.19.q.1.* & idem disponit lex regia 17 *tit.1.p.6.* Itaque iuxta hanc decisionem, si habens filios ingressus sit religionem nulla bonorum dispositione præmissa, potest inter eos diuidere bona, & si solam legitimam diuidere velit, potest vtique, & totum residuum erit monasterij: si verò velit amplius quàm legitimam filiis relinquere, tũc debet suæ personæ inter filios connumeratæ partem retinere, quæ monasterij sit; sic enim ea lex regia 17. transcripsit ea verba *prædicta authent. sed si omnem substantiam*, his verbis; *Esi par auentura mas les quisiese dar de su parte legitima.*

Quæ dispositio non proceditin professis in ordine succedendi incapaci, vt sunt Minores fratres, nec enim inter liberos poterunt sic disponere, quia à die professionis reputantur tanquam naturaliter mortui. Sic Bart. *ea authen.si qua mulier.n.11.*& ibi Iason *nu.1.* Petrus de Vergnia additionator *ad Butrigarium, ibi.q.2.* idem Bart. *tractatu Minoritarum. lib.4.dist.1.c.1. statim in principio.* Bart. *l. humanitatis. num.41. C. de impub.& aliis subst.* Et quamuis idem dicat ibi de mendicantibus omnibus, id tamen est, quia antiquitus nec in communi erant capaces successionis; at id iam cessauit, & ideo in cæteris mendicantibus præter Minores, & Capucinos, habet locum hæc authentica.

Atque idem dicendum est de professis, & formatis coadiutoribus in Societate IESV: cùm enim hi omnes sint similiter incapaces omnis successionis in communi, & in particulari, reputantur eodem modo tanquam naturaliter mortui (vt diximus) & ideo non gaudent beneficio huius diuisionis inter liberos faciendæ. Quid autem dicendum si de his, qui vota biennij in ea emiserunt, dicemus num.40.

Nec ad hanc diuisionem inter liberos à professo faciendam est opus superioris licentia; quod ius hanc facultatem nulla licentiæ superioris mentione facta concedat. At si licentia ea foret opus, expimeret vtique

vtique, quandoquidem formam in hoc necessariam præfigit: & aliàs illusoria esset iuris facultas; superior enim eam licentiam non concederet in sui monasterij præiudicium. Ita Gutier. *quæst. canonicarum lib.2.cap.1.num.96.* Quare minus cauté Manuel *quæst.regular.tomo 5.quæst.69. art.2.* dixit non opus esse licentia Pontificis, sed satis esse Prælati religionis, quasi supponens hanc esse necessariam.

4 Circa hanc autem decisionem dubitatur primò, qualiter illa authentica potuerit hoc disponere? Ratio dubitandi est, quod sit dispositio legis ciuilis, ac fubinde nec religiosos, nec clericos arctare possit. Gutierrez *quæst. canonicarum lib.2.cap. 1.numero 89.* dicit neminem sanæ mentis posse dubitare, quin lex ciuilis potuerit in hoc disponere, quod successiones sint de iure ciuili. Cæterum credo non potuisse sic disponere, quod clarè sentiunt authores triplici num.sequent.allegandi, dum confugiunt ad iuris canonici approbationem. Et ratio sit. Quia quando leges ciuiles specialem clericorum mentionem faciunt, non est integrum clericis eis vti etiam in sibi fauorabilibus, dum à Pontifice non approbantur, quia deficit in lege ciuili vis ad disponendum specialiter de clericorum rebus, iuxta *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut.* & ita tradunt Abb. *ibi.num.10.* & *in repetitione super idem cap. numero 4.* & 15. Decius *ibi. in noua editione.numero 88.* & 106. Felinus *numero 40.* idem Decius *cap. in præsentia. in noua edit. numero 159. de probat.* & ibi Abbas *numero 28.* Beroius *numero 151.* Salycetus *authent. cassa.numero 9. C. de sacrosanct. Eccles.* Francus *in suis quæstiomb. in materia petitorij. quæstiunt 4.numero 10.* idem Decius *l. senium in noua edit. numero 14. C. qui testamenta facere possunt.* Menchaca *in controuersiis vsu frequenti. lib. 1.cap.5.numero 1.*& quamuis *numero 9.* videatur contradicere, non tamen contradicit, quia expresè fateur leges Imperatorum contentas *C. de sacrosanct. Eccles.* & *C. de Episcop.& cleric.* mentionem facientes clericorum, non habere vim ex iurisdictione Imperatorum statuentium, sed ex tacita approbatione Pontificum, & Ecclesiæ. Sarmiento *lib.8 selectar.super §.15 in temporis.num.5.* Caldas *de nominatione emphyteut.q.16.n.28.* Sfortia *cons. 44.n.13. vol.1.*& multos alios allegans Hondedeus *consil. 20.num. 18 vol.2.*

5 Ideo Nauar. *consil.2.num.53. de regular.* motus hac ratione dixit facilè defendi posse decisionem illius authenticæ non habere vim, vtpote quæ de religiosis specialiter disponit, nec per Pontificem est approbata: & Decius *ea l.seniorum.numero 14.* ait leges, & authenticas contentas *in C. de sacrosanct. Eccles.*& *C. de Episcop. & clericis*, mentionem clericorum facientes non habere vim.

6 Alij autem dicunt habere vim, non quatenus est dispositio iuris, sed quia est approbata iure canonico. *cap. si qua mulier.19 quæstione 3.* Sic tradunt Abbas *cap.cum simon.numero 5.de regularib.*& *cap.in præsentia.numero 32.fin. de probat.*& ibi Imola *numero 22.* Francus *rubric. de testament. in 6.numero 65.* Ananias *cap. 2. numero 6. de delictis puerorum.* Bartol. *ea authent. si qua mulier.numero 3.*& ibi Albericus *statim in princip.* Salycetus *numero 9.initio.* Iason *numero 5.* Petrus de Vergnia *addit. ad Butrigarium.* Bertrandus *consil.16.numero 3.volum.3.in priori parte.* Molina *lib.1.de primog.cap.9.numero 54.vers. in 3. casu.* Redoanus *de spoliis ecclesiastic.quæstione 8.in princip.numero 72.* (habetur *tomo 14. tract. 1.) ibi. statim in principio.* Azor *tomo 1. institut.moralium.lib.11.cap.6.quæstione 4.* Cæterùm hic dicendi modus displicet, quia, vt bene aiunt Decius *authent.ingressi.numero 1.C.de sacrosanct. Eccles.* Nauar. *commentar.2.numero 53.de regular.* non potest vim iuris canonici habere ex eo quod authentica illa sit inserta à Gratiano in decreto; & ita leges ibi insertæ solam iuris ciuilis vim retinent, vt probaui *lib.9.de matrimonio. disp.12. num.3.& 5.*

7 Ideo dicendum est, eam authenticam vim ex eo sortiri, quod tacitè sit à Pontificibus approbata, vt bene tradunt Molina Societatis IESV *tomo 1.de iustitia.disputat. 141.colum.2.vers.hinc in regno.* Leonardus *lib.2.de iust. cap. 41.dub.10.num.82.* Manuel *quæst.regular.tom. 3. quæstione 69.art.2.* qui addit præsertim vim hanc obligandi habere, quod in decreto sit. Sed hanc obligandi rationem reprobaui n.præcedenti, & ideo optimè dixit Menchaca n.4 allegatus fortiri vim huiusmodi leges ex hac tacita approbatione.

8 Id tamen fatendum est, extra euentum in ea authentica contentum, aut alium modum ibi concessum, nec inter liberos posse professum quicquam de suis bonis disponere, quia caret dominio, ac illorum administratione, & velle, vel nolle non habet. Sic tradunt Nauar. *comment.2.n.53.de regul.* Molina Societatis IESV *n.præaudenti allegatus.*

9 Secundò dubitatur, an diuisio inter liberos, quam ea authentica permittit, sit testamentum? Quibusdam placet eam diuisionem esse testamentum. Ducuntur, quia quælibet bonorum dispositio per modum quotæ, & vniuersitatis dicitur in dubio testamentum, vt notatur *l.quoties.C.familiæ hereiscundæ.*& *l.hereditatem.C.de codicillis*: at dispositio hæc est huiusmodi, ergo est testamentum. Atque ita tenent Glossa *cap. si qua mulier.verb. diuidere. 19. quæstione 3.* Cynus *authent.si qua mulier.num. 3.fine. C. de sacrosanct.Eccles.*& ibi Baldus *num.25.* Iacobus Butrigarius *quæstione 7.* Godoffredus *littera L.* Odofredus *num.3.fin.* Albericus *authent. ingressi. num.6.C.de sacrosanct.Eccles.*& ibi Petrus de Bellapertica *quæstione 4.* Angelus *instit. de pupill.subst.§.qua ratione num.9.* Alij sic distinguunt: si in ea diuisione adhibitus est sufficiens testium numerus, erit testamentum; si autem soli duo, aut tres testes adhibiti sint, si pater assignauit filiis certas quotas, erit testamentum, si autem tes singulares, erit vltima voluntas, & non testamentum. Sic Paulus *ea authent.si qua mulier. num. 5.* cui consonat Salycetus *ibi. num. 10.* ait etiam ex dispositione facta cognoscendum, an sit testamentum, nécne. Alij opinantur posse vtrumque dici: sic Bartol. *ea authen.si qua mulier.num.20.* Azor *tom.1.instit.moralium. lib.12.cap.6.quæstione 5.fine.* addit Bartol. se existimare dicendum esse vltimam voluntatem, quę est testamentum, aut vim testamenti habens: succedit enim loco testamenti ante professionem faciendi; & ferè idem ait Iason *ibi.num.49.* dicens esse vltimam voluntatem habentem vim testamenti.

10 Sed verius est, non esse testamentum, sed diuisionem quandam, quam professus ille efficit, non vt dominus, sed vt administrator à iure constitutus ad hunc effectum. Quia rationi consonum est, ne professis facultas testandi concedatur, vtpote quæ maiorem præ se fert dominij imaginem, quam nuda illa distributio; statque hæc absque testandi potestate: nam etiam Iudex arbiter diuidit, non tamen testatur. Ergo iure optimè interpretanda est ea facultas de diuisione quadam faciendi, non autem de testamento, vt vel sic minus lædatur religiosum institutum; & in hanc sententiam magis inclinat, quamuis vtramque appellet sustentabilem, Gloss. *dicta authent.si qua mulier.verb.diuidere.* & §. *si qua mulier. verb.in proprio. authen.de sanctiss.Episcop.* & dicit fortè vertorem Angelus *instit.de exheredat. liberorum. §. cum qui. num.5.* Fulgosius *l.famosa.num.1.C.de secund.nupt.* Nauar. *comment.2.num.43.de regul.* Signorol. *authent.ingressi.num. 14.ad finem.C. de sacrosanct. Eccles.*& ibi Tapia *verb.idoneæ nec de his.cap.1.num.19.* Manuel *tomo 2.summa. cap. 32. num.1.* Leonardus *lib.2.de iustitia.cap.41.dubio 10.numero 82.*

11 Sed dices vanum esse, & nullius effectus, nolle an diuisio illa sit testamentum nuncupanda, an solùm distributio quædam, & videri quæstionem de nomine. Sed dic effectum magnum huius esse; nam ex testamento oritur actio, ex diuisione autem non. *l. diuisionis placitum. ff. de pactis.* Sic Petrus de Bellapertica *in authent. ingressi. quæstiunt 4.* Salycetus *ea authent. si qua mulier. numero 10.*

& ibi Baldus *num.* 15. dicens effectum esse ad formandum libellum. Aliter effectus posset esse ad numerum testium adhibendum : si enim testamentum est, exigunturseptem testes; si autem diuisio, sufficiunt duo. Sic docet Glossa *ea §. si qua mulier. verb. in propria.* Sed hunc effectum reprobant multi, eo quod cùm diuisio hæc inter liberos fiat, contenta erit duplici teste, quamuis verè testamentum dicatur. *l. hæc consultissima. §. ex imperfectio. C. qui.ex.ff.fac.poss.& l.1.in fin.C.familia herosciunde.& l.reg.7 tit. 1.part.6.* Sic Glossa *d.authent. si qua mulier. §. diuidere.* & ideo Odofredus *num.3.fine.* Bart. *num.* 20. Salycetus *num.* 10. Petrus de Bellapertica *quæstione 4.* & meritò quidem reprobant hunc effectum attento iure communi, & regio antiquo. At iure regio nouo, prodesti in hoc Castellæ regno ad hunc effectum, quia eadem solemnitas septem testium requiritur in testamento inter liberos, quæ exigitur in testamento inter extraneos. *l.3.Tauri,* hodie *l. 2. tit.4.lib. 5. noua recopil.* & ita aduertunt Gregor. Lopez *l. 7. verb. alas fijos.* Molina *lib. 1. de primogen. cap.12. numero 23.*

12 Tertiò dubitatur, qualiter intelligatur hæc diuisio bonorum inter liberos à professo facienda iuxta *d. authent. si qua mulier.* Prima conclusio sit. Quamuis id concedatur relinquenti liberos, vt constat ex illis verbis *dict. authent. si persona haberet habenti* : at idem dicendum est si vnicum filium habeat, quia non est sine liberis, cui vnus filius, vnaue filia est, vt dicitur expressè *l. non est sine liberis. 148.ff.de verbor.significat.* & quia militat eadem ratio. Item, quia etiam in pœnali materia lex, vel statutum loquens in plurali, habet locum in singulari numero. *l.2.§.sed esi vnus.ff.si bonor.rapt.* & ita tradunt Iason *ea authent. si qua mulier. 2.num.17.* Natar. *comment.1.num. 47. de regal.* Manuel *quæst.regal.tomo 1.q.80.art.2.*

13 Secunda conclusio. Idem dicendum est si nullum filium habeat, sed alios descendentes, vt nepotes, aut pronepotes, quia quamuis authentica illa de habenti liberos loquatur, at nomine liberorum omnes descendentes claudunturr, vt expressè habetur *l. liberorum.220. ff. de verbor.significat.* & ita explicat *l. reg.17. tit.1.p.6.* ibi; *si auisse hijos, o otros herederos que descendiessen del.* Item, quia eadem est ratio.

14 Sed difficultas specialis est, quando liberi illi non sunt legitimi. Quidam dicunt habere locum eandem diuisionem, si filij naturales sint : quia hi succedunt parti in duabus vnciis. *authent. licet. C. de naturalibus liberis.* Sic Tapia *authent.ingressi.verb.idéque nec de his.cap. 1.numero 14.C.de sacrosanct. Eccles.* Alij verò dicunt non habere locum, sed exigi, vt superstites filij ex legitimo matrimonio concepti, quia illegitimi tanquam non necessarij hæredes censentur exclusi, dum habenti filios aliàs successiones id diuidendi priuilegium conceditur. Sic Speculator *tit.de statu monachorum.§.vnico.n.68.q.52.* Bald. *d.auth. si qua mulier.n.34.* & ibi Iason *n.41.* Redoanus *de spoliis ecclesiast.quæstione 8.in prima.num.72.* (habetur *tomo 14.tractatum.*)

15 Tertia tamen conclusio sit. In locis in quibus iuxta eorum leges, & consuetudines filij illegitimi succedunt parentibus ex testamento, & ab intestato, deficiente prole legitima, integrum erit parenti habenti solos tales filios illegitimos, hanc diuisionem inter illos facere; secus quando non sunt illi hæredes necessarij. Quia in prioribus solis militat ratio *d.authen. si qua mulier.* & ita docetur Natarr. *comm.1.n.47.de regal.* Manuel *quæst.regal.tom. 80.art.2.*

16 Hinc deducitur, in hoc Castellæ regno integrum esse matri professæ habenti solos filios illegitimos, hanc diuisionem inter eos facere, siue illi naturales, siue spurij sint, dummodo non sint ex damnato concubitu geniti, aut à professo, aut à professa, aut ab initiato sacris ordinibus habiti : at parti id non permitti, quamuis filij naturales sint. Ratio est, quia in hoc regno omnes filij denuncij illis ex damnato concubitu, aut illo sacrilegio explicato geniti, sunt hæredes necessarij matri ex testamento prole legitima : nulli autem filij illegitimi sunt hæredes necessarij patris. *l.reg.9.& 10.Tauri,* hodie *l. 7 & 8.tit.8.lib.5.noua recopilat.*

17 Quarta conclusio. Eadem diuisio permittitur patri, professo habenti solos filios legitimatos. Quod, legitimatus filius retineat omnia sui hæredis iura, cumque parentum testamentum, in quo præteritur, vt probant Doctores allegandi : & ita tradunt Iason *ea authent. si qua mulier, 2.num. 45. vsque ad 48.* Natar. *comment. 2.num.47.de regal.* Manuel *quæst.regal.tom.1.quæst.8.art.2.* Tapia *d.authent.ingressi.verb.idéque nec de his.cap.1. monetur 11.*

18 Vrgentior autem difficultas est, quando professus illo solos ascendentes habet, an his reseruanda sit legitima? Quidam reseruandam negant, dicúntque omnia illius professi bona fore monasterij. Quia quamuis æquè ascendentes descendentibus succedant, sicut è contrà. *l. nam esi parentib. ff. de inofficio. testament.* & exhæredari nequeant ascendentes, nisi ob ingratitudinis causam. *authent. presbyteri. in fin. C. de Episcopis, & clericis :* at aliud est in hoc casu fauore religionis, & ideo *dict. authent. si qua mulier,* expressè de habente liberos loquuta est, & *l.reg.17.tit.1.p.parte 6.* dixit, *hijos, o otros herederos que descendiessen del.* Ergo à contrario sensu secus est de ascendentibus. Tandem, quia monasterium habetur pro filio. *cap. in presentia. de probat.* Hoc autem existente nil debetur ascendentibus. Et ita hanc sententiam tuentur Glossa *cap. si qua mulier. verb. non extantibus.29. quæstione 3.* & *§.si qua mulier. verb. intraurit. in fin. authent. de sanctissimis Episcop. & dict. authent. si qua mulier. verb. liberos.* & ibi Cynus *numero 3.* Bellapertica *ibi. quæstione 2.* Faber *instit. de acquisitione per arrogationem. §. mutuo. fine.* Francus *rubric. de testament. in 6. numero 66.* Nicolaus de Vbaldis *de successione ab intestat.* vbi de successione regularium. *2.part. numero 14.* (habetur *tomo 8.tractatum.parte 1.*) Redoanus *de spoliis ecclesiastic.q. 8. in princ.n.73.* (habetur *tomo 14.tractat.*)

19 Quinta tamen conclusio sit. Ascendentibus illis debetur sua legitima, in illaque præferuntur monasterio. Quia etsi *dict. authent. si qua mulier,* de solis descendentibus sermonem habeat, ex rationis tamen paritate extendenda quoque est ad ascendentes. Quippe hi ita necessarij descendentium hæredes sunt, ac descendentes illorum, & vtrisque debetur legitima *l.nam esi parentib. ff. de inofficio. testam. l.reg.4. tit. 13. p. 6.l.reg. 6.Tauri,* hodie *l.1.tit.8.lib. 5. noua recopilat.* Nec argumentum à contrario sensu locũ potest habere in hoc eueniu, in quo contrarium decisum est in iure, vt latè probaui *lib.6. de matrimonio, diffutatione 21. numero 9. ad 8.* eo vel maximè, quod ea authent. de sola diuisionis permissione agat, & ideo soli habenti descendentes eam permisit, vt num. sequenti explicabimus : non autem dixit solis descendentibus deberi legitimam. Tandem, quia non est verum haberi monasterium loco filij, & esto id verum esset, procederet in solis casibus, in quibus id iure expressum est, vt suo loco dicemus. At in hoc casu nullibi exprimitur excludi ascendentes à legitima præterò monasterio. Et ideo hanc tuentur Placentinus antiquus glossator, vt refert Glossa *ea authent. si qua mulier. verb. liberos.* & ibi etiam tenent Odofredus *numero 1.* Iacobus Butrigarius *quæst. penult.* Bart. *num.18. & 19.* Albericus *num.9.in fin.* Paulus *num. 5.* Salycetus *num.9.* Iason *num. 6.* Speculator *tit.de statu monachorum.§.vnico.numero 59. inscript. 53.* & ibi Baldus *in addit. in fine totius tituli. vers. an mater debeat habere.* Cardin. *cap. quod à te.num.vnico.opposit. 4.de clericis coniugat.* Innoc. *cap. in presentia.num.6.in fin. de probat.* & ibi Ioan. Andre. *num.21.* Hostiensis *num.11.* Antonius *num.29.* Abb. *num.55.* Bellamera *2.num.22.* Beronus *num.5.23.* Angelus *verb. religioso.num.51.* Sylvester *verb. religio.6.quæst.1.dicto 2.* Tabiena *verb. religio.quæst.34.num. 35.* & ibi Armil. *num.21.* Natar. *comment.1.num.46.de regal.*

gal. Bertrandus *cons.121.num.4.vol.6.* Gregor. Lopez *l.17. verb. descendiessen tit.1.part.6.* Menchaca *de success. creatione.lib.2.§.20.num.184.* Molina *lib.1. de primogen. cap. 9. num.64.& 65.* Rojas *epitome succession.cap.29.num.40.* Alcanius Clement *de patria potest.tit.cap.vltim. num.76.* (habetur *tomo 8.tractatum. part. 2.*) Auendano iunior *l.6.Tauri.glos.8.num.vnica.& l.40.glos. 4. num. 23.* Azebedo *lib.5.recopilat.tit.8.l.1.num.47.* Tapia *authent. ingressi.verb. idéque nec de his.cap. 1.num.9.C. de sacrosanct. Eccles.* Gutierrez *quæst.canonicarum lib. 2.cap. 1. num.95.& 96.* Benedictus Egidius *l. Titia si non nupserit.100.part.1. num.50.fin.ff.de cond.& demonstr.* Ioan. de Monte Sperello *consil.46.fin.volum.1.* Castillo *de vsufruct. lib. 1. cap. 65. numero 2.* Velascus *consil. 24. à numero 5. vsque in finem. tomo 1.* Villadiego iunior *in foro iurego.lib.4.tit.2.l.12. numero 4.* Manuel *in summa. verb. religio.numero 25.* Lælius Zecchius *de Reipub. ecclesiast. tit. de regul.cap.3. numero 14. ampliationis 5.* Leonardus *lib. 2. de iustitia.cap. 41. dub. 10.numero 85.* Manuel *quæstionum regular.tomo 1.quæstione 80. art. 2. & quæstione 128. art. 1.* Molina Societatis Iesu *v. tom.fin. 1. de iustitia.disputatione 140.calum.5.vers.hoc tamen illorum.* Ludouicus Lopez *lib.2.de contractibus.cap. 39.quæstione 3.numb.5.* & dicit secundùm hanc opinionem non semel vidisse iudicatum in Senatu. Zaballos *in suis commentibus. tomo 3. quæstione 806. à numero 41.*

20 Hinc quidam inferunt, filium professum solos ascendentes habentem, posse inter illos hanc diuisionem facere; quia, cùm ascendentes sint necessarij illius hæredes, eadem est ratio, ob quam permissa habenti descendentes ea diuisio. Sic Odofredus *ea authentic. si qua mulier. numero 2.* Molina *libro 2. de primogen. cap. 9. numero 64.* Sed verius est non posse. Dicor, quia (vt probauimus numero 8.) nequit alia diuisio à professo fieri præter expressam *in ea authent. si qua mulier.* At ibi soli habenti descendentes permittitur. Nec est eadem ratio de habente ascendentes, quia magis proprium est parentum diuidere inter filios, quàm è contrà. Præterea, quia iura correctoria, quale est hoc, aliquid disponentia inter filios, non habent locum inter parentes, vt constat : permittitur enim parenti testari inter liberos cum duplici teste. *l. hæc consultissima. §. ex imperfectio. C. de testament.* At non permittitur è contra filio sic testari inter parentes, vt probat Iason *statim* allegandus, & filij grauati per fideicommissum possunt detrahere duas quartas, quas tamen parentes sic grauati non detrahunt, vt probat Iason ibidem. Et ideo huius sententiæ sunt Speculator *tit.de statu monachorum. §.vnico. num.19.quæst.13.* Iason *d. authent. si qua mulier.n. 33. & duplici sequenti.* Parisius *c. in presenti.num.170. de probat.* & dicit probabilem Molina *eadem cap. 9. num. 65. fine.*

21 Secundò deducitur, filio professo mortuo superstitibus ascendentibus successuros ascendentes in legitimam bonorum, quæ secum ille in monasterium detulerat, tenetque monasterium illam restituere, & ita monasterio solam partem, de qua professus ille in ascendentium præiudicium poterat disponere, remansuram, quæ in hoc regno est tertia bonorum pars. *l.6.Tauri,* hodie *l.1.tit.8.lib.5.noua recop.* Ratio est, quia (vt n.19. probauimus) quoad hanc legitimam præferuntur ascendentes monasterio : sicut è contrà descendentes quoad suam legitimam præferuntur monasterio, in quo parens est professus. Atque in proprijs terminis tradunt Velascus dicens sic vidisse non semel iudicatum, Zaballos, Ioan. de Monte Sperello, Castillo, Molina Societatis Iesu, Manuel *ea quæst.128.art.2.* Ludouicus Lopez allegati num. 19.

22 Consulto autem dixi, de bonis acquisitis ante professionem : nam acquisita post professionem fiunt omnino monasterij, & ideo de illis nequit professus ille disponere, nec quicquam in illa habent ascendentes, aut descendentes, quod ea non acquirantur vt à parente, aut à filio, sed tanquam à monacho. Idem clarè probant ea verba *illius authent. si qua mulier.* ibi, *res eius.* & ibi, *ex rebus suis.* At acquisita post professionem nunquam fuerunt sua, & parentes nihil habere in his bonis docet etiam Benedictus Egidius *l.Titia si non nupserit.100.part.1.num.50.fine.ff.de cond.& demonstr.* Atque ita docent Beronus *cap. in presentia. numero 473. de probat.* & ibi Paris. *numero 124.* Nauarr. *comment.2. numero 56.de regul.* Velascus *cons.124. numero 7.tomo 1.* Hoc autem intelligo quando omnino est acquisitio post professionem, sicut si professus suis operibus aliquid compararet, aut hæres, legatariusve institutus est in aliquo testamento etiam ante professionem, & delata est hæreditas post professionem; quia hæc acquiruntur monasterio : secus autem esset, si professus ille succederet ab intestato alicui consanguineo. Quippe cùm ius sanguinis, quod naturale est, sit principium, & causa huius acquisitionis, & id non competat tanquam monacho, sed competeret ante ingressum, reputabitur ea bona quasi ante ingressum acquisita, & habebunt in eis legitimam ascendentes, & descendentes post illius professi mortem.

23 Hinc tamen excipi debent bona tradita monasterio in dotem monialis, quæ perpetuò apud monasterium durant, etiamsi monialis relictis ascendentibus, aut descendentibus obeat. Quippe ita interpretatur consuetudo : nec aliam huius rationem inuenio : non enim hoc efficit eam dotem dari in pretium alimentorum, ad quæ monasterium obligatur. Quippe dos in matrimonio carnali censetur quoque constituta pro oneribus matrimonij sustinendis, & quia vir obligatur ad vxorem alendam *l.pro ueribus. C.de iure dot.* cùm tamen non perpetuò maneat apud virum, sed soluto matrimonio reddenda sit vxori, vel hæredibus. Et ideo hanc partem, licèt obiter, sustinet Gutierrez *quæst.canonicu.lib.2.c.1.num.107. vers. quinimò* ; quatenus discrimen apponit inter dotem carnalis matrimonij, & spiritualis : illa enim soluto matrimonio transit ad hæredes vxoris, cùm vir in illa bona, vt hæres non succedat; in spirituali verò dos perpetuò manet apud monasterium, cùm id loco filij habeatur : & licèt alios pro se afferat, non tamen nostram conclusionem probant, sed aliam, quam Gutierrez ibi tractare videtur.

24 Similiter remanebit apud monasterium perpetuò id, quod pacto inito tradidit parens filio, aut monasterio, vel descendens ascendenti, aut monasterio, vt renunciaret futuræ successioni : id enim traditur, vt perpetuò apud monasterium maneat, vel apud eos, quibus renuncians in suo testamento reliquit, tanquam datum ob causam onerosam, & vt sit omnino renunciantis, aut monasterij ob causam illam. Sed oppones, nullum afferri ius, quo hæc doctrina possit sufficienter roborari, nec satis esse, si diximus eum se gerere monasterium, vt filium, cùm loco talis non habeatur, nisi in casibus iure ipso expressis : præter quod inde inferetur legitimam ascendentibus non deberi, casu, quo tale pactum initum non esset, & descendens professus moreretur, quod falsum est : nec hæreditatis renunciatio à monasterio, vel moncho facta difficultatem minuit in præsenti; hæc enim non tollit ius, quod parenti erat respectu bonorum filij, non secus ac quando dos conferitur viro ex lege, vt reliqua hæreditati renuncient, si tunc vxor ab intestato decedat, dos transibit ad hæredes illius. Respondetur, non requiri iuris expressionem vbi aliud obtinuit consuetudo, seu interpretata voluntas patris monachi renunciantis confirmans testamentum, seu dispositionem filijpex eo enim quod ille de bonis illi ob renunciationem exhibitis disponat, videntur, & tacètè, immo

annuente, & consentiente parte, censetur prorsus ac si claram testamenti conficiendi facultatem ab ipso impetrasset. Nec est idem de tota hæreditate, cui nec renunciare, nec vllam potestatem circa ipsam dare filio videtur ascendens, ac proinde nec monasterio, vt ipso superstite illam adeat monacho profitente, seu morienti. Nec obstat illud de dote, cùm filia coniugata non disponat; monialis verò ob consuetudinem, quæ vim legis obtinuit, monasterio donat, saluo tamen ascendentium iure succedendi, etiam in reliquam hæreditatem.

25 Tertiò deducitur resolutio illius quæstionis, de qua proximè consultus sum. Quidam ex Societate I E S V iuxta ipsius constitutiones renunciauit omnibus bonis, & futuræ hæreditati in fauorem eiusdem Societatis, aut alterius, & emisit postea in ea professionem, aut vota formatorum coadiutorum, aut ante hæc emissa obiit in Societate, relictis ascendentibus, an succedant parentes? Cui quæstioni sic dicendum est; si renunciatio fuit futuræ hæreditatis, casu, quo est valida, cessat prorsus eius effectus, & valor statim ac religiosus ille est naturaliter mortuus superstite ascendenti, cuius hæreditati renunciauit, quod habeat tacitam conditionem ea renunciatio, si hæreditas renuncianti deferatur, vt diximus hoc lib. suprà. Hæreditas autem non potest deferri monacho in vita parentis, quia viuentis nulla est hæreditas. *l. superstitis. ff. de acquirend. hærede.* Quare necesse est, vt pater in vita filij monachi decedat, vt eidem filio parentum hæreditas deferatur. Quare si filius prius obiret, nil prorsus ex bonis parentis transmitteret ad alios hæredes, vt optimè Gutierrez *quæst. commutatum lib.2.cap. 1. numero* 54. & 55. At in hoc casu non est delata; & idem est dicendum si professionem, aut vota coadiutorum formatorum in Societate emittat viuo illo ascendenti; quia per hæc reputatur quasi naturaliter mortuus, prout de fratribus professis in ordine Minorum testatur Doctores, & diximus hoc lib. suprà. Si verò renunciauit aliis etiam bonis propriis, quæ hæreditario iure, aut alia ratione sibi acquisierat, succedet ascendens ille in suam legitimam, & ei reddenda erit statim ac hic mortuus est, aut emisit professionem, aut dicta vota; per quæ reputatur tanquam mortuus: solaque tertia bonorum pars remanebit Societati, aut alteri, in cuius fauorem renunciauit, vt constat ex dictis numero 19. & 21. Quod si illa bona essent adiuentitia, & superstes esset pater, gaudebit pater vsufructu illius tertiæ partis bonorum, manente proprietate apud eum, in cuius fauorem fuit renunciatio, & mortuo patre redibit ad eum vsufructus. Quippe non potuit præiudicare patri in hoc vsufructu; vt dicemus hoc lib. infrà.

26 Sexta conclusio. Si professus substantiam suam pro partibus æqualibus diuidat inter filios, tunc monasterio tenetur dare quantum dederit cuilibet filio; si verò pro partibus inæqualibus, tenetur conferre monasterio quantum confert filio, cui plus dat. Sic glossa reprobatis aliis duabus opinionibus, §. *si qua mulier. verb. personas. authentic. de sanctissimis Episcop.* & clarius *dict. authent. si qua mulier. verb. commutatis.* & ibi Bartolus *numero* 21. Gregor. Lopez *l.* 17. *verb. vno de ellos.tit.1.part.6.* Angulo *de meliorationib.l.1.glossi. 1.numero vlt.*

27 Quod tamen limitandum est in hoc Castellæ regno, vt non assignetur monasterio vltra quintam partem, etiamsi filius maior pars relinquatur. Quia *ex authent. si qua mulier*, decidit legitimam filiorum non minuendam. At in hoc regno omnia parentum bona, demptò bonorum quinto, sunt filiorum legitima. *l. 9. tit. 3. lib. 3. fori regij. & l. 28. Tauri*, hodie *l. 7. & 8. tit. 8. & l. 12. tit. 6. lib. 5. nouæ recopilat.* Sic Gregorius Lopez *l. 17. verb. vno de ellos. tit. 1. parte 6.* & ibi Montalbus *in fin.* Molina *lib. 2. de primogen. cap. 9. num. 60.* Villadiego iuntor *in fori iur. go. lib. 4. tit. 2. l. 12. num. 4.*

Hinc deducunt aliqui, non esse integrum parenti huic professo inter filios diuidere meliorare aliquem ex illis in tertia bonorum parte, prout concessum est in regno Castellæ parentibus secularib. *l. 9. tit. 5. libro 5. fori regij. & l. 2. & 1. tit. 6. libro 5. nouæ recopil.* Sic Gregor. Lopez allegatus numero præcedenti. Ducitur autem, quia hac melioratione læderetur monasterium, non relinquendo tantum, quantum filio illi meliorato, contra ea, quæ diximus numero præcedenti. Et iuxta hanc sententiam idem dicendum est, si maioratus ex regia facultate institueretur, cùm facultas legis, ac Principis æquiparentur *authent. de consulibus. ad fin. colum.* 5. vt adiuerit Molina *lib. 2. de primogen. cap. 9. numero.* 57. Potest insuper idem probari, quia *ex authent. si qua mulier*, solùm dat formam, vt possit professus diuidere inter liberos: diuisio autem in dubio intelligitur pro æquis portionibus, argument. *l. vt liberis. C. de collat.* 28

Sed ab hac sententia est omnino recedendum, dicendùmque integrum esse huic parenti meliorare quemcumque ex filiis in tertia bonorum parte, tum quia eo ipso, quod *dicta authent. si qua mulier*, permittit parenti diuidere, diuisio illa extendi debet ad omnia lege ei permissa, quale est meliorare aliquem ex filiis, inter quos diuidet: tum etiam, quia facta hac meliorutione non præiudicatur legitimæ aliorum filiorum, cùm nullius legitima minuatur; nec etiam præiudicatur monasterio, quia in nullo euentu potest ipsi relinqui plus quàm quintum, vt diximus numero 27. & integrum quintum illi relinquitur. Atque ita docent Molina *lib. 2. de primogen. cap. 9. a num. 57. fin. vsque ad 61.* Aluaradus *de coniectur. mente defunct. lib. 2. cap. 1. in princip. numero 5. fine.* Angulo *de meliorationibus. l. 2. glossi. 1. numero vlt.* Humada *l. 7. tit. 7. parte 1. glossi. 3. numero 9. fine.* Tapia *authent. ingressi. verb. ideòque nec de hoc. cap. 1. numero 76. C. de sacrosanct. Eccles.* Molina Societatis I E S V *tomo 1. de iust. disputat. 141. col. 2. vers. hinc in regno Castellæ. & tom. 4. disputat. 604. num. 4.* Manuel *quæst. regula. tomo 3. quæst. 69. art. 9.*

Si tamen aliquem filium in toto tertio meliorauit, nulli potest aliquid ex quinto tribuere, sed totum erit monasterij, quia etiam dato toto monasterio, non potest monasterium percipere tantum, quantum percipit filius, cui plus relictum est, vt petit *dicta authentic. si qua mulier.* At si non totum tertium alicui filio assignet, sed illud inter filios diuidat, tunc solùm potest eis aliquid ex quinto dare, quando quod superest ex quinto, tantum est, quantum habet filius plus ex patris bonis perciptens, aliàs non poterit quidquam ex quinto illis dare, vt constat ex dictis num. 26. & ita docet Angulo num. præcedenti allegatus.

Ex his deducitur resolutio eius quæstionis, an professus descendentes, vel ascendentes habens, possit inter eos maioratum instituere, quando ante professionem de bonis non disposuit? Quà in re sic distinguendum est: si descendentes habeat, potest inter eos instituere maioratum ex tertia bonorum parte, sicut posset in seculo existens, iuxta *l. regiam 27. Tauri*, hodie *l. 11. tit. 6. lib. 5. recop.* Quia sicut potest in illa quenquam ex filiis meliorare iuxta dicta n. 29. ita etiam & maioratum instituere. Sic docent vtrque Molina vtroque loco, Aluaradus, Tapia, Humada allegati numero 29. & clarè indicant hi Doctores, & bene quidem, posse eum maioratum instituere cum omnibus grauaminibus, & vocationibus permissis *ea l. 27. Tauri*, cùm concedat posse virtute illius hunc maioratum instituere. Sed ex quinto bonorum,

bonorum, vltra tertiũ nequit maioratũ instituere. Quia quintũ non est legitima filiorum, nec potest plus quàm legitimam filius relinquere, nisi tantundem monasterio relinquat, quantumdem filio, cui plus dat, vt diximus num. præcedenti, & non potest tantumdem monasterio, quia relinquendo monasterio vltra quintum, lederetur filij in legitima, vt diximus num. 27. Sic Molina *lib. 2. de primog. cap. 9. num. 61.* Tapia *ea authent. ingressi. verb. ideòque nec de hoc. cap. 1. num. 77.* Humada *l. 7. tit. 7. p. 1. glossi. 3. num. 9. fine.* Quamuis incaute Aluaradus *de coniectura mente defunct. lib. 2. c. 1. in princip. nu. 5.* dicat posse ex tertio, & quinto maioratum instituere.

32 Si autem solos ascendentes habeat, non potest inter eos maioratum instituere, quia in hoc Castellæ regno omnia bona filiorum sunt legitima parentum, excepto tertio. *l. reg. 6. Tauri*, & ex legitima nequit aliquid parentibus diminuere, vt diximus num. 19. atque illud tertium, quod non est parentum legitima, debetur monasterio. Sic Molina *eo cap. 9. num. 63.* quod maximè verum habet, retenta sententia, quam sustinuimus num. 20. nempe non esse permissam professo diuisionem inter ascendentes.

33 Quod si ex regia facultate velit professus hic maioratum inter liberos instituere ex filiorum legitima, relictis eis competentibus alimentis; Tapia *eo c. 1. num. 78.* defendit posse, quia, cùm integrum quintum monasterio relictũ sit, conqueri nequit, filiq; filij lædi videntur: at eorum præiudicium in hoc est nullius considerationis, cùm id ex regia facultate parentibus integrum sit. Præterea, quia si potest ex Regis facultate primogenium instituere ex tertio bonorũ inter illos, vt diximus n. 31. cur nõ poterit ex legitima ex Principis facultate? Quippe hic est lex viua, & facultas Principis, ac legis æquiparatur. Tandem, quia hæc concessio non est facultas testandi, sed facultas adimendi à legitima, & in casu valido, in quo potest inter filios diuidere. Sed iure optimo Molina *eodem cap. 9. num. 64.* sustinet tanquam probabilius non posse. Quippe facultas hæc regia expirauit professione, cùm quoad effectum testandi, seu contrahendi reputetur professus tanquam mortuus. Præterea, quia sola facultate concessa *d. auth. si qua mulier* potest vti, & hæc non vt concessa iure ciuili, sed vt est iure canonico approbata, vt diximus num. 7. At ea iubet legitimam filius confirmari. Quare à fortiori nequit ex regia facultate maioratum inter ascendentes instituere, vt bene ait Molina *eodem cap. 9. num. 66.* siquidem inter filios, inter quos expresse est permissa diuisio, id negamus. Vtrum verò habens licentiam testandi à summo pontifice possit maioratum instituere, diximus cap. præcedenti.

34 Septima conclusio. Nequit professus hic inter filios diuidens illis pupillariter substituere: quod substitutio hæc patriam potestatem desideret. *l. 2. ff. de vulgar.* Atque ita docent Speculator *tit. de statu monachorum. §. vnico. num. 61.* Gregor. Lopez *l. 5. verb. los padres. tit. 5. part. 6.* quia cùm hæc substitutio patriam potestatem non exigat, immo vtrique parenti permissa sit *l. humanitatis. 9. C. de impuberum*, & *nisi subst.* non est cur huic parenti potenti inter liberos diuidere instituere testamenti, denegetur hæc substituendi exemplariter potestas.

Octaua conclusio. Professus hic inter filios diuidens 37
nequit filiis impuberibus assignare tutorẽ, quia nõ habet eos in sua potestate. Sic Speculator *tit. de statu monachorum. §. vnico. num. 61. quæst. 55.* Bald. *d. authent. si qua mulier. num. 50.* addit Speculator posse de æquitate dici illum tutorem confirmandum à Iudice, argumento *instit. de tutelis. §. finali. & l. penult. & l. final. C. de confirmando tutore.* Sed hoc intelligendum est cùm Baldo *eo num. 10.* quando nullus esset legitimus tutor, vel esset minus idoneus: quando enim esset legitimus idoneusque, cùm iam haberet ius acquisitum à tempore professionis paternæ, nequiret ei præiudicari.

Nona conclusio. Professus in eo testamento aliquid 38
legare nequit, nec si fateatur dotem ab vxore receptam, vel se aliquid per vitras extorsisse; confessio non præiudicaret monasterio, nisi res illa legitimè probaretur, quia, cùm per professionem ius quæsitum sit monasterio, nec aliter, quàm inter filios diuidere huic permitteretur, non potest sola confessio præiudicare. Atque ita docent Speculator *tit. de statu monachorum. §. 2. vnico. n. 66. quæst. 59.* Paulus *authent. ingressi. num. 12. C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Iason *num. 23.* Bald. *d. auth. si qua mulier. num. 2. & 3.* qui limitat *num. 4.* nisi de consensu Abbatis, & conuentus. Sed credo hæc habere locum in foro externo, quippe si hæ coniecturæ concurrerent, vt iure optimo, prudenterque esset fides illi professo habenda, teneretur monasterium stare confessioni illi, & iuxta illam restituere.

Decima conclusio. Quando professus ille decessit 39
non facta diuisione inter filios, succedit monasterium capax succedendi in omnia illius bona, præterquàm in filiorum legitimam, vt expressè habetur *d. authent. si qua mulier*, & docent Francus *rubr. de testamen. in 6. num. 65.* Nauarr. *commun. 2. de regul. num. 50.* Atque ita in hoc regno succederet in solam quintam bonorum partẽ. Quod si professus ille haberet solos descendentes, succederet in tertiam bonorum partem, quæ constant ex dictis numero 19. 21. & 27. Quando autem monasterium iure succedendi careat, dicetur infrà.

Vltima conclusio. Religiosi Societatis I E S V, qui 40
vota biennij emiserunt, liberos quos habent, nec ante ea vota de bonis disposuerunt, possunt inter liberos prædictam diuisionem facere, & maioratum ex tertio bonorum in aliquo illorum instituere absque aliqua superioris licentia; quia id concessum est professis, oculum illis, qui sola vota simplicia emiserẽ. Nec obstat promissio initio ingressus facta disponendi de bonis in opera pia ex præscripto superioris, quia id intelligitur absque illorum præiudicio; teneretur tamen virtute illius promissionis disponere de quinta bonorum parte in opera pia ex superioris præscripto, cùm Societas iure succedendi careat, & in hoc absque filiorum præiudicio possit suam promissionẽ implere. Insuper etiam prædictam diuisionem facere teneretur omnino irreuocabilem, vt se bonis spolier absque spe recuperandi; potestque filiis substituere non pupillariter, quia eos non habet in sua potestate, vt probauimus suprà. Et ideo sicut ob hanc rationem id negauimus professis in hoc cap. num. 34. ita id negandum est ligatis his votis; sed poterunt substituere iis modis, quibus concessimus professis posse substituere, hoc cap. num. 35. & 36.

Vtrum

41 Vtrùm autem quando hic professus testatus fuerat in seculo, vel diuiserat omnia bona, vel partem illorum inter filios, possit post professionem diuidere, & facta reuocare, dicemus cap. sequenti. num. 7.

CAPVT X.

An patre professo debeatur statim legitima filiis, & è contrà filio professo debeatur statim legitima parentibus?

SVMMARIVM.

Quando religio est succedendi incapax, debetur statim legitima, & idem post professionem, aut vota coadiutorum formatorum in Societate IESV. n. 1.
Quid quando est cap. ex? refertur quædam sententia. n. 2.
Explicatur sententia authoris, & soluitur contraria. num. 3. & ibi remissiuè, an tradenda sit hæc legitima simul cum vsufructu, quem in illam habet pater?
Quid si filij sint illegitimi? n. 4.
Quid si filius sit impubes? n. 5.
Quid de religiosis Societatis IESV, qui vota biennij emiserè? num. 6.
Quid si pater diuisionem inter liberos fecerit? n. 7.
An eadem monasterium teneatur eos liberos etiam spurios alere? num. 8.
Quota bonorum pars sit ei pro alimentis assignanda? n. 9.
An cum filius professus debeatur statim legitima parentibus? num. 10.
An eadem debeantur alimenta parentibus? n. 11.
An filius professus possit petere legitimam patris superstitis, aut alimenta? n. 12.

1 QVÆSTIO hæc grauissima, & saris inter Doctores controuersa est; constat autem inter omnes, quando religio est succedendi incapax, deberi statim à die professionis legitimam parentis filiis, & è contrà; Ratio est, quod ea professio æquiparetur morti naturali; atque ita docent Iason *authent. si qua mulier. num. 37. C. de sacrosanct. Eccles.* Berotius *cap. in præsentia. num. 535. de probat.* Rolandus à Valle *de hæred. quæst. 95. num. 17.* Ascanius Clemens *de patria potestate. cap. vltim. nu. 78.* Crassus *de successione ab intestato. §. legitima. quæst. 12. numero 7.* Gutierrez *quæst. canonic. lib. 1. cap. 1. num. 93.* Tapia *auth. ingressi. verb. sua. cap. 4. num. 28. C. de sacrosanct. Eccles.* Hondedeus *cons. 60. num. 9. vol. 1.* Atque idem dicendum est post professionem, aut vota coadiutorij formatorum in Societate IESV, quia similiter hæc æquiparantur morti naturali, vt diximus suprà.

2 Difficultas autem est, quando monasterium est succedendi capax. Duplex est sententia. Prior est, non deberi legitimam filiis à tempore, quo parentes profitentur, sed naturalem eorum mortem expectandam, & interim monasterium ea potiturum. Ducitur ex *auth. si qua mulier, in fine. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi disponitur, obeunte patre professo nulla bonorum diuisione facta, filios perceptures legitimam. Ergo à contrario sensu non percipient viuente patre. Secundò, quia legitima non debetur superstite parente. *l. 1. §. impuberi. ff. de collatione bonorum.* nec in hoc casu contrarium iure disponitur; nam textus *cap. cùm simus, de regularibus*, cui contraria sententia innititur, id non probat; nam constat, patrem tunc viuere. Et ideo hanc sententiam sustinent Albertus antiquus glossator, quem refert, & sequitur Glossa *d. authent. si qua mulier. verb. moriatur. &* §. *si qua mulier. verb. persona. authent. de sanctiss. Episcop.* Bart. *ad authent. si qua mulier. num. 22.* & ibi Cynus *num. 5.* Iacobus Butrigarius *quæst. 8.* Petrus de Bellapertica *col. vlt.* Albericus *num. 7. & 8.* Salycetus *ibi. num. penult. quæst. 11.* & ibi eius additionator Iason *à numero 51. vsque ad 56.* Idem Bart. allegatis Dyno, & Speculatore, *l. si quis à liberis. §. item rescriptum, in fine. ff. de liberis agnosc.* quamuis enim non dicat in proprijs terminis, ait tamen monasterium teneri ad filios professi alendos, vbi additionator *vers. quero quid. el 1* ait clarè sentire Bartolum non astringi monasterium ad dandam filiis legitimam: si enim ad id astringeretur, liberum esset ab alendi eos obligatione. Eandem sententiam tenet Anton. *cap. in præsentia. num. 29. fin. de probat.* & ibi Felinus *num. 56.* Decius *in noua edit. num. 161.* Paris. *num. 166.* Berotius *num. 536.* Abb. licèt aliquantulum dubius, *cap. cùm simus. num. vltim. de regular.* Imola *l. sicut dotem. 23. in princip. numero 12. & 13. ff. soluto matrimonio.* Ioann. Calderinus *in cap. si pater, in fin. de testamentis. in 6.* & ibi Bald. *ad finem.* idem Abb. *cons. 63. ad finem lib. 1.* Ananias *c. 2. fin. de delictis puerorum.* Azetinus *l. 1. num. 6. ad finem. ff. de testamentis.* & ibi Ferretus *num. 18. & 19.* Guillelmus Benedictus *cap. Raynutius. verb. mortuo itaque testatore. el 1. num. 299.* Rolandus *cons. 97. num. 29. volum. 2. & de lucro dotis. quæst. 95. num. 17.* Gregorius Lopez *l. 17. verb. sui hæres. tit. 2. part. 6.* Crotius *l. 9. eiusd. §. & quid si tantum. num. 29. ff. de liber. & posthum.* Ascanius Clemens *de patria potestate. c. vltimo. num. 77. & 78.* (habetur *tomo 8. tractatuum. part. 2.*) Menchaca *de successionum creatione. lib. 3. §. 21. num. 175. & de controuersiis illustr. lib. 1. cap. 47. num. 10.* Perez Additionator *ad Septuam. l. Imperator. num. 123. ff. ad Trebel.* Passager. *tractatu de testam. rubr. 17. num. 27. & duplici sequenti in alia edit. rubr. 16. num. 19.* Pancirol. *cons. 114. num. 20. 21. vol. 1.* Claudius Bluet. *tractatu de legibus. art. 8. num. 13. & 14.* Guil. Ocho *quæst. Academic. lib. 1. quæst. 6. art. 4.* Surdus *cons. 238. num. 10. lib. 2.* Beccius *cons. 34. num. 18. & 19. vol. 1.* Matienzo *lib. 5. recop. tit. 4. l. 2. glos. 2. num. 3.* Spino *specul. testam. glos. 5. 12. principali. numero 32.* Gratian. *reg. 416. num. 9.* Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 3. num. 21.* Gutierrez *quæst. canon. lib. 2. c. 1. à num. 79.* Castillo *de vsufructu. lib. 1. cap. 64. num. 10. & 11.* Benedict. Egidius *l. 1. p. 4. §. 2. num. 8. C. de sacrosanct. Eccles.* Ludouicus Lopez *lib. 1. de contractibus. cap. 31. quæst. 3. num. 5.* Manuel *quæst. regul. tomo 2. quæst. 80. art. 2. vers. notandum insuper.* Et hæc sententia est probabilissima.

Posterior sententia, cui tanquam probabiliori adhæreo, asserit, statim ac parens profiteretur, deberi legitimam filiis. Ducor ex *cap. cùm simus. de regular. ibi; & bona paterna, quæ ipsi ex successione prouenirent, possidere.* Nec est verum, patrem in eo casu fuisse mortuum. Quia id non dicitur in textu: nec obstant ea verba; *quæ ipsi ex successione prouenirent*, quæ indicant patrem fuisse mortuum, cùm nulla successio, aut hæreditas viuentis sit. *l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred.* Nam etiam monacho viuenti datur successio, & satis tractatur de patris professi successione, inspecto professionis tempore; cùm tunc mortatur ciuiliter, & desinat esse in rerum natura iuris fictione. Nec obstat etiam Felinum *cap. in præsentia. n. 56. de probat.* affirmare, ex integra illa decretali, quam tradit, apparere patrem fuisse mortuum. Nam Corsetus *singulari 162. num. 1.* ait, se integram decretalem illam vidisse, legisse, ac relegisse, & nihil in ea inuenisse, ex quo appareat patrem fuisse mortuum. Secundò, quia si filij non possent petere legitimam statim ac pater profiteretur, cùm tunc sit monasterio illam retinendi vsque ad paternam mortem; iniuria irogaretur monasterio priuando illud iure quæsito, concedendo patri illam diuidere inter filios, prout concessit *dicta auth. si qua mulier.* Sed quia hoc ius competebat filiis, datur istri prædicta ficultas. Tertiò, ex §. *si quis autem. vers. si vero filius. authent. de monachis.* vbi indicatur, statim à professione deberi legitimam, nec mortem expectandam, ibi; *nihilominus quarta debetur filio.* Quartò, quia eius alimenta debeantur filiis dum pater viuit, & sint extra eius curam, durum esset ea exigere à religione toto vitæ patetur tempore. Nec obstant contraria adducta n. precedenti. Non putant, quia argumentum à contrario

contrario sensu non recètè deducitur, vbi contrarium est expressum in iure, vt late probaui *lib. 6. de matrimonio. dissuetud. 21. num. 9. ad 5.* At contrarium est decisum *cap. cùm simus, de regul.* vt proximè probaui. Vel secundò respondetur, ea verba stare enunciatiuè, quasi sensus sit, si obierit pater non facta diuisione, nec ab ipsis filijs antea petita legitima, debere tùc dari. Nec obstat etiam secundum, quia etsi regulariter non debeatur legitima filiis viuo parente, fallit in hoc casu. Et ideo huius sententiæ sunt Glossa *cap. aranuei. se. verb. mota. in 1. solut. qui filij sint legitimi.* & ibi Abb. *num. 6.* Alexand. de Neuo *num. 10. & 11.* Glossa §. *siquis autem, vers. sicut verò dicitur. authent. de monachis.* & *authent. nunc autem, in fine. C. de Episcop. & cler.* idem Abb. *cap. in præsentia. num. 59. de probat.* & ibi Barbatius *num. 124.* Additionator *ad Decium ibi. in noua edit. circa num. 162. littera F.* & ibi Mantuan. *num. 72.* Cardinal. *d. cap. cùm simus. num. vnico. quæst. 1.* & ibi Anchar. *fine.* Ananias *num. 3.* & ibi Sapia *addit. ad Abbat. ad finem. littera D.* & Iacobus de Belbis, quem ibi refert Baldus *l. si qua pœna. num. 5. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.* Romanus *l. si tum dotem. in princip. num. 15. ff. soluto matrimonio.* Francus *rubrica de testamentis. in 6. num. 66. notab. 3.* Nouellus *de dote. part. 1. num. 11.* Cassaneus *in consuetud. Burg. rubr. 3. §. 21. super text. de testaff. num. 5. limitatione 4.* Additionator *ad Bart. d. authent. si qua mulier. num. 22. verb. legitimam.* Alexand. *l. Cornelia. num. 7. ff. de vulgari.* Socinus iunior *cons. 52. num. 7. lib. 1.* Corsetus *singulari 162. num. 4.* Cotta *in memorabilibus. verb. legitima viuente patre.* Nauarr. *comment. 2. num. 48. & 54. de regular.* Angel. *in summa. verb. religiosus. num. 49. & verb. hæreditas. num. 22.* Sylvest. *verb. hæreditas. 1. quæst. 7. num. 10. dicto 6. & verb. religio. 6. q. 1. dicto 1.* Tabiena *verb. hæreditas. quæst. vltim. verb. religio. quæst. 31. num. 33.* Mantuanus *tractat. de legitima, in repetit. super eadem authent. col. 8. dub. 4.* Redoanus *tract. de solutis ecclesiast. quæst. 8. in princip. num. 73. & 74.* (habetur *tomo 14. tract.*) Emmanuel Suarez *in thesauro recop. sent. littera L. num. 71.* Crassus *in suis communibus opin. lib. 2. cap. 5. quæst. 24.* Anton. Cucus *tractatu de legitima. rubr. legitima an augeatur auctio patris patrimonio. à nu. 71. vsque in finem. & lib. 3. inst. maior. tit. 1. num. 109.* Villalobos *in suis communibus opinion. littera F. num. 160.* Fabianus de Giochis *repetit. authent. nouissima. num. 80. C. de inoffic. testamento.* Corralius *repetit. in l. filium. num. 190. fin. C. familia herescisc.* Cæsar Vrsillus Additionator *ad Matthæum de Afflict. decisione Neapolitana 348. fine.* Vincentius Carolius *de excussione bonorum. 1. part. quæst. 10. principali. in quæst. 9. num. 16.* & in hunc magis inclinat, licèt dubius, Bertrandus *cons. 221. fine. volum. 5.* Pyrrhus *tractatu de suitate, in princip. à num. 8. vsque ad 16.* (habetur 8. *tomo tract. part. 1.*) & post consuetudines Aurelianenses. *62. col. 4.* Segura *l. Imperator. num. 123. ad Trebellian.* Couar. *cap. 2. num. 7. de testament.* Nicolaus de Vbaldis *de successione ab intest.* vbi de successione regul. *2. 9. num. 11.* (habetur 8. *tomo tract. part. 1.*) Angelus de Gambleonibus *de testamentis. in princip. à num. 5.* habetur ibidem. Menchaca *de successionum creatione. lib. 2. §. 10. num. 284. & de succession. progressu. lib. 1. §. 1. num. 48.* Dueñas *regula 356. num. vltim.* Berengarius Fernandez *l. in quarta. an. cap. 4. principali. prælat. 2. in 2. cap. legitima. num. 11. fallentia 7. ff. ad legem Falcidian.* in gulo *de meliorat. l. 2. glos. 3. num. 27. & 28.* Azebedo *lib. 5. recop. tit. 8. l. 1. num. 45.* Hondedeus *cons. 60. à num. 18. vsque in finem. & cons. 61. à n. 9. vsque in finem. vol. 2.* Andreas Fachineus *in controuersiis iuris. lib. 6. cap. 13. vers. ego priorem.* Crassus *de successione ab intest. cap. §. legitima. quæst. 12. num. 6.* Anchar. *in suis quæstion. familiarib. lib. 2. cap. 47. nu. 11.* Ioan. de Monte Speretello *cons. 46. num. 9. vol. 1.* Lælius Zecchius *summa. part. 2. cap. 58. num. 16. fin.* Leonard. *lib. 2. de iust. cap. 41. dubio 10. n. 83.* Molina *tomo 2. de iust. disp. 140. col. 3. vers. an vero statim.* Azor *tomo 1. instit. moral. lib. 12. cap. 8. quæst. 7.* & hanc sententiam dicunt veriorem attenta æquitate canonica, quamuis attenta æquitate ciuili, contraria esset verior. Paulus *authent. nunc autem, in fin. C. de Episc. & cler. & d. authent. si qua mulier. num. 6.* & ibi Bald. *num. 38.* Vtrùm verò sit tradenda hæc legitima simul cum vsufructu, quem in illam habet pater, dicemus infrà.

Quod etiam verum habet in filiis quibuscùque illegitimis, cùm legitimi deficiunt, in his regnis, in quibus succedunt quoad portiones, in quas succedunt parentibus. Quia eadem est ratio; & sic intelligunt Doctores excipientes filios illegitimos, nempe, quando ius succedendi non habent. Atque ita tradunt Nauarr. *comment. 2. n. 48. de regul.* Azor *tomo 1. instit. moral. lib. 12. c. 8. quæst. 7.* Molina *tomo 1. de iust. disput. 140. col. 3. vers. à regula illa.* 4

Nec legitima debet remanere apud monasterium, eo quod filius sit impubes, sed tradetur tutori, vt bene docet Ananias *cap. cùm simus. num. 3. de regularibus.* 5

Sed si loquamur de religiosis Societatis IESV, qui sola biennij vota in ea emisère (nam de reliquis eiusdem religiosis diximus num. 1.) credo legitimam non deberi filiis statim ac ea vota emittuntur. Quia hi religiosi retinent bonorum suorum dominium ad tempus, donec vel profiteantur, aut vota coadiutorum formatorum emittant, aut eis bonis renuncient, vt dicitur in constitutionibus eiusdem. *part. 4. cap. 4. in declar. littera E.* & in Bulla Gregor. XIII. *ascendente.* Et ideo non est eadem ratio, ac de aliis professis: eo vel maximè, quia renuntur renunciare superiore inbente, & Societas his bonis non poritur. 6

Nostra autem sententia, vt statim debeatur legitima filiis, est multo certior, quando parens inter eos diuisa dit, iuxta *authent. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles.* cuius enim illa eius verba denotant; *quod autem eis non doceros, vt monasterio competit.* Nam supponunt bona diuisibiliter dicta esse filiis, quippe dare est dominium à tugestius transferre *aliis. de alienibus*: dominium autem monasterio traditione non transfertur. *l. traditionibus.* si verò in hoc Idem denotant ea verba, *inter eos diuidere* non potest reuocari actum exequutionis; & ita docet causa sit; ar po- Additionator *ad Speculat. tit. de statu militum.* Benedictus *num. 58. littera E.* Anton. Cucus *tractatu del 1. num. 500. rubr. legitima an augeatur auctio patris patrimonio. à fin.* & limitat *vers. verum tamen pace.* Angul. *de melior. titulo* est *summ. 23. & 26.* Benedictus Egidius *l. 1. part. 4. §. 2. num. 8. C. de sacrosanct. Eccles.* quamuis non desint, qui adhuc expectandam mortem naturalem parentis asserant. Hi sunt Iacobus Butrigarius *ea authent. si qua mulier. quæst. 8.* Patrius *cap. in præsentia. numero 166. de probat.* & ibi Berotius *num. 536.* 8

Quidquid tamen sit de his opinionibus, quamuis faceamus legitimam non statim filiis tradendam, sed remansuram apud monasterium, dum pater viuit, est necessario dicendum, teneri monasterium retinens ea bona ministrare alimenta filiis. Quia transeunt bona cum illa obligatione, quam habebat pater; quod indubitatum est, ac multis citatis tradit Surdus *de alimentis. tit. 1. quæst. 29. à num. 1. vsque ad 5.* Imola, Paulus *authent. si qua mulier. num. 7. C. de sacrosanct. Eccles.* Felinus *cap. in præsentia. num. 56. de probat.* Guillelmus Benedictus *cap. Raynutius. verb. mortuo itaque testatore. el 1. num. 299. de testament.* Gutierrez *quæst. canon. lib. 2. cap. 1. num. 90.* tradunt integrum esse his filiis petere assignari sibi certa bona, ex quibus alimenta percipiant. Quæ omnia intelligenda sunt casu, quo pater teneretur eos alere, nempe, in indigentiam, quando filij alimenta non habent; cùm monasterium parentis bona retinens, in solata obligationem patetiam succedat. Immo & monasterium teneri alere filios spurios talis monachi, quando pater eos alere tenebatur. Nam similiter bona illius hoc onere affecta erant, vt optimè tradit Couar. *4. de testam. 1. part. cap. 8. §. 6. num. 14.* & Surdus alios allegans *ea quæst. 29. num. 9.* quamuis id malè neget Menchaca *de successionum creatione. lib. 2. §. 10. num. 327.* dicens intelligendum in foro externo: id enim in vtroque foro est in

est intelligendum, cùm pater in vtroque foro his filiis
carentibus alimentis tenetur ea ministrare.

9 Quod si quæras, quota bonorum parentis professi
pars assignanda sit filiis legitimis ad alimenta; Surdus
de alimentis.tit.4.quæst.23.num.6. & Lara *l.si quis à liberis.*
§.item rescriptum.num.13.ff.de liber.agnos. allegatis Bart.
Paulo, & Decio, tradunt teneri monasterium assignare
his alimentis totum legitimi? vsumfructum. Sed Men-
chaca *de succession.progress.lib.1.§.1.num.48.* dicit se hoc
non firmare; & meo iudicio id meritò dicit, quia, cùm
monasterium in solam illius professi obligationem suc-
cedat, & professus in seculo manens tantùm teneretur
assignare alimenta necessaria statui filiorum, eadem
obligatione monasterium illius bona retinens astin-
getur. Quare si fructus legitimæ ampliores sint, quàm
alimentorum necessitas petit, residua erunt monasterij.
Immo si fructus legitimæ ad alimenta non sufficiant,
tenetur in foro conscientiæ monasterium alia bona il-
lius parentis vltra legitimam habens, ministrare ex illis
quod deficit ex legitima: sicut pater in seculo existens
ad id teneretur. Et ita docent Sylvest. *verb.hæreditas.1.*
part.quæst.7.nu.10.dicto 6. Angel. *verb.hæreditas num.22.*
& ibi Tabiena *quæst.vltim.* Quare manifestum est, non
esse fructus legitimæ mensuram huius obligationis.

10 Sed quid è contrà, cùm filius profitetur in religione
capaci succedendi, an statim debeatur legitima paren-
tibus, quam habent in bonis filij? Et non deberi, sed
remansuram apud monasterium vsque ad mortem na-
turalem filij, affirmat Antonius *c.in præsentia. nu.19. fin.*
verbis. Gutierr. *quæst.canon.lib.2.cap.1.num.93.* Benedi-
ctus *l.1.part.4.§.2.num.8.C.de sacrosanct. Eccles.* *An filio*
professo [illegible] *rum* [illegible] *moral.lib.12.cap.8 quæst.8.* dicen-
tes alimen[illegible] *deri.* Sed breuiter tenendum est, cùm hæ
[illegible] equiparentur, ac vniformiter debean-

1 QVÆSTIO [illegible] aque quæstione esse dicendum. Quare
controuersia [illegible] oris sententiæ relatæ num.2. dicen-
do religio est [illegible] non deberi filiis statim ac pater profite-
professionis [illegible] ium quoque est, nec legitimam deberi pa-
est, quod ea p[illegible] ac filius profitetur. At tenendo no-
[illegible] dicent Iason [illegible] relatam num.5. dicentem statim de-
beri eam legitimam filiis, dicendum quoque est, statim
deberi hanc legitimam parentibus. Atque ita asserunt
de vtraque iudicandum Bertrandus *cons.111.n.5. vol.6.*
Menchaca *de success.evolutione.lib.2.§.10.num.284.* Tapia
authen.ingressi.verb.sua. cap.4.fine.C.de sacrosanct. Eccles.

11 Si tamen non detur legitima parentibus post filij
professionem, tenebitur monasterium eius bona ca-
piens illis ministrare alimenta, sicut diximus num.8.
& 9. teneri ministrare filius professi patris, cùm eadem
sit ratio; & sicut bona parentis additicia sunt ad alen-
dos filios, ita bona filiorum ad alendos parentes indigen-
tes: & ita allegatis Speculatore, & Bart. tradit Surdus
de alimentis.tit.1.quæst.29.num.9. & 10. Quod (vt di-
ximus n.8.) intelligendum est, quando parentes aliunde
alimenta non habent: nam habentibus aliunde mi-
nimè tenetur filius alimenta suppeditare.

12 Idem demum obseruandum est, nequaquam parte
superstite deberi legitimam filio professo. Quod vtuen-
tis nulla sit hæreditas. *l.qui superstite. ff.de acquir.hæred.*
& post solam parentum mortem debeatur filiis legiti-
ma. *l.1.§. si igitur. ff. de collatione bonorum.* & tradun-
Iason dicens indubitatum *d.authent.si qua mulier.nu.*
Decius *cap. in præsentia.in noua edit. num.* 263. *de pr*
& ibi Felinus *num.* 56. & alij, quos refert Tapia *authen.*
*ingressi.verb.sua.cap.4.num.*10. & quamuis ibi ab hac sen-
tentia recedere videatur; at *num.*11. dicit non esse re-
cedendum in iudicando ab hac sententia, nisi pater
vergeret ad inopiam dissipando bona sua. Tunc enim
casu, quo filius existens in seculo posset petere legiti-
mam, poterit quoque monasterium eius nomine, vi-
potè quod in omnia illius iura succedit. Addit insuper
posse petere filium alimenta; sed hoc verum est, quan-
do monasterium ea non suppeditare tenetur.

CAPVT XI.

An professo integrum sit testamentum ante professionem factum, aut diuisionem factam inter liberos post professionem reuocare, aut declarare?

SVMMARIVM.

An professus in monasterio incapaci succedendi, possit testamentum antea factum reuocare? & quid de professis, & coadiutoribus formatis Societatis IESV *n.1.*
Quid si monasterium sit succedendi capax? refertur duplex sententia.n.2.& 3.
Quam solemnitatem exigat hæc reuocatio. n.4.
Explicatur sententia authoris, & soluuntur argumenta. numero 5.
An monachus factus Episcopus possit testamentum antea factum reuocare.n.6.
An professus, qui antea inter liberos disposuerat, aut de bonorum parte, possit post professionem disponere? numero 7.
Quid si testamentum ante professionem factum suis irritum? num.8.
An melioratio filij reuocabilis possit post professionem reuocari?num.9.
An donatio causa mortis, & donatio inter coniuges, ita professione conformentur, vt post illam reuocari nequeant? num.10.
An diuisio bonorum inter liberos à professo facta possit ab ipso reuocari? n.11.
An monasterio sit integrum reuocare hoc testamentum, aut hæ donationes?n.12.
An Pontifex possit indulgere professo, vt possit reuocare? refertur quædam sententia. n.13.
Explicatur sententia authoris.n.14.
An testamentum antea factum possit professus declarare? proponuntur probantia non posse. n.15.
Explicatur sententia authoris, & contraria soluitur. numero 16.
Quid si non esset vera declaratio, sed vellet aliter intelligi verba? num.17.
Quid si declaratio verbis non quadret? n.18.
Quid si in testamento legasset aliqua operibus piis à se post professionem declarandis? n.19.
An possit religiosus reservare sibi facultatem reuocandi testamenti? n.20.

2 QVANDO monasterium est succedendi incapax, vt
est religio ordinum Minorum, constat inter om-
nes, non esse integrum professo testamentum antea fa-
ctum reuocare, quia, cùm ea professio reputetur tan-
quam mors naturalis, confirmat omnino testamentum
antea factum, ita vt amplius irreuocabile sit. Atque ita
fatetur Bart. *tract.Minoricarum.lib.4.dist.2.c.1.fin.& authen.*
si qua mulier.a n.11.vsque ad 13. C.de sacrosanct. Eccles. &
ibi Paulus *num.5.* & ibi Salycetus *fin.* & ibi Bald. *num.11.*
& ibi Petrus de Vergnia *additionibus ad Butrigarium.*
quæst.2. Antonius *cap.in præsentia.num.54. de probat.* & ibi
Imola *num.21.* Berosus *num.538.* Rosell. *authent. ingressi.*
fine.C.de sacrosanct. Eccles. Gozadinus *cons.41.num.6.* Ia-
son *l.gallus.§. & quid si tantum.n.12.ff. de liberis, & posthu-*
mis. & ibi Marius Salamonius *num.40. fine.* Guillelmus
Benedict. *cap. Raynutius.verb.mortuo itaque testatore.el 1.*
num.302. Greg. Lopez *l.17.verb.puede.tit.1.p.6.* Simon
de Prætis *de interpretatione vltimæ voluntatis. lib.2. inter-*
pret.1.dub.1.solut.7.num.5.& 6. Mandel. *cons.712.num.4.*
vol.4. & denique omnes.

Difficultas

3 Difficultas autem est, quando religio est succedendi
capax. Qua in re est triplex sententia. Prima tenet ab-
solutè huic professo esse integrum reuocare testamen-
tum ante professionem factum. Ducitur ex *l.sed si mors.*
14.ff.de donat.inter vir.& vxor. vbi cùm tradat donatio-
nem inter coniuges confirmari morte ciuili, vt deporta-
tione, tanquam si mortuo marito rata habeatur, sub-
iungitur sic. *Ita tamen, vt non adimatur marito licentia eam*
reuocare; quia & mors eius expectanda est, vt tunc plenissimam
habeat firmitatem. Atque idem prorsus habetur
l.res vxoris.23. C.eodem tit. ergo similiter non adeò con-
firmatur testamentum ciuili morte per professionem
inducta, quin durante naturali professi vita possit il-
lud reuocari. Secundò, ex *l.cùm pater.§. hæreditatem.ff.*
de legat.2. vbi habetur, per mortem ciuilem non extin-
gui ius antea acquisitum; ergo nec extinguetur per
hanc ciuilem professionis mortem ius reuocandi testa-
menti vsque ad mortem, acquisitum ante professionem.
Tertiò probatur ex *l.ex facto.§. si quis rogatus. el 2. ff.ad*
Trebel. & *l.ex ea parte.§. insulam.ff.de verb.obligat.* & *l.Sta-*
tius Florus.§.Cornelio.ff.de iure fisci. ex quibus habetur, fi-
deicommissum post mortem restituendum non deberi
post mortem ciuilem; & subditur ibi ratio, quia po-
test fideicommissarius mori superstite instituto. Sic
ergo morte ciuili professionis non confirmatur irreuo-
cabiliter testamentum, cùm possit hæres in eo institu-
tus obire ante naturalem professi mortem. Tandem,
quia si professus nequit reuocare testamentum, id eue-
nit quod non fit rerum, de quibus disposuerat, domi-
nus. At necessariò dicendum est, cum esse dominum
tempore mortis, à quo vires sumit & testamentum, &
eius reuocatio. Nam cùm ex tunc succedat hæres in eo
institutus, & antea pertineret hæreditas illa ad mona-
sterium, non solùm quoad vsumfructum, sed etiam
quoad dominium, vt diximus hoc lib. suprà, nisi dica-
mus tunc professum esse illarum rerum dominum, non
posset habere hæredem ex testamento antea condito,
Quia dominium rerum transit à defuncto in hæredem,
l.cùm hæredes.ff.de acquir.posses. ergo potest testamentum
reuocare. Atque ideo hanc partem sustinere videtur
Glossa penult. *l.1.ff. de testament.* vbi ait testamentum
non effici irreuocabile per solam mortem ciuilem, sed
per naturalem; & tenet Bart. *ibi.numero 7.* Cumanus
numero 5. Aretinus *numero 5.* idem Bart. *l.sed si mors. nu-*
mero 2.ff.de donat. inter vir.& vxor. & *authent. si qua mu-*
lier.num.14. C.de sacrosanct. Eccles. & ibi Petrus de Ver-
gnia Additionator *ad Butrigarium.quæst.2.* Anton. *cons.*
71.condidit testamentum. numero 1. & *cap. in præsentia.nu-*
mero 34. de probation. & ibi Imola *numero 22. fine.* Rosel.
authent. ingressi.fine. C.de sacrosanct. Eccles. Corsetus *tra-*
ctatu pauperum Hospitalium.tota quæst.10. Suarez *allegatione*
20.numero 35.& duplici sequenti. Tello *l.17. Tauri.num.6.*
Menchaca *de success.progressu. lib.1.§.2. numero 52.& 53.*
Decianus *toto cons.51.lib.3.* Caldas *de nominationis employ-*
teotica reuocatione. c.p.3. numero 17. Matienzo *lib.5.recop.*
tit.6.l.1.glos.3.numero 4. Burgos de Paz *l.3.Tauri.numero*
688. Eugenius *cons.58. numero 31. volum.1.* additque *nu-*
mero 32. hoc esse sine dubio, quando non reuocaret
conficiens aliud testamentum, sed tamen declarans se
velle intestatum decedere, & subinde bona monaste-
rio acquiri. Mandel. *cons.712.numero 4.volum.4.* & hanc
videtur tenere Crassus *de successione ab intestato.§. testa-*
mentum. quæst.54. numero 8. hanc enim refert in vnuno
loco, subditque esse indubitatam, quando esset reuo-
catio in fauorem liberorum; & Cornejo Additionator
ad Antonium Gomez.l.3.Tauri.numero 13.fin. dicit se non
aufurum ab hac recedere in iudicando, & consulen-
do, propter authoritatem tenentium eam, quamuis in
puncto iuris verior sit contraria. Eiusdem sententiæ
est clarè Simon de Prætis *de interpretatione vltimæ volunta-*
tis.lib.2.interpret.1.dubio 1.solutione 7.numero 5.& 6. vbi
ait tunc morte ciuili effici irreuocabile testamentum,
quando eiusdem omnino effectus est cum morte natu-
rali, vt si fiat professio in ordine Minorum.

3 Secunda sententia sustinet integrum esse reuocare,
disponendo aliter in fauorem filiorum, aut monasterij,
non autem in extranei fauorem. Ducitur ex *authen. si*
qua mulier.C.de sacrosanct. Eccles. vbi conceditur profes-
so testari in fauorem filiorum, & monasterij: ergo à
fortiori licebit in horum fauorem prius testamentum
reuocare. Quod si dicas ibi exprimi, quando profes-
sus antea testatus non fuerat, ibi; *antequam de rebus*
suis inter eos disponat, monasterium incret. Respondet Cy-
nus *ibi.numero 4.* supplendam esse dictionem *maximè*,
quasi idem reuocando in fauorem illorum liceat, etsi
priùs ille testatus sit. Et ideo huius sententiæ sunt Cy-
nus *ea authent.si qua mulier.num.* 4. & ibi Paulus *num.5.*
explicans, etsi prius testamentum fuerit inter liberos,
Baldus *ibi.numero 22.* explicans extraneum dici omnem
illum, cui legitima non debetur, & aliud quoque mo-
nasterium: additque hanc reuocationem licere, quan-
tumuis prius testamentum in illorum, aut sui, vel alie-
ni monasterij fauorem factum sit. Iason *ibi.numero 35.*
Salycetus *ibi. numero 6. fin.& seq.* explicans, licèt testa-
mentum ante professionem factum fuerit inter liberos,
& ibi Iacobus Butrigarius *quæst.vltim.* & Petrus de Bel-
lapertica *col.penult.* & vterque explicat, licèt testamen-
tum inter liberos conditum sit; additque Bellapertica
licere hanc reuocationem toties quoties professus vo-
luerit vsque ad mortem. Decius *cap.in præsentia.in noua*
edit.n.265.de probationib. & ibi Paris. *num.170.* Berosius
num.537. sic explicans, quando ingressus habet liberos;
potest prius testamentum reuocare inter ipsos liberos:
si autem liberis carebat, & cõtemplatione ingressus te-
status est, non potest reuocare, etiamsi velit monaste-
rium instituere, vel aliam piam causam: si verò in hoc
casu non contemplatione ingressus, non potest reuo-
care in fauorem extranei, quamuis pia causa sit; at po-
test in fauorem monasterij sui. Guillelmus Benedictus
cap.Raynutius.verb. mortuo itaque testatore.el 1.num.300.
de testament. Gozadinus *cons.41.n.9. & 10.fin.* & limitat
num.17. nisi quando testamentum sortitum est suum ef-
fectum à die professionis, quod ita sortiri disposuerit
testator. Ita Iulius Clarus *lib.3. receptarum. §. testamen-*
tum.quæst.28.fin. Greg. Lopez *l.17.verb.puede.tit.1.part.6.*
Gratianus *regul.456.num.5.*

4 Dicunt autem aliqui ex his Doctoribus in hac te-
stamenti reuocatione, vtpote quæ à professo facta est,
solam iuris canonici solemnitatem desiderari, nempe
adhiberi duos, vel tres testes. Sic docent Anton. *cons.*
79.num.2. & *cap.in præsentia.num.35.de probat.* & ibi Imo-
la *num.22.in fine.* Iason *authem.si qua mulier.num.26.C.de*
sacrosanct. Eccles.

5 Tertia sententia, quæ omnino mihi placet (quamuis
authoritate Doctorum, nò autem ratione cogar vtram-
que præcedentem probabilem appellare) ait nullate-
nus integrum esse professo testamentum reuocare. Du-
cor, quia eadem potestas exigitur in actu dissoluendo,
quæ in ipso constituendo. *l.si vt proponis.7. fine. C.de nu-*
pciis. Atque ideo ad cum solum spectat reuocare te-
stamentum, qui potest ipsum condere: sed professus
nequit condere testamentum; ergo neque prius con-
ditum reuocare. Secundò, quia per professionem ita
moritur mundo, vt nihil proprium habere possit, nec
concipere de bonis antè habitis quidquam disponere,
authen. ingressi. C.de sacrosanct. Eccles. ergo nequit testa-
mentum reuocare. Tertiò, quia specialiter indultum
est professò, qui ante professionem de rebus suis non
disposuerat, disponere post professionem inter liberos,
& monasterium: ergo id indultum valde exorbitans à
iure, & professionis instituto, non est extendendum ad
professum, qui antea testatus fuerat; sed potiùs argu-
mento ducto à contrario sensu, & à speciali, est dicen-
dum, nullatenus huic professo, qui priùs testatus fuerat,

licere

licere de nouo disponere etiam inter monasterium, & liberos reuocando prius testamentum. Nec valet expositio, quam n. 3. retulimus ex Cyno dicente supplendam in ea authentica dictionē *maximè*, tum quia omni fundamento caret, id supplendo: eo vel maximè quod longè diuersa sit ratio; id enim ex speciali gratia concessum est professo, qui antea non disposuerat, ne decedat nulla inter liberos dispositione facta, cui dispositioni omnia iura maximè fauent: quæ ratio minimè locum habet in eo, qui ante professionē testatus fuerat, quare tanquam specialis gratia non est extra suum casum trahenda. Nec obstant in contrarium adducta num. 2. Nam ad primum, & secundum respondetur, diuersam esse rationem, quod mortuus ciuiliter per deportationem potest in pristinum statum restitui, & sic restitutus reuocare donationem. At mortuus ciuiliter per professionem, nequit in pristinum statum redire, vt res suas recuperet. Ad tertium dic, nō remanere dominium apud monachū, sed illud esse apud monasterium toto vitæ professi tempore, eōque mortuo transferri de monasterio ad hæredes testamēto illo relicto: nec enim oportet, vt tempore huius trāslationis consuetur dominium in priori testatore, sicut etiam contingit, quando testator instituit aliquem hæredem, grauans, vt post mortem restituat alteri hæreditatem. Ad argumentum secundæ sententiæ relatum num. 3. constat ex nostra vltima ratione: & ideo hanc sententiam tuentur Abbas *c. in præsentia. num. 61. de probat.* Francus *rubr. de testament. in 6. num. 71.* Imola *l. 1. num. 15. ff. de testament.* explicans, nec hoc posse reuocando solis verbis, siue incidendo prius testamentum, siue illud cancellando, & Angelus *ibi. num. 4.* Decius *authent. ingressi. num. 13. C. de sacrosanct. Eccles.* Socinus iunior *l. gallus. §. & quid si tantum. num. 22. ff. de liber. & posth.* Rubeus *cons. 155. fine.* Angel. *in summa. verb. religiosus. num. 60.* & ibi Sylueſt. *verb. religio. 6. quæst. 4.* Tabiena *verb. religio. quæst. 40. num. 41.* Nauar. *comment. 2. num. 53. de regular.* Additionator *ad Decium. d. c. in præsentia. in noua editione. num. 265. verb. poterit.* Couar. *cap. 2. num. 9. de testament.* Gutierrez *quæst. canon. lib. 2. cap. 1. à num. 37. usque ad 40.* Spino *special. testament. in glos. 6. rubrice, fine.* Velascus *de partitionibus. cap. 16. numero 18.* Auendaño iunior *l. 17. Tauri. glos. 6. numero 5. & l. 44. Tauri. glos. 7. nu. 3.* Andre. Fachineus *in controuersiis iuris. lib. 6. cap. 15. versi. ex sententiam.* Angulo *de melioratione bus. l. 1. glos. 3. num. 12.* Tapia *d. authent. ingressi. verb. idéoque nec de his. cap. 1. num. 67.* Boëtius Epono *in cap. 2. numero 16. de testament.* Benedictus Egidius *l. 1. part. 4. §. 2. numero 6. fine. C. de sacrosanct. Eccles.* Molina *tomo 1. de iust. disputat. 140. col. 2. vers. verum verò religiosus.* Azor *tomo 1. instit. moral. lib. 12. cap. 6. quæstione 5.* Manuel *2. tomo summæ. cap. 32. num. 2. & quæstionum regular. tomo 3. quæst. 16. artic. 3. & quæst. 69. art. 3.*

6 Nec monachus etiam ad dignitatem Episcopaler proiectus potest testamentum ante professionem factum reuocare; quia nec testari potest de bonis patrimonialibus, vt probaui suprà. Atque ita docet Tapia *eodem cap. 1. num. 67.* Nec audiendi sunt Iason *ea authent. ingressi. num. 17.* & ibi Petrus de Vergnia additionator *ad Butrigarium. limitatione 6.* dicentes id integrum esse monacho facto Episcopo.

7 Hinc deducitur primò, quando pater ante professionem disposuit, eum non posse post professionem disponere. Quare si titulo donationis ante professionē inter filios disposuit, quamuis ea sit reuocabilis, nequit professionē testari, vel aliquid immutare, quia cessat ratio eius concessionis, *authent. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles.* Non enim fuit, ne professus intestatus decederet; liberè enim, & valde meritoriè se ea facultate per professionem priuauit, sed vt bona diuidat inter filios; quæ ratio diuisione antea facta cessat. Atque idem concedendum est in dispositione particulari, vt si vni filio est assignata legitima, vel is est in aliquo meliorarus; in solis reliquis bonis est integrum patenti disponere. Quod ea diuisio procedens in toto, habeat etiam locum in parte, cùm sit eadem ratio. *l. quæ de tota. ff. de rei vendicatione.* Quæ omnia optimè docet Angulo *de rei vendicatione. l. 1. glos. 5. num. 19.* & sunt de mente Doctorum, quos numero 5. allegauimus. Quamuis Doctores duplicis sententiæ contrariæ allegati num. 2. & 3. contrarium dicerent.

Hoc tamen intelligendum est, quando testamentum 8
ante professionem factum, manſit firmum: si enim id rumperetur ob subsequutam filiorum natiuitatem, liceret vtique post professionem facere hanc diuisionem, vt bene docet Tapia *authent. ingressi. verb. idéoque nec de his. cap. 1. num. 67.* Quod idem dicendum est, si quacumque alia ex causa prius testamentum fit nullum, quippe non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum; *regul. non præstat, de regulis iuris. in 6.*

Secundò deducitur, melioratione factam filio per 9
parentes, quamuis aliàs reuocabilis sit vsque ad naturalem parentum mortem, præterquàm concurrentibus solemnitatibus præscriptis *l. reg. 17. Tauri*, fieri irreuocabilem sequuta parentis professione, sicut morte naturali. Quod probant rationes adductæ num. 5. contra duas priores sententias, quæ contrarium tenent; & in propriis terminis tradunt Angulo *eadem glos. 3. num. 11.* & 12. & Auendañō iunior *ea l. 17. Tauri. glos. 6. num. 4.* & 5. addens bene id esse verum, siue ea melioratio in contractu, siue in testamento fiat. Quamuis in propriis terminis contrarium teneant dicentes posse reuocari, sicut idem docent de testamento Tello *ea l. 17. Tauri. num. 6.* & Matienzo *lib. 5. recopil. tit. 6. l. 1. glos. 3. num. 4.*

Tertiò deducitur, recedendum esse à sententia, quam 10
amplectitur Suarez *allegat. 20. num. 16. 26. & 27.* vbi ait donationem causā mortis, & donationem inter coniuges, quæ morte naturali confirmantur, & vsque tunc reuocari possunt, non confirmari professione emissa in religione capaci succedendi quoad hoc, vt nequeant post illam reuocari, quem sequutus sum *lib. 6. de matrimonio. disputat. 17. num. vltim.* Sed re melius considerata censeo confirmari professione quoad hoc, vt amplius reuocari nequeant. Quia rationes num. 5. adductæ id probant, & hoc est conforme illi sententiæ, & tradit optimè Angulo *eadem glos. num. 13. & duplici sequenti.* Quamuis, vt *eadem disput. 17. n. 9.* probaui, neutra donatio confirmabitur professione in religione capaci succedendi quoad hunc effectum, vt statim sint tradenda bona donatario; sed solùm tradenda sunt post naturalem professi mortem, & interim iis potietur monasterium; quod idem diximus hoc libro suprà.

Quartò deducitur, nec diuisionem inter filios à pro- 11
fesso factam post professionem, posse ab ipso reuocari, quamuis contrarium dixerint aliqui Doctores, vt retuli n. 3. Ducor, tum quia statim vt fit diuisio, tradenda sunt bona, vt probauimus c. præcedenti. n. 7. Non ergo superest facultas amplius reuocādi. Secūdò, quia quāuis licentia testamēti condēdi professo concessa, non extinguatur primo testamento, sed id possit toties quoties libuerit vsque ad mortē reuocari, & iterū fieri: at est diuersa ratio de testamēto, & de hac diuisione, nā testamētum est ambulatorium vsque ad mortē, & ideo licēria testādi intelligitur iuxta testamēti naturā, vt diximus suprà. At hæc diuisio non est testamentum, vt suprà probauimus, sed solùm, vt bona diuidat filiis, quod prima diuisione obtinetur.

Quintò deducitur, nec monasterio integrum esse re- 12
uocare testamentum, aut donationem causā mortis, vel inter coniuges, aut melioraciones reuocabiles, quæ ante professionē fiūt: & ita docet Angulo *ead. l. 1. glos. 3. n. 19.* tum quia hæc omnia sunt irreuocabiliter confirmata per professionē, & subinde per illā ius reuocādi extinctum est, at iura monachi per professionem extincta, minimè possunt in monasterium transire; tum etiam, quia ius reuocandi

reuocandi has donationes est personale, nec transit ad hæredes donantis, nec ad fiscum, vt eum aliis probat idem Angulo *eadem l. 1. glos. 9. à num. 27.*

13 Verùm autem Pontifex indulgere possit monacho, vt possit testamentum ante professionem factum reuocare? Surdus *cons. 90. numero 8. volum. 1.* allegatis Alexandro, & Rolando, & Phanucio, tradit id non posse Pontificem in religione succedendi incapaci, quia per professionem est plenè ius acquisitum institutis in illo testamento; quod idem dicunt Gozadinus *cons. 41. numero 12.* & Rubeus *cons. 155. fin.* quando, etsi religio sit capax succedendi, testamentum sortitur plenum suum effectum à die professionis, ita disponente testatore, quia tunc etiam à die professionis est plenè ius acquisitum institutis. Quando autem religio est capax succedendi, nec testator disposuit, testamentum habere effectum à die professionis, Rubeus ibidem asserit fortè Papam posse concedere facultatem reuocandi, quia non est acquisitum plenè ius hæredibus, sed conditionale, si superuiuant testatori.

14 Cæterum nec in hoc posteriori euēru existimo posse Pontificem hanc facultatem concedere, nisi ex vrgentissima causa, quia nec ius hoc imperfectum potest auferri absque causa vrgentissima, vt probaui suprà numero 56.

15 Tandem restat tractandum, an dato non posse professum reuocare testamentum ante professionem confectum, possit tamen illud declarare? Et videtur non posse, quia *authent. si qua mulier. C. de sacrosanctis Eccles.* solùm conceditur professo posse inter filios diuidere: ergo cum concessio illa sit odiosa, non est extendenda, vt liceat ei priorem voluntatem obscurè declaratam interpretari. Secundò, quia eius est interpretari, cuius est condere. *l. vltim. C. de legib. m.* cum concordantibus adductis per Aretinum *l. omni. numero 1. C. de sacrosanct. Eccles.* Cùm ergo professus sit incapax testamenti faciendi, erit quoque incapax prioris voluntatis declarandæ. Et confirmatur, quia non declarat suam voluntatem, quasi testis de illa disponens, sed tanquam legislator authoritatem legis condendæ habens, obligansque ad illam voluntatis interpretationem amplectendam. At professus nequit legis condendæ in testamento authoritate fungi: ergo nec authoritate voluntatis declarandæ.

16 Sed existimo integrum esse professo hanc interpretationem dubiæ, & obscuræ suæ voluntatis in testamento non satis explicatæ facere. Ducor ex textu *l. hæredes palam. 21. §. si quid post. C. de testament.* vbi decidens textus nihil posse ex priori testamento immutari absque debita solemnitate, subdit eam non exigi quoties est sola prioris voluntatis declaratio, vt si Titio aureo legauit, non exprimens quem, cùm multi alij sint eius nominis, vel si errauit in nomine, aut cognomine, velitque postea suam voluntatem explicare: redditque rationem his verbis; *nihil enim nunc dat, sed datum significat.* Vnde ex eo textu communiter Doctores eliciunt, vt eos refert, & sequitur Magdalenus *de numero testium. cap. 30. numero 3.* declarantem nihil de nouo facere, sed tam factum aperire, sicut dicit Iurisconsultus *l. adeò. §. eum quis. in fin. ff. de acquir. rerum dominio*, excutientem spicas non nouam rem facere, sed eam, quæ est, detegere. Quare multa conueniunt, quæ multis aliis citatis cumulant Magdalenus *loco eo cap. 30.* & Mantica *de coniecturis vltimæ voluntatis. lib. 3. toto tit. 1.* Cùm ergo declarans nihil de nouo faciat, poterit professus pristinam suam voluntatem dubiam declarare: solùm enim ei interdicitur nouum testamentum facere. Et confirmatur, quia hac declaratione nihil de nouo disponit, sed dispositionem iam perfectam, & apud se certam, licēt apud nos obscuram, aperit: & si non aperiret, communiter arbitrio Iudicis, vel viri prudentis debe-

ret fieri declaratio, vt optimè probat Magdalenus *eodem cap. 30. numero 9. & 10.* ergo iure optimo id potest facere professus. Secundò, quia quamuis Iudex functus sit officio suo vbi sententiam tulit, nec possit eam immutare, sed quoad eam immutandam definat esse Iudex, & sit persona priuata, vt habetur *l. Iudex postea. 55. ff. de re iudicata.* at, vt tradunt ibi Doctores, potest eam declarare: quia id non est nouum iurisdictionis actum exercere, sed exercitum declarare. Ergo similiter quamuis professus nequeat nouum testamentum facere, poterit tamen pristinum dubium declarare. Nec obstant contraria. Non primum, quia cùm nec hoc si testari, nec distribuere, nec nouum aliquid facere, minimè est iure interdictum, & proindè nulla speciali concessione eget. Nec etiam obstat secundum cum sua confirmatione, quia non est opus, vt tempore huius declarationis habeat authoritatem legis condendæ, sed satis est, vt nunc declarare possit conditam, illum habuisse eam authoritatem tempore, quo condidit, sicut Iudex declarans suam sententiam, caret tunc authoritate sententiæ ferendæ, potest tamen eam declarare, quia tempore, quo tulit eam, authoritate ferendi præditus erat. Et ideo hanc sententiam tenet Manuel *2. tomo summæ. cap. 32. numero 2. & quæst. regular. tomo 3. quæst. 69. art. 3.* Atque id est verum, quamuis illo professus sit ex ordine Minorum, vel Societatis Iesu. Nam rationes allatæ procedunt æquè in eo.

Hoc tamen intelligendum est, quando sumus in ve- 17
ra, & propria declaratione voluntatis obscuræ, & incertæ; secus autem, vbi declaratio respiceret dispositionem, quæ de iure erat certa, & testator vellet illa, aliter declarare: tunc enim post professionem non posset sic declarare, quia, vt optimè probat Magdalenus *eodem cap. 30. numero 11. & 12.* ex textu *l. hæredes palam. 21. §. si quid post. in princip.* & ibi Glossa *verb. posse. C. de testament. Eccles.* Cùm ergo professus sit incapax testamenti faciendi, erit quoque incapax prioris voluntatis declarandæ. Et confirmatur, quia non declarat suam voluntatem, quasi testis de illa disponens, sed tanquam legislator authoritatem legis condendæ habens, obligansque ad illam voluntatis interpretationem amplectendam. At professus nequit legis condendæ in testamento authoritate fungi: ergo nec authoritate voluntatis declarandæ.

Sed existimo integrum esse professo hanc interpre- 18
tationem dubiæ, & obscuræ suæ voluntatis in testamento non satis explicatæ facere. Ducor ex textu *l. hæredes palam. 21. §. si quid post. C. de testament.* vbi decidens textus nihil posse ex priori testamento immutari absque debita solemnitate, subdit eam non exigi quoties est sola prioris voluntatis declaratio, vt si Titio aureo legauit, non exprimens quem, cùm multi alij sint eius nominis, vel si errauit in nomine, aut cognomine, velitque postea suam voluntatem explicare: redditque rationem his verbis; *nihil enim nunc dat, sed datum significat.* Vnde ex eo textu communiter Doctores eliciunt, vt eos refert, & sequitur Magdalenus *de numero testium. cap. 30. numero 3.* declarantem nihil de nouo facere, sed tam factum aperire, sicut dicit Iurisconsultus *l. adeò. §. eum quis. in fin. ff. de acquir. rerum dominio*, excutientem spicas non nouam rem facere, sed eam, quæ est, detegere. Quare multa conueniunt, quæ multis aliis citatis cumulant Magdalenus *loco eo cap. 30.* & Mantica *de coniecturis vltimæ voluntatis. lib. 3. toto tit. 1.* Cùm ergo declarans nihil de nouo faciat, poterit professus pristinam suam voluntatem dubiam declarare: solùm enim ei interdicitur nouum testamentum facere. Et confirmatur, quia hac declaratione nihil de nouo disponit, sed dispositionem iam perfectam, & apud se certam, licēt apud nos obscuram, aperit: & si non aperiret, communiter arbitrio Iudicis, vel viri prudentis debe-

CAPVT XII.

Qualiter, & quo iure succedat monasterium succedendi capax in bona professi, de quibus ille ante professionem non disposuerat, & an ad acquirendam hæreditatem monacho delatam desideretur aliqua ipsius monachi aditio?

SVMMARIVM.

Explicatur quæ monasteria sint succedendi capacia: vbi de Collegiis, & domibus professis, & coadiutoribus formatis, & in, qui vota binrum in Societate fecerunt: & explicatur Trident. sess. 25. de regularibus, & qualiter Mendicantes habeant bona. n. 1.

An moniales Sanctæ Claræ sint capaces? n. 2.

Quæ quæstiones sint disputandæ, n. 3.

An monasterium succedendi capax succedat in omnia bona professi, & quidquid hic acquirit, acquirat monasterio, & quo iure, & quid si alienare gravatus est, an si religio succedendi sit incapax; & an id ius competat monasterio, quando ex privilegio Pij V. ante finem anni nouitiatus professio sit in articulo mortis? n. 4.

An monachus, & eius nomine monasterium retineat iura suitatis, & omnia iura filiorum? n. 5.

Quid si sit professus in monasterio incapaci? n. 6.

Quid si monachus decedat viuo patre, & an tunc succedat monasterium, etiam ipso monacho ita volente; & quid si sit dubium, an monachus viuat? n. 7.

Quid de monasteriis, in quibus religiosi habent bona in particulari, vt in monasteriis tertij ordinis Diui Francisci? num. 8.

Quibus actibus agat monasterium circa bona, quæ ratione monachi sibi competunt. n. 9.

An monacho non instituto rumpatur testamentum paternum? num. 10.

An integrum sit patri meliorare in tertia bonorum parte filium professum, etsi hæreditati renunciarit, aut sit professus in ordine Minorum, aut Societatis IESV? n. 11.

An per professionem per datur nobilitas? refertur quædam sententia. n. 12.

Explicatur sententia auctoris, & an dissensuris sit subreptitia, in qua explicatum est professum esse nobilem, aut id est incertum? n. 13.

An possit huic iuri succedendi consuetudine derogari, & sit alicubi derogatum, & quid in Hispania iuxta legem fori? num. 14.

An valeat pactum, ne monasterium succedat? remittitur. numero 15.

An valeat statutum, ne ingrediens, aut ingressus religionem succedat? refertur duplex sententia. num. 16. & 17.

Explicatur sententia auctoris, & an privilegia semel per leges ciuiles ecclesiasticis concessa, possint per Principes secularis auferri? n. 18.

An lex, & statutum excludentia feminas propter masculos, ligent feminas, quæ tunc sunt monales; & bernia Principis ad instituendum maioratum ex filiorum legitimis excludat filias, qui tunc sunt clericæ, vel monachæ? num. 19.

HACTENVS egimus de facultate nouitiorum, & professorum ad disponendum de suis bonis. agendum est de successione in eorum bona, ante professionem de illis non disposuêre. Et 1. hoc capite est differendum in genere de iure, & modo succedendi: deinde in sequentibus descendetur in specie ad bona, in quæ succeditur. Præmittendum est, quæ monasteria sint succedendi capacia. Et quidem, quamuis olim magna controuersia esset circa religiones mendicantes, qualiter succedere possent in bona immobilia professi, & communis sententia esset posse in ea succedere, non vt sibi retinerent, sed vt venderentur: iam controuersia hæc cessauit, quippe Tridenz. *sess. 25. cap. 3. de regularib.* omnibus mendicantibus concessit, posse immobilia possidere, præterquàm Minoritis de obseruantia, & Capucinis Diui Francisci. Quare cætera mendicantium monasteria succedunt in professi bona, perinde vt monasteriorum non mendicantium, vt optimè aduertit Nanarr. *comment. 2. num. 50. de regularib.* & praxis ipsa ita habet. Quod si dicas Tridentinum non concedere, vt deinceps bona immobilia acquirere possint, vel in ea succedere; quod tantùm dicat sic; *ut deinceps eis bona immobilia possidere liceat*: possessio autem potest ad bona acquisita referri, vel ad acquirenda donatione, aut eleemosyna; & cùm hoc decretum sit correctorium regulæ mendicantium à Sede Apostolica approbatæ, & voti paupertatis ipsorum; est restringendum, vt ex minus sedatur. Sed respondet bene Hondedeus *cons. 76. numero 30. & 31. volum. 1.* Tridentinum indefinitè, & generaliter loquens, esse generaliter intelligendum. Præterea, quia concedit, vt deinceps eis bona immobilia possidere liceat. Quæ dictio, *deinceps*, cùm importet idem quod *deinde*, & *postea* respicit omne tempus futurum, vt optimè Rebuffus *l. appellat. parentis. col. 5. verb. deinceps, ff. de verborum significat.* & sic possessioni adiecta includit possessionem omnium bonorum quouis tempore obuenientium. Item, quia aliàs nil concessisset respectu monasteriorũ, quæ antea possidere non poterant. Tandem, quia mens Tridentini fuit consulere paupertati horum monasteriorum, & ne vagari cogerentur monachi causâ victus emendicandi; qui finis non obtineretur, nisi in posterum integrum esset illis quæcumque immobilia acquirere. Quod si rursus opponas Tridentinum solam possidendi immobilia facultatem eis concedere, non autem facultatem, & ius in ea succedendi. Respõdet bene idem Hondedeus *eodem cons. 76. nu. 27.* eo ipso ius in ea succedendi concedere. Quippe ideo Minores non succedunt, quia sunt incapaces bonorum in communi, vt dicit textus *Clem. xxiii. vers. quia igitur. de verborum significat.* Quamuis autem Tridentinum fuisse nomine constitutionum in eo decreto regulam quoque comprehendere, aliàs nõ erat opus exceptione fratrũ Minorũ, & Capucinorum, cùm iis ex sua regula interdicatur possessio bonorum in communi. Idque clarius patet ex *eade sess. 25. de regularib. cap. 2. bis.* vbi expresè habentur omnes regulares seruare omnia contenta in ea sessione, non obstantibus quibuscũque priuilegiis, constitutionibus, & regulis eorũ interimando stabilitis. Quare dum c. 1. inberetur regulam obseruari, intelligitur, in quantum non est contra decreta in ea sessione. Nec obstat etiam secundum, quia etsi eandem regulam seruent, verè non sunt fratres Minores in ea exceptione comprehensi, vt datis probauimus; & ideo hanc partem sustinent Hondedeus aliàs referens *cons. 60. numero 1. & 6.* dicens sic declarasse Cardinalium Congregationem, & *cons. 62. nu. 2. & 3. & cons. 76. a num. 9. in fin. vol. 2.* concludens sic decisum esse in Senatu Perusino causa hac inter partes agitata. Caualcanthis *decis. 1. n. 31. & decis. 18. n. 5. & 9. 5.* Burratus *cons. 60. n. 21. vol. 1.* Flores de Mena *lib. 1. variarum. q. 16. §. 2. n. 6.* Manuel *eodem art. 14.* proximè allegato, Ludouicus de Cafanete *cons. 16. n. 1. & 2. vol. 1.*

2 Quæ quæstio, & multi alij, quos referunt, & sequuntur Tiraquel. *de retract. lin. c. 6. n. 90. & c. 16. n. 1. & 2.* Mantica *de coniecturis vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 25.* Molina *disp. 1. de primog. n. 23. n. 47.* Auendaño iunior *l. 40. Taur. glos. 4. n. 13.*

Quæ quidem intellige in monasterio habere bona in communi, quia cùm in monasterio ita carente, ac proinde incapaci succedendi, reputetur professus tanquam mortuus quoad omnia successionis iura, non retinet iura suitatis, vt bene docet Bartol. *auth. ingressi. in 2. illud.*

emissio, sicut & fratribus Minoribus. Quare de mortalibus posterioris regulæ sunt accipiendi Doctores antiqui multi, quos refert Hondedeus statim allegandus, qui cum Gloss. *Clem. 1. verb. vbedianiam. de religiosis domibus*, dicebant eas possidere posse. Sed difficultas est, an non obstante regulæ præscripto, quo monasteriis prioris regulæ Sanctæ Claræ interdicebatur bonorum in communi possessio, id hodie liceat ex decreto Tridentini *sess. 25. de regul. c. 1.* Quidam vir sanè doctus (vt refert se audiisse Manuel *eo art. 14.*) temuit id non concedi his monialibus in eo decreto. Ducitur, quia iis soli conceditur, quibus iuxta suas constitutiones id interdictum erat. At constitutiones aliud sunt à regula, nec sub illa comprehenduntur, sed vtriusque mentionem fieri oportebat, vt constat ex eodem Trident. *eadem sessione 25. de regularibus*, ibi; *sub quatuunque regula, vel constitutionibus.* & paulo inferius, ibi; *vetenon constitutionibus, & regulis.* Non ergo id censetur concessum prædictis monialibus, vtpote quæ ex præcepto suæ regulæ nequeunt bona in communi possidere, eo vel maximè, quod Trident. *eadem sess. 25. de regular. c. 1.* summopere commendet, vt inbeantur omnes regulares ad regulæ suæ institutum vitam componere. Deinde potest id probari, quia videntur comprehendi in exceptione fratrum Minorum de obseruantia, vtpote quæ sub eadem regulæ paupertate viuunt. Cæterum absque dubio dicendum est, eis licere bona in communi possidere. Primo, quia Tridentinum in eo decreto in concessione habendi bona in communi expressit omnia virorum, & monialium monasteria; in exceptione autem solos fratres Minores, & Capucinos expressit. Ergo moniales Sanctæ Claræ remanent sub concessione; quippe exceptio suis terminis contineri debet, vt notat Monachus *c. vnico. numero 3. ff. de Italia regul. in 6.* & ibi Probus *in ad. hit. numero 11.* & ibi Archidiaconus *numero 3. vers. reuersura.* Eo vel maximè quod appellatione fratrum Minorum non veniant sorores dicti ordinis, vt tradunt Bald. *l. vers fratres. num. 1. ff. de pactis.* & *l. quicumque. numero 16. C. de seruis fug.* Gambara *de iure de exclusionibus. num. 195.* Nec obstant in contrarium adducta. Non primum, quia constat ex mente Tridentini fuisse nomine constitutionum in eo decreto regulam quoque comprehendere, aliàs nõ erat opus exceptione fratrũ Minorũ, & Capucinorum, cùm iis ex sua regula interdicatur possessio bonorum in communi. Idque clarius patet ex *eade sess. 25. de regularibus. cap. 2. bis.* vbi expresè habentur omnes regulares seruare omnia contenta in ea sessione, non obstantibus quibuscũque priuilegiis, constitutionibus, & regulis eorũ interimando stabilitis. Quare dum c. 1. inberetur regulam obseruari, intelligitur, in quantum non est contra decreta in ea sessione. Nec obstat etiam secundum, quia etsi eandem regulam seruent, verè non sunt fratres Minores in ea exceptione comprehensi, vt datis probauimus; & ideo hanc partem sustinent Hondedeus alios referens *cons. 60. numero 1. & 6.* dicens sic declarasse Cardinalium Congregationem, & *cons. 62. nu. 2. & 3. & cons. 76. a num. 9. in fin. vol. 2.* concludens sic decisum esse in Senatu Perusino causa hac inter partes agitata. Caualcanthis *decis. 1. n. 31. & decis. 18. n. 5. & 9. 5.* Burratus *cons. 60. n. 21. vol. 1.* Flores de Mena *lib. 1. variarum. q. 16. §. 2. n. 6.* Manuel *eodem art. 14.* proximè allegato, Ludouicus de Cafanete *cons. 16. n. 1. & 2. vol. 1.*

3 Triplex quæstio in hoc capite discutienda est. Prima de iure, quo succedit monasterium succedendi capax in professi bona, & qualiter ei derogari possit. Secunda, de modo, quo succedit quoad acquirendum dominium, & possessionem. Tertia. An succedat absque aliqua monachi hæredis admione?

4 QVAESTIO prima. Quo iure monasterium succedẽdi capax succedat in omnia professi bona, de quibus ante professionem non disposuerat; & qualiter consuetudine, pacto, aut statuto possit ei iuri derogari. Et quidem constat monasterium habens ius successionis succedere in omnia religiosi bona, de quibus ipse ante professionem non disposuit, siue ab ipso ante professionem, siue post acquisita sint, siue titulo donationis, hæreditatis, aut quocumque alio acquisierit; & ita quidquid acquirit monachus, acquirit suo monasterio. Constat ex §. *si qua mulier auth. de sanctissimis Episcopis.* & §. *illud quoque. auth. de monachis. & auth. si qua mulier. & auth. ingressi. C. de sacros. Eccles. & c. si qua mulier. & c. qua ingrediuntur. n. 9. q. 3. & l. regia 17. nu. 14. 6.* Ex quibus constat hoc solo iure humano inductum: cùm nullum aliud ius hoc disponens inueniatur. Idque clarè videntur dicere Doctores omnes, quos infrà referemus, dicentes consuetudine alicubi huic iuri derogarum esse; non habet autem vim hoc, quatenus iure ciuili inductum est, cùm de monachis expresè constituat, vt bene ait Azor *tom. 1. inst. moralium lib. 11. c. 8. quæst. 1.* Quod idem Iarius probauimus suprà. Nec quatenus inseritur in decreto à Gratiano *ex c. si qua mulier*, vt ibidem n. 6. probauimus: sed habet vim, quia est approbatum à D. Greg. Papa lib. 7. registri, indict. 2. epist. 7. & refertur *c. quia ingrediuntur. 19. q. 3.* ibi, *sed res eorum eiusdem monasterij, iuris fiunt, aperta legis diffinitione decretum est.* Idque etiam commum consensu omnium Pontificum receptum est. Ex eo autem decreto constat, originem huius concessionis esse ex iure illo ciuili, cùm D. Gregor. ad illud confugiat dicens, sic aperta legis diffinitione decretum esse. Idque iure optimo sancitum est: nam ratio postulat, vt se dedicans Deo, & monasterio per professionem, non solùm se, sed omnia etiam sua illi dedicet, quò plenior fit oblatio; ne deceret quidem se offerentem Deo, secularibus ita relinquere, qui in vsus profanos ea expenderent. Item, quia cùm euangelicum consilium sit ea pauperibus distribui, nullis pauperibus conuenientius dari possunt, quàm religiosis alendis, qui voluntarium ob Christum paupertatem amplexi sunt, & dando illis augetur cultus diuinus, ac numerus Deo ministrantium. Tandem, quia cùm ille in monasterio vitam perpetuò ducturus sit, ab eòque alendus, æquum est vt eos eius potiùs monasterio, quàm aliis cedant. Quid si monachus in seculo erat addictus ore alieno, aut posset adstringatur, habes suprà. Si verò religio incapax sit succedendi, & bona non per hæreditatem veniãt, sed à monacho acquirantur: videre poteris infrà. Vtrum verò hæc successio in bona professi competat monasterio, quando ante finem anni nouitiatus sit professio in articulo mortis ex priuilegio Pij V. cuius meminimus *lib. 1. c. 4. n. 16.* Dicendum est illi competere, vt ibidem probauimus contra Manuelem id negantem.

5 Nec monachus ille per professionem amittit iura suitatis, & agnationis, sed succedit tanquam suus hæres, & transmittit ad monasterium iura suitatis, sicut transmitteret ad alios hæredes. Constat ex *l. finali. C. de Episcopis, & clericis.* vbi dicitur perinde hunc succedere, ac si religionem ingressus non fuisset, & notant ibi vniuersi, & multi, quos refert, & sequitur Tiraquel. *de retract. lin. lignager. §. 1. glos. 8. n. 19. & l. 9 vnqua. tit. verb. soscript. n. 42. C. de reuocand. donationib.* & passim alij Doctores, nemine, quem viderim, contradicẽte. Quare illius monachi nomine retinet monasterium omnes qualitates, & prærogatiuas filiorũ, vt de iure tangonis, & cognationis probat Glossa *ea l. final. §. hoc autem. vers. perennem.* & ibi Bald. & multi alij, quos referunt, & sequuntur Tiraquel. *de retract. c. 6. n. 90. & c. 16. n. 1. & 2.* Mantica *de coniecturis vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 25.* Molina *disp. 1. de primog. n. 23. n. 47.* Auendaño iunior *l. 40. Taur. glos. 4. n. 13.*

*num.64.C.de sacros.Eccles.*Aretinus *c.in præsentia.n.93. de probat.*Parisius *l. gallus.§.& quid si tantum. n.50.ff. de liber. & posth.* & ibi Marcus Salamonius *num.40.*

7 Secundò intellige, dummodo monachus ille viuat. Nam vbi primùm ante delatam sibi parentum hæreditatem obiit, cessat prorsus ius monasterij. Et ratio est, quia cùm tas succedendi non competat, nisi post eius obitum, cui succedendum est, professus nequit hoc ius in monasterium transferre, sed solam spem, quæ euanescit, vbi primùm professus ille desinit esse filius illius monasterij, vt *inst. de acquisitione per arrogationem.§. mortuo.* Atque ita docent optimè Glos.finalis *c.vnic.18. q.1.* Felinus alios allegans *c.in præsentia. nu.56.de probat.* Parladorus alios allegans, sed falsò, *in sesquicent.quæst. differentia 147.§.1.n.17.* Quare minus bene Fabet *l. final. n.vlt.C.de sacros.Eccles.* Decius sententiæ veritatem relinquit cogitandam.Gutierrez *verb.mortuus.el 2.nu.* 105. ait monachum obeuntem viuo patre transmittere ius succedēdi in bona paterna in monasterium,idque magis constabit ex dicendis infrà. Hæc enim ratione dicemus hæreditatem nondum monacho delatam acquiri monasterio, in quod professus est tempore delationis legitimè transitus. Quare malè quidam, quos tacito nomine refert Speculator *tit.de statu monachorum.§.vnico.n.14.q.10.* dixere monacho mortuo succedere monasterium eius parentibus ab intestato: & ipse Speculator ait alios contrarium sentire, & ita videtur hanc vitimam partem amplecti quasi in posteriori loco positam.In dubio autem an monachus viuus sit,vt quandiu abfuit apostatando, & interim obiit parens, succedet monasterium, vt tenet, referens lite mota obtinuisse monasterium, Vdalricus Zasius *de substitutione.c. 3.n.31.* (habetur *tom.8.tractatuum.p.1.*) Et ratio est,quia mors,cùm sit quid facti,non præsumitur.

8 Quod intellige in monasteriis, in quibus religiosi non habent in particulari bona; si enim illa habeant, vt sunt monasteria tertij ordinis Diui Francisci, & tertij ordinis Diui Dominici, in hæc non succedit monasterium.Sic docent Angelus *verb.religiosus.num.*53.Syluester *verb. religio.6.quæst.1.dubio* 2. Tabiena *verb. religio. quæst.14.num.*55.Gregor.Lopez *l.17.verb. Emparedado. tit.1.p.6.*

9 Ex his deducitur primò,monasterium in his,quæ sibi acquiruntur,vel in quæ ex monachi persona succedit,illis actionibus agere,quæ professo ante ingressum competerent, quippe in omnia eius iura succedit. Atque ita docent Innocentius *c.in præsentia. n.4.de probat.* & ibi Hostiensis *n.7.&* 8.Antonius *n.*30. Abb.*num.*77. Angelus *summ.verb.religiosus n.*39.Syluest.*verb.religio.6. q.1.* Tabiena *verb.religio.q.*39.*n.*40.

10 Secundò deducitur, si pater filium monachum non instituat,rumpi posse testamentum,tanquam filio præterito, cùm omnia filij iura retineat monachus,& eius nomine monasterium. Atque ita docent Paulus *l. si filius,qui in potestate.num.*15.*ff. de liber. & posth.* Fortunius *l. gallus.§.& quid si tantum. num. 5.ff. si certum petatur* Auendaño iunior *l.* 40.*Tauri.glossa 4.num.*36.

11 Tertiò deducitur, integrum esse parenti meliorare hunc filium professum in tertia bonorum parte, prout respectu filiorum, & descendentium est sibi permissum *l. reg.*17.*Tauri.* hodie *l.1.tit.6. lib. 5. recopil.* quia huiusmodi professus retinet omnia filij iura. Atque ita docent præter nonnullos Doctores recentiores Segura *l.cohæredi.§.cum filia.num.*71.*ff. de vulgari.* Molina *lib.1.de primog.c.*13.*num.*78. Sed maior difficultas filius ille fuisset professus in ordine Minorum, aut in Societate Iesu, aut coadiutor eius formatus, an possit in tertio meliorari à parentibus: Et videtur posse, quia est verus filius,sicut potest meliorare filium professum in aliis religionibus, qui renunciauit; quamuis pure legitimæ petendæ carent. Sed existimo non posse, quia quoad omnia successionis iura reputatur quasi naturaliter mortuus, & quoad hoc perdit omnia filiorum iura,vt diximus suprà: atque illud tertium est filiorum legitima: nec est simile de filio renunciante, qui professus sit in religione capaci succedendi, quia per renunciationem illam solum excluditur à necessaria parentum successione, non tamen à voluntaria, si ipsi velint eum instituere & institutus à patre recuperat omnia suitatis iura.Et de professo in ordine incapaci sentit quod non possit meliorari à contrario sensu Segura proximè allegatus, quia expresè dicit posse, quando in ordine capaci, vt diximus hoc lib. suprà. Et ideo existimo posse hunc professum, qui renunciauit, meliorari in ea tertia bonorum parte.

12 Quartò deducitur,quid in ea quæstione sentiendum sit, an per professionem amittatur nobilitas professij? Quidam id existimant. Ducuntur, quod per professionem moriatur mundo, & omnibus eius pompis. Item probatur ex *c. scripsit.27.q.2.& c. præsens.20.q.3.*vbi haberur,dignitatem nobilis amitti per professionem; & tenet Glossa finalis *verb.absque delectu personarum. de statu monachorum.* & *c.2.verb. ingenuus de purg.canon.* atque ita censent Decius *authen.ingressi.n.5. C.de sacros. Eccles.* Barbatius *c.quia non.num.1.de testament.*Ioann.Andr.Hostiens. Abb. Alberic. Felinus, Matthæus de Afflictis,& multi alij,quos refert Tiraquel. *de nobilitate.c.27.numero* 1.& 2.

13 Cæterùm dicendum est nequaquam perdi, quia est quoddam sanguinis ius,& subinde naturale,ac incommutabile. *l.iure agnationis.ff. de pactis.* Nec obstat religiosum mortuum esse mundo; nō enim est mortuus quoad naturalia perdenda,sed quoad illorum contemptum,& quoad possessionem propriæ voluntatis, & bonorum temporalium. Nec *c. scripsit*, nec *c. præsens*, id probant: tantùm enim dicunt amitti dignitates nobiles seculares,vt Ducatum,Comitatum,vtpote quę per professum administrari nequeunt.Atque ita tenet Romanus *in singulari* 37. referens sic decisum esse in Rota magna lite orta:opponebatur enim religioso,qui dispensationē impetrarat,allegans esse nobilem,dispēsationem esse subreptitiam ex falsæ causæ narratione,quippe intendebatur eam nobilitatem amissam fuisse per professionem. Idem tenet Guillelmus Benedictus *c.Raynutius. verb.& vxorem nomine Adelasiam. in princ.num.*210.*& duplici sequenti.* & Rebuffus *de nominationibus q.12.n.*31. Et inde inferunt hi duo, dispensationem nō fore subreptitiam, si religiosus ille se nobilem esse alleget; quinimò fore subreptitiam, si impetrans beneficium per monachum nobilem possessum vltra annum,taceret possessoris nobilitatem,per *regulam* 32.*Cancellariæ.Item idem Dominus noster, vt improbis lites exquirentium motus.* Idem tenent multi, quos refert, & sequitur Tiraquel. *de nobilitate. c.* 26.*à n.*3.*vsque in finem.*Rosella *in summa.verb. Doctor. n.* 4. Immo licēt nobilitas accidentalis, & politica ex publico officio, aut seculari militia, vel administratione consurgens perdatur per religionis professionem, quippe professus hæc administrare nequit: at accidentalis, & politica, quæ in temporali administratione non versatur, vt ex gradu Doctoris consurgens, non deperditur per professionem, vt optimè tradit Guillelmus Benedictus ibidem. Ex quo ego infero, nec perdi nobilitatem accidentalem, quæ præterio comparata est in seculo. Atque hæc omnia verè intelligo, religiosus ille sit ordinis Minorum, quia quoad reputatur mortuus,sed quoad successiones.

14 Quintò deducitur, posse contraria consuetudine legitimè præscripta derogari huic iuri succedendi in professi bona; & sic derogatum est apud Gallos: & omnia professi bona pertinere ad propinquiores consanguineos,nisi ipse aliter disposuisset,testantur illā approbantes Berouius *q.de Haru.& vino Eremitarū. fol.* (habetur *tom.*13.*tractatuū.p.*2.)Boscheus *tractatu de nupt. lib.4.num.*37. (habetur *tom.9.tract.*) Guillelmus Benedictus

dictus *c. Raynutius. verb. & vxorem nomine Adelasiam in princip.à num.*200.*vsque ad* 225. Rebuffus *tomo 1. constitut. Regiæ in prooemio. glos.5.num.* 25.& 22. D. Anton. 3.*parte.tit.16.cap.1.§ vlt.vers.ingressi.* Couar. multos allegans, *de pactis.3.parte.§.2.numero 4. ad finem.* & *cap.1. fine. de testament.* Rojas *epitome successionum.cap.11. numero* 28. Arnaldus Ferrerius *in consuetudinibus Burdegalensibus. titul. de feudis.* §. 10. Azor *tomo 1. institut. moralium. lib.12. cap.* 8. *quæstione* 1. Et eandem consuetudinem approbat Alciatus *consil.56. num. 6.& 9.* ait enim, quamuis iure dubium sit, an statuta excludentia monachum à successione, sint valida, valere tamen si consuetudine sint confirmata. Eandem consuetudinem approbat Cestlus *de successione.* §. *successio ab intestato. quæstione 8. num.*3. Sed hæc consuetudo debet esse spatio quadraginta annorum præscripta: quod minori tempore non currat præscriptio contra Ecclesiam.sic D.Antonin. ibidem. Sed adhuc non valere tradunt Angelus *in summa. verb.religiosus.num.* 31. Syluester *verb.religio. 3.quæstione vltima.* Tabiena *verb.religio. quæstione* 34.*num.* 35. Surdus *de alimentis.tit.9.quæstione* 38.*num.* 6. Sed non est recedendum à communi sententia: quia cùm ius hoc succedendi solo iure humano competat, cui in vniuersum potest consuetudo derogare, non est cur in hoc euentu eam vim consuetudini legitimè præscriptæ negemus.

15 Immo in Hispania per *l.* 11.*tit.* 6.*libro* 3.*fori reg.* pertinent omnia bona ad filios, & consanguineos, exclusio monasterio. Sed ea vsu minimè seruatur, vt experientia ipsa constat, & testatur Gratianus *regul.* 456.*numero* 7.

16 Vtrum verò valeat pactum, quo ingrediens religionem excluditur à parentum successione, diximus suprà.

17 Maior difficultas est de statuto excludente monachos à successione. Triplex est opinio. Prima ait posse iure ciuili ex iusta causa auferri monasterijs potestatem succedendi. Ducitur, quia potestas hæc succedendi fuit iure ciuili concessa, vt probauimus numero 5.& notant Doctores *l.1.C. qui testamentum facere possunt.* Ergo potest eodem iure ciuili ex iusta causa auferri, quia tollere legem suam nemini interdicitur. Atque Paulus *authen.ausa numero* 5. *C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Salycetus *numero* 4 *quæstione* 5. & eius Additionator *verb. quia tollere.* relato Socino, tradunt valere statuta contra Ecclesiæ priuilegium, quando eduntur ab eo, qui priuilegium concesserat. Hanc sustinent Menchaca *de success.creatione libro* 3 §.21.*num.*179. Faber *in de sententiis Senatus Sabaudiæ. tomo* 1.*lib.*1. *tit.* 2. *de sacrosanct. Eccles. deficit.* 44. & *tit.* 3.*de Episcopis,& clericis.desinit.*50.

17 Secunda sententia sic distinguit: si statutum conditum sit his verbis, ingressi religionem, vel monachi non succedant, est irritum: secus si sic disponat, ingrediens religionem non succedat. Ducitur, quia prior casu statutum afficit iam effectos religiosos; at statutum laicorum iurisdictione caret ligandi religiosos, & quascumque personas ecclesiasticas: at in posteriori euentu afficit ante ingressum, quo tempore seculares sunt.Hanc sustinent Bart. *l. final.in 3.lectura.num.6. C.de pactis.* Baldus *l.Deo nobis.§. sic etiam. num.* 8. *C. de Episcop. & cleric.* Guillelmus Benedict. *cap. Raynutius. verb. & vxorem nomine Adelasiam.in princip. num.* 263. *de testament.* Montalbus *lib.5.fori. tit.5.l.10. verb. nia a home.* Menchaca *de success.creatione.lib.3.in l.si quando.§.illud.n.* 90.Ladertchius *cons.74.n.27. lib.*1. Eandem distinctionem cum quadam limitatione sequitur Paulus *ea l.Deo nobis.§.hoc etiam.n.*2. dicens eam esse veram quando statutum loqueretur de succedendi inhabilitate.Atque ita si dicat, vt ingredientes sint inhabiles ad succedendum, valeret: non autem si dicat, vt ingressus sit inhabilis. Si autem statutum loquatur de successione actuali disponens, vt ingrediens, vel ingressus non succedat, ait nullatenus valere, quia succedere, vel non succedere pendet ex futuro euentu, cùm defertur hæreditas; antea enim non dicitur quis succedere: at cùm deferatur hæreditas, iam est ille religiosus,& proinde incapax, vt statu seculari ligetur; inhabilitas autem confertur in tempus ingressus,& sic potest afficere illum, cùm incipit ingredi: adhuc enim est subditus, non autem postquam est ingressus. Eandem Bart.distinctionem sequitur Bald.*l.final.n.*14.*C. de pactis*, cum quadam limitatione,nempe,vt id statutum non valeat quoad legitimam: at quoad reliqua bona valeat, quando disponit de ingrediente,non autem quando de iam ingresso disponit.

18 Tertia,& verissima sententia reiectis duabus primis tanquā omnino falsis, asserit ad statutū vtrouis modo conceptum esse iniquum,& irritū,quia quibuscumque verbis concipiatur statutum, eius effectus dirigitur in tempus,quo ille est ingressus religionem,in eāque professus: nam vsque ad illud instans, quo verè professus est, non excluditur à successione,nec illius incapax redditur; hic autem est omnino exemptus à iurisdictione seculari: ergo nullatenus potest eo statuto seculari ligari. Et confirmatur, quia idem est aliquid fieri tempore inhabili, & eius effectum conferri in tempus inhabile. *l. quod spondet. C.de donat. ante nuptias.* Ergo quamuis statutum hoc fiat ante ingressum,& sic tempore habili,erit irritū, eo quod eius effectus confertur post ingressum, & in tempus inhabile. Secundò, quia leges ciuiles, quantumcumque clericis fauorabiles, expressam ipsorum mentionem facientes,ipsos non ligant,vt diximus,nedum quando sunt odiosæ, quales sunt excludentes ipsos à paterna successione.Tandem,quia ab omni veritate, & Christiana pietate alienum est,dicere priuilegia ab Imperatoribus concessa Ecclesiis,& ecclesiasticis personis posse ab ipsismet Imperatoribus auferri:nam ex quo illa concessēre, & ab ecclesiasticis acceptata sunt, extrent prorsus iurisdictione illa auferendi absque consensu Pontificis, tum quia, cùm iurisdictionem in ecclesiasticas personas non habeant, nequeunt potestatem habere auferendæ rei illis datæ, ab eisque acceptatæ: tum etiam, quia, vt optimè ait Bellarminus statim referendus,totus orbis,à quo Reges iurisdictionem acceperunt, in hac exceptione consensit, sāntque à Pontificibus approbatæ,vt optimè tradunt Bart. *l.priuilegia.num.* 3. *C. de sacrosanct. Eccles.* Couar. *quæst. præt. cap.* 31. *numero* 3. Ledesma 2. *part.* 4. *quæstione* 20.*art.*4. Bellarminus *in suis controuersiis.tom.* 1. *part.*2 *controuers.*5 *de membr. Ecclesiæ militantis. lib. de clerc. cap.* 18. *fine.* Molina *tom.* 1. *de iustit. disputatione* 31. *column.* 6. *vers.tertia vero pars.* Et ex his pater solutio ad rationem vtriusque sententiæ præcedentis. Et ideo hanc sententiam sustinent Dominicus *cap. quamuis pactum. num.* 10. *de pactis in* 6. Alciat. *authen.causa.num.* 8. *C. de sacrosanct. Eccles.*Salycetus *l.Deo nobis.§ etiam cognitum. n.* 4. *C. de Episcop. & cleric.*Ripa *l.1.§.si quis rogatus.el* 1. *num.* 19. *ff. ad Trebellian.* Romanus *l. final.numero* 31.& 32. *C. de pactis.* & ibi Iason *num.*16.Fulgosius *num.*11. Decius *numero* 28. Franciscus Aretinus *num.penult.* Gozadinus *num.*11.Curtius senior *num.*34.Purpuratus *num.*151.& 152. Bolognetus citatis Claudio, & Riminaldo *ibi, n.*105.Cagnolus *in antiqua edit.à nu.*178.*in nouà à n.*104. Alex.*l.stipulatio hoc modo concepta.n.*25.*ff. de verborum obligat.*& ibi Cumanus *num.*11.idem Decius *c.in præsentia.in nouà edit.n.*195.*de probat.*Felinus *n.*58. Ferretus *num.*51. Matheffillanus *singulari* 144. *nota mirabilem.* Paulus *cons.* 54. 4.*vol.*1.Ruinus *cons.*104.*n.*10.*vol.*1.Bartholomæus Socinus inter consilia Ruini,*cons.*105.*num.*2.& 6.*vol.*1. Felinus inter eadem consilia, *cons.*106. *num.*4. Parisius *cons.66.numero* 15. *volum.* 2. Roland. *cons.* 35.*numero* 26. *volum.* 3. Couar. alios referent *de pactis.3. part.* §.1. *numero* 4.*vers. illud sani.*Hondedeus multos alios referens *cons.*11.*numero* 14. *vol.*2. Burlatus *cons.*151.*num.* 69.*lib.*1. Bertazolus *cons.*55.*nu.*25. *vol.*1. Menochius alios referens *cons.*195.*n.*32.*vol.*2.& *de præsumpt.lib.*4. *præsum.* minimè

nu. 24. Cauallos alios referens *in suis qq. canonicis, quæst.* 42. *fin.* Crassus *de success.* §. *successio ab intest. nu.* 98. *n.* 5. Riminaldus *iunior cons.* 85. *n.* 26. *vol.* 1. Lælius Zecchius *de Reipub. ecclesiastica. tit. de regularibus n.* 5. *num.* 14. *ampliatione* 21. Manuel *quæst. regular. cons.* 2. *quæst.* 77. *art.* 3.

19 Valetet tamen lex ciuilis statuens masculos in successione præferendos fœminis, nec obstares, quamuis fœminæ aliquæ effictæ essent monales, adhuc enim ea lege ligarentur, & ipsæ postponerentur masculis. Ratio est, quia lex ciuilis generaliter ob bonum publicum edita, nec mentionem clericorum, aut religiosorum faciens, nec in illorum fauorem edita, ligat æquè illos, ac laicos, vt diximus supra. sed huiusmodi est hæc lex; ergo omnes ligat. Secundò, qui tum sæculares, quàm clerici ex iure ciuili ad succedendi habeat, & ex eodem iure legitimæ assigneentur, poterunt quidem per legem generaliter editam non facientem mentionem clericorum, priuari in aliqua parte iure successionis ante declaram hæreditatem. Et confirmatur, quia nemo dubitare poterit legem generalem legitimas filiorum minuentem afficere quoque clericos, & religiosos & ita alios allegans optimè sustinet Molina *lib.* 2. *de primog. c.* 10. *num.* 81. *cum* 82. atque idem optimè docet etiam Basta *de non melior. filii. c.* 14. *num.* 32. licentiam Principis ad instituendum maioratum ex legitimis filiorum religiosis eis legitimis alimentis, extendi quoque ad legitimas filiorum, qui tunc sunt clerici, aut religiosi. Quod si opponat communem Doctorum resolutionem esse, quos illi refert Molina *num.* 81. dicentium statutum excludens fœminas à successione parentum peoprie masculos, valere quoad fœminas, quæ tunc temporis sæculares sunt; locus quoad eas, quæ tunc sunt monales: Respondet bene Molina *eo num.* 81. ductim in hanc intelligendam esse de statuto inferiori Principis: si enim Principis suprem esset, omnes comprehenderet.

SVMMARIVM.

An monasterium succedat in bona professi tanquam hæres, & iure hæreditario? affirmat quædam sententia. n. 20.

Sententia authoris. n. 21. *&* 22.

An dominium, & possessio bonorum professi transferatur in monasterium absque traditione? n. 24.

Quid si bona transferantur absque persona; & generaliter in Ecclesiam transferantur hæc absque traditione? numero 24.

Quid si bona non transferantur accessorie, sed æquè principaliter in non alienam? referuntur quædam sententia. numero 25.

Sententia authoris. num. 26.

Quid si monasterium illi acquisitioni contradicat? n. 27.

Quid de bonis, in quæ religiosus post professionem succedit? num. 28.

An hæ possessio sit ciuilis vera, & fruatur omnibus possessionis veræ priuilegiis adipiscendæ recuperandæ, & retinendæ num. 29.

An hæc translatio bonorum indigeat insinuatione, si debitum summam superet? num. 30.

An indigeat facta à minore, authoritate curatoris, iuramento: & si sit rerum immobilium, decreto Iudicis? n. 31.

An indigeat ea authoritate, si fiat à prodigo, aut muto? numero 32.

An monasterium teneatur conficere inuentarium, & confecto teneatur vltra vires hæreditarias? n. 33.

Quid si petant legatarij ouorum descriptionem fieri; & quid in foro conscientiæ? n. 34.

20 QVÆSTIO secunda. Qualiter succedat monasterium in professi bona, & qualiter eorum acquirat dominium. Quidam censent monasterium succedere in omnia professi iure hæreditario, & cuiusdam successionis. Sic Gloss. *authen. si qua mulier. verb. competere, in fine. C. de sacros. Eccles.* Albericus *authen. ingressi. num.* 7. *fine. C. eodem tit.* Barbatius *c. in præsentia. n.* 125. *de probat.* Angelus *in summa. verb. monasterium n.* 4. Sylucster *verb. religio. §. q.* 2. Tabiena *verb. monachus q.* 1. *n.* 16.

21 Sed commune, & verissimum Doctorum placitum est, monasterium succedens in monachi bona non esse proprie hæredem, nec iure hæreditario illi succedere, sed iure cuiusdã acquisitionis naturalis, & accessoriæ personæ: Quippe eo ipso quod persona in monasterium transfertur, transeunt quoque accessoriè bona. Probatur ex *authen. ingressi. C. de sacros. Eccles.* ibi, *ipso ingressu se, suãque dedicat Deo.* Nam ipso ingressu est idẽ, quod ipso facto, quo ingreditur quis religionem: & ex §. *illud. authen. de monachis* ibi; *sequitur omnino personam*: quæ verba denotant ipso iure, & per quandam sequelam. Atque ita docet Innocentius *c. in præsentia. numero* 6. *de probat.* & ibi Anton. *numero* 28. Abb. *num.* 74. & 75. Bald. *n.* 14. Bellamera *num.* 25. Parisius *num.* 198. Beroius *numero* 555. Bart. *authen. ingressi. in* 2. *lectura n.* 57. & *authen. si qua mulier. numero* 15. *C. de sacros. Eccles.* Salycetus *ea authen. ingressi. num.* 8. *q.* 5. & *ea authen. si qua mulier. num.* 8. *q.* 7. Rosellus *d. authen. ingressi. numero* 25. & ibi Tapia *verb. ipso ingressu. in princ. numero* 4. Bertrandus *cons.* 127. *numero* 2. *vol.* 7. Rolandus *tractatu de confessione inuentarij. p.* 2. *quæst.* 12. *num.* 9. (habetur *tomo* 8. *tractatuum. p.* 3.) Crassus *de successione ab intestato. §. hæreditas. quæst.* 6. *num. vniuersa.* Menchaca *de success. creationis. lib.* 2. §. 5. *num.* 13. Gothofredus. *d. authen. si qua mulier. litera O.* Mendez *repetit. l. cum oportet. C. de bon. quæ liberis.*

22 Nec tamen hoc accipiendum de bonis habitis à monacho tempore ingressus, sed etiam de acquisitis postea; & quoad neutram hoc est differentia. Quippe eodem iure, id est, de voluntate illa vniuersali omnia acquirit. Sic Beroius *eo c. in præsentia. n.* 556. *fine.*

23 Quare in hoc est differentia inter monasterium, & veros hæredes, quod hi non sunt domini quousque hæreditatem adeant: nec vbi adierint, intelliguntur bona hæreditatis possidere, donec corporalem eorum possessionẽ fuerint adepti. *l. cum hæredes. ff. de acquir. possess.* illud verò cum primùm quis profitetur, acquirit non solùm dominium, sed & omnium bonorum eius possessionem, quia id est proprium successionis vniuersalis accessoriæ ad translationem personæ, vt contingit in bonis arrogati, quæ per arrogationem transferuntur cum persona in ipsum arrogantem. *l. si adoptatus. ff. de precario.* Atque ita tradunt Glossa *c. si qua mulier. verb. contractum. ad finem. 19. q.* 1. Cynus *authen. si qua mulier. ad finem. C. de sacros. Eccles.* & ibi Odofredus *n.* 21. & 10. Bellapertica *q.* 1. Bart. *n.* 17. *& authen. ingressi. in 1. lectura. n.* 12. *in* 2. *lectura n.* 28. & 59. & ibi Paulus *n.* 8. Decius *n.* 18. Salycetus *n.* 1. *oppo.* 3. Iason *n.* 28. Rosellus *n.* 21. Signorolus *n.* 14. Tapia multos referens *verb. ipso ingressu. in princip. n.* 2. & 4. Innoc. *c. in præsentia. nu.* 6. *de probat.* & ibi Ioan. Andr. *n.* 20. Anton. *n.* 28. Hostiens. *n.* 10. Abb. *n.* 74. Bald. *n.* 18. Anchar. *n.* vlt. Bellamera *n.* 25. Beroius *n.* 558. *fine.* Decius *in nouaedit. n.* 295. Arctinus *n.* 1. Parisius *n.* 198. Ferretus *n.* 15. Barbatius *n.* 5. & 125. Manries *n.* 5. Anchar. *c.* 2. *numero* 6. *de testament.* & ibi Imola *numero* 18. Ananias *numero* 1. & 12. idem Beroius *in suis quæst. q.* 70. *num.* 43. & *cons.* 9. *numero* 2. *vol.* 1. Bertrand. *cons.* 1. *vol.* 7. Natus *commen.* 2. *numero* 46. *de regul. iur.* Lopez *l.* 13. *tit.* 6. *p.* 6. *fol. n.* 2. 9. 2. Menchaca *lib.* 2. *de successione creationis. §.* 16. *numero* 13. Leonardus *lib.* 2. *de iust. c.* 41. *dub.* 10. *numero* 84. *fine.* Azor *tomo* 1. *instit. moral. lib.* 12. *c.* 8. *q. vlt.* Molina *tomo* 1. *de iust. disp.* 140. *vol.* 2. *ver. eo ipso quod quæ.* Manuel *quæst. regular. tom.* 2. *q.* 80. *art.* 2. Hondedous *n.* 94. *num.* 3. *vol.* 2.

24 Hoc temperatur; vt intelligatur quando bona transferuntur cum persona. Quippe, quatuis omnia bona donaret quispiã monasterio, illud non ingrediẽdo, minquè transfer

transferretur possessio absque traditione, & apprehensione, quia quantumcumque translatio sit vrilis, si non accedat persona, non trãsferrur dominium, neque possessio sine traditione, & apprehensione. *l. qui sibi hæred. vendidit.* & ibi Bald. expresè notat *C. de his, quæ à non domin. mancip.* & *l. qui tibi. C. de hæred. & alt. vend.* & est Gloss. communiter recepta ibi per Bart. & alios *l.* 1. *verbo, numerata. ff. pro dote.* Atque ita tradunt Paulus *d. authen. ingressi. n.* 9. & ibi Iason *n.* 40. & 41. & ibi Decius *num.* 18. & *cap. in præsentia. in noua edit. n.* 299. *de probat.* & ibi Parisius *num.* 201. Dixi autem non transferri possessionem absque traditione, quia dominium transferretur vtique, vt bene docet Paulus ibidem: id enim est generale Ecclesiæ priuilegium, vt in ipsam transferatur dominium absque traditione, vt tradunt communiter Doctores *l. finali. C. de sacrosanct. Eccles.* per illum textum.

25 Secundò temperatur, vt intelligendum sit quando bona transeunt in monasterium accessoriè cum persona. Quippe æquè principaliter transferuntur, vt quando quis dedicat se, & sua monasterio, non transfertur dominium, neque possessio absque traditione; quia sola huius translationis ratio est, eo quod translatio bonorum sit accessoria personæ, aliàs quantumuis titulus sit vniuersalis, non transeunt dominium, & possessio absque traditione, vt num. præcedenti probauimus. Secundò, quia expressa hominis prohibitio tollit prohibitionem legis iure aliquo speciali inductam. *l. final. C. de pactis conuent.* & planè tradunt Dynus & Bart. *l.* 1. §. *vnde quæritur. ff. de publica.* Vnde cùm iure speciali aduersùs omnes iuris regulas transferatur dominium, & possessio, translatis bonis iure ipso, & accessoriè ad personam, id indultum cessabit, quoties transferens personam sibi prouidit transferẽdo quoque expresè, & principaliter bona. Et ideo hanc partem tenet Iason *ea authent. ingressi. n.* 40. & 41. & in hanc partem inclinat Arctinus *cap. in præsentia. n.* 7. & 8. *de probat.* quamuis relinquat cogitandum, & dicat sine dubio contrarium in praxi amplectendum.

26 Sed quidquid sit de possessione, non est dubitandum de translatione dominij, vt bene aduertit Tapia *ea authent. ingressi. verb. ipso ingressu. in princ. n.* 12. quia (vt num. 25. probauimus) ex generali Ecclesiæ priuilegio transfertur dominium in monasterium absque traditione, etiam non translata persona, nedum translata, vt in hoc casu contingit. Immo & possessionem quoque transferri in hoc casu verius est: & ita sustinent Decius *d. authen. ingressi. n.* 18. & *d. c. in præsentia. in noua edit. n.* 297. & ibi Parisius *num.* 201. Mantua. *n.* 91. Quia illa expressa bonorum dedicatio fit, vt acquisitio sit efficacior, argum. *l. ea tamen adiectio. ff. de legat.* 3. Ar inducta ad augmentum, & fauorem monasterij, non debent operari diminutionem, & odium, aduersùs *l. quod fauore. C. de legibus.* & *regul. quod ob gratiam, de regulis iuris in* 6. Nec obstant in contrarium adducta. Non primum, quia cùm ea dedicatio non fiat, vt virtus taciræ dedicationis auferatur, sed ad illam augendam, & vt efficaciùs Ecclesiis consulatur, non debet minus operari, quàm tacita; & ideo dicendum est, eam virtutem inesse tam dedicationi tacitæ, & accessoriæ, quàm etiam expressæ, & principali facta ad virtutem illius augendam. Nec etiam obstat secundum, quia id procedit quando prouisio hominis tendit ad tollendam legis prouisionem, non autem quando tendit ad augendam.

27 Tertiò temperatur, nisi monasterium tempore professionis contradicat acquisitioni bonorum; tunc enim non statim acquiretur dominium: secus autem quando ex post facto contradicit; cùm enim iam tunc sint acquisita dominium, & possessio, nequit à se abdicare absque iuris solemnitate. Sic Paulus *ea authent. ingressi. num.* 9.

28 Vltimò limitatur, vt accipiendum sit de bonis, quæ religiosus tempore professionis habebat. Quippe alia bona, in quæ post professionem succedit, acquiruntur quoad solum dominium monasterio, dum non interuenit traditio, ob generale Ecclesiæ priuilegium, cuius meminimus numero 25. Atque ita docet Abbas *cap. in præsentia. num.* 74. *de probat.* & ibi Ancharanus *num. vltim.* Barbatius *num.* 125. Decius *in noua edizione. num.* 295. & *num. vltimo.*

29 Hæc autem possessio, cùm absque alio hominis facto à iure transferatur, appellatur ciuilissima, & ficta, non vera, vt bene docet Tiraquel. *tract. le mort saisit le viif.* 5. *p. declara n.* 1. & Tapia *ea authen. ingressi. in princ. n.* 18. & in ea habent locum omnia remedia possessoria adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ possessionis, vt cum Tiraquello docent Couar. *lib.* 3. *variarum. c.* 5. *n.* 6. Menochius *tract. de remed. recuperandæ possessionis. remedio* 1. *n.* 386. & 387. Tapia *eodem n.* 18. qui bene *n.* 19. cum Tiraquello, & Couar. ibidem addit hanc potiri omnibus veræ possessionis commodis, quæ sunt septuaginta tria, & ibi ea à *num.* 20. latè enumerat.

30 Nec hæc bonorum translatio excedens summam legitimam indiget insinuatione, cum non est mera donatio; sicut & mulieri integrum est omnia bona in dotem dare absque insinuatione. *l. nulla. C. de iure dotium.* Sic Albericus *ea authen. ingressi. num.* 10. *fine.* & ibi allegato Ricardo de Malumbe, Signorolus *n.* 31.

31 Nec etiam indiget facta à minori authoritate curatoris, nec aliquo Iudicis decreto. Quod alienatio hæc fiat in consequentiam personæ, atque iuris authoritate. Atque ita tradunt Lapus *allegat.* 25. *n.* 3. & ibi Mandosius *in addit. verb. accessoria.* Innocent. *cap. in præsentia. n.* 5. *de probat.* & ibi Hostiensis *n.* 8. Ioan. Andre. *n.* 15. Anton. *n.* 55. Anchar. *n.* 35. Abbas *n.* 10. & *n.* 54. Baldus *n.* 30. Bellamera *n.* 15. Decius *in noua edit. n.* 96. *notab.* 14. Aretinus *n.* 35. Ferretus *n.* 35. Boërius *n.* 149. Mantua. *n.* 21. Cynus *authen. ingressi. n.* 5. *q.* 5. *C. de sacros. Eccles.* & ibi Odofred. *n.* 4. Bellapertica *q.* 7. Bart. *in* 2. *lectura. n.* 48. Alberic. *n.* 19. Decius *n.* 7. Iason *n.* 6. & *l. finali. n.* 34. *C. de pactis.* Romanus *cons.* 394. *n.* 6. Rosella *verb. legat. n.* 17. Angelus *verb. minor. n.* 2. & ibi Sylucster *fine.* Tabiena *q.* 2. *n.* 3. Armilla *fine.* Francus *in suis quæst. in materia peculij. q.* 4. *num.* 7. & alios allegans Tapia *ea authen. ingressi. verb. suæ. c.* 5. *n.* 2. Iulius Clarus *lib.* 3 *receptarum. §. testamentum. q.* 28. *n.* 3. Caldas *l. si curatorem. verb. hunc contractum. q.* 28. *C. de in integrum restitutione.* Spino *speculi testamentorum. gloss.* 12. *principali. n.* 48. Mendez *repetit. l. cum oportet. 3. n.* 154. *C. de bonis, quæ liberis.* Ludouicus Lopez *lib.* 2. *de contractibus. c.* 39. *q.* 3. *notab.* 5. Nec est necessarium iuramentum ob eandem rationem, vt bene tradunt Imola *eo c. in præsentia. n.* 12. Beroius *n.* 95. Spino proximè allegatus.

32 Atque idem dicendum est de prodigo, cui bonorum administratio est interdicta assignato sibi curatore: alienat enim bona ingrediens religionem absque aliqua curatoris authoritate; quia eadem est ratio. Atque ita tradit Antonius *eo c. in præsentia. n.* 55. Abbas *n.* 54. Albericus *ea authen. ingressi. n.* 29. & ibi Iason *n.* 5. Signorolus *num.* 34. Tapia ibi alios allegans *verb. suæ. c.* 5. *n.* 12. Rosella *verb. leg. ea n.* 17. Angelus *verb. religiosus. n.* 55. Sylucster *verb. religio. 6. q.* 1. *diti.* 4. Tabiena *verb. religio. q.* 34. *n.* 55. Caldas *d. verb. hunc contractum. n.* 35. Iulius Clarus *eadem q.* 28. *n.* 3. Atque iure optimo idem docet Tapia *eodem c.* 5. *n.* 14. de muto: potest enim sic alienare, cùm possit nutibus, & facto ipso profiteri, sicut & matrimonium contrahere. *cap. cum apud, de sponsalibus.* quamuis de muto contrahere non minus bene dixerit Bartholomæus Socinus *cons.* 62. *n.* 7. *vol.* 1.

33 Eadem audiendi non sunt Albericus *d. authen. ingressi. n.* 7. Angel. *verb. monasterium. n.* 4. Tabiena *verb. monachus. q.* 1. *n.* 16. dicentes monasterium succedere iure hæreditario, ac proinde non confecto inuentario teneri in solidum ad omnia debita, & legata professi instar quorumcumque aliorum hæredum, posse tamen restitui, ipsum se inuenient instar minorum. Ac dicendum est minimè

minimè adstringi ad conficiendum inuentarium, ac subinde eo non confecto nullatenus teneri in solidum, nec vltra vires hæreditatis: quia cùm non succedat iure hereditario, non censetur cum creditoribus, & legatariis quasi contrahere. Atque ita tradunt Antonius *d.c. in præsentia.numero 28. fin.* & ibi Felinus *numero 41. fin.* Bartol. *authent. ingressi. in 2. lectura. numero 58.* & *authent. si qua mulier. num. 16. C. de sacrosanct. Eccles.* Baldus *l. final. 4. & 5. C. de iure deliberandi.* Bertrandus *cons. 127. n. 3. vol. 7.* Berrachinus de Epon. *4. p. num. 43.* (habetur *tom. 13. tractatuum. p. 2.*) Phanucius *tract. de inuentario. p. 7. n. 79.* (habetur *tom. 8. tractatuum. p. 2.*) Rolandus *de confectione inuentarij. 2. p. q. 12. à n. 6. vsque ad 7.* Menchaca *de success. creatione. lib. 2. §. 16. n. 33.* Crassus *de success. ab intestato. §. hæreditas. q. 6. fine.* Spino *speculi testament. glossa. 35. principali. num. 17.* Mendez *repetitione l. cum oportet. 3. p. n. 157. C. de bonis, quæ liberis.*

34 Quando tamen hæreditas aliqua defertur monacho, & adit monasterium, potest compelli à legatarijs facere inuentarium non sumptibus monasterij, sed perentium, quod ea confectio minimè monasterio nocent, & possit legatarijs prodesse, argum. *l. 1. §. item Varus. ff. de aqua plu. ibi: Qui fructus vobis prodesse potest, ipsi nihil nociturus est. hæc æquitas suggerit: ipsi iure strictio deseruamus.* Et ita dicit Bertrandus *cons. 168. n. 2. vol. 4.* Similiter tenebitur monasterium ad petitionem legatariorum, & creditorum pari bona professi defendi. Quippe id est generale in omnibus inuentarium facere non obligatis, vt alijs citatis tradit Molina *lib. 1. de primogen. c. 5. n. 14.* Imò & in foro conscientiæ tenebitur monasterium eam bonorum descriptionem facere quæ non est inuentarium, quando professus habet ascendentes, aut descendentes, aut alios, qui ex testamento ante professionem condito ei successuri sunt, aut creditores, quibus solueudum est, vt constent bona, in quæ illi successuri sunt, aut an extent bona ad satisfaciendum creditoribus, vt in simili de patre, qui bonorum aduentitiorum filij inuentarium facere non tenetur, tradit Molina Societatis IESV *tom. 1. de iust. disputat. 219. ad finem.*

SVMMARIVM.

An hæreditas delata monacho acquiratur immediatè monasterio absque monachi additione? referitur quædam sententia. n. 35.

Sententia authoris. n. 36.

An saltem ita sit necessaria licentia superioris ad acceptandam hæreditatem, & legatum, vt aliter sit irritum quod fit? numero 37.

An legatum, & fideicommissum relictum monacho acquiratur monasterio absque filio monachi: n. 38.

An monacho ignorante, aut contradicente, aut repudiante, integrum sit monasterio adire hæreditatem exclusis substitutis? referitur quædam sententia. n. 39.

Explicatur sententia authoris. Et monachus nunc seruo, nunc filio comparatur, prout monasterio fuerit vtilius. numero 40.

An possit monachus à Prælato ceps adire? n. 41.

An inuito monacho possit Prælatus repudiare, & ad id sit necessarius consensus monasterij? n. 42.

An monacho facto amente possit monasterium adire? numero 43.

An monacho mortuo post delatam hæreditatem, & nondum aditam, possit monasterium adire? referitur duplex sententia. n. 44. 45. & 46.

Explicatur sententia authoris. n. 47.

Quid si monachus illo tempore vota repudiaret? n. 48.

An esto neque at. monasterium adire, posse restitutione petita adire? referitur quædam sententia. n. 49.

Sententia authoris. n. 50.

Si monacho exhæredato, vel præterito possit monasterium querelam inofficiosi testamenti intentare, & testamentum rumpere? referitur quædam sententia. n. 51.

Sententia authoris. n. 52.

Qualiter quidquid acquirit monachus quomodocumque acquirat monasterio. n. 53.

An ob monachi hæresim perdat. monasterium bona, quæ illius occasione acquisierat? n. 54.

QVÆSTIO vltima. An hæreditas delata monacho acquiratur immediatè ipsi, ac proinde sit opus eius additione, an potius acquiratur immediatè monasterio, ac nulla monachi additione opus sit, sed solum monasterium possit adire? Quæstio hæc valde controuertitur inter Doctores iuris Cæsarei, & Pontificij: nam communis Doctorum iuris Cæsarei sententia est, cum aliquibus etiam iuris Pontificij, acquiri hæreditatem immediatè monacho, & mediante eius persona monasterio, ac subinde necessariam esse monachi additionem. Ducitur ex *l. finali. §. 1. C. de Episcop. & cler.* vbi deciditur, monachos tanquam suos hæredes succedere in omnem paternum substantiam, non obstante monastica professione: ergo hæreditas illa immediatè acquiritur monacho. Secundò, quia monachum carere propria voluntate tantùm arguit, eum indigere licentia, vt adire possit, non tamen arguit, eius consensum, & additionem non esse necessariam, quia Abbas nequit actum monachi personam repræsentiens exequi absque eius consensu. Et ideo hanc sententiam sustinent Aretinus *cap. in præsentia. num. 86. de probat.* & ibi Parisius *n. 205.* dicens in puncto iuris hanc partem esse veriorem, quamuis in iudicando, & consulendo non sit recedendum à contraria opinione, potissimùm in terris Ecclesiæ, & inter personas ecclesiasticas. Purpurarus *l. final. n. 171. C. de pactis.* Polytus *tractatu de substitutionib.* vbi de vulgari. *q. 4. principali. n. 47.* (habetur *tom. 8. tractatuum. p. 1.*) Gallius *in decisionibus Cameræ Imperialis. lib. 1. decis. 26. n. 258. & 259.* Andr. Fachineus *in controuersiis iuris. lib. 6. c. 16. vers. ego video.* Menchaca *de success. creationis. lib. 3. §. 21. n. 23.*

Quamuis autem hæc sententia sit probabilis, multo tamen probabilior est contraria dicens hæreditatem acquiri immediatè monasterio, ac proinde nulla opus esse monachi additione ad eam acquirendam. Ducitur, quod per professionem omnia iura monachi, omnisque eius voluntas translata sint in monasterium, ita vt nulla amplius voluntas monacho superest. *c. nolo. & c. non dicatis. 12. q. 1. c. si religiosus. de electione. in 6.* nec amplius sit monacho capacitas acquirendi. Ergo hæreditas illa non ei acquiritur, sed immediatè monasterio, in quod omnia sua iura transtulit. Nec obstat ratio prior contraria, quippe textus ille tantùm probat per professionem non amitti ius succedendi, nec iura suitatis: at ea non competunt monacho, sed immediatè monasterio, in quod per professionem translata sunt. Nec etiam obstat posterior ratio, quia monachum ita carere propria voluntate, propriòque iure, vt omnia illa in monasterium transtulerit, non tantùm arguit, illum non posse absque licentia adire, sed etiam illum iure adeundi carere, iùque soli monasterio competere. Et ideo hanc sententiam sustinent Innocentius *cap. in præsentia. numero 7. de probat.* & ibi Hostiensis *num. 11.* Ioannes Andre. *num. 23.* Antonius *num. 28.* Abbas *n. 76.* Anchar. *n. 18.* Ruinus *cons. 204. n. 12. vol. 1.* & ibi Felinus inter ea consilia Ruini, *cons. 206. ad fin.* Bartholomæus Socinus inter eadem consilia, *cons. 205. & l. de vulgari.* Berosius *c. Raynutius. n. 384. & 391. de testamentis.* & ibi Guillelmus Benedict. *verb. si absque liberis. el 1.* vbi de vulgari. *n. 81.* Vincentius Godemnus *additionibus ad Arretinum. d. c. in præsentia. n. 86. litera A.* Angelus *§. alienus. el 2. à n. 6. vsque ad 9. instit. de hæred. instit.* Bertrandus *cons. 68. n. 1. vol. 6.* Barbatius *cons. 19. vol. pecuds. vers. sed ipse. vol. 3.* Conar. *c. 1. n. 21. de testament.* Vincentius de Franchis *decis. Neapolitana 40. n. 2.* Beccius *cons. 74. n. 13. vol. 1.* Petrus Caballus *cons. 175. n. 2. vol. 1.* Spino *speculi. testamentorum. glos. 12. principali. n. 17. & duplici sequenti.*

Tapia

Tapia *auth. ingressi. verb. ipsi ingressu. in princ. n. 94. C. de sacrosanct. Eccles.* Antonius Cucus *lib. 3. instit. maiorum. au. 1. n. 104. & duplici sequenti.* Hondedeus *cons. 94. n. 17. vol. 1.* Christophorus de Paz *in leges stylij. l. 6. scholio vnico. n. 16.* Emmanuel Sà *summa. verb. religio. n. 17.* Molina *tom. 1. de iust. disput. 140. col. 8. vers. non solum bona.* Manuel *quæst. regular. tom. 2. q. 77. art. 1.* Graffus *2. p. decis. lib. 3. c. 19. num. 74.* & tandem Iulius Clarus *lib. 3. receptarum. §. testamentum. quæstione 30. fin.* dicit non erraturum Iudicem in foro canonico iudicantem sequendo hanc opinionem, nec etiam erraturum iudicantem in foro ciuili sequentem contrariam.

37 Siue tamen priorem, siue posteriorem sententiam amplectamur, est necessariò dicendum indigere religiosum licentia superioris ad adeundam, vel repudiandam hæreditatem, quia caret velle, & nolle. Atque ita docent in vtraque sententia necessariò dicendum Bertrandus *cons. 68. n. 1. vol. 6.* Imola *c. Raynutius. num. 71. de testamentis.* Andr. Fachineus *in controuersiis iuris. lib. 6. cap. 16. vers. ego video.* Et hanc licentiam esse necessariam tradunt etiam Parisius *l. 1. num. 111. ff. de vulgari.* Decisio Capellæ Tholosanæ *226. num. vnico.* Molina, & Manuel num. præcedenti allegati. Quinimò aditio hæreditatis absque licentia superioris facta à monacho est irrita, vt bene docet Collectarius, quem refert, & sequitur Nauar. *commentar. 2. num. 65. fine. de regularibus.* Leonard. *lib. 2. de instit. cap. 41. dubio 11. num. 87.* Secus, & bene ait Nauarr. de acceptatione legati absque licentia: valida enim est. Quibus ego addo, nec repudiationem hæreditatis valere absque ea licentia: & ratio est, quia contractus vtilis monasterio factus à monacho prodest monasterio ratificante: at contractus, qui nociuus esse potest, non valet, vt bene tradunt Abbas *cap. quanto. num. 5. de officio ordinarij.* & Nauarr. proximè allegatus; at per additionem, & repudiationem hæreditatis potest præiudicari monasterio, vt bene perpendit Imola *eo. num. 71.* at legati acceptatio nequit esse monasterio noxia, & ideo illius acceptatio sine licentia est irrita, huius autem valida.

38 Similiter etiam legatum, & fideicommissum relictum monacho, est certum in vtraque sententia sine facto ipsius acquiri monasterio, quia hoc additione aliqua non indiget; & ita asserit esse certum Parisius *c. in præsentia. n. 206. fine. de probat.* Guillelmus Benedictus *c. Raynutius. verb. si absque liberis. el 2.* vbi de vulgari. *num. 82. fin. de testament.*

39 Ex his deducitur primò solutio eius quæstionis, an monacho ignorante, aut contradicente integrum sit monasterio adire hæreditatem: Quidam censent id non integrum esse monasterio, sed necessariam esse monachi additionem; atque ideo eo nolente adire, non posse acquiri hæreditatem monasterio, sed tum temporis præferri substitutum, & alios hæredes monasterio. Ducuntur primò, quia hæreditas non acquiritur immediatè monasterio, sed mediante monachi persona. Secundò, quia monachus quoad acquisitionem non comparatur filiofamilias: hic enim non in omnibus acquirit patri, sed in castrensi, & quasi castrensi acquirit sibi; in aduentitijs autem solum vsumfructum patri comparat, retenta sibi proprietate: monachus autem omnia plenè acquirit monasterio, nihilo sibi retento, & ideo æquiparatur seruo, qui omnia domino adipiscitur. Sed hæreditas seruo delata non acquiritur absque eius consensu domino. *l. 3. C. de hæredib. instit.* ergo neque hæreditas delata monacho, absque eius consensu acquireretur monasterio. Atque ideo hanc sententiam sustinent Speculator *tit. de status monachorum. §. vnico. num. 12. quæst. 8.* Angelus *l. 2. §. substituere. num. 4. ff. de vulgari.* Iacobus de arena *l. final. num. 3. C. de Episcopis, & cler.* Fulgosius *ibi. §. hoc etiam controuersum. num. 3. & l. cum proponas. num. 3. C. de hæred. inst. & l. si seruus in princ. num. 3. ff. de vsufructu.* Aretinus *cap. in præsentia. num. 89. & 90. de probat.* & ibi Felinus *num. 55. quæst. 9.* Menchaca *de success. creationis. lib. 3. §. 21. num. 25.* Peregrinus *cons. 53. num. 13. vol. 2.* & alij quos Doctores hi referunt.

Cæterum contraria sententia est multò probabilior, 40
affectens integrum esse monasterio adire hæreditatem monacho delatam, quantumuis monachus ignorer, aut contradicat, aut repudiet, atque adeò adiens tunc monasterium succedere seclusis substituto, & alijs hæredibus. Ducor primò, quia monasterio defertur immediatè hæreditas illa, quamuis ex monachi persona, atque ideo solius monasterij est illam adire, vel repudiare, vt probauimus num. 37. Ergo potest id efficere ignorante, vel inuito monacho. Secundò probatur supponendo hoc fundamentum; quamuis monachus nunc seruo, nunc filiofamilias quoad bonorum acquisitionem comparetur, & valde controuertatur inter Doctores vtri eorum comparandus sit: at frequentissima sententia admittit in hac æquiparatione spectandam esse maiorem monasterij vtilitatem; atque ideo si vtilius illi sit æquiparari monachum seruo, æquiparabitur illi, secus si vtilius sit æquiparari filio. Quod docent Bartholomæus Socinus *l. 1. §. per seruum. el 1. num. 11. ff. de acquir. possess.* Alex. *l. in princ. n. 23. ff. de vulgari.* Corneus *l. cum proponas. num. 12. C. de hæred. inst.* Berosius *c. in præsentia. n. 558. de probat.* & *c. Raynutius. n. 383. ad finem. vers. ad. 2. ipse. de testam.* & ibi Guillelmus Benedict. *verb. si absque liberis. el 2.* vbi de vulgari. *n. 86.* Felinus *c. parochianos. n. 7. de sent. excom.* Barbatius *d. c. in præsentia. n. 7. & 8.* Lambertinus *de iure patronatus. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 10. n. penult.* Vantius *de nullitatib.* vbi de nullitate ratione inhabilitatis personæ. *n. 48.* (habetur *tomo 8. tract.*) Caldas *de nominat. emphyteut. q. 6. n. 1.* Menchaca *de success. creationis. lib. 3. §. 21. n. 250.* Graffus *2. p. decis. lib. 3. c. 19. n. 74.* Riminald. iunior *cons. 364. n. 20. & 21. vol. 4.* Tapia *auth. ingressi. verb. sua. c. 1. n. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* Molina *tom. 1. de iustit. disputat. 140. colum. 8. vers. non solum bona.* Cauallos alios allegans *in suis communibus. quæstione 446. num. 20.* Christophorus de Paz *in leges stylij. c. 6. scholio vnico. num. 17.* Et ratio est, quia monachum nunc seruo, nunc filio comparare, est inductum in monasterij fauorem: ergo ea æquiparatio capienda est, quæ ipsi vtilior fuerit, ne quod in ipsius fauorem est, retorqueatur in damnum, contra *l. quod fauore. C. de legibus. & reg. quod ob gratiam. de regulis iuris, in 6.* Ex qua ratione collige, quando monasterio nocuerit vtriuis monachum æquiparari, neutri comparandum esse, ne in ipsius fauorem introductum retorqueatur in damnum. Ex hoc ergo fundamento sic probatur nostra sententia. Monachus æquiparatur filio, aut seruo, prout monasterio fuerit vtilius: ergo comparabitur seruo in hoc, vt omnia quoad proprietatem, & vsumfructum acquirat monasterio, sicut seruus domino; non autem in hoc comparabitur filio, qui in castrensibus, vel quasi, nihil acquirit patri; in aduentitijs autem solum vsumfructum: comparabitur autem filiofamilias quoad acquirendi modum. Quia sicut hæreditas filio delata potest eo ignorante, & inuito acceptari à patre. *l. vltim. in princip. C. de bonis, qui liberis.* ita monasterium ignorante, & contradicente religioso poterit hæreditatem delatam adire. Huiusmodi enim comparatio est vtilior monasterio. Et confirmatur, quia ideo institutum est filio recusante integrum esse patri adire, quod iniquum visum fuit legislatori, per repudiationem filij parentibus subiecti impediri ius, & emolumentum paternum; cùm tamen ea ratio iniri possit, vt patre adeunte nullum damnum filius sentiat. Quæ ratio æquè militat in monacho, qui cùm plenè Abbati subdatur, non debet sua repudiatione impedire monasterij commodum, cùm ipse nullum damnum passurus sit ex ea acceptatione; quia monasterium acceptans tenetur creditoribus, & legatariis, instar patris adeuntis hæreditatem filij. Tandem, quia cùm monachus ut monasterij pars, in ipsumque suam voluntatem transtulerit,

tuleritſi monaſterium adierit, cenſetur ipſe adiiſſe ratione habita maioris partis, & communis conſilij, ac voluntatis monachorum. Et ex his patet ſolutio ad cõtrarias rationes. Et ideo hanc ſententiam ſuſtinent Bart. *l.1 in princ.n.21.& 22.fine. ff. de vulgari.* & ibi Bartholomæus Socinus *n.22.fine.* Alex. *n.23.* Ripa *num.151.* Imola *num.6.* Iaſon *num. 43.* Alciatus *num. 83.* Pariſius *num.113.* Cynus *l. vltima.num.6.C.de Epiſc.& cleric.* & ibi Albericus *num.6.* & ibi Salycetus §. *hoc etiam cognitum. num.4.* Bald. *addit. ad Speculatorem. tit. de ſtatu monachorum.* §. *vnic. ad finem. verſ. ſi hæreditas deferatur*; & idemmet Baldus dicens hanc eſſe veram de æquitate canonica, ſecus de iure ciuili. *eadem l. final.* §. *hoc autem cognitum. num.7.* idem Bartholom. Socinus *l. filiofamilias. num.5. ff. de cond.& demonſtr.* Ioann. Andr. *c. in præſentia. num. 23. de probation.* & ibi Anton. *numero 28.* Anchar. *num.18.* Bellamera *num.17.* Beroius *num. 538.* & *c. Raynutius. num. 384. & duplici ſequenti. & 390. de teſtament.* & ibi Ananias *num. 51.* & ibi Guillelmus Benedictus *verb. ſi abſque liberis. el 2.* vbi de vulgari. *num. 81. & 86.* Corneus *l. cum non ſolum.num.10. C. de bonis, quæ liberis.* quamuis enim *num. 9.* aſſeuerer contrariam eſſe veritatem, ait tamen *num.10.* hanc eſſe benigniorem, & communiorem ſequendam. Paulus *l. ex repudiatione. num.2. ff. de fideicommiſſ.* idem Alex. *l. ſi quis mihi.* §. *ſeruos. n.3. ff. de acquir. hæred. & l. legatum. num. 2. ff. de legat. 1.* & *l. 1.* §. *per ſeruum. num. 13. ff. de acquir. poſſeſſ.* Romanus *l. ſi qui hæres.* §. *neque filius.nu.11. ff. de acquir.hæred.* Ruinus *conſ. 204. nu.10. vol.1.* Felinus inter eadem conſilia, *conſ.106. fine.* Angelus §. *alienus. el 2. num. 10. inſtit. de hæred. inſtituend.& inſt.de vulgari. in princ.nu.36.* Vdalricus Zazius *de ſubſtitu. c.1.num.10.* (habetur *tomo 8. tractatuum.p.1.*) Baldus de Vbaldis *de ſubſtitutionib.* vbi de vulgari. *num. 14.* (habetur *eodem tom.*) Angelus de Gambaleonibus *de teſtament. gloſſ.84. num. 8.* (habetur *eodem tom.*) Rolandinus *de teſtament. rubr. 25.num. 18.* (habetur *eodem tom.*) Nicolaus de Vbaldis *de ſucceſſ. ab intellato.* vbi de ſucceſſ. regularium. *p.2.num.4.* (habetur *eodem tom.*) Polytus *tractatu de ſubſtitut.* vbi de vulgari. *queſt.4. principali, num. 50.* (habetur *eodem tom.*) Redoanus *de ſpoliis eccleſiaſt. queſt.8. in princ. num. 62.* (habetur *tomo 14. tract.*) Bertrandus dicens fortè ita eſſe *conſ.168.num.1. fine.vol.4.* Greg. Lopez *l.1.gloſſ. penult. tit.6.p.6.* Thomas Calanchus *repetit.l.1.nu.37.ff.de vulgari.* Deciſio Capellæ Tholoſanæ *226. num. 2.& 3.* Villalobos *in ſuis communibus opinionibus. litera M.verb. monachus. num. 187.* Vincentius de Franchis *deciſ. 40. Neapolitan. fine.* Hondedeus *conſ.94. num.18.vol. 1.* Anton. Cucus *lib.3. inſt. moral. tom. 1. num.408.* Gama *deciſ. 308.* in cauſa monaſterij. *num.1.* Riminaldus iunior *conſ.141.num.27.vol.3.* Caualcanus *deciſ.1. num. 50. p. 3.* Tapia *d. auth. ingreſſi.verb. ipſo ingreſſu. in princ.num.94.* Beneuentus *lib.de mercatura. tract. de adiectis.p.3.num.38.* Spino *ſpecul. teſtament. gloſſ. 12. principali.num.19.& 20* Lælius Zecchius *de Repub. eccleſiaſt. tit. de regular. cap.3 num.14. ampliat.9.* Molina *tomo 1. de iuſt. diſp.140. col.84 verſ. non ſolum bona.* Manuel *queſt. regular. tomo 2. q. 77. art.1.* Leonardus *lib.2. de inſt.c.41. dub.11. num.87.* Emmanuel Sà *ſumma. verb.religio.num.27.* Graſſis *2. p. deciſ. lib.1.c.19.num.74.*

41 Siue tamen priorem, ſiue poſteriorem ſententiam ſequamur, integrum eſt monaſterio pœnis compellere monachum ad illam hæreditatem adeundam, ſicut teſt alia monaſterio vtilia illi præcipere compell Atque ita fatetur Speculator *tit. de ſtatu mona am* §. *vnico.num.12.9.8.* Fulgoſ. *l. final.* §. *hoc etiam co tum. num.3. C. de Epiſcop. & cleric.* Villalobos *in ſuis commun. littera M. verb. monachus. num. 187.* Spino *ſpecul. teſtament. gloſ. 12. principali.num.19.* Quod immerito reprobat Tapia *d. authen. ingreſſi.verb.ipſo ingreſſu.in princ.nu.* 4. dicens inutilem fore coactionem, cùm ſolus Abbas poſſit adire. Cæterum dicendum eſt eſſe vtiliſſimum, gratiâ vitandi lites, quæ ſuboriri poſſunt ex diuerſitate opinionum relata, an ſit neceſſaria ipſa monachi aditio, vt acquirat monaſterium.

Secundò deducitur, integrum quoque eſſe Abbati 42
repudiare hæreditatem monacho delatam, ipſo inuito. Sicut enim in adeundo non pendet à voluntate monachi, ita nec in repudiando. Atque ita docent Alex. aliis citatis *l.1. in princ. num.24. ff.de vulgari.* Cynus *l. finali. num.7.C.de Epiſcop.& cler.* & ibi Iacobus de arena *nu.4.* Salycetus *ibi.* §. *hoc etiam cognitum. num. 3.* Felinus *c. in præſentia. num.57. q.10. de probat.* Guillelmus Benedict. *c. Raynutius. verb. ſi abſque liberis. el 2.* vbi de vulgari. *num.86.* Caualcanus *deciſ. 1. num.52. p. 3.* Vtrùm autem exigatur conſenſus monaſterij ad hanc repudiationem, an ſat ſit ſolius Prælati, diximus ſuprà.

Tertiò deducitur, monacho facto amente aute hæ- 43
reditatis delationem, poſſe monaſterium eam delatam adire. Ita docet Bald. *l.final.* §. *hoc etiam.n.7.C.de Epiſcop. & cleric.* Idque probat, quia etſi ſit peculiare dubium in hæreditate delata, in qua filius non eſt ſuus hæres, quia lex non defert ei pleno iure, niſi ad ſanam mentem reuertatur. *l. fin. ff. de curatore furioſi*: at ſicut ibi poteſt adire per curatorem; ſic in hoc caſu per monaſterium. Sed adhuc poteſt probari retenta noſtra ſententia explicata num. 37. dicente immediatè deferri monaſterio, nulla monachi aditione petita.

Quartò deducitur, quid in ea quæſtione dicendum 44
ſit, an monacho mortuo poſt delatam, nondum tamen aditam hæreditatem, ſit integrum monaſterio illam adire, an potiùs præferatur illi ſubſtitutus, & alij hæredes? Quidam dicunt id non eſſe integrum monaſterio, ſed præferri ſubſtitutum, & alios hæredes. Ducuntur, quia eſto in hac acquiſitione æquiparetur monachus filiofamilias, vt diximus numero 41. in 2. ratione, eo quod id eſt ſuo monaſterio vtilius: at per filium non tranſmittitur hæreditas nondum adita, niſi ſuorum aſcendentium, vel niſi infans ſit. *l. ſi infanti. C.de iure delib.* Quod ſi velis eum comparari ſeruo, nequit ſeruo mortuo dominus adire. *l.3. C.de hæred. inſt.* Si eſt ergo ſpeciale in hæreditate aſcendentium, erit in contrarium ius commune in aliorum. Secundò, quia in tantum hæreditas defertur monaſterio nomine monachi, in quantum monachus non habet velle, ſed eius velle eſt monaſterij. At hoc durat monacho ſuperſtite, ac vita eius finitur voluntas. *c. ſi gratioſè, de reſcriptis. in 6.* Et ideo hanc ſentẽtiam ſuſtinet Bart. *l.ſi poteſt.24.n.13. ff.de acquir.hæred.* & *l.1.in princ. num.23.& 24. ff. de vulgari.* & ibi Ripa *num. 154.* & Bartholom. Socinus *ibi. num.24.* cum quibuſdam limitationibus num. ſequenti referendis, dicens in puncto iuris eſſe hoc verius, & contrarium obtinendum in practica tanquam communius. Cynus *l. fin. num. 8. C. de Epiſcop. & cleric.* & ibi Albericus *num.7.* & ibi Fulgoſius §. *hoc etiam cognitum. num.2.* Salycetus *eodem* § *num.3.* Aretinus *c. in præſentia. num. 95. de probat.* & ibi Bellamera *num. 28.* & in hanc partem inclinat Bald. §. *hoc etiam cognitum. numero 6.* quamuis indeciſam relinquat. Thomas Calanchus *in repetit. l.1. num.37. ff. de vulgari.* Menchaca *de ſucceſſ. creationis. lib.3.* §. *12.num.251.* & hanc partem dicit ſeruandam in terris Imperij; ſecus in terris Eccleſiæ. Angelus *inſtitut. de vulgari in princ.num.37.*

Hanc ſententiam temperant Doctores, niſi ſit hære- 45
dentium, illam quippe tranſmittet in monaſterium monachus obiens ante aditionem. Sic Bart. *ca l.1. in princ. num.24.* Cynus, Bald. Socinus, Albericus, Iacobus de arena, Fulgoſ. Salycetus, & Bellamera allegati num. preced. Bertrandus *conſ.79.ad fin.vol.4.* Aretinus *eo capite præſentia. numero 92.& 93.* limitans quando eſt hæreditas aſcendentium ex linea paterna. Nam *num.94.* potiùs inclinat in eam partem, vt ſecus ſit in hæreditate aſcendentium ex linea materna. Quamuis in hoc caſu dubitet Angelus *eadem l.1.verb.ſubſtituere.numero 4.*

Alij

46 Alij ſic diſtinguunt. Si monachus ignorauit hæreditatem ſibi delatam, nil monaſterio nocet; ſi eo viuente adita non fit. Quia etſi ex *l. quoniam ſi orem. C. de iure deliber.* certum ſit in hoc euentu hæreditatem non aditam minimè tranſmitti ad hæredes: at monaſterium non habet ius ad eam iure tranſmiſſionis, ſed eam petit tanquam ſibi acquiſitam monacho viuente; cùm enim omnia monachi iura ſint tranſlata in monaſterium, eſt quoque tranſlatum ius acquiſitum monacho in hæreditatem ſibi viuenti delatam. Si verò ſciuit, & ante aditionem obiit anno nondum elapſo, habet monaſterium tempus annale ad adeundum, iuxta *l. cum antiquitus. C. de iure deliberandi.* Si verò anno elapſo, excluditur monaſterium. Hanc ſententiam ſuſtinet Andre. Fachineus *in ſuis controuerſiis iuris lib.6.c.18.verſ. eſto ad propoſitum.* Et eam limitationem, vt, ſi intra annum ſciens delationem hæreditatis, nec adiens deceſſit, detur annus deliberandi monaſterio, vt poſſit adire, tenet etiam Bartholom. Socinus *l.1.n.24.ff.de vulgari.* addens etiam nec nocere monaſterio religioſum nõ adiiſſe, quando malitioſè neglexit adire, quia tunc talis negligentia habetur pro repudiatione, & ſic poterit monaſterium adire, quaſi nolente monacho.

47 At multo probabilius eſt, poſſe monaſterium eam hæreditatẽ adire mortuo monacho, ac ita excludi ſubſtitutum, ac alios hæredes. Ducor, quia monaſterium non intuitur iure tranſmiſſionis, ſed eo quod monachus profeſſione ipſa omnem ſuam voluntatem, & omnia ſua iura in monaſterium tranſtulit, adeò quòd ex tunc non ſibi, ſed monaſterio defertur, immediatè hæreditas, nec ius adeundi ſibi, ſed monaſterio competit, vt num.37. probauimus: ergo ius hoc monaſterio iam quæſitum non extinguitur monachi morte. Quare in hoc caſu nec filiofamilias, nec ſeruo æquiparatur monachus quoad acquiſitionem, quia (vt num.41. diximus) in hac æquiparatione attenditur ſolus monaſterij fauor; at vtriuis æquiparetur in hoc caſu, cedet in monaſterij damnum. Nec obſtat monachi voluntatem ceſſare per eius mortem, quia ante eius mortem eſt delata monaſterio hæreditas, & ius hoc adeundi acquiſitum. Et ex hoc ſoluuntur contrariorum rationes. Et ideo hanc ſententiam ſuſtinent Alexand. *l.1.in princ.num.26. fine. ff. de vulgari.* & ibi Alciatus *n.95.* Imola *n.6.* Ioan. Andre. *cap.in præſentia. num.23.de probat.* & ibi Anton. *num.28.* Anchar. *n.18.* Abbas *n.77.* Beroius *n.559.* Felinus *n. 57. q. 10.* Vincentius Godeminus *ibi.addit.ad Aretinum.n.86.littera A.* Angelus §. *alienus.el 2.n.11.inſt. de hæred. inſtituend.* idem Beroius *c. Raynutius.n.391.de teſtamentis.* & ibi Ananias *n. 52.* & ibi Guillelmus Benedictus *verb. ſi abſque liberis mortuus.el 2.* vbi de vulgari. *n.91.* Nicolaus de Vbaldis *de ſucceſſ.regular.p.2.n.5.* (habetur 8 *tomo tractatuum.p.1.*) Rolandinus *de teſtam.rubr.25.n.19.fine.* (habetur *eodem tom.*) Angelus de Gambaleonibus *de teſtam.gloſ.84. n.7.* (habetur *eodem tom.*) Redoanus *de ſpoliis eccleſiaſt.q.8.in princ. n.63.* (habetur *tomo 14.tract.*) Couarr. *2.1.n.21 de teſtament.* Petrus Caballus *conſ.175.n.1.vol. 1.* Spino *ſpecul. teſtam. gloſſ.12.princ.pli.n.17.& duplici ſequenti.* Antonius Cucus *lib.3.inſt.moral.tit.1.n.107.& 108.* Caualcanus *deciſ. 1.n. 50.p.3.* Lælius Zecchius *de Repub. eccleſiaſt.tit. de regular. c.3.n.14.ampliat.9.* Tapia *authen.ingreſſi.verb. ipſo ingreſſu. in princ.n.96.C. de ſacroſ. Eccleſ.* Chriſtophorus de Paz *in leges ſtyli l.6.ſcholio vnico. num. 14.* Molina *tomo 1. de iuſtitia.diſputatione 149. columna 8. verſ. non ſolum bona.* Manuel *queſt.regularis.tomo 2.queſtione 77.art.1.* Leonardus *libro 2.de inſtitut.cap. 41. dub.11.num. 87.* Emmanuel Sà *ſumma.verb. religio.numero 27.* Atque ex his Doctoribus explicant idem eſſe ſiue hæreditas illa ſit aſcendentium, ſiue cuiuſuis extranei, quod probat ratio, cui hæc ſententia innititur, Antonius, Ioannes Andreas, Imola, Beroius, Angelus, Guillelmus Benedictus, Couar. Nicolaus de Vbaldis, Rolandinus, Angelus de Gambaleonibus, Redoanus *numero 64.* & quamuis cæteri id non explicent, idem clarè ſentiunt, cùm indiſtinctè loquantur.

Nec audiendus eſt Imola *l.1.num.6.ff.de vulgari.* hoc 48
temperans, dummodo hæreditas illa non ſit repudiata à monacho adhuc ſuperſtite. Quippe dicendum eſt nil refertre hanc repudiationem, vt bene ait Beroius *cap.Raynutius.num.391. de teſtament.* quia ea repudiatio nil officit iuri monaſterij, & prorſus irrita eſt, vt diximus num.37. & 38.

Sed ſupereſt difficultas, an ampleſtendo primam 49
opinionem, vt monacho ante aditam hæreditatem mortuo, nequeat monaſterium adire, competat monaſterio remedium reſtitutionis petendæ, vt ſic hæreditatem illam via reſtitutionis adipiſcatur? Aretinus *cap.in præſentia.num.vltim.de probat.* dicit dubium ſibi eſſe hoc remedium: quod textus *l.Panthenius.ff. de acquir.hæredit.* cui contrarij innituntur, loquitur caſu, quo hæredi inerat ante mortem iuſta aliqua non adeundi cauſa, vt minor ætas, vel abſentia, quæ in hoc euentu non reperitur. Secundò, quia læſio lucri ceſſantis dicitur fortuna contigiſſe per mortem monachi ante aditionem: damnum autem hoc caſu, & fortuna contingens non præber huius reſtitutionis ius. *l. verum.* § *ſciendum. ff. de minoribus.* Idem reſtitutionis remedium negat in hoc caſu Conarr. *cap.1. numero 1. verſ. quod veler. de teſtament.* quamuis illud admittat caſu, quo delata, & non adita hæreditate tranſit monachus ad aliud monaſterium.

Cæterùm verius eſt, id remedium reſtitutionis in 50
integrum competere monaſterio, argum. *d.l.Panthenius.* cum ibi notatis. *ff.de acquir.hæred.* quia in hac aditionis omiſſione non conſideratur ſola monachi defuncti perſona, qui debebat adire, ſed etiam negligentia Abbatis, qui monachum coacturus erat adire, & aditioni conſenſum præſtiturus. Quare monaſterium tanquam læſum ex Prælati omiſſione fungetur vice minoris, & inſtar Eccleſiæ, & peret ſe reſtitui, iuxta notata *cap.1.de in integrum reſtitutione. in 6.* Quare cùm hæc læſio non conſurtexerit ex ſola monachi morte, ſed etiam ex Abbatis negligentia, non dicitur caſu contigiſſe. Ex his patet ad contraria. Et ideo hanc partem ſuſtinent Albericus *l. final. numero 7.C.de Epiſcop.& cler.* & ibi Cynus *numero 8.* Iacobus de arena *num. 4.* & ibi Fulgoſ. *ibi. hoc etiam num. 3.* Bartholomæus Socinus *l.1.num.26 ait.de vulgari.* Bertrandus *conſ.79.ad fin.volum. 4.* Bellamera *cap.in præſentia.numero 28.de probat.* Caualcanus *deciſ.1. num.51. part. 3.* Fachineus *in controuerſiis iuris ciuilis. lib.6. cap.18.verſ. ego ad propoſitum.* bene addens etiam reſtitutionis petitionem debere eſſe intra quadriennium, vt expreſsè diſponitur *eodem c.1.*

Tandem dubitatur, an monacho exhæredato, aut 51
præterito à parentibus, integrum ſit monaſterio querelam inofficioſi teſtamenti intentare, & teſtamentum rumpere? Angulus *l.Papinianus.8. in princip.numero 2.* & ibi Paulus *numero 2.* Fulgoſ. *numero 3.& 4.* Bald. Iaſon, Salycetus, quos refert, & ſequitur Petra *addictione ad Segurani l.coheredi.* §. *cum filia.num.71. ff.de vulgari.* Gregorius Lopez *l.13.verb.no puede.nu.13.p.5.* aiunt monachum exhæredato non cõpetere contra eius voluntatem monaſterio querelã inofficioſi teſtamẽti, quia ait monaſterium comparatur filio, & non habet hanc querelam, quia filio exhæredato pater caret iure huius querelæ: ſimilio filio, vt expreſsè deciditur *ea l.Pabinianus.8.in pri.* eisque redditur ibi ratio, quod patri non inferatur iniuria, ſed filio: ant cõparatur ſeruo, & tunc fortius eſt dicendum idem, quia querela tendit ad ſuccedendum ab intetato. Quare ſicut ad acquirendam hæreditatem media perſona ſerui, exigitur eius ſerui conſenſus *l.cum proponat.C.de hæredib. inſtitu.* ita in ſua querela huius intentandæ, quod eſt præparatorium ad eam ſucceſſion

eundem consensum. Quippe quidquid iuris est in præparato quoad hoc, vt cui conceditur, vel denegatur præparatio, denegetur etiam, vel concedatur præparatorium, est etiam in præparatorio. *l. ad rem nobilem. ff. de procuratoribus.*

52 Sed iure optimo aliqui Doctores, quos tacito nomine refert Angulus ibidem, opinati sunt hoc ius querelæ, & rumpendi testamenti competere monasterio. Quia omnia monachi iura sunt penitus in monasterium translata, & eodem modo illi insunt, quo monacho competebant: nec hæreditas tum monacho, sed monasterio immediatè defertur, vt probauimus num. 22. & 37. Nec obstat fundamentum contrarium, quia, vt diximus numero 48. quando alteruti comparari monasterium esset in ipsius damnum, neutri comparatur.

53 Demum ex omnibus dictis duo inferuntur. Prius est, non sola bona, quæ religiosus ante professionem habebat, de quibus nondum disposuerat, cedere religioni capaci succedendi professione emissa, sed etiam quæ postea acquirit, siue illa suis operis, & industria, siue donatione, siue hæreditaria successione, aut legato, aut quocumque alio modo acquirat, quod constat ex *cap. Abbatis. 18. quæst. 2.* quod omnes fatentur. Quid autem quando religio est incapax, dicemus infrà. Et in Societate IESV dicemus etiam infrà. Aduertit tamen hanc Molina *tomo 3. de iust. disputat. 140. colum. 8. vers. non solum bona.* non hoc ita accipiendum, quasi religiosus professus incapax quicquam sibi acquirat, & id postea in monasterium transeat: est enim professus incapax quicquam sibi acquirendi; sed ita vt ratione, & nomine illius professi omnia ea monasterium immediatè acquirat. Quare quod monialis fornicando acquisiuit, tenetur reddere monasterio, non secus ac comparata manuum labore, vt optimè docet Molina *tomo 1. de iustitia. disputatione 94. columna 9. vers. verum vero.* vbi bene addit, si quid illi esset promissum, ac debitum ob fornicationem, & nondum solutum, non illi, sed monasterio esse reddendum, quando periculum est fore, vt ipsa non reddat monasterio.

54 Posterius est, monacho incidente in hæresim, minimè amittere monasterium bona delata ipsi monacho; quippe ea non ipsi, sed monasterio acquiruntur, vt bene docet Spino *glossa 12. principali. n. 25.*

CAPVT XIII.

Qualiter filiifamilias professi peculium siue castrense, siue quasi castrense, siue aduentitium, siue profectitium transeat in monasterium.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sint. n. 1.
Quid sit vsus, & quid vsusfructus, & quotuplex sit vsus. num. 2.
Quotuplex sit vsus, & vsusfructus. n. 3.
Vsusfructus quot modis acquiratur. n. 4.
Quot modis extinguitur vsusfructus, & an morte domini proprietatis, an filiæ vsufructuarij: Et vsusfructus est seruitus personalis, & quamdiu constituatur pro aliquo, vel suo hærede, vel transferatur ex domini consensu, non est idem vsusfructus, sed nouus constituitur in alia persona, ed quam transit. Et vsusfructus relictus cuiusdi, aut monasterio quanto tempore duret; & quando non in totum vsusfructus, vel quando plures sunt vsufructuarij, vno illum perdente redeat vsus ad proprietatem n. 5.
Vsusfructus legatus, donec Titius ad vigesimumquintum annum peruenerit, vel ad sanam mentem redierit, vel vxorem duxerit an extinguatur morte Titij ante illam ætatem, vel ante redditum ad sanam mentem, vel ante nuptias? Et quid de vsufructu legato vxori, si vidualiter vixerit, & si transierit ad secundas nuptias Titio, an ea definita ante eum transitum, sit Titij? n. 6.
An vsusfructus legatus Titio decennio, & postea Sempronio, debeatur statim Sempronio, si Titius ante id decennium obiiat? n. 7.
An vsusfructus relictus vxori, si casti, & vidualiter vixerit, & post eius mortem Titio, debeatur Titio vxore nubente, nec expectanda sit eius mors? n. 8.
An vsusfructus ad certum tempus constitutus finiatur morte vsufructuarij ante id tempus contingente? refertur quædam sententia. n. 9.
Explicatur sententia authoris, & an legata alimenta ad quinquennium, extinguantur morte antea contingenti? & textus l. vxori. 35. ff. de vsufructu legato. n. 10.
Quid differt inter vsumfructum, & commodatum eius? refertur quædam sententia. n. 11.
Explicatur sententia authoris. n. 12.
An vsusfructus, aut alio ad eum alienari possit? referuntur duæ sententiæ. n. 13. & 14.
Explicatur sententia authoris, & respondetur contrariis. numero 15.
An possit vsusfructus locari, aut hypothecæ subiici? numero 16.
An vendita proprietate per vsufructuarium, vel ipse vsufructus, censeatur venditus sola commoditas, vt actus valeat, & quando censeatur ius vsufructus venditum, & sic non valeat venditio, aut cessio? n. 17.
Commodatum vsufructus in alium transiens, an expiret morte transferentis, an potius eius in quem transferitur? numero 18.
Quid si vsusfructus transferatur de consensu domini proprietatis, siue prius illi traditus sit, siue solam actionem ad illum habuerit, an pereat morte cedentis, an filiæ cessionarij? numero 19.
An vsufructuarius vendens, vel transferens vsumfructum, amittat eo ipso illum? refertur duplex sententia. num. 20. & 21.
Explicatur sententia authoris. n. 22.

PLENVS huius disputationis intellectus petit aliquantulum naturæ vsusfructus, atque peculij à clericis acquisiti declarationem, vt inde constet, qualiter vsusfructus à monacho ante professionem acquisitus possit ad monasterium pertinere, & quale peculium sit acquisitum à monacho ante professionem: id enim ex acquisito à clerico indagandum est. Et ideo quintuplex quæstio pertractanda est. Prima, de vsusfructus translatione in alium. Secunda, de qualitate peculij acquisiti à clerico. Tertia, de translatione peculij filiifamilias in monasterium tam quoad proprietatem, quàm quoad vsumfructum. Quarta, de vsufructu quocumque præter paternum competente monacho ante professionem, vel post professionem ei relicto, qualiter transire possit in monasterium. Vltima, de peculio paterno in aduentitia filij bona, an per professionem patris amittatur, an potius transeat in monasterium? 1

QVÆSTIO prima. An vsusfructus ita vsufructuarij personæ inhæreat, vt transferri in alium minimè possit, & eo ipso quod transfertur, extinguatur penitus? 2

In re quædam breuiter supponenda sunt, & deinde ad difficultates progressum faciemus. Est ergo supponendum, vsumfructum sic definiri *in l. 1. ff. de vsufructu, & quemadmodum quis eo vtatur. & institut. eodem tit. in principio.* Est ius vtendi, & fruendi aliena re, salua illius substantia. Quare in hoc distinguitur ab vsu: vsus enim est, vt *instit. de vsu, & habitatione, in principio,* ius dumtaxat vtendi aliena re, salua

salua eius substantia. Est enim duplex vsus; quidam facti, qui est ipse vtendi actus, vt equitatio dicitur vsus equi: alter autem iuris, qui est ius vtendi, perseuerantque cessante illo vsu. Quæuis autè vsus, & vsusfructus conueniant in hoc, quod sint ius vtendi re aliena, discrepant tamen, quod vsus sit ius vtendi illa, non autem fruendi: quare ille, cui conceditur vsus, non plus habet, quàm id, quod opus est, vt neque desit aliquid, neque abundet ad vitæ necessaria pro cuiuscumque dignitate; & ita nec licet ei vsum vendere, nec locare, nec gratis transferre in alium. *inst. de vsu, & habitatione, in princ. l. plenum. 12. §. 1. ff. de vsu, & habitatione. & l. 1. & 2. ff. eodem tit. l. si alij. 42. ff. de vsufructu. l. regia 10. & 21. tit. 15. parte 3.* Vsusfructus autem importat non solùm ius vtendi re, sed etiam fruendi illa: quare amplectitur quidquid emolumenti ex re illa percipi potest. Quare habens vsumfructum potest fructibus illis in quoscumque vsus, & in quacumque quantitate vti, & illos omnino alienare. Quam differentiam aliis citatis optimè tradit Castillo *lib. 1. de vsufructu. cap. 28.* & multis sequentibus.

3 Est autem duplex vsus, & duplex vsusfructus: quidam est causalis, quidam autem formalis. Causalis est, quia in ipsomet rei dominio est, nempe ius vtendi, & fruendi re, quod illius dominus habet in illa. Dicitur autem causalis, quod dominium rei sit illius causa. Alter autem est formalis, qui nempe est in aliena persona, & sic separatus à rei dominio. Quam distinctionem tradunt multi quos refert, & sequitur Barbosa textus elegans *l. vsusfruct. 38. num. 1. ff. soluto matrimonio.* & latissimè Castillo *libro 1. de vsufructu. 100 cap. 1.* eam defendit contra nonnullos eam impugnantes. Vsusfructus autem causalis non dicitur propriè vsusfructus, sed sic tantùm propriè appellatur vsusfructus formalis.

4 Hic autem vsusfructus formalis duobus modis in genere constituitur, nempe lege, aut priuata hominis dispositione; ille dicitur legalis, qualis est, qui legibus conceditur patri in aduentitia filij bona: hic autem dicitur conuentionalis, quamuis non semper conuentione, seu pacto, sed interdum vltima voluntate, dotatione, venditione, permutatione, aut alio contractu constituatur. Sic habetur *inst. de vsufructu. §. vsusfructus.*

5 Finitur etiam hic formalis vsusfructus diuersis modis, sed qui ad rem præsentem faciunt, sunt duo. Prior est, quando ad certum tempus constituitur, & illud elapsum est. Posterior, quando vsufructuarius naturaliter moritur; tunc enim extinguitur vsusfructus, & redit ad proprietatis dominum. *§. fin. instit. de vsufructu.* Quare, vt vsusfructus finiatur, non attenditur mors domini proprietatis, sed solùs vsufructuarij mors, vt expressè deciditur *l. si patri. 3. C. de vsufructu.* Cuius ratio est, quod vsusfructus sit seruitus personalis. *l. 1. ff. de vsu, & vsufructu.* Et ob id eius duratio non pendet à vita domini rei, sed à sola vsufructuarij vita, qua extincta, extinguitur quoque vsusfructus. Atque adeò est personalis vsusfructus, vt si ille concedatur alicui pro se, & pro suo hærede, extinguetur morte prioris vsufructuarij, & ratione stipulationis constituetur nouus vsusfructus in persona hæredis. *l. stipulatio ista. §. sed etsi quis. ff. de verborum obligat. & l. quæ vsumfructum. 45. §. 1. ff. de vsufructu.* Similiter si dominus proprietatis consentiat vsumfructum in alium transferri, vt potest iuxta textum *l. vsufructu. 38. ff. soluto matrimonio.* non idem vsusfructus videbitur translatus, sed potius nouus constituetur in persona illius, in quem voluntate domini translatus est. Quippe fingitur prior translatus à domino, & breui manu per dominum constitutus de nouo in cessionarij persona. Quare non amplius pendet ex vita personæ transferentis, in cuius persona est per translationem extinctus, sed ex sola vita cessionarij, cuius morte extinguitur; vt hæc omnia citatis Bartolo, & aliis tradit Barbosa *d. l. vsufruct. nu. 1.* & Anton. Gomez *tom. 2. variarum. cap. 15. num. 15.* Pinel. *l. 1. part. 3. num. 40. vers. sed dic mater. C. de bonis maternis.* Quod si vsusfructus alicui monasterio, Ecclesiæ, aut communitati relinquatur sine temporis præfinitione, durat centum annis, quia is finis est vitæ longæ hominis. Atque ita deciditur *l. an vsufructus. ff. de vsufructu. & l. regia 26. tit. 31. parte 3.* Quod autem diximus redire vsumfructum extinctum ad dominum proprietatis, intelligitur, si totus vsusfructus extinctus sit, vt constat ex *§. final. ad fin. instit. de vsufructu,* ibi. *Cum autem finitus fuerit totus vsusfructus, reuertitur ad proprietatem.* vbi Glossa finalis ab omnibus recepta ait; *totus, si pro parte.* Et quando duo sunt vsufructuarij simul, vno perdente vsumfructum, accrescit alteri, vt expressè habetur *l. 1. §. penult. ff. de vsufructu accrescendi*; quod accrescendi ius quando locum habeat, est latè videndus Castillo *de vsufructu. lib. 1. 100 cap. 48.*

Est tamen maximè obseruandum sæpe primo aspectu videri tempus aliquod appositum, quo transactò extinguatur vsusfructus, cùm tamen re vera ita non sit: quare sunt maximè spectanda verba, verbi gratiâ, si legetur vsusfructus alicui, donec Titius ad vigesimumquintum annum peruenerit, indicaret quispiam Titio mortuo ante eam ætatem statim extingui vsumfructum, quasi conditio expleri non possit, & sic extinguendo illi vsufructui appositum sit tempus vitæ Titij ante vigesimumquintum annum decedentis, aut si ad illud accesserit ea ætas. Similiter iudicaret quispiam legatum relictum alicui, donec Titius furens ad sanam mentem redierit, vel donec Titia nubat, extingui morte Titij ad sanam mentem non restituti, vel Titia nondum in matrimonium collocata, quasi iam conditio impleri nequeat, & sic tempus intendo vsufructui designatum transierit; sed in neutro casu finiri vsumfructum, at in priori expectandum esse tempus, quod decerat ad vigesimumquintum annum explendum, in posteriori autem totum vitæ vsufructuarij tempus, vt cesset vsusfructus, est certissimum: quia vtrumque expressè diffinitur *l. ambiguitatem. 10. C. de vsufructu.* & prioris casus redditur in textu ratio his verbis, *neque enim ad vitam hominis respexit, sed ad certa curiosula.* Vnde, vt optimè tradunt Paulus *ibi. numero 2.* & ibi Salycetus *numero 1. fin. nomb. 2.* hæc verba (donec Titius peruenerit ad talem ætatem) non constituunt conditionem extinguentem per Titij mortem, nec etiam conditionem suspendentem. Posterioris autem casus reddit rationem ille textus his verbis; *Cum enim possibile erat, vsque ad omne vitæ tempus vsufructuarij non ad mentem venire furentem, vel conditionem impleri, humanissimum est ad vitam eorum vsufructum extendi. Quia secundum etenim si decesserit vsufructuarius ante impletam conditionem, vel furorem finitum extinguitur vsusfructus: sic humanum est extendi eum in vsufructuarij vitam, nisi antea decesserit furiosus, vel alia conditio deficerit.* Vbi Paulus *numero 6.* opponit videri contrarium, cùm terminus furoris sit mors, & sic videatur defecta conditio. Et respondet, sicut post mortem nemo est furiosus, ita & tunc neminem esse sanæ mentis; atque ita non existere conditionem directè contratam legato, sed extitisse conditionem nil ad legatum conferentem. At huic decisioni videtur obstare *l. vxori. 35. ff. de vsufructu legato.* sed huic satisfiet numero 10. Quare optimè Gallisto *de verborum significatione. lib. 9. cap. 14. per totum,* & Castillo *lib. 1. de vsufructu. cap. 62. numero 11.* defendunt. Iustus Alciatus, vsumfructum relictum vxori si viduata permanserit, & si ad secundas nuptias transiret, Titio deberi Titio vxore defuncta ante transitum ad secundas nuptias: quod probat prædictus iudicatus ambiguitatem decisio. 7 at maneret

eundem consensum. Quippe quidquid iuris est in præparato quoad hoc, vt cui conceditur, vel denegatur præparatio, denegetur etiam, vel concedatur præparatorium, est etiam in præparatorio. *l. ad rem nobilem. ff. de procuratoribus.*

52 Sed iure optimo aliqui Doctores, quos tacito nomine refert Angulus ibidem, opinati sunt hoc ius querelæ, & rumpendi testamenti competere monasterio. Quia omnia monachi iura sunt penitus in monasterium translata, & eodem modo illi insunt, quo monacho competebant: nec hæreditas tum monacho, sed monasterio immediatè defertur, vt probauimus num. 22. & 37. Nec obstat fundamentum contrarium, quia, vt diximus numero 48. quando alteruti comparari monasterium esset in ipsius damnum, neutri comparatur.

53 Demum ex omnibus dictis duo inferuntur. Prius est, non sola bona, quæ religiosus ante professionem habebat, de quibus nondum disposuerat, cedere religioni capaci succedendi professione emissa, sed etiam quæ postea acquirit, siue illa suis operis, & industria, siue donatione, siue hæreditaria successione, aut legato, aut quocumque alio modo acquirat, quod constat ex *cap. Abbatis. 18. quæst. 2.* quod omnes fatentur. Quid autem quando religio est incapax, dicemus infrà. Et in Societate IESV dicemus etiam infrà. Aduertit tamen hanc Molina *tomo 3. de iust. disputat. 140. colum. 8. vers. non solum bona.* non hoc ita accipiendum, quasi religiosus professus incapax quicquam sibi acquirat, & id postea in monasterium transeat: est enim professus incapax quicquam sibi acquirendi; sed ita vt ratione, & nomine illius professi omnia ea monasterium immediatè acquirat. Quare quod monialis fornicando acquisiuit, tenetur reddere monasterio, non secus ac comparata manuum labore, vt optimè docet Molina *tomo 1. de iustitia. disputatione 94. columna 9. vers. verum vero.* vbi bene addit, si quid illi esset promissum, ac debitum ob fornicationem, & nondum solutum, non illi, sed monasterio esse reddendum, quando periculum est fore, vt ipsa non reddat monasterio.

54 Posterius est, monacho incidente in hæresim, minimè amittere monasterium bona delata ipsi monacho; quippe ea non ipsi, sed monasterio acquiruntur, vt bene docet Spino *glossa 12. principali. n. 25.*

CAPVT XIII.

Qualiter filiifamilias professi peculium siue castrense, siue quasi castrense, siue aduentitium, siue profectitium transeat in monasterium.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sint. n. 1.
Quid sit vsus, & quid vsusfructus, & quotuplex sit vsus. num. 2.
Quotuplex sit vsus, & vsusfructus. n. 3.
Vsusfructus quot modis acquiratur. n. 4.
Quot modis extinguitur vsusfructus, & an morte domini proprietatis, an filiæ vsufructuarij: Et vsusfructus est seruitus personalis, & quamdiu constituatur pro aliquo, vel suo hærede, vel transferatur ex domini consensu, non est idem vsusfructus, sed nouus constituitur in alia persona, ed quam transit. Et vsusfructus relictus cuiusdi, aut monasterio quanto tempore duret; & quando non in totum vsusfructus, vel quando plures sunt vsufructuarij, vno illum perdente redeat vsus ad proprietatem n. 5.
Vsusfructus legatus, donec Titius ad vigesimumquintum annum peruenerit, vel ad sanam mentem redierit, vel vxorem duxerit an extinguatur morte Titij ante illam ætatem, vel ante redditum ad sanam mentem, vel ante nuptias? Et quid de vsufructu legato vxori, si vidualiter vixerit, & si transierit ad secundas nuptias Titio, an ea definita ante eum transitum, sit Titij? n. 6.
An vsusfructus legatus Titio decennio, & postea Sempronio, debeatur statim Sempronio, si Titius ante id decennium obiiat? n. 7.
An vsusfructus relictus vxori, si casti, & vidualiter vixerit, & post eius mortem Titio, debeatur Titio vxore nubente, nec expectanda sit eius mors? n. 8.
An vsusfructus ad certum tempus constitutus finiatur morte vsufructuarij ante id tempus contingente? refertur quædam sententia. n. 9.
Explicatur sententia authoris, & an legata alimenta ad quinquennium, extinguantur morte antea contingenti? & textus l. vxori. 35. ff. de vsufructu legato. n. 10.
Quid differt inter vsumfructum, & commodatum eius? refertur quædam sententia. n. 11.
Explicatur sententia authoris. n. 12.
An vsusfructus, aut alio ad eum alienari possit? referuntur duæ sententiæ. n. 13. & 14.
Explicatur sententia authoris, & respondetur contrariis. numero 15.
An possit vsusfructus locari, aut hypothecæ subiici? numero 16.
An vendita proprietate per vsufructuarium, vel ipse vsufructus, censeatur venditus sola commoditas, vt actus valeat, & quando censeatur ius vsufructus venditum, & sic non valeat venditio, aut cessio? n. 17.
Commodatum vsufructus in alium transiens, an expiret morte transferentis, an potius eius in quem transferitur? numero 18.
Quid si vsusfructus transferatur de consensu domini proprietatis, siue prius illi traditus sit, siue solam actionem ad illum habuerit, an pereat morte cedentis, an filiæ cessionarij? numero 19.
An vsufructuarius vendens, vel transferens vsumfructum, amittat eo ipso illum? refertur duplex sententia. num. 20. & 21.
Explicatur sententia authoris. n. 22.

PLENVS huius disputationis intellectus petit aliquantulum naturæ vsusfructus, atque peculij à clericis acquisiti declarationem, vt inde constet, qualiter vsusfructus à monacho ante professionem acquisitus possit ad monasterium pertinere, & quale peculium sit acquisitum à monacho ante professionem: id enim ex acquisito à clerico indagandum est. Et ideo quintuplex quæstio pertractanda est. Prima, de vsusfructus translatione in alium. Secunda, de qualitate peculij acquisiti à clerico. Tertia, de translatione peculij filiifamilias in monasterium tam quoad proprietatem, quàm quoad vsumfructum. Quarta, de vsufructu quocumque præter paternum competente monacho ante professionem, vel post professionem ei relicto, qualiter transire possit in monasterium. Vltima, de peculio paterno in aduentitia filij bona, an per professionem patris amittatur, an potius transeat in monasterium? 1

QVÆSTIO prima. An vsusfructus ita vsufructuarij personæ inhæreat, vt transferri in alium minimè possit, & eo ipso quod transfertur, extinguatur penitus? 2

In re quædam breuiter supponenda sunt, & deinde ad difficultates progressum faciemus. Est ergo supponendum, vsumfructum sic definiri *in l. 1. ff. de vsufructu, & quemadmodum quis eo vtatur. & institut. eodem tit. in principio.* Est ius vtendi, & fruendi aliena re, salua illius substantia. Quare in hoc distinguitur ab vsu: vsus enim est, vt *instit. de vsu, & habitatione, in principio,* ius dumtaxat vtendi aliena re, salua

salua eius substantia. Est enim duplex vsus; quidam facti, qui est ipse vtendi actus, vt equitatio dicitur vsus equi: alter autem iuris, qui est ius vtendi, perseuerantque cessante illo vsu. Quæuis autè vsus, & vsusfructus conueniant in hoc, quod sint ius vtendi re aliena, discrepant tamen, quod vsus sit ius vtendi illa, non autem fruendi: quare ille, cui conceditur vsus, non plus habet, quàm id, quod opus est, vt neque desit aliquid, neque abundet ad vitæ necessaria pro cuiuscumque dignitate; & ita nec licet ei vsum vendere, nec locare, nec gratis transferre in alium. *inst. de vsu, & habitatione, in princ. l. plenum. 12. §. 1. ff. de vsu, & habitatione. & l. 1. & 2. ff. eodem tit. l. si alij. 42. ff. de vsufructu. l. regia 10. & 21. tit. 15. parte 3.* Vsusfructus autem importat non solùm ius vtendi re, sed etiam fruendi illa: quare amplectitur quidquid emolumenti ex re illa percipi potest. Quare habens vsumfructum potest fructibus illis in quoscumque vsus, & in quacumque quantitate vti, & illos omnino alienare. Quam differentiam aliis citatis optimè tradit Castillo *lib. 1. de vsufructu. cap. 28.* & multis sequentibus.

3 Est autem duplex vsus, & duplex vsusfructus: quidam est causalis, quidam autem formalis. Causalis est, quia in ipsomet rei dominio est, nempe ius vtendi, & fruendi re, quod illius dominus habet in illa. Dicitur autem causalis, quod dominium rei sit illius causa. Alter autem est formalis, qui nempe est in aliena persona, & sic separatus à rei dominio. Quam distinctionem tradunt multi quos refert, & sequitur Barbosa textus elegans *l. vsusfruct. 38. num. 1. ff. soluto matrimonio.* & latissimè Castillo *libro 1. de vsufructu. 100 cap. 1.* eam defendit contra nonnullos eam impugnantes. Vsusfructus autem causalis non dicitur propriè vsusfructus, sed sic tantùm propriè appellatur vsusfructus formalis.

4 Hic autem vsusfructus formalis duobus modis in genere constituitur, nempe lege, aut priuata hominis dispositione; ille dicitur legalis, qualis est, qui legibus conceditur patri in aduentitia filij bona: hic autem dicitur conuentionalis, quamuis non semper conuentione, seu pacto, sed interdum vltima voluntate, dotatione, venditione, permutatione, aut alio contractu constituatur. Sic habetur *inst. de vsufructu. §. vsusfructus.*

5 Finitur etiam hic formalis vsusfructus diuersis modis, sed qui ad rem præsentem faciunt, sunt duo. Prior est, quando ad certum tempus constituitur, & illud elapsum est. Posterior, quando vsufructuarius naturaliter moritur; tunc enim extinguitur vsusfructus, & redit ad proprietatis dominum. *§. fin. instit. de vsufructu.* Quare, vt vsusfructus finiatur, non attenditur mors domini proprietatis, sed solùs vsufructuarij mors, vt expressè deciditur *l. si patri. 3. C. de vsufructu.* Cuius ratio est, quod vsusfructus sit seruitus personalis. *l. 1. ff. de vsu, & vsufructu.* Et ob id eius duratio non pendet à vita domini rei, sed à sola vsufructuarij vita, qua extincta, extinguitur quoque vsusfructus. Atque adeò est personalis vsusfructus, vt si ille concedatur alicui pro se, & pro suo hærede, extinguetur morte prioris vsufructuarij, & ratione stipulationis constituetur nouus vsusfructus in persona hæredis. *l. stipulatio ista. §. sed etsi quis. ff. de verborum obligat. & l. quæ vsumfructum. 45. §. 1. ff. de vsufructu.* Similiter si dominus proprietatis consentiat vsumfructum in alium transferri, vt potest iuxta textum *l. vsufructu. 38. ff. soluto matrimonio.* non idem vsusfructus videbitur translatus, sed potius nouus constituetur in persona illius, in quem voluntate domini translatus est. Quippe fingitur prior translatus à domino, & breui manu per dominum constitutus de nouo in cessionarij persona. Quare non amplius pendet ex vita personæ transferentis, in cuius persona est per translationem extinctus, sed ex sola vita cessionarij, cuius morte extinguitur; vt hæc omnia citatis Bartolo, & aliis tradit Barbosa *d. l. vsufruct. nu. 1.* & Anton. Gomez *tom. 2. variarum. cap. 15. num. 15.* Pinel. *l. 1. part. 3. num. 40. vers. sed dic mater. C. de bonis maternis.* Quod si vsusfructus alicui monasterio, Ecclesiæ, aut communitati relinquatur sine temporis præfinitione, durat centum annis, quia is finis est vitæ longæ hominis. Atque ita deciditur *l. an vsufructus. ff. de vsufructu. & l. regia 26. tit. 31. parte 3.* Quod autem diximus redire vsumfructum extinctum ad dominum proprietatis, intelligitur, si totus vsusfructus extinctus sit, vt constat ex *§. final. ad fin. instit. de vsufructu,* ibi. *Cum autem finitus fuerit totus vsusfructus, reuertitur ad proprietatem.* vbi Glossa finalis ab omnibus recepta ait; *totus, si pro parte.* Et quando duo sunt vsufructuarij simul, vno perdente vsumfructum, accrescit alteri, vt expressè habetur *l. 1. §. penult. ff. de vsufructu accrescendi*; quod accrescendi ius quando locum habeat, est latè videndus Castillo *de vsufructu. lib. 1. 100 cap. 48.*

Est tamen maximè obseruandum sæpe primo aspectu videri tempus aliquod appositum, quo transactò extinguatur vsusfructus, cùm tamen re vera ita non sit: quare sunt maximè spectanda verba, verbi gratiâ, si legetur vsusfructus alicui, donec Titius ad vigesimumquintum annum peruenerit, indicaret quispiam Titio mortuo ante eam ætatem statim extingui vsumfructum, quasi conditio expleri non possit, & sic extinguendo illi vsufructui appositum sit tempus vitæ Titij ante vigesimumquintum annum decedentis, aut si ad illud accesserit ea ætas. Similiter iudicaret quispiam legatum relictum alicui, donec Titius furens ad sanam mentem redierit, vel donec Titia nubat, extingui morte Titij ad sanam mentem non restituti, vel Titia nondum in matrimonium collocata, quasi iam conditio impleri nequeat, & sic tempus intendo vsufructui designatum transierit; sed in neutro casu finiri vsumfructum, at in priori expectandum esse tempus, quod decerat ad vigesimumquintum annum explendum, in posteriori autem totum vitæ vsufructuarij tempus, vt cesset vsusfructus, est certissimum: quia vtrumque expressè diffinitur *l. ambiguitatem. 10. C. de vsufructu.* & prioris casus redditur in textu ratio his verbis, *neque enim ad vitam hominis respexit, sed ad certa curiosula.* Vnde, vt optimè tradunt Paulus *ibi. numero 2.* & ibi Salycetus *numero 1. fin. nomb. 2.* hæc verba (donec Titius peruenerit ad talem ætatem) non constituunt conditionem extinguentem per Titij mortem, nec etiam conditionem suspendentem. Posterioris autem casus reddit rationem ille textus his verbis; *Cum enim possibile erat, vsque ad omne vitæ tempus vsufructuarij non ad mentem venire furentem, vel conditionem impleri, humanissimum est ad vitam eorum vsufructum extendi. Quia secundum etenim si decesserit vsufructuarius ante impletam conditionem, vel furorem finitum extinguitur vsusfructus: sic humanum est extendi eum in vsufructuarij vitam, nisi antea decesserit furiosus, vel alia conditio deficerit.* Vbi Paulus *numero 6.* opponit videri contrarium, cùm terminus furoris sit mors, & sic videatur defecta conditio. Et respondet, sicut post mortem nemo est furiosus, ita & tunc neminem esse sanæ mentis; atque ita non existere conditionem directè contratam legato, sed extitisse conditionem nil ad legatum conferentem. At huic decisioni videtur obstare *l. vxori. 35. ff. de vsufructu legato.* sed huic satisfiet numero 10. Quare optimè Gallisto *de verborum significatione. lib. 9. cap. 14. per totum,* & Castillo *lib. 1. de vsufructu. cap. 62. numero 11.* defendunt. Iustus Alciatus, vsumfructum relictum vxori si viduata permanserit, & si ad secundas nuptias transiret, Titio deberi Titio vxore defuncta ante transitum ad secundas nuptias: quod probat prædictus iudicatus ambiguitatem decisio. 7 at maneret

7 E contrà autem sæpe videtur non statim alicui deberi vsumfructum, sed post certum tempus, cùm tamen statim debeatur. Verbi gratiâ, si Titio legetur vsufructus decennio, & postea Sempronio; videtur non deberi Sempronio, donec labatur decennium mortùo ante id tempus Titio, sed vsque ad decennij lapsum pertinere ad hæredem, cui proprietas relicta est. At decendum est debeti statim à morte Titij Sempronio, quia sublata est de medio persona, cuius gratia est dilatum tempus, vt Sempronius cum vsumfructum consequeretur; & quia testator post Titium videtur prætulisse hæredi Sempronium. Atque ita docet Paulus *l. ambiguitatem. 10. C. de vsufructu.* cuius textus non meminit Ioannes Garzia, vbi expressis verbis decidit textus, vsumfructum temporalem, siue relictum ad certum temnus, vt donec Titius expleat vigesimumquintum ann siue ad incertum, vt donec Titia nubat, ext morte vsufructuarij ante id tempus contingen reddit rationem testatoris, quod impossibile sit, vsu ctum ad hæredes transmitti, cùm certissimi sit eum morte vsufructuarij extingui. Atque ita Baldus *ibi. numero 1.* Salycetus *num. 2. notab. 3* Cautelanus *de vsufructu mulieris vel* *de vsufructu. lib. 1. cap. 62. fine.* Rod *annuis reddituæ. lib. 1. quæstione 2. num. 15.* Atque reddunt aliam rationem Baldus, & Salycetus ibidem, quia cùm legatum simpliciter vsusfructus finiatur morte vsufructuarij, à fortiori est idem dicendum de legato ad certum tempus, ne legatum minus perfectum, seu minus plenum, sit potentius magis perfecto, seu magis pleno. Aliam quoque tradit Paulus ibidem, quod ea verba legati vsusfructus vsque ad triennium, aut aliud tempus determinatum habent tacitam conditionem, si tanto tempore vsufructuarius vixerit. Nec enim videtur legatus vsusfructus, nisi iuxta ipsius naturam, vt extinguatur morte, atque aliis modis, quibus secundùm iura extinguitur; & vltra hoc per illius temporis lapsum, si nullo alio modo extinctus fuerit. Nec valet si dicas, vsumfructum temporalem non esse verè vsumfructum: nam esse verè talem probat Molina *lib. 2. de primog. cap. 19. num. 22.* & probat textus *l. 4. ff. de seruitutibus*, vbi omnes scribentes id aduertunt. Et in alio simili, nempe in legato alimentorum ad certum tempus, vt illud finiatur decedente interim alendo, tradunt Bartol. & Iason, quos refert, & sequitur Surdus *de alimentis. tit. 15. quæstione 1. num. 3. & 4.* per textum *l. si cum præfinitione. in princ. ff. quando dies legati cedat*: & reddit hanc rationem, quia alimenta habent ex sui natura determinationem ex illius persona, cui debentur. Atque ideo relictum etiam temporale habet tacitam conditionem, dummodo legatarius toto eo tempore viuat. Item, quia omnis dispositio intelligitur iuxta subiectam materiam, & ita vt conueniat naturæ actus, qui celebratur, vt tradunt Alexand. *cons. 26. num. 6. vol. 2.* Beronus *cons. 105. num. 24. volum. 1.* Natta *cons. 416. num. 3.* Beccius *cons. 101. num. 4.* Cùm ergo alimenta suapte natura alendi morte expirent, præfinitio temporis est intelligenda, nisi ille prius obeat. Quæ rationes militant quoque in nostro casu. Nec *l. vxori. 55.* cui contraria sententia innititur, probat vsumfructum non finiri ex vsufructuarij morte, sed tantùm probat non redire ad legatarium villæ, sed consolidari cum proprietate hæredis, donec id quinquennium transeat; tunc id villæ legatum debere pertinere ad legatarium non expectato quinquennij lapsu, iuxta doctrinam traditam numero 6. ex *d. l. ambiguitatem* dicunt optimè Bartol. *eadem l. vxori. num. 2.* & ibi Albericus *num. vnico* id contingere ob vim illius dictionis (*tunc*) positæ in eo legato *illius l. vxori*, ibi; & *per illo quinquennio, cum eius vsufructus esse desierit, tunc eum fundum illi, vel illi libertis dari volo.* Quæ habet vim vt id tempus sit præcisè expectandum, vt constat ex *l. si ita legatum. 4. in fin. ff. de condit. & demonstrat.* ibi; *si ita scriptum sit, si in quinquennio proximo Titio filius natus non erit, tunc decem Scio heres dato: si Titius ante mortuus sit, non statim decem Scio deberi*; quia hic articulus (*tunc*) extremi quinquennij tempus significat.

Secunda difficultas est, in quo distent vsusfructus, & eius commoditas? Admittunt enim Doctores commoditatem vsusfructus posse in alia n transferri; idque multi negant de ipso vsufructu (vt videbimus numero 15.) Pinellus *l. 1. part. 3. num. 39. vers. nec superstitiosi dicant. & vers. sequenti. C. de bonis maternis*, fatetur quidem ex iuris subtilitate, & vetilitatis caus. aliquando differentiam constitui inter vsumfructum, & eius commoditatem, aliùdque esse ius vsusfructus à faculta[illegible] percipiendi. At in præsenti euentu dicit nil[illegible]lùmque effectum habere, & esse tantùm verbalem differentiam afferere posse commoditatem vsusfructus alienari, non autem ipsum vsusfructus ius.

Cæterùm dicendum est, latum esse discrimen, quod optimè explicant Ioan. Garzia *de expensis. cap. 10. num. 39.* & clarius Molina Societatis Iesu *tomo 1. de iustitia. disputatione 7. columna vltima*, dicens de ratione vsusfructus esse ius vtendi, & fruendi fructibus proprio

proprio nomine: commoditatem autem vsusfructus esse vtilitatem, quam habet vsufructuarius ex illis fructibus conferendo alteri ius ad fructus percipiendos, eisque fruendum non nomine proprio, sed nomine ipsius concedentis. Quare in vsufructuario transferente in alium hanc commoditatem, manet verus pristinus vsusfructus, impeditus tamen quoad actum vtendi, & fruendi, propter transtitionem commoditatis in alium. Exemplum sit in beneficiario, qui ius habet ad percipiendas decimas nomine proprio, nec id in laicum, vtpote iuris illius spiritualis incapacem, transferre potest. *cap. quamuis. & cap. prohibemus. de decimis*, & tamen locare potest, & vendere decimas laico, conferendo ei ius eas sibi comparandi, non tamen nomine proprio, sed nomine ipsius beneficiarij. *cap. vestra de locato.* Quod ius conductoris est alterius rationis à iure ipsius beneficiarij. Quare optimè Barbosa *l. vsufructu. 58. numero 3. ff. solut. matrim.* dicit multas esse reales differentias inter vsumfructum, & eius commoditatem, vt prosequitur Iason *l. cùm filio. à num. 157. ff. de leg. 1.* & Tiraquel. *de retractu lignager. §. 1. glos. 7. à numero 46.* & Ioan. Garzia *de expensis. cap. 10. num. 42. & sequentib.* Anton. Gomez *tomo 2. variarum. cap. 15. numero 15.* atque latum esse discrimen constabit ex dicendis numero 18. & ideo amplectenda est frequentissima sententia hæc disponens, vt constabit ex dicendis num. 14.

13 Tertia difficultas est, an vsusfructus possit ab vsufructuario alienari, & transferri in alium siue venditione, siue donatione, siue alio contractu absque domini proprietatis consensu? Duplex est sententia. Prior asserit id posse fieri. Ducitur ex *l. cui vsusfructus. 73. ff. de vsufructu. & quæ ad eo quis vtatur*, ibi; *cui vsusfructus legatus est, etiam inuito herede, cum extraneo vendere potest.* & *l. arboribus. 13. in princip. ff. eodem.* ibi; *vsufructuarius vel ipse frui ea re, vel locare, vel alij fruendam concedere potest.* & *l. non vtitur. 44. ff. eodem.* ibi; *non vtitur vsufructuarius, si nec ipse vtatur, nec nomine eius alius, puta qui emit, vel qui conduxit, vel cui donatus est.* & *l. si is qui bona. 11. §. vsufructus. ff. de pignor.* ibi; *nam & emptorem vsufructus tuetur Prætor.* & *l. in venditione. 8. in princip. ff. de bonis authoris. Iudic. possid.* ibi; *in venditione bonorum etiam vsufructus venit.* & *inst. de vsu, & habitatione, in fine principij*, ibi; *vsum autem vendere, locare, aut gratis alteri concedere non licet. cum vsufructuarius omnia hæc facere possit.* Qui textus intelligi nequeunt de venditione, seu alienatione solius commoditatis, & non iuris vsusfructus: tum quia hunc intellectum tradentes diminant, nulliqne fundamento innitantur; tum quia nullius effectus esset, sed omnino vanum, permittere venditionem vsusfructus relictæ alienandæ commoditatis faculate. Et ideo hanc sententiam sustinent Glossa *l. arboribus. 14. verb. vel donetur. a. solutione. ff. de vsufructu, & quemad. eo quis vtatur.* Abb. *cap. super. numero 1. de donat. inter vir. & vxor.* Alberic. *d. 1. numero 4. C. de bonis maternis.* Theophil. *inst. de vsufructu. §. finitur.* & ibi Picardonus *numero 14.* Hotaman. *ibi. vers. cedendo extraneo.* & ibi Petrus Tricianus *numero 30. 31. & 32.* Aretinus *l. qui Romæ. §. duo fratres. numero 28. & 29. ff. de verbor. obligat. numero vltimo.* Emmanuel Suar. *lib. 1. observat. cap. 4.* Hugo Donell. *de pignorat. an in omnibus rebus, quæ in bonis sunt, pignoris obligatio constitui.* Cuiac. *lib. 15. observat. cap. 6.* Prætius *in thesauro iuris ciuilis. verb. vsufructus.* Morla *de emptio iuris. 1. part. tit. 6. ff. de seruitut. quæ ff. 1. numero 14. & 15.* Sandar *cons. 155. numero 5. & cons. 184. numero 5. lib. 2.* Cephal. *cons. 20. numero 21. lib. 1.* Lara *l. si quis à liberis. §. parent. numero 66. ff. de liber. agnosc.* Castillo latissimè *de vsufructu. lib. 1. cap. 69. à numero 14. vsque ad 18.* Mendez *l. cum oportet. 2. part. numero 119. & 120. C. de hæred. mater.* Molina *lib. 1. de primog. cap. 19. numero 23. vers. nec textus, in fin.* Felician. *de casib. lib. 2. cap. 4. num. 4.* Marciano dicens in puncto iuris hanc esse vetiorem *lib. 5. vetor. ut. 11. d. 13. glos. 5. numero 13.* fatetur tamen Pinellus *ibi. numero 40.* *statim in principio.* & Castillo *numero 17.* cum vsumfructum alienatum non duraturum toto vitæ tempore eius, in quem translatus est, sed solo tempore vitæ transferentis. Quia cùm vsufructuarius eo solo tempore potiatur vsufructu, non potest plus iuris in alium transferre, quàm ipse habeat; *regul. nemo potest plus. 79. de regul. iuris, in 6.* & sic vult *eo numero 40. corollario 2.* intelligi verba *l. si vsufructus. 67. ff. de iure dot.* quæ videntur apertè probare contrariam sententiam, dum ibi dicit Iurisconsultus, nihil transire ad extraneum, si ei cedatur vsusfructus: vt intelligatur nihil ad eum transire quoad effectum constituendi in eo nouum vsumfructum ab eius vita pendentem, sed à vita cedentis pendere hoc ius, eiusque durationem. Addunt autem Emmanuel Mendez *eodem numero 120.* Lara *eodem numero 66.* Picardou *numero 14.* Castillo *eodem cap. 69. numero 20.* vbi & alios refert, & Felician. *eo numero 4.* posse ius vsusfructus cedi, & priùs dixerat Gloss. *d. l. arboribus. verb. vel donet. in illa 2. solut.* quamuis Pinell. *eo num. 40. vers. ex eisdem rationib.* dicat esse ineptum hoc additum.

Posterior sententia tenet id non esse vsufructuario 14
integrum, atque cessionem, venditionem, & quamcumque aliam alienationem vsusfructus ab eo factam, esse ipso iure irritam: ac esse integrum commoditatem vsusfructus in alium transferre quocumque ex his titulis; & tunc verum vsusfructus ius manere apud venditentem, aut alienantem, ac commoditatem apud alium. Ducitur ex *§. final. inst. de vsufructu. ibi; Nam cedendo extraneo nihil agitur.* Ac si valeret alienatio; aliquid ageretur. & *l. si vsufructus. 67. ff. de iure dot. ibi; si extraneo cedatur, id est, ei qui proprietatem non habet, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reuertuntur vsumfructum.* & paulo inferiùs: *ipsum quidem im remanere penes maritum; percepto verò fructuum ad mulierem pertinere.* Quia si illud vsusfructus ius posset in alium transferi, cùm iam ille posterior esset verus vsufructuarius, & non prior, non extingueretur is vsusfructus morte priboris, sed sola posterioris morte, vt rectè animaduertit Iurisconsultus *l. necessario. 8. §. final. ff. de perit. & commod. res vend.* cùm duratio vsusfructus ex sola veri vsufructuarij duratione pendeat. At omnes fatentur (& dicemus num. 19.) perire eum vsumfructum alienatum morte prioris: ergo non potest verum vsusfructus ius alienari, sed sola commoditas. Tertiò, quia cùm vsusfructus sit seruitus personalis, ac ita inhærens personæ, vt in alium transire nequeat (vt diximus num. 5.) nec posset nouus vsusfructus constitui per vsufructuarium, quippe hic non est dominus rei, nullatenus habet vsumfructum, quem in alium transferre valeat. Tandem, quia non est nouum in iure posse commoditatem in alium transferri manente iure apud transferentem, esseque ab illo inseparabile; quippe id contingit in hæreditatis venditore: quamuis enim vniuersus res hæreditatis acquisitas vendat, remanet in eo verum hæredis ius, esseque verus hæres, ac tenetur creditoribus, & legatarijs respondere. *l. 2. C. de hæred. vel action. vend.* & ibi scribentes. Et ideo hanc sententiam sustinent Gloss. *§. final. verb. cedendo. in fin. de vsufructu.* & *d. l. necessario. 8. §. finali. verb. nuda. & l. arboribus. 13. in princip. verb. vel donet. in 2. solut.* & *l. vsufructu. 58. verb. interpositis. ff. solut. matrim.* Bart. *l. interest. ad fin. C. de vsufructu.* & *l. si vsufructuarius. 4. paulo post principium.* Azut *sum. super C. & ff. de vsufructu, & habitat. numero 20.* Bald. *l. 1. numero 2. C. si pignus pignor.* & [illegible] Additionator *verb. alienationem & hæc quæ. numero 20. vers. quero hic. C. de iure dot.* Cumin. *ad l. vsufructu. numa. 1.* Paulus *ibi numero 2. & l. 4. ad fin. ff. de neg. gest. & l. cetera. 70. 11. §. final. numero 5. ff. de publican. & l. qua Roma. §. duo fratres. numero 4. fine. ff. de verbor. obligat.* & ibi Alexand. *n. 8.* Hostient. *cap. Raynutius. numero 4. de testamento.* Ist. *n. numero 80.* Ripa *numero 88.* Alciatus [illegible] 48. Bartolom. Socianus *cons. 1. numero 13. lib. 1.* [illegible] *cons. 218. in fine. lib. 5.* Paris. *cons. 71. numero 3.* [illegible] at maneret exian

cons.106.numero 7.Fulgos.*l.si is qui.§.final.numero* 4.*ff.de pignor.* Alexand.de Neuo *cap.nuper. numero* 6. *de donat. inter vir.& vxor.*Ripa *l.obligationes.numero* 7.*ff. de pignor.* Matthæus de Afflict.*lib.*3.*constit.rubr.*5.*numero* 19.Faber *inst.de vsufructu.§.finitur.numero* 1. & 2.& §.*item finitur. numero* 2.& ibi Cuiacius *vers.nihil agitur.* & §.*in rem ad Vlpianum.tit.*19.*vers.vsufruct.*Negusant.*de pignor.*3.*membro.part.*1.*numero* 3.Hermanot. *l.naturaliter.§. nihil commuge. numero* 18.*ff.de acquirend. possess.* & ibi Fab. Achorombin.*numero* 32.Balduin.*inst.de vsufruct.§.finitur. numero* 16.*vsque ad* 18. & ibi Platea *numero* 13.& 14. Angel.*numero* 1.& 2.Claudius Cantiuncul.*in paraphrasi ad instit.tit.de vsufruct.quadruplici pagina ante finem.*Mynsinger *ibi. numero* 7. Titaquel.alios referens *de retractu lignager.§.*26.*glos.*1.*numero* 46. Nicolaus Superant. *addu.ad Portium.eodem §.finitur.numero* 4.Baptist. *de priuileg.dotal.centur.*1.*numero* 21.& 22.Redoan.*tract. de rebus eccles.non alien. quæstione* 15.*à numero* 2.*vsque ad* 12. Loazes *l.filius familias.§.Duo. numero* 17.*ff.de legat.*2. Fabian.*tract.de empt.& vendi.in quæstione* 4.*principali. quæstione* 21.*numero* 53.Gregor.Lopez *l.*24.*verb.el derecho.titulo* 32.*part.*3.Angel.*summa.verb.vsufructus.numero vltim.*& ibi Tabiena *fin.* Couar. *lib.*1.*variar.cap.*8.*numero* 7. Caualcan.*de vsufructu mulieri relicto.numero* 66.Anton.Gomez 2.*tomo variar.resolut.cap.*15.*numero* 15.& *l.*70.*Tauri. numero* 35.Sarmiento *lib.*3.*select. cap.*9.*numero* 2.& 3. Martin.Monter.*in decisionib.regni Aragon.decis.*46.*à numero* 9.& *numero* 22.& 55. Gama *decisione* 299. *numero* 1. & 2.Menchaca *de success. creatione. lib.*1.§.7. *numero* 40. Horosc.*l.si tibi decem.§.pactum. num.* 2.*ff. de pactis.* Surd. *de alimentis tit.* 8. *priuileg.* 43. *num.*6. Quesada *in suis quæst. iuris.cap.vltim. num.*16. Hieron.Gabr. *cons.*192. *num.* 11. & 14.*volum.*1.Cephal.*cons.*436. *num.*109. *volum.*5. Rimin. *cons.*436.*numero* 12.*volum.*4. Barbosa *d.l.vsufructu. num.*1.*fine.*& 2.Ioan. Garzia *de expensis.cap.*10.*num.*39. Molina Societatis I e s v *tomo* 1.*de iust. disp.*7.*col.*4.*vers.licet proprietarius.*Spino *specul. testament.glos.*13. *principali. num.*61.& 61.Sayro *thesauro casuum anno* 2.*lib.*9.*cap.*30. *num.*10.Fachin.*lib.*6.*controuers. iuris.cap.* 12.*vers. ego puto.* Immo nec actio ad ius vsusfructus nondum constituti potest cedi, aut vendi, Bart.*l. si vsufructu.*4.*paulo post principium. ff.de nouat.* Faber *instit.de vsufructu.§.finitur. num.*1.& 2.Angel.*ibi.num.*2.*vers.in glos.*1.

15 Ex his sententiis hæc posterior multo magis mihi placet,etiam stando in iure communi;atque in hoc regno Castellæ est certa, vt bene animaduertunt Ioann. Garzia *de expens.c.*10.*n.*13.Matienzo *lib.*5.*recop.tit.*11.*l.*13. *glos.* 3.*n.*15. quia communem sententiam approbauit *l. reg.*24.*tit.*31.*p.*3. ibi:*como quer que esse tal que ha el vsofruto en la cosa, lo podria arrendar a otro si quisiesse, con todo esso el derecho que en ello auia, no lo puede enagenar.* Nec obstant leges contrarium probantes adductæ n.13. quippe ex omnes intelligendæ sunt nõ de vero vsusfructu iure, sed de eius commoditate, quam alienari possit ostendimus num. præcedenti. Quæ quidem expositio inde constat,quia omnes ij textus eò tendunt, vt constituant discrimen inter vsuarium, & vsufructuarium vt constat ex *instit. de vsu, & habitatione, in fine principio* quod in eo consistit, quod vsuarius mero potiatur vsu, nullam alienandi facultatem habens : vsufructuarius autem habeat aliquam alienandi facultatem, non quidem iuris vsusfructus, id enim est proprium domini proprietatis; sed habeat facultatem alienandæ commoditatis illius vsusfructus : quare est medius inter dominum, & vsuarium.

16 Quamuis autem nequeat vsufructuarius iu[illegible] fructus alienare, potest tamen illud locare, vt [illegible]sta. ex *l.regia* 24. cuius verba allegauimus numer[illegible] ece- denti,ibi : *con todo eso el derecho que en ello auia arrendar.* Et ratio est, quia locatio non est al[illegible]nde- tio : & [illegible]hibitus alienare, obligare, vel vend[illegible] potest [illegible]vadit Gloss.*Clement.*1.*in verb. loca*[illegible] *de re-*

bus eccles. non alienand. & latiùs probant Titaquel. *in princip.de retract.lignager.*§.1. *glos.*14. *numero* 79. & 80. & latissimè Velasc. *de iure emphyteut. tota quæstione* 29. Atque ita docent Castillo *de vsufructu.lib.*1.*cap.*69. *fine.* Ioann. Garzia *de expens.cap.*10. *numero* 31. qui bene ait hoc verum esse, siue locatio sit ad breue, siue ad longum tempus; tum quia lex regia indefinitè loquitur: tum etiam quia locatio ad longum tempus non est alienatio; vt ibi cum aliis probat contra Aluarum Velasc. Quare minus bene Spino *specul. testament. glos.*13. *principali. numero* 63. dixit, nec locari posse ius illud vsusfructus. Non tamen potest ius vsusfructus dari pignori,vel hypothecæ.Quare *l.si is, qui.*11.§.*finali.ff. de pignor.*quæ contrarium probat, intelligenda est quoad vsusfructus commoditatem, quippe illud ius à persona inseparabile nequit iure pignoris, aut alio modo in alium transferri, sicut nec alienari. Quia quæ alienari nequeunt, similiter nec pignori hypothecæve subiici valent, vt expressè deciditur *l.fin. C. de rebus eccles. non alienand.*& *l.*2.§.*eam rem. ff.qua res pignor.* & sic alios referens, & latiùs probans tradit Barbosa *l. vsufructu.*58. *num.*7.*ff.soluto matrimonio.*

17 Monuerim tamen quoties vsusfructus venditur, aut quomodocumque transfertur in aliquem tertium, solam illius commoditatem censeri venditam, aut translatam,nisi aliunde apertè constet cõtrariùm; quia cùm semper in dubio pro actus valore præsumptio capienda sit,& translatio iuris vsusfructus sit irrita,præsumẽdum est,vt actus valeat,solam cõmoditatem vendi,aut transferri. Atque ita docent Bald.*l.necessario.* 8.§. *final. num. vnico.vers.& adueres.ff.de peric.& commod. rei vend.*& *l.*1. *numero* 2.*C.si pig.pignor.*Bartholom. Socinus *cons.*66.*numero* 7.*volum.*3.Curt.iunior *cons.*141.*numero* 15. *volum. vnico.*Imola *l.vsufructu.*58. *numero* 2.*fine.ff. soluto matrim.* Aretinus *l.filius à patre.col.*5.*ff. de liber. & posth.* Aymon *cons.*32.*numero* 5.*volum.*1.& *cons.*222.*numero* 8.& 9.*vol.*2. Couar.*lib.*1.*variar.resolut.cap.*8.*numero* 7.Gregor.Lopez *l.*24.*verb.el derecho.tit.*31.*part.*3. Gama decis.299.*num.*1. Caualcanus *de vsufructu mulieri relicto. num.* 67.Barbosa alios referens *ea l.vsufructu.num.*3.& *num.*5.*fin.*& *num.*6. Ioan.Garzia *de expens.cap.*10. *num.* 41.Molina *tomo* 1. *de iust.disp.*7.*fine.*Rebel.*de inst.p.*1.*lib.*1.*quest.*7.*fol.*2.*nu.*19. Quod adeò verum est, vt quamuis vsufructuarius vendat rem ipsam, cuius proprietas ad alium spectat, non censeatur vendere vsumfructum, aut rem, quæ non est sua,sed commoditatem, quam in ea habet:sicut si pater vendat aduentitia filij,vt bene tradunt alios referentes Couar.& Molina ibid.Hondedeus *cons.*19.*n.*21. *vol.*2. Immo quamuis dicat se vendere vsumfructum, vel ius vtendi, & fruendi, quod habet in re, est interpretandum adiectsuis verborum proprietatem,de commoditate,quam habet ex eo vsufructu, vt actus valeat. Atque ita tradunt Barbosa latiùs probans,& Ioan.Garzia proximè allegati. Secus autem esset,si venditor explicaret se vendere ius vtendi,& fruendi eo modo,quo illud habet:tunc enim constaret de voluntate vendendi iuris,& sic venditio esset nulla, vt bene tradit Barbosa *eo n.*6.Similiter de eadem voluntate constaret,& venditio esset nulla, si diceret se vendere vniuersum ius vsusfructus,quod habet,vel totũ ius vsusfructus, quod habet, vel quidquid iuris habet. Et denique si vniuersali nomine ius vsusfructus vendatur : quippe tunc ex [illegible] natura totum vsusfructus ius censetur ven- [illegible]us si indefinitè vendatur vsusfructus, quod ea locutio indefinita non sit explicanda, vt æquipolleat vniuersali, quò valor actus sustineatur. Atque ita bene docet Ioannes Garzia *eo n.*41.

18 Ex his deducitur latum esse discrimen inter vsumfructum,& eius commoditatem,quia verus vsusfructus cõcessus à domino proprietatis non extinguitur morte domini concedentis, sed solius vsufructuarij morte.§. *final.instit.de vsufructu.*At commoditas vsufructus perit morte vsufructuarij illam transferentis, non autem morte eius in quem transfertur; sed ad eius hæredes transibit,dum vixerit vsufructuarius ille, vt constat ex *l.necessario.*8.§.*finali.ff.de peric. & commod. rei vend.* & ibi Gloss.*verb.cum.* & *verb.nihil.*Alexand.de Neuo *c.nuper. num.*6.*de donat.inter vir. & vxor.* Roman.*l.vsufructu.*58. *num.*1.*ff.soluto matrim.*Anton.Gomez *tomo* 2.*variar.c.*15. *n.*15.*ad fin.* Sarmiento *lib.*3.*select.cap.*9.*num.*2. Barbosa *d.l.vsufructu.num.*6.& 7. Ioann.Garzia *de expens.cap.*10. *numero* 36. & hoc idem concedunt Doctores contrariæ opinionis,vt adiecti num.13.Et ratio est,quia cùm illa commoditas non sit verus vsusfructus, sed illius effectus,non pendet eius duratio à vita eius,in quem translata est, quod vsusfructus est proprium, sed pendet à vita vsufructuarij, quippe tunc extinguitur vsusfructus,& consequenter eius commoditas.

19 Dum autem dicimus vsusfructus commoditatem translatam in alium extingui morte vsufructuarij transferentis,non autem eius, in quem translata est, intelligendum est, nisi transtulerit vsumfructum ex domini proprietatis consensu : tunc enim durabit toto, & solo vitæ tempore eius, in quem transfertur; nec de morte transferentis,aut de eius vita curabitur,vt constat ex *l. si vsufructu.*4.*ff.de nouation.* Et ratio est, quia, vt diximus num. 5. tunc constituitur nouus vsusfructus in persona eius,in quem transfertur,& ideo à sola eius vita pendet. Et ita tradunt Gloss. *l.vsufructu.*58.*verb.constituatur.ff. soluto matrim.*& ibi Platea *num.*13.Imola *num.* 5. Bart. *l. si vsufructus,fine.* & ibi Bald.*fine.ff.de nouat.* Nicolaus Superant.Addit.ad Portium *instit.de vsufruct.* §. *final. n.* 4. Barbosa *d. l.vsufructu.num.* 5. Claud. Cantiuncul. infrà, Pinell. *l.*1.*p.*3.*n.*40.*vers.sed. d.c. nuper. C. de bonis matern.* Anton.Gomez *tom.*2.*variar.resolut.c.*15.*n.*15. Sed hoc limitant aliqui, vt intelligatur quando transferenti nondum erat traditus vsusfructus, sed competebat actio ad illum, quia cùm sola actione competenti incipiat vsusfructus in persona cessionarij, nec in cedentis persona inceperit,non pendet à vita cedentis, sed cessionarij. Secus in primo casu : & ita docet Glossa,sic intelligens illum textum *ea l. si vsufructus.* 4.*verb. eius.* & *instit. de vsufruct.*§. *finali.verb. morte.* & *l. necessario.* 8.*in fine.ff. de pericul.& commod.rei vend.* Sed iure optimo hanc limitationem reprobant Bart. *l.*4.*si vsufructus.paulo post principium. ff. de nouat.* Pinell. proximè allegatus, & Claud. Cantiuncula,Quia cùm semper nouus vsusfructus constituatur in persona huius cessionarij,operante id domini proprietatis consensu in illam translationem, semper pendebit ex sola huius cessionarij vita. Nec quicquam refert, an in cedente constitutus sit, an solam in illum constituendum actionem habuerit. Doctrinam verò, quæ asserit perire vsumfructum quando de consensu domini proprietatis transfertur actio,tenet Faber *instit. de vsufruct.*§.*finitur.n.*2.& hic *n.*2.& 3.Glossæ limitationem sequitur,cum hoc tamen addito, quando de consensu domini actio periit morte cessionarij : si autem de consensu domini venditur vsusfructus, si simpliciter concessit,periit morte cedentis; si verò non simpliciter, sed agendo,& quasi constituendo vsumfructum de nouo,tunc periit morte cessionarij.

20 Vltima difficultas est, an vsufructuarius alienans illud vsusfructus ius, eo ipso illud amittat, & ad dominum proprietatis redeat? Duplex est sententia. Prior ait eo ipso amittere, & redire ad dominum proprietatis. Ducitur ex *l.si vsufruct.*67.*ff. de iure dot.* ibi : *si extraneo cedatur ,id est, ei, qui proprietatem non habet, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reuersurum vsumfructum.* Atque ita docent Glossa *ibi. verb. vsumfructum.* & *instit.de vsufruct.*§.*final.verb.cedendo.* Bald.*l. res quæ.* 26. *num.vnico.vers.quæro hic. C. de iure dot.* Iason *l. qui Romæ.* §. *duo fratres. numero* 80.*ff. de verborum obligatione.* & ibi Ripa *num.*88.Faber *instit.de vsufruct.*§.*final. in fine.* Gregorius Lopez *l.*24.*verb.el derecho. tit.*31.*part.* 3. Couar. *lib.*1.*variar.resolut.cap.*8. *num.*7.Baptista *de priuileg. dotal. centur.*1.*num.*21.& 22. Cuiac.vbi supra, Anton. Gomez *l.*70. *Tauri.num.* 33. & *tomo* 2.*variar. cap.* 15. *numero* 15. Caualcan. *de vsufruct. mulieri relicto. numero* 66. Martin. Monter. *in decis. regni Aragonia. decis.* 46. *à numero* 9. Matienzo *lib.* 5. *recopil. tit.*11.*l.*13.*glos.* 3.*num.*14. Spino *specul.testament.glos.*13.*princ.num.*63.Claud. Cantiuncul. *in paraphrasi ad instit. tit. de vsufruct. quadruplici pagina ante finem.*Faber *instit.eodem tit.* §.*finitur. numero* 2. & §. *item finitur. numero* 2. Peregrin. *cons.* 97. *numero* 19. *volum.* 1. Sayro *in claui regia.lib.*9.*cap.*3.*numero* 10.Hondedeus *cons.*19.*num.*21.*vol.*2.Molina *tomo* 1.*de iustit. disput.* 7.*col.*5.*vers.licet proprietarius.*Morla *emporio iuris.*1. *parte. tit.*6.*ff.de seruitut. quæst.* 1.*numero* 15. *in fine.* & multi alij, quos referunt Pinell. *l.*1.*p.*3.*n.*38. *C.de bon. maternis.* & Portol. *tract. de consort.c.* 8. *n.*15.Et eandem sententiam sustinent Mendez *l.cum oportet.p.*2.*num.*119.& 120.*C.de bonis quæ liber.* Cardin.*l.si quis à liberis.§. parent. n.*70.& 71.*ff.de liberis agnoscend.* quando transfertur vsusfructus in alium per cessionem : nam aliis modis transferri posse retulimus ex ipsis n.13.Limitant Bald.& Greg.Lopez ibidem,& Mendez *eo n.*116.quando transferens tradidit possessionẽ; secus si non tradidit. Quia dũ non tradidit vsumfructũ,nondũ est separatus à persona vsufructuarij.

21 Posterior sententia ait nequaquam amitti vsumfructum, sed cùm translatio non valeat, remanere apud ipsummet vsufructuarium,donec morte, vel aliis modis iure statutis illum amittat. Ducitur ex §.*final. instit. de vsufruct.* ibi : *finitur vsusfructus , si domino proprietatis ab vsufructuario cedatur. Nam cedendo extraneo nihil agitur.* Nec valet intelligere textum, vt nihil agatur quoad translationem vsusfructus in alium, agatur tamen aliquid quoad vsusfructus amissionem, vt textum hunc intellexit Glossa *l. si vsufructus.* 67. *verb. vsumfructum. ff. de iure dot.* Nam hæc expositio est apertè contra textum; quippe ineptè, & valde impropriè loqueretur, si vellet dicere amitti vsumfructum per illam cessionem in extraneum, si id enim significare vellet, deberet adiungere amitti quoque per cessionem in extraneum, quod minimè dixit, sed per cessionem in domino amitti, per cessionem autem in extraneo nihil agi. Secundò, quia cùm illa cessio sit prorsus irrita, succedit regula tradita à Balbo communiter recepta *l.*1.*numero* 5.*C.de Episcopali audient. quæstione dicta*, per alienationem inutilem non amitti ius proprium : nec præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum ; *regul. non præstat.de regulis iuris, in* 6. Nec obstat *l. si vsufructus* , cui nititur contraria sententia : quippe in illa lege principaliter intendit Iurisconsultus, cessionẽ ab vsufructuario factam nihil prorsus nocere proprietario,nec impedit quin vsusfructus ad ipsum redeat ;sed hic reditus non erit statim,sed suo tẽpore,nimirum quando vsusfructus perdetur vel morte vsufructuarij,vel aliis modis iure statutis.Et ideo huius sententiæ sunt omnes illi præter Mendez, quos retulimus *n.*13. dicentes vsumfructum posse impunè vendi. Et quamuis Castillo *de vsufruct.lib.*1.*c.*69. dixerit posse vsumfructum alio modo alienari, quàm per cessionem,vt ibi retulimus; fateur tamen *à n.*22. *vsque ad* 25. etiamsi per cessionem transferatur non amitti vsumfructum.Præterea hanc sententiam tenent Glossa *l.æreribus.*15.*verb. vel donet in vltima solutione. ff. de vsufruct.& quemad. quis vtatur.*Azor *in summa.super C.tit. de vsufruct.& habitat.numero* 20. Arct.*l.qui Romæ.*§.*duo fratres. numero* 19.*ff.de verbor. obligat.* Balduin. *instit.de vsufruct.* §.*finitur.numero* 16.& ibi Mynsing. *num.* 7. Ioann. Garzia *de expens.cap.*10.*numero* 37. Barbosa *l.vsufruct.*58. *numero* 4.*ff. soluto matrim.* Rebell. *de instit. part.*1.*lib.*1. *quæst.*7 *fol.*2.*num.*18.

Post rior hæc sententia est probabilior attento iure communi. At in hoc Castellæ regno est ampl[illegible] quidquid prior, [illegible] ita approbata est *l.reg.*24.*tit.*31.*part.* [illegible] at maneres [illegible] exian

deximos que si aquel aquien otorgado el vsofructo, o vso en la cosa, otorgase despues a otro alguno el derecho que auia en ella, que se desata por ende el vsofructo, o el vso, y tornase por ende al señor de la propriedad, o de alli a delante no lo deuehauer, nin el otro aquien lo el otorgo. Atque ita Castillo *eo cap. 69. num. 23. fin.* & Ioann. Garzia *eo cap. 10. num. 37.* dixerunt conditores huius legis magis sequutos opinionem Azonis, quàm rigorem iuris communis. Sed admittenda quoque est limitatio, quam num. 19. fine attulimus ex Baldo, & Gregorio Lopez.

SVMMARIVM.

Qualiter ambient. presbyteri. C. de Episcop. & cleric. disponunt, vt à clericis acquisita sint quasi castrensia, vim legis habeat. n. 24.

Quetuplex sit filiofamilias peculium. n. 24.

An bona aduentitia acquisita à clericis ante clericatum, efficiantur quasi castrensia clericatu assumpto, aut Episcopatu, & perdat pater vsumfructum eorum? refertur quædam sententia. n. 25.

Explicatur sententia authoris. n. 26.

An bona profectitia acquisita à clericis sint quasi castrensia? refertur quædam sententia. n. 27.

Explicatur sententia authoris. n. 28.

Explicatur l. 3. tit. 21. part. 2. & quando donata per patrem clerico filiofamilias, vel tanquam patrimonium, ea ad ordines promouetur, sint quasi castrensia. numero 29.

An omnia aduentitia acquisita post clericatum sint quasi castrensia? refertur quædam sententia. n. 30.

Sententia authoris. n. 31.

An hoc priuilegium intelligatur de omnibus clericis, etiam prima tonsura? refertur quædam sententia. numero 32.

Sententia authoris. n. 33.

An oportet ut clericus primæ tonsuræ, aut minorum ordinum, vt fruantur hoc priuilegio, habere omnia requisita in Trident. sess. 23. cap. 6. de reformat. & fruantur priuilegio fori? & an omnia illa requirantur, vt fruantur reliquis clericorum priuilegiis? Refertur quædam sententia. numero 34.

Explicatur sententia authoris. n. 35.

An hoc priuilegium habeat locum in clericis coniugatis? numero 36.

23 QVÆSTIO secunda. Quale peculium sint bona acquisita à filiofamilias clerico. Antiam dubitandi præbet nobis textus *§. presbyteros, ambient. de sanctiss. Episcop.* vnde desumitur *ambient. presbyteros. la 1. C. de Episcop. & cler.* vbi sic habetur. *Presbyteros autem, diaconos, & subdiaconos, cantores, & lectores, quos omnes clericos appellamus, res quælibet modo ad eorum dominium venientes, habere sub sua potestate præcipimus, ad similitudinem castrensium peculiorum, & donare secundum legem, & in his testari, licèt sub parentum sint potestate.* Quod idem priuilegium indultum est *l. cum sanctissimo 2. 31. C. de Episcop. & cler.* Sed hic textus de solis Episcopis, presbyteris, & diaconis agebat. Verum, vt aduertit ibi Glossa *verb. diaconi*, idem ad alios clericos extensum est per *d. ambient. presbyteros.* Sed aduersùs hanc decisionem insurgit Decius *l. omnium. in noua edit. numero 14. C. qui testamentum fac. possit*, dicens non habere vim legis ex defectu potestatis. Quia quamuis clericus sit fauorabilis, at leges sine ulla clericorum mentionem facientes, qualis est quantumuis fauorabiles sint, non habent vim legis, vt diximus hoc lib. 7. cap. 12. numero 18. Sic approbari eam decisionem *c. quia nos. de testamentis*, ex hac approbatione iuris canonici obtinere secundùm Decius, vbi non constare loqui de filiofamilias testantem disponentem posse clericatu, quàm ex ecclesiastico titulo quæsito.

Item, quia ille textus, vt ex eius tenore constat, non intendit amplisse potestatem testandi quoad personas, sed potius illam restringere quoad bona. Itaque de personis non curat, sed tantùm decidit facultatem testandi, si qua clericis competat, eam ad sola bona profana extendi, non autem ad bona intuitu Ecclesiæ acquisita. Et ideo non dicendum est, textum inductum ad minuendam facultatem, eam augere quoad personas. Quæ enim ad diminutionem inducuntur, non operantur augmentum. *l. legata inuiliter. ff. de adimend. legat.* Cæterùm iste optimè docent caueundum ab hac doctrina Caldas *l. si curatorem. verb. lapsi. numero 105. vers. denique inferunt. C. de in integrum restit.* & Mendez *l. cum oportet. 4. part. numero 166. C. de bonis, quæ liber.* Quia, vt probauimus cum Menchaca, & aliis suprà cap. 12. numero 4. ex omnes leges vim habent ex tacita Pontificum, & Ecclesiæ approbatione. Quamuis fateat cum Decio eum textum *c. quia nos.* non rectè induci ad probandam hanc confirmationem.

Ad intellectum huius decisionis præmittendum est, quadruplex esse filiofamilias peculium, cuius meminit lex regia *5. tit. 17. part. 4.* nempe castrense, quasi castrense, aduentitium, & profectitium. Dicitur castrense, quia castris acquisitum: quasi castrense dicitur, quod ex publico aliquo officio acquiritur; sicque dicitur quod quasi in castris acquiritur: munera enim publica censentur quasi militaria. Et hoc similiter est filiofamilias quoad proprietatem, & vsumfructum. Aduentitium dicitur, quod neque ex bello, nec ex officio publico, nec ex bonis paternis, nec ejus occasione comparatur, sed aliunde, vt donatione, legato, successione materna, opera propria, aut artificio, &c. acquiritur. Dicitur autem aduentitium, quasi aliunde quàm ex patrena substantia proueniens. Et hoc est filij quoad proprietatem, sed patris quoad vsumfructum. Tandem profectitium est, quod pecuniis, aut rebus patris, aut patris occasione acquiritur: dicitúrque sic quasi ex patris substantia profectum. Et hoc omnino pertinet ad patrem tùm quoad proprietatem, quàm quoad vsumfructum.

Hoc præmisso, dubitatur primò circa decisionem huius authenticæ, an locum habeat in bonis aduentitis filiofamilias ante clericatum acquisitis, ita vt clericatu assumpto efficiantur quasi castrensia, & subinde pater illorum vsumfructum antea comparatum amittat: Quidam affirmant, dicentes fortè ita esse. Atque probari potest, quippe à matrimonio carnali ad spirituale optimè ducitur argumentum *cap. omnium frequentes. §. porro et lite non consist.* & aliis adductis probat late Euerardus *in suis Topicis, loco à matrimonio carnali, numero 1.* sed per matrimonium carnale filiofamilias sequutis Ecclesiæ benedictionibus amittit pater vsumfructum, quem in aduentitia eius bona habebat. *l. reg. 48. Tauri*, quæ hodie est *l. 9. tit. 1. lib. 5. recopil.* ergo idem tribuendum est clericatui, qui matrimonium spirituale est. Secundò probatur, quia *ea ambient. presbyteros*, videtur generaliter loqui, ibi: *res quæcumque libet ad eorum dominium venientes.* Hanc sententiam non in propriis terminis, sed in alio omnino simili, tuentur Abbas, & alij, quos referemus numero 38. Aiunt enim fortè per religionis professionem, aduentitia ante ingressum acquisita effici quasi castrensia, & patrem priuari vsumfructu. Quare idem dicerent de clericatus assumptione, quippe eadem est ratio. Atque Nauar. *summa Latina, & Hispana. cap. 27. num. 142.* videtur dubitasse: ait enim quasi castrensia esse falcem acquisita post clericatum.

Cæterùm ab hac sententia est omnino recedendum, & dicendum, ea bona manere adhuc aduentitia, retineréque patrem vsumfructum eorum. Ducor primò, quia etsi ea authentica ita generaliter videtur loqui, at est intelligenda quò vitetur præiudicium paternum, quod

vitandum ibi cauetur, dum disponitur eius legitimam non minuendam, iuxta *l. sacrosanctæ. 53. C. de Episcop. & cler.* quæ expressè loquitur de acquisitis post clericatum, ibi: *ea quæcumque in eodem clericatus gradu, locoq; viuentes acquirere, & habere potuerint.* Præterea, quia etiam *d. ambo. presbyteros*, de his solis bonis loquitur, ibi: *ad dominium eorum venientes*, nempe clericorum, de quibus loquitur. Ergo agit de acquisitis per clericos. Cùm qualitas adiuncta verbo sit iuxta tempus verbi intelligenda. *l. in delictis. §. si damnum in extraneis. ff. de noxal.* Tandem, quia cùm per clericatum non cesset patria potestas, iuxta frequentissimam, ac verissimam sententiam, non est cur cesset vsusfructus antea acquisitus: eo vel maximè, quod esto cessaret, non cessaret subinde vsusfructus ille. Nam Episcopatu assumpto cessat patria potestas, nec tamen extinguitur vsusfructus in bonis illius filiifamilias antea à patre acquisitus, vt optimè docent Beroius, Ascanius Clemens, Pinell. Anton. Gomez, Surdus, Matienzo statim allegandi. Et professione religionis similiter solutur patria potestas, & retinet adhuc vsumfructum bonorum antea acquisitorum, vt ostendemus num. 59. & ibi rationem trademus. Et ideo omnes Doctores, quos ibi pro ea sententia referemus, sunt à fortiori huius sententiæ. Atque in propriis terminis eam docent Paul. *d. l. sacrosanctæ. num. 1.* Decius *cap. in præsentia. in noua editione. à num. 249. vsque ad 252. de probat.* & ibi Paris. *num. 136. initio.* Ioan. Lup. *rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 41. num. 13. & 14.* Beroius *decis. 122. num. 33.* Mantua. *dictio cap. in præsentia. num. 66.* Nauar. *comment. 1. num. 55. de regular.* Couar. *cap. quia nos. num. 1. de testament.* Tello *l. 5. Tauri. num. 4.* Pinell. *l. 1. p. 1. num. 42. vers. 7. amplietur. & num. 43. C. de bonis mater.* Ascanius Clemens *de patria potestate effectu 2. num. 34. vers. 7. amplia.* Anton. Gomez *l. 48. Tauri. num. 6. ad fin.* Molina *lib. 1. de primog. cap. 19. nu. 28.* Soarez *in 9. maioricatus. num. 37. & 38.* Perez *1. tit. 3. lib. 1. ordin. §. est etiam aliud clericis priuilegium. fol. 65.* Surdus *de alimentis. tit. 9. quæst. 20. num. 34.* Matienzo *lib. 5. recopil. tit. 1. l. 9. glos. 2. num. 2. & 12. fine.* Molina Societatis IESV *tom. 1. de iust. disp. 138. col. penult. vers. dicendum tamen.* Azor *tom. 2. inst. moral. lib. 2. c. 23. q. 9.* Salzedo *addit. ad practicam Bernardi Diaz. c. 132. littera G.* Azebedo *lib. 5. recopil. tit. 1. l. 8. num. 16.* Mendez *l. cum oportet. p. 4. num. 164. C. de bonis quæ libere.* Benedict. Egidius *l. 1. p. 1. §. 7. num. 10. ad finem. C. de sacros. Eccles.* Nec obstant rationes contrariæ. Nam ad 1. dic ad argumentum procedere vbi in vtroque matrimonio eadem est ratio, vt bene probat Euerardus eodem loco ab argumento carnali. *nu. 9.* At in præsenti constat diuersitas rationis, quippe filio ducenti vxorem redditur is vsusfructus, quò liberos procreate, ac matrimonij onera sustinere possit, quod cessat in matrimonio spirituali. Ad secundam constat ex dictis.

27 Secundò dubitatur, an decisio eius authenticæ locum habeat in bonis profectitiis post clericatum à filiofamilias acquisitis, ita vt ea censeantur quasi castrensia? Videtur enim pars affirmans: quia prædicta authentica generaliter videtur loqui, ibi: *res quomodolibet.* Præterea quia lex regia 3. *fine. tit. 21. p. 1.* id expressis verbis videtur indicare, illi: *pueden los clerigos facer testamento de las cosas que le dieren sus padres estando en poder dellos.* At constat hæc quasi ex patris substantia profecta esse profectitia. Atque huius sententiæ videtur clarè Anton. *c. quia nos. fine. de testament.* vbi dicit clericum filiofamilias posse testari de iis, quæ à patre acquisiit. Et idem videntur clarè sentire Iason *l. filia licet. num. 7. C. de collat.* Rebuff. *de priuileg. scholast. priuileg. 55. num. 4.* Gerard. *singulari 54. tene menti.* Gomez Arias *l. 27. Tauri. num. 102.* & Roland. *cons. 16. num. 5. & 6. vol. 4.* Aiunt enim quæcumque donata per patrem filiofamilias clerico, effici quasi castrensia.

28 At omnino tenendum est, nihil prorsus immutandum esse circa peculium profectitium, sed ea omnia, quæ acquisita à filiofamilias laico, essent profectitia, esse quoque talia, si ab ipso effecto clerico acquirantur, ac proinde ea omnia fore patris quoad proprietatem, & vsumfructum. Ducor, quod prædicta authentica non de omnibus clerici bonis loquitur, sed de solis illis, quorum clericus dominum acquirit, ibi, *res ad eorum dominium venientes.* At peculij profectitij non acquiritur filiofamilias dominium. Secundò, quia Doctores, vt videbimus num. 31. solis bonis clericorum aduentitiis id priuilegium, vt sint quasi castrensia, concedi arbitrantur. Immo multi, vt videbimus nu. 30. nec omnibus aduentitius id concedunt. Et ideo hanc partem sustinent Abb. *rubr. de pecul. cleric. num. 2.* Buttigarius *l. sacrosanctæ. paulo post princ. C. de Episcop. & cleric.* Ripa *l. in quartem. num. 171. ff. ad l. Falcidiam.* Sylvest. *verb. peculium. 1. q. 2. ad finem.* Tabiena *verb. pecul. q. 1. num. 1.* Couar. *c. quia nos. num. 1. de testament.* Gregor. Lopez *l. 2. fine. tit. 21. p. 1.* Mendez *l. cum oportet. p. 4. num. 162. & 163. C. de bonis, quæ liber.* Caldas *l. si curatorem. verb. lapsi. n. 103. C. de in integrum restitut.*

Maximè tamen in contrarium vrget lex regia 3. *tit. 21. p. 1.* quam num. 27. pro contraria parte retulimus. Et ideo Cald. num. præcedenti allegatus titubante dicens valde innui in ea lege contrariam sententiam, & tandem concludit, ne corrigantur iura, & ne infringatur ius patriæ potestatis, intelligendam esse eam legem de his bonis, quæ pater filiofamilias clerico donat intuitu clericatus: ea enim sunt quasi castrensia; quod idem docent Couar. num. præcedenti allegatus, Mendez *eadem p. 4. num. 164.* Atque dicendum est de iis, quæ illi pater donauit, vt esset patrimonium, ad cuius titulum ad ordines promoueretur, vt alios allegans docet Caldas ibidem, & Mendez *num. 165.* Molina *tom. 1. de iust. disp. 138. col. penult. vers. dicendum tamen est. & disp. 231. col. 2. vers. item quasi castrensia. & tom. 5. disput. 603. num. 1.* quod bene limitat Mendez, quando causa subsecuta est. Si enim receptio ordinum non subsequeretur, ea bona non essent peculium quasi castrense, sed rediret ad patrem, tanquam causa non subsequuta. Item Molina *ea disp. 231. col. 2. vers. item quasi castrensia.* limitat, dummodo sint data ab alio, quàm à patre. Sed paulo inferiùs explicat dicens se limitasse, dummodo, &c. quia licèt eorum, quæ ad idem patrimonium sunt donata à parentibus, habeat dominium, vsumfructum, & plenam administrationem, eatenus tamen inter profectitia computantur, vt instar profectitiorum teneatur ea cum aliis tribus ad partitionem adducere.

Tertiò dubitatur, an decisio eius authenticæ locum habeat in omnibus aduentitiis acquisitis à filiofamilias post clericatum. Quia in re duplex est sententia. Prior sustinet sola acquisita à clerico intuitu, & ratione ordinis clericalis, censeri castrensia: in cæteris autem aduentitiis nil distare inter clericum, & laicum, quia licèt *d. ambient. presbyteros*, generaliter loquatur, debet restringi ad bona acquisita à clerico tanquam à clerico; quia reliqua bona instar laicorum acquirit, ac proinde non propriè acquisita à clerico dicuntur. Et confirmatur, quia hæc bona dicuntur quasi castrensia ad similitudinem castrensium, quæ à militibus in castris acquiruntur. At castrensia non sunt quæcumque à militibus acquisita, sed ea sola, quæ occasione militiæ comparantur, aliàs non comparanda, vt habetur expressè *in l. cæ. & iste. 11. de castrensi peculio.* Ergo similiter, &c. Et ideo in h[illegible] sententiam, quamuis dubitans inclinat Ana[illegible] *quia nos. nu. 8. de testament.* & illi fauent Petr. Odofred. l. [illegible] Alberic. Salycetus *l. sacrosanctæ. statim in princ. C. de Episcop. & cler.* vbi textum illum concedentem clericis fa[illegible]ultatem de suis bonis, ac de quasi castrensibus disponendi, sic in summam redigunt, vt liceat clericis disponere de acquisitis intuitu Ecclesiæ. Atque [illegible] prius tes[illegible]inis docent Oldrad. *cons. 17. num. 1.* [illegible] at maneret [illegible] eatan

n.l. sacrosancta. paulo post princ. Salycet. *auth. presbyteros, Statum in princ. C. de Episcop. & cler.* Additionator ad Decium. *c. in presentia. in nova edit. n. 249. littera B. verb. patris. de probat.* Anton. Gomez *l. 48. Tauri. nu. 7.* Mendez *l. cum oportet. 4. p. num. 165. C. de bonis quæ liberis.*

31 Posterior sententia (cut tanquam multo probabiliori adhæreo) ait, omnia prorsus, quæ in laico essent adventitia, si post clericatum acquirantur, esse quasi castrensia; ac proinde patri nequaquam acquiri illorum vsumfructum, sed pleno iure quoad omnia acquiri filio. Probatur ex *c. quia nos. de testament.* ibi; *licet clerici de his, quæ paternæ successionis aut cognationis intuitu, aut officio sunt adepti, seu dono consanguineorum, aut amicorum, liberè disponere valeant.* vbi expressus est sermo de omnibus aduentitiis. Qui textus etsi non omnino probet hanc partem, vt aduertimus num. 23. fin. saltem adiuuat. Idem probatur ex *d. authen. presbyteros*, ibi; *res quæ ad libros ad eorum dominium veniente.* & *l. sacrosancta. 33. C. de Episcop. & cler.* ibi; *ea quæcunque in eodem clericatu gradu.* quæ verba vniuersalia, *quæcunque & quomodolibet*, cùm sint ita vniuersalia, restringi nequeunt ad acquisita solo clericali titulo; & *l. regia. 3. fine. tit. 21. p. 1.* ibi; *Otro si pueden los clerigos fazer testamento de las cosas, que les dieren sus padres, o de lo que ganaren de otra parte fuera de su poder dello.* Præterea, quia id priuilegium concessum est clericis ratione dignitatis, & meritorum, vt constat ex *d. l. sacrosancta*, ibi; *qui semel probatis moribus integritate castissima ad hunc gradum meruerunt peruenire.* Quæ ratio militat in omnibus bonis, & ideo non est simile de acquisitis per milites: quippe id priuilegium, vt eorum bona essent castrensia, solis bonis acquisitis in castris concessum est; & ideo cessat fundamentum contrariæ sententiæ. Et idcirco huius sententiæ sunt Speculat. *tit. de actore. §. vnico. n. 47.* Hostient. *in summa. tit. de pecul. clericor. n. 3. versaliud est peculium. & d. c. quia nos. n. 1. & 2.* & ibi Ioannes Andr. *n. 4.* Anton. *fine.* Abb. *fin.* Anchar. *n. vlt.* Cardinal. *n. 1. opposit. 1.* Imol. *num. 6.* Barbat. *n. 5.* Idem Abb. *c. constitutus. n. 7. de in integrum restit. & rubr. de pecul. clericor. n. 2.* vbi & Cardin. *ad fin.* Odofred. *d. l. sacrosan. 22. fin.* & ibi Paul. *num. 5.* idem Abbas *c. in præsentia. n. 56. & ibi Parif. nu. 155. & 156. de probat.* & ibi Decius *in nova edit. nu. 253. & 254.* Albertic. *l. si donatione. ad fin. C. de collat.* Guillelmus Benedictus *c. Raynutius. verb. matrem. n. 21. de testament.* Cepol. *cautela 113. n. 2.* Iason *l. filia licet. n. 6. C. de collat.* Segura *l. Imperator. n. 93. ff. ad Trebell.* Angel. *verb. clericus. 15. nu. 12.* Sylvest. *verb. clericus. 4. q. 14. num. 10. & verb. peculium. 1. q. 2. ad fin.* Tabiena *verb. peculium. q. 1. num. 2.* Ioan. Lup. *rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 42. num. 7.* Crott. *l. frater à fratre. num. 106. fin. ff. de condict. in deb.* Roland. *cons. 16. n. 4. 5. & 6. vol. 4.* Bernard. Diaz *practica. c. 132. n. 6. ad fin.* Rebuff. *de priuileg. scholarium. priuileg. 55. num. 4.* Gualdens *de arte testandi. tit. 1. cautela 1. num. penult. & vlt.* Nauar. *summa Latina & Hispana. c. 17. n. 142. & Conuar. d. c. quia nos. num. 2.* Soarez *in q. maioricatus. num. 33.* Gerard. *singulari 54. Tenementi.* Castillo *l. 6. Tauri. verb. succedant ex testamento. vers. ex quo dicit.* Gregor. Lopez *l. 2. verb. aduentitia. nu. 21 p. 1.* Gomez Arias *l. 3. Tauri num. 11.* Molina *lib. 1. de primog. c. 19. num. 27.* Perez *l. 1 tit. 1. lib. 1. ordinamenti. §. est etiam & aliud clericis priuilegium. fol. 65.* Cald. *l. si curatorem. verb. lasis. num. 105. C. de in integrum restit.* Azebedo *lib. 5. recopil. tit. 1. l. 8. num. 15.* Matienzo *eodem tit. 1. l. 9. glos. 2. num. 12.* Spino *specul. testament. in rubr. glos. 4. num. 21. & 22.* Cornejo Add. *ad Anton. Gomez. l. 47. Tauri. edit. 1. fin. ad num. 1.* Societatis Iesv *tom. 1. de iust. disp. 238 col. 2. & di. col. 2. vers. item quasi castrensia.* Benedictus Egid. *l. 3. 7. num. 10. C. de sacrosanct. Eccles.* Leonard. *lib. c. 2. dub. 3. num. 7. vers. quasi castrense.* Azor *tom. 1. moral lib. 12. c. 8. q. 9. & tom. 2. lib. 12. c. 13. q. 9.* Pro ea sententia ciunt Bart. *§. presbyteros. num. 1. authen. [illegible] 9.* Bald. *d. l. sacrosancta. num. 4. in [illegible] 5.* vbi absolutè dicunt in peculio clerici non haberè partem vsumfructum.

Vltimò dubitatur, an huiusmodi priuilegium, vt bona post clericatum acquisita sint quasi castrensia, habeat locum in omnibus clericis etiam primæ tonsuræ. Quidam censent hoc priuilegium solis clericis constitutis in sacris ordinibus competere. Ducuntur ex *d. l. sacrosanctæ*, vbi de solis constitutis in sacris ordinibus sermo fit. Atque ita docent Ripa *l. in quartam. num. 171. ff. ad l. Falcid.* Viglius *inst. quibus non est permiss. fac. test. in princ. num. 18.* Cald. *l. si curatorem. verb. lasis. num. 105. C. de in integrum restit.* Mendez *l. cum oportet. p. 2. num. 167. C. de bonis, quæ liber.* Quamuis hi duo admirant hoc in clericis primæ tonsuræ cum quadam limitatione, quam num. 34. referemus, & tenet Salzedo Addition. *ad Bernard. Diaz. practic. cap. 132. littera G.*

33 Sed verius est, hoc priuilegium competere omnibus clericis etiam primæ tonsuræ. Probatur ex *d. auth. presbyteros. C. de Episcopis, & clericis*, ibi; *presbyteros, & diaconos, & subdiaconos, & cantores, & lectores*, &c. Nam cantor, seu, quod idem est, psalmista, *cap. psalmista. d. 23.* ibi; *psalmista id est, cantor*, est initiatus prima tonsura, vt tradunt Glofs. *c. cum contingat. verb. Abbati. de etate & qualitat.* Decius *c. Ecclesia S. Mariæ in nova edit. num. 22. de constitut. l. reg. 11. fine. tit. 6. p. 96.* Gregor. Lopez *eodem tit. 6. in fin. verb. nueue ordines.* Ergo priuilegium illius authenticæ conuenit clericis primæ tonsuræ. Secundò, ex verbis, quæ statim subiunguntur *in ea authen. presbyteros*, ibi; *quos omnes clericos appellamus.* Vbi indistinctè est sermo de clericis, & de illis etiam est sermo indistinctè *l. regia 3. fin. tit. 21. p. 1.* & indistinctè text. *c. quia nos. de testamentis.* At nomine clericorum veniunt omnes etiam prima tonsura initiati, vt constat ex *c. cleros. & c. clericos. d. 21. & c. de persona. 11. q. 1.* & tradit Glofs. *c. 1. verb. clericos. de probend.* Decius *d. c. Ecclesia. numero 23.* & *l. reg. 1. fin. tit. 6. p. 1.* Atque saltem in fauorabilibus nomine clericorum omnes hos comprehendi tradunt Abb. *rubr. de vita & honestate clericorum. n. 4.* Rosella. Angel. Sylvest. Tabiena *verb. clericus. 1. statim in princ.* Armilla *verb. clericus. num. 1.* & alij, quos refert, & sequitur Perez *l. 1. §. nomine etiam clericorum. tit. 3. lib. 1. ordinamenti. fol. 62.* Ergo in hoc clericorum priuilegio comprehenduntur etiam initiati sola prima tonsura. Nec obstat contrarium fundamentum, quia etsi *illa l. sacrosanctæ*, de solis constitutis in sacris immo nec de omnibus loquuta sit, sed de solis Episcopis, & presbyteris, & diaconis: at *d. authen. presbyteros*, id priuilegium ad omnes clericos extendit, vt tradit Glofs. *ea l. sacrosanct. verb. diaconi.* Et ideo hanc sententiam sustinent Hostient. *eo c. quia nos. statim in princ. & num. 2.* & ibi Ioan. Andr. *num. 1. & non. vlt.* Anton. *num. 4.* Abb. *fine.* Anchar. *num. vlt.* Imola quamuis aliquantulum dubius *num. 6.* Cardinal. *statim in princ. & num. 1. opposit. 16.* Barbat. *num. 5.* Decius *c. in presentia. in nova edit. num. 255. de probat. Ia. l. filie licet. num. 5. & 6. C. de collat.* Hippolyt. *rubr. ff. de fideiuss. q. 12. nu. 123.* Cepol. *cautel. 113. num. 1. & 2.* Bernard. Diaz *practic. c. 132. num. 6. ad fin.* Guillelmus Benedict. *c. Raynutius. verb. matrem. num. 20. & 21. de testament.* Rebuff. *de priuileg. scholar. priuileg. 55. num. 4.* Segura *l. Imperator. num. 93. ff. ad Trebel.* Ioan. Lup. *rubr. de donat. inter vir. & vx. §. 42. num. 7. fol.* Soarez *in q. maioricatus. num. 13. & 34.* Gualdens *de arte testandi. tit. 1. cautel. 1. num. penult. & vlt. d. c. quia nos. nu. 13.* Molina *lib. 1. de primog. c. 19. n. 26.* Gomez Arias *l. 3. Tauri. & l. 27. num. 100.* Auendaño *in suo libro tituloro. verb. castrense. fine. & responsi. 17. num. 3.* Gerard. *singular. 54. Tenementi. fin.* Crott. *l. frater à fratre. num. 106. fin. ff. de condict. in deb.* Roland. *cons. 16. num. 7. & 8. vol. 4.* Alcozer *summa. c. 36.* vbi de potentibus irritare *rota, cons. 4. fol. 56 pag. 1.* Benedict. Egidius *l. 1. p. 1. §. 7. num. 11. C. de sacros. Eccles.* Perez *eodem l. 1. §. est etiam & aliud clericis priuilegium. fol. 65.* Spino *specul. testament.* Rub. *glos. 4. num. 21.* Azebedo *lib. 5. recopil. tit. 1. l. 8. num. 15.* Matienzo

Matienzo *eodem lib. 5. tit. 8. l. 5. glos. 1. n. 4.* Molina Societatis Iesv *tomo 1. de iust. disp. 118. col. penult. & disp. 251. col. 2. vers. item quasi castrensia.* & clarè videtur tenere Menchaca *de success. creatione. lib. 2. §. 30. num. 109.* Nam relata vtraque opinione, concludit dicendum esse, vt ait Couar. *c. quia nos. de testament.* in quo loco Couar. amplectitur hanc sententiam. Pro eadem sententia sunt Speculat. Bart. Bald. Paul. Alberic. Roland. Angel. Sylvest. Greg. Lopez, Tabiena, Nauar. Leonard. & Azor vtroque loco allegati num. 31. Nam absque aliqua distinctione loquuntur de clericis, dicentes eorum bona gaudere hoc priuilegio.

34 Quidam autem ex his Doctoribus temperant hanc sententiam, vt intelligatur quando hi clerici minorum ordinum, aut primæ tonsuræ actu inseruiunt Ecclesiæ. Ita docent Auendaño vtroque loco allegato num. præced. Addition. *ad Decium. c. in præsentia. in nova edit. numero 255. littera A. verb. minoribus. de probat.* Immo alij petunt, vt habeant omnia requisita in Trident. *sess. 23. c. 6. de reform.* ad gaudendum priuilegio fori; quæ sunt deferre habitum, & tonsuram, aut esse in scholis, aut in alicuius Ecclesiæ ministerio ex Episcopi licentia, vel beneficium ecclesiasticum habere. Ita Spino, Matienzo, Benedictus Egidius *num. 11. fin.* Molina Societatis Iesv vtroque loco allegati num. præcedenti. Et cum eadem limitatione hanc sententiam admittit Caldas, & Mendez allegati num. 31. Hoc probant Caldas, & Mendez, quia quamuis Tridentinum loquatur de priuilegio fori, non minus extenditur ad alia priuilegia. Quia longè maior ratio est, vt alia priuilegia amittantur, quippe faciliùs amittuntur, vt constat in clerico coniugato, qui nunquam hoc, nec cæteris priuilegiis gaudet, cùm tamen seruatis aliquibus conditionibus, gaudeat priuilegio canonis, & fori, vt dicemus num. 36. Insuper id probat Molina Societatis Iesv, quod in desuetudinem abierit, vt clerici minorum ordinum, & primæ tonsuræ, eas conditiones non seruantes, hoc priuilegio potiantur. Tandem potest probari, quia hi clerici non se gerentes in habitu instar clericorum, censentur potiùs laici, & solo charactere clerici, vt iunuit Innoc. *c. 1. de apostat. num. 3.* & allegatis Antonio, & Goffredo, tenet Capit. *decis. Neapol. 61. num. 1.* Atque ideo Felician. *tract. de censib. lib. 2. c. final. num. 14.* dicit, nec hos clericos gaudere priuilegio canonis ob decretum Trident. *sess. 23. de reformat. c. 6.* Pro qua etiam sententia citatur à Gonzal. quem referam num. sequenti, Manuel *1. tom. sum. 2. edit. c. 80. num. 17.* Sed falsò, quia expressè in solis clericis coniugatis has conditiones petit.

35 Cæterùm limitatio non placet, sed existimo clericos primæ tonsuræ nullam earum conditionum seruantes gaudere hoc priuilegio. Atque ita iure optimo reliqui Doctores allegati num. 33. absque aliqua limitatione hanc sententiam amplexi sunt: & Azebedo *lib. 5. recopil. tit. 1. l. 8. num. 16.* hanc limitationem reiicit. Ducor, quod priuari priuilegiis clericalibus sit odiosum, ac subinde restringendum. Cùm ergo Tridentinum eas conditiones ad solum fori priuilegium retinendum petierit, id non est extendendum, vt necessarium sit ad retinenda cætera priuilegia. Atque ita Nauar. *lib. 5. consil. in 2. edit. tit. de priuileg. toto cons. 24.* & Gonzal. *in reg. 8. C. Cancellar. glos. 5. §. 5. num. 6. & quinque sequentib. & glos. 55. num. 55.* & in priori loco, *nu. 7.* affert decisionem Congregationis Cardinalium de hoc; probant in [illegible] to non auferri priuilegium canonis, ytpote quod est diuersum à priuilegio fori. Et idemmet Molina Societatis Iesv *tom. 5. de iustitia. disp. 671. ad fin.* & Azebedo *lib. 9. recopil. tit. 8. l. 6. num. 6.* afferunt reliqua priuilegia præter fori relicta illæsa à Tridentino in clerico non seruante eas conditiones. Idque clarè constat, quia vbi textus alia priuilegia auferri volunt, id explicant, vt *cap. 1. nic. de clericis coniugatis. in 6.* Quod confirmat Tridentinum *eodem c. 6.* vbi explicuit, clericos coniugatos nullisalus clericorum priuilegiis gaudere, præter canonis, & fori, & his tantum seruatis quibusdam conditionibus. Et ideo absque fundamento hoc negauit Felician. num. præcedenti allegatus. Cùm ergo Tridentinum eas conditiones ad solum fori priuilegium petierit, non sunt petendæ ad alia retinenda, cùm nullus alius textus eas petat: eo vel maximè, quod longè diuersa sit ratio; priuilegium enim fori restrictum est, ob maximam Regum instantiam, ne fraudaretur eorum iurisdictio: quod in reliquis priuilegiis locum non habet. Et confirmatur, quia adeò id decretum Tridentini est restringendum, vt censuerit Canalcanus *decis. 10. num. 21. & 24. p. 5.* allegato Farinacio, clericos primæ tonsuræ non seruantes eas conditiones minimè priuari toto fori priuilegio, sed illo gaudere quoad personam, non autem quoad bona, siue in ciuilibus, siue in criminalibus. Quam doctrinam (etsi non credam veram) affero ad declarandum, quam strictè ex mente horum sit intelligendum hoc decretum. Tandem, quia oppolita consuetudo allegata à Molina Societatis Iesv num. præcedenti, non probatur, & oporteret illam probare. Et quamuis clerici eas conditiones non seruantes sint instar laicorum; at vere sunt clerici, & solis priuilegiis, quæ ius exprimir deperdi, spoliandi sunt. Et ex his constat solutio ad rationes contrarias.

36 Tandem certum est, clericos coniugatos hoc priuilegio non gaudere, quia solis canonis, & fori priuilegiis gaudent, & his dumtamodo seruent aliquas conditiones, vt expressè habetur *c. vnic. de clericis coniug. in 6.* & in Trident. *sess. 23. c. 6. de reformat.* Atque ita docent Mayner. *l. filius famil. num. 12. & 18. ff. de regul. iuris.* Caldas *l. si curatorem. verb. lasis. num. 104. fine. C. de in integr. restit.* Mendez *l. cum oportet. 4. p. num. 166. C. de bonis, quæ liberis.*

SVMMARIVM.

An peculium profecticium, castrense, & quasi castrense, & libri filiifamilias transeant ad monasterium per eius professionem? num. 37.

Quid de aduentitia, an transeat etiam quoad vsumfructum? & illam amittat pater? Refertur quædam sententia. numero 38.

Explicatur sententia authoris. num. 39.

An possit ingrediens religionem testari de tertia aduentitiarum parte etiam quoad vsumfructum? num. 40.

An filiusfamilias possit in regno Castellæ testari de tertia bonorum parte, etiam quoad vsumfructum? Refertur quædam sententia. num. 41.

Sententia authoris, & explicatur l. 5. Tauri. num. 42.

An possit filius testari de tertia parte vsufructu ad opera pia, & alia debita soluenda, & an teneatur pater credere filio affirmanti etiam cum iuramento eadebita in suo testamento; & an possit filius legare partem tertij patris cum hoc onere, vt consentiat cætera legata impleri in sua vsufructus præiudicium, & in dubio legata partem tertij censeatur hoc velle? Et an legatum vsufructus illius omniam bonorum faciens vxori, valeat in præiudicium filiorum, & censeatur compensari cum proprietate quinti, quam filius reliquit, vel possit eam cum hoc onere relinquere? num. 45.

Acquisita post professionem sunt quasi castrensia, nec in eis habet pater vsumfructum, sed is pertinet ad monasterium. num. 44.

Quid de acquisitis post vota biennij Societatis Iesv? numero 45.

Qui, de acquisitis tempore nouiciatus? num. 46.

QÆSTIO tertia. Quale filiifamilias peculium transeat in monasterium succedendi capax eius professione. Et quidem fatentur omnes authores allegandi profectitium minimè transire nec quoad proprietatem, nec quoad vsumfructum, quia quoad vtrum[illegible] patris. Similiter fatetur omnes illi peculium [illegible] manere

vel quasi transire in monasterium quoad proprietatem, & vsumfructum, quia sunt filij quoad vtrumque. Disputantque Doctores hic, an libri dari à patre filiofamilias causa studij reputentur bona filij, & consequenter in monasterium transeant? Sed perit res hæc longum disputationem, & ideo est latè tractanda in 4. Decalogi præcepto, vbi disputatur de his filiifamilias peculiis, & quando ea conferre teneatur. Fatentur etiam peculium aduentitium transire in religionem quoad proprietatem, quæ filij erat.

38 Difficultas autem specialis est de aduentitio filiifamilias peculio, an transeat in monasterium quoad vsumfructum: atque ita per filij professionem priuetur pater vsufructu illo, quem in illud acquisierat? Affirmant aliqui, & potest probari argumento ducto à matrimonio carnali, vt illud proposuimus num. 25. in quodam simili. Secundò potest probari argumento ducto à cessante causa, cessat effectus. *c. cum cessante, de appellat.* Sed patria potestas, quæ est causa acquisitionis huius vsufructus, cessat per professionem: ergo cessabit quoque vsufructus; ac proinde ad monasterium in posterum pertinebit. Ita docent fortè posse dici quando filius expressè disposuit de illis bonis, aliàs standum *cont. si qua mulier. C. de sacros. Eccles.* Abb. *c. in præsentia. num.* 56. *de probat.* Rosel. *verb. clericus. fin.* & *verb. legari. num.* 18. Sylvest. *verb. clericus. 4. q. 14. num.* 10. & de acquisitis ante clericatum dicit fortè ita esse, vt efficiantur quasi castrensia professione sequuta, Guillelmus Benedict. *c. Raynutius. verb. matrem. num.* 20. *de testament.* & expressè, quod perdat pater eum vsumfructum, & transeat ad monasterium, tenet Benedictus Egid. *l. 1. p. 1. §. 2. num.* 19. saltem de iure Lusitanio.

39 At omnino dicendum est, huiusmodi bona non efficiere quasi castrensia professione sequuta; atque ita nullatenus pertinere ad monasterium quoad vsumfructum, sed quoad solam proprietatem, remanente vsufructu apud patrem, dum pater viuit, & eo mortuo consolidari cum monasterij proprietate. Ratio est, quia nulla potest esse ratio huius vsufructus amittendi, nisi eo quod patria potestas, quæ eius causa erat, soluatur professione filij. At hæc ratio non obstat, quia vsufructus semel acquisitus non amittitur cessante patria potestate. *l. vlt. C. ad Tertull. & l. 3. C. de vsufruct.* Quare tunc cessante causa, cessat effectus, quando ab illa dependet in fieri, & conseruari, vt lux à Sole; secus quando solùm in fieri pendet, vt calor ab igne: vsufructus autem pendet solùm in fieri à patria potestate. Item, quia in amittendo vsufructu non attenditur mors domini proprietatis, sed ipsius vsufructuarij, vt probauimus num. 5. Si ergo morte naturali filiusfamilias, qui est proprietatis dominus, non finitur hic paternus vsufructus, à fortiori nec morte ciuili: eo vel maximè, quod certius sit dissolui patriam potestatem morte naturali filij, quàm ciuili. Item probatur rationibus, quibus num. 26. probauimus idem de bonis acquisitis à filiofamilias ante clericatum. Et ex dictis ibi, & hic constat ad rationes contrarias. Et ideo hanc partem sustinent Specul. *tit. de statu monach. §. vnico. num.* 9. Antor. *c. in præsentia. num.* 56. *de probat.* & ibi Decius *in nou. edit. num.* 247. Berotius *num.* 526. & 527. Paris. *nu.* 155. Mantua *num.* 65. Odofred. *auth. ingressi. num.* 4. *C. de sacros. Eccles.* & ibi Bellapert. *q.* 9. Salycet. *num.* 4. *q.* 1. Tapia *ibi. verb. sua. c.* 4. *n.* 4. Alciat. *l. gallus. §. & quid si tantum. num.* 81. *ff. de liber. & posth.* Ioan. Lup. *rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.* 42. *fine.* Nouell. *repetit. l. cum familiæ. num.* 42. *ff. de legat.* 1. & ibidem Baber. *nu.* 11. Angel. *summ. verb. religiosus. num.* 56. Sylvest. *verb. religio. 6. q.* 1. *dilio* 5. Tabiena *verb. religio. quæst.* 36. & ibi Armil. *num.* 24. Nauar. *comment.* 2. *num.* 37. de regular. Soarez *in q. maioricitur. num.* 37. Greg. Lopez *l.* 5. *usufructu. tit.* 17. *p.* 4. Villalobos *in sui mun. ad. verb. monachus. num.* 183. Antonio Gomez *l.* 28. *Tauri. num.* 7. *fin.* Benedictus Egidius *l.* 1. *p.* 1. §. 7. *num.* 6. *C. de sacros. Eccles.* Ioan. de Monteiperd. *cons.* 46. *num.* 1. *col.* 1. Menchaca *de success. progress. lib.* 1. §. 1. *n.* 39. *vsque ad* 43. & omnes Doctores num. sequenti allegandi. Castillo *de vsufructu. lib.* 1. *c.* 65. *tom.* 1. *de inst. disp.* 1. *col.* 5. *verf. hoc tamen fundamento.* Azor *tomo* 1. *instit. moral. lib.* 12. *c.* 8. *q.* 3. & *tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 22. *q.* 5. Leonard. *lib.* 2. *de inst. c.* 41. *dub.* 10. *num.* 83. Manuel *quæst. regular. tom.* 3. *q.* 16. *art.* 4. Rebell. *tract. de iust. p.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 8. *sect.* 6. *numero* 64. Pinel. *l.* 1. *p.* 1. *num.* 45. *C. de bonis matern.* Caldas *l. si curatorem. verb. lesis. num.* 105. *fin. C. de in integr. restit.* Mendez *l. cum oportet.* 2. *p. num.* 129. *C. de bonis, quæ liber.* Matienzo *lib.* 5. *recopil. tit.* 1. *l.* 9. *glos.* 2. *num.* 2. & *tit.* 8. *l.* 1. *glos.* 3. *num.* 20. Sayro *in claui regia. lib.* 9. *c.* 7. *num.* 9. Lælius Zecchius *de Repub. eccles. tit. de regular. c.* 3. *numero* 14. *ampliat.* 3. & 2. *p. sua summa. c.* 8. *num.* 7. Atque idem docent Doctores alij, quos num. 26. retulimus dicentes, bona acquisita ante clericatum non effici quasi castrensia clericatu acquisito, & adhuc patri competere vsumfructum illorum.

Hinc deducitur minus bene dixisse Abbatem, & eius 40
sequaces relatos num. 38. posse filiumfamilias in religionem ingressum disponere de aduentitiis quoad proprietatem, & vsumfructum, quia cùm vsufructus ille non sit suus, sed patris dum viuit, non erit integrum filio de illo disponere. Atque ita tradunt Decius, Berotius, Paris. Mantua *num.* 66. Angelus, Sylvest. Tabien. Armil. Gregor. Lopez. Anton. Gomez num. præcedenti allegati, Tello *l.* 5. *Tauri. num.* 5. & ibi Auendaño iunior *glos. fin. num.* 5. Rojas *epitom. success. c.* 29. *numero* 25. Spino *specul. testament. glos.* 9. *principali. numero vlt.* Gutierr. *q. pract. lib.* 2. *q.* 40. *n.* 5. Matiezo *lib.* 5. *recopil. tit.* 4. *l.* 4. *glos.* 3. *numero* 4. Morquechus *de diuis. bonor. lib.* 4. *c.* 4. *num.* 25. Benedict. Egidius *eo numero* 6. & 7. 8. 9. vbi eum allegant num. præcedenti. Azor *tomo* 1. *instit. moral. lib.* 12. *c.* 8. *q.* 9.

Sed in regno Castellæ est difficultas specialis, an in- 41
tegrum sit filiofamilias testari de tertia bonorum aduentitiorum parte non solùm quoad proprietatem, sed etiam quoad vsumfructum? Qua in re quidam censent quemcumque filiumfamilias posse in hoc regno testari de ea tertia parte etiam quoad vsumfructum. Ducuntur, quia *l. regia* 5. *Tauri*, hodie *l.* 4. *tit.* 4. *libro* 5. *nouæ recopil.* sic habetur; *El hijo, o hija que esta en poder de su padre siendo de edad legitima para hazer testamento, pueda hazer testamento, como si estuuiera fuera de su poder.* & statim *l.* 6. *Tauri*, hodie *l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopil.* datur facultas filio testandi de tertia bonorum parte in ascendentium præiudicium. Ergo poterit testari de ea tertia parte etiam quoad vsumfructum; tum quia *ea l.* 6. datur facultas hæc testandi nulla adiecta limitatione: tum etiam, quia *ea l.* 5. dicitur posse testari, ac si extra patriam potestatem esset; sed si esset extra patriam potestatem, posset etiam de vsufructu illius tertiæ partis testari. Et ideo hanc partem sustinent Anton. Gomez *l.* 6. *Tauri. numero* 14. Menchaca *de success. progress. lib.* 1. §. 1. *numero* 31. Ceruant. *l.* 3. *Tauri. numero* 47. Azebedo *l.* 4. *numero* 12. & 13. *tit.* 4. *lib.* 5. *nouæ recopil.* Molina Societatis IESV *tom.* 1. *de iust. disp.* 132. *col.* 4. *verf. ab effectu tamen.*

Sed dicendum est, non posse testari, nisi de tertia 42
parte quoad proprietatem; quare fructur pater, cum [illegible] fecerit, vsufructu illius tertiæ partis, & eo [illegible]ncbit ad illum, cui filius reliquerit proprietatem. Ducor primò, quia statutum permittens filiofamilias testari, intelligendum est absque vsufructu paterni præiudicio, vt optimè docent Baldus *l. si quis animo. in fine. ff. de testament.* Imola *c. quia in ecclesiis. numero* 28. *de testament.* Guillelmus Benedictus *c. Raynutius. verb. matrem. numero* 24. *de testament.* Franc. *rubr. de testament. in* 6. *numero* 45. Pinel. *l.* 1. *p.* 1. *num.* 44. *C. de bonis matern.* Cephalus *cons.* 156. *numero* 37. *vol.* 2.

Ergo

Ergo lex illa regia permittens ei testari, est intelligenda absque huius vsufructus præiudicio. Secundò, quia cùm illa lex sit iuris antiqui correctiua, quod filiofamilias denegabat testandi de aduentitiis potestatem etiam patre consentiente. *l. qui in potestate. ff. de testam.* & *§.* 1. *instit. quibus non est permiss. fac. testament.* est restringenda, vt in quantum fieri possit, minus illud lædat, eo vel maximè, quod sit etiam in patris præiudicium. Ergo non est extendenda, vt liceat etiam de vsufructu testari, sed potiùs ad solam proprietatem restringenda est. Quare dum concedit filiofamilias potestatem illam testãdi, ac si esset sui iuris, sensus est, patriam potestatem nulli obstaculo ei esse quoad testandi potestatem, sed posse ea non obstante testari, ac si extra illam esset. Non autem est dicendum, vt intelligatur licere quoque testari quoad vsumfructum. Quia tunc duo specialia inducerentur contra regulam traditam *l.* 1. *C. de dot. promiss.* Prius, vt filiofamilias liceret de aduentitiis testari. Posterius, vt id quoque liceret in vsufructus paterni præiudicium. Tandem, quia nec filius sui iuris effectus, vt Episcopus, potest testari de bonis aduentitiis, quorum pater ante dignitatem vsumfructum acquisierat, cùm ille vsufructus adhuc sit patris, vt probauimus numero 26. Ergo quamuis lex concedat filiofamilias testari, sicut si esset sui iuris effectus, non inde sequitur, vt id possit in præiudicium vsufructus paterni. Et ideo in terminis huius legis hanc sententiam sustinent Peralta *rubr. ff. de hæred. instit. numero* 181. Anton. Gomez sibi contrarius *l.* 48. *Tauri. numero* 7. Aluaradus *de coniectura ex mente testatoris. lib.* 2. *c.* 1. *in princip. numero* 8. Tello *l.* 5. *Tauri. numero* 5. Molina *libro* 2. *de primog. c.* 9. *numero* 22. & 23. Pelaez *de maioratu, in priori edit.* 1. *p. quæst.* 1. *num.* 46. Rojas *epitome success. c.* 29. *numero* 25. Perez *l.* 1. *tit.* 2. *libro* 5. *recopil. fol.* 111. & Addition. *ad Seguram. l. Imperator. num.* 78. *ff. ad Trebell.* Caldas *l. si curatorem. verb. lesis. numero* 152. *C. de in integrum restit.* Mendez *l. cum oportet.* 2. *p. numero* 130. *C. de bonis, quæ liberis.* Mazienzo *libro* 5. *recopilat. tit.* 4. *glos.* 3. *num.* 5. & *l.* 1. *tit.* 8. *glos.* 3. *num.* 18. Auendaño iunior *l.* 5. *Tauri. glos. final. num.* 1. Azebedo sibi contrarius *l.* 1. *tit.* 8. *num.* 55. *lib.* 5. *recopil.* Cornejo *addit. ad Anton. Gomez. l.* 6. *Taur. numero* 14. Morquechus *de diuis. bonor. lib.* 4. *c.* 4. *num.* 26. Gutierr. *quæst. pract. lib.* 2. *q.* 40. *num.* 4. Molina Societatis IESV sibi contrarius *tom.* 1. *de iust. disp.* 138. *col.* 2. *verf. in regno vero.* Manuel *quæst. regular. tom.* 3. *quæst.* 16. *art.* 4. Spino *specul. testament. glos.* 4. *rubrice. num.* 16. & *glos.* 9. *principali. num. vlt.* & Castillo *de vsufruct. lib.* 1. *c.* 63. *fin.* quamuis dicat rem esse dubiam, ait durum esse, in iudicando, & consulendo ab hac sententia recedere.

43 Addit Aluaradus *eodem num.* 8. integrum esse huic filiofamilias testari etiam de vsufructu ad pias causas pro anima, & conscientiæ exoneratione. Quia onus administrandi necessaria personæ filij incumbit patri: & quia fauore animæ defuncti multa permittuntur. Sed dicendum est, pro exoneratione conscientiæ, & restituendis malè ablatis non dubium esse, quin possit filius non in solo bonorum tertio, sed in tota hæreditate grauare patrem, quia cùm non sint bona filij, nisi deducto ære alieno. *l. subsignatum. §. bona. ff. de verbor. significat.* debita ex toto aceruo hæreditatis extrahenda sunt, sicut & debita parentis ex tota filiorum hæreditate. Sed tunc demum tenebitur pater ea soluere, si legitimè ei constent: cùm dictis filij etiam iuratis non teneatur in [illegible] dicium credere, iuxta doctrinam Bart. communiter receptam *l. cum quis decedens. §. codicillis. nu.* 4. *ff. de legat.* 3. vbi tradit confessionem testatoris etiam iuratam non probare in sui præiudicium, nedum tertij. Et quando est in præiudicium tertij, vt legitimæ debitæ filiis, tenet multos allegans Gutierr. *de iurament. 1. p. q. 5. num.* 21. 22. & 23. *quæst. pract. lib.* 3. *q.* 96. *num.* 5. Et cùm pater sit creditor respectu etiam vsufructus illius tertij, non tenebitur ei in sui præiudicium credere. Quod in foro conscientiæ temperandum est, nisi ex adsint coniecturæ, vt pater certò credat filium vera asserere. Sicut docent Doctores communiter de filio, cui mater asserit ex adulterio se illum concepisse, non teneri credere, nisi ex adsint coniecturæ, vt sibi merito persuadeat, matrem verum dicere. Quoad reliqua autem legata pia, caret fundamento, dicere, posse grauari patrem in suo vsufructu; sed in solis funeris expensis potest, ad quas pater tenebatur ex suis bonis, si nulla filij extarent. Vt autem possit filius obligare patrem ad consentiendum legata illius tertiæ bonorum partis statim solui, id medium esse potest, vt proprietatem alicuius partis illius tertij leget patri, ea conditione, vt permittat alia legata impleri statim in præiudicium sui vsufructus, vt bene dixit Manuel numero præcedenti allegatus. Verùm non sufficit ad hoc filium legasse patri aliquam partem illius tertij, vt censeatur ob id grauare patrem ad consensum hunc præstandum, sed oportet, vt id exprimat. Quippe in dubio ea voluntas non præsumitur. Et vtrumque cõfirmatur ex doctrina, quam in alio simili tradunt Gutierr. *lib.* 3. *practicar. quæst.* 57. *numero* 13. Castillo *de vsufruct. lib.* 1. *c.* 45. *numero* 14. & 15. & alij per eos allegati, nempe, quamuis legatum vsufructus omnium bonorum relictum vxori à coniuge habente descendentes legitimos, valeat in sola quinta bonorum parte, de qua in eorum præiudicium poterat disponere: at potest pater legare proprietatem quinti illis descendentibus, cum hoc onere, vt consentiant vxorem percipere omnium aliorum bonorum vsumfructum; & sic is vsufructus compensabitur cum illo legato. Nec vir legans proprietatem quinti descendentibus censebitur eam compensationem velle, nisi manifestè eius voluntas constet.

Hactenus dicta sunt de acquisitis ante religionis in- 44
gressum: nam de acquisitis post professionem nullus dubitat quem viderim, sed omnes affirmant ea esse quasi castrensia, acquirique monasterio quoad proprietatem, & vsumfructum, vt si filiusfamilias iam professus succedat in bona materna, aut aliquid acquirat: tum quia, cùm acquisitionis tempore sit extra patrum potestatem constitutus, nequit pater illum vsumfructum in eis bonis acquirere; quippe qui est patriæ potestatis effectus: tum etiam, quia professi gaudent hoc clericorum priuilegio, quod est, vt omnia post clericatum acquisita sint quasi castrensia, iuxta dicta n. 31. & probabimus n. 46. Atque ita docent Abb. *c. in præsentia. num.* 56. *de probat.* & ibi Paris. *num.* 156. Berotius *num.* 528. Sylvest. *verb. clericus. 4. q.* 14. *num.* 10. *verb. religio. 6. q.* 1. *dilio* 5. Rosel. *verb. clericus. 4. fin.* & *verb. legare. num.* 18. Angel. *verb. religiosus. nu.* 56. Tabien. *verb. religio. quæst.* 36. *num.* 37. Mendez *l. cum oportet.* 2. *p. num.* 129. *C. de bonis, quæ liberis.* Castillo *de vsufruct. lib.* 1. *c.* 65. *fin.* Azor *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 12. *c.* 8. *q.* 9. Molina *tom.* 1. *de iust. disp.* 14. *n. col.* 5. *verf. hoc tamen fundamento.* Lælius Zecchius 2. *p. sua summa. c.* 8. *n.* 7. Sayro *thesauro casuum. tom.* 2. *lib.* 9. *c.* 7. *n.* 9.

Atque de religiosis Societatis IESV, qui vota bien- 45
nij in ea emisêre, dicendum est, bona per ipsos acquisita post ea vota, esse quoque quasi castrensia. Quia cùm veri religiosi sint, comprehenduntur quoque nomine clericorum, iuxta dicenda numero sequenti. Præterea, quia sunt quoque extra patriam potestatem per illa vota constituti, vt probauimus suprà.

Immo & bona acquisita per cuiuscumque religionis 46
nos tios existimo quoque gaudere eodem priuilegio, vt si quasi castrensia, quamuis neminem de hoc disserentem inuenerim. Ducor, quia id priuilegium conceditur acquisitis per quoscumque clericos, etiam solius prima tonsuræ, vt probauimus numero 34. At clericorum nomine in fauorabilibus comprehenduntur omnes, qui non sunt laici, vt tradunt Abb. *rubr. de vita, & honestate clericor. num.* 4. Rosel. Sylvest. [illegible] at maneres

Tabieu. *verb.clericat.1 statim in principio.* At nouitios constat non esse laicos. Præterea, quia omnes gaudentes priuilegio fori, dicuntur personæ ecclesiasticæ, vt tradit Decius *c. Ecclesia sanctæ Mariæ.in nona edit.numero 26. de constit.* At nouitios potiri fori priuilegio satis probauimus suprà: & ideo dicuntur personæ ecclesiasticæ. At Natar. *comment. 1. de regular. numero 55.* ait hoc priuilegium concedi clericis, & ecclesiasticis. Et quamuis obscurè, tenet Palud. *4. d. 38. quæst.3. art.1. numero 8. concil. 4.* referens enim quosdam sentire solos Doctores, & aduocatos habere quasi castrense, & sic patrem posse vsque ad professionem reuocare libros filij, subdit probabilius esse, vt tyro, & armiger habeant castrense, sicut miles, & scholaris, quasi castrense, sicut aduocatus.

SVMMARIVM.

An vsufructuario quocumque præter patrem profitente, transeat vsufructus ad monasterium? refertur quædam sententia. num.47.

Explicatur sententia authoris, & quandiu duret illa vsufructus. num.48.

An ius vsufructus, an ipsius sola commoditas transeat in monasterium? refertur quædam sententia. num.49.

Explicatur sententia authoris. num.50.

Quid de vsufructu temporali, an pereat morte monachi contingente ante ad tempus? num.51.

Decima pretij rei, in qua est census perpetuus, venditæ, aut res illa cadens in commissum, an pertineat ad monasterium vsufructuarium, aut capellanum, qui ratione capellaniæ potitur fructibus illius census, an potius ad proprietarium? num.52.

An professione religiosi in monasterio succedendi incapaci, & votis biennij, aut coadiutorum formatorum in Societate IESV, extinguatur vsufructus? num. 53.

Quid de annuo legato relicto monacho in sæculo, an cesset professione in alia religione, aut in religione incapaci succedendi? num.54.

An hoc professo in religione incapaci, extinguatur ius vsufructus, & annui legati ante professionem alienata? numero 55.

An ante professionem in religione capaci, aut incapaci, sit integrum testari de hoc vsufructu, aut annuo legato? numero 56.

An integrum quaque sit testari de fructibus maioratus? numero 57.

An vt hæres excluso monasterio in hac succedat, oporteat mentionem omnium horum facere in heredis institutione; & si de his testatur in religione capaci succedendi, debeantur statim à die professionis, an expectanda sit mors naturalis illius monachi? num.58.

An si quis vendat vsufructus commoditatem, & postea ingrediatur monasterium incapax succedendi, & sic pereat vsufructus, teneantur heredes restituere pretium emptori? num. 59.

Quandiu duret vsufructus in monasterio, aut alio hærede quando est relictus alicui pro se, & suo hærede? & an in vsufructu finiatur persona primo heredis, etsi relictus sit pro se, & suis heredibus? num. 60.

Quandiu duret in monasterio vsufructus relictus monacho iam professo; & an relictus filiofamilias expiret morte patris, aut morte filij? num. 61.

An vsufructus monasterio per professionem acquisitus transeat in posterium monasterium, ad quod monachus it? Proponuntur probantia partem negantem. num.62.

Quando est acquisitus ante professionem, transit? quæ monachus transit ad ordinem incapacem succedendi ut eius professione. num. 63.

Quid si sit relictus pro se, & suo hærede? num.64.

Quid si sit relictus monacho post professionem? num relictus tempore nouitiatus? num.66.

Qvæstio quarta. An vsufructus cuiuscunque 47
vsufructuarij præter patris in aduentitia filij bona, acquiratur monasterio per illius monachi professionem? Quidam existimant vsumfructum illum non acquiri monasterio, sed ipsius religiosi professione extingui, & consolidari cum proprietate. Ducuntur, quod ius vsufructus nequeat in monasterium transire, cùm sit personalissimum, ac ita personæ vsufructuarij cohærens, vt nec cessione, nec alio modo in aliam transire possit, vt probauimus num. 5. 14. & 15. ac proinde nequit in monasterium transire: nec etiam potest in monacho manere, vtpote qui per professionem redditus est incapax cuiuscumque proprij habendi. Ergo necessariò fatendum est, ius illud extingui. At iure illo extincto nequit eius commoditas perseuerare, vtpote quæ ab illo dependet, & eo extincto perit, vt explicuimus n. 18. Secundò, quia si transiret in monasterium, esset duraturum centum annis, vt durare vsumfructum Ecclesiæ relictum diximus n.5. cùm tamen omnes vsumfructum extingui morte monachi fateantur. Et ideo hanc sententiam sustinent Glossa *c. si qua mulier. verb. non extantibus. fin. 19. q.1.* Cauallos *in suis quæst. communibus q.64. fine.* Sed falsò allegat pro se Cynum, Iasonem, Salycetum *authentic. ingressis. C. de sacrosanctis Ecclesiis.* Eandem sententiam debet consequenter loquens tenere Fachineus *in controuers. iuris. lib.6.c.12. vers. ego puto.* Nam eadem ratione probat vsumfructum paternum extingui patris professione: quare cùm illa æquè idem probet in aliis vsufructuarijs, tenetur consequenter de illis idem asserere.

Cæterùm dicendum omnino est, vsumfructum il- 48
lum minimè extingui, sed acquiri monasterio, dum professus ille naturaliter vixerit, ac naturali eius morte extingui. Ducor, quòd *auth. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles.* decidatur, omnia bona, iura, & actiones monachi transire in monasterium ipsa professione, nec ibi, nec in aliquo alio textu excipiatur vsufructus, nec prior ratio contraria id persuadeat, vt explicabimus duplici n. sequenti. Nec etiam id suadet posterior, quia optimè respondet Ioann. Andr. Addition. ad Speculatorem statim allegandus, vsumfructum relictum directè Ecclesiæ durare centum annis; secus quando non directè, sed Ecclesia succedit in ius alterius, tunc enim tandiu durabit, quandiu vixerit ille in cuius ius succedit. Et ideo hanc sententiam sustinent Gloss. *d. authen. ingressis. verb. dedicam.* & ibi Odofred. *num.10.* Cynus *numero 12.* Bart. *in 1. lectura. numero vlt. & in 2. num.22.* Bald. *num.31.* Bellapert. *col. 8. vers. sed pone in difficiliori.* Dec. *ad fin.* Paul. *numero 26.* Alberic. *numero 22.* Iason *numero 48.* Salycetus *num. penult. quæst.7.* Rosel. *numero 18.* Signorol. *num. 28.* idem Bart. *authen. idem est. in princ. num.1. C. de bon. quæ liber.* & ibi Cynus *q.2.* Alberic. *n. vnico.* Salycet. *n.1.* Angel. *num.1.* idem Alberic. *l. final. n.3 C. de Episcop. & cleric.* Azo *sum. in rubr. pandectar. tit. quibus modis vsufruct. & vsus amitt. n.2.* idem Bald. *instit. de vsufruct. §. finitur. in fine.* Archidiac. *c. si qua mulier. n.4. 19. q.3.* Speculat. *tit. de statu monach. § vnico. n.52. q.46.* & ibi Ioan. Andr. *in addition. l. M. verb. in monasterium.* Idem Ioan. Andr. *c. in præsentia. numero 16. de probat.* & ibi Innocent. *numero 5.* Hostiensis *numero 8.* Anton. *numero 25.* Anchar. *numero 21.* Dec. *in nona edit. numero 257.* Bellamer. *numero 6.* Paris. *numero 163.* idem Anchar. *cons. 196. fine.* Abb. *l. final. numero 2. de pignor.* Hentic. *ibi. in. l. gallus. §. & quid si tantum. numero 10. ff. de liber. & post.* & ibi Crottus *numero 30.* Fortun. *numero 66.* Imola *l. cum filio. numero 8. ff. de legat. 1.* Betonis *cons. 29. numero 4. vol. 1.* Gigas *de pension. quæst. 57. num. 5. & 9.* Guid. Pap. *quæst. 477. num. 44. & 59. numero vnico.* Gambar. *de auctoritate legatis de latere. l. 6. numero 735.* Hippolyt. *singular. 667. numero 1.* Guillelmus Benedictus *c. Raynutius. verb. testatore itaque mense n. 1. numero 298. de testament.* Bernardus Diaz *regula 194. numero*

numero vnico. Rosel. *verb. donatio. 1. numero 44.* Angelus *verb. religiosus. numero 52. & verb. hæreditas. numero 20.* Sylvest. *verb. religio. 6. quæst. 1. dubio 2. & verb. hæreditas. num.1. quæst.7. & verb. religio. num. 21.* Tabiena *verb. hæreditas. quæst.14. num.15. & verb. religio. q.54. num.55.* Natar. *comment. 2. num. 38. de regular.* Suarez *allegat. 20. num.20.* Gomez Arias *l.46. Tauri. paulo post princ.* Couar. *cap. 2. num. 9. de testament.* Anton. Gomez *l. 48. Tauri. num.8.* Villalobos *in suis communibus. litera M. verb. monachus. num. 178.* Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 19. numero 28.* Angul. *de meliorat. l.1. gloss. 3. numero 25.* Cald. *de nominat. emphyteut. c.6. num.14. & l. si curatorem. verb. lasciu. numero 141. C. de in integr. restit.* Spino *specul. testament. glos.12. principali. num.21.* Tapia *d. auth. ingressi. verb. sua. c.17. à numero 1. vsque ad 6.* Castillo *de vsufruct. lib.1. c.64. num. 3.* Benedictus Egid. *l.1. p.4. §.1. num.9. & 10. C. de sacros. Eccles.* Parlador. *in sesquicentur. quotidianar. different. different. 73. §. 1. ad finem.* Molina *tom.1. de iust. disp.9. col. antepenult. vers. dubium vlterius est.* Azor. *tom.1. instit. moral. lib.12. c.8. q.2.* Sayto *in claui regia. lib.9. c.7. num.8. dub.6.* Graff. *2. p. decis. lib.1. c.19. numero 43.* Lælius Zecchius *de Reipub. eccles. tit. de regular. c.3. numero 14. amplia. 2.* Rebell. *de iust. 9.1. lib.1. quæst.7. sect. 2. numero 21.* Galganettus *de condict. & demonstrat. p.1. c.11. quæst.18.* Hæc tamen sententia intelligenda est, quando monachus non disposuit aliter ante professionem: quando enim aliter disposuit, seruabitur ea dispositio; sicut etiam idem in successione in alia monachi bona contingit, vt bene ait Rebell. *eodem num. 21.* Qualiter autem liceat de hoc vsufructu testari, explicabimus à num.55.

49 Sed magnum facessit negotium in enodando modo, quo vsufructus in monasterium transire valeat: vrget enim ratio prior proposita numero 47. quæ fortiter probat nec vsumfructum, nec eius commoditatem transire posse in monasterium. Et ideo duplex est hoc enodandi modus. Prior asserit ius vsufructus manere in monacho, commoditatem autem eius transire in monasterium. Nec obstat monachum iuris cuiuscumque proprij retinendi esse incapacem, quia id verum est, vt eius commoditate fruatur: secus autem in monasterij vtilitatem, quod solum ea vsufructus commoditate potiretur est: & sic satisfit rationi contrariæ. Et ita docent Cynus *authen. ingressi. numero 12. C. de sacros. Eccles.* & ibi Bellapertic. *col.8. vers. sed pone in difficiliori.* Bart. *in 2. lectura. numero 42.* Bald. *numero 31.* Salycetus *numero penult. quæst.7.* Signorolus *numero 28.* Anton. *c. in præsentia. numero 25. de probat.* Couar. Anton. Gomez, Tapia *numero 4.* Molina, Sayro, Lælius Zecchius, Graff. Rebell. vbi allegati sunt numero præcedenti.

50 Posterior modus, qui mihi placet, ait, ius vsufructus, atque eius commoditatem transire in monasterium, ac nihil apud monachum remanere. Ducor, quia nequit dici ius aliquod in monacho remanere etiam ad monasterij vtilitatem; quippe professione redditur cuiuslibet dominij acquirendi, aut retinendi siue in suam, siue in monasterij vtilitatem incapax, aliàs posset dici eum manere dominum totius patrimonij in sæculo possessi, non in suam, sed in monasterij vtilitatem; quod nemo sanæ mentis dicet, sed monasticæ professior id dominium aduersari. Nec obstat ratio contraria, quod quamuis ex vsufructuarij voluntate nequeat ius vsufructus in alium transferri, potest tamen mini proprietatis consensu, vt diximus numero 5. & à fortiori id poterit ex iuris authoritate, quia in hoc eventu omnia monachi iura transferuntur in monasterium. *authen. ingressi. C. de sacros. Eccles.* & consequenter etiam ius vsufructus. Nec hoc est nouum in iure, sed idem olim erat in filiofamilias adeunte hæreditatem. Ius enim hæreditarium, quod merè personale est, cum iuribus directis acquirebatur patri, & apud illum remanebat solum nudum facti nomen, intra plenè notata *l. cum filio. ff. de legat. 1.* Quod si replices, inde sequi fore, vt illud vsufructus ius non pendeat à monachi vita, sed duret centum annis, quod aduersarius dictis numero 48. quia (vt numero 19. probauimus) vsufructus de consensu domini in alium transfatus non pendet à vita transferentis, sed censetur nouus constitutus in eo, in quem transfatus est, ab eiusque vita pendens; facilè respondetur, id fallere in hoc eventu, quod iura non transtulerint hoc vsufructus ius directè in monasterium, atque eius contemplatione, sed in consequentiam, translatione personæ monachi, ac eius contemplatione, ac subinde ab eius vita pendet. Et ideo hanc sententiam sustinent Bart. *ea auth. ingressi. in 2. lectura. numero penult. & vlt.* Paulus *ibi. num.16.* Rosella *num.18.* Gomez Arias *l. 46. Tauri. paulo post principium.*

Atque idem prorsus dicendum est de vsufructu, qui 51
ad certum tempus erat relictus in sæculo illi monacho, quamuis enim temporalis sit, perit morte monachi decedentis ante id tempus finitum, iuxta ea, quæ diximus numero 10.

Hinc deducitur, vsufructu census perpetui in aliqua 52
re constituti, translato in monasterium, si res illa postea vendatur, laudemium, id est, decimam pretij partem debitam ratione census perpetui, non spectare ad dominum proprietatis illius census, sed ad monasterium vsufructuarium: at rem illam cadentem in commissum pertinere ad dominum proprietatis census, manente integro, & illæso illius rei vsufructu, qui ad monasterium pertinebat. Et similiter dicendum est, si ille census esset redditus alicuius capellaniæ in ea re institutæ: laudemium enim ex rei illius venditione debitum pertinebit ad capellanum, vtpote qui vsufructu illius census potitur; at ea res cadens in commissum pertineret ad proprietatis dominum. Ratio differentiæ est, quod laudemium sit fructus illius census; omne enim emolumentum proueniens ex re vsufructuaria, dicitur fructus illius, & pertinet ad vsufructuarium. *l. item si fundo. ff. de vsufruct.* res autem cadens in commissum sit proprietas; & ideo illud ad vsufructuarium, hoc autem ad proprietarium pertinet. Atque ita laudemium illud pertinete ad vsufructuarium, & non ad proprietarium, tradunt Alberic. *rubr. C. de vsufructu. numero vnico. quæst.2.* Ioan. Andr. Addition. *ad Speculat. tit. de emphyt. §. nunc aliqua. quæst. 94. fine. numero 116. verb. qui taberna.* Oldrad. *tota cons.14.* Iason *l. fin. num.45. quæst.5. C. de iure emphyt.* Guid. Pap. *quæst.477. num.2.* & alios allegans Tiraquel. *de retractu lignagr. 9. fin. numero 166.* Guillelmus Benedict. *c. Raynutius. verb. cætera bona. numero 13. de testament.* Socin. iunior *cons. 70. numero 31. lib.1.* Bellon. *cons.6. num.18.* Sylvest. *verb. emphyteusis. quæst. 22. numero 30.* Iulius Clar. *lib.4. receptar. §. emphyteusis. quæst.23. fine.* Amod. de Aponte *in quæst. laudemialibus. quæst.20.* Molina *tomo 2. de iust. disp.459. col. antepenult.* At rem cadentem in commissum pertinere ad proprietarium tradunt Oldrad. *cons. 40.* Ioan. Andr. Alberic. *quæst. 2.* Iason, Guido Pap. *num. 3.* Guillelmus Benedict. Sylvest. Amod. de Aponte *ibidem.* Quare miror bene Tabiena *in summa. verb. emphyteusis. quæst. 30. numero 31. fin.* & aliqui, quos refert Guid. Pap. *ea quæst. 477. numero 11.* dicunt id laudemium pertinete ad dominum.

Sententia autem hæc, vt vsufructus, quem mona- 53
chus in sæculo habebat, non expiret professione monachi, limitanda est quando religio est succedendi capax. Nam professione emissa in religione succedendi incapaci, statim extinguitur vsufructus, & consolidatur cum proprietate. Hanc limitationem negat Speculator *tit. de statu monach. §. vnic. numero 7. quæstione 3.* & generaliter de quibuscumque professis in ordine Minorum, docet pertinere ea ad [illegible] ut maneret in [illegible] extan

tium. Et in specie de vsufructu tenet Guid. Pap. *decis.* 593. *numero vnic.* quia id censetur potius legatum alimentorum, cuius est capax frater Minor. Sed alij, vt Cauallos *in suis quæst. communibus. quæst.* 64. *fin.* Manuel *quæst. regular. tom.* 3. *quæst.* 16. *artic.* 5. *paulo post princ.* dicunt tunc non extingui, nec pertinere ad monasterium, sed transire ad hæredes ab intestato illius monachi, dum ipse naturaliter viuit, sicut & reliqua illius bona ad ipsos transeunt. Neuter tamen id probat, sed Cauallos alios authores falsò allegat. At probari potest ex sententia illorum, quos retulimus hoc libro suprà, qui asserunt huiusmodi professionem non æquiparari morti naturali, atque ideo testamentum ante hanc professionem factum, non exequendum, donec mors naturalis professi sequatur, & interim hæredes ab intestato potituros illis bonis. Sed prædicta limitatio est amplectenda, quia ea professio comparatur morti naturali quoad omne succedendi ius, vt probauimus cum multo receptiori sententia suprà. Præterea, quia ea est vsufructus natura, vt eius ius transire in alium nequeat, nisi ex consensu proprietarij, aut legis dispositione, vt diximus num. 50. At hic non adest consensus domini proprietatis, vt constat: nec legis dispositio, cùm nulla allegetur dispositio huic hoc transire ad hæredes, quinimò ea est vsusfructus natura, vt ad hæredes non transeat. Nec dicendum est, id ius perseuerare in monacho, & commoditatem transire in hæredes: quia num. 50. id in aliis quoque religionibus reprobauimus, nedum in hac, vbi multo strictior est paupertas. Tandem, quia *instit. de vsufruct. §. final.* decernitur vsumfructum extingui capitis diminutione, eo quod ex tunc vsufructuarius fit incapax; nec debet transire ad fiscum, qui eius est hæres. Ergo similiter extinguetur hac professione, qua monachus redditur omnino incapax habendi proprij in communi, & in particulari, nec ad hæredes transibit. Et ideo hoc sustinent Angel. *verb. religiosus. numero* 52. Sylvester *verb. religio.* 6. *quæst.* 2. *dicto* 2. Tabiena *verb. religio. quæst.* 34. *num.* 35. Sayro *in claui regia. lib.* 9. *c.* 7. *numero* 8. *dub.* 6. Azor *tomo* 2. *instit. moral. lib.* 2. *cap.* 21. *q.* 4. Molina *tom.* 1. *de iust. disput.* 9. *col. antepenult. vers. vlterius dubium est.* qui bene addit, in Societate quoque Iesu eum vsumfructum durare in religioso vsque ad solemnem professionem, aut simplicis coadiutorum vota, per quæ huiusmodi religiosi plenè incorporantur Societati, redditi cuiuscumque proprij in particulari, & in communi incapaces: atque his emissis extingui, & consolidari cum proprietate. Quatenus autem ait durare in his religiosis vsque ad huiusmodi vota eum vsumfructum, est intelligendum, nisi bonis antea renunciauerint: tunc enim iure permanere in his religiosis, transibit commoditas ad eum, in cuius fauorem renunciarunt. An autem idem dicendum sit quando religio est incapax succedendi ex consuetudine, aut statuto, dicemus inferius.

54 Atque idem dicendum est de legato annuo relicto seculari: eo enim transeunte ad monasterium capax succedit monasterium post professionem in illud, siue illud legatum annuum sit vnum, vt quando id legatum sit in plures pensiones, exonerandi hæredis gratiâ, ne cogatur totam summam simul soluere: siue sint plura legata, & quolibet anno vnum diuersum ab aliorum annorum legato, vt quando relinquitur pro alimentis, iuxta distinctionem textus *l. si in singulos.* 4. *l. in singulos.* 8. *ff. de annu. legat.* & *l. si cum præfinitione.* *ff. quando dies legat. ced.* quia id legatum sola legatari te finitur, aut transacto tempore definito in lec , sicut in vsufructu temporali, aut perpetuo co agit, vt bene docet Manuel *quæst. regular. tom.* 3. *quæ . art.* 5. Ergo transibit in monasterium succeden capax, toto tempore, quo ad monachum p nebat. sterium sit succedendi incapax, tu distin-

guendum est: si enim censeatur multiplex legatum iuxta distinctionem traditam, tunc professione extinguitur omnino legatum, quia quolibet anno est diuersum legatum, & initio cuiuslibet anni cedit dies legati, vt habetur *d. l. si in singulos.* & ideo exigitur in legatario quolibet anno capacitas succedendi siue in communi, siue in particulari. At à professionis tempore iam ille religiosus est omnino incapax vtroque modo succedendi: atque ita bene etiam docet Manuel *ibidem.* Si verò sit vnum legatum sic factum exonerandi hæredis gratiâ, si dicamus vsumfructuarium non perire hac professione, facile est defendere, nec huiusmodi legatũ. Et ita docet Manuel de vtroque. Cæterùm cùm numero præcedenti diximus vsumfructum tunc extingui, videtur idem dicendum de hoc legato. Sed credo hoc legatum non extingui, sed transire sequuta hac professione ad hæredes succedentes in alia huius professi bona. Quia censetur hoc legatum instar census, quem monachus ille haberet ad vitam, vel ad certum tempus, quem hac professione non extingui diximus hoc lib. suprà. Nec est instar vsusfructus, quippe id nequit transferri, nisi quoad commoditatem, manente iure in monacho, aut monasterio. At in neutro potest manere.

55 Sed iure optimo dubitari potest, an si religiosus ille ante professionem in religione incapaci alienarat eam vsufructus commoditatem, aut id ius annui legati, quod plura reputatur, extinguatur id ius professione hac? Et ratio dubitandi est, quia vtraque sunt pro toto, seu limitato vitæ tempore, &, vt infrà dicemus, non censetur professio mors naturalis, quando est in tertij præiudicium. Sed existimo finiri adhuc. Ratio est, quia commoditas vsusfructus, quæ sola alienari potest, nequit remanere extincto iure proprietarij, vt diximus suprà. At huius professione non est, in quo id ius manere possit, vt diximus numero 53. Similiter id legatum annuum, quod multiplex est, non potest acquiri, nisi quolibet anno cedat proprietario, quia initio cuiuslibet anni illi deberur; at cùm sit omnino incapax, non debetur. Et ideo dicendum est, per accidens fictionem in hoc casu operari in præiudicium tertij: item, quia vsusfructus eius est naturæ, vt quotidie acquiratur, & sequatur omnino personam, in qua constitutus est; & ideo numero 61. & 65. dicemus, illa transeunte ad aliud monasterium, transire cum illa. Ergo perit quando persona, in qua est, redditur omnino successionis incapax, & acquirendi.

Hinc deducitur, ante professionem in religione capaci succedendi, integrum esse huic testari de vsufructu sibi competenti, & de annuo legato, siue id vnum, siue plura censeantur, quia cùm hæc sola eius morte naturali, aut lapsu temporis præstituti finiantur, potest ius illud sibi competens eo tempore, in alium transferre legando, aut instituendo aliquem hæredem, sicut posset transferre donãdo, aut venẽndo. Si verò monasterium sit incapax, non poterit testari de legato illo annuo, quando plura censentur, sed de solo legato, quod sibi iam cesserat ante professionem; quia cætera legata professione extinguuntur. At poterit testari, quando censetur vnum legatum, vtpote quod non inguitur eius professione, sed transiturum erat a hæredes ab intestato, si ipse non testaretur. Sicut e ti de censu annuo sibi debito. Atque hæc omnia bene docet Manuel numero præcedenti allegatus, qui subdit, etiam hunc posse testari de vsufructu. Sed loquitur consequenter ad suam sententiam, existimans eum non extingui hac professione. At cùm diximus numero 53. hunc vsumfructum extingui ea professione, est consequenter dicendum, non esse huic integrum de illo testari, nisi de ea parte sibi ante professionem debita, sicut de annuo legato, quando multa

multa reputantur, diximus. Sed si quæras, quando hic, qui profitetur in religione capaci, testatus fuit de vsufructu, cùm solam commoditatem potuerit transferre, apud quem maneat illud ius. Dicam id transferri in monasterium, ac si commoditatem vendidisset: quippe omnia monachi iura in monasterium transeunt, quamuis id ius sit inutile monasterio absque fructuum commoditate, sicut ipsi quoque monacho inutile erat.

57 Et similiter de fructibus maioratus potest successor ante professionem in monasterio capaci testari, sicut posset illud ius vendere pro toto vitæ suæ tempore, quando maioratus talis est, vt possit in illum succedere monasterium nomine monachi; secus autem quando est talis, vt nequeat, sed professione transit ad sequentem vocatum. Quando autem professio fit in religione incapaci succedendi, videtur non posse, quia statim ius illud cessat, & transfertur ad sequentem vocatum, quia eadem est ratio, ac de vsufructu. At existimo posse testari, sicut & potest alienare vendendo id ius, quod pro tempore vitæ suæ habet, quia est verus dominus pro tempore vitæ suæ bonorum maioratus, & non est ac vsufructuarius, vt dicemus cap. sequenti. Nec est verum, maioratum transire statim sequuta hac professione ad sequentem vocatum, nisi quando ille ante professionem non alienarat: quia quando alienarat, non censetur hæc professio mors in præiudicium tertij, vt diximus suprà.

58 Nec vt hæres excluso monasterio succedat in vsumfructum, aut legatum annuum, aut maioratum illum, videtur necessarium, specialem illorum mentionem fieri; sed satis esse institui quemplam hæredem, vt in hæc omnia excluso monasterio succedat. Quia, cùm hæredias nil aliud sit, quàm successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit. *l. nil est aliud.* 24. *ff. de verb. signif.* eo ipso quod aliquis instituitur hæres, succedit in omnia hæc iura, in quæ nullo instituto hærede monasterium succedere debebat. Quamuis regulare sit, vt testamentum in religione capaci non sortiri debeat effectum à die professionis, sed post mortem naturalem, & interim monasterium excluso hærede, & legatarijs sit potiturum illis bonis, vt diximus suprà: videtur hoc fallere in vsufructu, ac maioratus bonis; fruetur enim hæres, aut legatarius à die professionis, quia id fallit vbi est coniectura contrariæ voluntatis testatoris, vt ibi diximus, quæ in hoc casu satis vrgens est. Quia omnis dispositio interpretanda venit, ita vt aliquid operetur, vt suprà probaui. Et dispositio generalis, quæ in vno solo casu verificari potest, habetur pro speciali, & indiuidua. *l.* 2. & ibi Doctores. *ff. de liber. & posthum.* quod multis aliis allegatis exornat Surdus *cons.* 212. *numero* 12. & *cons.* 299. *numero* 12. *tomo* 2. At cùm vsufructus, & perceptio redditum illius maioratus finiantur morte monachi, si ea expectanda esset, vt hæres, aut legatarius hæc haberet, frustranea esset hæreditas, & legatum quoad hæc. Sed credo sic distinguendum; si hic specificè disponat de commoditate illius vsufructus, aut de bonis illius maioratus, succedet institutus die professionis, ob rationem hic traditam, ne f astraneum sit id legatum. Si verò tantùm sit sola generalis institutio, cùm possit in aliis bonis, ac in ribus professi verificari, nec reddatur f , non succedente instituto in hoc, non succedet institutus, sed retinebit monasterium, dùm vixerit: & eo mortuo extinguetur vsufructus maioratus, qui transibit ad sequentem successorem. Nec obstat hæreditatem esse ius succedendi in omnia testatoris bona. Quia intelligitur de bonis relictis tempore mortis testatoris: hæc autem extinguuntur morte.

Sed quid dicendum, si hic vendidisset commoditatem illius vsufructus, & postea ingrederetur monasterium successionis incapax, ac proinde extingueretur commoditas illa, sicut extinguitur vsufructus, an teneantur hæredes monachi huius ad restituendum pretium emptori? Et videntur teneri, eo quod emptor deceptus sit, vtpote qui existimabat se emere commoditatem toto vitæ illius tempore duraturam. Sed sic puto distinguendum: si venditor habebat tunc animum ingrediendi prædictum monasterium, tenebuntur hæredes restituere pretium pro rata: secus autem, si tunc eum animum non habebat. Quia in priori casu fuit dolus, secus in posteriori; debebat enim emptor cogitare eum vsumfructum posse & morte naturali, & ea ciuili extingui: fuitque contractus fortunæ vtrique periculo expositus. 59

Secundò limitanda est sententia principalis, vt durret vsusfructus in monasterio sola monachi vita, nisi vsusfructus relictus illi esset pro se, & suo hærede: tunc enim eo postea profitente in monasterio succedendi capaci, nec instituto alio hærede, succedet monasterium, quod loco hæredis habetur. *cap. in præsentia. de probat.* Et cùm in monasterio censeatur nouus vsusfructus constitutus, sicut in illo hærede est, vt habetur *l. stipulatio ista.* 38. §. *sed si quis. ff. de verb. oblig.* ibi; *licet diuersi sint fructus.* vbi Glossa *verb. fructus*, id est, vsusfructus; durabit centum annis post monachi vitam, sicut durat vsusfructus monasterio relictus: sicut etiam duraret, si prior ille vsufructuarius institueret ciuitatem, aut aliam communitatem hæredem. Secus autem esset, si vsusfructus esset concessus pro se, & suis filiis: non enim transiret ad monasterium post professi mortem, tanquam ad filium; intelligitur enim de filiis veris, vt in emphyteosi concessa pro se, & pro hæredibus dicemus vtrumque. Quod si fecisset testamentum, succedet eius hæres, & morte eius extinguetur, vt habetur *l. antiquitas.* 14. *C. de vsufructu.* vbi dicitur, eum vsumfructum, ne vana sit proprietas, ad solum primum hæredem extendi, & eius morte finiri. Nec refert ad hoc siue dicat in singulari pro se, & pro suo hærede, siue in plurali, pro se, & hæredibus. Quippe vtroque casu ad primum solum hæredem extenderur, vt tradunt Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 14. *numero* 21. Simon de Petri. *de interpretat. vltim. volunt. lib.* 3. *folutione* 3. *numero* 29. & alij, quos refert, & sequitur Castillo *de vsufructu lib.* 1. *cap.* 61. *numero* 25. Quod si alium hæredem, & illud monasterium instituisset, succedet vterque hæres pro sua rata. Quod si intestatus ingrederetur relictis ascendentibus, vel descendentibus, cùm hi sint hæredes, & simul monasterium in sua legitima, *authent. si qua mulier. in fine. C. de sacrosanct. Eccles.* nempe, in tertia bonorum parte in hoc Castellæ regno, si solos ascendentes ille habeat; & in quinta, si solos descendentes, succedet monasterium pro rata cum illis. Quod si testamento ascendentes illos, vel descendentes instituisset, & simul monasterium in ea parte, in qua poterat, succedet quoque monasterium pro rata in eum vsumfructum tanquam cohæres institutus. Secus, si titulo legati eam partem monasterio, aut cuiuis alij reliquisset: tunc enim non succedent, cùm non hæredes, sed legatarij sint. Similiter succedet monasterium pro rata, si ille in religione illa tam professus diuisionem bonorum facia inter filios sibi permissam, quando patris non testa is fuerat. *d. authent. si qua mulier.* quia tunc quoque onasterium est hæres suæ legitimæ, vt ibi dicitur.

Tertiò limitatur, vt intelligatur de vsufructu licto i cui ante professionem. Nam si profe diuisset, at maneret exian

quatur, sic distinguendum est. Si relinquatur contemplatione monasterij, durabit centum annis, quasi monasterio relictus: si verò monachi contemplatione, durabit solo eius vitæ tempore. Sic tradunt Baldus *l. quæquid. num. 1. vers. sed nunquid. C. de bon. matern.* Parisius *cap. in præsentia. numero 163. de probat.* Tapia *authentic. ingressi verb. sua. cap. 17. in fin.* Quod si dubium sit, cuius contemplatione relictus sit, existimo duraturum centum annis; tum quia, cùm monachus nihil possit sibi acquirere, sed totum acquirat monasterio, præsumitur in eo dubio relictus contemplatione monasterij: sicut vsufructus relictus seruo, præsumitur in dubio relictus contemplatione domini, cui omnia seruus acquirit, vt tradit Bartol. *l. final. in fine. C. de vsufruct.* cum etiam, quia vsufructus relictus filiofamilias, quando non constat cuius contemplatione relictus sit, præsumitur in dubio relictus contemplatione superuiuentis; & ideo si pater superuiuat, præsumetur eius contemplatione relictus, ne pereat morte filij, & si filius superuiuat, præsumetur eius contemplatione, ne extinguatur morte patris, vt constat ex *l. final. C. de vsufruct.* & exponunt ibi Glossa *verb. intuitum.* Bartol. *ibi, ad fin.* Salycetus *numero 5.* Baldus *numero 5.* Paulus *numero 1. & 2.* Angelus *in summa. verb. vsufructus numero 21.* & ibi Sylvester *quæstione 11. dict. 1.* Armilla *fine.* Tabiena *fine.* Antonius Gomez *l. 48. Tauri. numero 2.* Ergo similiter in hoc dubio censebitur relictus contemplatione monasterij, ne morte monachi pereat, sed duret centum annis. Quippe comparatur monasterium aut seruo, aut filio, prout ibi vtilius est, & diximus suprà.

62 Tandem dubitari merito poterit, an vsufructus ille acquisitus monasterio professione monachi, seu relictus monacho professo, transeat cum ipso legitimè transeunte ad aliud monasterium. Et videtur non transire: quia hæreditas iam adita à priori monasterio non transit ad id secundum, iuxta omnes, nec solùm delata, iuxta veriorem sententiam, vt inferius dicemus: ergo cùm vsufructus ille sit plenè iam acquisitus priori monasterio professione illius monachi, non transibit ad posterius. Secundò, quia id efficit dispositio legis statuentis omnia religiosi transire ad religionem, quod efficeret dispositio ipsusmet religiosi; sed si ille ante professionem transtulisset commoditatem illius vsufructus testamento, aut donatione, aut venditione, aut alio modo, absque dubio non transiret in posterius monasterium. Ergo idem dicendum est, stante iuris dispositione, vt per monachi professionem acquiratur monasterio vsufructus.

63 Dico tamen primò, si is vsufructus esset acquisitus monacho ante professionem, eum transire ad posterius monasterium à tempore, quo in posteriori profiteretur; quod si posterius esset successionis incapax, perire à tempore illius professionis, & consolidari cum proprietate. Ducor, quia vsufructus eius est naturæ, vt sequatur personam, in qua constitutus est, ab eaque pendeat quoad esse, & conseruari: quare vsufructus non est instar aliorum monachi bonorum, sed dependet à monachi persona perseuerante in eo monasterio, sicut ab eius vita. Insuper optimè confert ad hoc probandum *l. 1. §. final. ad fin. ff. de vsufruct. accres.* ibi; *vsufructus quotidie constituitur, non vt proprietas eo tempore, quo vendicatur.* vbi Paulus *numero 4.* per illum textum ait, acquisitionem proprietaris habere causam instantaneam, vsufructus autem successiuam; quod illa statim perfectè acquiratur, hic autem non, sed successiuè. Cùm ergo censeatur perfectè acquisitus priori monasterio, secessiuè quotidie acquiratur ex monachi persona stabit ille quoties cessat ius ex monachi illius persona succedendi, eo quod iam professus sit in alio monasterio. Et hinc patet solutio ad priorem rationem contra, etiam nullius est momenti; quippe eluditur: nam legatum conditionale pertinet ad monasterium, in quod transit monachus, & reperitur professus tempore impletæ conditionis, vt infernis dicemus; cùm tamen si ius illud in alium transtulisset ante ingressum siue donatione, siue testamento, siue venditione, ad illud, in quod translatus est, pertineret. Quare dispositio legis statuentis bona ad monasterium transire, intelligitur iuxta ipsorum bonorum naturam.

Secundò dico, idem asserendum, si relictus sit vsufructus ille pro se, & pro suo hæredè: nam ratione 64
personæ monachi pertinebit ad monasterium prius, donec ille in posteriori profiteatur: hæres autem censebitur id posterius monasterium, in quo tempore mortis ille reperitur. Quia tunc attenditur hæreditas, & tunc debet succedere monasterium in nouum illum vsumfructum tanquam hæres.

Tertiò dico, si is vsufructus relictus sit monacho 65
post professionem contemplatione monasterij, eum permansurum in priori monasterio, quia censetur illi relictus: si verò relictus sit contemplatione monachi, censetur relictus monasterio dependenter à persona illius monachi, & ideo transibit cum illo ad posterius monasterium; sicut diximus num. 64. de vsufructu relicto ante ingressum. Si autem dubium sit, cuius contemplatione, præsumetur (vt diximus numero 61.) relictus contemplatione monasterij, & ideo apud prius remanebit. Et ideo non approbo quod indistinctè dicit Fulgosius *l. si seruo. fin. ff. quibus mod. vsufructus amitt.* vbi dicit, vsumfructum relictum monacho, qui postea ad aliud monasterium transit, remanere apud prius, aut interire mutatione personæ.

Vltimò dico, si is vsufructus relictus sit tem- 66
pore nouitiatus, vtendum esse eadem distinctione numeri præcedentis. Præterquàm quod in dubio, cùm enim nouitius possit sibi acquirere, ac religionem deserere, crederem in dubio præsumi relictum contemplatione ipsius, ac subinde ipsius personam sequuturum.

SVMMARIVM.

An vsufructus paternus in aduentitia filij bona extinguatur professione patris in religione incapaci succedendi? numero 67.

Quid si est religio capax: refertur triplex sententia. num. 68. & 69.

Explicatur sententia authoris, & soluuntur contraria. num. 70.

An id sit verum in bonis maioratus, in quem successit filius, & monasterium, in quo professus est pater, retineat illum vsumfructum? num. 71.

An si maioratus sit talis, in quem non potest succedere monasterium per patris illum abnuentis professionem, extinguatur vsufructus? Et quid si ille maioratus esset filij, & pater, aut filius profiteretur? num. 72.

An si pater in seculo filium emanciparet, dimidia pars vsufructus, quam in præmium emancipationis retinet, extinguatur per patris professionem? num. 73.

An vsufructus legitimæ filij transeat quoque in monasterium per patris professionem? num. 74.

An retineatur vsufructus patris professi filio dutente? num. 75.

An pertineat ad monasterium vsufructus aduentitiorum, quæ pater post professionem acquisiuit? num. 76.

An si monasterium ea bona filij non administret, teneatur soluere administrationis pretium? num. 77.

Quid de vsufructu, quem habet parens, transiens ad secundas nuptias, in bonis, quorum perdit proprietatem, & ea pertinent ad filios, an amittatur is vsufructus patre, aut filio professo

professo, siue in religione capaci, siue incapaci succedendi? & quid si hic prius patre obeat? num. 78.

67 QVÆSITIO vltima. An vsufructus paternus in aduentitia filij bona, expiret ipsius patris professione, & pertineat ad filium; an potius transeat ad monasterium toto tempore vitæ paternæ, sicut alij vsufructus transeunt? Et quidem quando religio est succedendi incapax, expirabit ea professione, & in posterum pertinebit ad filium, sicut de aliis vsibusfructibus diximus numero 53. Et quod ibi diximus de votis in Societate IESV emissis, est quoque in hoc casu dicendum, quia eadem est ratio.

68 Quando autem religio est succedendi capax, est triplex sententia. Prima sustinet eum vsumfructum extingui professione patris, & ex tunc pertinere ad filium. Ducitur, quod id discriminis sit inter vsumfructum paternum, & alios, quia hi acquiruntur ex hominis dispositione vsufructuario ad nullum ministerium astricto, sed dumtaxat, vt fruatur prudenter, quod melius præstabitur in religione, quàm extra: ille autem comparatur ex legis dispositione ratione patriæ potestatis, cum onere administrandi peculij filiorum. *l. cum oportet. C. de bon. quæ liber.* Ergo cessantibus patria potestate, & facultate administrandi bona, vt paterna professione reuera cessant, extinguetur ille vsufructus. Nec obstat posse ea bona per religionis ministros administrari. Quia ius soli patri hanc administrationem, & ratione illius vsumfructum concessit, fidens magis paternæ, quàm alienæ administrationi, vt optimè tradit Tiraquellus *l. si vnquam. in præfat. numero 29. C. de reuocand. donat.* Secundò, quia iuxta veriorem sententiam, quam hoc libro suprà amplexi sumus, est statim ab pater profitetur tradenda legitima filio: at ea esset filio inutilis, si vsufructus apud monasterium remaneret. Et ideo hanc sententiam sustinent Martin. Syllan. Doctor antiquus, quem referunt, ac sequuntur Cynus *authent. idem est, in princip. quæstione 2. C. de bon. quæ liber.* & ibi Albericus *numero vnic.* Salycetus *numero 1.* idem Salycetus *authent. si quæ mulier. numero 2. quæstione 3. C. de sacrosanct. Eccles. & authent. ingressi. numero penult. quæstione 7. C. eodem tit.* vbi Iason *numero 48.* Hippolyt. *singul. 668. numero 3.* Bernardus Diaz *regul. 794. numero vnic.* dicens enim vsumfructum acquiri monasterio, subdit limitando, vt limitat Iason proxime allegatus, qui limitat præterquàm in vsufructu paterno. Additionator ad *Decium. cap. in præsentia. in nouæ editione. numero 256. verb. retinguatur, de probat.* Boëtius *decis. 198. fine.* Rosella *in summa. verb. donatio. 1. numero 44.* Couar. *cap. 2. numero 9. de testament.* Gregorius Lopez, licèt aliquantulum dubius, *l. 5. verb. el vsufructo. tit. 17. parte 4.* Riminaldus *§. 3. numero 128. institut. per quas personas nobis acquir.* Morquechus *de diuisione bonor. lib. 4. cap. 4. numero 32.* Fachineus *in controuers. iuris. libro 6. cap. 12. vers. ego puto.* Meres *de maiorat. in 3. edictione. 2. parte. quæstione 3. numero 14.* Mendez *l. cum oportet. 2. parte. numero 131. C. de bur. quæ liber.* Caualli. *in suis quæstionib. communibus. quæstione 64. numero 4.* Castillo *de vsufructu. libro 1. cap. 64. numero 8. vsque ad finem.* Benedictus Egidius *l. 1. parte 4. §. 2. numero 11. vsque ad 19. C. de sacrosanct. Eccles.*

69 Secunda sententia sustinet, dimidium tantùm vsufructus paterni partem pertinere ad monasterium, reliquam autem dimidiam ad filium. Ducitur, quod parte emancipante filium ita diuidatur vsufructus, *l. cum oportet. 6. §. sin autem. C. de bon. quæ liber.* At pater profitens in religione, facto suo emancipat filium, cum per eius professionem liberetur à patria potestate: ergo solam dimidiam vsufructus partem, quæ ad patrem emancipantem pertinere debebat, retinebit monasterium. Hanc sustinent Bartolus *authentic. idem est, in princip. numero 2. C. de bon. quæ liber.* & ibi Angelus *numero 1.* Abbas *cap. in præsentia. numero 57. de præbendis.* & ibi Barbat. *numero 124.* Mantua *ibi. numero 69.* Angelus *in summa. verb. religiosus. numero 50.* Sylvester *verb. religio. 6. quæstione 1. dicto 1.* Armilla *verb. religio. numero 20.* & ibi Tabiena *quæstione 35. numero 34.* Gomez Arias *l. 46. Tauri. paulo post principium.* Riminaldus sibi contrarius *§. hoc quoque à nobis. num. 19. institut. per quas personas nobis acquir.* Laelius Zecchius *de Republica ecclesiastic. tit. de regularib. cap. 5. numero 14. ampliat. 3.*

Tertia sentententia (cui tanquam probabiliori accedo, quamuis vtraque præcedens satis probabilis sit) 70
ait vsumfructum nequaquam extingui, nec diminui, sed totum pertinere ad monasterium toto paternæ vitæ tempore. Ducitur, quod nulla sit commoda differentiæ ratio inter vsumfructum paternum, & alios. Si ergo alij vsufructus transeunt ad monasterium, transibit similiter paternus. Nec obstant rationes contrariæ. Nam ad priorem adductam num. 68. responderur, non eam administrationem esse solam huiusmodi concessionis vsufructus rationem, sed fauorem quoque paternum; & ideo cessante administratione, non cessat vsufructus: eo vel maximè, quod per ministros monasterij id administrandi munus obiri poterit, nec est necessarium, vt æquè bene, ac per patrem obiretur: sicut pater in perpetuam amentiam incidens minimè vsufructu priuatur, quamuis administrandi bona incapax sit. Posteriori rationi satisfiet numero 74. Nec obstat etiam ratio adducta num. præcedenti, quod ea dimidia huius vsufructus pars concedatur patri in præmium beneficij ab ipso per emancipationem in filium collati. At in hoc euentu pater nullum filio beneficium contulit. Nam principalis eius intentio, quæ in vnoquoque actu spectanda est, non fuit filij emancipatio, sed professio: ex qua professione ius patriæ potestatis non facto beneficio, sed legis dispositione soluitur. Et ideo hanc sententiam sustinent Glossa *authent. idem est, in princip. verb. lege. C. de bonis, quæ liber.* & ibi Fulgos. *num. 3.* Bartol. *ibi* contrarius *authent. ingress. in 1. lectura. num. 49. C. de sacrosanct. Eccles.* Paulus *authent. excipitur, in princip. num. 7. C. de bon. quæ liber.* & ibi Baldus *num. 3. fin.* Iacob. Butrigat. *fine.* Decius *cap. in præsentia, in nouæ edit. num. 256. & 257. de probat.* & ibi Parisius *numero 163. & 164.* Berous *4. num. 530. vsque ad num. 532.* Bartholomeus Socinus *cons. 10. num. 20. lib. 1.* Alexander *cons. 159. num. 5. lib. 2.* Crottus *l. gallus. §. & quid si tantùm. num. 30. ff. de liber. & postum.* Cepol. *cons. 21. num. 4. in ciuilibus.* Nauarrus *comment. 1. num. 38. de regularibus.* Antonius Gomez *l. 48. Tauri. num. 8. ad fin.* & ibi Cornejo *in additum.* Menchaca *de success. progress. lib. 1. §. 1. num. 46.* Caualcan *de vsufruct. mulier. relict. num. 241.* Pinell. *l. 1. parte 1. 2. numero 49. C. de bonis matern.* Salzedo *addit. ad reg. 794. Bernard. Diaz. num. unico.* Perez *l. 1. tit. 2. pag. 103. lib. 5. ordinamenti.* Caldas *l. si curatorem. verb. lasti. à num. 140. C. de in integr. restit.* Tapia *A. authent. ingressi. verb. sua. cap. 17. num. 7.* Matienzo *lib. 3. recopilat. tit. 1. l. 9. glos. 2. num. 2.* Spino *secul. testament. glos. 4. rubrica. num. 16. & glos. 12. principali, numero 22.* Gutterez *quæst. canonic. lib. 1. cap. 1. numero 100.* Molina *tomo 1. de iustitia. disputat. 9. ad fin. & disputatione 140. columna 4. vers. an verò vsufructus.* Leonardus *lib. 2. de iustitia. cap. 41. dub. 10. num. 83.* Azor *tomo 1. institutionum. lib. 12. cap. 8. quæstione 2. & tomo 2. lib. 2. cap. 12. quæstione 4.* Sayro *in clauis regia. lib. 9. c. 7. num. 9.* Rebell. *tract. de iust. p. 2. lib. 1. quæst. 8. sect. 6. num. 64. & p. 1. lib. 1. quæst. 7. sect. 4. num. 12.*

Quæ quidem sententia extendenda est, vt etiam 71
habeat locum in bonis maioratus, in quem succesit filius familias, quorum fatentur omnes patrem [illegible] iudicaret [illegible] manere [illegible] extan

vsumfructum, quem quidem semel iam acquisitum pater non amittet per professionem, sed ille pertinebit ad monasterium quandiu pater vixerit; & ita tenet Tapia *eodem cap. 17. numero 8.* & debent sustinere omnes Doctores allegati numero præcedenti, cùm indistinctè de vsufructu loquantur, nec sit specialis ratio de hoc.

72 Hinc deducitur primò, parte obtinente maioratum, in quem non potest succedere monasterium (qualis est, qui iurisdictionem annexam habet, vt Comitatus, Marchionatus, Ducatus; vel à quo ab institutore excluditur monachus, vt inferiùs dicemus) vbi primùm pater professus fuerit in religione, non posse monasterium potiri fructibus illius maioratus, sed omnes illos vnà cum maioratu pertinere statim ad sequentem vocatum, quia in parte nullus erat vsufructus formalis, sed solus causalis concomitans proprietatem; id est, nullus erat productus vsufructus separatus à dominio proprietatis, qui dicitur formalis, sed erat solus vsufructus productus à dominio proprietatis, existens in ipsomet patre proprietatis domino, qui est individuus proprietatis comes, & dicitur causalis. Cùm ergo per professionem esset proprietas maioratus, cessabit quoque vsufructus ille causalis ipsam concomitans. E contrà autem si filius in illum maioratum successerat, & consequenter pater illius vsumfructum comparaverat, non amitteret per subsequutam patris professionem, sed retinebit illum vsumfructum monasterium quandiu pater vixerit, quia vsufructus ille formalis semel productus in parte à proprietate maioratus perseverante in filio, non perditur patris professione, sed transit ad monasterium, iuxta dicta numero præcedenti, quamvis iurisdictionis administratio transire nequeat, sed maneat in filio. Si tamen filius ille profiteretur in religione, ac subinde maioratus ille transiret ad sequentem vocatum, perinde ac morte ipsius transiret, constat vsumfructum paternum extingui, sicut maioratus filij extinguitur, quia in eo cuentu vocatus est ab institutore sequens successor, vt plenè quoad omnia in maioratum succedat. At si maioratus talis esset, qui professione religionis non amitteretur, sed maneret apud monasterium, retineret adhuc pater vsumfructum, dum superstes fuerit, sicut retinet in cæteris filiifamilias professi aduentitia, & mortuo patre pertinebit ille vsufructus ad monasterium, dum vixerit monachus.

73 Secundò deducitur, dimidiam vsufructus partem, quam pater secularis emancipans filium comparavit in emancipationis præmium, iuxta *l. cùm oportet. §. penultimo. C. de bon. quæ liber.* non amitti per professionem patris postea subsequutam, sed pertinere ad monasterium, quia eadem est ratio de hac vsufructus parte, ac de toto vsufructu. Et ita docet Iason *authentic. ingressi. numero 48. C. de sacrosanctis Ecclesiis*, & idem docere debent omnes Doctores allegati numero 70. Nec quos Iason in contrarium allegat, dicunt contrarium, sed solùm tractant de veritate secundæ sententiæ allegatæ numero 69. nempe an pater professus amittat dimidiam vsufructus partem, sicut amitteret per emancipationem, an potiùs totum vsumfructum retineat?

74 Hæc tamen sententia principalis tradita numero 70 vt vsufructus paternus in aduentitiis filij transeat a[illegible] monasterium, limitanda est primò, vt retenta [illegible]mone dicente, legitimam statim, ac pater profit[illegible], tradendam filio, quam amplexi sumus suprà, [illegible]ligatur de aliis bonis præter filij legitimam: n[illegible] iuxta Doctores id dicentes, dicendum est neces[illegible], eam cum vsufructu illi tradendam; aliàs illi esse [illegible] utilis, [illegible]limentis posset deseruire, qui finis eiu[illegible] gitimæ [illegible] est. Sed secus est dicendum, iu[illegible] tentiam dicentem nec legitimam tunc tradendam. Atque ita docet Menchaca *de succession. progress. libro 2. §. 1. numero 48.*

Secundò temperatur, vt is vsufructus in aduentitiis filij, & maioratu duret quandiu pater vixerit, nisi in hoc Castellæ regno interim filiusfamilias ad matrimonium transeat, & recipiat Ecclesiæ benedictiones. 75
Nam sicut in hoc regno pater existens in seculo, statim amitteret totum vsumfructum, & ad filium pertineret, iuxta legem regiam Tauri 48. quæ hodie est lex *9. tit. 1. lib. 5. recopilationis*, ita eo professo monasterium illum amittet, vtpote quod non manus ius, quàm pater comparatat. Et ita docet Molina *tomo 1. de iustitia. disputatione 9. ad finem.* & *disputatione 140. columna 2. vers. an verò vsufructum.* Et hoc est certum.

Tertiò temperatur, vt procedat in bonis aduentitiis à filiofamilias acquisitis ante professionem paternam; quia cùm à professionis paternæ tempore filius non sit sub patris potestate, non acquirit pater vsumfructum in bona post illam à filio acquisita, & consequenter nec monasterium. Sic Molina *ea disputatione 9. ad fin. & ea disputatione 140. columna 5. vers. hoc totum fundamento.* 76

Vltimò intellige, dummodo, si monasterium, aut pater ea bona filij non administret, persoluat pretium administrationi necessarium: quippe cum hoc onere is vsufructus ad patrem pertinebat. 77

Tandem dubitatur de lucro delato filiis prioris matrimonij ob transitum parentis ad secundas nuptias, qui quidem acquirunt proprietatem bonorum, quæ parens ille habuit ex bonis coniugis defuncti, & totus vsufructus reseruatur parenti illi dum viuit, vt latè explicui *libro 7. de matrimonio. tom disputatione 89.* Dubium ergo est, an patre, aut filio transeuntibus ad religionem, amittatur hic vsufructus, aut hæc proprietas. Et quidem dicendum est, filio transeunte ad religionem, monasterium succedendi capax solam proprietatem illius lucri acquirere, qualem filius ille habebat, vsufructu manente apud patrem dum viuit: sicut idem contingeret filio manente in seculo. Sic allegatis Ruino, Boërio, & Bellon. tradit Cauaicanus *decisione 1. numero 53. parte 3.* Quod si filius ille prius obeat, quàm parens ille, qui ad secundas nuptias transiit, proprietas illa consolidatur cum vsufructu illo parentis, illàque priuabitur monasterium. Quia quamuis esset illi acquisita, id non erat omnino perfectè, sed reuocabiliter, si filius ille ante parentem decederet; & eo sic decedente proprietas illa non pertinet ad alios fratres, nec ad filij illius hæredes, & consequenter nec ad monasterium, sed ad patrem, qui vsumfructum habebat, vt probaui *libro 7. de matrimonio. disputatione 89. numero 21.* & tenet in propriis terminis Cauaican. alios referens *eadem decis. 1. à numero 57. vsque ad 62.* refertque sic lite mota fuisse quinquies iudicatum contra monasterium. Similiter è contrà parente profitente in monasterio capaci, retinebit monasterium eum vsumfructum dum parens ille viuit: quod si filius præmoriatur, pertinebit quoque proprietas ad monasterium; sicut pertineret ad patrem, [illegible]entem [illegible] seculo: quia huiusmodi monasterium succ[illegible] in omnia iura professi. Quod si monasterium sit in[illegible] succedendi, si filius sit professus, consolidabitur [illegible] vsufructu paterno à die professionis: & [illegible] qui profitetur, vsufructus pertinebit a tempore professionis ad filium proprietarium, quia hæc contingeret morte naturali parentis, & filij. At illa professio reputatur ac mors naturalis.

CAPVT

CAPVT XIV.

Qualiter transeat ad monasterium ius patronatus, ius nominandi ad emphyteosim, petendæ renouationis eiusdem, ius retractus ratione sanguinis competentia in seculo religioso.

SVMMARIVM.

Ius præsentandi, aut eligendi competens monacho, vt parti alicuius collegij, an transeat ipso professo ad monasterium? num. 1.
Quid si pertineret iure singulari? n. 2.
An primogenito patrono profitente transeat ius patronatus ad secundogenitum; & quid quando erat personale? numero 3.
An monacho contruente, aut dotante Ecclesiam, ius patronatus transeat ad monasterium? n. 4.
Quid si religio sit succedendi incapax, aut sit Societatis IESV? num. 5.
An id ius patronatus extinguatur persona monachi, & eo translato ad aliud monasterium, transeat cum illo? numero 6.
An sit solius Abbatis absque consensu conuentus præsentare? num. 7.
An sit valida præsentatio facta à solo Prelato? n. 8.
An ius instituendi competens Episcopo, aut alij Prelato, transeat in monasterium cum illo iure patronatus? n. 9.
An si monachus, cuius erat ius patronatus, præsentaret virtute illius, valeat præsentatio? n. 10.
Quid si præsentaret, aut eligeret absque superioris licentia, ex potestate sibi à patrono, aut electoribus tradita, an valeat? Refertur quædam sententia. n. 11.
Sententia authoris. n. 12.
An exigatur licentia quando electores, aut patroni concordant, vt is præsentetur, aut eligatur, quem monachus elegerit? num. 13.
An ius nominandi ad emphyteosim pertinens ante ingressum religionis perfuerit in nouitio, aut in eo, qui emisit vota biennij in Societate IESV? n. 14.
Quid de professis in ordine Minorum, an illis competat id ius ac reuocanda nominationis facta? Refertur quædam sententia. n. 15.
Explicatur sententia authoris; & quid de professis, & formatis coadiutoribus in Societate IESV? n. 16.
An hoc ius nominandi transeat ad monasterium succedendi capax, & translato monacho ad aliud monasterium, transeat cum illo, & eo mortuo pereat? n. 17.
An officium publicum, vt tabellionis, &c. quod indiget renuntiatione intra certum tempus facta ante mortem ne perdatur, amittatur ea renunciatione non facta ante id tempus transitum, à tempore illius vsque ad professionem in ordine Minorum, sed transeat vsque ad mortem naturalem? num. 18.
Quid si non renunciabit ante professionem, an possit post illam? num. 19. 20. & 21.
Quid si esset nouitius, aut ligatus votis biennij in Societate IESV? n. 22.
Quæ ab possit renouatio emphyteosis peti. num. 23.
An possit professus eam petere, aut monasterium eius nomine? num. 24.
An retractus ratione sanguinis competat professo in medio succedendi incapaci, aut monasterio eius nomine? numero 25.
Quid quando est capax succedendi? n. 26. & 27.
An monasterio vendente rem illam monachi ad vitam, competat proximiori consanguineo ius retractus? numero 28.
An hoc retractus ius competat religiosis, qui sola biennij vota emiserint in Societate IESV? n. 29.
Quid de nouitiis? n. 30.

QVATVOR difficultates, easque breues inuoluit 1
præsens quæstio, quæ suo ordine enodandæ sunt. Prima difficultas est de iure patronatus, seu præsentandi, quod in seculo competebat monacho, an eo professo transeat ad monasterium? Et quidem si illud præsentandi ius, aut eligendi competebat monacho iure collegij, aut communitatis alicuius, non transit ad monasterium, sed eo professo deperditur, quia desinit esse pars illius communitatis. Et sic docent Glossa *cap. beneficium. verb. conferendum. in addition. de regular. in 6.* & ibi Ioannes Andre. Dominicus *numero 6. ad fin.* Francus *numero 5.*

Si autem pertineat iure singulari, tunc transit in mo- 2
nasterium, quippe id succedit in omnia monachi iura. Atque ita docent Glossa, Ioan. Andr. Dominic. & Franc. allegati n. præcedenti, Lambertin. *de iure patronatus. lib. 2. p. 1. q. 2. art. 11. n. vlt.* Flor. de Mena Addit. *ad Gamam. decis. 6. num. 2. cons. 6. & lib. 1. variarum. q. 16. §. 1. n. 5.* Manuel *quæst. regular. tom. 2. q. 112. art. 2.* Et ideo iure optimo dixerunt Imola *l. cùm pater. 79. §. hereditatem. al 1. n. 5. ff. de leg. 2.* & ibi Baldus *num. vnico.* Salycetus *l. 1. num. 6. C. de hæred. instit.* ius eligendi non amitti per ingressum religionis.

Quare non approbo quod tradunt Bellamera *cons. 55.* 3
Tiraquel. *de iure primog. q. 3. n. 11.* vbi tradunt ius patronatus pertinens ad primogenitum ex fundatoris dispositione, transire ad secundogenitum, primogenito professo in religione. Et ita iure optimo contrarium tenet Manuel allegatus num. præcedenti, & constat ex omnibus Doctoribus ibi allegatis. Quare horum doctrina, vt vera sit, est intelligenda de monasterio incapaci succedendi, iuxta ea, quæ dicemus num. 5. vel quando ius patronatus esset annexum maioratui illius primogeniti, & maioratus esset eius naturæ, vt vel ex fundatoris voluntate, vel alia ratione non transiret in monasterium per primogeniti professionem: tunc enim velut annexum maioratui transiret cum maioratu in sequentem successorem. Vel tertiò, quando ex fundatione ius patronatus esset ita personale, vt apertè constaret ex institutoris voluntate, vt nullo modo transiret ad monasteria.

Et similiter si monachus ædificaret, vel dotaret Ec- 4
clesiam ex legitima licentia, ius patronatus non ipsi, sed monasterio acquireretur, cuius sunt omnia, quæ monachus acquirit. Sic Lambertin. *de iure patronatus. lib. 1. p. 1. q. 8. art. 9. n. 7.*

Intellige autem quando religio est capax succedendi: 5
quando enim est incapax, cùm in nulla monachi bona succedat, non succedit quoque in ius patronatus quod in seculo habebat, sed id translibit ad sequentem successorem. Et ita bene Manuel *quæst. regul. tomo 2. q. 112. art. 2.* dixit, ius patronatus transire ad monasterium succedendi capax. Similiter per simplicia coadiutorum formatorum vota in Societate IESV transiret ius patronatus ad sequentem successorem, non autem per simplicia biennij vota, sed ius præsentandi maneret in ipso religioso, sicut de iure nominandi ad emphyteosim dicemus num. 14.

Atque id ius patronatus si sit personæ professi anne- 6
xum, & ratione illius transeat ad monasterium, extinguetur morte illius professi; atque eo translato legitimè in aliud monasterium, videtur transire quoque id ius cum illo tanquam annexum personæ, & ratione illius competens monasterio; & si transiret ad monasterium succedendi incapax, professione in eo extingui, sicut [illegible]iximus de vsufructu cap. præcedenti. num. 64. At id n[illegible] credo, sed manserum in priori monasterio id ius, quia [illegible] illi perfectè acquisitum: nec est sicut vsufructus, [illegible]ut quotidie producitur, & est personalissimus. Quar[illegible] mors illa ciusdem per professionem sequ[illegible] poter[illegible] monasterio incapaci, non operat[illegible] [illegible]diaret dicu[illegible] iuris illius priori monasterio ac[illegible] maneret [illegible] exin

vsumfructum, quem quidem semel iam acquisitum pater non amittet per professionem, sed ille pertinebit ad monasterium quandiu pater vixerit; & ita tenet Tapia *eodem cap. 17. numero 8.* & debent sustinere omnes Doctores allegati numero præcedenti, cùm indistinctè de vsufructu loquantur, nec sit specialis ratio de hoc.

72 Hinc deducitur primò, parte obtinente maioratum, in quem non potest succedere monasterium (qualis est, qui iurisdictionem annexam habet, vt Comitatus, Marchionatus, Ducatus; vel à quo ab institutore excluditur monachus, vt inferiùs dicemus) vbi primùm pater professus fuerit in religione, non posse monasterium potiri fructibus illius maioratus, sed omnes illos vnà cum maioratu pertinere statim ad sequentem vocatum, quia in parte nullus erat vsufructus formalis, sed solus causalis concomitans proprietatem; id est, nullus erat productus vsufructus separatus à dominio proprietatis, qui dicitur formalis, sed erat solus vsufructus productus à dominio proprietatis, existens in ipsomet patre proprietatis domino, qui est individuus proprietatis comes, & dicitur causalis. Cùm ergo per professionem esset proprietas maioratus, cessabit quoque vsufructus ille causalis ipsam concomitans. E contrà autem si filius in illum maioratum successerat, & consequenter pater illius vsumfructum comparaverat, non amitteret per subsequutam patris professionem, sed retinebit illum vsumfructum monasterium quandiu pater vixerit, quia vsufructus ille formalis semel productus in parte à proprietate maioratus perseverante in filio, non perditur patris professione, sed transit ad monasterium, iuxta dicta numero præcedenti, quamvis iurisdictionis administratio transire nequeat, sed maneat in filio. Si tamen filius ille profiteretur in religione, ac subinde maioratus ille transiret ad sequentem vocatum, perinde ac morte ipsius transiret, constat vsumfructum paternum extingui, sicut maioratus filij extinguitur, quia in eo cuentu vocatus est ab institutore sequens successor, vt plenè quoad omnia in maioratum succedat. At si maioratus talis esset, qui professione religionis non amitteretur, sed maneret apud monasterium, retineret adhuc pater vsumfructum, dum superstes fuerit, sicut retinet in cæteris filiifamilias professi aduentitia, & mortuo patre pertinebit ille vsufructus ad monasterium, dum vixerit monachus.

73 Secundò deducitur, dimidiam vsufructus partem, quam pater secularis emancipans filium comparavit in emancipationis præmium, iuxta *l. cùm oportet. §. penultimo. C. de bon. quæ liber.* non amitti per professionem patris postea subsequutam, sed pertinere ad monasterium, quia eadem est ratio de hac vsufructus parte, ac de toto vsufructu. Et ita docet Iason *authentic. ingressi. numero 48. C. de sacrosanctis Ecclesiis*, & idem docere debent omnes Doctores allegati numero 70. Nec quos Iason in contrarium allegat, dicunt contrarium, sed solùm tractant de veritate secundæ sententiæ allegatæ numero 69. nempe an pater professus amittat dimidiam vsufructus partem, sicut amitteret per emancipationem, an potiùs totum vsumfructum retineat?

74 Hæc tamen sententia principalis tradita numero 70 vt vsufructus paternus in aduentitiis filij transeat a[illegible] monasterium, limitanda est primò, vt retenta [illegible]mone dicente, legitimam statim, ac pater profit[illegible], tradendam filio, quam amplexi sumus suprà, [illegible]ligatur de aliis bonis præter filij legitimam: n[illegible] iuxta Doctores id dicentes, dicendum est neces[illegible], eam cum vsufructu illi tradendam; aliàs illi esse [illegible] utilis, [illegible]limentis posset deseruire, qui finis eiu[illegible] gitimæ [illegible] est. Sed secus est dicendum, iu[illegible] tentiam dicentem nec legitimam tunc tradendam. Atque ita docet Menchaca *de succession. progress. libro 2. §. 1. numero 48.*

Secundò temperatur, vt is vsufructus in aduentitiis filij, & maioratu duret quandiu pater vixerit, nisi in hoc Castellæ regno interim filiusfamilias ad matrimonium transeat, & recipiat Ecclesiæ benedictiones. 75
Nam sicut in hoc regno pater existens in seculo, statim amitteret totum vsumfructum, & ad filium pertineret, iuxta legem regiam Tauri 48. quæ hodie est lex *9. tit. 1. lib. 5. recopilationis*, ita eo professo monasterium illum amittet, vtpote quod non manus ius, quàm pater comparatat. Et ita docet Molina *tomo 1. de iustitia. disputatione 9. ad finem.* & *disputatione 140. columna 2. vers. an verò vsufructum.* Et hoc est certum.

Tertiò temperatur, vt procedat in bonis aduentitiis à filiofamilias acquisitis ante professionem paternam; quia cùm à professionis paternæ tempore filius non sit sub patris potestate, non acquirit pater vsumfructum in bona post illam à filio acquisita, & consequenter nec monasterium. Sic Molina *ea disputatione 9. ad fin. & ea disputatione 140. columna 5. vers. hoc totum fundamento.* 76

Vltimò intellige, dummodo, si monasterium, aut pater ea bona filij non administret, persoluat pretium administrationi necessarium: quippe cum hoc onere is vsufructus ad patrem pertinebat. 77

Tandem dubitatur de lucro delato filiis prioris matrimonij ob transitum parentis ad secundas nuptias, qui quidem acquirunt proprietatem bonorum, quæ parens ille habuit ex bonis coniugis defuncti, & totus vsufructus reseruatur parenti illi dum viuit, vt latè explicui *libro 7. de matrimonio. tom disputatione 89.* Dubium ergo est, an patre, aut filio transeuntibus ad religionem, amittatur hic vsufructus, aut hæc proprietas. Et quidem dicendum est, filio transeunte ad religionem, monasterium succedendi capax solam proprietatem illius lucri acquirere, qualem filius ille habebat, vsufructu manente apud patrem dum viuit: sicut idem contingeret filio manente in seculo. Sic allegatis Ruino, Boërio, & Bellon. tradit Cauaicanus *decisione 1. numero 53. parte 3.* Quod si filius ille prius obeat, quàm parens ille, qui ad secundas nuptias transiit, proprietas illa consolidatur cum vsufructu illo parentis, illàque priuabitur monasterium. Quia quamuis esset illi acquisita, id non erat omnino perfectè, sed reuocabiliter, si filius ille ante parentem decederet; & eo sic decedente proprietas illa non pertinet ad alios fratres, nec ad filij illius hæredes, & consequenter nec ad monasterium, sed ad patrem, qui vsumfructum habebat, vt probaui *libro 7. de matrimonio. disputatione 89. numero 21.* & tenet in propriis terminis Cauaican. alios referens *eadem decis. 1. à numero 57. vsque ad 62.* refertque sic lite mota fuisse quinquies iudicatum contra monasterium. Similiter è contrà parente profitente in monasterio capaci, retinebit monasterium eum vsumfructum dum parens ille viuit: quod si filius præmoriatur, pertinebit quoque proprietas ad monasterium; sicut pertineret ad patrem, [illegible]entem [illegible] seculo: quia huiusmodi monasterium succ[illegible] in omnia iura professi. Quod si monasterium sit in[illegible] succedendi, si filius sit professus, consolidabitur [illegible] vsufructu paterno à die professionis: & [illegible] qui profitetur, vsufructus pertinebit a tempore professionis ad filium proprietarium, quia hæc contingeret morte naturali parentis, & filij. At illa professio reputatur ac mors naturalis.

CAPVT

CAPVT XIV.

Qualiter transeat ad monasterium ius patronatus, ius nominandi ad emphyteosim, petendæ renouationis eiusdem, ius retractus ratione sanguinis competentia in seculo religioso.

SVMMARIVM.

Ius præsentandi, aut eligendi competens monacho, vt parti alicuius collegij, an transeat ipso professo ad monasterium? num. 1.
Quid si pertineret iure singulari? n. 2.
An primogenito patrono profitente transeat ius patronatus ad secundogenitum; & quid quando erat personale? numero 3.
An monacho contruente, aut dotante Ecclesiam, ius patronatus transeat ad monasterium? n. 4.
Quid si religio sit succedendi incapax, aut sit Societatis IESV? num. 5.
An id ius patronatus extinguatur persona monachi, & eo translato ad aliud monasterium, transeat cum illo? numero 6.
An sit solius Abbatis absque consensu conuentus præsentare? num. 7.
An sit valida præsentatio facta à solo Prelato? n. 8.
An ius instituendi competens Episcopo, aut alij Prelato, transeat in monasterium cum illo iure patronatus? n. 9.
An si monachus, cuius erat ius patronatus, præsentaret virtute illius, valeat præsentatio? n. 10.
Quid si præsentaret, aut eligeret absque superioris licentia, ex potestate sibi à patrono, aut electoribus tradita, an valeat? Refertur quædam sententia. n. 11.
Sententia authoris. n. 12.
An exigatur licentia quando electores, aut patroni concordant, vt is præsentetur, aut eligatur, quem monachus elegerit? num. 13.
An ius nominandi ad emphyteosim pertinens ante ingressum religionis perfuerit in nouitio, aut in eo, qui emisit vota biennij in Societate IESV? n. 14.
Quid de professis in ordine Minorum, an illis competat id ius ac reuocanda nominationis facta? Refertur quædam sententia. n. 15.
Explicatur sententia authoris; & quid de professis, & formatis coadiutoribus in Societate IESV? n. 16.
An hoc ius nominandi transeat ad monasterium succedendi capax, & translato monacho ad aliud monasterium, transeat cum illo, & eo mortuo pereat? n. 17.
An officium publicum, vt tabellionis, &c. quod indiget renuntiatione intra certum tempus facta ante mortem ne perdatur, amittatur ea renunciatione non facta ante id tempus transitum, à tempore illius vsque ad professionem in ordine Minorum, sed transeat vsque ad mortem naturalem? num. 18.
Quid si non renunciabit ante professionem, an possit post illam? num. 19. 20. & 21.
Quid si esset nouitius, aut ligatus votis biennij in Societate IESV? n. 22.
Quæ ab possit renouatio emphyteosis peti. num. 23.
An possit professus eam petere, aut monasterium eius nomine? num. 24.
An retractus ratione sanguinis competat professo in medio succedendi incapaci, aut monasterio eius nomine? numero 25.
Quid quando est capax succedendi? n. 26. & 27.
An monasterio vendente rem illam monachi ad vitam, competat proximiori consanguineo ius retractus? numero 28.
An hoc retractus ius competat religiosis, qui sola biennij vota emiserint in Societate IESV? n. 29.
Quid de nouitiis? n. 30.

QVATVOR difficultates, easque breues inuoluit 1
præsens quæstio, quæ suo ordine enodandæ sunt. Prima difficultas est de iure patronatus, seu præsentandi, quod in seculo competebat monacho, an eo professo transeat ad monasterium? Et quidem si illud præsentandi ius, aut eligendi competebat monacho iure collegij, aut communitatis alicuius, non transit ad monasterium, sed eo professo deperditur, quia desinit esse pars illius communitatis. Et sic docent Glossa *cap. beneficium. verb. conferendum. in addition. de regular. in 6.* & ibi Ioannes Andre. Dominicus *numero 6. ad fin.* Francus *numero 5.*

Si autem pertineat iure singulari, tunc transit in mo- 2
nasterium, quippe id succedit in omnia monachi iura. Atque ita docent Glossa, Ioan. Andr. Dominic. & Franc. allegati n. præcedenti, Lambertin. *de iure patronatus. lib. 2. p. 1. q. 2. art. 11. n. vlt.* Flor. de Mena Addit. *ad Gamam. decis. 6. num. 2. cons. 6. & lib. 1. variarum. q. 16. §. 1. n. 5.* Manuel *quæst. regular. tom. 2. q. 112. art. 2.* Et ideo iure optimo dixerunt Imola *l. cùm pater. 79. §. hereditatem. al 1. n. 5. ff. de leg. 2.* & ibi Baldus *num. vnico.* Salycetus *l. 1. num. 6. C. de hæred. instit.* ius eligendi non amitti per ingressum religionis.

Quare non approbo quod tradunt Bellamera *cons. 55.* 3
Tiraquel. *de iure primog. q. 3. n. 11.* vbi tradunt ius patronatus pertinens ad primogenitum ex fundatoris dispositione, transire ad secundogenitum, primogenito professo in religione. Et ita iure optimo contrarium tenet Manuel allegatus num. præcedenti, & constat ex omnibus Doctoribus ibi allegatis. Quare horum doctrina, vt vera sit, est intelligenda de monasterio incapaci succedendi, iuxta ea, quæ dicemus num. 5. vel quando ius patronatus esset annexum maioratui illius primogeniti, & maioratus esset eius naturæ, vt vel ex fundatoris voluntate, vel alia ratione non transiret in monasterium per primogeniti professionem: tunc enim velut annexum maioratui transiret cum maioratu in sequentem successorem. Vel tertiò, quando ex fundatione ius patronatus esset ita personale, vt apertè constaret ex institutoris voluntate, vt nullo modo transiret ad monasteria.

Et similiter si monachus ædificaret, vel dotaret Ec- 4
clesiam ex legitima licentia, ius patronatus non ipsi, sed monasterio acquireretur, cuius sunt omnia, quæ monachus acquirit. Sic Lambertin. *de iure patronatus. lib. 1. p. 1. q. 8. art. 9. n. 7.*

Intellige autem quando religio est capax succedendi: 5
quando enim est incapax, cùm in nulla monachi bona succedat, non succedit quoque in ius patronatus quod in seculo habebat, sed id translibit ad sequentem successorem. Et ita bene Manuel *quæst. regul. tomo 2. q. 112. art. 2.* dixit, ius patronatus transire ad monasterium succedendi capax. Similiter per simplicia coadiutorum formatorum vota in Societate IESV transiret ius patronatus ad sequentem successorem, non autem per simplicia biennij vota, sed ius præsentandi maneret in ipso religioso, sicut de iure nominandi ad emphyteosim dicemus num. 14.

Atque id ius patronatus si sit personæ professi anne- 6
xum, & ratione illius transeat ad monasterium, extinguetur morte illius professi; atque eo translato legitimè in aliud monasterium, videtur transire quoque id ius cum illo tanquam annexum personæ, & ratione illius competens monasterio; & si transiret ad monasterium succedendi incapax, professione in eo extingui, sicut [illegible]iximus de vsufructu cap. præcedenti. num. 64. At id n[illegible] credo, sed manserum in priori monasterio id ius, quia [illegible] illi perfectè acquisitum: nec est sicut vsufructus, [illegible]ut quotidie producitur, & est personalissimus. Quar[illegible] mors illa ciusdem per professionem sequ[illegible] poter[illegible] monasterio incapaci, non operat[illegible] [illegible]diaret dicu[illegible] iuris illius priori monasterio ac[illegible] maneret [illegible] exin

quæ diximus suprà. Si autem esset annexum bonis professi, in quæ succedit monasterium, vt villa, est extra, res esset absque dubio. Quia sicut bonorum illorum possessio esset perpetuo apud monasterium, ita ius patronatus illi annexum; quare eo professo translato ad quodcunque aliud monasterium, vel mortuo, ius patronatus perpetuò maneret in priori monasterio, sicut & illa bona, quibus est annexum, nisi illa bona essent maioratus: tunc enim morte, vel professione in monasterio incapaci transiret cum maioratu in sequentem successorem. Atque ideo bene dixit Manuel *quæst. regul. tomo 2. quæst. 122. artic. 2.* non expirare morte professi ius patronatus annexum bonis; secus de annexo personæ.

7 Et quoties ius patronatus transit in monasterium, nequit solus Abbas præsentare, nisi hoc habeat ex præscripta consuetudine, vel priuilegio; sed id est totius conuentus, cuius maior pars consentire debet, vt præsentatio legitima sit: vt constat ex *cap. nouit. & cap. quanto*, & clàriùs *cap. ea noscitur. de his, quæ fiunt à Prælato.* Et probat Lambertin. *de iure patronat. lib. 2. part. 1. quæst. 2. artic. 11. num. 2. & 5.* Quod si opponatur *cap. ex literis, de iure patronatus*, vbi Abbatissa præsentauit; respondet bene Lambertin. *eodem num. 3.* ea esse verba narrantia, quæ dispositionem non inducunt, vel mobilis non constare ex eo textu solum Abbatissam præsentasse, sed præsumi id factum legitimè, nempe cum maioris partis conuentus consensu.

8 Quod si præsentatio fieret à solo Prælato absque maioris partis conuentus consensu, quamuis inter Doctores disceptetur, vtrùm præsentatio sit ipso iure nulla, an per solam sententiam irritanda. Nam Hostiensis *in cap. ea noscitur. num. 3. verb. euacuari.* & ibi Cardinal. *num. 2. oppositum.* 4. dicunt exigi sententiam, quod is textus non vtatur verbo *irritandi*, sed solis verbis; *constitutiones huiusmodi conuenit euacuari.* At verius est, esse ipso iure irritam, & sic ea verba, *conuenit euacuari*, explicanda sunt, conuenit vacuas pronunciari, vt constat ex *c. nouit. de his, quæ fiunt à Prælato.* vbi loquens textus de institutionibus ab Episcopo factis absque sui Capituli consensu, sic ait; *Nos tales constitutiones carere determinamus robore firmitatis.* vbi Glossa finalis explicat esse ipso iure irritas. Et ideo hanc partem sustinent Goffred. quem refert, & sequitur Lambertin. *de iure patronatus lib. 2. part. 1. q. 2. art. 11. n. 6. vers. hoc sic stante.*

9 Quamuis autem ius patronatus transeat ad monasterium, & consequenter ius præsentandi; at ius instituendi erit Episcopi. Constat ex *c. cum seculum, de iure patronat.* vbi decernitur, iure patronatus Ecclesiæ parochialis translato in monasterium, ius parochialis Episcopi in illam Ecclesiam nullatenus minui; vbi Glossa finalis eam rationem reddit, quod non plus iuris monasterio competere valeat, quàm habebant illi, à quibus ius patronatus est acquisitum monasterio. At illi solum præsentandi ius habebant, relicto integro iure instituendi Episcopo competenti. Et ita sustinet aliis allegatis Lambertin. *de iure patron. lib. 2. part. 3. quæst. 1. art. 16. num. vnic.* qui bene infert idem dicendum esse, si ius instituendi spectaret ad inferiorem Prælatum: quippe ea translatio iuris patronatus in monasterium, minimè illi iuri præiudicaret, quia eadem militat ratio.

10 Tandem difficultas est, an si monachus ille, ex cuius persona ius patronatus est translatum in monasterium, præsentaret, valeat præsentatio? Et quidem si præsentatio fiat ratione iuris patronatus monacho competentis, manifestum est præsentationem non valere [illegible] od illud iam non sit suum, sed transiatum in monast[illegible]m. Et ita docent Lambertin. *de iure patr. lib. 2. part. 1. [illegible] 2. art. 11. num. vltim.* Quod quidem intelligendum [illegible] nisi [illegible] or patronatus expressim conditionem a[illegible] uis [illegible] mus patronus ad religionem transi[illegible] ille [illegible] tunc enim ius præsentandi con[illegible] eres monacho ex sui Prælati licentia. Quod si institutor hãc quoque licentiam excluderet, voluit integrum esse monacho contra voluntatem Prælati præsentare, tunc cessaret conditio tanquam impossibilis. Et vtrumque bene probat Manuel *quæst. regularium tomo 2. quæstione 122. artic. 2.*

Sed difficultas est, quando præsentatio, aut electio 11
non competit monacho ratione iuris patronatus, sed quod constitutus sit à vero patrono, aut veris electoribus procurator ad præsentandum, aut eligendum, an præsentatio, aut electio facta tunc à monacho absque Prælati licentia valeant? Lambertin. *de iure patron. lib. 2. part. 1. quæst. 4. art. 7. num. 1.* refert Federicum *cons. 104.* dicentem ea non tenere. Et idem tenet, quamuis dubius, & cogitandum relinquens idem Lambertinus *eo art. 7. fin.* Ducitur ex *cap. si religiosus in fin. principij. de elect. in 6.* vbi expressè dicitur, electionem religiosi constituentis absque sui Prælati licentia, esse ipso iure irritam; ergo à fortiori nequiuit validè eligere. Sed idem Lambertin. *eodem part. 1. quæst. 2. art. 11. à num. 1. vsque ad 9.* refert fundamenta Pauli de Eleazar pro vtraque parte, concludentisque ea fore valida, quia cùm tunc non faciat religiosus nomine suo, sed eius, qui commisit, non consideratur persona religiosi exequentis, sed persona committentis. Quippe is dicitur facere, cuius authoritate, & nomine res fit. *l. ita tamen. §. gessisse. ff. de administr. tutor.* Sed ipse Lambertin. *ibi. num. vltim.* refert se ad priorem locum proximè citatum: vbi, vt diximus, sub dubio tenuit priorem sententiam.

Verùm in hac controuersia plus mihi placet hæc po- 12
sterior sententia, vt actus illi valeant, tum ob rationem dictam; cùm etiam quia nullo iure irritantur ea à monacho facta. Nec bene ducitur argumentum ab electione passiua, quæ irrita esset absque superioris licentia, eo quod monachus est incapax iuris alicuius proprij acquirendi, ad electionem hanc actiuam, per quam nihil proprij acquirit. Ducor etiam rationibus, & Doctoribus, quibus suprà probaui exequutionem testamenti factam à quocumque monacho absque superioris licentia esse validam. Quod est intelligendum cum duplici limitatione, quam ei doctrinæ ibi apposui.

Tandem concludit Lambertinus *eo art. 11. num. vltim.* 13
quamuis religiosus nequeat ex illa potestate sibi tradita eligere, aut præsentare absque superioris licentia, posse tamen eum id facere absque licentia, quando patroni, aut electores ipsi concordarent, vt is præsentaretur, aut eligeretur, quem religiosus elegerit. Sicut frater Franciscanus, qui testamenti exequutor esse nequit, potest eligere pauperes, in quos eleemosyna diuidi iubetur. Sed si intelligat posse validè, placet vtique: si autem intelligat posse licitè, non credo. Quia satis dubia est sui fundamenti veritas, & licèt illud admittamus, vt adinuimus cum probabiliori sententia suprà; at ibi probauimus exigi superioris licentiam, vt id licitè fiat.

Secunda difficultas est, an integrum sit religioso no- 14
minare ad emphyteosim, quam ante professionem habebat? Et quidem si ille sit nouitius, aut sola biennij voti in Societate emiserit, certum est, illi integ[illegible] esse, [illegible] ominare ad emphyteosim, quod hæ capaces [illegible] omini habendi. Et ita ait esse certum Molina *tom. [illegible] f. disp. 482 initio.*

R[illegible] difficultas est de professis in quacumque re- [illegible] e coadiutoribus formatis Societatis IESV, qui dominij habendi incapaces sunt. Cald. *de nominat. emphyteot. quæst. 6. num. 3. & 4.* sustinet, posse professum etiam ordinis Minorum nominare ad emphyteosim. Ducitur, quod sit quid in solo facto consistens. At verum huiusmodi est professus ordinis Minorum capax, iuxta sententiam illorum, quos suprà retulimus, qui asserunt licere his professis etiam ordinis Minorum eligere pauperes, quos testator eligendos ipsis commisit, vt inter

vt inter eos eleemosynæ distribuerentur. Immo & sustinendo opinionem dicentem hanc pauperum nominationem ipsis esse interdictam, ait dicendum, esse licitam hanc nominationem ad emphyteosim, quia illa censetur interdicta ob auaritiæ suspicionem, & ad amputandam quærendorum temporalium ansam. At per hanc nominationem potiùs abdicat à se religiosus bona temporalia, quàm acquirit. Et idem Caldas *eadem quæst. 6. num. 5. & 6.* ait professum in ordine succedendi capaci, qui ante professionem nominarat reuocabiliter, posse post professionem reuocare, & iterum nominare aliũ, vel ipsum monasteriũ, vt tempore vitæ ipsius monachi fruatur. Secus autẽ si sit professus in ordine incapaci succedendi: quia cùm ea professio æquiparetur morti naturali, censebitur ea confirmari irreuocabiliter prior nominatio.

16 Sed iure optimo hanc sententiam improbat Molina *tomo 2. de iust. disput. 482. col. penult. vers. verum autem religiosus*, dicens, nullum cuiuscumque religionis professum, aut coadiutorem formatum Societatis IESV posse nominare ad emphyteosim, nec nominationẽ antea factam reuocare, quod verè sit dispositio de re, ac iure suo. At nullum bonorum temporalium ius remanet religioso post professionem. Quod maximè verũ est sustentando nostram sententiam, quam probauimus hoc lib. suprà, dicentem nulli professo integrum esse reuocare testamentum priùs factum.

17 Ex his deducitur, hoc ius nominandi transire ad monasterium succedendi capax, nisi ex coniecturis eliceretur electam personæ industriam, seu alia ratione fuisse id ius nominandi personale. At quando monasterium est incapax, non transit, sicut nec bona alia, quia omnia monachi iura, quæ sunt huiusmodi, transeunt in monasterium succedendi capax: sicut etiam diximus in illud transire ius præsentandi, quod non est merè personale; & sicut diximus num. 6. ius præsentandi finiri morte illius monachi, & translato eo legitimè ad monasterium succedendi capax, non transire cum illo, nec finiri eo professo in monasterio incapaci; ita dicendum est de hoc nominationis iure, quippe vtrumque competit ratione personæ monachi, & illi est annexum.

18 Secundò deducitur resolutio huius quæstionis, an habens officium publicum, vt tabellionatus, senatoris, id est, *veyniquatro*, &c. quod renunciatione indiget, vt in alium transferatur, nec ante professionem renunciauit, possit postea renunciare, aut monasterium eius nomine; an potiùs defectu renunciationis amittatur id officium, & acquiratur Regi? Et quidem, si ante professionem etiam in ordine Minorum renunciauit, existimo officium non amitti defectu renunciationis, etiãsi à tempore renunciationis vsque ad professionem non transacti sint dies iure petiti, quibus vinere debeat renuncians, vt renunciatio vim habeat. Quia etsi hæc professio comparetur morti naturali quoad alios successionis effectus, non tamẽn quoad hunc, sed verè dies illi petiti sunt vitæ naturalis, vt experientia ipsa testatur; & cùm res sit odiosa, & tendat ad officium propriis pecuniis em[illegible]um, effectumque iam proprium patrimonium, non e[illegible] extendenda.

19 S[illegible] autem non renunciauit ante professionem, con- [illegible] st integrum non esse ei post professionem renunciare [illegible] a alicuius fauorem, vt is succedat in id officium, sibi- [illegible] que illud acquirat, ad quod antea non habebat ius. Quia illud est conferre ei officium illud, quod facere nequit religiosus.

20 Sed difficultas est, quando renunciatio eò solùm tendit, ne perdatur officium, sed acquiratur ei, qui præmissa renunciatione erat integrè successurus, eo quod est hæres, vel si nullus sit institutus hæres, vt vendatur, & pretium acquiratur monasterio succedendi capaci, aut si sit incapax, hæredibus ob intestato. Et videtur ea renunciatio permissa, etiamsi professus sit in monasterio incapaci succedẽdi, quia in ea officia succeditur, sicut in alia illius monachi bona, & debet eorum pretium inter hæredes diuidi, & possunt vendi. Quare hæredes habent ius ad illa; & renunciatio solùm requiritur tanquam conditio sine qua nequeunt acquiri, & vt tollatur obstaculum, ne acquirantur Regi. Quare videtur quid merè facti, sicut de nominatione ad emphyteosim dixit Caldas allegatus num. 15. Et ideo sicut dixit quemcumque professum esse huius nominationis capacem, existimo dicturum de hac renunciatione.

At existimo, nullius religionis professum, nec coad- 21
iutorem formatum Societatis IESV posse hanc renunciationem facere, nec religionem succedendi capacem nomine illius; atque adeò defectu renunciationis amitti officium; sicut diximus num. 16. non posse nominare ad emphyteosim; quia illud renunciandi ius est personalissimum, & inhærens personæ habenti ius ad illud. At omne ius, omnéque proprium amisit religiosus per professionem; & cùm nequeat in alium, neque in religionem transferti, nisi media renunciatione, quia deficiente perditur, & redit ad Regem, perdetur vtique, & erit Regis.

Si autem esset nouitius, aut solis biennij votis astri- 22
ctus in Societate IESV, posset hanc renunciationem facere, sicut & num. 14. diximus, posse eum nominare ad emphyteosim.

Tertia difficultas est, an quando habens rem in em- 23
phyteosim profitetur in monasterio capaci succedendi, posset ipse, aut monasterium ex ipsius persona renouationem emphyteosis in eo monacho finitæ petere? Vt difficultatis huius punctus percipiatur, oportet supponere, tripliciter posse emphyteosim finiri. Primò finitur propter commissum, aut culpam emphyteotæ, vt quod malè versatus sit in re emphyteotica, vel illã irrequisito domino alienauerit, vel cessarit in canonis solutione per tempus lege præstitutum; & tunc renouatio nullatenus debetur, quippe tunc emphyteosis est omnino extincta, & ille iure suo omnino destitutus est. Secundò finitur caducitate, vt quando concessa est alicui pro se, & filiis, vel descendentibus. Atque tunc finitis illis, cessat prorsus nulla renouatione debita. Vltimò finitur quando concessa est pro generatione limitata, vt vsque ad tertiam generationem, & ea finita est. Atque tunc si supersunt filij, aut alij descendentes possessoris vltimi, possunt renouationem emphyteosis petere, & cogere dominum directum, vt in eorum persona emphyteosim confirmet, aut renouet vsque in tertiam generationem. Atque hæc docet Caldas *de renouatione emphyteot. quæst. 8. num. 1. & 2.* ac multos Doctores allegat dicens esse receptam omnium scribentium sententiam: quamuis Molina *tomo 2. de iust. disput. 484. col. 7. à vers. cæterum arbitror, vsque in finem*, latè probare conetur hanc sententiam esse falsam.

Verùm supposita huius sententiæ veritate, est locus 24
præsenti difficultati: & breuiter dico cum Cald. *de renouatione emphyteot. quæst. 19. à num. 7. vsque ad 24.* latissimè probante id nec monacho, nec monasterio ex eius persona integrum esse, nec dominum directum ad id compellendum. Quia sicut ius retractus, quod proximiori consanguineo ex statuto defertur, nec monacho, nec monasterio competit, vt dicemus num. 26. ita nec hoc renouationis implorandæ ius, quod proximiori agnato defertur. Cessat enim ratio renouationis petendæ, vt de retractu ratione sanguinis explicabimus eodem [illegible]um & sequenti. Quare minus bene asserit, & nulla [illegible] tione probat, sed sola Anchar. falsò allegat authorita[illegible]; Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 35. num. 4. C. de sa[illegible]sanct. Eccles.* posse monasterium hanc renouationem [illegible]etere. [illegible]

Vltir[illegible] difficultas est, an retractus ratione [illegible] compe[illegible] monacho professo, vt si statutu[illegible] [illegible]ut transeret [illegible] extran

immobilem ad vitam, siue patrimonialem venditam, possit proximior consanguineus eodem pretio tradito venditori retrahere; quale est apud Hispanos *l. 13. regia. tit. 10. lib. 3. fori.* & *l. 70. Tauri*, hodie *l. 7. tit. 11. lib. 5. nouis recepilat.* Et quidem quando ordo non est succedendi capax, constat hoc ius nec monacho, nec monasterio eius nomine competere. Et ita tanquam manifestum tenet allegatis Guillelmo Benedicto, & Cassaneo, Tiraquel. *de retractu lignager. §. 1. gloss. 8. n. 19.*

26 At quando monasterium est succedendi capax, videtur posse retrahere. Quippe monachus conseruat iura agnationis, & sanguinis, & suitatis. *l. final. C. de Episcopis, & clericis.* Cæterum dicendum est, non posse retrahere, quod cesset ratio retractus, nempe, ne res illa à proprio sanguine, seu genere alienetur: cùm monachus non sibi, sed monasterio acquirat. Atque ita docent Guillelmus Benedictus, & Cassaneus, quos referunt, & sequuntur Tiraquellus *eadem gloss. 8. num. 19. fin.* Cifuentes *l. 70. Tauri quæst. 15.* & ibi Anton. Gomez *num. 9.* Cald. *de renouat. emphyt. quæst. 19. numero 8.* Azebedo *lib. 5. recopil. tit. 11. l. 7. num. 26.* & ibi Matienzo *gloss. 2. num. 20.*

27 Hinc fit, nec monasterium posse ex persona monachi retrahere, quia in eo quoque cessat ratio retractus, cùm monasterium non sit de genere, & familia venditoris: immo nec illa res per monasterium retracta sit amplius in familiam reditura. Sic tradunt Tiraquellus *num. 20.* Cifuent. Anton. Gomez, Azebedo, Matienzo, Cald. allegati n. præcedenti, Aluaradus *de coniecturam mente testat. lib. 2. c. 5. miro. num. 4.* Spino *specul. testam. gloss. 12. principali. num. 26.*

28 Nec monasterio vendente rem ad vitam professi, admitteretur proximior consanguineus ad retractum, quod cùm res illa desierit esse monachi, translataque sit in monasterium, iam è familia, & sanguine exierit. Et ita docent Cifuent. *ea l. 70. quæstione 16.* & ibi Anton. Gomez *numero 10.* Peralt. *l. cùm patronus. numero 37. ff. de legat. 2.* dicens sic consultum, & lite agitata tribus sententiis decisum, Azebedo *eadem l. 7. numero 29.* Matienzo *eadem gloss. 2. numero 22.* Spino *eadem gloss. 12. num. 25. fin.* Villadiego iunior *in foro iur. g. o. lib. 4. tit. 2. d. 12. fine.*

29 Idem existimo de religiosis Societatis IESV, non de solis professis, aut coadiutoribus formatis, quos tanquam incapaces omnino dominij, est manifestum non posse retrahere, iuxta dicta num. 16. sed de iis, qui sola biennij vota emisere; quia nequeunt sibi acquirere ad retinendum: & ideo in eis quoque cessat ratio retractus, ne res de familia exeat.

30 De nouitiis autem re latè disputata, & multis rationibus in contrarium allegatis optimè concludit Tiraquell. *ea gloss. 8. n. 39.* integrum illis esse retrahere, quod non sint veri religiosi, & possint sibi acquirere; cùm tamen sint in via, vt sint veri religiosi, dicit optimè Tiraq. ibi retractum esse in pendenti, & eum omni firmitate muniendum, si nouitius redeat ad seculum, dissoluendum autem eo profitente, quia acquireretur illa res monasterio per professionem contra statuti mentem. Atque ita bene ait, cautionem esse emptori præstandam de re illa sibi reddenda, si nouitium profiteri contigerit, vt in simili dicitur *l. cùm socij. ff. commun. diuidun.*

CAPVT XV.

Qualiter ad monasterium transeat ma[illegible]tus, feudum, emphyteusis, res cum pacto n[illegible]lienandi tradita, profitentium.

SVMMARIVM.

An monasterium succedat in maioratum, quando professus ante generalem renunciationem hæredibus, aut bonorum, aut cuiuscumque iuris fecerat? n. 29.

An quando monasterium nequit succedere in maioratum ex expressa, aut tacita institutoris voluntate, si ante professionem legitimè successerat, excludatur à die professionis: proponitur ratio dubitandi. n. 30.

Explicatur sententia authoris; & an casus superueniens tollat iuc acquisitum, & cessante causâ, cesset effectus iam consummatus? n. 31.

1 QVADRVPLEX quæstio inuoluitur disputanda. Prima de maiorato. Secunda de feudo. Tertia de emphyteosi. Vltima de re tradita cum pacto alienandi.

2 QVÆSTIO prima. An monasterium succedat in maioratum professi? Qua in re præmittemus quæ apud authores certiora sunt, deinde ad dubia disputanda progressum faciemus. Et quidem quando religiosus est nouitius, certum est illum succedere in qualemcumque maioratum, ac eum antea possessum retinere, quia nondum est effectus religiosus, nec incapax proprij retinendi; & sic, sicut nec aliis bonis, nec iure in ea succedendi spoliatur, ita nec hoc iure. Atque ita docent Alberic. *authent. ingressi. numero 31.* & ibi Signorol. *numero 34. C. de sacrosanct. Eccles.* Gregor. Lopez *l. 1. verb. siendo. tit. 15. part. 2.* Matienzo *lib. 5. recopil. tit. 7. l. 1. glos. 1. numero 17.* Molina Societatis IESV *tomo 3. de iust. disp. 623. num. 1.* Manuel *quæst. regular. tomo 2. quæst. 78. art. 12. paulo post princip.* Atque id est verum, quamuis in eo maioratu sit clausula excludens religiosos, quia nouitij nondum sunt religiosi, sed in via, vt sunt. *c. religiosis de sentent. ex communic. in 6.* nec in his odiosis nomine religiosorum comprehenduntur, vt probatur suprà.

3 Similiter succedunt religiosi, qui in Societate IESV votis biennij ligati sunt, quicumque maioratus ille sit: quare per ea vota nullus maioratus deperditur. Quia per ea vota non redduntur incapaces cuiusciusque successionis in quæcumque bona, & dominij illorum. Et ita docet Molina Societatis IESV num. præcedenti allegatus. Quare vt certa, & firma esset maioratuum successio, statutum est in quinta cõgregatione generali Societatis IESV, canone 4. ne deinceps habens maioratum admittatur in Societatem in Hispania absque licentia Patris nostri Generalis, & iis donis sit præditus, vt post biennium nouitiatus possit admitti ad solemnem trium votorum professionem, & vel sic professus fiat omnino incapax, & tutò succedat sequens vocatus.

4 Sed potest esse dubium, an hi succedant quando est clausula in maioratu, excludens ab illius successione religiosos. Videtur enim pars affirmans, etiam in eo casu eos succedere, nec includi in ea exclusione, inde suaderi, quia mens institutorum similem clausulam apponentium est, ne monasterium in eum maioratum succedat, ac nomen familiæ sit quasi cõsopitum. At Societas IESV non succedit, sed ipsimet religiosi: ergo non censentur per eam clausulam exclusi. Item, quia non præsumitur intentio instituentis excludere suos descendentes, sed monasterium, quod quasi extraneus reputat. Sed, vt accepi à viro fide digno, qui Vall[illegible]oleti causidicus fuerat eo tempore, mota est ibi [illegible] circa hoc, ac obtinuit pars contraria, vt nec hi religiosi non succedant, sed censeantur exclusi. Et meo iudicio id iure optimo sententia Senatus illius regij decisum est, quod hi sint veri religiosi, & quamuis capaces succedendi, nec Societas succedat: at non succedunt, vt retineant, sed vt renuncient, & possunt renunciare in fautorem extranei, & sic familiæ nomen erit consopitum toto vitæ illius religiosi tempore. Quod damnum cauere voluit institutor maioratus excludens religiosos. Adde eum non conseruare dignitatem, & honorem familiæ, quamuis in se posset maioratum

retinere, quibus conseruandis ea clausula apponi solet, vt infrà dicemus, cùm debeat instar pauperis religiosi vitam transigere.

Similiter succedunt in maioratum qualemcumque Commendatarij equites, qui vxorem ducere possunt, quamuis adsit clausula excludens religiosos, quod ij non censeantur religiosorum nomine in hac exclusione comprehendi, vtpote qui familiam conseruant, & successionem possunt habere. Atque ita docent Molina *lib. 1. de primog. c. 13. n. 98.* & Molina Societatis IESV *tom. 3. de iust. disp. 623. num. 5.* Manuel *quæst. regular. tom. 1. q. 78. art. 12. statim in principio.* Quid autem dicendum sit de Commendatariis Diui Ioannis, qui matrimonium inire nequeunt, dicemus infrà.

Reliqui autem religiosi nequaquam succedunt, nec monasterium nomine illorum, quoties à primo maioratus institutore adiecta est clausula, ne in illum succedant monachi. Quod hæc conditio excludens monachos, aut clericos à successione, non eò tendit, vt ab hoc statu retrahat, sed vt familia conseruetur; & ideo conditio hæc tanquam satis congrua fini, ad quem maioratus solent institui, est iusta, & valet. Atque ita docent Ioan. Lup. *rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 16. num. 14.* Couarr. *lib. 1. variar. cap. 19. num. 10. & 11.* Marz. *in epitom. fideicommissor. quæst. 31. fin.* Molina *lib. 2. de primog. c. 12. n. 54.* Padilla *l. cùm acutissimi. n. 45. C. de fideicommiss.* Meres latè probans *de maioratu, in 1. edit. 2. p. q. 3. a num. 1. vsque ad 5.* Cabedo *in decision. Senatus Lusitani. p. 1. decis. 133. n. 6. & 9.* Spino *specul. testam. gloss. 12. principali. num. 55.* Gutierr. *quæst. canonicæ. lib. 2. cap. 25. num. 6.* Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 16. num. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* Aluarad. *de coniectura ex mente defuncti. lib. 2. cap. 3. miro. n. 2.* Camill. Borrell. *cons. 17. num. 37. & 38. vol. 1.* Phil. *de officio sacerd. tom. 2. lib. 6. p. 2. c. 21.* Sforz. Odd. *cons. 19. n. 24. vers. 2. respondeo. lib. 1.* Flor. de Mena *lib. 1. variar. q. 16. §. 2. n. 7. for.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 11. n. 28. & 29.* Caldas *de nominat. emphyt. q. 6. n. 14.* & Gutierr. *lib. 1. quæst. canonic. c. 32. n. 30. in 2. edit.* Molina Societatis IESV *tomo 1. de iust. disp. 207. col. penult. concl. 1. fin. & 3. tomo. disp. 623. n. 3.* Manuel *quæst. regular. tom. 1. quæst. 78. art. 12. col. 4. vers. 5. certum est.* Potest etiam institutor statuere, vt eo ipso quod professor maioratus efficiatur clericus, aut monachus, maioratus statim sequenti deferatur ob eandem rationem, vt bene tradunt Couarr. & Gutierr. vtroque loco, Meres *eadem q. 3. n. 4. fin.* Quod quidem limitandum est, vt intelligatur in hoc Castellæ regno de maioratu regia facultate instituto. Quippe parentes ex tertio bonorum primogenium instituentes nequeunt religiosos filios, aut filias moniales excludere, quia tenentur seruare ordinem præscriptum *in lo regia 27. Tauri*, quæ hodie est *l. 1. tit. 6. lib. 5. nouæ recopil.* quæ lex id non permittit. Et ita docent Molina *lib. 2. de primogen. c. 12. num. 15.* Angul. *de meliorat. l. 11. glos. 4. num. 9.* Gutierr. & Manuel proximè allegati. Sed intellige, non posse tunc excludere filios monachos, aut filias monales, quando non supersunt alij descendentes. Nam iuxta illam legem sunt omnes descendentes priùs vocandi; at aliis descendentibus existentibus, possunt priùs illi vocati exclusis proximioribus monachis, aut monialibus. Quippe quicumque illorum possunt in eo tertio aliis præferri, vt ibi habetur, & ita docet Angul. ibidem. Similiter posset apponi prædicta conditio, quando maioratus esset institutus ex solo quinto bonorum, quia de eo potest pater liberè disponere, atque adeò potest gravamen quodcumque adiicere.

7 *F*[illegible] quando maioratus non constat scriptura, sed sola immemoriali præscriptione, non præsumitur apposita huiusmodi clausula excludens religiosos, aut clericos. Quod immemorialis aliquorum bonorum præscriptio tanquam vinculo maioratus subiectorum, solùm probat esse eiusmodi subiecta iuxta maioratus naturam, quibus et munere eum succedendi modum, non autem ut maneres exan-

immobilem ad vitam, siue patrimonialem venditam, possit proximior consanguineus eodem pretio tradito venditori retrahere; quale est apud Hispanos *l. 13. regia. tit. 10. lib. 3. fori.* & *l. 70. Tauri*, hodie *l. 7. tit. 11. lib. 5. nouis recepilat.* Et quidem quando ordo non est succedendi capax, constat hoc ius nec monacho, nec monasterio eius nomine competere. Et ita tanquam manifestum tenet allegatis Guillelmo Benedicto, & Cassaneo, Tiraquel. *de retractu lignager. §. 1. gloss. 8. n. 19.*

26 At quando monasterium est succedendi capax, videtur posse retrahere. Quippe monachus conseruat iura agnationis, & sanguinis, & suitatis. *l. final. C. de Episcopis, & clericis.* Cæterum dicendum est, non posse retrahere, quod cesset ratio retractus, nempe, ne res illa à proprio sanguine, seu genere alienetur: cùm monachus non sibi, sed monasterio acquirat. Atque ita docent Guillelmus Benedictus, & Cassaneus, quos referunt, & sequuntur Tiraquellus *eadem gloss. 8. num. 19. fin.* Cifuentes *l. 70. Tauri quæst. 15.* & ibi Anton. Gomez *num. 9.* Cald. *de renouat. emphyt. quæst. 19. numero 8.* Azebedo *lib. 5. recopil. tit. 11. l. 7. num. 26.* & ibi Matienzo *gloss. 2. num. 20.*

27 Hinc fit, nec monasterium posse ex persona monachi retrahere, quia in eo quoque cessat ratio retractus, cùm monasterium non sit de genere, & familia venditoris: immo nec illa res per monasterium retracta sit amplius in familiam reditura. Sic tradunt Tiraquellus *num. 20.* Cifuent. Anton. Gomez, Azebedo, Matienzo, Cald. allegati n. præcedenti, Aluaradus *de coniecturam mente testat. lib. 2. c. 5. miro. num. 4.* Spino *specul. testam. gloss. 12. principali. num. 26.*

28 Nec monasterio vendente rem ad vitam professi, admitteretur proximior consanguineus ad retractum, quod cùm res illa desierit esse monachi, translataque sit in monasterium, iam è familia, & sanguine exierit. Et ita docent Cifuent. *ea l. 70. quæstione 16.* & ibi Anton. Gomez *numero 10.* Peralt. *l. cùm patronus. numero 37. ff. de legat. 2.* dicens sic consultum, & lite agitata tribus sententiis decisum, Azebedo *eadem l. 7. numero 29.* Matienzo *eadem gloss. 2. numero 22.* Spino *eadem gloss. 12. num. 25. fin.* Villadiego iunior *in foro iur. g. o. lib. 4. tit. 2. d. 12. fine.*

29 Idem existimo de religiosis Societatis IESV, non de solis professis, aut coadiutoribus formatis, quos tanquam incapaces omnino dominij, est manifestum non posse retrahere, iuxta dicta num. 16. sed de iis, qui sola biennij vota emisere; quia nequeunt sibi acquirere ad retinendum: & ideo in eis quoque cessat ratio retractus, ne res de familia exeat.

30 De nouitiis autem re latè disputata, & multis rationibus in contrarium allegatis optimè concludit Tiraquell. *ea gloss. 8. n. 39.* integrum illis esse retrahere, quod non sint veri religiosi, & possint sibi acquirere; cùm tamen sint in via, vt sint veri religiosi, dicit optimè Tiraq. ibi retractum esse in pendenti, & eum omni firmitate muniendum, si nouitius redeat ad seculum, dissoluendum autem eo profitente, quia acquireretur illa res monasterio per professionem contra statuti mentem. Atque ita bene ait, cautionem esse emptori præstandam de re illa sibi reddenda, si nouitium profiteri contigerit, vt in simili dicitur *l. cùm socij. ff. commun. diuidun.*

CAPVT XV.

Qualiter ad monasterium transeat ma[illegible]tus, feudum, emphyteusis, res cum pacto n[illegible]lienandi tradita, profitentium.

SVMMARIVM.

An monasterium succedat in maioratum, quando professus ante generalem renunciationem hæredibus, aut bonorum, aut cuiuscumque iuris fecerat? n. 29.

An quando monasterium nequit succedere in maioratum ex expressa, aut tacita institutoris voluntate, si ante professionem legitimè successerat, excludatur à die professionis: proponitur ratio dubitandi. n. 30.

Explicatur sententia authoris; & an casus superueniens tollat iuc acquisitum, & cessante causâ, cesset effectus iam consummatus? n. 31.

1 QVADRVPLEX quæstio inuoluitur disputanda. Prima de maiorato. Secunda de feudo. Tertia de emphyteosi. Vltima de re tradita cum pacto alienandi.

2 QVÆSTIO prima. An monasterium succedat in maioratum professi? Qua in re præmittemus quæ apud authores certiora sunt, deinde ad dubia disputanda progressum faciemus. Et quidem quando religiosus est nouitius, certum est illum succedere in qualemcumque maioratum, ac eum antea possessum retinere, quia nondum est effectus religiosus, nec incapax proprij retinendi; & sic, sicut nec aliis bonis, nec iure in ea succedendi spoliatur, ita nec hoc iure. Atque ita docent Alberic. *authent. ingressi. numero 31.* & ibi Signorol. *numero 34. C. de sacrosanct. Eccles.* Gregor. Lopez *l. 1. verb. siendo. tit. 15. part. 2.* Matienzo *lib. 5. recopil. tit. 7. l. 1. glos. 1. numero 17.* Molina Societatis IESV *tomo 3. de iust. disp. 623. num. 1.* Manuel *quæst. regular. tomo 2. quæst. 78. art. 12. paulo post princip.* Atque id est verum, quamuis in eo maioratu sit clausula excludens religiosos, quia nouitij nondum sunt religiosi, sed in via, vt sunt. *c. religiosis de sentent. ex communic. in 6.* nec in his odiosis nomine religiosorum comprehenduntur, vt probatur suprà.

3 Similiter succedunt religiosi, qui in Societate IESV votis biennij ligati sunt, quicumque maioratus ille sit: quare per ea vota nullus maioratus deperditur. Quia per ea vota non redduntur incapaces cuiusciusque successionis in quæcumque bona, & dominij illorum. Et ita docet Molina Societatis IESV num. præcedenti allegatus. Quare vt certa, & firma esset maioratuum successio, statutum est in quinta cõgregatione generali Societatis IESV, canone 4. ne deinceps habens maioratum admittatur in Societatem in Hispania absque licentia Patris nostri Generalis, & iis donis sit præditus, vt post biennium nouitiatus possit admitti ad solemnem trium votorum professionem, & vel sic professus fiat omnino incapax, & tutò succedat sequens vocatus.

4 Sed potest esse dubium, an hi succedant quando est clausula in maioratu, excludens ab illius successione religiosos. Videtur enim pars affirmans, etiam in eo casu eos succedere, nec includi in ea exclusione, inde suaderi, quia mens institutorum similem clausulam apponentium est, ne monasterium in eum maioratum succedat, ac nomen familiæ sit quasi cõsopitum. At Societas IESV non succedit, sed ipsimet religiosi: ergo non censentur per eam clausulam exclusi. Item, quia non præsumitur intentio instituentis excludere suos descendentes, sed monasterium, quod quasi extraneus reputat. Sed, vt accepi à viro fide digno, qui Vall[illegible]oleti causidicus fuerat eo tempore, mota est ibi [illegible] circa hoc, ac obtinuit pars contraria, vt nec hi religiosi non succedant, sed censeantur exclusi. Et meo iudicio id iure optimo sententia Senatus illius regij decisum est, quod hi sint veri religiosi, & quamuis capaces succedendi, nec Societas succedat: at non succedunt, vt retineant, sed vt renuncient, & possunt renunciare in fautorem extranei, & sic familiæ nomen erit consopitum toto vitæ illius religiosi tempore. Quod damnum cauere voluit institutor maioratus excludens religiosos. Adde eum non conseruare dignitatem, & honorem familiæ, quamuis in se posset maioratum

retinere, quibus conseruandis ea clausula apponi solet, vt infrà dicemus, cùm debeat instar pauperis religiosi vitam transigere.

Similiter succedunt in maioratum qualemcumque Commendatarij equites, qui vxorem ducere possunt, quamuis adsit clausula excludens religiosos, quod ij non censeantur religiosorum nomine in hac exclusione comprehendi, vtpote qui familiam conseruant, & successionem possunt habere. Atque ita docent Molina *lib. 1. de primog. c. 13. n. 98.* & Molina Societatis IESV *tom. 3. de iust. disp. 623. num. 5.* Manuel *quæst. regular. tom. 1. q. 78. art. 12. statim in principio.* Quid autem dicendum sit de Commendatariis Diui Ioannis, qui matrimonium inire nequeunt, dicemus infrà.

Reliqui autem religiosi nequaquam succedunt, nec monasterium nomine illorum, quoties à primo maioratus institutore adiecta est clausula, ne in illum succedant monachi. Quod hæc conditio excludens monachos, aut clericos à successione, non eò tendit, vt ab hoc statu retrahat, sed vt familia conseruetur; & ideo conditio hæc tanquam satis congrua fini, ad quem maioratus solent institui, est iusta, & valet. Atque ita docent Ioan. Lup. *rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 16. num. 14.* Couarr. *lib. 1. variar. cap. 19. num. 10. & 11.* Marz. *in epitom. fideicommissor. quæst. 31. fin.* Molina *lib. 2. de primog. c. 12. n. 54.* Padilla *l. cùm acutissimi. n. 45. C. de fideicommiss.* Meres latè probans *de maioratu, in 1. edit. 2. p. q. 3. a num. 1. vsque ad 5.* Cabedo *in decision. Senatus Lusitani. p. 1. decis. 133. n. 6. & 9.* Spino *specul. testam. gloss. 12. principali. num. 55.* Gutierr. *quæst. canonicæ. lib. 2. cap. 25. num. 6.* Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 16. num. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* Aluarad. *de coniectura ex mente defuncti. lib. 2. cap. 3. miro. n. 2.* Camill. Borrell. *cons. 17. num. 37. & 38. vol. 1.* Phil. *de officio sacerd. tom. 2. lib. 6. p. 2. c. 21.* Sforz. Odd. *cons. 19. n. 24. vers. 2. respondeo. lib. 1.* Flor. de Mena *lib. 1. variar. q. 16. §. 2. n. 7. for.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 11. n. 28. & 29.* Caldas *de nominat. emphyt. q. 6. n. 14.* & Gutierr. *lib. 1. quæst. canonic. c. 32. n. 30. in 2. edit.* Molina Societatis IESV *tomo 1. de iust. disp. 207. col. penult. concl. 1. fin. & 3. tomo. disp. 623. n. 3.* Manuel *quæst. regular. tom. 1. quæst. 78. art. 12. col. 4. vers. 5. certum est.* Potest etiam institutor statuere, vt eo ipso quod professor maioratus efficiatur clericus, aut monachus, maioratus statim sequenti deferatur ob eandem rationem, vt bene tradunt Couarr. & Gutierr. vtroque loco, Meres *eadem q. 3. n. 4. fin.* Quod quidem limitandum est, vt intelligatur in hoc Castellæ regno de maioratu regia facultate instituto. Quippe parentes ex tertio bonorum primogenium instituentes nequeunt religiosos filios, aut filias moniales excludere, quia tenentur seruare ordinem præscriptum *in lo regia 27. Tauri*, quæ hodie est *l. 1. tit. 6. lib. 5. nouæ recopil.* quæ lex id non permittit. Et ita docent Molina *lib. 2. de primogen. c. 12. num. 15.* Angul. *de meliorat. l. 11. glos. 4. num. 9.* Gutierr. & Manuel proximè allegati. Sed intellige, non posse tunc excludere filios monachos, aut filias monales, quando non supersunt alij descendentes. Nam iuxta illam legem sunt omnes descendentes priùs vocandi; at aliis descendentibus existentibus, possunt priùs illi vocati exclusis proximioribus monachis, aut monialibus. Quippe quicumque illorum possunt in eo tertio aliis præferri, vt ibi habetur, & ita docet Angul. ibidem. Similiter posset apponi prædicta conditio, quando maioratus esset institutus ex solo quinto bonorum, quia de eo potest pater liberè disponere, atque adeò potest gravamen quodcumque adiicere.

7 *F*[illegible] quando maioratus non constat scriptura, sed sola immemoriali præscriptione, non præsumitur apposita huiusmodi clausula excludens religiosos, aut clericos. Quod immemorialis aliquorum bonorum præscriptio tanquam vinculo maioratus subiectorum, solùm probat esse eiusmodi subiecta iuxta maioratus naturam, quibus et munere eum succedendi modum, non autem ut maneres exan-

maioratus accidentaria sunt, & quandoque apponuntur, quandoque autem non: quale est hoc iuxta doctrinam Bart. *repet. l. de quibus num. 16. ff. de legib.* & communiter scribentium ibi. Et sic docent Molin. *lib. 1. de primog. cap. 13. num. 100.* & alter Molina Societatis IESV *tomo 3. de iust. disput. 623. fin.* Addit alter Molina *eo numero* 100. præsumi hanc clausulam, quando tempore ad id præscribendum sufficienti, in casibus occurrentibus, monachi simpliciter, & indistinctè exclusi fuerint. Tunc enim obseruandum erit, quod in casibus similibus obseruatum fuit. Quare non approbo quod ait alter Molina Societatis IESV *eadem disput. 623. fin.* nempe, si plures exclusi, quam fuerit compertum tempore ad id præscribendum necessario fuisse exclusos; quia meliùs dixit prior Molina sufficere ad excludendos præsentes, eo tempore sufficienti ad præscribendum fuisse simpliciter, & indistinctè exclusos religiosos.

9 Nec succedunt in maioratum religiosi professi in monasterio succedendi incapaci, nec monasterium succedit ex eorum persona, quia in nulla alia professi bona succedit, nedum in maioratum. Et de hoc nemo dubitat, sed tantùm omnes citandi tanquam certum. Ac ideo nec coadiutores formati Societatis IESV succedunt. Quippe per illa vota, etsi simplicia, reddunturc uiusuumque successionis incapaces, vt dicemus n. 10.

His ergo tanquam certioribus præmissis, vertitur primò apud authores in dubium, an statim in maioratum possessore profitente in religione incapaci succedat sequens vocatus. Quidam negant, dicentes hæredes illius monachi potituros fructibus illius maioratus, dum monachus naturaliter vixerit, sicut potiturum erat monasterium, si successionis capax esset. Huius sententiæ erunt omnes illi authores, quos retulimus hoc lib. suprà dicentes, non statim ac religiosus hic profiteretur, deberi bona hæredibus institutis in testamento, nisi post mortem naturalem, & interim potituros hæredes ab intestato. Eiusdem etiam sententiæ sunt dicentes, granato restituere hæreditatem, qui absque liberis decesserit, profitente in religione incapaci, non deberi hæreditatem substituto, sed dum viuit naturaliter monachus, hæredibus ab intestato, vel aliis pauperibus, vt dicunt alij, quos omnes referemus hoc cap. infernis. Et in propriis terminis docet Spino *specul. testam. gloss. 12. princip. ali. num. 34. & 35.* fateatur tamen *num. 37.* in Castella statim successurum sequentem vocatum ex *l. regia 45. Tauri*, hodie *l. 8. tit. 7. lib. 5. recopilat.* Quæ, mea sententia, non facit ad rem: solùm enim decidit mortuo possessore maioratus, statim transferri maioratum in sequentem vocatum absque alia apprehensione: quare attenta hac lege, eadem prorsus difficultas manet, an huiusmodi professio æquiualeat morti naturali?

10 Sed verissima sententia est, statim à die professionis deuolui maioratum ad sequentem vocatum, non aliter, ac si ille naturaliter mortuus fuisset. Ducor quod ea professio æquiparetur morti naturali quoad omnes succedendi effectus, vt probauimus hoc lib. superiùs. Insuper, quia verissima sententia habet, gratiato restituere, si absque liberis decedat, professo in religione incapaci, deberi statim à professione hæreditatem substituto, vt suprà hoc lib. probauimus. Et ideo hanc partem sustinent Molina *lib. 1. de primogen. cap. 13. numero 69. & 70.* Meres *de maioratu, in 1. edit. part. 2. quæstione 3. numero 6. & part. 3. numero 1.* Cald. *de nomin. at. employt. quæstione 6. numero 14.* & *de renunat. employt. quæstione 12. num. 49.* Auendaño iunior *l. 40. Tauri gloss. 4. numero 10.* Molina Societatis IESV *tomo 3. de iust. disp. 623. numero 1.* Manuel *quæst. regular. tomo 2. quæst. 178. artic. 12. paulo post principium.* Atque idem di[illegible] dum [illegible] fuisse profiteatur in Societate IESV, aut i[illegible] simplicium vota emittat, vt bene docet Molina [illegible] IESV ibidem.

Secundò dubitatur, an quando maioratus habet annexam iurisdictionem in aliquod oppidum, villam, aut castrum, &c. succedat in illum monasterium succedendi capax, ex persona professi. Duplex est sententia. Prima sustinet succedere. Ducitur primò, quod monasterium huiusmodi habeat pro se regulam generalem, vt in omnia professi bona, & iura succedat, *authent. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles.* nec sit temere à regula discedendum, quin potiùs in dubio potiores sint habentis pro se regulam partes, ac pro illo iudicandum sit, vt tradunt Bald. *l. si tutor, in fine. C. de peric. tutor.* Tiraquel. *de retraktu lignager. §. 1. gloss. 9. numero 210.* Decian. *cons. 240. numero 5. lib. 2. & cons. 1. numero 34. libro 2.* Secundò, quia priuari monasterium hac successione est pœna, cùm ius generale sibi competens restringatur: pœna autem irrogari nequit, nisi in iure sit expressa, vt tradit Glossa penultima ad fin. communiter recepta *cap. final. de vere patron.* & latissimè Tiraquel. *l. si vnquam. verb. reuertatur. in noua edit. numero 249. & duplici sequenti. C. de reuocand. donat.* vbi *numero 251.* allegato Dominico concludit, pœnas non esse imponendas ex solis Doctorum opinionibus, sed in solis casibus iure expressis. Tandem, quod monasteria virorum, ac mulierum capacia sint iurisdictiones temporales habendi, vt constat ex *cap. cùm dilectus. de ordin. cognit.* Hanc sustinent Euerard. *cons. 210. numero 32.* Auendaño iunior *l. 40. Tauri, gloss. 4. numero 39.* limitans *numero 45.* nisi maioratus sit ex iis, qui summam dignitatem, aut iurisdictionem habent, quales sunt Regnum, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus; & Manuel, afferens in hoc quoque succedere, latissimèque probans *regular. quæstionum tomo 2. quæstione 78. artic. 12. col. 4. à vers. quod autem in dubio versatur, vsque in fin.* concludens in fine, sic sententia Iudicum Senatus Pinciani pronunciatum fuisse in fauorem monasterij de las Huelgas in maioratu oppidi de Villa Garzia, & aliorum oppidorum, qui morte Ludouici de Quixada vacarat.

Posterior sententia (cui tanquam multo probabiliori accedo) sustinet, succedendi in huiusmodi maioratus esse incapacia monasteria quæcumque. Ducor primò, quod monasterium non succedat in Regnum, Ducatum, vel Comitatum, vt tradunt Glossa *cap. scripsit nobis. verb. dignitate. 27. quæst. 2.* communiter recepta ab Archidiacono, & cæteris scribentibus ibi, Bald. *cap. cùm in magistrum. numero 3. de elect. l. final. §. hoc etiam. num. 4. C. de Episcop. & cleric. & l. data, vt ex. numero 44. C. qui accusare non poss.* Speculator dicens tie consuetudine seruari, *tit. de stat. mon. sub. §. cuius. numero 15.* Paulus *authent. ingressi. numero 10. C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Albericus *numero 3.* Felin. Barbat. Roman. quos refert, & sequitur Tiraquel. *de nobilitate. cap. 26. numero 3.* Dec. Nicolaus de Vbald. Laudens. Ioann. Lecirier. quos refert, & sequitur Molin. *lib. 1. de primog. cap. 13. numero 81.* Gregor. Lopez *lib. 2. verb. feuda home. tit. 12. part. 2.* Cifuent. *l. 40. Tauri. quæstione 6.* & ibi Antonio Gomez *numero 66.* Gama *decis. 6. numero 3.* Iul. Clar. *libro 4. recepil. §. feudum. 4. tit. 78. numero 3.* Atque idem dicunt de feudis huiusmodi dignitates habentibus annexas à quas referemus infrà. Qui omnes ea ratione nituntur, quia monachus non possit per se commodè hæc re[illegible] & administrare, quæ ratio in omnibus aliis maioratibus iurisdictionem habentibus locum habet, cui multi sint absque titulo Comitatus, Marchionatus, multo maiorem aliquibus ex illis iurisdictionem habentes, nec certa iurisdictionis latitudine præscribi queant, cum qua, aut minori, non autem cum maiori, possit maioratus ad monasterium peruenire: ergo ab omnibus illis excluditur monasterium. Secundò, quia nequit succedere in feudum iurisdictionem habens. Tandem (atque hæc ratio plus cæteris me mouet) quia, vt attestatur Molina

Molina *eo cap. 13. numero 94.* & fere omnes citandi eum illo, sic admissum est vniuersali Hispaniæ consuetudine, qua hucusque nec visum, nec audictum est monasteria in huiusmodi maioratus ex professi persona succedere, ex veritimili institutorum voluntate, qui censentur nullitenus velle maioratus hos ad monasteria peruenire, imò id valde abhorrere, vtpote qui ad perpetuam familiæ conseruationem, eiusque decus instituuntur. Nec obstant in contrarium ii, præcedenti adducta. Nam ad primum dico, non temere recedi ab ea generali regula, sed prudèter, & cum magno fundamento, longæua consuetudine, & magna ratione eâ regulam temperantibus. Ad secundum dico, priuationem hanc non ex sola Doctorũ opinione induci, sed ex præsumpta institutorum voluntate deducta ex longæua consuetudine. Ad vltimum dico, non excludi monasterium ab hac successione, quod iurisdictionis temporalis incapax sit, sed ex præsumpta institutorũ voluntate. Et ideo hanc sustinent Molina *eo c. 13.* latissimè probans *à n. 81. vsque ad 94.* vbi conclodit ita decisum esse sententia supremi Castellæ consilij, sèque nolle suum iudicium interponere, eo quod ab ea sententia supplicatũ sit, lisque adhuc pendeat, Ioan. Lecirier. *lib. 3. de primogen. q. 4. n. 15.* (habetur *tom. 10. tract. p. 1.*) Anton. Gomez *l. 40. Tauri. n. 66.* & ibi Cornejo *in ad. dition. ad eundem num.* Ludouic. de Casanete *eo cons. 26. num. 8. & 9. vol. 1.* dicens, ita lite agitata obtentum esse in regio Senatu Aragonẽsi, Sutd. *cons. 517. n. 13. vol. 4.* Graff. *1. p. decis. lib. 3. c. 39. num. penult.* Aluarad. *de conuictus ab vnte defuncti. lib. 2. c. 3. initio. n. 4.* Cald. *de nomin. at. employt. q. 6. n. 14.* Cabedo dicens sic sæpe iudicatum *in decision. Senatus Lusitaniæ. 1. p. decis. 153. à n. 7. vsque in fin.* Spino *specul. testam. gloss. 12. principali. n. 33.* Matiezo *lib. 5. recopil. tit. 7. l. 1. gloss. 1. n. 16.* Molin. Societatis IESV *tom. 3. de iust. disp. 625. n. 4.* Tapia *auth. ingressi. verb. sua. c. 16. n. 8. C. de sacros. Eccles.* Flor. de Mena Addit. *ad Gamam. decis. 6. n. 2. cons. 5. & lib. 1. variar. q. 16. §. 2. n. 1.*

13 Quod si maioratui adiiciatur ab eodem institutore, post maioratum irreuocabiliter institutum, vel à quocumque alio iurisdictio, v. gr. priùs adiuncta erant tria prædia sine iurisdictione, & deinde addita est iurisdictio, succedet monasterium in prædia illa, & primò vocatus in iurisdictionem. Ratio est, quia quando maioratui aliquid adiicitur quasi accessoriè, quemadmodum illa iurisdictio adiecta est, non sequitur prioris maioratus naturã, nisi qui adiecit, eũ cõditionibus prioris maioratus id se adiicere declarauerit, vt optimè docet Molin. *lib. 1. de primog. c. 16. à n. 1. vsq. ad 6.* & qui hoc adiecit, non potuit naturã prioris maioratus immutare, nec iur, quod monasteriũ habebat succedendi in illũ, si primogenit, ad quẽ pertinebat, religionẽ ingrederetur.

14 Hinc deducitur primò, posse maioratus institutorem vocare monachos ad maioratus habentis annexam iurisdictionem, successionem, siue ex regia facultate, siue ex bonis patrimonialibus institutus sit, quia non est monasterium iurisdictionis temporalis incapax, sed ex sola institutoris voluntate præsumpta reiicitur ab hac successione. Atque ita docet Molina *lib. 1. de primog. c. 13. n. vlt.*

15 Secundò deducitur, hanc posteriorem sententiam temp[illegible]ndam esse, vt vera sit in eo solo casu, in quo potest[illegible]tator monasterium à maioratus successione excl[illegible]ere, quem casum num. 6. explicuimus, quia quando [illegible]pressa voluntate non potest excludi, minus potest præsumpta, nec monachus in hoc aliã ratione excludit[illegible] tur, quàm ex præsumpta institutorum voluntate firmata consuetudine, vt optimè docuit Molina Societatis IESV allegatus num. 12.

16 Tertiò dubitatur, an succedat monasterium capax succedendi ex persona professi in eius maioratum iurisdictione carentem. Qua in re est frequentissima sententia, id succedere, reciperòque totam illius maioratus commoditatem, interim dum monachus naturaliter vixerit, & eo mortuo transire ad vlterius vocatum. Quamuis enim in maioratibus Hispanis dubitent aliqui ex allegandis, id commigit, quia instituuntur ad familiæ conseruationem, & cum onere conseruandi nomen, & arma institutoris, de quibus maioratibus statum in 4. dubio disputabimus. Ratio prioris partis est, quia cùm id monasterium succedat in omnia professi bona, nec iure aliquo, aut legitima consuetudine ab his maioratibus excludatur, succedet in illos. Posterioris autem partis ea est ratio, quoniam successio in maioratum est ex primi institutoris vocatione, & ab illo accipiunt vocati maioratum, non verò ab vltimo possessore: quare nequit religiosus sua professione præiudicare cæteris vocatis, vt eo mortuo non statim succedant. Atque ideo hanc sententiam sustinent Molin. *lib. 1. de primogen. c. 13. num. 95.* Gama *decis. 6. num. 2. 3. & 4.* dicens, sic sententia decisum, Anton. Gomez *l. 40. Tauri. num. 66.* & ibi Auendaño iunior *gloss. 4. num. 13.* Cald. *de nomin. at. employt. q. 6. num. 14.* Spino *specul. testam. gloss. 12. principali. num. 33.* Peregrin. *cons. 47. num. 4. vol. 1.* Velasceus *cons. 101. n. 7. tomo 1.* Cabedo dicens sic sæpe decisum *in decision. Lusitan. 1. parte. decis. 153. à n. 7. vsque in fin.* Matienzo *lib. 5. recopil. tit. 7. l. 1. gloss. 1. n. 18.* Tapia *auth. ingressi. verb. sua. c. 16. n. 9. C. de sacros. Eccles.* Flor. de Mena Addition. *ad Gamam. decis. 6. n. 2. cons. 1. & 6. & lib. 1. variar. c. 16. §. 2. n. 1.* Manuel *quæst. regular. tom. 2. quæst. 78. art. 12. col. 2. vers. 4. certum est.* Molina Societatis IESV *tomo 3. de iust. disputat. 625. num. 5.* Quare immeritò Meres *de maioratu in 1. edit. 2. p. q. 3. n. 33.* ab hac sententia communiter recepta discedit sic distinguens: si ante professionem monachus successerat in hunc maioratum, succedet eius professione monasterium in illum: si autem non successerat, sed post professionem adierat successio, non succedet monasterium, sed sequens vocatus. Quod non alia ratione probat, quàm ex eo principio, quod difficilius sit rem possessam auferri, quàm de nouo acquiri: atque ob id multa de nouo acquiri nequeunt, quæ tamen semel acquisita non auferuntur. Ad quod principium probandum multa cumulat. Sed quamuis id principium indubitatum sit, nihil probat in præsenti casu; esset enim probandum id verificari in hoc casu: quare non est recedendum à communissima sententia allegata, dicente monasterium non aliter succedere in hunc maioratum durante monachi vita, quàm in alia eius bona. Quare sicut in alia bona, siue ante professionem, siue post, ab ipso acquisita succedit, ita & in maioratum, siue ante, siue post professionem adiuerat.

Atque quoties professione fit incapax professus succedendi in maioratum, eo quod fiat in monasterio incapaci succedendi, aut eo quod iurisdictionem annexam habeat, aut quia excluditur ex peculiaribus ipsius maioratus legibus professus, iudicandus erit professus hic à tempore professionis, ac omnino naturaliter mortuus, atque iudicabitur proximior ad succedendum, qui tempore talis professionis proximior fuerit; quippe tunc successio deferenda est. Atque ita docent Molina *lib. 3. de primogen. c. 2. num. 13.* Meres *de maiorat. ip. 1. edit. 2. p. q. 3. n. 32.* Atque in alio simili allegatis Petro Cyno, & Alberico tradit Gregor. Lopez *l. 8. verb. de hæredar. tit. 29. p. 2.* vbi ait quando ob ciuilem captiuitatis mortẽ amittitur maioratus, proximiorẽ ad successionem esse, non eum, qui tempore mortis naturalis proximior est, sed qui tempore eius mortis ciuilis, quo successio deferrur. Quare tunc succedet frater illius monachi secundogenitus, nisi monachus ille decedentem legitimum reliquerit: ille enim præferetur patruo, & succedet; vt dispositum est *l. regia 40. Tauri*, hodie [illegible] *tit. 7. lib. 5. recopil.* Quæ non tantùm accipienda est quando possessor moritur naturaliter, sed etiam quando ciuiliter. Atque ita docet Molina ibid. Gregor. Lopez *l. 8. verb. si decesse. paulo post principium. tit. 15. part. 2.* Meres *ibi. quæstione 3. num. 6.* Quando ante [illegible] [illegible] non excluditur à maioratus succ[illegible] [illegible] manetes

monachi persona succedit; tunc is erit ad succedẽdum proximior, qui tempore mortis naturalis illius monachi proximior fuerit; quippe tunc succedendum est. Et ita bene docet Meres *eadem q.5.n.32.*

18 Quartò dubitatur, an succedat monasterium succedendi capax in maioratum iurisdictione carentem, institutum tamen fauore agnationem, familiamque conseruando. Qua in re duplex est sententia. Prior ait succedere. Dicunt, quod monachus non perdit iura sanguinis, nec desinat esse de familia, & agnatione, vt probaui suprà cap. 12. num. 15. Atque adeo optimè dixit Cephal. *cons.* 55. *num.* 98. *volum.* 1. in monacho conseruari agnationem. Secundò, quia cùm monasterium non sit perpetuò ceteris cum maioratum, sed tota professi vita, non dicitur extinguì familia, & agnatio ex temporanea monasterij successione, quamuis admitteremus in monacho non conseruari agnationem. Quippe non dicitur amissum quod non ita durat, quin ad proprium naturam redditurum sit. *l. pro parte. §. versum. ff. de in rem verf.* Tertiò, quia stante statuto excludente fœminas propter masculos, monasterium succedet loco professi, excludentque fœminæ, vt tradunt Lapus *in nouo edit. allegat. 101. numero 6. & sequenti.* Brun. de statuto excludente fœminas propter masculos, *artic. 1. principali. quæst. 11.* Paris. *cons. 47. numero 62. lib. 3.* Pore. *cons. 23. numero 32.* Molina Societatis IESV *tomo 3. de iust. & iure. tract. 613. num. 5. in 2. argum. iuncto numero 1. in fine solutionis*, affirmatque idem tenere alterum Molinam *libro 1. de primog. cap. 15. numero 80.* Sed immerito, quia Molina id non affirmat, sed format id argumentum ad probandum contrariam sententiam; nempe, monasterium succedere in maioratum habentem iurisdictionem. Atque ita non videtur id concedere: sed ea exclusio fit ratione agnationis conseruandæ, vt tenent multi, quos refert Molina *lib. 3. de primog. cap. 5. numero 25.* & quamuis alios referat *numero 26.* dicentes contrarium in testatoris dispositione; at ipse concludit *numero 29.* in statuto procul dubio esse verum, habitam esse in ea exclusione rationem conseruandi familiam, & agnationem; secus autem in dispositione testatoris, vel aliter disponentis: præsumitur enim aliis quoque rationibus ductus. Si ergo co existente statuto, est certum maioratum censeri institutum ad conseruandam agnationem, & tunc succedit monasterium, nec excludetur propter hanc causam. Tandem, quia consilium Decij 259. *numero 2. & 3. volum. 2.* cui contraria sententia maximè innititur, illam non probat: quamuis enim Decius ibi asserat fideicommissum relictum alicui, si liberos non habuerit, vt restituatur cuidam substituto, ea reddita ratione, quod velit fideicommittens bona illa in sua familia perseuerare, non acquiri monasterio per institutì illius professionẽ, sed succedere substitutum excluso monasterio. Hæc, inquam, doctrina sententiam hanc non probat; quia Gama *decisione 6. numero 3.* dicens ita sensisse Barbosam, qui tum temporis erat suus collega, respondet Decium loquutum esse in terminis casus *cap. in præsentia. de probat.* in quo casu quando succedit monasterium gratuito sub conditione, si sine liberis decedat, profitenti postea in religione succedit in perpetuum excluso substituto, vt dicemus cap. sequenti: qua perpetua monasterij successione alienarentur omnino bona extra familiam. Et ideo optimè dixit Decius, id additum coniecturam esse sufficientem, vt credatur exclusum monasterium à successione illa perpetua, quæ eo addito non existente ipsi competeret. At nos loquimur de successione temporanea, quia exclusio substituto ad tempus vitæ monachi, su[illegible] monasterium in ea bona restituenda substituto [illegible] familiæ post naturalem illius professi mortem: qu[illegible] tempore, & non antes restituenda essent eo manen[illegible] n se[illegible] ideo pro hac sententia sunt apertè I[illegible] tores [illegible] antes existente statuto excludente famiilias à maioratu propter masculos, succedere monasterium ex persona professi exclusis fœminis, vt in tertia tatione ponderauimus. Eiusdem sententiæ sunt clarè Gama, & Barbosa, quatenus, vt proximè diximus, ex ratiosie maioratus addita conseruandi familiam colligunt, non excludi monasterium à successione tempore vitæ monachi, sed à successione perpetua. Eiusdem sententiæ est Beroius *cap. in præsentia. numero 154. de probat.* vbi optimè distinxit inter successionem perpetuam, & temporaneam, dicens conseruationem familiæ non excludere monasterium à successione temporanea; atque clariùs id dixit Caldas *de nominat. emptyæ. quæstione 6. numero 13. fin.* vbi postquam *numero 12.* dixerat, se aliquando ductum illo Decij consilio sensisse monasterium non succedere in maioratum quando fuit vocata familia, concludit *numero 13. fin.* hoc procedere respectu perpetuæ successionis, quæ ad monasterium minimè transit; at transit quoad interstitium dum vixerit monachus. Idem sentit Cabedo *in decis. Senatus Lusitan. part. 1. decis. 133. numero 9.* dicens successionem tunc monasterium viuenti illo monacho; additque hanc rationem, quod tunc non extinguitur conseruatio familiæ intenta à testatore, sed conseruetur per sequentes in gradu, qui eo monacho defuncto successuri sunt. Idem tenet Cauallos *quæst. fuis communib. quæst. 193. numero 7.* & solùm limitat *numero 11.* quando adiecisset testator, velle ea bona excluso monasterio permanere in familia: tunc enim ait excludi monasterium etiam viuo monacho. Idem tenuêre celeberrimi quidam iurisperiti, controuersia hac multis agitata, vt refert Mantica *de coniec. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. numero 23. fine.* Idem tenet Manuel *quæstionum regular. tomo 2. quæstione 78. artic. 12. post solutionem ad 6. argum. versaque etiam.*

Posterior sententia (cui tanquam probabiliori accedo) etsi prior sit probabilis, sustinet tunc non succedere monasterium, sed statim post professionem succedere sequentem vocatum. Ducor, quod non excludatur monasterium, eo quod non reputetur agnatus, nec conseruet agnationem, nec eo quod sit incapax, & pro mortuo habeatur, sed quia non est talis agnatus, per quem possit iuxta testatoris intentum in ea institutione familia conseruari: quare ius agnationis à monacho tentum est quoad legitimam successionem, a qua non potest excludi, non autem quoad voluntariam, à qua censetur exclusus, eo quod testator voluerit prospicere conseruationi agnationis, & familiæ, vt in simili respondit Aymon *cons. 898. num. 17.* sicut etiam repellitur ab hoc fideicommisso fœmina, quamuis agnata sit, eo quod non est talis agnata, vt per illam familia conseruari possit. *l. pronunciatio, in fin. ff. de verbor. signif.* & tamen ad simplex fideicommissum agnationi, aut familiæ relictum admitteretur absque dubio. *l. voluntas. ff. de fideicommiss. l. vbi. C. de verb. signif.* Et confirmatur, quia cùm monachus nec momento sibi acquirat, sed statim bona transeant in monasterium, bona illa succedente monasterio non conseruabitur in familia, prout testator voluit. Secùdo, quia etsi gratuitus restituere post mortem, teneretur, & si publicentur eius bona succe[illegible] in ea fiscus dum is naturaliter viuit. *l. Statuit Florus. §. [illegible] falsi. ff. de iur. fisc. & l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell.* [illegible] hoc deficit, quando testator prohibuit ea bona, alieni extra familiam, tunc enim exclusò fisco, vtpote qui nã est de familia, succedet sequens vocatus ex familia, vt per *l. Imperator in princ.* iuncta doctrina Bart. *obs. nu. vnico. ff. de fideicommiss. libert.* tradunt Alexand. *cons. 23. a num. 7. vsque ad fin. vol. 1.* Gregor. Lopez *l. final. verb. tanto tempori. tit. 5. part. 6.* ergo similiter stante ea prohibitione non succedet monasterio, vtpote quod non est ex testatoris familia tempore vitæ monachi, sed à die professionis succedet sequens vocatus ex familia. Quippe sicut monasterium succedit in omnia professi iura, ita fiscus in omnia

omnia deportati. Tertiò, quia Decius *cons. 259. num. 2. & 3. vol. 2.* expresè locutus est de successione temporanea; loquitur enim de fideicommisso restituendo substituto, vt perseueret in familia, quod fideicommissum inducit maioratum. Nam, vt optimè ait Molina aliis citatis *lib. 1. de primogen. c. 5. num. 28.* hoc distat inter fideicommissum familiæ relictum absolutè, & inter ipsum & relictum, vt in familia conseruetur. Nam priori modo relictum non inducit maioratum, sed tantùm inducit, vt proximiores ad id admittantur, & eis admissis expirat fideicommissum: posteriori modo relictum inducit maioratum. Cùm ergo loquatur de maioratu, & dicat monasterium non succedere, sed eo exclusò substituto admitti, non loquitur de perpetua monasterij successione, sed de temporanea; & ideo optimè Flores de Mena Addition. *ad decis. 6. Gamæ. num. 3.* reprehendit eam Gamæ, & Barbosæ expositionem, vt loquatur Decius de successione perpetua, quam n. præcedenti retulimus, quia, inquit, rem friuolam, & indubitatam dixisset, cum lippis, & tonsoribus constet, nunquam posse monasterium in bona maioratus perpetuò succedere. Atque ita vltra Doctores allegandos intellexit Molina hoc consilium *lib. 1. de primog. c. 13. n. 91. & 94.* quæ Decij doctrina est ab omnibus fere recepta, vt referemus cap. sequenti. Atque ita concluditur, Decium, & omnes illos Doctores eius doctrinam sequutos, ibi referendos, esse huius sententiæ. Quod adhuc expressiùs videntur tenere Padilla *l. cum acutissimi. num. 44. C. de fideicommiss.* & Gutierr. *quæst. canonicæ. lib. 1. c. 32. n. 29. init.* vbi dicentes nõ succedere monasterium in casu *c. in præsentia. de probat.* quando ex euidentibus coniecturis deducitur contraria testoris intentio, subdunt hæc: *Erit autem euidens coniectura, si testator agnationis nominisq; sui in hoc fideicommisso relinquendo curam aliquam gessisse visus fuerit, vt si primogenium instituerit: iam enim ab huius fideicommissi successione monasterio videtur exclusisse, ad quæ si primogenium vel maioratus deferatur, prorsus interibit nomen, atque memoria testatoris.* Eiusdem sententiæ videntur Couarr. *1. variar. c. 19. num. 11. init.* & idem Gutierr. *eodem c. 32. num. 30. in 2. edit.* Aluarad. *de coniectura mente defuncti. lib. 2. cap. 3. initio. num. 2. fin.* vbi dicentes valere conditionem ne maioratus ad monachos deueniant, subdunt rationem his verbis: *Quia non in odium religionis, sed in familiæ conseruationem fit, vt bona extra familiam alienentur: & quia similes institutiones primogeniorum ipsaq; primogenia minimè conueniunt monachis.* Ecce quàm clarè dicunt primogenia instituta in familiæ conseruationem non conuenire monachis, vtpote qui tales agnati non sint, in quibus familia, & agnatio conseruari possint. Eiusdem sententiæ, quamuis anceps, clarè videtur Molina *lib. 1. de primog. c. 13. num. 91.* vbi hæc ait: *Ex monachi successione per tempus vitæ suæ, memoria institutoris penitus supprimitur, atque abolentur, nec nomen, nec arma institutoris, nec eius familiæ, ac maiorum ornamenta eo tempore videntur, nec apparent; ideòque non est credendum, institutorem, qui ex familiæ conseruatione maiorem fuit ad primogenium instituendum, voluisse facere vocationem, ex qua eius memoria supprimatur.* & *num. 95.* vbi ait, monachum non esse eiusdem cognatum, [illegible] illis memoriam familiæ, aut agnationem conseru[illegible], aut arma deferre: & *num. 95.* concludit, in maior[illegible]bus Hispaniæ, qui in familiarum, ac memoriæ c[illegible]seruatione versantur, & quorum vocationibus monachorum successio repugnat, atque nominis, & armorum præceptum successoribus iniunctum est, non absque difficultate esse, posse monachum succedere, propter contrariam institutorum voluntatem præsumptam; atque ideo ait fore deliberandum, cùm casus occurrerit. Atque id non esse absque difficultate ait quoque Aluarad. *de coniectura mente defuncti. libro 2. cap. 3. in princ. numero 4. fin.* immo *eodem numero 4. vers. restè quidem*, expresè ait monachum non succedere in huiusmodi maioratus, etiamsi iurisdictione careant. Et eiusdem sententiæ est clarè allegans Angulum Socinus iunior *cons. 1. numero 65. volum. 1.* vbi ait, stante statuto excludente fœminas propter masculos, eas non excludi, si masculus sit monachus. Quod non alia ratione subsistere potest, nisi quia tunc maioratus censetur institutus ob familiæ conseruationem, vt numero præcedenti probauimus. Et tandem in propriis terminis tenet hanc sententiam Beroius *in suis quæst. tota q. 34.* Parisius *cons. 22. numero 9. vol. 3.* Barbat. *consil. 13. numero 1. vol. 1.* Æmilian. *cons. 109. numero 14. vers. tunc autem.* Ludouicus Zuarus *in consilio pro vxore. numero 896.* vt eum refert Molin. *lib. 1. de primog. c. 13. num. 49.* Menochius *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. numero 45. vers. hoc sane casu.* & *præsumpt. 88. numero 5.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. libro 8. tit. 12. à numero 25. vsque ad 29.* dicens rem hanc esse latè multis diebus disputatam, & hanc partem sustinuisse Tiberium Decianum suum magistrum, & alios multos præstantissimos iurisperitos, & magis placuisse sacro collegio, paucis Doctoribus exceptis. Et ait non obstare huic decisioni rescriptum Clement. IV. indulgens fratribus Dominicanis, vt perinde possint succedere, ac si in seculo permansissent. Quia id rescriptum intelligendum est de successione legitima, & etiam de testamẽtaria, cui præsumpta testatoris voluntas non contradicit, vt contingit in hoc casu. Eandem sententiam tenent Peregrin. *de fideicommiss. art. 28. num. 81.* Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 16. num. 20. C. de sacrosanct. Eccles.* Flor. de Mena Addition. *ad Gamam decis. 6. num. 2. cons. 4. & 6. & lib. 1. variar. q. 16. §. 2. num. 3.* Azor *tomo 1. instit. moral. lib. 12. c. 8. quæst. 5. fine.* Nec obstant in contrarium adducta num. præcedenti. Nam ad primum constat ex dictis in prima ratione nostræ sententiæ. Ad secundum dic, præsumptam testatoris mentem esse in huiusmodi institutione, vt continuò, ac perpetuò memoria suę familię cõseruetur, quod cessat dum maioratus possidetur à monasterio, vt probauimus. Ad tertium negando est ea doctrina, vt proximè diximus ex Socino iuniori. Ad vltimum, iam probauimus eam expositionem esse reiciendam.

Hęc autem sententia est in eo solo casu accipienda, in quo testator potest excludere à maioratus successione descendentem monachum, quem casum num. 6. explicuimus. Quippe cùm exclusio innitatur præsumptæ illius voluntati, tantùm potest habere locum, quando id ex testatoris voluntate pendet.

Non tamen excluderetur monachus à fideicommisso simpliciter familiæ, aut agnatis relicto. Quia tunc non tractatur de familiæ, aut agnationis conseruatione: monachus autem familiam, & agnationem retinet, vt diximus num. 18. in prima ratione. Atque ita docent Aymon *cons. 152. num. 2.* Mantica *de coniectura. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 25. & 27.*

Hinc deducitur primò, quid in ea quæstione dicendum sit, an quando maioratus institutor petit arma, & nomen suum à successoribus obseruari, succedat monasterium succedendi capax in eum maioratum? Manuel *quæst. regular. tom. 2. q. 78. art. 13.* partem affirmantem tuetur, dicens sic apud Senatum regium Pinciannum sententia decisum esse. Ducitur, quod ea conditio possit optimè à monacho obseruari, cum appellari valeat nomine institutoris, & in sigillo, ac principalibus maioratus latibus arma sculpta retinere. Secundò, quia ex solo armorum, & nominis delationis præcepto, in primogenio apposito, non deducitur agnationis conseruandæ coniectura, ita vt fœmina propter masculos remotioris lineæ, & gradus à maioratus successione sit exclu[illegible]denda, vt cum aliis probat Molina *lib. 3. de primogeniis. 5. fine. & lib. 2. c. 14. n. 9.* Potest insuper probari rationib[illegible] adductis *n. 17.* & hæc sententia est probabilis.

At m[illegible] probabilius est, tũc monachos excludi Ducor, quod e[illegible] conditio à monachis impleri nequeat co[illegible] honori[illegible]o, ac eo splendore, quem institutor [illegible] at numeros [illegible] estan

vt optimè ostendit Molina *lib.1.de primog.c.13. num.91. 93.& 95.* quia multi, nec pœnitendi authores, inter quos est Bart. *trast. de insignibus, & armis. numero 10.* quos refert Molina *eodib.2.c.14.numero 8.* sustinent, eo præcepto induci coniecturam voluntatis conseruandi agnationem, & familiam, adeò vt ex illo censeantur fœminæ proximiores excludæ propter masculos; & sustinet hanc partem Mantica alios referens *de coniect. vlt.volunt.lib.6.tit.15. num.15.* Et quamuis ipse Molina contradicat *num.9.* vbi ait non induci ad effectum excludendi fœminas propter masculos remotiores. Quia æquè, inquit, à fœminis, ac à maribus ex Hispana consuetudine id grauamen impleri valet. Ergo sentit eam coniecturam induci ad excludendos monachos, qui eius conditionis implendæ sunt semper incapaces, vt ipse probat *d.c.13.n.91.93.& 95.* Et confirmatur, quia melius possunt arma, & nomen conseruare fœminæ seculares, quàm masculi religiosi: ergo illi, qui ob ineptitudinem hæc conseruandi excludunt à successione fœminas, fortiùs excludent religiosos. Tandem, quia dictum grauamen esse præcisè obseruandum multis authoribus allegatis tradit Molina *eo c.14. num.10.* quod sit iniunctum in memoriam, & honorem fundatoris. *l. cùm filius familiæ. §. pater. ff. de legat. 2.* ibi, *in honorem nominis.* & *l. legatum. ff. de vsufruct.* ibi, *conseruandæ memoriæ, & dignitatis. & l.3.§. regula. ff. de iur. & facti. ignorant.* ibi, *gloriam repræsentet. & l. hoc iure. ff. de donat.* ibi, *si ob honorem aliquem præmittat, tenetur. & l. Titio. §. final. ff. de auro, & argen. leg.* ibi, *subscriptionis nominis mei.* Possunt præterea adduci omnes rationes adductæ nu. 19. & omnes Doctores ibi allegati, cùm in hoc euentu intendatur familiæ, & agnationis conseruatio, quamuis non ad excludendas fœminas. Et hanc sententiam clarè videtur tenere Molina *lib.1.de primog.c.13.num.91.& 93.* quamuis *num. 95.* dubitet; & eam sustinent Beroius *in suis quæst. tota q.34.* Tapia *auth. ingressi. verb. sua. c.16. num.10. C. de sacros. Eccles.* Flor. de Mena *lib.1.variar. c.16. §.2. num.3.* & Addition. *ad Gamam. decis.6. nu.2. concl.4. & 6.* & sic sententia pronunciatum est his proximis diebus in hoc regio prætorio Granatensi. Quod quidem intelligendum est, quando maioratus est talis, à quo potest excludi religiosus: sicut numero 20. diximus.

24 Secundò deducitur, nec monasterium succedere ex persona monachi in maioratum, à quo sunt perpetuò excludæ fœminæ, quod tenet Flores de Mena vtroque loco, quem numero præcedenti allegaui. Atque intelligendum est cum eadem limitatione, quam dixi numero præced. fine. Consulto autem dixi, quando semper excluditur fœmina, quia ex ea perpetua exclusione manifestum est, agnationis conseruandæ rationem haberi. Quod secus contingit, quando non semper excluduntur fœminæ; tunc enim nõ censetur habita agnationis ratio, sed sola prælatio masculis tributa, vt optimè cum aliis docent Molin. *lib.3.de primog.c.5. num.50.* Mantic. *de coniectur. vlt.volunt.lib.6.tit.15.num.8.& 9.* Quare non esset hæc coniectura exclusionis monachi, sed ille succederet, nisi alia coniectura exclusionem suadens concurreret.

25 Tertiò deduci videtur, monachum in nullum maioratum Hispanum successurum; quippe ij maioratus in familiarum, & memoriæ conseruatione versantur, vt ait Molina *lib.1.de primogen.cap.13.num.95.* Et ita faticlarè videtur tenere ibi hanc sententiam, & eandem eo allegato tenent Azor *tomo 1. instit. moral. lib.12. cap.8. quæst.5.fin.* & Flores de Mena *lib.1. variar. quæst.13. num.4.* limitant, quando est maioratus à personi bilibus instituta. Immo inde etiam deducere qui rit in nullum maioratum succedere monachos, ippe potissimum maioratum omnium finis est con atio familiæ, & memoriæ testatoris, vt gatis risio, & Tiraquello tenet Molina *lib de primog.c.11.num.3* atque instituere primogenium, est coniectura, voluisse instituentem bona conseruari in sua familia, vt allegaris Parisio, Menochio, & Hieronymo Gabriele tradit Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib.6. tit. 15. fin.* Cæterùm neutrum credo, sed existimo, vbi aliæ coniecturæ exclusionis monachi non concurrunt, successurum monachum in maioratus Hispaniæ, & alios carentes iurisdictione, vt diximus nu.16. quia licèt potissimus finis sit conseruare bona in familia, illiusque splendoremiæ cùm non inde deducatur rationem conseruandæ agnationis habitam, nec eam solam fuisse rationem, nec addatur aliquid excludens fœminas, nec aliud monachi statui repugnans, non existimo esse euidentem huius exclusionis coniecturam, cùm tamen ad hanc exclusionem certissimæ voluntatis testatoris coniecturæ desiderentur: vt optimè tradunt Couar. *1. variar. c.15.num.11.* Padilla *l. cùm acutissimi. num.44. C. de fideicommiss.* & multi alij.

26 Erit autem coniectura exclusionis monachorum, si maioratus institutor habebat tunc filium monachum, atque eum non instituit, sed filias, aut alios consanguineos, quia tunc verisimile est remotiores monachos eum excludere voluisse. Sic loquens de filio clerico non instituto tenet Meres *de maioratu, in priori edit. p.2.q.1. num. 40.* Quod quidem intellige rem veram, quando nulla alia eius præteritionis coniectura capi posset, vt rancoris alicuius ergo illum filium, aut singularis affectionis ad filiam, &c. intellige etiam cum limitatione tradita num.25. fine.

27 Vltimò deducitur, quoties monasterium nequit in maioratum succedere ex persona filij legitimi professi, quod petat agnationis conseruationem, aut nominis, & armorum delationem, aut ob quascumque alias causas, non præsertim monasterium filio naturali succedenti in maioratum; secus vbi monasterium habet ius succedendi in illum. Ratio est, quia cùm in priori casu careat omni succedendi iure, nullum vocatum excludere potest: secus in posteriori casu, cùm tunc habeat idem ius, quo professus ille in seculo existens potiretur. Atque ita docet Flor. de Mena *lib. 1.variar.c.16.§.2. numero 9.*

28 Vtrùm autem quando monasterium habet ius succedendi in maioratum, succedat in illum, quando is professus testatus fuerat ante professionem, diximus suprà. Quod si ad aliud monasterium legitimè transeat, videtur dicendum transire quoque maioratum cum illo, & si illud posterius sit ordinis Minorum, eius professione transire ad sequentem vocatum, sicut diximus hoc lib.c.13.n.62. de vsufructu monachi. Quia maioratus possessor est veluti vsufructuarius illorum bonorum. Insuper, quia maioratus temporaliter acquisitus fuit priori monasterio, dum hic monachus erat in illo, translatusque, posterius monasterium acquiret, vel si ipse ad seculum rediret, seu dispensatione Pontificis ad religionem equitum Diui Ioannis transmigraret, recuperaret maioratum, qui cùm haberet tractum successiuum, censetur ac legatum annuũ, ad quod recuperandum quolibet anno nascitur nouus actio. Nam plura, & diuersa legata reputantur; argum. *l. cum mulier. §. in hoc. C. de præscript. 30. vel 40. annorum*; & quia maio. s alsimilatur vltimis voluntatibus, potest dici tot e legata, quot sunt anni. *l. Stichum. ff. de verborum oblig. 1. in annis. ff. de annuis legatis.* & ita cùm singulis ann noua actio suboriatur, sufficit, quod hodie capax sit, ex si antea non fuerit: & similiter de monasterio. At dicendum est non transire, nec extingui professione sequuta in monasterio incapaci, sed adhuc perseuerare in priori monasterio vsque ad mortem naturalem illius professi; sicut diximus de iure patronatus hoc lib.c.14. numero 6. & ob eandem rationem; quia possessor maioratus non est ac vsufructuarius, sed est verus dominus illorum bonorum, cum onere restituendi post mortem

mortem naturalem, vt latè multis citatis probat Molina *lib.1.de primog.c.19. à num. 4.* & inde probari potest vltra rationes per ipsum allegatas; quia si vsufructuarius ante fructus collectos decedat, ij omnino pertinent ad proprietarium. *l. in singulis. 8. fin. ff. de annua. legat.* At fructus rerum maioratus nondum percepti diuiduntur inter hæredes possessoris, & sequentem successorem pro rata, vt latè cum multis probat Molina *lib.3. de primog.c.11. à numero 11.* & latiùs Ludouicus de Casanete *cons. 28. numero 26. vol. 1.* Tandem concludo, non posse maioratum considerari vt legatum annuum, sed esse vnicum ius, quod momento acquiritur irreuocabiliter: semel enim nascitur ius, quod nunquam interit, & ita licèt postea alius oriatur hæres, qui in maioratum erat successurus, si is, qui possidet, non successisset, non præcipit successionem possidenti; & ita non obstat, vt postquam monasterium prius, seu quisquis alius in maioratum successit, quod transeat ad monasterium capax instituendi hæres, siue ipse monachus capax efficiatur, quod latè probat Molina *lib.3.de primog.c.10. per totum*, vbi potest videri.

29 Quintò dubitatur, an casu, quo monasterium habeat ius succedendi in maioratum, succedat quando professus ille renunciarat antea hæreditati, nulla facta maioratus mentione. Et dicendum est non includi maioratum in renunciatione. Atque ita latè probans tenet Manuel *quæst. regulæ. tom. 2. quæst. 78. art. vltimo.* Atque idem probauimus suprà, etsi esset generalis renunciatio hæreditatis, & bonorum. Quod si esset cuiuscumque iuris præsentis, & futuri, suprà diximus quid exigatur, vt ea renunciatio valeat, & an comprehendat ius de futuro noua causa superueniens.

30 Vltimò dubitatur, an casu, quo monachus professus in religione succedendi capaci nequit in maioratum succedere, aut quia est expressa institutoris voluntas, qui exclusit à successione monachos, non explicans aliquid amplius, aut quia est præsumpta excludendi voluntas, qualis est cùm maioratus habet intrisdictionem annexam: vel cùm intenditur in illo agnationis conseruatio, aut deferri arma, & nomen, & in aliis casibus hactenus explicatis, an si ante professionem ille successerat in illum maioratum, excludatur eo ipso quod profiteatur, & transeat in sequentem vocatum? Ratio dubitandi est, quia cùm longè difficilius sit rem legitimè acquisitam deperdi, quàm de nouo acquisitionem impediri, & ob id multa de nouo acquiri nequeant, quæ tamen semel acquisita non auferuntur, vt ex se constat, ac multa ad id probandum cumulat Meres *de maioratu. in priori edit. 2.p. quæst.3. num.33.* & notant Doctores *l. pater furiosus. 8. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.* ex eo quod interdicitur monachis successio in eum maioratum, non rectè infertur eum esse priuandum legitimè acquisito tempore habili, nempe ante professionem: & cùm res hæc odiosa sit, ac priuans iure acquisito, non est extendenda, sed potiùs limitanda. Insuper secundò idem apertè probat *l. final. ff. vnde liberi.* ibi; *si postea quam filium emancipauit bonorum possessionem patris petiit, statim suum mutauit, nihil obesse ei, quominus id quod acquisiuit retineat*; & ideo Baldus *l. si mater. numero 2. C. de suis, & legit. hæredib.* quem sequuntur, & c amendant Fulgos. Imol. Aretin. *l. heres pro seruum. ff. de acquir. hæred.* Ialon *d. l. pater furiosus. num.* 11. Cotta *in suis memorialibus. verb. statuta Mediolanensis.* Cremens *singulari 128.* dicit statuto Mediolanensi, vt mulier extra id territorium nubens non succedat Mediolani, non ligari mulierem, quæ post legitimam successionem nupsit extra; quod id statutum debeat intelligi in acquirendis, & non in iam acquisitis. Et ratio fundamentalis huius doctrinæ est, quia sicut effectus in esse suo productus, & consummatus non cessat cessante causa, ita esse per superuenientem casum cesset ratio, quæ successionem futuram sustinebat, non infirmat successionem in esse productam, & quæ plenum, & consummatum effectum est sortita. Tertiò, ex decisione Gamæ *2. par. 1.* vbi per totam probat, sic dicens decidisse Senatum Lusitanum, succedentem in maioratum habentem clausulam, vt possessor illius non habeat alium maioratum, nullum amittere, si tempore successionis alius carebat, quamuis postea in alium succedat non habentem prædictam clausulam; innitúrque huic fundamento, quod tempore successionis habilis fuisset, & ideo ob casum superuenientem iure acquisito priuari minimè debeat: ergo similiter dicendum est in casu nostro. Quartò, quia qualitatem satis est adesse tempore per verbum requisito, & si semel tunc adfuerit, non vitiatur actus, eo quod postea qualitas illa abfit. *l. sciendum. §. final. ff. qui satisdare cogantur.* vbi semel excusatus à cautione, quod certi iudicij immobilis possideret, licèt durante iudicio alienauerit, non cogitur denuo satisdare, cùm tamen qualitas initio requisita defuerit postea facto, & voluntate personæ, in qua exigebatur. Et ita in simili tenent multi Doctores; quamuis enim causæ ecclesiasticæ committi nequeant, nisi personis in dignitate constitutis, vel canonicis, *cap. statuimus. §. sancimus. de rescriptis. in 6.* at sufficit tempore commissionis illum fuisse canonicum, licèt postea talis esse desinat, vt tradunt Glossa *ibi. verb. canonicus*, communiter à scribentibus recepta, & est similis casus *in l. cæsar. ff. de iudiciis*, vbi decidit cæcum non posse creari Iudicem, at ob cæcitatem superuenientem eo munere non priuari. Similiter multi tradunt, primogenitum Regis furiosum esse successionis regni incapacem, at eo non priuari, si post successionem in furiam inciderit. Similiter excommunicatus, irregularis, & suspensus incapaces sunt beneficij acquirendi; at hæ censuræ superuenientes non priuant beneficio legitimè acquisito, vt constat ex *cap. proposuit. de clerico excommunicato.* & potest videri in Couart. *c. alma mater. 1.p. §.7. numero 2.* & *Clement. si furiosus. de homicidio. 2.p. §. 3. numero 6.* cùm tamen facto, & culpa possessoris amittatur qualitas initio requisita. Quintò, quando alicui ius quæritur ex alicuius causæ existentia, non est eo iure priuandus, licèt causa defecerit. *l. post mortem. §. 1. ff. de bonorum possessione contra tabulas.* Vnde fit, vt in primogenitis, in quæ existente viro fœmina succedere nequit, si tempore successionis sola fœmina extaret, non excluderetur per virum postea conceptum, à quo existente successionis tempore excludenda erat, vt ex pluribus resoluit Molina *lib. 3. de primogenito. c.10. num.12. & 13.* Tandem cùm attento iure nec clerici, nec religiosi excludantur à maioratus successione, clausula illos excludens tanquam iuris correctoria, & odiosa est restringenda. Ergo cùm tantùm excludat religiosos à successione, non est extendenda ad eos, qui dum non essent religiosi, legitimè successerunt, eo quod postea religiosi fiant. Sed hic casus tanquam à testatore omissus, est dispositioni iuris communis relinquendus. *l. commodissime. ff. de liberis & posthumis.*

31 Cæterùm existimo statim à die professionis transire maioratum ad sequentem successorem. Primò, quod hæc sit ea expressa, aut tacita voluntas institutoris dum per clausulam expressam exclusit monachos, aut exclusio colligitur ex tacita eius voluntate. Quippe intendit, ne maioratus ad monasterium perueniat, at à tempore professionis peruenisse debet: ergo intendit, vt etiam maioratus legitimè acquisitus tunc deperdatur, & ad sequentem in gradu peruenitat. Quod quidem posse statuere, & non tantùm, vt non succedat, probauimus à numero 6. Secundò, quia, vt optimè consideram Molina *libro 1. de primog. c.13. numero 95. & sequen.* cùm monachus nequeat exercere iurisdictionem maiora si annexam, nec memoriam familiæ, & [illegible] tionem onerare, nec arma institutoris defe[illegible] iudicaret illa ciu[illegible] per professionem inducta [illegible] at maneret

turali quoad hoc, vt succedere debeat sequens in gradu, ac si monachus naturaliter mortuus fuisset, ex regula communiter tradita, vt mors ciuilis æquiparetur naturali, quando in casu de quo agitur, ex negotij qualitate est eiusdem effectus, cuius esset mors naturalis. Sed si ille naturaliter mortuus esset, amitteret maioratum, & succederet sequens vocatus: ergo idem seruandum est in hac morte ciuili. Atque ideo ex hac ratione Molinæ sperte colligitur eum esse huius sententiæ, quamuis non expresse loquatur de maioratu antea legitimè acquisito. Quippe eius ratio, & æquiparatio vtriusque mortis vtrumque æquè probat. Atque idem tenent alter Molina Societatis IESV *tom. 3. de iust. disp. 623. num. 3.* Manuel *quæst. regular. tom. 2. q. 78. art. 12. col. 4. vers. certum est.* vbi dicunt, quando religiosus excluderetur ex prima institutione à successione in maioratum, transire à professionis tempore maioratum in sequentem vocatum, nec in illum succedere monasterium. Et Alberic. *auth. ingressi. num. 31. C. de sacros. Eccles.* Gregor. Lopez *l. 2. verb. feudo home. tit. 15. parvita 2.* dicunt nouitium succedere in quemcumque maioratum, quacumque iurisdictione, etiam regia præditum, aut statim amittere per professionem. Nec obstant in contrarium adducta: nam ad primũ, & secundum respondetur, doctrinam illam, vt actus perfectus non reuocetur ex impedimento superuenienti, vel, vt alij dicunt, non reuocetur, etsi peruenias ad casum, à quo incipere non potuit, procedere, nisi ex expressa, aut præsumpta disponentis voluntate colligatur eius mentem esse, vt reuocetur non solùm ex inhabilitate præcedenti, sed etiam ex subsequenti, quia tunc etiam post actum perfectum reuocatur, vt constat ex *l. si vnquam. C. de reuocand. donat.* vbi deciditur bona donatione libertis elargita à patrono non habente liberos, illis natis redire, in donatoris arbitrio, ditionèque mansura. Et similis casus habetur *l. tale pactum. §. qual. ff. de pactis.* & ita tradunt Afflict. *l. ex pacto. num. 8. vers. præterea, in fine.* & *vers. sed quando actus irritatur. §. de vulg. vri.* & ibi Iason *num. 17.* Barth. Socinus *cons. 226. num. 9. vers. sed in responsio. volum. 2.* Ex quo fit, vt filius primogenitus, qui in feudum successerat, si postea fuit clericus, excludatur per secundogenitum, quod iuxta feudi naturam clericus excludatur. *c. quicunque si de feudo fuerit controuersia.* & ibi notantur Afflict. *numero 1.* & alios allegans Caldas *l. si ex testamento. verb. minoribus. num. 12. C. de in integr. rest.* Insuper ea doctrina procedit, quando causa effectus iam consummata est (vt Iurisperiti loquuntur) causa solùm fiendi, non tamen essendi; seu à qua pender effectus non tantùm in fieri, sed etiam in conseruari, ea cessante cessabit effectus, quantumcumque consummatus, vt optimè tradunt Monachus *in prooemio 6. decretal.* Baldus *c. etsi Christus. numero 7. de iureiurando.* Tiraquell. *cessante causa. limitatione 12. nu. 13.* At in nostro casu non ita euenit, vt ex dictis liquet. Ad tertium dic, non esse standum decisioni Senatus Lusitani, vt bene docet Flor. de Mena *addit. vltima ad eam decisionem.* Et ratio est, quia eo ipso quod prior maioratus ratione clausulæ sibi adiunctæ est incompatibilis cum quocũque posteriori, est subinde quicũque posterior, quamuis prædicta clausula carens, incompatibilis cum illo: cùm enim incompatibile sit relatiuum, stare non potest absque alio extremo; at incompatibilia, cùm sint contraria, non possunt simul stare, vt ex Baldo probat Molina *lib. 1. de primog. c. 14. num. 27.* atque idem *ibi, num. 26.* indistinctè dicit, nullum succedere posse in duplicem maioratum, quorum alter petit sola institutoris arma deferri, alter autem petit arma institutoris deferri, nullis aliis armis exclusis, cùm tamen c[illegible] minuiter non accidat successio simultanea in vtrum[illegible] maioratum, & alter solus clausulam excludentem [illegible]beat. [illegible]artum, & quintum respondetur eodem modo, [illegible]rtum, & secundum respondimus. Q[illegible]pe hæ [illegible]m habent in causa, à qua non p[illegible]det ef-

fectus in fieri, & conseruari, seu quæ est sola fiendi causa, non tamen essendi. Ad vltimum dic, eum clausulæ extensionem colligi ex tacita institutoris voluntate, vt probauimus num. præcedenti.

SVMMARIVM.

An monasterium succedat in feudum, vel ita perdatur per ingressum, vt nouitius exiens non recuperet: refertur duplex sententia. num. 32. & 33.

Nouitij, & solo voto ingrediendi religionem astricti, succedunt in feudum. num. 34.

Quid de professis in religione incapaci, aut qui in Societate IESV vota coadiutorum formatorum, aut biennij emiserè? numero 35.

Explicatur in quale feudum possit succedere monasterium. num. 36.

Explicatur quando seruitium in feudo petitum possit per alium exhiberi, nec censeatur electa industria personæ. num. 37.

An semper succedat monasterium in feudum feminis concessum? num. 38.

An succedat monasterium in capellas, quas Lusitani vocant? num. 39.

An succedat in feudum habens clausulam excludentem monasterium? num. 40.

An in illud succedat, etiamsi iuramentum fidelitatis præstandum sit? num. 41.

An in illud succedat, etiamsi habeat Regnum, Ducatum, aut aliam quamcumque iurisdictionem annexam? num. 42.

An quando succedit in feudum, durat sola monachi vita? numero 43.

An in illud succedat, quando feudum petit seruitium incertum? num. 44.

Quid quando est datum pro se, & filiis, vel hæredibus? numero 45.

Quando feudum non transit ad monasterium, vel cessat vita monachi, an reuertatur ad dominum directum? numero 46.

An in duos Commendatarij, qui matrimonium ineunt, succedant in feudum? num. 47.

Quid de Commendatariis Dini Ioannis? refertur quadam sententia. num. 48.

Sententia authoris. num. 49.

An hi succedant in maioratum? num. 50.

QVÆSTIO secunda. An monasterium succedat 32
in feudum professi? Quibusdam placet, minimè succedere, sed professione ipsa amitti. Quod probatur ex *§. si quis per triginta. vers. qui clericus, si de feud. defunti. cement. si inter dom. & agnat. vasal.* ibi; *Qui clericus efficitur, aut votum religionis assumit, hoc ipso feudum amittit.* & tenet ibi Glossa *verb. amittit*; idemque videtur decidi *tit. de feudo fœmine, ad fin.* & tenet ibi Gloss. *verb. postposuerit.* idemque videtur decidi *l. regia 6. titul. 26. p. 4.* Præterea, quia si vassallo transeunte ad monasterium, transiret quoque feudum illius, distraherentur religiosi à regulari instituto, quod est Deo vocare relictis secularibus curis. Et ideo hanc senten[illegible] sustinent vltra Glossas allegatas Imola *c. in præsent. [illegible]* numero 20. *de probation.* & ibi Henric. *numero 15.* Bel[illegible] *numero 38.* & ibi Paris. *numero 193.* limitans, nisi pe[illegible] solum seruitium reale, vel nisi dominus sciens prudenter concederet feudum monacho. Albericus *auth. ingressi. numero 21. C. de sacros. Eccles.* & ibi Bellapert. *col. 8. vers. in textu huius authent.* & ibi Signorol. *numero 29.* & ibi Iason *numero 47.* limitans, nisi quando seruitium est reale. Nicolaus de Vbaldis *de success. ab intestato.* vbi de successione regularium. *parte 2. numero 2.* (habetur *tomo 8. tractat. parte 1.*) Redoanus *de officiis ecclesiast. quæstione 8. in princip. numero 59.* (habetur *tom. 14. tractatuum.* Franc. Sonsbeck. *de feudis. parte 9. numero 76.* (habetur

(habetur *tomo 20. tract. p. 2.*) Angelus *verb. feudum. n. 20.* & ibi Sylvester *q. 9. n. 10.* Iul. Clar. *lib. 4. recap. §. feudum. q. 78. n. 5.* Crassus *de success. §. successio ab intestato. q. 8. n. 5. fine.* Peguet. *in repetit. cap. ne sopre laudemio. vers. 7. num. 30.* limitans, nisi ad alienandum intra annum in personam habilem, & capacem, Tapia *d. auth. ingressi. verb. sua. c. 14. n. 31.* Emmanuel Sà *summa. verb. feudum. n. 4.* & multi alij, quos refert, & sequitur Dueñas *regul. 103. initio.* & *n. 1. limitat. 1.* solùm excipit feudum petens seruitium reale, eo quod id propriè feudum non sit, & multi etiam alij, quos refert, & sequitur Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 3. casu 231. a n. 1. vsque ad 3.* & *n. 8.* solùm excipit feudum, cuius seruitium est reale.

33 Immo quidam existimant ingressa ipso in nouitiatum ita feudum amitti, vt à nouitio egrediente minimè recuperetur, quod clarè probari videtur ex *tit. de feudo fœmine, in fin.* ibi; *Idem in omnibus, qui habitum religionis assumunt, his enim nec posses in feudum succedunt. &, si quod habent, perdunt.* & tenet Andr. de Isern. *ibi.* Atque in solis habentibus religionis votum videtur idem probari ex *verb. §. si quis per triginta. vers. qui clericus.*

34 Prima tamen conclusio sit. Nouitius minimè amittit feudum qualecumque illud sit, atque adeò religionem egressus illud retinebit. Probatur, quia quamcumque aliam dignitatem retinet, & in quamcumque succedit, vt probauimus n. 2. Atque idem est de quibuscumque alijs bonis: ergo idem dicendum est de feudo, quia alias impediementum præstaretur ingressui religionis. Quare textus in contrarium adducti n. præcedenti, intelligendi sunt de professione religionis. Atque ita docent Greg. Lopez *l. 6. verb. religioso. n. 26. p. 4.* Tapia *auth. ingressi. verb. sua. c. 14. n. 16.* referens Præpos. & Afflict. & alios *C. de sacrosanct. Eccles.* qui optimè *n. 15.* dicit idem esse dicendum de iis, qui solum ingrediendi religionem votum emisère, cùm ij nullus successionis incapaces reddantur.

35 Secunda conclusio. Religio incapax succedendi in communi, minimè succedit in feudum monachi professi, sed eius professione omnino cessat, ac morte naturali, quod bene docet Odofred. *authen. ingressi. n. 10. fin. C. de sacrosanct. Eccles.* & constat ex dictis n. 8. & vt ibi diximus, cessare etiam professione, aut votis coadiutorum formatorum in Societate IESV alios maioratus; ita quoque de feudis dicendum est: & sicut n. 3. diximus eos, qui sola vota biennij in illa emisère, succedere in maioratum; ita quoque succedunt in feuda, quando religio est capax illorum, iuxta dicenda n. sequenti, quia idem succedendi ius retinent, quod retinent aliæ religiones respectu professorum.

36 Tertia conclusio. Quando seruitium in feudo petitum est personale, & tale, quale non potest decenter à religione exhiberi, nec sufficit per substitutum illud præstari, minimè succedit religio in feudum, sed religiosi professione cessat. Secus autem quando seruitium potest decenter à religione exhiberi; quia vel est reale, vt consistens in pecunia, vel in alia re tradenda, vel si sit personale non dedecens religionem, vel quamuis dedecet, potest per substitutum exhiberi: tunc enim succedit mo[illegible]asterium in feudum. Ratio prioris partis est, quod [illegible]audum nequeat transire, nisi cum eo onere annex[illegible], ergo si monasterium sit incapax oneris, erit quoq[illegible] feudi. Posterioris autem ea est ratio, quia cùm monasterium succedat in reliqua professi bona, & maioratus, nec seruitium feudo annexum obstet successioni monasterij in illud, vtpote quod potest à monasterio exhiberi, non est cur hæc successio monasterio denegetur. Nec obstant textus in contrarium num. 32. adducti, quippe intelligendi sunt de feudo, quod statui religioso repugnat ratione seruitij, quod ab ipso non potest exhiberi. Et de hoc quoque feudo probat ratio ibi adducta: quam interpretationem clarè affert lex regia *6. tit. 1. p. 4.* ibi; *de manera que no pudiesse seruir el feudo, ni lo pudiesse auer.* & ibi; *que no pudiesse seruir por razon de los ordenes que tuuiesse.* Et idem hanc sententiam sustinent Innocent. *c. in præsentia. n. 3. de probat.* & ibi Hostiensis *n. 8.* Ioan. Andr. *n. 16.* Anton. *n. 22.* Abbas *n. 69.* Anchar. *n. 21.* Decius *in nouis edit. n. 290.* Aretin. *n. 79.* & 81. Felin. *n. 46.* Barbat. *n. 122.* Mantua *n. 35.* Cynus *authen. ingressi. n. 13. C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Bartol. *in 2. lectura n. 44.* Salycet. *fin.* Bald. *authen. nisi rogati. n. 13. C. ad Trebell.* idem Barbat. *de præstantia Cardinalat. q. 5. n. 14.* (habetur *tom. 13. tract. p. 2.*) Vdalric. Zazius *tract. de feud. p. 8. n. 69.* (habetur *tom. 10. tract. p. 1.*) Thom. de Marin. *tract. de feud. tit. 2. n. 145.* (habetur ibid.) Afflict. *decis. Neapolit. 310. num. 2.* Nauar. *comment. 2. n. 55. ad fin. de regular.* Gama *decis. 6. n. 5.* Villalobos *in suis communib. opinion. littera M. verb. monachus. n. 179.* Molin. *lib. 1. de primogen. c. 13. num. 76.* Menoch. *cons. 519. n. 13. vol. 6.* Auendaño *in tract. l. 40. Tauri. glos. 4. n. 16. & 48.* & alij, quos refert Tapia *d. auth. ingressi. verb. sua. c. 14. n. 8. & sequent.* Molina Societatis IESV *tomo 1. de iust. disputat. 140. volum. 6. vers. regulam.* Leonard. *lib. 2. de iust. c. 41. dub. 10. n. 84.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. c. 8. q. 5.* Manuel *quæst. regularib. tomo 1. quæst. 38. art. 3.* & *tomo 2. quæst. 62. art. 10 ante.* & *quæstione 78. art. 12. volum. 5. vers. 13. probatur.*

Tunc autem seruitium personale in feudo petitum 37
poterit per alium exhiberi, quando in eo non eligitur industria personæ; secus quando eligitur. *Lanter. in officio. ff. de solut.* Atque ita docet Felin. n. præcedenti allegatus. Nunquam autem videtur electa personæ industria, vbi in feudi concessione fit mentio hæredis, vt relatis Cyno, & Baldo tradit ibidem Felinus, & multi alij, quos refert Menoch. *cons. 54. n. 13. vol. 1.* quamuis ipse *num. 40. fin.* id neget, negentque alij, quos refert Dueñas *regul. 103. n. 10. limitat. 10.*

Hinc deducitur, semper monasterium succedere in 38
feudum, quod etiam pro fœminis concessum est. Quod tunc manifestè non eligatur industria personæ, & possit seruiri per substitutum. Atque ita docent Felin. *ea cap. in præsentia. n. 47.* & ibi Decius *in nouis edit. num. 291.* Nauar. vterque Molina, Leonard. vbi allegati sunt n. 36. & alij, quos refert Dueñas *regul. 103. n. 4. limitat. 4.* & Tapia *d. auth. ingressi. verb. sua. c. 14. n. 17.* dicit tenendum retenta nostra sententia; quamuis Cassan. *tub dubio*, & relinquens cogitandum *in confutand. Burgund. tit. des fiefs. rubr. 3. §. 5. n. 15.*

Extende communem hanc sententiam, vt etiam ha- 39
beat verum in capellis, quas Lusitani vocant; quippe in eas quoque succedet monasterium, vt bene tradunt Gama, & Molina Societatis IESV allegati n. 36.

Sed limitatur primò hæc sententia, nisi feudum in 40
ipsius institutione haberet clausulam, ne ad monasterium transiret: tunc enim id esset iurandum, vt diximus n. 6. in maioratibus, & docet Molina Societatis IESV n. 36. allegatus.

Secundò limitatur ab aliquibus, nisi præstandum sit 41
iuramentum fidelitatis: tunc enim non succedet monasterium. Atque ita docet Paris. *d. c. in præsentia. n. 193.* & videntur tenere ibi Decius *in nouis edit. n. 292.* & Nauar. *commen. 2. n. 55. ad fin. de regular.* dicentes enim monasterium succedere in feudum, explicant, id est, liberum à fidelitate. Ratio est, quia vbi adhibito iuramento aliquid est promittendum, censetur electa industria personæ, vt alias citatis probat Menoch. *cons. 54. num. 16. vol. 1.* Sed iure optimo tenet contrarium Tapia *d. auth. ingressi. verb. sua. c. 15. n. 33.* quia admissa hac limitatione nullum feudum transiret in monasterium; sed id iuramentum præstari potest per substitutum, vt in feudis, quæ possidet Ecclesia: vel remuti, cum [illegible] fit de substantia huius. Nec feudum francum dicitur, nisi quod liberum sit à seruitio, vt explicant Mantua, Molina Societatis IESV, Leonard. allegati num. 56. vel vt [illegible] Felin. ibi [illegible]em quoque allegatus, quod liberum [illegible] nalibus feudorum legibus.

[illegible] manerent

41 Tertiò limitatur, nisi feudum habeat dignitatem annexam, vt Regni, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus: id enim feudum non transit ad monasterium, sicut de huiusmodi maioratibus diximus n. 12. in prima ratione. Atque præter Doctores ibi citatos tenent Ascan. Clemens *de patria potest. Iesu c. 2. vit. n. 72.* habetur *tomo 8. tract. p. 2.*) Nicolaus de Vbaldis, & Redoanus allegati *n. 51.* Molin. Societatis IESV, & Azor allegan num. 36. Tapia alios allegans *ex auth. ingressi. verb. sua c. 14. n. 13.* & vt diximus eodem n. 12. nec monasterium succedere in alios maioratus inferiores quoscunque habentes annexam iurisdictionem, idem etiam dicendum est de feudis, vt bene docent Tapia *num. 14.* Molin. Societatis IESV *ibidem.* & Flor. de Mem *lib. 1. q. 1. tit. q. 46. 5. 2. n. 2.* Quare minus bene dixit Manuel *quæst. regular. tom. 2. quæstione 78. ar. 11. columna 5. vers. 3. probatur.* & refert pro se Iulium Clarum, & Menochium, sed neuter id dicit.

43 Quartò limitatur, vt transeat feudum ad monasterium, quando non impedit seruitium in eo petitum, vt transeat (inquam) non vt perpetuò in eo duret, sed dum monachus, in cuius persona successit, superstites fuerit, sicut in maioratibus contingit. Atque ita docent Paris. *eodem c. in præsentia c. n. 195.* & ibi Decius *in nova edit. n. 191.* Felin. *n. 46 fine.* Bald. Barbat. *de prælatura Cardinalat.* Molina *lib. 1. de primogen. c. 15. n. 79.* aliter Molina Societatis IESV, Azor, Leonard. allegati n. 36. Caldas *de nominat. emphyteut. q. 6. n. 2.* Tapia *eodem c. 14. n. 48.* quod ibi limitat, nisi feudum esset à Principe concessum post monachatum, vel ipsi monasterio: tunc enim esset perpetuum. Atque similiter esset perpetuum, quando esset feudum paternum transiens ad omnes hæredes, vt bene limitat Felinus *eodem. cap. in præsentia, numero 48.*

44 Quintò limitatur, vt intelligatur transire ad monasterium feudum, quando petit seruitium certum: nec enim transit, quando petit incertum, quia eligitur industria personæ, vt cum Aymone per ipsum citato probat Menoch. *cons. 54. n. 15. vol. 1.* & *lib. 1. de arbitr. q. 8. n. 13.* Cùm enim nihil determinatum petatur, eius arbitrio relinquitur. Et ita docent Cynus *ex authentic. ingressi. num. 22.* Abbas *eo cap. in præsentia. num. 69.* Tapia *eo c. 14. num. 31.*

45 Sextò limitatur, vt non transeat in monasterium feudum datum pro se, & pro filiis, quia intelligitur de filiis veris. Sic Abbas *d. cap. præsentia. n. 71.* & ibi Aretin. *n. 82.* Paris. *n. 195.* vt in simili dicemus de emphyteosi sic concessa num. 62. Addit Paris. idem dicendum quando esset datum pro se, & suis hæredibus: quia intelligitur de hæredibus sanguinis; sed hoc non credo, vt dicemus in simili de emphyteosi pro se, & pro suis hæredibus concessa, infrà. Hæc verò limitatio intelligenda est, vt non transeat finita monachi vita in monasterium, tanquam in filium: quia ex persona monachi retineret durante eius vita, & postea ad veros illos filios, vel hæredes sanguinis pertineret. Nam tunc seruitium potest per alium præstari, nec eligitur industria personæ, vt diximus numero 56.

46 Quoties autem feudum non transit ad monasterium aut moritur monachus, in cuius persona successerat, dicunt communiter Doctores feudum redire ad dominum directum. Sic Gloss. *tit. de feud. famine. ad fin. verb. postposuerit.* Bart. Bald. Anton. Felin. vbi allegati sunt *n. 36.* Angel. & Sylvest. allegati n. 32. Sed hoc intelligendum est quando non superessent alij vocati ex tenore inuestituræ: nam si supersent, transiret ad illo[illegible] Atque ita docent Signorol. *d. auth. ingressi. n. 19.* Vdalric[illegible]azius *tractat. de feudo. parte 6. numero 89.* Molina *libro de primog. cap. 13. numero 79.* Iulius Clarus *libro 4. re[illegible]tur. §. n. quæstione 78. numero 1.* Leonardus alle[illegible]ns mu-[illegible] Tapia *eodem cap. 14. numero 47.* vel [illegible]telligi-[illegible] feudum est nouum, vt bene doc[illegible] Iulius Clar. Vdalric. Zazius. Tapia alios allegans ibidem.

47 Tandem dubitatur, an equites Commendatarij sint capaces horum feudorum casu, quo religiosi incapaces sunt. Et quidem si sint ex iis, qui matrimonium contrahere possunt, erunt vtique capaces, sicut & reliquorum diximus num. 5. eos esse capaces, nec censeri comprehensos nomine religiosorum, vbi est clausula ab eorum, successione religiosos excludens. Idem enim existimo in feudis dicendum ob eandem rationem ibi traditam.

48 De Commendatariis autem D. Ioannis, qui matrimonium inire non possunt, est maior difficultas. Et quidem multi, quos refert, & sequitur Menoch. *cons. 54. num. 24. vol. 1. & de arbitr. lib. 2 cent. 5. casu 252. num. 5.* negant eos succedere posse. Quod multis rationibus ibi probat *à numero 14.* & potissimùm; quia sunt veri, & omnino religiosi tribus substantialibus votis solemnibus deuincti.

49 Sed contrariam sententiam censeo veriorem, quam sustinent multi alij, quos refert Menoch. *eo cons. 54. n. 1.* & vltra illos Duenas *regul. 103. limitat. 6. n. 6.* Calefat. *de equestri dignit. n. 33.* Tapia *auth. ingressi. verb. sua c. 15. n. 10. C. de sacro sanct. Eccles.* & ibi latè probat. Sed potissima ratio est, quia etsi sint proprietarij, & omnino religiosi, cessant tamen in iis omnes rationes, quæ in reliquis religiosis, & pauperibus, quam profitentur, est amplissima, cùm multas diuitias possideant, & splendidissimè viuant.

50 Quare hos quoque existimo succedere in quoscumque maioratus, nisi constitutiones obstent; sicut diximus n. 6. de aliis Commendatariis: nec censeo hos excludi, exclusis religiosis à maioratu. Quia hi conseruant decus, & honorem familiæ, & agnationem; quod non contingit in aliis religiosis, & ideo excludi solent. Si tamen excluderentur, eos quoque clericos, eo quod successorem habere nequeant, cùm sint inhabiles ad matrimonium, conseruentur quoque hi exclusi, quia eadem ratio in his militat: secus, si ob aliam rationem in his non militantem excluderentur. An verò, si tempore successionis maioratus, id est, mortis vltimi possessoris esset dispensatum cum hoc, aut cum clerico, vt matrimonium ineat, an succedat tunc, dicam infrà.

SVMMARIVM.

An professi in ordine incapaci succedendi, & coadiutores formati in Societate IESV succedant in emphyteosim? refertur quædam sententia. n. 51.
Explicatur sententia auctoris. n. 52.
An quando monasterium est succedendi capax, succedat? referuntur varia sententiæ. n. 53. 54. & 55.
Sententia auctoris. n. 56.
Quid si emphyteosis aduenerit iam professo? n. 57.
Quandiu duret emphyteosis apud monasterium. n. 58.
An quando emphyteosis non est hereditaria, transeat ad monasterium, vel ad quem pertineat commoditas amentis in ea facta? n. 59.
Quid dicendum sit de libello, & precario, an transeant ad monasterium? n. 60.
An in hac omnia succedant religiosi, qui in Societate biennij emiserit? n. 61.
An transeat in monasterium emphyteosis pro se, & concessa? n. 62.
Quid si pro se, & filiis concessa sit? n. 63.
Refertur quædam sententia. n. 64.
Explicatur sententia auctoris. n. 65.

QVÆSTIO tertia. An emphyteosis, quam habebat religiosus ante professionem, transeat ad monasterium? Et quidem, si monasterium sit succedendi incapax, manifestum est, illud non succedere, sicut nec in cæteris professi bona. Dubium autem est, ad quem pertineat

tineat emphyteosis illa dum professus ille naturaliter viuit. Caldas *de nominat. emphyt. q. 6. num. 19. fin.* ait iuxta receptiorem sententiam dicentem bona fideicommissa alicui, vt restituat post mortem, non esse restituenda post huiusmodi professionem, sed dum professus ille naturaliter viuit, pertinere ad illius hæredes, idem dicendum esse de hac emphyteosi.

52 Quia tamen suprà sustinuimus tanquam probabilius statum extinguit illud fideicommissum, ac proinde non transire ad hæredes, sic in emphyteosi distinguendum est, vt optimè docet Molina Societatis IESV *tom. 2. de iust. diffut. 481. colum. 2. vers. quando religiosus. & seq.* si emphyteosis illa sit hæreditaria, ita vt in eam extraneus succedere possit, professione facta in monasterio incapaci, aut voris coadiutorum formatorum in Societate IESV emissis, transit eo ipso cum melioramentis in ea factis ad hæredes illius religiosi; quippe ea professio, & vota reputantur quasi mors naturalis. Si autem emphyteosis non est hæreditaria, pertineret etiam quoad commoditatem ad eos, qui inuestitura ad eam vocantur, nullis autem vocatis expiraret emphyteosis, regrederetúrque ad dominum directum. Si quæ autem meliorámenta in ea essent facta, tenerentur illi vocati in ea succedentes, vel nullis vocatis dominus directus, ad quem rediret, æstimationem illorum soluere hæredibus monachi.

53 Quando autem monasterium est succedendi capax, duplex est distinguendus casus, vt clarius procedamus. Prior est, quando in constitutione emphyteosis nullum est adiectum pactum, ne in Ecclesiam, aut in personam potentiorem transferretur. Posterior est, quando id pactum irritum est. In priori ergo casu, quando id pactum non est, quadruplex est sententia. Prima docet emphyteosim ecclesiasticam, id est, cuius dominus directus est Ecclesia, non transire ad monasterium; secus autem de quacumque alia emphyteosi, ea enim transit, dum monachus vixerit. Ita docent Nauar. *comment. 2. num. 55. fin. de regul. & Mantua cap. in præsentia. num. 87. de probat.*

54 Secunda sententia docet, vtramque transire in monasterium, sed reuocabiliter, ita vt optionis domini directi sit consentire translationi, aut cogere monasterium eam alienare à se, vel venditione, vel commutatione, vel quacumque alia ratione, transferréque in personam, quæ non magis priuilegiata sit, quàm primus emphyteuta. Ducitur, quia si monasterium non posset ad hoc cogi, redderetur domini directi peior conditio, eo quod periret spes laudemij vnquam libi soluendi, & eius vtilis dominij ad se redeundi. Hanc sententiam sustinent Abbas *eo præsentia. n. 70. de probat.* Iul. Clar. *libro 4. receptar. §. emphyteosis. q. 33. in. omnes*, dicens aut neutram transire in monasterium, aut si transit, transire cum onere transferendi in personam priuatam intra annum; quamuis non loquatur de omni emphyteosi, sed de ea, quæ hæreditaria non est, de qua specialis ratio est, vt dicemus n. 59. & ideò non potest bene allegari pro hac sententia Molina *tom. 1. de iust. diffut. 142. col. 9. vers. eandem rem*[illegible] Leonard. *lib. 2. de iust. c. 41. dub. 10. n. 8.* idem [illegible] aperte ait Caldas *de nominat. emphyt. quæst. 19. n. 7. & 8.* di[illegible] neutram transire, sed teneri monasterium ven-[illegible] intra annum. Explicat autem Molina quæ sint personæ magis priuilegiatæ, dicens esse milites, curiales, & ecclesiasticos.

Tertia sententia docet, vtramque emphyteosim transire in monasterium, nec meminit potestatis renocandi. Huius sententiæ videntur Innoc. *eo præsentia. num. 5. de probat.* & ibi Ioan. Andre. *n. 16.* Hostiensis *num. 8.* Anton. *n. 22.* Anchar. *n. 21.* Bart. *auth. ingressi. in 1. lectura. n. 18. C. de sacrosanctis Eccles.* vbi absolutè dicunt emphyteosim transire in monasterium: & expressè ecclesiasticam, & secularem transire docent Beroius *in suis quæst. q. 70. à n. 1.* Bursat. *cons. 60. n. 29. 33. & 34. lib. 1.*

56 Vltima opinio (cui tanquam probabiliori accedo) distinguit inter secularē emphyteosim, id est, cuius dominij directi non est apud Ecclesiā; & ecclesiasticā, id est, cuius dominij est apud illam: vt illa absolutè transeat in monasterium, hæc autem reuocabiliter, ita vt Ecclesiæ integrum sit, aut illam reuocare, aut transitum permittere. Ducor, quod cùm cætera professi bona transeant in monasterium, nec aliquo iure excipiatur emphyteosis, non est, cur ab hac regula excipienda sit. Differentia autem quoad potestatem reuocandi inter vtramque inde probatur, quod nullo iure cautum sit, integrum esse habenti dominium directum, præterquàm Ecclesiæ, reuocare emphyteosim in alium translatam; & Ecclesiæ tanquam quid speciale indulta est hæc reuocationis intra biennium facultas. §. 1. *auth. de alienat. & emphy.* Nec obstat conditionem domini directi reddi deteriorem, negata hac reuocandi facultate, quia sibi imputare debet quod id non deduxerit in pactum. Et ideo hanc sententiam sustinent Bald. *auth. ingressi. n. 22. C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Paulus *n. 25.* Salycetus *n. 9.* Iason *n. 46.* Decius *n. penult.* idem Decius *eo præsentia. in nova edit. num. 294. de probat.* & ibi Felin. *n. 49.* Angel. *verb. religiosus. n. 53.* Sylvest. *verb. religio. 6. q. 1. dist. 2.* Tabiena *verb. religio. 9. 34. n. 35.* Velasc. *cons. 101. n. 8. tom. 1.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. c. 8. q. 4.*

57 Atque idem dicendum est de emphyteosi, in quam, iam ingressus in religionem, aut iam professus succedit; transferretur enim in monasterium cum eo onere, vt si ecclesiastica sit, possit ab Ecclesia reuocari. Sic docet Sylvester *verb. emphyteosis. quæst. 20. num. 27.* dicens sic vsu seruari.

58 Quod si peras, quandiu emphyteosis illa siue secularis, siue ecclesiastica, non reuocata ab Ecclesia, duret apud monasterium. Tapia *d. auth. ingressi. verb. sua. cap. 15. n. 4.* ait posse dici eam duraturam centum annis, sicut de vsufructu legato Ecclesiæ traditur *l. an vsusfructus. ff. de vsufruct.* Sed nullatenus id credo, quia nec vsusfructus monachi transiens per eius professionem ad monasterium, durat centum annis, sed solo vitæ monachi tempore. Quare idem dicendum est de emphyteosi, vt bene tradunt Bald. Decius, Felin. Paul. Salycetus allegati num. 56. Surd. *cons. 557. num. 12. vol. 4.* Quæ finita vita monachi, redibit ad dominum directum, vt bene ait Paulus ibidem; quod intelligendum est, nisi alij in eo contractu vocati essent post monachi vitam.

59 Sententia autem hæc, vt emphyteosis transeat ad monasterium, intelligenda est de emphyteosi hæreditaria, quæ potest ad extraneos transire, vt bene docent Tapia *d. auth. ingressi. verb. sua c. 15. n. 4.* Molina *tom. 2. de iust. diff. 482. col. 2. vers. si vero emphyteosis.* Vnde, vt bene ait ipsemet Molina *ibi. vers. quando religiosus*, si emphyteosis non sit hæreditaria, non transibit ad religionem, sed in eum succedent qui in eius inuestitura ad eam vocantur: commoditas tamen illius pertinet ad monasterium, dum talis religiosus viuit. Quod si ante professionem aliqua melioramenta in re illa emphyteotica fecerat, æstimatio illorum soluenda est monasterio succedenti in professi bona, eo modo, quo cætera illius professi bona ad monasterium pertinent, soluenda, inquam, est ab iis, qui in emphyteosim illam succedunt.

60 Et quæ dicta ac dicenda sunt de professi emphyteosi, dicenda quoque sunt de eius libello, & precario; similiter enim ac emphyteosis transeunt ad monasterium. Quia etsi quandoque hæc aliter accipiantur, at in hac materia sunt idem. Atque ita docent Bart. *d. auth. ingressi. in 1. lectura. n. 18.* & ibi Salycet. *n. 9.* Iason *n. 46.* Paulus *n. 23. & 24.*

61 Quoties autem hæc transeunt in monasterium, si religiosi, id est Societatis IESV, qui in ea solis simplicibus biennij votis ligati sunt, succedent in ea [illegible] cieras, nullum in horum succedendi bona i[illegible] ut maneres [illegible] ipsum, succedunt.

[illegible] exten-

62 Quod si emphyteosis esset concessa ante ingressum illi monacho pro se, & pro suis hæredibus, transiret perpetuò, & irreuocabiliter in monasterium, sive sit secularis, sive ecclesiastica. Quia potuit concedens putare posse fore, vt emphyteota ille haberet hæredem monasterium, quod nunquam perit. Atque ita tradunt Bart. *d. auth. ingressi. in 2. lectura n.* 37. Beroius *cap. in præsentia. n.* 419. *de probat.* Atque idem ait Bart. si dicatur pro se, & primo hærede: quia debuit concedens putare posse illum habere primum hæredem Ecclesiam, quæ nunquam perit: nec frustra dictum est de primo hærede, quia posset operari respectu secundi, si fortè illum haberet. Dum autem dicimus munere perpetuò apud monasterium, intelligitur, nisi ob aliquam causam illam perdat, vt quia canonem non soluit, vel ob aliam causam, vt bene Bartolus ibi.

63 Immo Beroius *ibi. n.* 420. dicit, posse teneri, transire quoque in perpetuum, si sit concessa pro se, & pro filiis suis. Quod monasterium censeatur in perpetuum filius. Verùm id non credo, sed tunc finitur vita monachi, nec transibit in monasterium tanquam in filium: quod de filiis veris ea concessio intelligatur; nec monasterium habetur loco filij, vel si habeatur, est in solis casibus iure expressis, vt cap. sequenti dicemus, ex quibus non est hic. Et ita tenet in emphyteosi ecclesiastica Anton. *eo cap. in præsentia. num.* 21. dicens, se idem quoque olim sensisse in seculari, at modò id non firmare. Sed in omnibus tenent idem Decius *ibi. in nouæ edit. n.* 294. Aretin *n.* 81. Barbat. *consil.* 4. *n.* 3. *fin. vol.* 1. Nicolaus de Vbaldis *de successione ab intestato.* vbi de successione regularium, *p.* 1. *num.* 2. Redoan. *de studio ecclesiastic. q.* 8. *in prima. n.* 61. (habetur *tomo* 14. *tract.*) Afflict. *decis. Neapolit.* 83. *n.* 13. & ibi Cæsar Vrsill. *in addit. n. vlt.*

64 Tandem superest difficultas, an quando in concessione emphyteosis est initum pactum ne transeatur in Ecclesiam, aut personam potentiorem, obstet pactum hoc successioni monasterij in illam emphyteosim? Quidam affirmant obstare successioni monasterij, quia si monasterium succederet, esset transitus repugnans pacto. Sic docent Bart. *d. auth. ingressi. in 2. lectura. num.* 19. & ibi Bald. *n.* 32. Paul. *n.* 25. Iason *n.* 46. Barbat. *d. c. in præsentia. n.* 121. Velasc. *consil.* 101. *n.* 8. *tom.* 1. Flor. de Mena *addit. ad Gom. decis.* 6. *num.* 2. *concl.* Quare ait Velascus, cùm hodie semper id pactum apponatur, nunquam transire.

65 At verius est adhuc transire dum ille professus viuit, quod illa translatio in pactum deducta accipienda sit de translatione ex voluntate possessoris, & perpetua, non autem de ea, quæ sit ex iuris dispositione in consequentiam translationis personæ, & pro eius vita. Atque ita docent Felin. *cap. in præsentia. n.* 56. *fin. & n.* 59. *de probat.* & ibi Beroius *n.* 418. idem Beroius *in suis quæst. q.* 70. *n.* 5. Syluester *verb. emphyteosis. quæst.* 20. *num.* 27. Villalob. *in suis commun. opinionibus, litera M. verb. monachus. num.* 181. Caldas *de nominat. emphyt. quæst.* 6. *num.* 13. *fine.* Auendaño iunior *l.* 40. *Taur. glos.* 4. *num.* 15. Manuel *quæst. regularium.* 2. *q.* 78. *art.* 9. & constabit magis ex infrà dicendis.

SVMMARIVM.

Vtrùm res data monacho in seculo ea lege, ne illi integrum sit eam alienare, transeat in monasterium eo profitente? refertur quædam sententia. n. 66.

Sententia authoris. n. 67.

Refertur quædam limitatio. n. 68.

Vtrùm bona sic alienari prohibita maneant perpetuò in monasterio? refertur quædam sententia. n. 69.

Explicatur sententia authoris. n. 70.

QVÆSTIO vltima. Vtrùm res data monacho in seculo, ne illi integrum sit eam alienare, transeat in monasterium eo profitente? Quidam sic distinguunt: si prohibita sit alienatio, vt res illa in familia maneat, succedet monasterium: si verò vt ad extraneum peruenia[illegible]t, non succedet. Ita docent Angel. *verb. hæreditas. n.* 11. & ibi Armil. *n.* 10. Tabiena *q.* 15. *n.* 16. Intelligo autem hos Doctores cùm dicunt in hoc posteriori casu non transire, vt intelligant irreuocabiliter, & in perpetuum. Nam cùm eo pacto non obstante monachus ille existens in seculo, esset possessurus ea bona toto tempore vitæ suæ, & postea ad extraneum essent peruenturæ, non est, cur non pertinere debeant ad monasterium, dum monachus ille vixerit; quippe in hoc non contrauenitur illi prohibitioni, nec iuri extranei successuri præiudicatur.

Sed verius est absolutè id pactum non alienandi minimè obstare successioni monasterij in ea bona, quia ea prohibitio intelligitur de alienatione voluntaria, & ex facto hominis prouenienti: secus autem de alienatione necessaria inducta à lege in translationis personæ consequentiam, qualis est hæc, vt constat ex dictis *n.* 65. Atque ita docent Dyn. quem refert, & sequitur Bartol. *auth. ingressi. in 2. lectura. n.* 50. *C. de sacrosanct. Eccles.* Innoc. *c. in præsentia. n.* 5. *de probat.* & ibi Hostiens. *n.* 8. Ioan. Andr. *n.* 16. Anton. *n.* 24. Abbas *n.* 75. Anchar. *num.* 22. Beroius *num.* 54. Mantua *num.* 89. Molina *lib.* 1. *de primog. cap.* 13. *numero* 77. Tapia *d. authen. ingressi. verb. sua. cap.* 12. *numero* 38. 67

Limitat hoc Syluester *verb. hæreditas. n.* 1. *q.* 7. *n.* 10. *dicto* 4. vt hæc bona transeant ad monasterium, quando eo transitu minimè frustraretur finis prohibentis alienationem: secus si frustraretur. Sed hanc quoque limitationem intelligo iuxta ea, quæ dicam *n.* 70. 68

Sed difficultas est, vtrùm bona sic alienari prohibita transeant perpetuò, & irreuocabiliter in monasterium? Beroius *d. cap. in præsentia. n.* 55. ait, semper permanere in monasterio perpetuò, & irreuocabiliter. Quippe si testator interdixit alienationem, volens ea bona permanere in familia, & transire ad liberos, & descendentes, debetur monasterio in perpetuum, iuxta dispositionem *eiusd. cap. in præsentia*: ne ingrediés retrahatur à vita contemplatiua timore amissionis bonorum. Si verò prohibitio nullũ fideicommissum tacitũ, vel expressum contineat, sed nudum interdicens alienationem mandatum, tunc multo fortiùs ea bona debentur irreuocabiliter acquiri monasterio. Nec, inquit, obstat *auth. res quæ C. commun. de legat.* vbi subiecta fideicommisso alienari nequeunt præter casus ibi expressos, inter quos ingressus religionis non numeratur, nec causa pia. Quia illa authentica loquitur, quando grauatus veller principaliter alienare bona absque persona; secus si bona transeant cum persona. Et concludit idem dicendum, quamuis esset duplex alienandi prohibitio, altera legis, & altera testatoris. 69

Sed quando est fideicommissum tacitum, vel expressum, nullatenus credo remansura ea bona perpetuò in monasterio, sed ad solam monachi vitam, vt diximus numero 15. Et concordat limitatio Syluestri relata numero 67. nam credo ipsum loqui de translatione perpetua, & irreuocabili. Quippe in hoc euentu manifestè esset contra intentionem prohibentis, vt bona perpetuò ad monasterium venirent. Nec *cap. in præsentia*, decidit contrarium, vt videbimus cap. sequenti. Si verò nullum tacitum, aut expressum fideicommissum contineat, distinguendum est, vt distinxit ibidem Syluester, si frustretur finis intentus à prohibente manentibus bonis perpetuò in monasterio, non manebunt; secus si non frustretur. Quia totum hoc pendet ex intentione prohibentis alienationem. 70

CAPVT

CAPVT XVI.

An si grauatus, vt bona aliqua quidam tertio restituat, si absque liberis decedat, ingrediatur religionem nullis filiis relictis, succedat monasterium in ea bona?

SVMMARIVM.

An testetur disponentes monasterium in hac bona succedere, locum habeant in foro conscientiæ? n. 1.

Improbatur sententia dicens in neutro foro procedere. numero 2.

An ratio huius constitutionis sit, quod monasterium habeatur loco filij, & verè sic habeatur? Refertur quædam sententia. num. 3.

Explicatur sententia authoris. n. 4.

An tantùm habeatur loco filij in casibus iure expressis n. 5.

An in acquisitione compartiatur monachus filio, an seruo? & quid quando alterutra equiparatio est monasterio vilior, aut vtraque damnosa? n. 6.

An sit ratio eius constitutionis, quod conditio sine liberis censeatur fauore monasterij reiecta n. 7.

Traditur vera ratio eius constitutionis. n. 8.

Quoties substitutus excluditur per monasterium, excluditur in perpetuum. n. 9.

Quando substitutus non excluditur per monasterium, retinebit bona professi dum vixerit. n. 10. *& ibi remissiuè, an hoc translato legitimè ad monasterium succedendi incapax, perdat monasterium ea bona, & statim admittatur substitutus?*

An substitutus ille admittatur contra expressam testatoris voluntatem, & ideo reiiciatur conditio, si quis non ingressus sit religionem? refertur quædam sententia. numero 11.

Explicatur sententia authoris. n. 12.

An excludatur substitutus, quando grauatus profitetur in religione incapaci succedendi? & an idem sit in professione cuiusuis ordinis Mendicantium? numero 13.

An à die professionis succedat substitutus? refertur quædam sententia. n. 14. *&* 15.

Sententia authoris. n. 16.

Quid si professus ille ea bona distribuerat in vsus pios, aut alij donarat ante professionem, aut renunciarat, testatiuve in fauorem suæ religionis, an tunc substitutus priuetur iis bonis, saltem dum viuit monachus ille? num. 17.

An excludatur substitutus, quando ex consuetudine monasteria non succedunt, vt apud Gallos, & censendum sit de his monasteriis, ac de monasteriis fratrum Minorum? numero 18.

Quid si ex vrbis statuto non succedant, aut si alicubi statutum sit, verba testatorum intelligenda prout sonant? numero 19.

Quid si ille grauatus sit religiosus Societatis IESV? numero 20.

Quid si renunciasset in fauorem Societatis? Proponuntur varij modi dubitandi. n. 21.

Explicatur sententia authoris. n. 22.

Quid sicut consuetudo, vt mater superstes omnibus filiis lucretur proprietatem antefatis, an illam lucretur, si filius professus tam in religione successionis capaci, premoriatur matri? n. 23.

An si monasterium capax non succedat in bona professi, quia repudiat, excludatur adhuc substitutus? numero 24.

A quanam tempore substitutus tunc admittatur? n. 25.

Quid si ingrediens non professus est, aut professus exiit, aut transiit ad aliam religionem, aut professio non tenuit? numero 26.

Quid si ingrediatur filium gratiâ pœnitentiæ agendæ? numero 27.

Quid si efficiatur oblatus Ecclesiæ secularis, se sudque illi tradendi: vel si se obtulerit Episcopo seruaturus regulam monasticam? n. 28.

Quid si non ingrediens monasterium, illud hæredem instituat? n. 29. *Et ibi, an hæc dispositio sit exorbitans à iure, & restringenda?*

Quid si ingrediatur capellam secularem? n. 30.

Quid si clericus secularis fiat: refertur quædam sententia. numero 31.

Explicatur sententia authoris. n. 32.

Quid si substituta sit alia causa pia? refertur quædam sententia. n. 33.

Explicatur sententia authoris, & dispositio, per quam redditur ad ius commune, potest extendi ad similes casus habentes sufficientem rationem licèt non sit tanta, quanta est in expressis. n. 34.

Quid si causa pia substituta non sit aquè pia, ac monasterium? num. 35.

Quid si causa pia non sit immediatè, sed mediatè substituta? num. 36.

Quid si partim causa pia, & partim profana substituatur? numero 37.

Quid si substitutus fuerit ex filiis testatoris? refertur quædam sententia. n. 38.

Explicatur sententia authoris. n. 39.

Quid si sit ex aliis testatoris descendentibus? n. 40.

Quid si in hoc regno pater melioret descendentem in tertio, eique substituat alium descendentem? n. 41.

Quid si descendens substitutus substituatur opus pium? numero 42.

An in hoc casu monasterium habeat illa bona, dum professus ille viuit, exclusis filiis? n. 43.

Quid si testator substituens adiciat causam, quia vult bona in sua familia perseuerare? n. 44.

An tunc excludatur monasterium omnino ita vt nec dum viuit monachus retineat illa bona? n. 45.

Quid si grauatus ille testetur ante religionis professionem, & alium hæredem instituat? refertur quædam sententia. numero 46.

Sententia authoris. n. 47.

Quid si partim instituat alium hæredem? n. 48.

An hæres ille institutus habiturus sit in hoc casu ea bona quando grauatus profitetur, & à suo tempore vitæ suæ, nec possit hic grauatus disponere in perpetuum in substituti præiudicium? n. 49.

Quid si ante ingressum ipse, aut monasterium renunciarat in fauorem tertij? n. 50.

Quid si conditio aliquam adiectionem habeat, ex qua appareat testatorem de veris filiis intellexisse, vt si dicat, si absque liberis à se descendentibus, vel de suo corpore natis, &c. vel sine liberis legitimis, aut masculis? refertur quædam sententia. n. 51.

Sententia authoris. n. 52.

Quid si testator petat suum testamentum impleri de verbo ad verbum, vel ad literam? n. 53.

Quid si grauatus ingrediatur religionem animo fraudandi substitutum? refertur quædam sententia. n. 54.

Explicatur sententia authoris. n. 55.

An in dubio hæc fraus præsumatur, illâque censeatur, quando grauatus profiteretur causâ eleemosynæ illorum bonorum faciendæ monasterio? n. 56.

An vbi constat de fraude, agat substitutus sola actione reuocatoria, an potius ipso iure succedat? n. 57.

An sit locus fraudis coniectura, si in articulo mortis, aut in ætate decrepita, aut quando de prole habenda desperatur, profitetur, & valeat professio in eo articulo facta? refertur quædam sententia. n. 58.

Explicatur sententia authoris. n. 59.

An sit transitura, si grauatus comminatus sit se ingressum religionis ad illam excludendam? [illegible] quidnam [illegible] exten[illegible]

62 Quod si emphyteosis esset concessa ante ingressum illi monacho pro se, & pro suis hæredibus, transiret perpetuò, & irreuocabiliter in monasterium, sive sit secularis, sive ecclesiastica. Quia potuit concedens putare posse fore, vt emphyteota ille haberet hæredem monasterium, quod nunquam perit. Atque ita tradunt Bart. *d. auth. ingressi. in 2. lectura n.* 37. Beroius *cap. in præsentia. n.* 419. *de probat.* Atque idem ait Bart. si dicatur pro se, & primo hærede: quia debuit concedens putare posse illum habere primum hæredem Ecclesiam, quæ nunquam perit: nec frustra dictum est de primo hærede, quia posset operari respectu secundi, si fortè illum haberet. Dum autem dicimus munere perpetuò apud monasterium, intelligitur, nisi ob aliquam causam illam perdat, vt quia canonem non soluit, vel ob aliam causam, vt bene Bartolus ibi.

63 Immo Beroius *ibi. n.* 420. dicit, posse teneri, transire quoque in perpetuum, si sit concessa pro se, & pro filiis suis. Quod monasterium censeatur in perpetuum filius. Verùm id non credo, sed tunc finitur vita monachi, nec transibit in monasterium tanquam in filium: quod de filiis veris ea concessio intelligatur; nec monasterium habetur loco filij, vel si habeatur, est in solis casibus iure expressis, vt cap. sequenti dicemus, ex quibus non est hic. Et ita tenet in emphyteosi ecclesiastica Anton. *eo cap. in præsentia. num.* 21. dicens, se idem quoque olim sensisse in seculari, at modò id non firmare. Sed in omnibus tenent idem Decius *ibi. in nouæ edit. n.* 294. Aretin *n.* 81. Barbat. *consil.* 4. *n.* 3. *fin. vol.* 1. Nicolaus de Vbaldis *de successione ab intestato.* vbi de successione regularium, *p.* 1. *num.* 2. Redoan. *de studio ecclesiastic. q.* 8. *in prima. n.* 61. (habetur *tomo* 14. *tract.*) Afflict. *decis. Neapolit.* 83. *n.* 13. & ibi Cæsar Vrsill. *in addit. n. vlt.*

64 Tandem superest difficultas, an quando in concessione emphyteosis est initum pactum ne transeatur in Ecclesiam, aut personam potentiorem, obstet pactum hoc successioni monasterij in illam emphyteosim? Quidam affirmant obstare successioni monasterij, quia si monasterium succederet, esset transitus repugnans pacto. Sic docent Bart. *d. auth. ingressi. in 2. lectura. num.* 19. & ibi Bald. *n.* 32. Paul. *n.* 25. Iason *n.* 46. Barbat. *d. c. in præsentia. n.* 121. Velasc. *consil.* 101. *n.* 8. *tom.* 1. Flor. de Mena *addit. ad Gom. decis.* 6. *num.* 2. *concl.* Quare ait Velascus, cùm hodie semper id pactum apponatur, nunquam transire.

65 At verius est adhuc transire dum ille professus viuit, quod illa translatio in pactum deducta accipienda sit de translatione ex voluntate possessoris, & perpetua, non autem de ea, quæ sit ex iuris dispositione in consequentiam translationis personæ, & pro eius vita. Atque ita docent Felin. *cap. in præsentia. n.* 56. *fin. & n.* 59. *de probat.* & ibi Beroius *n.* 418. idem Beroius *in suis quæst. q.* 70. *n.* 5. Syluester *verb. emphyteosis. quæst.* 20. *num.* 27. Villalob. *in suis commun. opinionibus, litera M. verb. monachus. num.* 181. Caldas *de nominat. emphyt. quæst.* 6. *num.* 13. *fine.* Auendaño iunior *l.* 40. *Taur. glos.* 4. *num.* 15. Manuel *quæst. regularium.* 2. *q.* 78. *art.* 9. & constabit magis ex infrà dicendis.

SVMMARIVM.

Vtrùm res data monacho in seculo ea lege, ne illi integrum sit eam alienare, transeat in monasterium eo profitente? refertur quædam sententia. n. 66.

Sententia authoris. n. 67.

Refertur quædam limitatio. n. 68.

Vtrùm bona sic alienari prohibita maneant perpetuò in monasterio? refertur quædam sententia. n. 69.

Explicatur sententia authoris. n. 70.

QVÆSTIO vltima. Vtrùm res data monacho in seculo, ne illi integrum sit eam alienare, transeat in monasterium eo profitente? Quidam sic distinguunt: si prohibita sit alienatio, vt res illa in familia maneat, succedet monasterium: si verò vt ad extraneum peruenia[illegible]t, non succedet. Ita docent Angel. *verb. hæreditas. n.* 11. & ibi Armil. *n.* 10. Tabiena *q.* 15. *n.* 16. Intelligo autem hos Doctores cùm dicunt in hoc posteriori casu non transire, vt intelligant irreuocabiliter, & in perpetuum. Nam cùm eo pacto non obstante monachus ille existens in seculo, esset possessurus ea bona toto tempore vitæ suæ, & postea ad extraneum essent peruenturæ, non est, cur non pertinere debeant ad monasterium, dum monachus ille vixerit; quippe in hoc non contrauenitur illi prohibitioni, nec iuri extranei successuri præiudicatur.

Sed verius est absolutè id pactum non alienandi minimè obstare successioni monasterij in ea bona, quia ea prohibitio intelligitur de alienatione voluntaria, & ex facto hominis prouenienti: secus autem de alienatione necessaria inducta à lege in translationis personæ consequentiam, qualis est hæc, vt constat ex dictis *n.* 65. Atque ita docent Dyn. quem refert, & sequitur Bartol. *auth. ingressi. in 2. lectura. n.* 50. *C. de sacrosanct. Eccles.* Innoc. *c. in præsentia. n.* 5. *de probat.* & ibi Hostiens. *n.* 8. Ioan. Andr. *n.* 16. Anton. *n.* 24. Abbas *n.* 75. Anchar. *num.* 22. Beroius *num.* 54. Mantua *num.* 89. Molina *lib.* 1. *de primog. cap.* 13. *numero* 77. Tapia *d. authen. ingressi. verb. sua. cap.* 12. *numero* 38. 67

Limitat hoc Syluester *verb. hæreditas. n.* 1. *q.* 7. *n.* 10. *dicto* 4. vt hæc bona transeant ad monasterium, quando eo transitu minimè frustraretur finis prohibentis alienationem: secus si frustraretur. Sed hanc quoque limitationem intelligo iuxta ea, quæ dicam *n.* 70. 68

Sed difficultas est, vtrùm bona sic alienari prohibita transeant perpetuò, & irreuocabiliter in monasterium? Beroius *d. cap. in præsentia. n.* 55. ait, semper permanere in monasterio perpetuò, & irreuocabiliter. Quippe si testator interdixit alienationem, volens ea bona permanere in familia, & transire ad liberos, & descendentes, debetur monasterio in perpetuum, iuxta dispositionem *eiusd. cap. in præsentia*: ne ingrediés retrahatur à vita contemplatiua timore amissionis bonorum. Si verò prohibitio nullũ fideicommissum tacitũ, vel expressum contineat, sed nudum interdicens alienationem mandatum, tunc multo fortiùs ea bona debentur irreuocabiliter acquiri monasterio. Nec, inquit, obstat *auth. res quæ C. commun. de legat.* vbi subiecta fideicommisso alienari nequeunt præter casus ibi expressos, inter quos ingressus religionis non numeratur, nec causa pia. Quia illa authentica loquitur, quando grauatus veller principaliter alienare bona absque persona; secus si bona transeant cum persona. Et concludit idem dicendum, quamuis esset duplex alienandi prohibitio, altera legis, & altera testatoris. 69

Sed quando est fideicommissum tacitum, vel expressum, nullatenus credo remansura ea bona perpetuò in monasterio, sed ad solam monachi vitam, vt diximus numero 15. Et concordat limitatio Syluestri relata numero 67. nam credo ipsum loqui de translatione perpetua, & irreuocabili. Quippe in hoc euentu manifestè esset contra intentionem prohibentis, vt bona perpetuò ad monasterium venirent. Nec *cap. in præsentia*, decidit contrarium, vt videbimus cap. sequenti. Si verò nullum tacitum, aut expressum fideicommissum contineat, distinguendum est, vt distinxit ibidem Syluester, si frustretur finis intentus à prohibente manentibus bonis perpetuò in monasterio, non manebunt; secus si non frustretur. Quia totum hoc pendet ex intentione prohibentis alienationem. 70

CAPVT

CAPVT XVI.

An si grauatus, vt bona aliqua quidam tertio restituat, si absque liberis decedat, ingrediatur religionem nullis filiis relictis, succedat monasterium in ea bona?

SVMMARIVM.

An testetur disponentes monasterium in hac bona succedere, locum habeant in foro conscientiæ? n. 1.

Improbatur sententia dicens in neutro foro procedere. numero 2.

An ratio huius constitutionis sit, quod monasterium habeatur loco filij, & verè sic habeatur? Refertur quædam sententia. num. 3.

Explicatur sententia authoris. n. 4.

An tantùm habeatur loco filij in casibus iure expressis n. 5.

An in acquisitione compartiatur monachus filio, an seruo? & quid quando alterutra equiparatio est monasterio vilior, aut vtraque damnosa? n. 6.

An sit ratio eius constitutionis, quod conditio sine liberis censeatur fauore monasterij reiecta n. 7.

Traditur vera ratio eius constitutionis. n. 8.

Quoties substitutus excluditur per monasterium, excluditur in perpetuum. n. 9.

Quando substitutus non excluditur per monasterium, retinebit bona professi dum vixerit. n. 10. *& ibi remissiuè, an hoc translato legitimè ad monasterium succedendi incapax, perdat monasterium ea bona, & statim admittatur substitutus?*

An substitutus ille admittatur contra expressam testatoris voluntatem, & ideo reiiciatur conditio, si quis non ingressus sit religionem? refertur quædam sententia. numero 11.

Explicatur sententia authoris. n. 12.

An excludatur substitutus, quando grauatus profitetur in religione incapaci succedendi? & an idem sit in professione cuiusuis ordinis Mendicantium? numero 13.

An à die professionis succedat substitutus? refertur quædam sententia. n. 14. *&* 15.

Sententia authoris. n. 16.

Quid si professus ille ea bona distribuerat in vsus pios, aut alij donarat ante professionem, aut renunciarat, testatiuve in fauorem suæ religionis, an tunc substitutus priuetur iis bonis, saltem dum viuit monachus ille? num. 17.

An excludatur substitutus, quando ex consuetudine monasteria non succedunt, vt apud Gallos, & censendum sit de his monasteriis, ac de monasteriis fratrum Minorum? numero 18.

Quid si ex vrbis statuto non succedant, aut si alicubi statutum sit, verba testatorum intelligenda prout sonant? numero 19.

Quid si ille grauatus sit religiosus Societatis IESV? numero 20.

Quid si renunciasset in fauorem Societatis? Proponuntur varij modi dubitandi. n. 21.

Explicatur sententia authoris. n. 22.

Quid sicut consuetudo, vt mater superstes omnibus filiis lucretur proprietatem antefatis, an illam lucretur, si filius professus tam in religione successionis capaci, premoriatur matri? n. 23.

An si monasterium capax non succedat in bona professi, quia repudiat, excludatur adhuc substitutus? numero 24.

A quanam tempore substitutus tunc admittatur? n. 25.

Quid si ingrediens non professus est, aut professus exiit, aut transiit ad aliam religionem, aut professio non tenuit? numero 26.

Quid si ingrediatur filium gratiâ pœnitentiæ agendæ? numero 27.

Quid si efficiatur oblatus Ecclesiæ secularis, se sudque illi tradendi: vel si se obtulerit Episcopo seruaturus regulam monasticam? n. 28.

Quid si non ingrediens monasterium, illud hæredem instituat? n. 29. *Et ibi, an hæc dispositio sit exorbitans à iure, & restringenda?*

Quid si ingrediatur capellam secularem? n. 30.

Quid si clericus secularis fiat: refertur quædam sententia. numero 31.

Explicatur sententia authoris. n. 32.

Quid si substituta sit alia causa pia? refertur quædam sententia. n. 33.

Explicatur sententia authoris, & dispositio, per quam redditur ad ius commune, potest extendi ad similes casus habentes sufficientem rationem licèt non sit tanta, quanta est in expressis. n. 34.

Quid si causa pia substituta non sit aquè pia, ac monasterium? num. 35.

Quid si causa pia non sit immediatè, sed mediatè substituta? num. 36.

Quid si partim causa pia, & partim profana substituatur? numero 37.

Quid si substitutus fuerit ex filiis testatoris? refertur quædam sententia. n. 38.

Explicatur sententia authoris. n. 39.

Quid si sit ex aliis testatoris descendentibus? n. 40.

Quid si in hoc regno pater melioret descendentem in tertio, eique substituat alium descendentem? n. 41.

Quid si descendens substitutus substituatur opus pium? numero 42.

An in hoc casu monasterium habeat illa bona, dum professus ille viuit, exclusis filiis? n. 43.

Quid si testator substituens adiciat causam, quia vult bona in sua familia perseuerare? n. 44.

An tunc excludatur monasterium omnino ita vt nec dum viuit monachus retineat illa bona? n. 45.

Quid si grauatus ille testetur ante religionis professionem, & alium hæredem instituat? refertur quædam sententia. numero 46.

Sententia authoris. n. 47.

Quid si partim instituat alium hæredem? n. 48.

An hæres ille institutus habiturus sit in hoc casu ea bona quando grauatus profitetur, & à suo tempore vitæ suæ, nec possit hic grauatus disponere in perpetuum in substituti præiudicium? n. 49.

Quid si ante ingressum ipse, aut monasterium renunciarat in fauorem tertij? n. 50.

Quid si conditio aliquam adiectionem habeat, ex qua appareat testatorem de veris filiis intellexisse, vt si dicat, si absque liberis à se descendentibus, vel de suo corpore natis, &c. vel sine liberis legitimis, aut masculis? refertur quædam sententia. n. 51.

Sententia authoris. n. 52.

Quid si testator petat suum testamentum impleri de verbo ad verbum, vel ad literam? n. 53.

Quid si grauatus ingrediatur religionem animo fraudandi substitutum? refertur quædam sententia. n. 54.

Explicatur sententia authoris. n. 55.

An in dubio hæc fraus præsumatur, illâque censeatur, quando grauatus profiteretur causâ eleemosynæ illorum bonorum faciendæ monasterio? n. 56.

An vbi constat de fraude, agat substitutus sola actione reuocatoria, an potius ipso iure succedat? n. 57.

An sit locus fraudis coniectura, si in articulo mortis, aut in ætate decrepita, aut quando de prole habenda desperatur, profitetur, & valeat professio in eo articulo facta? refertur quædam sententia. n. 58.

Explicatur sententia authoris. n. 59.

An sit transitura, si grauatus comminatus sit se ingressum religionis ad illam excludendam? [illegible] quidnam [illegible] exten[illegible]

An sit comestura, si granatus ille omnia bona alienaret ante professionem? n.61.

An excludatur substitutus, quando granatus blandisiis, & suasionibus religiosorum profitetur? n.62.

An sit discrimen quoad substituti exclusionem, sive conditio sit, si liberos habuerit, sive sit, si absque liberis decesserit? numero 63.

An excludatur substitutus, si granatus religionem ingrediens sit biganus? n.64.

Quid si conditio referatur in propriam personam, vt si testator dicat, si decessero sine liberis, substituo Titium, & postea testator ingrediatur religionem? referitur quadam sententia n.65.

Sententia authoris, n.66.

Quid si non in testamento, sed in donatione apponatur prædicta conditio in ipsamet donantis persona? n.67.

Quid si apponatur in persona alterius, non tantum in testamento, sed in donatione, & in aliis contractibus, & in feudo, & in emphyteosi, vt si quis decedat, sine liberis, redeat ad substitutum? num. 68. Vbi explicatur qualiter lex explicet, & suppleat verba testatoris, non autem contrahentium.

Quid si ea conditio apponatur, vt in sententiis? n.69.

An excludatur substitutus, & monasterium, quando granatus professus reliquit liberos? n.70.

An excludatur substitutus, quando post testamentum, vivo adhuc testatore, ingressus est granatus religionem? numero 71.

Quid si in casu ingressus reliquit granatus aliquod legatum granato, vel si esset filius, solam legitimam? n.72.

Quid si testator instituat filium in sacris constitutum, vel professum, & ei sine liberis decedenti substituat tertium? numero 73.

Quid si testator dicat, succedat Titius, & nullus alius? num.74.

Quid si granatus aliqua sibi bona tempore ingressus reservavit? n.75.

Quid si professus ex Pontificis licentia testetur, ac alium haredem instituat? n.76.

Quid si testator diceret, si decedat absque filius, & illius matrimonio? n.77.

Quid si professus ille postea legitimè egrediatur, & obeat extra monasterium? n.78.

An professione filij extinguatur substitutio pupillaris, & vulgaris? n.79.

Quid si non descendens instituatur absque aliqua conditione, & illi alij eius descendentes substituantur, an illo professo excludantur substituti? n.80.

Quid si descendens instituta grauetur restituere hæreditatem tertio, nec explicetur conditio sine liberis, quæ tunc tacite intelligitur, an eo professo excludatur substitutus, perinde ac si ea conditio explicita esset? referuntur quædam opiniones num.81.

Explicatur sententia authoris, n.82.

An si descendenti aliquid absque conditione relinquatur ab ascendente, & substituatur monasterium, aut alia causa pia, excludatur hæc, si descendens ille filio relicto obeat? referuntur quædam sententiæ n.83.

Explicatur sententia authoris cum duplici limitatione, n.84. 85. & 86.

An substitutio factæ alicui, si absque liberis decesserit, evanescat, quasi habito filio, si relinquat filium professum sive in ordine capaci, sive incapaci? n.87.

1 TOTA difficultas huius quæstionis versatur in explicandis textibus §. *sed & hoc præsumi. authent. de sanctissimis Episcopis.* vnde desumitur *authentic. nisi rogati. C. ad Trebellian. & cap. in præsentia. de probat.* vbi expresè deciditur, grauato hoc profitente in religione, [illegible] prorsus id fideicommissum, & bona illa perti[illegible] perpetuum ad monasterium exclus[illegible] enitus [illegible] quod decretum adeò exorbitans [illegible] ibus-

dam visum est, vt existiment id nequaquam procedere in foro conscientiæ, sed in solo foro externo, atque adeò monasterium in illa bona succedens teneri in foro conscientiæ post mortem illius monachi ea tradere substituto. Ducuntur, quia aduersari videatur expressæ testatoris voluntati. Et quamuis textus illi præsumant fuere, vt testator disponeret, religionis memor, ea bona ad monasterium perpetuò deuenire; at præsumptioni non est locus in foro conscientiæ. Sic docent Alciatus *cons. 53. à num. 6. vsque ad fin. libro 9. & tract. de quinque pedum. præscriptione numero 49.* Rebell. *tract. de instit. parte 1. libro 18. quæstione 16. n. 3. conclusione 2.* Cæterùm hac sententia omnino reiecta, dicendum est eam dispositionem in vtroque foro seruandam, quia ea dispositio est recepta in foro canonico *d. cap. in præsentia.* At iniquum est cogitare aliquid eo iure statui in conscientiæ præiudicium. Præterea, quia canon præsumptioni innitens seruandus est in vtroque foro, dum de contraria veritate non constat; vt latè probauimus *lib. 1. huius tract. cap. 10. num. 13.* Cùm ergo non constet de vera testatoris intentione contraria dispositioni horum textuum, seruanda est eorum dispositio, præsumentium ita dispositurum testatorem, si professionis illius grauari meminisset; & ita docent Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. n. 1.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 28. n. 91.* Matthæat. *de legat. & fideicommiss. lib. 3. c. 15. n. 3.* Gutierr. *quæst. canonicis. lib. 1. c. 31. n. 4. & triplici sequenti.* Menochius *de præsumpt. lib. 1. quæst. 80. n. 5. & lib. 4. præsumpt. 85. à n. 59. vsque ad 62.* Benedictus Egidius *l. Titia si non nupserit, 100. parte 1. n. 54. ff. de condit. & demonstrat.*

Multo minus est etiam audiendus Sarmient. *lib. 8. selectar. super §. is cui in tempus. à n. 3.* vbi clarè tenet in neutro foro excludi substitutum per religionis ingressum; quod nec monasterium loco filij habeatur, & ipsum succedere excluso substituto, videatur contra expressam testatoris voluntatem: nec adeò fauendum sit piæ cautæ, vt iniuria substituto à testatore inferatur. Nec obstat textus n. præced. allegati: quippe ea authentica cùm sit ius ciuile, & disponat de monasterio, vi caret obligandi. Nec obstat approbari iure canonico *c. in præsentia. de probat.* quia id fieri debebat antequam casus contingeret. Cæterùm hæc sententia est quoque reiicienda, quia ea authentica, & communi Pontificum consensu, & *eo c. in præsentia*, est approbata, & omnes Doctores ita sentiunt, vt constabit ex dicendis toto hoc cap. Nec ea seruata infertur iniuria substituto, nec contrauenitur voluntati testatoris, sed est iuxta eius mentem iure optimo præsumptam, vt constabit ex dicendis infrà.

Quamuis autem concordent aliqui authores dicentes horum textuũ decisionem esse omnino seruandã: at in tradenda eius ratione valde discordant. Quidã censent rationem esse, quod monasteriũ habeatur loco filij. Ducuntur ex *d. c. in præsentia.* ibi; *Intelligendum non tractè sine hæredè decedere, qui monasterium sibi hæredem instituit.* vbi nomen hæredis capitur pro liberis, quippe in substitutione fuit hæc conditio, si institutus decederet absque liberis. Et traditur ibi ratio, cur per ingressum religionis euanescat hæc conditio; quod sic ingressus non dicatur absque hæredè decedere, eo quod mona[illegible]riũ sit eius hæres; ergo vt ratio aliquid probet, sumitur [illegible] men hæredis pro filio. Et confirmatur, quia in aliquibus libris loco illius verbi text. *sine hæredè*, dicitur, *sine liberis*, vt testatur Sarmient. *lib. 8. selectar. super §. is cui in tempus. n. 2.* Nec obstat si dicas id non dici à Pontifice, sed esse partis allegationem, & proinde ius inde non constitui. Quia, cùm iuxta hanc monasterij allegationem fuerit à Pontifice lata sententia, eique allegationi innitens, vt constat ex illis verbis in fine textus, ibi; *attendens Cardinalis quod Synodus videtur intentionem suam plenè fundasse:* videtur ea tanquam vera, & ius constituens approbari. Et ideo hanc partem sustinent Gloss. *authentic. nisi rogati. in casus petitione, in fine. C. ad Trebellian.* & §.

& §. sed & hoc præsumi. verb. intrauerit. & verb. sed & hoc. authent. de sanctissimis Episcopis. & §. si qua mulier. verb. competere. & verb. liberos. C. de sacrosanct. Eccles. Innocent. *d. c. in præsentia. n. 8.* & ibi Hostiensis *n. vlt.* Ioan. Andr. *n. 27.* Cardinalis *n. vnico. colum. 1.* Bald. *n. 5.* Imola *n. 11. & 20.* Barbatius *à num. 65. & n. 127.* Mantua *num. 30.* Idem Baldus *d. authent. nisi rogati. num. 7.* & ibi Salycetus *num. 1. & 6.* idem Salycetus *d. authent. si qua mulier. num. 1. quæstione 1.* & ibi Iason *num. 18.* Bellaperticа *quæst. 1. & authent. ingressi. quæstione 9. C. de sacrosanctis Ecclesiis.* Socinus iunior *l. gallus. §. & quid si tantum. num. 23. fine. ff. de liberis, & posthumis.* & ibi Alciatus *num. 7.* Fortun. Garzia *num. 75.* Franciscus *rubric. de testament. in 6. num. 66.* Guillelmus Benedictus *cap. Raynutius. verb. mortuo itaque testatore. el 1. num. 297. & verb. si absque liberis. el 2.* vbi de pupillari substitutione. *numero 113. de testament.* Menchaca *de successionum creatione. libro 5. §. 21. numero 166.* Villalobos *in suis commnibus. verb. monachus. num. 188.* Molin. *lib. 2. de primogen. c. 9. num. 41.* Leonard. *lib. 1. de institia. cap. 41. dub. 10. num. 84.*

4 Sed multo verius est monasterium non haberi loco filij, & ideo hanc non esse legitimam illius decisionis rationem. Ducor, quod textus *d. cap. in præsentia*, non dicat monasterium haberi loco filij, sed loco hæredis: atque ita fuit partis allegatio; nec decisio textus illi rationi innixa est. Quod clarius constat ex §. *sed & hoc præsumi. authent. de sanctissimis Episcopis.* vbi dicitur hanc conditionem, si absque liberis decesserit, haberi tanquam non scriptam. At si monasterium haberetur loco filij, non diceretur habita tanquam non scripta, sed defecisset vtique condicio. Insuper ibi excipitur causa pia substituta; tunc enim non excludetur, sed monasterium non succedet. At si haberetur loco filij, excluderet quoque causam piam; sicut verus filius ab eo instituto habitus illam excluderet. Tandem, quia dato oppositio sequerentur multa absurda, quæ congerit Felinus *d. cap. in præsentia. numero 41.* Et ideo hanc partem sustinent Bartolus *authentic. ingressi. in 2. lectura. numero 53. C. de sacrosanctis Ecclesiis.* & *authentic. si qua mulier. numero 3. C. eodem tit. & authent. nisi rogati. numero vnico. quæstione 1. C. ad Trebell.* Baldus *l. finali, in principio. numero 9. C. de Episcopis, & clericis.* & ibi Fulgosius *numero 7.* Albericus *d. authent. si qua mulier. numero 2.* & ibi Paulus *numero 3.* Iacobus de arena *numero 1. fin.* Antonius *d. c. in præsentia. numero 29. & 34.* & ibi Abbas *numero 36.* Decius *in nona editione. numero 191.* Ferretus *numero 89.* Berotius *numero 76. 475. 486.* Felinus *num. 41.* Aretinus *l. 1. num. 5. ff. de testament.* Ripa *l. ex facto. §. si quis rogatus. el 1. num. 39. ff. ad Trebell.* Titaquellus multos allegans *l. si vnquam. verb. suscuperis liberos. in nona editione. num. 47. C. de reuocand. donat.* D. Antoninus *3. parte. tit. 10. c. 3. §. 10.* decisio Pedemont. Octauiani *116. num. 10.* Berengar. Fernand. *l. vltima. numero 7. C. de postlimin.* Cald. *de nominat. emphyt. q. 6. num. 30. & de renouat. emphyt. quæst. 19. num. 9.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 6.* Menochius *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. num. 29. & 30.* Costa *cap. si pater. 1. parte. verb. si absque l[illegible] 9. num. 70. de testament. in 6.* Peregrin. *de fideicomm[illegible] 1. c. 28. num. 69.* Plaza *de delict. cap. 42. num. 16. & 17.* [illegible] alc. *cons. 14. num. vltimo. tomo 1.* Auendaño iunior *l. [illegible] aw. gloss. 4. num. 18.* Matienzo *lib. 5 recopilat. tit. 11. gloss. 2. num. 21.* & Azebedo *eadem l. 7. num. 28.* Spino *tract. testament. gloss. 11. principali. num. 28.* Mendez *repet. l. cum oportet. 3. parte. num. 157. C. de bonis quæ liber.* Tapia *d. authent. ingressi. verb. sua. cap. 13. num. 4.* Castillo *de vsufruct. lib. 1. cap. 65. num. 4.* Gutier. *qq. canon. lib. 1. cap. 31. num. 54.* Caualios *in suis qq. commun. in 1. quæstione 192. fin.* Camill. Borell. *cons. 17. num. 11. & 12. & consil. 34. num. 102. vol. 1.* Faber *in definitionib. forensib. Senatus Sabaud. tom. 1. lib. 1. tit. 2. de sacrof. Eccles. defini. 42.*

5 Quamuis autem admitteremus in hoc casu tanquam expresso in iure, monasterium haberi loco filij, id nùm est extendendum ad alios casus in iure non expressos; quippe est filius fictus, & præsumptus: & cùm hoc sit à iure communi exorbitans, non est ad alios casus pertrahendum, sed intra proprios terminos restringendum; & ita tradunt passim fere omnes DD. numero præcedenti allegati, & specialiter Baldus *d. authent. si qua mulier. num. 3.* & ibi Iason *num. 19. & 20.* Ripa *l. si vnquam. quæst. 34. num. 19. C. de reuocand. donat.* Felinus *d. cap. in præsentia. numero 41.* & ibi Parisius *numero 133. & consil. 65. numero 10. & 11. libro 2.* Tiraquellus *de retract. lignag. §. 1. gloss. 8. numero 20.* Molina *lib. 2. de primogen. cap. 9. numero 45.* Pelaez *de maiorat. in 1. editione. 2. parte. quæstione 3. numero 13.* Gutierr. *qq. canon. lib. 1. cap. 32. num. 56.* & alij, quos hi allegant.

Sed quoad successionem in professi bona, & modum, 6
quo professus religioni acquirit, comparatur quandoque filio, & quandoque seruo, prout monasterio fuerit vtilius: quod si vtilius fuerit, vt neutri comparetur, neutri comparabitur, vt probauimus suprà.

Reiecta ergo hac ratione, alij tradunt aliam rationem 7
eius decisionis, nempe, quod ea conditio, si absque liberis decesserit, censeatur fauore religionis reiecta tanquam turpis, & auertens à religioso statu. Hanc tradunt omnes authores, quos referemus num. 9. cum eorum fundamento; sed hoc non esse verum probabimus num 12.

Ideo legitima eius decisionis ratio est, præsumpta te- 8
statoris eam conditionem apponentis voluntas; præsumit enim fauore religionis legislator, testatorem æquè cum filiis grauati dilexisse monasterium, ac proinde licuit fauore filiorum exclusit substitutum, quasi defecta ea conditione, si absque liberis decesserit; ita præsumit fore, vt si professionis substituti memor tunc esset, excluderet quoque substitutum gratiato profitente in religione. Quare ex hac iuris præsumptione ea conditio, si absque liberis decesseris, substituo Titium, habetur pro non scripta, quatenus est in monasterij præiudicium. Quæ quidem sententia non aliter probatur, quàm ex impugnatione rationum, quas alij tradunt, & quas multæ aliis decisiones inniuntur præsumptæ disponentium voluntati. Et ideo hanc partem sustinent Paulus *authent. nisi rogati. num. 3. C. ad Trebell. & l. final. in principio. num. 5. C. de Episcop. & clericis. & authen. si qua mulier. num. 3. C. de sacrosanctis Ecclesiis.* Fortun. *de vlt. fine. illat. 16. num. 269.* Roman. *l. fin. num. 35. C. de pactis.* Alexander *cons. 121. num. 18. 2. vers. præterea. lib. 2. & cons. 35. num. 9. vers. potest responderi. vol. 3.* Decius *cons. 419. num. 3. volum. 4.* Galganet. *de condit. & demonstrat. parte 1. cap. 18. num. 51.* Alciat. *cons. 53. num. 17. lib. 9.* Cornel. *d. authent. nisi rogati. num. 2. & cons. 253. num. 8. lib. 4.* Berotius *in suis qq. quæstione 14. num. 4.* Couar. *1. variar. cap. 19. num. 11.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 28. num. 75.* Bursius *cons. 7. num. 3. 6. & 12. lib. 1.* Crail. *de succes. §. fideicommissum. quæst. 49. num. 1.* Cald. *de nominat. emphyt. quæst. 6. num. 10.* decisio Pedemont. Octauiani *316. numero 21.* Faber citatus hic numero 4. Mantica *de coniectur. vltim. volunt. libro 11. tit. 7. numero 7. & tit. 8. numero 31.* Flor. de Mena *ad Gam. ann. decis. 419. circa 13. consil.* Gutierrez *quæstionib. canon. libro 1. cap. 32. numero 6.* Spino *septenl. testament. gloss. 12. principali. num. 29.* Matheatius *libro 3. de legat. & fideicommiss. cap. 24. numero 2. & 5.* Molina *tomo 1. de iustitia. disputatione 190. colum. 13. vers. quando quis.* Nec dicendum est, vt optimè id confiderauit allegato Socino, Peregrinus *de fideicommiss. art. 28. numero 64.* professionem facere, vt deficiat illa conditio, quasi pontis liberis deficiat: tum quia monasterium non habetur loco filij, vt diximus numero 4. tum etiam quia, vt dicemus numero 12. si monasterium repudiat hæreditatem, non excludetur substitutus. At si monasterium excluderet substitutum, quasi deficiente conditione, [illegible] deceretur liberi superstites, quantumuis [illegible] adiuaret monast[illegible]rium, maneret ille exclusus, [illegible] maneret

extantibus liberis, & illi repudiarent; sed excluditur substitutus à monasterio iure speciali, ac si condito illa non esset scripta.

9 Hinc deducitur primò, quotes substitutus excluditur per monasterium, ipsum in perpetuum excludi. Quod quidem indubitatum est apud omnes authores allegatos, & allegandos; & constat ex §. *sed & hoc præsens. authent. de sanctiss. Episcop.* ibi, *nil spectet, ac si non esset*; quippe omnes rationes, quas tradunt DD. eius decisionis id concludunt. Nam si dicamus monasterium haberi loco filij, sicut habitis aliis, deficeret conditio, & filij haberent in perpetuum ea bona; ita professione in monasterio bonorum capaci, idem contingeret. Quod si dicamus eam conditionem fauore monasterij excludi, haberique tanquam non adiectam, sicut non apposita ea conditione monasterium succederet in perpetuum in ea professi bona: sic ea apposita idem dicendum est. Tandem si sequamur rationem à nobis num. præcedenti traditam, sicut fauore filiorum, si qui existerent, excluderemus in perpetuum substitutus, ita fauore monasterij.

10 Quando autem monasterium capax non succedit, sed à substituto excluditur, quod contingit in pluribus euentibus, quos numeris sequentibus explicabimus, non admittitur substitutus, nisi post naturalem illius grauari professi mortem, aut quò vsque aliud tempus à testatore præfixum accedat: quippe ea mortis naturalis, aut eius temporis à testatore præfixi expectatio multum operatur, si enim obeat prius substitutus, quàm grauatus, aut quod id tempus præterierit, pertinebunt pleno iure ea bona ad monasterium expirante tunc substitutione, sicut etiam in simili diximus, vbi de testamento, an statim post professionem succedat monasterium, & interim retineat monasterium illa bona. Quod cum monasterium succedat in totum illius professi ius, quod in seculo habebat, sicut ille in seculo ea bona toto vitæ tempore, aut donec accederet terminus à testatore præfixus, retenturus erat, cum onere post mortem naturalem restituendi: ita monasterium ex illius professi persona retinebit ea, dum ille viuerit, & post naturalem illius mortem, aut tempore restitutionis accedente, quod testator præfixit, substituto restituet. Atque ita docent ij omnes DD. supra allegati, Baldus *cons. 407. numero 14. colum. 1.* Ancharanus *cap. in præsentia. numero 25. de probat.* Corne. *cons. 18. numero 25. & cons. 253. numero 8. & 9. volum. 4.* Ruinus *consil. 85. numero 4. volum. 2.* Bartholomæus Socinus *l. cum aiunt. numero 104. fine. ff. de condit. & demonstrat.* & Parisius *l. gallus. §. & quod si tunium. numero 63. ff. de liber. & postum.* & ibi Galiaul. *numero 18.* Boërius *decisione 354. numero 4.* Berolius *consil. 114. fin. volum. 2.* Costa *cap. si pater. 1. parte. verb. si absque liberis. numero 7.* Ludouicus de Casanete *consil. 26. numero 4. volum. 1.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 28. numero 81. & cons. 47. numero 1. & 4.* Surdus *consil. 90. numero 23. libro 1.* & alios referens *consil. 238. numero 5. & 6. volum. 2.* Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 13. numero 49. C. de sanctissimis Ecclesiis.* Hondedeus *consil. 62. numero 37. libro 1.* Molina *tom. 1. de iustitia. disputatione 190. colum. antepenult. vers. in quocumque autem.* Vtrum autem sit verum, quando causa pia est substitutus, habet numero 32. & quid quando filius est substitutus, dicemus numero 42. & quid si hic posita legitimè transeat ad religionem incapacem, an statim substitutus succedat, habes suprà, vbi de translatione bonorum. In casibus autem numerandis, in quibus speciale est, vt nec tempore vitæ monachi succedat monasterium, in eisdem notabimus, & in quibus nil speciale notauerimus, manebit prædicta regula generalis fixa.

[illegible] deducitur, quid in ea quæstione censendum [illegible] si conster voluntatem testatoris adiicientis eam con[illegible]em, si absque liberis decesserit, esse, vt substitutus non excludatur per monasterium, quia nimirum id expressè, vel ex certissimis coniecturis ea eius voluntas deducitur, adhuc sit excludendus in perpetuum substitutus, monasteriumque sit successorum perpetuò in ea bona contra testatoris voluntatem? Duplex est sententia. Prior asserit adhuc excludendum perpetuò substitutum. Ducitur ex §. *sed & hoc præsens. authen. de sanctissimis Episcopis*, ibi; *mles conditiones inualidas, & pro non scriptis esse.* vbi ponderandum est illud verbum *inualidas*, quod arguit defectum potestatis circa hoc, & non mentem testatoris, sicut in simili materia dicit textus *l. cum accutissimus. C. de fideicommiss.* Item ponderanda sunt verba, *pro non scriptis esse.* Talia enim sunt, quæ quamuis scripta sint, vulr lex perinde haberi, quasi scripta non essent, vt declarat tex. *l. conditiones. ff. de condit. institu. cum l. quæ sub conditione. in princip. ff. eodem tit.* Si ergo ea conditio reiiciatur tanquam turpis, & vitæ monastica obstans, non attendetur voluntas testatoris apponentis eam conditionem, sed defectu potestatis opponitur volendi, excludetur à monasterio in perpetuum substitutus, velit, nolit testator. Et confirmatur, quia si conditio abstinendi à matrimonio carnali reiicitur tanquam turpis, atque ita si quis leget alicui ea conditione, si non nupserit, obtinebit legatum, etiamsi nubat, non obstante contraria expressa testatoris voluntate. *l. sed si hoc. §. final. ff. de condit. & demonstrat.* reiicitur à fortiori conditio auertens à matrimonio spirituali; & sic conditio auertens à matrimonio spirituali, & sic contra testatoris voluntatem succedet monasterium: nec enim minus fauoris tribuendum est matrimonio spirituali professionis, quàm carnali. Secundò, quia à statuto ad testamentum valet argumentum, vt probat Eutrard. *in sui loci copie. loco ab vltima voluntate ad legem. numero vnic.* Sed statutum, ne ingrediens religionem succedat, est iuritum, vt probauimus suprà; ergo idem de testatoris dispositione sentiendum est. Tertiò, quia si legentur mille nubenti, & quingenta ingredienti religionem, debebuntur huic mille, ea conditione reiecta tanquam religionis ingressum impediente, vt docent multi, quos retulimus *lib. 1. de matrimonio. disputatione 34. num. 12.* Tandem, quia fauor animæ, & piæ causæ æquiparatur fauori publico. *l. final. C. de sacrosanctis Eccles.* At testatori, quantumuis velit, nequit inducias in fauorem publicum derogare. *cap. diligenti. de fer. competen. & l. nemo potest. ff. de leg. 1.* Ergo nec potest fauori huic monasterij derogare. Et ideo hanc amplectuntur Archidiac. *cap. si quis inuitet. 19. quæstione 3. num. 5.* Ioannes Andreas *cap. in præsentia. num. 35. de probat.* & ibi Antonius *num. 61.* Bald. *num. 18.* Hostiens. *num. 7. eod.* Abbas *num. 42.* Ancharanus *num. vltim.* Henricus *num. 25. & 26.* Bellamera *num. 33. & 42.* Berolius *num. 487. & duplica 493. & 495. 496.* Felinus *num. 36. & 37.* Parisius *à num. 136. vsque ad 144.* Petrus *num. 89. ad à num. 104. vsque ad 109.* Mant. *n. 52. & n. 61.* Barr. *eod. ingressi. in 2. dictum n. 53. C. de sacros. Eccles. & l. sum quis. §. final. n. 5. ff. de leg. 2.* & *authen. nisi vegan. num. vnic. §. final. n. 5. ff. de leg. 2.* & *authen. nisi vegan. num. vnic. 2. C. ad Trebell.* Alberic. *l. fin. num. 8. C. de Episcop. & clerie.* Petrus de Bellapert. *d. authen. ingressi. colum. 9. quæst. penult.* Iason *eod. si qua mulier num. 12. C. de sacrosanctis Eccles.* idem Decius *consil. 674. à num. 2. vsque ad 5. lib. 5.* Bartholomæus Socinus *consil. 92. num. 3. lib. 1.* Bertranda *consil. 140. num. 7. vol. 6.* Cornel. *cons. 18. n. 10. vol. 4.* Paris. *cons. 1. n. 14. & 2. D.* Anton. *3. q. in. 10. c. 3. §. 10. ratione 2. & 3.* Berolius *cons. 114. fine. vol. 2.* Rosella *in sum. verb. legat. n.* Metina *C. de testis. quæst. 23. vers. quæ quatuor conditiones.* Ledesma *2. p. 4. quæst. 18. art. 1. dub. 12. fol. 227. col. 3.* Angel. *verb. heres. num. 21.* & ibi Tabiena *q. 16. n. 17.* Armill. *verb. heredit. n. num. 22.* Roland. *cons. 3. l. 1. num. 18. 2. usque ad 23. volum. 3.* Costa *l. cum vile. §. si arbitratu. non amplius. ff. de condit. & demonstrat.* Eutrard. *loco à matrimonio carnali ea spirituale. num. 9.* Simon de Pretis *de interpretat. 2. lib. volunt. libro 2. interpr. 2. dub. 2. solutione 2. num. 192. & 193.* à Monte Sperello *consil. 352. à num. 2. usque ad 5. volum. 1.* Burlat. aliquantulum dubitans *consil. 32. num. 41. fin. lib. 1.* Anguissol.

Anguissol. *cons. 63. num. 11. & 13. vol. 1.* Auendaño iunior *l. 40. Tauri. glos. 4. num. 28. & 29.* Andr. Fachin. *in controuers. iuris. lib. 4. tom. 1. 59.* Gama *decis. 326. numero 2.* Ioan. Anchar. *in suis quæstion. familiar. lib. 2. q. 20. num. 6. & 8.* Manuel *94. regular. tom. 1. q. 127. art. 1. vers. nec dicendum est. & in solut. ad 3.* Emmanuel Sà *sum. verb. religio. numero 17.* Et hanc sententiam esse verissimam, sequendo decisionem text. in *d. in præsentia. & d. §. sed & hoc præsent.* tenet Sarmiento *lib. 8. selectar. super §. 1. in tum in repud. num. 2.* Quam sententiam ampliat Costa *ea. ampliat. 11. num. 3.* cum Decio *rubr. C. de second. nupt. num. 1.* & Ripa *l. 1. num. 61. ff. solut. matrim.* contra Angulum *cons. 80. ad fin.* habere verum, siue ea conditio à religione auertens apponatur virgini, siue viduæ. Quamuis enim conditio auertens à matrimonio carnali in sola virgine reiiciatur: secus de auertente à matrimonio spirituali; quippe eadẽ est ratio in virgine, & in vidua. Rursus limitant hanc sententiam aliqui ex prædictis, vt intelligatur quando conditio auertit omnino à religione: vt si sit generalis, si ingrediaris religionem; secus si non omnino, vt si particularis monasterij ingressus interdicatur: quippe cùm sint alia monasteria, quorum ingressus permittitur, non est cur ea conditio reiiciatur. Sic Barth. Socinus *eo cons. 92. numero 3.* Decius *d. c. in præsentia. in nouo edit. num. 198.* & ibi Felin. *num. 37.* Feret. *num. 90.* Costa *ea. ampliat. 11. num. 4.* Anchar. *ea q. 20. fin.* atque retenta hac sententia, sic dicunt eam limitandam Peregrin. *de fideicommiss. art. 28. num. 71.* & Tapia *d. authen. ingressi. verb. sua. c. 13. num. 24.* Quam limitationem sublimitant Felin. & Costa ibidem, quando in eo oppido sunt alia monasteria, in quæ ille commodè recipi possit. Sed prædictam limitationem dicit non carere dubio Mant. *d. cap. in præsentia. num. 53.* quod apparet etiam conditio turpis, & odiosa, vtpote quæ vnam religionem alteri præfert: & ideo *num. 54.* relinquit cogitandum dicens, interim à prædicta limitatione communiter approbata non recedendum.

12 Sed multo verius existimo eam conditionem valere, ac proinde nullatenus per monasterium excludi substitutum, quando constaret de expressa contrari à testatoris voluntate, aut ex certissimis coniecturis deducta. Ducor primò, quippe religionem capessens, pauperrtémque promissurus, parum solicitus erit de bonis temporalibus monasterio acquirẽdis, vt timore illa perdendi retrahendus sit à religionis ingressu. Immo (vt egregiè ait Couarr. *cap. quamuis pallium. 3. p. 9. 1. num. 4. vers. 5. ratio.*) temerarium iudicium esset opinari fore, vt ille à religionis ingressu auertetur, ne monasterium bonis priuaretur, quorum relinquendorum causa religionem ingrediturr, alioquin eadem causa ad religionẽ mouens, auerteret ab ea. Ergo non est, cur ea conditio, tanquam turpis, & auertens à religionis ingressu reiiciatur. Et confirmatur, quia cùm etiam in hoc euentu, quo excluditur monasterium, & succedit substitutus, monasterium debeat illa bona habere toto vitæ monachi tempore, iuxta dicta *num. 9. 10.* ac solùm post eius mortem illis priuandum sit, minimè præsumendum est, quẽquam tam leui, & futili ratione auertendum à religionis ingressu [illegible]cundò, quia quando causa pia substituitur, exc[illegible]ur monasterium, vt dicemus infrà; & tamen si e[illegible]ditio esset turpis, & iniqua, auertensque à reli[illegible]ne, non admitteretur etiam causa pia, sed esset quo[illegible]ue excludenda. Tertiò, quia si ea conditio reiceretur, & pro non scripta haberetur, ea substitutio esset pura. At quando substitutio est pura, quantumcumque grauatus profiteatur in religione, non succedet religio in ea bona in perpetuum, sed duntaxat tempore vitæ grauati, & post eius mortem succeder in ea substitutus. Ergo vel dicendum est, monasterium non successurum perpetuò in bona grauati sub conditione, si liberos habuerit, sed sola monachi vita, contra decisionem eorum textuum; vel dicendum est, eam conditionem non haberi pro non scripta. Quartò, quia decisio eorum textuum nititur præsumptæ testatoris voluntati, vt probauimus num. 8. ergo ei non est locus, quoties de contraria testatoris voluntate constat. Tandem hoc probatur diluendo argumenta contrariæ sententiæ, relata num. præced. ac ostendendo ea esse inefficacia ad probandum intentum. Nam ad primum respondetur, satis probatum esse in certa ratione, non esse mentem eius textus, vt ea conditio sit inualida, & quasi non scripta, eo quod turpis sit; sed censetur inualida & inefficax, & quasi non scripta, ex sola præsumpta testatoris voluntate: præsumitur enim fore, vt eam conditionem non apponeret, si professi memor esset. Ad confirmationem dic, non esse idem de conditione, si non nupserit, & de conditione, si non ingressus fuerit religionẽ. Et ratio est, quia Iurisconsulti conditionẽ, si non nupserit, à legato reiecẽre, ob Reipublicæ fauorem circa liberorum procreationem; qui quidẽ fauor non tribuitur in iure professioni religionis, quamuis matrimonio perfectior sit; at non est melior in ordine ad ciuile multiplicationis Reipub. bonum, & ita non sic reiicitur conditio, si religionem non ingrediatur, ac reiiciatur, si non nupserit: quippe hæc, etsi religioni refragetur, fauet tamen matrimonio, & liberorum procreationi. Insuper primario illius legati auertit à matrimonio carnali, cùm tamẽ (vt in prima ratione probauimus) non præsumatur fore, vt à professione religionis auertat. Ad secundum respondetur, tunc valere argumentum, quando vtriusque eadem est ratio, quod hic non contingit: quippe statuum non valet defectu potestatis in statuentibus; nec enim in monasterij præiudicium integrum est laicis statuere. *c. Eccles. de constit.* At testator libera de rebus suis disponendi facultate potitur. *l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* Ad tertium, neganda est ea doctrina, sed ille religionem ingrediens sola quingenta consequetur, vt probaui *lib. 1. de matrimonio. disp. 4. n. 13.* Ad vltimum dico, fauori publico inducto ex sola iuris dispositione, independenterque à voluntate disponentis, non posse à disponente derogari: secus quando is fauor ex sola præsumpta disponentis voluntate inductus est, vt contingit in hoc euentu. Et ideo hanc sententiam tuetur Bald. *l. final. in princip. n. 1. & 2. C. de Episcop. & clerie.* & ibi Paul. *num. 5.* & *authen. nisi vegan. 3. & num. vlt. C. ad Trebel.* Idem Bald. *cons. 196. num. 1. lib. 1. & cons. 407. num. 13. vol. 1.* Alex. *cons. 121. à num. 13. lib. 7.* Dec. *cons. 416. num. 2. & 3.* & *cons. 419. à n. 4. vsque ad 7. vol. 3.* & *cons. 259. à n. 4. vsque ad 5. vol. 2.* & *cum præsentia. in nouo edit. à num. 229. vsque ad 234. de probat.* & eius Additionator *n. 194.* Angel. *cons. 50. num. 2.* Aymon *cons. 51. n. 1. vol. 1.* Ripa *l. ex facto. §. si quis rogatus. el. 1. n. 39. ff. ad Trebell.* Alciat. *cons. 11. n. 3. lib. 9.* & *l. gallus. §. & quod si tunium. in 1. dictum. n. 7. ff. de liber. & post.* & ibi Galiaul. *n. 18.* Berolius *cons. 27. n. vlt. vol. 1. & in fine. 93. 94. n. 1.* Sapia *addit. ad Alciatum. d. cap. in præsentia. n. 40. vers. circa illum casum.* Ascanius Clemens *de pactis. quæstion. 1. n. 72.* (habetur *tomo 8. tract. p. 1.*) Ioan. Dilect. *de arrestis. n. 5. tract. 1. 18. n. 1.* (habetur *tom. eod. m. p. 1.*) Costa *cap. si pater. 1. p. vers. si absque liberis. num. 68. de testam. in 6.* Couarr. *1. variar. cap. 19. num. 10.* Molin. *lib. 2. de primogen. cap. 12. num. 14.* Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 4. 5. & 18. & tit. 18. n. 31.* Menoch. latissimè *de præsumpt. lib. 4. præsump. 85. à n. 2. vsque ad 16.* Meres *de maioratu. in 1. edit. 2. part. 4. 3. num. 3. 4. & 22.* Medices *tract. mortis omnia solut. 3. p. n. 49.* Villalobos *in sua commun. litera M. verb. monasterium. num. 196.* Riminald. iunior *cons. 370. à num. 11. vol. 3.* Cautelcin. *d. cons. 1. num. 4. 9. 38. & 39. vol. 3.* Sfort. Oddo *tract. de compendiosa substitu. p. 6. quæst. 2. art. 6. dubio 2. num. 24. & cons. 19. num. 22. volum. 1.* Vincent. de Franchis *decis. Neapol. 19. num. 7. part. 1.* dicens hic factum Concilium re latè vtrinque disputata decidisse, decisio Pedemont. Octauiani *126. n. 24.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 28. n. 78.* Bertengar. *l. vlt. n. 8. fin. C. de postum. & in c. vnic. de filiis natis ex matrimonio ad Mag. generalem in prælatio.*

cap.10.n.14.& 15. Bimus *cons.17.n.12.vol.1.* Marzar.*epi-tom. de fideicomiss.q.31.ad fin.* Minchac *de success. creat. lib.3. §.21.n.167.& 168.* Celsi Vrsill. *addit. ad Matth. de Affict. decis. Neapolit.84.n.vlt.* Mandel. *cons.495.n.2.vol.4.& ibi* Annibald. eius Additionat. *verb. iuramenta collitur.* Bertazzol. *cons.25.n.29.& 30.vol.1.* Fabet citatus suprà n.4. Gutier. *99.canon. lib.1.c.32.num.19.& 25.* Spino *special. restitut. clauss.12. principal.n.29. fin.* Tapia *d. authent. ingressi. verb. sua.c.1.3.n.18.* Aluarad. *de coniectura ex mente defunct. lib.2.c.3.in princip.n.3.* Galganet. *de condit. & demonstrat. p.1.c.8.n.45.usque ad 53.* Cauall. *in suis commun. opinionib. num.1.q.195.n.1.* Fulgius Pacianus *cons.36.num.130. vol.1.* Phil. *de offic. sacerdot. tom.2.q.2.lib.6.n.13.* Molina Societatis IESV *tom.1.de iustit. disp.21.192. col.14. versiculo certo non nullis.& disp.207.ad fin. in solut. ad 1.* Lælius Zecchus *de Repub. eccles. tit. de regular. c.3.n.14. implicat.15.* Manuel *97.regular. cons.2.q.77.art.4.* Flor. de Mena *addit. ad Gamuzz. decis.319.n.14.1.conclus.* Camill. Borell. *cons.17.n.39.& 40.vol.1.* Benedict. Egid. *super l. Titia si non mupserit. 109.n.1.n.54.ff. de condit. & demonstr.*

23 Sed decisio horum textuum, vt grauato hæreditatem restituere, si absque liberis decesserit, profitente, succedat monasterio, excluso penitus substituto, limitatur primò, vt procedat quando professio sit in monasterio succedendi capacium quare si sit monasterium ordinis Minorum, nullatenus excludet substitutũ. Ratio est, illud instar filij, aut hæredis habeti. Quæ limitatio ab omnibus absque aliqua controuersia admittitur. Quod si opponas Sixti IV. concessisse Minoribus, vt Ecclesia Romana succedat in bona cum prædictis cõditionibus relicta, excluso substituto, ac in aliis religionibus succedit monasterio; dic cum collectore primilegiorũ mendicãtium, *verb. hæreditas.§.3.* hãc concessionem non intelligi de fratribus Minoribus obseruãtiæ, vt ab eodẽ Sixto, & aliis Pontificibus declaratũ est. Nec admittenda est limitatio, quam adhibet Anton. *c. in presentia.n.51. de probat.* vbi hoc limitat, nisi fratres Minores capiant ea bona ad alimenta; tunc enim ait satis probabiliter posse dici excludendũ substitutũ. Sed hoc non credo, quia nullum ius succedẽdi ex religio habet; & idem ceteri omnes authores iure optimo absolutè dicunt nullatenus excludendũ substitutũ, atque idem dicit decisio Pedemont. Octauian. *126.n.27.* de religionibus aliorũ mendicãtiũ; quod idẽ in alio simili dicunt aliqui, quos retuli suprà. At hoc nõ habet locũ hodie, quia omnes illi præter Minores, & Capucinos succedunt in omnia professorũ bona, vtpote qui possunt bona immobilia retinere, iuxta Tridentinum *sess.25. de regular. c.3.* & docent bene Nauarr. *comment. 2.n.54. de regular.* Manuel *com.2.q.regul.q.77.art.4.*

24 Difficultas autem est, vtrũ substitutus ille, esto non excludatur à monasterio, statim à die professionis successurus sit: Quidam censent penitus excludi substitutum, non quidẽ ab ipso monasterio, cùm illud non succedat, sed ab aliis operibus pijs; dicunt enim ea bona in pias causas distribuenda esse. Ducuntur, quod eo grauato profitente in huiusmodi monasterio, cẽsetur conditio illa defecisse, si absque liberis decesserit, ac subinde euanescere substitutionem; & cùm nequeat monasterium succedere, succedent opera pia. Sic docent Angel. *cons.91.n.3.* Cornel. *cons.233.n.8. ad fin. vol.4.* Roman. *cons.296.n.1.& singul.439.n.2.* Guillelin. Benedict. *c. Raymund. verb. & vxorem. decis.2. fin. de test. am.* alter Angel. *in summ. verb. hæres.n.13.* & ibi Tabiena *9.9.n.10.* Sylu. *verb. hæreditas.1.q.7.n.10. dicto 5.* Armill. *verb. hæreditas.n.19.*

25 Alij autem asserunt excludi substitutum non in perpetuum, sed solo tempore vitæ monachi, quo ipse in sæculo existens ea bona possessurus esset, & interim ea bona à tempore professionis pertinere ad legitimos illius monachi hæredes. Quare si substitutus prius obeat, quàm monachus ille, remanebunt perpetuò bona apud hæ[illegible] illius monachi, quia illi succedũt in omne ius monac[illegible] professi; sicut quando monasterium est succedendi capax, succederetur casu, quo nõ excluditur substitutus, monasterii retinet bona dum viuit monachus, & post solam eius mortem ea restituet substituto. Ergo idem ius competit hæredibus monachi, quando monasterii est succedendi incapax. Quod etiam potest cõfirmari rationibus adductis suprà, ad probandum grauato restituere aliquid post mortẽ, profitente in ordine Minorũ, minimè succedere statim substitutũ, sed ea bona pertinere ad illius hæredes, dum ille naturaliter vixerit. Et ideo omnes DD. illius sententiæ sunt etiã huius, & in propriis terminis tradũt Barth. Socin. *l. cùm annis.n.104. ad fin. ff. de condit. & demõstrat.* Ripa *l. ex facto. §. si quis reputaturi.1.num.42. ff. ad Trebell.* & ibi Alex. *§. ex facto.num. 6.* & ait disputatiuè posse teneri Crott. *l. gallus. §. & quid si tantum.num.28. ff. de liber. & posth.* Spino *special. restitut. clauss.12. principali.n.34.& 35.& gloss.14.n.127.* Cald. *de nominat. emphyt.q.6.n.19.*

26 Sed verius est, statim à die professionis admitti substitutũ, exclusis monachi illius hæredibus. Ratio est, nã grauans aliquẽ, vt decedens absque liberis restituat substituto, hanc mentẽ habet, vt velit grauatũ omnibus eius hæredibus, & substituto præferre, & deinde filios grauati, tertiò substitutũ ipsum. Cùm ergo grauatus factus frater Minor, sit incapax hæreditatis retinendæ, nec liberos habeat veros, nec fictitios, cùm monasterium sit succedendi incapax, erunt statim à professione restituẽda ea bona substituto, cùm illũ testator reliquis suis hæredibus quoad illa bona prætulerit. Deinde, quia huiusmodi professio æquiparatur omnino morti naturali; & ideo pro hac parte sunt omnes DD. allegati suprà, dicentes grauatũ restituere post mortẽ, teneri statim à die professionis in ordine incapaci; & ibi soluimus cõtraria. Atque in propriis terminis huius quæstionis tenet Barth. Socinus *cons.91.n.1.& 2.vol.2.* Dec. *cons.419.n.1.& 7.vol.3.& cons.218.n.1.& 6.vol.2.* Socin. iunior *l. gallus. §. & quid si tantum.n.23. ff. de liber. & posth.* & ibi Lancelot. *n.18.* Fortun. *n.71.* Ruin. *n.16.* Imola *l. si ita quis. §. si cui.n. 3. ff. de leg. 2.* Graua. *cons.58.num.12. lib.1.* Iason *cons.319. n.9. lib.4.* Paris. *cons.65.n.7. lib.2.& de iure dotis.n.95.n.18.* Bertanus *cons.11.n.5.vol.2.* Alcanius Clemes *de patria potestate.c.2.n.n.7.* Bell. *praet. criminal. tit. de, bonor. publicat. num.35.* Riminald. *cons.481. fin. lib.3.* Vincent. de Franch. *decis.14.Neapol.n.7.9.1.* Iurlat. *cons.48.n.27.vol.1.* Nauar. *com.2.n.54. de regular.* Couar. *c.2.n.6. de testam.* Mantica *de coniecl. vlt. voluntat. lib.11.n.7.n.8.* Menoch. *de præsumpt. lib.4. præsumpt.83.n.71.* Parlad. *in ses. quotidianar. different. differ.147.§.1.n.12.& 13.* Gutier. *99.canonum. lib.1.c.31.n.25.* Canale, alios referens *decis.1.n.30. & 14.n.1.* Surd. *cons.90.n.8.& 9.vol.1.& cons.238.n.2.vol. 2.* & alios referens Honded. *cons.82.n.17.vol. que vt sua. & cons.62.n.38.vol.1.* Azor *inst. moral. lib.12.c.8.q.6. fin.* Ludou. de Casanete *cons.16.n.1.vol.1.* Peregrin. *de fideicomiss. art.28.n.61.* Quid autẽ, si hic alienarat, diximus.

27 Hoc temperant Berolus *c. in presentia.n.491. de probat.* & Tapia *auth. ingressi. verb. sua.n.13.n.27.C. de sacros. Eccles.* nisi frater ille Minor ante professionem ea bona in pauperes, aliàve pia opera distribuisset; tũc enim excludetur substitutus. Probat ex §. *sed & hoc vsque ad. vers. hoc autem solatiũ. auth. de sanctiss. Episcop.* vbi si grauat[illegible] simplex clericus alicuius Ecclesiæ sæcularis, qui casu bona nequeunt ex hoc acquiri Ecclesiæ, si distrib[illegible] in pias causas, cẽsetur substitutus exclusus. Ergo simil[illegible] illo fratre Minore distribuẽte in similes causas ante professionẽ. Verũm Menoch. *de præsump. lib.4. præsumpt.83.n. 71. fin.* relata hac limitatione, remittit ad ea, quæ dixerat *n.64. fin.* vbi iure optimo negat hanc limitationẽ, quia, vt dicemus n.22. miquã excludur substitutus ille, nisi quãdo in ea religio[illegible] bona succedit monasterio; & ideo cùm in hoc nõ succedat, nõ excludetur substitutus. Huc vsque Menoch. nec ineptè. Sed restat difficultas, an ille donatari[illegible] retẽtur sit ea bona tẽpore vitæ naturalis fratris Minoris illius professi, an statim à professione debeat substitutus

substitutus illa bona habere? Sed de hoc diximus suprà.

38 Ex hac limitatione deducitur, existente consuetudine legitimè præscripta, vt est apud Gallos, ne monasteria in aliquot professi bona succedat, sed succedãt alij hæredes, non excludi substitutũ: quia talia monasteria ex consuetudine sunt successionis incapacia, perinde vt ordo Minorũ ex sua professione. Atque ita docent Boerius *decis. 354.n.8.& 9.* Alciat. *cõs.53.n.4. lib.9.* Peregr. *de fideicomiss. ar.28.n.92.* Mantica *de coniecl. vlt. voluit. lib.11.nu.7.n.9.* Menoch. *de præsump. lib.4. præsump.83.n.53.& 71.* Tap. *auth. ingressi. verb. sua.c.1.3.n.19. C. de sacros. Eccles.* Ludou. de Casanete *cõs.16.n.12. lib.1.* vbi Bertrandũ, Manuerũ, & alios referens non explicant autem hi Doctores, an statim à die professionis admittendus sit substitutus, an potiùs tempore vitæ illius monachi, bona pertineant ad suos hæredes. Sed existimo idem dicendum, quod diximus n. 16. de professione in ordine Minorum; & subditur eisdem opinionibus, quia ideo professio in ordine Minorũ reputatur quasi mors naturalis quoad successiones, quoad nec ipse monachus, nec monasteriũ ex eius persona sit successionis illius capax. Cùm ergo idem contingat in his monasteriis, ratione illius consuetudinis præscriptæ, idem dicendũ est, & tenet expresè Ludou. de Casanete *ep.n.11.* à die professionis admitti substitutũ. Atque ideo inter optimo hi authores vtraque monasteria inter se cõparant, & adhuc constabit hoc magis ex dicendis n.23.

39 Quod si ex solo statuto monasteria essent succedendi incapacia, dicit Alciat. ibidem, & *l. gallus. §. & quid si tantum.n.7. ff. de liber. & posth.* & Menoch. *d. præsumpt.83. n.53.* adhuc non excludi substitutum, quia etiã statutum non valeat, declarat tamen mentem testatoris, quæ censetur conformis illi statuto. Idem ait Peregrin. ibidem, subdens, quamuis de statuti valore multa dici possint, ar ex quo consuetudine, & vsu probata sunt, censendũ esse de illis, ac si essent valida. Ceterùm in alio simili non admittunt hoc DD. nisi id statutum sit à Pontifice confirmatum, vt si alicubi esset statutum, vt verba testatoris intelligantur ad literam, prout sonant; dicunt enim tũc tantùm non excludendum substitutum à monasterio, iuxta *c. in presentia. de probat.* quando id statutum esset à Pontifice confirmatum: quippe cùm aliàs sit nullius momenti in monasterij præiudicium, non censetur testatoris mens conformis illi statuto. Hi sunt Bald. *ea c. in presentia.n.11.* & ibi Felin. *n.36. fin.* Iason *auth. si qua mulier.n.20. C. de sacros. Eccles.* Mantica *d. n.7.n.16.* Menoch. *de præsumpt. d. præsumpt.83.n.48.* quamuis enim hic non explicet hanc limitationem, at omnes DD. quos allegat, cum illa loquuntur, & sic clarè cum ea quoque loquuntur: & ita censeo dicendum exigi, vt vel id statutum sit à Pontifice confirmatum, vt excludatur monasterium, vel sit iam ita legitima consuetudine præscriptum, vt vigore huius consuetudinis validum sit.

40 Secundò deducitur, quid dicendũ sit, si ille grauatus ingrediatur Societatem IESV, quæ iuxta suas constitutiones à Sede Apostolica confirmatas nullũ succedendi in bona ius habet. Et quidem si religiosus ille sit in ea professus, aut simplicia coadiutorum formatorum vota in ea emiserit, succedet statim substitutus, sicut contingere in prof[illegible] in ordine Minorũ diximus n.16. quippe hæ repo[illegible]ar similiter, vt mors naturalis, vt diximus sæpe in[illegible]racta tatu. Si autem sola vota biennij emisit, & nec[illegible] bonis renunciauit, tunc non excludemur substitutus, cùm religio sit succedendi incapax: sed ipsemet religiosus retinebit ea bona, sicut & reliqua sua bona, donec naturaliter moriatur, aut professionem, votave coadiutorum formatorum emittat, & tũc admittetur substitutus. Si verò bonis renunciet in fauorem alicuius extranei, is in cuius fauorem renunciauerit, retinebit ea bona toto tempore, quo ipse possessurus ea esset, nempe vsque ad dicta vota, vel mortẽ naturalẽ, illis nõ emissis.

41 Sed maiore difficultate habet, si religiosus hic Societatis IESV renunciauit suis bonis in fauorẽ ipsius Societatis, an excludatur tunc in perpetuũ substitutus? Ratio dubitandi est, quia sic instituens nequit in substituti præiudicij renunciare, nec eius renuncistio prodest, nisi vt alter bona retineat tempore vitæ naturalis ipsius, vt diximus suprà. Et confirmatur, quia non satis est monasteriũ hæredẽ instituisse, vt dicemus n.28. Secundò, quia, vt is textus habeat locũ, exigitur vera professio, vt dicemus n.26. At hic religiosus non verã professionẽ emisit, sed sola simplicia biennij vota: & cùm hæc decisio sit correctoria, non debet extendi, vt diximus n.4. Tandem, quia exigitur, vt monasterii sit capax succedẽdi in bona professi, vt diximus n.13. at Collegia Societatis IESV non succedunt in bona religiosorum illius, vt dicemus: nec decisio *d. cap. in presentia*, innititur institutioni religiosi, qua monasterium instituit hæredem.

42 Ceterùm satis probabile est, ac religionis pietati conforme, vt excludatur tunc in perpetuũ substitutus. Ducor primò, quod ea vota constituunt verè, ac propriè religiosum, non aliter quàm solemnis professio, vt constat ex bulla Greg. XIII. *ascendente Domino.* Quare ea emittens dicitur verè ingressus religionẽ, & ratione illius renunciationis instituta est Societas hæres: & sic verificatur, Societatẽ esse hæredẽ, & grauatũ fuisse illã ingressum; nec refert, siue monasteriũ sit iure hæres ab intestato, siue sit hæres solùm testamẽtarius ex voluntate religiosi instituentis, cùm vtroq; casu sit verè hæres. Quod satis indicit ex verba tex. *d. c. in presentia, intelligendũ non erat sine hærede decedere, qui monasteriũ hæredẽ sibi instituit.* Secũdò, quia aliqui DD. affirmãt fratre Minore distribuẽte bona inter pauperes ante professionẽ, excludi substitutum, vt retulimus n.17. & quãuis reprobauerimus, id cõtingit, vt ibi diximus, eo quod decisio illius tex. habeat solùm locũ, quãdo in bona succedit monasteriũ. Quod in nostro casu cõtingit, quia ante professionem disponit religiosus ille in fauorẽ pauperũ religiosorum, & succedit religio, quã reuera ingreditur. Tertiò, quia decisio *d. c. in presentia*, procedit in clericoordinis sacri, qui perpetuò capellã Ecclesiæ secularis ingreditur, se & sua illi dedicãs, dũmodo tẽpore mortis ea bona superiint pauperibus, vt dicem[illegible] n.32. Ergo à fortiori in nostro casu, in quo hic verã religionẽ ingreditur, se & sua illi dedicãs, & bona supersũt perpetuò religiosis pauperibus assignata. Nec obstat exigi, cũ clericũ nõ posse resilire, & ideo nõ procedere in clericis habẽtibus solos ordines minores, eo quod resilire valeãt, vt dicemus eodẽ n.32. at ligati his votis possũt de licẽtia Generalis Societatis IESV resilire, quia ex parte sua, & vororũ, quæ emittũt, est dedicatio perpetua, ita vt resilire nequeãt. Quartò, quia cùm textus solã duplicẽ causã piã substitutã excipiãt, ne per monasteriũ excludatur, id tamẽ extendũt, & verissimè DD. ad quãcũque causã piã, vt dicemus n.34. eo quod in omni illa militet eadẽ exceptionis ratio. Cùm ergo in nostro casu militet eadẽ ratio, quæ in reliquis religionibus, est idẽ ius statuendũ. Nec obstat in contrariũ adducta n.1. quia fateor, grauatũ non posse ex sua mera libertate in fauorẽ extranei, in præiudiciũ substituti aliquid disponere, secus in fauorẽ religionis, quã ingreditur, quia accedit suæ libertæ renũciatio fauor iuris præsumentis voluntãte testatoris fuisse, nõ excludere religionẽ, siue ab intestato, siue ex ingressi dispositione succedentem in omnia religiosi bona, quãdo esset renunciatio particularis in fauorẽ Societatis; quia tũc non fungeretur vice hæredis. Et ideo non posset excludere substitutũ, cùm exigatur monasterium esse hæredẽ. Ad confirmationem fateor, non sufficere institutionẽ monasterij in hæredem secluso ingressu in religionẽ. At in hoc casu concurrit cum institutione ingressus in religionẽ. Ad secũdũ dico, DD. & iura, dũ petũt verã professionẽ, intelligere dũmodo obeat, aut moriatur religiosus tẽpore nouitiatus; nec tũc erat alius modus per quẽ fieret nouitiatus, ac ille verus religiosus constitueretur, nisi professio solem[illegible]. At ea vota efficiunt verũ religiosum, ac faciũt fi[illegible] nouitiatũ.

Ad vltimum dico, Collegia Societatis Iesv esse capacia succedēdi, non quidem ab intestato, sed ex testamento, aut renunciatione suorum religiosorum. Et sta cùm frater Michael de Hugarra religiosus Societatis Iesv, obiret in illa post sola biennij vota, renunciasseque omnibus bonis in Collegia Complutense, & Pampelonense, lis mota est super quibusdā bonis, in quibus dictus frater institutus erat cum grauamine, vt absque liberis decedens, restitueret cuidā suæ amitæ; & duplici sententia Consilij Nauarræ obtēnum, decisionem *d. c. in præsentia*, habere locum in hoc casu; & ita Collegia retinuēre sibi ea bona restitutioni subiecta. Atque idē credo, si domū professam Societatis Iesv instituisset heredē, aut in fauorē eius prædictā generalē renunciationē fecisset; quia potest domus professa institui quoque hæres à suis religiosis, vel à quocumque alio, vt dicemus; quod cum secus sit in statibus Minoribus, non procedet in illis, sed à repōre professionis admitteretur substitutus, vt diximus n. 15. Et quātis postea religiosus hic, siue post sexennium vota, siue post professionē expellaretur Societate, nō recuperabit ipse, nec substitutus huiusmodi bona, sicut nec cætera quibus renunciauit, non recuperatur diximus supra: quia per ea vota simul cū renunciatione habetur pro non scripta ea conditio; & cùm renunciatio sit absoluta, non pendet à futuro euentu.

23 Sed quid si est consuetudo, vt est apud Neapolitanos, vt si vir præmoriatur vxori habēti filios, vxor lucretur antrefactū quoad solum vsumfructū, si verò filij premorantur, lucretur quoad proprietatem, an si filius superstes erat professus in monasterio successionis capaci, & obiit ante mortē, lucretur mater proprietatē prædictā, tanquam superstes omnibus filiis premortuis, an potius monasteriū, tanquā reputatū quasi filius? Vmeētius de Franchis *decis. tota* 469. rē vtrinque disputat, decitque pro monasterio facere, id haberi loco filij, prout sensēre DD. allegati n. 1. pro matre, eā non haberi loco filij, vt diximus n. 2. & vt diximus n. 5. esto haberetur, id cōingit in solis casibus iure expressis, nēpe, vt excludat substitutū. Cùm ergo hic casus nō sit iure expressus, nō ceniebitur monasteriū loco filij, vt mater dicatur moti superstite filio, vt vel sic proprietate illa priuetur, & cōcludit causā nō esse in Senatu decisā. Sed existimo matrē illā succedēsturā in ea propietate, tum ob rationē prædictā, tū etiā, quia monasteriū in solū illius filij professi ius succedit. Cùm ergo ille nō haberet ius ad eā proprietatē, nisi superuiuēs matri, ita nec monasteriū, & sic eo premortuo proprietas illa nō monasterij, sed matris erit.

24 Secūdò limitatur sententia, vt substitutus excludatur per professionem in monasterio succedendi capaci, vt intelligatur, quando monasterium vult succedere in ea professi bona: secus si repudiat. Quippe duo requiruntur, vt monasteriū acquirat: alterū, vt grauatus profiteatur; alterū verò, vt bona trāsferantur in monasteriū: quippe ipso repudiante, nec habetur vt filius, nec vt hæres. Atque ita docent Bald. *c. in præsentia. n. 15. de probat.* & ibi Felin. *n. 5.* Barth. Socinus *I. rum aut. n. 104. ff. de cōdit. & demonstr.* idem Socinus *cons. 91. n. 3. inuito. vol. 1.* Alex. *cons. 15. n. 1. vol. 5.* Decius *cons. 259. n. 7. vol. 1.* & *cons. 419. n. 2. vol. 1.* Mantica *d. tit. 7. n. 10.* Menochius *d. præsumpt. 83. n. 72.* Tapia *auth. ingressi. verb. sua c. 13. n. 48. C. de sac. sanct. Eccles.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 28. num. 64.* Pancirol. *cons. 114. n. 4. libr.* Surd. *cons. 238. n. 1. tom. 2.* Caualcan. *decis. 1. n. 41. p. 3.* Sed Sforzius Oddo *de contendo. subsitu. p. 6. q. 2. art. 6. dub. 2. n. 10.* ait, tunc bona ad substitutum non deuolui, atque nullā prorsus rationē adducit: sed fortè fundamentū eius est, quia eo ipso quod grauatus professionē in monasterio capaci emisit, ea bona acquisita sunt monasterio, & substituto penitus expirauit. Ergo ex subsequēti monasterij repudiatione id substituti ius cass[illegible] non recuperatur, nec reuiuiscit. At potest respond[illegible] ntingere in horum bonorum acquisitione, quod co[illegible] in legato determinatæ rei consistentis in specie. Sicut enim dominium huius acquiritur legatario adita per hæredem hæreditate, & fictione iuris retrahitur ad diem mortis testatoris, ita vt ab illa censeatur acquisitū, reuocabiliter tamen, & dependenter à legatarij acceptatione, & facta repudiatione antequā id acceperet, censetur, ac si penitus non acquisierit, vt optimè explicat cum aliis Molina *tom. 1. de instit. disput. 181. statim in princip.* atque proinde legatario repudiante succedet hæres institutus à restatore. Sic dicendum est, id fideicōmissum acquiri statim monasterio à repore professionis grauati, & deperdi ius substituti, sed reuocabiliter, & dependenter à monasterij acceptatione; quare illo repudiāte admittetur substitutus. Quod si obiciat, per monasterium excludi substitutum, quasi deficiente conditione, ac si essent liberi; sed liberis extantibus, quantumuis repudient, excludi substitutum; negandum est sic excludi à monasterio substitutum, vt diximus num. 8. fine.

Sed dubitatur, à quo tempore admittatur hic substitutus. Pancirol. allegatus n. præced. censet facta repudiatione admiti statim substitutum minimè expectata naturali professi illius morte: quod eius admissioni nil aliud obstabat, nisi acceptatio monasterij: ergo hoc non acceptante, admitteretur statim. Rursus, quia tūc succedit substitutus in omne monasteriū quasi, cùm prælatus sit à restatore suis hæredibus, & soli monasterio, & filiis veris post obitum, vt dicebamus n. 16. ergo nec monasterio succedēte, nec existēntibus filiis, admitteretur statim substitutus, exclusis aliis professi illius hæredibus. Sed Peregrin. n. præced. relatus ait se valde dubitare de huius sententiæ veritate; quia data monasterij capacitate, ea professio nō æquiualet morti naturali, post quā solū vocatus est substitutus, & prælatus aliis hæredibus grauati, præter filios. Quare cōcludit, dū grauatus ille viuit, successuros hæredes illius in ea bona, sicut in reliqua succedunt. Et hęc sententia est verior. Et ad primum contrariū argumentū dico, admissioni substituti, hoc est, ne in perpetuū expiraret, obstare solā monasterij acceptationē, & ita eo nō acceptante minimè excludi in perpetuū substitutum: at ne admittatur statim, obstare vitam illius grauati, post quam vocatus est; & ideo eo viuente non admittetur, quantumcumque monasterium repudiet. Ad secundum constat ex dictis.

Tertiò limitatur, vt excludatur à monasterio substitutus, quando ingressus in illud habuit effectum: secus si illo caruit, quia nunquam ingrediens exiit, aut obiit tempore nouitiatus, quia per solam professionem efficitur monasterium hæres bonorum monachi. Ergo illa non sequuta, caret iure excludendi substituti. Item, quia *§. sed & hoc præsenti. authen. de sanctiss. Episcop.* loquitur de ingredientibus religionem. At verba in omni materia intelliguntur cum effectu. *l. 3. §. hoc verba ff. quod quis iur.* atque ita tradunt Glossa final. *cap. in præsentia de probat.* & ibi Abb. antiquus *fin.* Ioann. Andre. *num. 36.* Anton *num. 61.* Cardin. *n. vnic. col. 1.* alter Abb. *num. 44.* Bald. *num. 15.* Dec. *in nouo edit. num. 100.* Paris. *num. 18.* Ferret. *num. 53. & 94.* Barbat. *num. 118.* Felin. *numero 32.* Henric. *num. 10.* Bellamer. *n. 40.* Mant. *num. 46.* Salyet. *authem. nisi rogati num. 5. C. ad Trebell.* & [illegible] Fabr. *n. vnic.* Rosell. *verb. leg. are. n. 16.* Mantic. *d. tit. 7. n.* [illegible] Menoch. *d. præsum. 83. num. 75.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 28. num. 60.* Sforz. Oddo *de compendio. subsitu. p. 6. q. 2. num. 9.* Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 13. num. 49.* quod bene intelligit ibi Sfort. Oddo cum Bald. *eo cap. in præsentia. num. 17.* nisi nouitius hic egrediens transiret ad aliam religionem succedendi capacem, & in ea profiteretur. Tunc enim, etā prior religio non excluderet substitutum, excluderet tamen illum posterior, vt ex se satis constat. Similiter non excluderetur substitutus, si ille professus est, ar professio fuit irrita; quia tunc non verè habuit effectum ingressus. Sic Glossa final. Abb. Barbat. Tap. *ibid.* Armilla *verb. hæreditas. num. 20.* Secus quando

quando professio tenuit: ac professus ille fuit apostata, quia eius apostasia nocere religioni nequit. Sic Baldus *eo c. in præsentia. num. 15.* Sfort. Oddo *eodem num. 9.* Tapia *n. 44.* quando autem licitè transfertur ad aliā religionem excluso adhuc substituto, prior religio retinebit id fideicōmissum in perpetuum, quia non transfert bona legitimè acquisita priori monasterio, aut alteri, vt dicemus infrà. Quare si prior esset religio Minorum, & ideo per professionem acquisita iam essent illa bona substituto, vt diximus numero 16. quamuis transeat licitè ad religionem capacem, hæc non acquiret bona iam acquisita illi substituto, vt dicemus infrà.

27 Quare nec minus excludetur substitutus, si ille non ingrediatur religionem, vt religiosus efficiatur, sed gratia pœnitentiæ agendæ, cùm hic non verè dicatur religionem ingressus. Atque ita docent Bald. *auth. sed hodie. n. 3. C. de l. Iul. de adulter.* Sfort. Oddo *de compendio. subsit. p. 6. quæst. 2. art. 6. dub. 2. n. 11.* Menoch. *d. præsumpt. 83. numero vlt. verò declaratur* 8.

28 Atque eadem ratione non euanescet substitutio, si hic solum efficiatur oblatus, se & sua tradens Ecclesiæ seculari, cùm adhuc non sit verus religiosus. Sic Glos. fin. *c. in præsentia. de probat.* & ibi Anton. *num. 61. fine.* Abb. *num. 46.* Anchar. *num. 19.* Henr. *num. 18.* Bellamer. *fin.* Beroi. *num. 501.* Mant. *numero 59.* Corne. *authentic. nisi rogati. num. 12. C. ad Trebell.* Angel. *verb. hæred. n. 16.* & ibi Tabien. *q. 12. num. 13.* Armill. *verb. hereditas. n. 20. fin.* Quare non credo, quod allegatis Baldo, & Putteo tradit Menoch. *d. præsumpt. 83. num. 69.* nempe excludendum substitutum, si grauatus ille se obtulerit Episcopo seruaturus regulam monasticam, eo quod in nullum monasterium admittatur, quod oblatio illa sit loco monasterij. Cæterùm hoc non credo, quia cùm dispositio hæc sit à iure exorbitans, vt dicemus *num. seq.* & de religiosis loquatur, non est extendenda ad hunc qui verus religiosus non est, vtpote qui in nulla religione à Sede Apostolica approbata se votis astrinxit.

29 Multòque minus euanescet, si grauatus ille monasterium non ingrediens illud hæredem instituat; & huius rationem delumptam ex Glos. *d. c. in præsentia. fin.* reddunt authores allegandi, quia hoc ius tanquam exorbitans ab ordinariis iuris regulis, est strictè iuxta terminos, in quibus loquitur, intelligendum: nam procedit ex fauorabili quadam interpretatione contra propriam verborum significationem: improprietates autem sunt restringendæ, nec trahendæ ad consequentias. *l. quod vero contra. ff. de legibus. l. 1. C. de dot. promiss.* atque ita docent Glos. *auth. nisi rogati. verb. locum. C. ad Trebell.* & ibi Cyn. *fin.* Odofredus *fin.* Bart. *fin.* Iacob. Butrigar. *q. vlt.* Petrus de Bellapert. *fine.* Albericus *fin.* Faber *num. vnic.* Corne. *fine.* Fulgos. *fine.* Salycetus *n. 8.* Archidiac. *c. si quæ mulier. 19. q. 3. num. 2.* Anton. *d. c. in præsentia. num. 57. & 62.* & ibi Bald. *numero 30.* Anchar. *num. 28.* Abb. *num. 41.* Barbat. *num. 105.* Decius *in nouo edit. num. 195.* Ferret. *num. 88.* Felin. *numero 33.* Beroius *num. 497.* Barthol. Socin. *cons. 92. num. 33. vol. 1.* Angel. *verb. hæres. num. 19.* & ibi Tabien. *q. 14. num. 15.* Sylueiter *verb. hæreditas. q. 7. num. 10. dicto 5.* Armil. *verb. hæreditas. num. 2[illegible]* Sfort. Oddo *cons. 19. num. 24. lib. 1.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 28. num. 61.* Caualcan. *decis. 1. num. 41. p[illegible]* pia *d. auth. ingressi. verb. sua. c. 13. num. 41. & 42.* [illegible] audiendi non sunt quidam cōtrarium dicentes, [illegible] ex *d. c. in præsentia*, quatenus ait non dici absque hæredē decedere, qui monasterium hæredem instituit: ac proinde decisio illius textus non solùm habere locum videtur, quando quis monasterium ingreditur, sed etiam quando illud hæredem instituit. Item, quia fauor religionis, quo ductus legislator interpretatus est non deficere conditionem instituto religionem ingrediente, militat quoque in hoc casu. Sic tenere videtur Glossa in hoc casu. *l. si ita quis. 131. §. 2. de leg. verb. interesset. ff. de verbor. oblig.* & disputando ait posse teneri Mantua *d. c. in præsentia. num. 52.* vbi in fine concludit id cōtinendum esse, & interim à communi sententia contrarem, ac iuris Pontificij professoribus magis consonam, *num. 54.* Henric. *num. 27.* Bell[illegible]er. *num. vlt.* Sed prorsus tenenda est prior sententia, [illegible] obstare in contrarium adducta. Non primum, quia, quā[illegible] deatur generalis, ac reuera grauatus ille in [illegible] vi professus fuerat, & ideo ratio illa debet restringi [illegible] terminos facti, de quo ibi tractatur. Nec etiam obstat secundum, quia non militat idem fauor, quando quis sola sua tradit monasterio, illud hæredem instituens, ac quando quis se cum omnibus suis in perpetuum religioni dicat.

Nec etiam euanescet, si ille ingrediatur capellam 30
secularem, cùm adhuc non sit religiosus. Atque ita docent Glos. *d. authen. nisi rogati. verb. locum*, & ibi Odofred. *num. 4.* Iacob. Butrigar. *q. penult.* Bartol. *fin.* Bald. *num. 11. fin.* Faber *num. vnic.* Salycet. *num. 4. fine.* Corne. *num. 12.* Fulgos. *num. 4.* Limitat Bald. nisi ille bona sua dedicaret illi capellæ, vel omnia ea, aut saltem hæreditatem illam, in qua grauatus est, distribuerret in pia opera: quod consonat dicendis infrà, & iuxta illa est intelligendum.

Sed difficultas specialis est, an si ille grauatus fiat 31
clericus Ecclesiæ secularis, euanescat ea substitutio? Quidam sentiunt non euanescere substitutionem. Ducuntur, quod non sit idem fauor clericorum, ac religiosorum: & tex. *§. sed & hoc præsenti. auth. de sanctiss. Episcop.* loquens de religiosis, tanquam exorbitans non est extendendus ad clericos seculares. Quare sententia hæc sic explicat illum text. dum ait, siue monasteria ingrediantur, siue clerici fiant, vt illa distinctio intelligatur, siue fiant religiosi clerici, siue religiosi laici. Et ideo hanc partem tuentur Glossa *auth. si qua mulier. verb. liberos. C. de sacros. Eccles.* Anton. *c. in præsentia. num. 61. de probat.* & ibi Abb. *num. 43.* Ferret. *num. 92.* Mant. *num. 55.* Corne. *auth. nisi rogati. num. 12. C. ad Trebell.* & ibi Salycet. *num. 4. fin.* Rosell. *num. verb. leg. are. numero 25.* Sfor. Oddo *cons. 19. num. vlt. lib. 2.*

Verùm opposita sententia est frequētissima, & tenen- 32
da, nempe, euanescere tunc substitutionem, concurrentibus conditionibus mox explicandis. Probatur ex *d. §. sed & hoc præsenti*, ibi; *siue masculi, siue fœminæ monasteria ingrediantur, aut clerici, aut diaconissæ, aut ascetriæ fiant*: quia diaconissa nō in monasterio, sed in Ecclesia ministrabat altari, vt notat Glos. *§. quanta igitur. verb. diaconissa. auth. quomod. oport. Episcop.* Item, quia textus ille ait; *hoc autem salutis clerici, & diaconissæ fruantur*. id est, fruuntur, nempe, vt constitio, si absque liberis decesserint, habeatur pro non adiecta, perinde ac si religionem ingredeterentur. Tandem, quia tex. ille subiungit, his bonis clericos, dum vixerint, portiuros, eaque ipsis defunctis expendenda in opera pia. Quod verum esse nequit, si de clericis regularibus loqueretur, cùm per professionem euanescat in perpetuum substitutio, nec bona illa sint expendenda in opera pia, sed ad monasterium pertineant. Et ideo hanc partem tuentur Glos. *ex §. sed & hoc præsenti. verb. clerici. & auth. nisi rogati. verb. locum. C. ad Trebell.* & *d. c. in præsentia. fin.* vbi Innocent. *num. 8.* Hostient. *num. 19.* Imol. *num. 18.* Felin. *num. 31.* Bellamer. *num. 31.* Decius *in nouo edit. num. 205.* Paris. *num. 117.* Beroius *n. 498.* Speculat. *tit. de statu monath. §. vlt. q. 15. num. 20.* Cynus *d. auth. nisi rogati. num. 2. q. 2.* Albericus *num. 2.* Angel. *summ. verb. hæres. numero 15.* & ibi Tabien. *q. 11. num. 12.* Armill. *verb. hæreditas. num. 20. fin.* Mantic. alios referens *d. tit. 7. n. 22.* Simon de Prætis *de interpret. qu. volunt. lib. 2. interp. 2. dub. 2. solut. 2. num. 109.* Ioan. Delect. *de arte testand. tit. 5. quæst. 18. num. 5.* Sfort. O[illegible]do *de contendio. subsitu. p. 6. q. 2. art. 6. dub. 2. num. 19.* [illegible]alcan. *decis. 1. num. 53. q. 3.* Menoch. *d. præsumpt. 8[illegible] num. 65.* [illegible]sque

usque ad 68. Gutier. 99. *canon. lib.* 1. *c.* 32. *n vlt.* Bened. Egid. *in l. Titia si non nupserit.* 100. *p.* 1. *num.* 41. *ff. de condit. & demonstr.* Faber citatus supra num. [illegible] fin. Duplex autem [illegible]. Prior [illegible] priuilegio excludendi conditio exigitur, vt clericus [illegible] perpetuò in clericatu substituti fruatur. Prior [illegible] vt perpetuò in clericatu perseueret. Posterior [illegible] fine vitæ bona illa, quæ subsistuto relliq. [illegible] erat, der Ecclesiæ, vel in alia opera pia, *sed & hoc præsenti*, & eam tradunt omnes DD. citati. Quare exigitur, vt clericus ille sacris initiatus sit, quia ordines minores non astringunt ad perpetuam in clericatu perseuerantiam. Sic Berosius, Mantica *ibid.* Menoch. *ea præsumpt.* 83. *num.* 67. *fin. & num.* 68. Benedictus Egid. *to mem.* 45. Nec requiritur, vt clericus ille se alicui Ecclesiæ dedicet, sed satis est, vt illi perpetuò inseruiat, vt bene tradit Sfort. Oddo proximè allegatus. At debet continuò habitare in domo Ecclesiæ, non autem in domo paterna, vt cum Capra *consf.* 2. *num.* 32. tradit Menoch. *consf.* 245. *num.* 18. *vol.* 3.

33 Quartò limitatur, nisi alia pia causa fuerit substituta: quippe si hæc substituatur, non excludetur per professionem grauati. Hanc limitationem ita vniuersaliter acceptam negant aliqui dicentes, solùm habere verum, si ea causa pia substituta sint pauperum alimenta, aut redemptio captiuorum. Ducuntur, quia hæc duplex causa pia substituta excipitur d. §. *sed & hoc præsenti.* ibi: *si tamen in redemptione captiuorum, aut egentium alimento sub prædictis conditionibus substituta fiat, ex nullo memoratorum modo eam excludi permittimus.* Nec militat eadem fauoris ratio in aliis causis piis; nam hæres grauatus restituere quicquid de hæreditate superest tempore mortis, tenetur quartam illius partem reseruare substituto, nec potest illam expendere, nisi in dotem necessariam, cùm alius careat bonis, aut captiuorum redemptionē, vt constat ex *auth. de restitu. in principio. verf. si vero & ipsam quartam. collat.* 8. & tamen ibi Gloss. *verb. exceptum*, negat eodem priuilegio potiri reliquas causas pias. Secundò, quia nequit dici ea verba apposita esse causa exempli, ac subinde non restringere regulam; quia non apponuntur verba id denotantia, qualia sunt, *vt, sicut*, & similia; sed verba restringēria, ibi, *se tantum.* argum. *l. equissimum. §. si tamen. ff. de vsufr.* Atque ideo ita sustinent Bartbat. *c. in præsentia. num.* 114. *de probat.* Ascanius Clem. *de pater. potestate. c. vltimo. num.* 72. habetur *tom.* 3. *tract. p.* 1.

34 Cæterùm idem dicendum est de quacumque causa pia substituta: quia etsi maior fauoris ratio in duplici eo casu expresso §. *sed & hoc præsenti*, reperiatur; at satis est in aliis piis causis concurrere similem fauorem, & sufficientem, etsi tantus non sit. Quoties enim per dispositionem reditur ad ius commune, licèt in ea certi casus maiorem rationem habentes exprimatur, potest extendi ad similes casus habentes sufficientem rationem, licèt non tanta sit, quanta in casibus expressis reperitur, vt satis colligitur ex Gloss. *c. statutum. verb. numerandum. de prebend. in* 6. & allegato Socin. tradit Berosius *c. in præsentia. num.* 435. *de probat.* præterea, quia in omni causa pia versatur salus animæ testatoris, & pietas, super quibus fundatur dicta dispositio. Rufius, quia expirare hanc substitutionem per professionem, inductum est in fauorem piæ causæ, contra propriam verborum significationem: ergo vbi substituta est pia causa, cessat prædicta ratio; & sic non debent verba impropriari in fauorem religionis contra fauorem alterius piæ causæ. Priuilegiatus enim non vtitur priuilegio suo contra alium priuilegiatum, concurrēntibus pariter priuilegiis vtriusque. Tandem, quia eius exceptionis ea est ratio, quod duplex ratio vincat vnam. *l. nam & si parentibus. ff. de inoff. testam.* At respectu monasterij est vnica ratio, quæ est causam esse piam, respectu autem causæ piæ, vltra hanc est alia, nimirum eam esse à testatore substitutam, quæ vtraque inuenitur in quauis pia causa substituta. Ergo idem in omni causa pia sentiendum est: atque ex his constat solutio ad rationes contrarias. Ideo hanc partē sustinent Gloss. *eo §. sed & hoc præsenti. verb. sed & hoc.* Speculat. *tit. de stat. monach. §. vnico. num.* 19. & 20. *qua. p.* 15. Gloss. final. *d. c. in præsentia.* & ibi Innoc. *num.* 8. Hostient. *num.* 19. Anton. *num.* 60. Abb. *num.* 36. Card. *numero vnico. colum.* 4. *verf. in gloss. final.* Anchar. *num.* 19. Imola *num.* 17. Bellamera *num.* 29. & *num. vlt.* Decius *in nouæ edit. n.* 195. & ibi Felin. *num.* 29. Paris. *num.* 113. Fettet. *num.* 83. *fin. & num.* 99. Berosius *a num.* 451. *vsque ad* 455. Manc. *num.* 47. & 48. Bart. *auth. nisi rogati. num. vnico.* 9. 1. *C. ad Trebell.* & ibi Alberic. *num.* 1. Bald. *num.* 6. & 7. Corne. *num.* 12. Iacobus Butrigar. *morab.* 1. Additionator *ad Salycet. verb. loco filij.* Bart. *authent. ingressi. in* 2 *dellur. num.* 54. *C. de sacros. Eccles.* Idem Alberic. *auth. si qua mulier. num.* 2. *C. cod. tit.* Bald. *consf.* 180. *incipit. vol.* 1. Oldrad. *consf.* 119. *fin.* idem Decius *consf.* 426. *num.* 10. *vol.* 3. & *auth. qui rem in fin. C. de sacros. Eccles.* Corn. *consf.* 236. *num.* 6. *lib.* 3. Roman. *l. final. num.* 55. *C. de pact. & in repetit. auth. similiter. n.* 64. *C. ad l. Falcid.* Barth. Socinus *l. cum aut. num.* 104. *fine. ff. de condit. & demonstr.* Idem Corne. *consf.* 18. *numero* 9. *vol.* 4. Berosius *consf.* 114. *fin. vol.* 2. Alciat. *consf.* 53. *num.* 17. *lib.* 9. Tiraquel. *de priuileg. pia causa. priuileg.* 95. *n. vnico.* Rebuff. *repetit. c. Raymutius. num. vltimo. de testam.* Bernardus Diaz *regul.* 219. *colum.* 4. *verf.* 2. *contra.* Costa *c. si pater.* 1. *p. verb. si absque liberis. num.* 2. *fin. de testam.* in 6. Conar. *lib.* 1. *variar. c.* 19. *num.* 7. *fine.* Villalobos *in suis communib. litera M. verb. monasterium. n.* 195. Cephalus *consf.* 7. *num.* 14. *vol.* 1. D. Antonin. 3. *p. tit.* 10. *c.* 3. §. 10. Angel. *sum. verb. heres. num.* 14. & ibi Tabiena 4. 10. *num.* 3 1. Armill. *verb. hæredit. n. num.* 10. Mant. *de contest. vlt. voluntat. lib.* 11. *tit.* 7. *num.* 12. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 83. *num.* 47. & *n. vlt. fine.* Montelperel. *consf.* 251. *num.* 11. *vol.* 1. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 28. *num.* 84. Vincent. de Franch. *decis. Neapol.* 29. 10 *fin. p.* 1. Sfort. Oddo *de compend. substit. p.* 6. *q.* 2. *art.* 6. *dub.* 2. *num.* 21. Hondede. *consf.* 62. *num.* 53. *vol.* 1. Gutier. *qq. canon. lib.* 1. *c.* 32. *num.* 39. Surd. *consf.* 238. *num. vlt. vol.* 1. Spino *specul. testam. gloss.* 14. *principali. num.* 114. Palacios *lib.* 6 *de contract. c.* 6. *col.* 2. *verf. item si quis substituat.* Tap. *d. auth. ingressi. verb. sua. c.* 13. *num.* 29. & *duplici seq.* Molin. *tom.* 1. *de iust. disp.* 190. *col.* 14. *verf. denique si pia causa.* Leonar. *lib.* 2. *de iustit. c.* 41. *dub.* 10. *n.* 84. Sed, vt generaliter diximus n. 10. non admitterur causa illa pia vsque ad naturalem grauati professi mortem, & interim monasterium habebit bona; quia ea dilatio etsi operari nequeat substitutionis extinctionem per præuiam substituti mortem, si causa pia substituta sit Ecclesia, monasterium, aut Xenodochium, cùm hæc mori nequeat: at operabitur monasterij, in quo monachus est professus, vtilitatem, quod potiatur illis bonis, dum ille monachus viuetit. Et in propriis terminis alterius monasterij substituti, tenet Barth. Socinus *d. l. cum aut. num.* 104. *fin.*

35 Quæ quidem sententia locum habet, etsi causa pia substituta sit minus pia, quàm monasterium; adhuc enim ab illo non excludetur, quia cùm constitutio hæc excludens substitutum, sit exorbitāsà iure, vt probauimus num. 27. sat est si locus substituturus sit pius, etsi non æquè pius. Sic Abb. *num.* 40. Anton. Decius, Tiraquel. Sfort. Oddo, Peregrin. Honded. *num.* 54. Tap. *num.* 31. Gutierr. *num.* 40. Mantic. vbi numero præcedentes allegati sunt.

36 Habet etiam verum, etiamsi pia causa non esset immediatè substituta, sed mediatè, vt si immediatè substitutus sit quidam alius, & huic substituatur pia causa, quippe prior ille substitutus præferri debet monasterio, vt locus detur substitutioni alterius piæ causæ posteriori loco factæ, cōditione substitutionis euenente. Sic Gutier. *eo c.* 32. *n.* 40. & id posse defendi ait Costa *d. c. si pater.* 1. *p. verb. si absque liberis. num.* 69. hæc tenet Peregrin. allegato Corneo, *de fideicommiss. art.* 28. *numero* 84. *fin.* Sed non ita generaliter loquitur, sed quando substitutio prioris non haberet defectum.

37 Quod si testator partim substituisset causam piam, & partim

partim profanam grauato profitenti postea in religione capaci, si causæ illæ substitutæ non sint re, aut verbis coniunctæ, quia ad diuersas omnino res substituuntur, tunc monasterium succedet in eam partem causæ profanæ, & causa pia succedet in suam, quia monasterium à sola causa pia potest excludi. Si autem vtraque causa coniuncta esset, & re, & verbis, quia nimirum in eadem oratione in eandem rem in solidum vtraque causa substituitur, vt, substituo in hanc domum, vel in hanc hæreditatem, talem, & talem personam, aut locum. §. *si eadem res. instit. de legatis.* aut sola re, quia nempe eadem res in solidum, diuersis tamen rationibus, vtrique legatur, vt, substituo in hanc domum, vel hæreditatem, talem personam, aut locum, & in eadem substituo talem personam, aut locum; in quo euentu, etsi in totam rem quælibet substituatur, succedit tamen quælibet pro parte. *l. re coniunct.* 80. *ff. de legatis.* 3. aut solis verbis, vt si in eadē oratione vtraque substituatur in eandem rem, non tamen in solidum, sed equis portionibus. *l. re coniuncti.* 89. *ff. de legatis.* 3. vt, substituo talē, & talem personam, aut locum in hanc hæreditatem, vel domum pro æquis portionibus: & redditur ibi ratio, cur tunc non dicantur re coniuncti, quia quilibet substitutus habet ab initio partem designatam. Quando ergo causa pia, & profana sunt coniunctæ, siue re, & verbis, siue sola re, siue solis verbis, pius locus iure accrescendi, vel non decrescendi succedet huic monacho, cùm naturaliter obiecit, in totam illam hæreditatem, exclusò penitus monasterio, quia cùm per professionem religionis euanescat substitutio illa loci profani, succedet regula, vt quando legatum, vel fideicommissum efficitur caducum in persona vnius ex coniunctis, aquiratur alteri coniuncto, iuxta *l. vnicam.* §. *sin autem. C. de caducis tollendis*, quæ regula quoque locum habet, quando de iure speciali coniunctus admittitur, & capit ex defuncti voluntate, iuxta Bart. Bald. Imol. Socinum *l. mulieri, & Titio. ff. de condit. & demonstrat.* quod contingit in illo loco pio, qui ex expressa defuncti voluntate capit, vtpote qui ab eo substitutus est; & ideo, quamuis admittatur de iure speciali, nempe quia est exceptio specialis fauore piæ causæ à regula statuta *in d. §. sed & hoc præsenti*, nempe, vt substitutus sub conditione, si decedat sine liberis, excludatur per monasterium, in quo postea grauatus professionem emisit, habebit locum hoc accrescendi ius; quinimò, vt bene aduertit Corneus statim allegandus, pium admittitur locus pius ex iure communi, quia ius commune est, vt mortuo grauato absque liberis admittatur substitutus; & iure speciali est fauore monasterij inductum, vt id deficiat, succedatque monasterium, in quo grauatus est professus: exceptio autem causæ piæ substitutę limitat id ius speciale, ac proinde reducit rem ad ius commune, & ideo potiùs debet censeri ius commune, quàm speciale. Et ideo hanc partem sustinēt Corneus *consf.* 18. *num.* 10. & *duplici seq. vol.* 4. Pereg. *de fideicommiss. art.* 28. *num.* 56. Sed fortiter obstat, quia non euanescit substitutio ob incapacitatem rei profanæ substitutæ, aut quod ipsa non accepterit, aut quod obierit; sed solùm fauore monasterij, quod [illegible] ius, præferēdum à testatore illi rei substitut[illegible], sicut & illi filios grauati prætulit: ac proinde me[illegible]terij subintrat in locum illorū filiorum. At nul[illegible]auor monasterij redundat, quando ipsum non succ[illegible]dit: ergo tunc aut non excludetur substitutus profanus, aut si excludatur, prout est necessario dicendum, id erit in monasterij fauorem, vt ipsum succedat. Secundò, quia si superessent filij, non esset locus substitutioni: at monasterium subintrat in locum illorum filiorum, respectu rei profanæ substitutæ; ergo respectu illius habebitur ac si filij superessent. Hi autem succederent exclusò eo loco profano, in eam partem; ergo & monasterium. Sed his non obstantibus prædicta doctrina est verissima: & ad primum respondeo, non esse mirum in iure, vt vincenti non prosit sua victoria, sed alij; nam casus est de hoc *l. filius. 22. ff. de inoff. testam.* ibi; *quoniam alij victoria commodum parat.* de quo textu est consulendus Pinellus *l. 1. p. 1. num.* 21. *C. de bonis maternis*, & meliùs habetur *l. postliminio.* 6. §. *si quis ex his. ff. eodem tit.* ibi; *si quis ex his personis, quæ ad successionem ab intestato non admiserunt, de inofficioso egerit, & casu obtinuerit, non ei profuit victoria, sed iis, qui habebant ab intestato successuros. & c. authorit. de contess. preben. in* 6. ibi; *licet enim ex persona sua secundum, primam obtinere non posset, ex persona tamen tertij, qui primum superat, illa habet.* Sic ergo quamuis ea causa pia coniunctim substituta cum profana nequiret vincere profanam, sed quælibet successura esset pro parte; at monasterium vincit, & excludit profanam: & cùm monasterium non vocetur à testatore, nec expressè, nec tacitè, vt n. 43. declarauimus, sed solùm succedere debeat, quasi conditione illa sublata, ea causa pia substituta coniunctim cum profana, inuenit exclusam causam profanam, nec aliū vocatum, & sic iuuatur regula iuris, habente vt exclusò altero coniuncto succedat alter in solidum: & ideo per accidens exclusio illa in monasterij fauorem inducta, non operatur in hoc casu aliquem monasterij fauorem, sed causæ piæ substitutæ. Ad secundum dico, diuersam esse rationem, quia si veri filij extarent, cùm reuera deficeret conditio, excluderetur non solùm causa profana, sed etiam pia, ac proinde nullus superesset substitutus, cui ius accrescendi competeret. At monasterium non excludit causam illam piam.

38 Quintò limitatur, nisi substitutus fuerit testatoris filius; tunc enim succedet ille exclusò monasterio. Hanc limitationē quidam reiiciunt dicentes, adhuc succedere monasterium, & excludi substitutum. Ducuntur, quod in re dubia potiùs fauendum monasterio. *l. sunt personæ. de relig. & sumpt. fun.* Cùm ergo res hæc dubia sit, potiùs est eligendus fauor monasterij, vt illud exclusò filio substituto succedat. Secundò, quia §. *sed & hoc præsenti. auth. de sanctiss. Episcop.* sola pia causa substituta excipitur, quæ anteponitur monasterio, & ipsum excludit ergo firmabit regulam in aliis casibus non exceptis. Tertiò, quia excepta filiorū legitima, præsumitur testatorem plus diligere Ecclesiā, quàm filios suos, vt multis citatis tradit Menochius *de præsump. lib.* 4. *præsump.* 84. *n.* 44. Ergo nō est in hoc eueru præsumptio pro filio substituto contra Ecclesiam. Et ideo hanc partem sustinēt Bald. & Paris. quos refert Menochius *ea præsumpt.* 83. *num.* 38. & tenet Decius *consf.* 426. *à num.* 8. *vsque ad finem. vol.* 3. Costa *c. si pater.* 1. *p. verb. si absque liberis. num.* 64. *de testam. in* 6. Gregor. Lopez *l.* 10. *verb. dexasse. tit.* 4. *p.* 6. inducitque illam legem ad hoc probandum; sed mea sententia nil confert ad hoc. Menchaca *de success. creat. lib.* 3. §. 21. *num.* 170. *vol.* 3. Sfortias Oddo *de compendiosa substitutione. p.* 6. *q.* 2. *art.* 6. *dub.* 2. *num.* 21. *verf. contrarium tenuit.* Spino *speculo testam. gloss.* 14. *principali. num.* 126. Molin. *tom.* 1. *de iustit. diss.* 190. *col.* 14. *verf. multis quoque.* additque proculdubio hanc partem esse tenendam, quia *c. in præsentia. de probationib.* deciditur, grauato filio, vt si absque liberis decedat, restituat hæreditatem duobus suis fratribus, excluduntur hi fratres à monasterio, & sic descendentes testatoris filio illo profitente. Sed verè deceptus est, quia non fratres ipsius grauati, sed fratres testatoris sunt substituti; & sic non loquitur de substitutis descendentibus. Eidem sententię fauent alij, absolutè & indistinctè dicentes substitutum excludi, quamuis testatoris consanguineus sit. Hi sunt Innocent. *d. c. in præsentia. num.* 8. & ibi Hostient. *num. vlt.* Ioan. Ande. *num.* 27. Anton. *num.* 60. Bald. *num.* 5.

39 At verior est limitatio prædicta, vt filius testatoris substitutus minimè excludatur, sed succedat in ea exclusò monasterio. Ducor ex *l. cum aut. ff. de quæst. & demonstrat.* vbi deciditur, descendentem grauatum restituere hæreditatem post eius mortem, non teneri restitutioni;

turioni, si ipse liberos habeat, ratione tacitæ conditionis subintellige, nisi liberos habuerit; quod habet verum, quamuis Ecclesia, aut alius pius locus substituatur, vt multis citatis, dicens esse frequentissimam sententiam, tradit Mantica *de coniect. vlt. vol. lib. 10 tit. 7. n. 3. & lib. 11. tit. 7. n. 13. fin.* quamuis non desint contradicentes, & si excluditur tunc monasterium habens expressam testatoris substitutionem à liberis, ex tacita coniectura pietatis in filios grauati, multo fortiùs debet excludi monasterium per ipsum filium expressè substitutum; si quidem in hoc euentu monasterium non habet expressam vocationem, & si quam deberet habere, est ex præsumpta testatoris voluntate, & multo faciliùs cessat tacita voluntatis præsumptio, quàm ipsa expressa voluntas. Secundò, quia (vt egregiè dixit Bald. *c. in præsentia. n. 10. fin. de probat.*) fauor liberorum substitutorum est naturalis; fauor autem monasterij est ciuilis, & minor fauor respectu maioris dicitur odium. *l. si apud ff. de minor.* ergo præualet filiorum substitutorum fauor. Tandem, quia contraria non obstant. Nam ad primum respondetur ex doctrina Decij *cons. 259. n. 15. vol. 2.* id non habere verum in filiorum præiudicium. Ad secundum dic, ex simili ratione, immo & maiori, censeri exemptum quoque hunc casum ex præsumpta testatoris voluntate, cùm fauor filiorum præualeat fauori piæ causæ. Ad tertium dic, quicquid sit de illo principio, cessare eam præsumptionem in hoc euentu, cùm substituens descendentem videatur velle, vt in sua posteritate maneant illa bona. Et ideo hanc partem sustinent Bart. *auth. ingressi. in 2. lectur. n. 55. C. de sacros. Eccles.* Bald. *10 cons. 396. vol. 1.* subdẽs in fine, ita fuisse iudicatum Fulgos. *cons. 53. fin.* Alex. *cons. 121. n. 12. versus hanc partem. vol. 2.* Barth. Socin. *d. l. cum anno. n. 104. fin.* Ripa *l. ex facto. §. si quis rogatus. el 1. n. 41. ff. ad Trebell.* Alciat. *l. gallus. §. & quid si tantum. in 2. lectur. n. 7. ff. de liber. & posth.* Beroius *d. c. in præsentia. n. 458. & 492. & cons. 114. fin. vol. 2.* Grat. *cons. 111. n. 59. & 60. volum. 2.* Tiraquel. *l. si vnquam. in verb. liberis, in nona edit. n. 91. C. de reuocand. donat.* Paris. de Puteo *decis. 55. nu. 4. lib. 1.* Bursos *cons. 17. à n. 6. vol. 1.* Berengar. *in c. vnic. de filiis natis in matrim. ad Morganaticam contract. in preludio. c. 10. n. 13.* Ioan. Dilect. *de arte test. and tit. 5. extrel. 18. n. 4.* Bertazzol. *cons. 25. n. 31. vol. 1.* Anguissol. *cons. 64. n. 3. & cons. 176. num. 1. vol. 1.* Pancirol. *cons. 114. n. 6. vol. 1.* Padill. *l. cum acutissimi. n. 8. C. de fideicommiss.* Caualcan. *decis. 1. n. 1. p. 3.* Mantic. *d. lib. 11. tit. 7. n. 13.* Menoch. re latissimè vtrinque disputata, *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. n. 44.* Vincent. de Franch. *decis. Neapol. 259. n. vlt. lib. 1.* Gutierr. *99. canon. lib. 2. c. 32. num. 35.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 28. n. 87. & cons. 59. à n. 5. vsque vs finem. vol. 3.* decis. Pedemont. Octauian. *126. n. 26. & 27.* Alphan. *collection. 473.* Cald. *de nouum. employt. q. 6. n. 11.* Camill. Borell. *cons. 55. n. 10. vol. 1.* vbi bene addit, idem esse, si alij testatoris descendentes substituti sint, Tapia *d. auth. ingressi. verb. sua. c. 13. n. 45.* Manuel *99. regul. tom. 2. q. 77. art. 4.* & alij, quos ij referunt, Faber citatus suprà n. 4. fin.

40 Et quamuis prædicti authores loquantur de filio substituto, rationes ab eis traditæ procedunt quoque in alios descendentibus substitutis, ij enim præferuntur monasterio, illúdque excludunt: atque ita docent Peregrin. decis. Pedemont. *10. n. 27. fin.* Pancirol. Faber n. præcedenti allegati.

41 Quidquid tamen sit de hac re, in duplici casu est absque dubio amplectenda hæc posterior sententia. Prior est, quando in regno Castellæ testator filium, aut descendentem melioraret in tertia bonorum parte, eum grauans, vt absque liberis decedens restituat alij testatoris descendenti, si talis filius in religione profiteatur, minimè excludetur à monasterio descendens substitutus, quia tertium illud in hoc regno est descendentium legitima; atque ita superstite aliquo testatoris descendente, non est integrum in alium alienare. *l. 29. 27. Taur.* hodie *l. 11. tit. 6. lib. 5. noue recepil.* Atque ita docent Costa *d. c. si pater. 1. p. verb. si absque liberis. n. 66.* Meres *de maiorat. in priori edit. p. 2. q. 3. n. 32.* Gutierr. *99. canon. lib. 1. c. 32. n. 25.* Molina *tom. 1. de iustit. disp. 190. colum. 1 4. vers. præterea si testator.*

Posterior est, quando grauatur descendens, vt absque liberis decedens restituat alteri descendenti, atque hic posterior, vt absque liberis obiens restituat cuidam operi pio, tunc grauato postmodum profitente, nõ succedet monasterium, excluso illo substituto. Ratio est, quia causa pia substitura excludit monasterium, vt diximus n. 32. Sed ille descendens substitutus præfertur expressa testatoris voluntate causæ piæ: ergo à fortiori præferetur ex præsumpta eius voluntate monasterio; quia si vinco vincentem te, à fortiori vincam te. Atque ita docent Costa *eo. verb. si absque liberis. num. 67.* Gutierr. *eo. c. 32. n. 37.* Menoch. *eadem præsumpt. 85. n. 43. ad finem.* Molina *eo. disp. 190. col. penul. vers. meritò.* 42

Tandem, etsi descendens substitutus præferatur monasterio, & sic hoc non succedat in ea bona in omnibus casibus dictis, monasterium succedendi capax retinebit ea durante naturali professi illius grauati vita, & si interim obierit substitutus, retinebit in perpetuum, vt generaliter tradidimus n. 10. & docent in hoc specialiter casu Barth. Socin. *l. cum anus. n. 104. fin. ff. de condit. & demonst.* Beroius *cons. 114. fin. vol. 2.* 43

Sextò limitatur, nisi testator substituerit aliquẽ de sua familia, adiiciens velle ea bona perpetuò in familia conseruari: tunc enim censetur velle, vt excluso monasterio succedat substitutus, quippe monasterium incapax est conseruandæ agnationis, & familiæ; & ita tradunt Dec. *cons. 259. n. 2. & 3. vol. 2.* Ripa *l. ex facto. §. si quis rogatus. el 1. n. 40. ff. ad Trebell.* Alciat. *l. gallus. §. & quid si tantum. in 2. lectur. n. 7. ff. de liber. & posthum.* Beroius *in suis qq. q. 54. n. 1.* Couar. *1. variar. c. 19. n. 11.* Ioan. Dilectus *de arte testam. tit. 5. caut. 18. n. 3. fin.* Paris. de Puteo *decis. 55. n. 40. lib. 1.* Meres *de maiorat. in 1. edit. 2. p. q. 3. n. 22.* Padilla *l. cum acutissimi. n. 44. C. de fideicom.* Bursat. *cons. 97. n. 24. lib. 1.* Vincent. de Franch. *decis. Neapol. 29. n. 8. p. 1.* Mantic. *de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 7. n. 21.* Menchaca *de success. creat. lib. 3. §. 21. n. 116. fin. & 169.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 28. n. 76. & cons. 23. n. 15. vol. 3.* Fuluius Pacian. *cons. 56. n. 128. vol. 1.* Mandel. *cons. 493. n. 2. vol. 3.* Menochius *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. num. 45.* Sfort. Oddo *de compendios. subsitu. p. 6. q. 1. art. 6. dub. 2. num. 26.* Caualcan. *decis. 1. n. 37. p. 3.* Pancirol. *cons. 114. n. 5. lib. 1.* Cabedo *in decis. Lusitan. p. 1. decis. 133. n. 9.* Gutierrez *99. canon. libro 1. c. 32. n. 29.* Cald. *de nominat. employt. c. 6. num. 12.* Aluarad. *de coniectur. mente defunct. lib. 2. c. 3. in principio. n. 1.* Camill. *in suis communib. q. 193. n. 3.* Tapia *d. auth. ingressi. verb. sua. c. 13. n. 18. C. de sacros. Eccles.* Camill. Borell. *cons. 55. n. 108. vol. 1.* Vitius *in commun. opinion. §. substitutus sub conditione, in fin.*

Vtrùm autem in hoc euentu succedat statim post professionem excluso monasterio substitutus, an potiùs bona illa retenturum sit monasterium, dum monachus vixerit, diximus suprà. 44

Septimò limitatur, nisi grauatus ille ante professionem testatus sit, instituendo hæredem extraneum; tunc enim non excludetur substitutus. Hanc limitationem dicit esse dubiam Menochius *de præsumpt. lib. 4 præsump. 83. num. 75.* quia, inquit, contra illam facit, quo hæredis grauati nulla esse possit de illis bonis dispositio in monasterij detrimentum, vtpote quod illa habet a testatore ex præsumpta testatoris voluntate. Ergo ad substituti exclusionem exigitur, vt monasterium in bona professi succedat, & sic habeatur pro hærede, vt diximus num. 22. 45

Sed prædicta limitatio est admittenda ob rationem superius dictã. Nec obstat primum, quia id intelligitur, quãdo monasterium habet bona professi, quasi illius hæres. Nec etiam obstat secundum, quia respondeo, monasterium non censeri in hoc casu vocarum cõtra grauati testamentũ, sed casu, quo ille nõ testetur. Tum quia esto 46

demus cẽseri loco filij, & sic facit definire cõditionẽ, ad id efficiũt liberi positi in ea conditione, si decesserit sine liberis. Verior sententia habet liberos positos in ea cõditione nõ cẽseri quoq; vocatos cõtra grauati reclamantũ, sed solùm ab intestato, cùm cõditio nihil ponat in esse, vt potest videri in Mãtica *de coniect. vlt. voluis. lib. 11. tit. 1. n. 2.* & in Menoch. *de præsũ. lib. 4. præsupt. 76. n. 14.* vbi innumeros huius sententiæ patronos referũt. Tũ etiã, quia etsi contrariũ multi quoque sentiãt in liberis positis in cõditione, quos referũt ibi Mãtic. *eod. n. 1.* & Menoch. *n. 2.* at longẽ diuersũ est in monasterio, quod nõ censetur positum in cõditione, quasi esset filius, nec hac ratione excludit substitutũ, sed iure specialũ, quo præsumit lex id fore præponendũ substituto, si testator meminisset; & sic habetur cõditio, si absque liberis decesserit, pro nõ scripta, quatenus est in monasterij præiudiciũ, vt explicuimus n. 8. fine. At ea cõditione non scripta, quatenus est in monasterij præiudiciũ, illud non succederet, quando grauatus professus aliũ hæredẽ instituisset, sicut nec tũc succedit in reliqua professi bona. Et ideo hãc partẽ sustinẽt Bald. *auth. nisi rogati. n. 20. C. ad Trebel.* & ibi Paulus *n. 5.* Corne. *n. 12.* Alciat. *l. gallus. §. & quid si tãtum. in 2. lectur. n. 7. ff. de liber. & posth.* Decius *cons. 159. n. 6. fin. vol. 2.* Ioã. Dilectus *de arte testãti. tit. 5. caut. 18. fin.* Peregr. *de fideicõmiss. art. 28. n. 65.* Mãtica *de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 7. n. 14.* Caualcan. *decis. 1. n. 40. p. 3.* Surdus *cons. 218. n. 1. vol. 2. & de aliment. tit. 2. q. 15. num. 159.* vbi & alios refert.

48 Quod si solã illorum partem reliquit grauatus extraneo, in illam non succedet monasteriũ, nec excluderur substitutus. Sic Bald. Mantic. Peregrin. allegati n. præcedenti. Surdus *de aliment. tit. 2. quæst. 15. numero 159.*

49 Non tamen succedit substitutus in ea bona, vsque ad naturalẽ professi mortẽ, vt bene Surd. *cõs. 218. n. 3. & 6. vol. 2.* vbi & alios refert, & constat ex dictis n. 10. Quod quidẽ intelligendũ esse censeo, quãdo grauatus ille generaliter hæredẽ extraneũ instituerit, quia institutio illa nõ esset frustranea, quãuis hęc bona, quę testator grauatus erat post mortẽ suã restituere, nõ consequatur hæres ille extraneus: obtinebit enim alia, de quibus testator disponere poterat. Quare dũ ille naturaliter in religione viuit, ea obtinebit monasteriũ, eo autem mortuo succedet in ea substitutus. At si specialiter ea bona, quæ grauatus est post mortẽ restituere substituto, reliquisset alicui extraneo, ea nullo tẽpore obtinebit monasteriũ, sed à tẽpore professionis, vsq; ad mortẽ naturalẽ professi illius, obtinebit ille cui professus reliquerat: post professi autẽ mortem admittetur substitutus. Ratio autẽ est, quia quotiẽs relictũ esset inutile, & frustraneũ, si nõ esset exequẽdũ à tẽpore professionis, est manifesta cõiectura voluntatis testatoris, vt ex tũc exequutioni mãdetur, vt diximus hoc lib. supra. At huiusmodi est hoc relictũ, cùm nõ possit grauatus de illo disponere post mortem suã, vt expresse habetur *l. 3. §. sed quia. C. comun. de leg. eo* quod ex tũc succedat in illud substitutus. Ergo ne dispositio sua sit frustranea, & inutilis, est explicanda, vt ea bona pertineãt à tẽpore professionis ad illũ, qui ea relinquit.

50 Sed quid si hic ante ingressum religionis donarat ea bona fratri, vel alij? Tapia *auth. ingressi. verb. sua. c. 13. n. 19. C. de sacros. Eccles.* At valere donationem, & excludi substitutum, & refert Vincentium de Franch. *decis. 14. Neapol. n. 6. p. 1.* sed falsò refert, quia nihil de hoc ibi dicit. Nam reddit rationem, quia ex quo monasterium erat succedendi capax, poterat renũciare iuri ex illa hæreditate sibi competenti; & bene quidem ait, intelligendo quando monasterium renunciasset huic iuri in matris fauorem; & hoc solùm intelligere denotat eius ratio. At si solus ille grauatus renunciasset, non excluderetur substitutus, quia eius dispositio nequit præiudicare iuri substituti, vt diximus num. præcedenti.

51 Octauò limitatur, nisi conditioni aliquid adiiciatur, ex quo apparet testatorẽ de filijs veris, & naturaliter genitis intellexisse, vt si dicat; si habẽque liberis ex te legitimò descendẽtibus, aut ex tuo corpore natis, aut legitimis, aut masculis decesseris, substituo Titiũ. Tunc enim aiũt nullatenus successuri monasteriũ, sed eo excluso substitutũ. Ducuntur, quia vbi habemus clarũ testatoris sensum ex eius verbis, nõ admittitur quęstio volũtatis *l. ille, aut ille. §. cum in verb. ff. de leg. 1.* at in hoc euẽtu expressis verbis testator declaranit se nõ intelligere de filio ficto, qualis est monasteriũ, sed de filijs veris. Ergo monasteriũ nequit cõprehendi in illa cõditione ad substitutũ exclusionẽ. Et ideo hãc sententiã tueri videtur Bart. *l. hæres. dubitat. 77. n. vl. ff. ad Trebel.* vbi ait, si facerdos grauetur, vt absque liberis decedẽs restituat hæreditatẽ, intelligi de liberis quos habere potest, nẽpe, de Ecclesia; at si cõditio esset, absq; liberis ex suo corpore natis, nõ posse intelligi Ecclesiã. Et ita aduertit Cuman. *ibi in fin.* videri Bartolũ esse huius sententiæ, & expresè eam tenet Iacob. de Beluis relatus à Bartolo *cons. 104. n. 1. fin. vol. 1.* Calder. *cons. 1. tit. quo filij sint legitimi.* Hostiẽs. *c. Raynaldus. n. 20. & 21. de testam.* & ibi Ioã. Andr. *n. 10.* Card. *in fin. princip.* Imola *c. in præsentia. n. 19. de probat.* etsi non omnino firmus, sed dicens hanc sententiam esse probabilem, quãuis forsan opposita seruaretur in praxi ob religionis fauorẽ, & ibi Henric. *n. 24.* Bellamer. *n. 41.* Barbat. *2. n. 72.* Additionator *ad Decium. in nona edit. n. 218. verb. cũrerũ.* Mantua *n. 61.* Bald. *d. final. flatim in princip. & n. 1. & 2. C. de Episcop. & cleric.* & ibi Fulgos. *in princip. n. 1.* idẽ Baldus *l. si ita quis. §. 11. cui. in fin. ff. de leg. 1.* ibi Imola *in fin.* dicit hãc esse veriorem, attẽto iure canonico, & seruãdam in terris Ecclesiæ, oppositam verò attẽto iure ciuili, & sic in terris Imperij seruandã. Salycet. *auth. nisi rogati. fin.* & ibi eius Additionator *verb. loco filij. C. ad Trebel.* & ibi Cornel *n. 9.* vbi Bald. *n. 10.* dicit hãc opinionẽ esse multum æquã, si fideicommissaria substitutio facta sit inter liberos, vel ascẽdentes. Imola *l. Lucius. la vlt. n. 5. ff. de hæred. instit.* dicens hanc esse valde æquã, & in hãc magis inclinat, quamuis asserens nõ esse absque dubio, vtra opinio sit verior, Alciat. *l. gallus. §. & quid si tãtum. in 2. lectur. n. 7. ff. de liber. & posth.* vbi & Socin. iunior *n. 24. fin.* in hãc inclinat, etsi cõgitãdum relinquat, Corn. *cons. 18. n. 16. & 100. cons. 255. vol. 4.* Grat. *cons. 111. n. 13. vol. 2.* Boer. *decis. 354. n. 6.* Natta *cons. 602. n. 4. lib. 3.* Bolognet. *auth. si qui in ab. quo. n. 23. 20. & vltra cor. C. de edend.* Angel. *cons. 80. n. 2.* Fulgos. *cons. 53. n. 2. & 3.* Beroius *cons. 107. n. 13. lib. 1.* Calcan. *cons. 65. n. 6. & 2.* Socinus iunior *cons. 63. n. 21. lib. 3.* Menchaca *de success. progres. lib. 3. §. 26. n. 41.* Pract. Papient. *tit. de forma libell. quo agit ex subst. verb. ex suo corpore nati.* Simõ de Prętis *de interpret. edicti volun. lib. 2. interpre. 2. dub. 2. sub. 2. n. 109.* Meres *de maiorat. in priori edit. p. 2. q. 3. n. 22.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. n. 20.* Pancirol. *cons. 114. n. 5. vol. 1.* Sfort. Oddo *de compendios. subsitu. p. 6. q. 2. art. 6. dub. 1. n. 29.* Peregr. *de fideicom. art. 28. n. 71.* Mandel. *cons. 493. n. 2. vol. 3.* Illimus *cons. 17. à n. 12. vol. 1.* Caualcan. *decis. 1. n. 3. p. 3.* Riminal. iunior *cons. 170. à n. 16. vol. 3.* Crass. *de success. §. fideicommissum. q. 40. n. 3.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. à n. 17. vsque ad 35. & n. 49.* Gutier. latissimè *99. canon. lib. 1. c. 32. à n. 41. vsque ad 71.* Spino *speculo testam. glossa 12. principali. n. 31.* Matheat. *lib. 3. de leg. & fideicom. c. 23. n. 5.* Camill. *99. commun. q. 193. num. 3.* Manuel *99. regul. tom. 2. q. 77. art. 4.* Camil. Borell. *cons. 55. n. 107. vol. 1.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris. lib. 14. c. 28. n. 27.*

Sed quãuis sententia hæc sit valde probabilis, probabiliorem tamen iudico contrariam, nimirum, adhuc excluso substituto, monasterium successurum in ea bona. Et quidem sũteneamus sententiã relatam n. 7. & 11. dicentem huiusmodi conditiones reuci tãquam turpes, & admitti substitutũ cõtra expressam testatoris voluntatẽ, planè procederet hæc opinio: verũm, cùm eã sententiam reprobauerimus n. 8. & n. 11. alio fundamẽto innitì debet hæc opinio. Si etiam diceremus excludi substitutum, eo quod monasteriũ habeatur loco filij, vt docuẽre DD. relati n. 1. desistura esset fundamẽto hæc opinio, quia aperè per illa verba filios veros, & naturales intellexit testator, non autẽ filios fictitios, & secũdum iuris interpretationẽ, quale est monasteriũ. Sed cùm hanc quoque ex- 52

tionem reprobauerimus n. 4. & diximus n.8. legitimā rationē esse præsumptam testatoris voluntatē, quā præsumit ius, fore vt si monasterij memor esset, excluderet ratione illius substituti, nō video, cur in hoc quoq; casu non præsumatur eadē voluntas; tātùm enim per ea verba visus est velle, vt nō cēseatur impleta cōditio existētibus solis filiis adoptiuis, vel fictitiis. At monasterij nō admittitur in hoc casu, quasi eo posito verificetur extare filiū, & sic cēseatur impleta cōditio, sed solo quodā monasterij fauore ex speciali iure inducto, vt explicuimus eodē n.8. Ergo quantūcunque, & quibuscūque verbis explicet testator se intelligere de filiis naturaliter genitis, nihil plus cōfert ad monasterij exclusionē, quàm si simpliciter filios in conditione illa expressisset. Et confirmatur, quia adhuc negari nō potest, quin in hoc euētu sit dubia testatoris voluntas, an fuerit excludēdi monasterij, necne. At in dubio standū est præsūptioni iuris: immo in solo dubij casu locū habet, atque in dubio eligēda est pars Ecclesiæ fauēs, vt diximus hoc lib. supra. Et ideo huius sententiæ sunt Bagarot. & Ricard. de Malunte, DD. antiquissimi, quos referūt, & sequūtur Dyn. *l. si ita quis. §. fin. n. vnico. ff. de leg. 2.* & ibi Bartol. *n. 1. & 3.* idem Bartolus *cons. 104. n. 2. lib. 2.* & *multo. ingressi. in 2. bellum. n. 55. C. de sacros. Eccles.* Cyn. *auth. nisi rogati. n. 2. q. 1.* & ibi eius Additionator *C. ad Trebel.* & ibi Faber *paulo post princ.* Albertic. *n. 2.* Fulgos. *n. 3. & 4.* Paulus *n. 3.* Iason *auth. si qua mulier. n. 18. C. de sacros. Eccles.* Anton. *c. in præsentia. n. 16. de probat.* & ibi Bald. *n. 9. fin.* Abb. *n. 48.* Arctin. *n. 68. vers. ad 72.* Decius *in noua edictione. n. 232.* Felin. *n. 36.* Ferret. *n. 104.* Paris. *n. 136. vsque ad n. 144.* Beroius *n. 486.* Ripa *l. ex facto. §. si quis rogatus. el 1. n. 36. fine. ff. ad Trebel.* & *l. si vnquam. q. 24. n. 92. C. de reuoc. donat.* Decius *cōs. 259. n. 1. vsque ad 5. vol. 2.* & *cōs. 419. n. 5. vol. 5.* & *consil. 426. n. 3. vol. 5.* Bertrād. *toto cons. 153. vol. 2. in p. posteriori.* Cæsar Vrsill. *annotat. in Matt. de Affict.* decisio Neapol. *348. fin.* & decisio *310. n. 4.* Angel. *in sua disp. sneig. nobilis quidā genere.* Alex. *cōs. 121. n. 2. & 3.* & *cōs. 2. n. 3. incello n. 18. vol. 1.* Calcan. *cons. 20. n. 23.* & *cons. 69. num. 5.* Ruin. *cons. 151. fin. vol. 3.* Aymon *cons. 152. n. 1. vol. 1.* Barbat. *cons. 20. n. 4. & 7. vol. 2.* Roland. *cons. 35. n. 12. vol. 3.* Beroius *in suis qq. q. 70. fin.* Galiaul. *l. pallus. §. & quia si titium. n. 18. ff. de liber. & posth.* Ball. Nouel. *de duc. p. 6. priuil. 77.* Alcan. Clemens *de pueris potestiuis. c. vlt. n. 72.* Gualdens. *de arte testand. tit. 5. caus. 18. n. 3.* Couar. *1. variar. c. 19. n. 1.* D. Anton. *3. p. tit. 5. c. 3. §. 10.* Rosel. *verb. legare. n. 2.* Sylues. *verb. hereditas. 1. q. 7. n. 10. dicto 5.* Angel. *verb. heres. n. 18.* & ibi Tabien. *q. 14. n. 15.* Armil. *verb. here. dit. n. 22.* Sarmiēt. *lib. 8. selectar. super §. in, cui in tēpui. n. 2.* Perez *lib. 5. ordin. tit. 2. l. 1. fol. 134.* Villalob. *in suis comun. lit. M. verb. monasteriū. n. 190.* & *duplici sequen.* Mēchaca *de success. creat. lib. 3. §. 2. 1. n. 167.* Gama *decis. 326. n. 2. p. 1.* Mōtesperell. *cons. 232. à n. 2. vsque ad 9. vol. 1.* Rebell. *de iust. p. 2. lib. 18. q. 1. 6. n. 5. flatim in princip.* & Fulu. Pacianus *cōs. 56. n. 115. vol. 1.* dicit adeò probabile esse vtrāque sententium, vt possit quilibet ad suū libitū adhærere vni, vel alteri. Anguis. *cōs. 65. à n. 10. vsque in fin. vol. 1.* Mādel. *cons. 702. n. vnico. vol. 4.* & ibi Vincēt. Annibald. eius Additionator, Ioan. de Montesperell. *cōs. 232. dub. 1.* Laderch. *cōs. 14. n. 18. lib. 1.* Burlat. *cōs. 97. n. 14. lib. 1.* Lælius Zecchius *de Repub. eccles. tit. de regul. c. 3. n. 14. ampliat. 15.* Autondaño iunior *l. 40. Tauri. glos. 4. n. 30.* decisio Pedemōt. Octauian. *126. n. 14.* Tapia *auth. ingressi. verb. sua. c. 13. n. 12. & 18. C. de sacros. Eccles.* Molina *tom. 1. de iustitia. disp. 190. col. 13. vers. quando quis.* & tandem Anch. *c. Raynaldus. n. 41. de test. m.* censet hanc æquè probabilē, ac cōtrariam, & sic concludit tenendū, quod quisque maluerit. Esset tamen clara exclusionis monasterij coniectura, si testator diceret, velle se verba sui testamēti de verbo ad verbum, vel ad literam seruari, quia negari nō potest, non ita seruari, sed iuxta iuris præsumptionem, quando excluso substituto succedit monasterij: atque ita docet Sapia *ad dit. ad Abb. at. c. in præsentia. n. 40. verb. loco de probat.*

54 Nonò limitatur, nisi graiatus religionem ingrediatur animo fraudandi substituti, tunc enim ille non excludetur. Hanc limitationē negat Sfort. Oddo *de compet. 1. subst. p. 6. q. 2. art. 6. dub. 2. n. 1.* Ducitur, quia cùm monasterium nō sit in dolo, sed solus ingrediēs, huius dolus illi nocere minimè debet. Et cōfirmatur, quia monasterium non cōsequitur ea bona ex dispositione ingrediētis, sed ex præsūpta à iure testatoris volūtate; ergo culpa ingredientis nō obstat huic acquisitioni. Secūdò, quia vbi animus facientis est impius, at effectus est pius, hic potiùs spectatur ad actus firmitatē. *§. inst. quibus ex caus. manumit. nō licet.* Tertiò, quia cùm professus nō adquirat ex bona, sed monasterij, nō dicetur ex suo dolo locum aliquod professū adquiri. Quartò, quia vtrēque iure suo, non dicitur fraudē committere, vt ea ratione affectus impediatur *l. nullus videtur. ff. de regul. iur.* cum alijs, quæ congessi *lib. 3. de matr. disp. 18. n. 29.* At hic vtitur iure suo profitendo in religione capaci succedēdi, &c. Tandem, quia matrimonium initum animo fraudandi substituti, reddit legitimam prolem antea conceptam, & excludit substituta in defectu legitimæ prolis, vt cum probabiliori sententia sustinuimus *lib. 7. de matrim. disp. 105. num. 10.* Ergo & professio eo animo facta excludet substitutum.

55 Cæterùm nullatenus est recedendū à frequentissima sententia, dicente tunc non excludi substitutū. Ducitur primò, quod fraus sua nemini patrocinari debeat *c. fideles, de rescript.* At satis huic patrocinaretur, si excluderetur substitutus, quia etsi bona nō sibi, sed monasterio obuenire debeant, obtinet tamen suæ prauæ intētionis effectū. Secundò, ex *c. 1. de renūciat. in 6.* vbi deciditur, si Episcopo iusso à Pontifice conferre alicui primā præbendā vacaturā, & cùm pinguis præbenda expectaretur proximè ventura, quisquis in fraudē renūciauet tenui, quò ille hāc assequutus à pinguiori excluderetur, eam fraudem minimè obfuturā, quominus ille pinguē obtēturus sit. Tertiò, quod sit valde diuersa ratio de matrimonio inito in substituti fraudem, & de hac professione sic facta, quod illud verè legitimet filios: & sic filij habēt expressam testatoris voluntatē, qua præseruntur substituto; at monasterij non habet eam expressam voluntatē, sed ex præsūpta admittitur loco filij: & si in hoc euētu admitteretur, esset duplex improprietas, prior, vt sit filius, posterior, vt sit fraude quæsitus filius. Quartò, quia cùm hæc interpretatio nō sit ex vi verborū, sed potiùs aduersùs illorū proprietatē fauore religionis, nō adeò latè accipiēda est, quin prædicta fraus id priuilegium auferat. Quintò, ex *c. de his, de sepult.* vbi licēt ingressus religionis, & votū in articulo mortis valeant; at ægro decedēti ex eo morbo, non fit præiudiciū in illis, de quibus aliàs disponere poterat. Tandē, quia nō obstāt in contrarium adducta. Nā ad primū dico, cùm monasterij ea bona cōsequi nequeat, nisi mediātē volūtaria huius professione, satis est dolus huius, ne Ecclesia adquirat. Ad cōfirmationē dico, eā voluntatē non præsumi, quādo professio eo prauo animo facta est. Ad secundū dico, id procedere, quādo actus habet pro se expressam voluntatem: at quādo ex sola præsūpta procedit, potest esse, vt animus impius cessare faciat dispositionē. Ad tertiū constat ex dictis in prima ratione. Ad quartū dic, id esse verū, quādo inde nō resultaret duplex improprietas, & vbi monasterium esset habiturū ea bona, & ex expressa testatoris volūtate, vt explicuimus in tertia ratione. Ad quartū cōstat ex dictis in tertia ratione: & ideo hæc partem sustinēt Glos. *auth. nisi rogati. verb. locū. C. ad Trebel.* & ibi Cyn. *n. 3. q. 5.* Iacob. Butrig. *q. penul.* Petr. de Bellap. *q. penul.* Odofret. *n. 4.* Bald. *n. 24.* Salycet. *n. 5.* Corne. *n. 13.* Fulgos. *n. 4.* Albertic. *n. 2.* Faber *fin.* Abbas antiquus *c. in præsentia. n. vlt. de probat.* & ibi Ioan. Andre. *n. 36.* Anton. *n. 61.* Bald. *n. 31.* Abbas *n. 46.* Declus *in noua edit. num. 104.* Ferret. *n. 95.* Paris. *n. 119.* Felin. *n. 36.* Beroius *n. 500.* Bellamer. *n. 32. & 40.* Henric. *n. 21.* Barbat. *n. 41. & 42.* Mant. *n. 57.* Archid. *c. si qua mulier. 19. q. 3. n. 1.* Bertrād. *cōs. 68. n. 5. vol. 6.* Alciat. *l. post cōtractū. n. 61. vers. quale est. ff. de dona.* & *l. si tibi. 20. n. 40. ff. si cert. pet.* Anchar. *cons. 231. n. 3.* Roman. *cons. 298. n. 2.* Bald. *cons. 24. fin. lib. 1.* Decius *cons. 399. n. 9. vol. 3.* Ruin. *cons. 231. n. 8. vol. 1.* & *cons. 78. n. 8.* & *cons.*

163. *n. 6. lib. 3.* Curt. Iun. *cons. 145. n. 27. fin.* Guillelm. Benedict. *c. Raynutius. verb. in extremis positus. n. 25. de testam.* Rosell. *in sum. verb. legare. n. 26.* Angel. *verb. heres. num. 17.* & ibi Tabien. *q. 13. n. 14.* Armill. *verb. hereditas. n. 21.* Sarmient. *lib. 1. select. c. 6. n. 10.* & *lib. 2. c. 4. n. 7.* Anton. Gomez *l. 9. Taur. n. 58.* Molin. *lib. 1. de primog. c. 5. n. 29.* Mātic. *de conset. vlt. volunt. lib. 10. tit. 4. n. 19.* & *lib. 11. tit. 7. n. 15.* Caualc. *decis. 1. n. 43. & 44. p. 3.* Cras. *de success. §. fideicomiss. num. q. 40. n. 41.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsum. 85. n. 76.* & *lib. 6. præsumpt. 8. n. 4.* Pereg. *de fideicommis. art. 28. n. penult.* Alphan. *collect. 477. fine.* Tapia *auth. ingressi. verb. sua. c. 13. n. 55. C. de sacros. Eccles.* Manuel *qq. regul. tom. 2. qq. 77. art. 5.* Molina Societatis IESV *tomo 1. de iustit. disp. 190. colum. 1. vers. item quamuis.*

56 Hæc autem fraus non præsumitur in dubio, tum quia numquam præsumitur delictum. *l. meritò. ff. pro soc.* tum etiam, quia speciem mali habentia tenemur in dubio in meliorem partem interpretari *c. 1. de regul. iur.* nedū magnam specié habentia, quale est religionis ingressus. Et ita docēt Menoch. *de præsūp. lib. 4. præsūp. 81. n. 10.* & *præsūp. 81. n. 29.* & *lib. 6. præsūp. 78. n. 3.* Mathear. *lib. 3. de leg. at. c. 21. n. 8.* immo, vt bene probat Beroius *c. in præsentia. num. 204. de probat.* exiguūrur perspicua fraudis indicia, quia talia desiderantur ad fraudē probandā in iis, quæ iuis approbat, maximè fauore animæ *l. dolū. C. de dole.* nec de hac re aliquis dubitat. Nec reperitur hæc fraus, si granatus gratiā eleemosynæ illi monasterio faciēdæ profiteatur, & sic excluderur substitutus; quippe hic finis est pius: & ita docet Molin. Societatis IESV allegatus n. præced. fin.

57 Duplex autem circa hanc limitationē difficultas superest. Prior est, qualis actio competat substituto ad ea bona post professi obitū recuperanda, quando cōstat ex fraude professionem emissam esse. Glos. Odofr. Alberic. Salycet. allegati n. 53. dicunt ei cōpetere actionē reuocatoriā, qualis cōpetit creditori aduersùs alienata in fraudem creditorū bona. Sed meliùs Corn. & Fulgos. eo. n. 55. allegati dicūt nō esse opus reuocatione, sed cōpetere actionē vtilē ex testamēto, & ipso iure esse substitutio ni locū: quia iura cōcedentia monasterio ea bona, excludēdo substitutum, intelligūtur, quādo professio bona fide fuit emissa. Quare hoc deficiēte nullū ius habet monasterij ad ea bona, & sic admitteretur ipso iure substitutus.

58 Posterior difficultas est, ex quibus cōiecturis hæc fraus deprehendi valeat. Varias tradunt Doctores. Prima est, quādo graiatus ille profiteretur in articulo mortis. Ducuntur, quia vbicumque actus, per quē alius excludūtur, celebratur in mortis articulo, præsumitur in eius fraudē gestus. *l. familia mea. ff. solut. matr.* & ita generaliter tenēt multi, quos retulimus *lib. 7. de matr. disp. 105. n. 7.* & in propriis professionis huius terminis docent Bald. *auth. nisi rogati. n. 24. C. ad Trebel.* & ibi Corne. *n. 13.* adeòque vtrque idē esse, si in ætate decrepita ille profiteretur, Alberic. *ibi. n. 1.* addens idē esse, quando de prole habenda desperaretur. Idem Bald. *c. in præsentia. n. 51. de probat.* vbi Felin. *n. 36.* ait, se nunc cum hac coniectura transire, quāuis dubia sit; & eam tenēt Ananias *ibi. n. 10.* & *c. sicut nobis. n. 2. de regular.* Alciat. *l. post contractū. n. 61. vers. quale est. ff. de don. m.* Barbat. *d. c. in præsentia. n. 41. & 42.* Beroius *cons. 28. n. 17. vol. 1.* Bertrād. *cōs. 68. n. 5. vol. 6.* Guillelm. Benedict. *c. Raynutius. verb. si abl[illegible] liberis. el 1. n. 10. & verb. in extremis positus. n. 25. de test[illegible] n.* Sarmient. *lib. 1. select. c. 6. n. 10.* Peregr. *de fideicom. [illegible] 28. n. penult.* Manuel *qq. regul. tom. 2. q. 77. art. 5.* & Tapia *auth. ingressi. verb. sua. c. 13. n. 37. C. de sacros. Eccles.* dicit hic excludi substitutū, non ob fraudis præsumptionem, sed eo quod professio in mortis articulo facta sit irrita, & Sfort. Oddo *de compēdios. subtilit. p. 6. q. 2. art. 6. dub. 1. n. 14.* dicit tunc excludi substitutum, non ex fraudis præsumptione, sed quod assumptio habitus in mortis articulo non efficiat assumentem professum.

59 Cæterùm coniectura hæc est omnino reiicienda, quia ad fraudis præsumptionem desiderantur indicia omnino perspicua, vt probauimus n. 54. & talis professio non est perspicuum fraudis indicū; nec enim præsumēdum est, quemquā adhuc superstitē velle rebus omnibus spoliari, & maximis religionis oneribus subiici, vt post mortē suam excludatur substitutus, eo vel maximè quod in eo articulo nemo suæ salutis immemor præsumatur *l. fin. C. ad leg. Iul. repetund. c. sanctimus. 1. q. 7.* Præterea, quia tunc in dubio potest fraus præsumi, quando actus in articulo mortis gestus, non esset morienti vtilis, atque alteri noceret; & sic intelligitur *l. filia mea. ff. solut. matr.* cui opposita sententia innitiuntur quando morienti, & monasterio est vtilis, vt contingit in præsenti, lōgè abest fraudis præsumptio. Atque ideo ex gestis in hoc articulo nō præsumi fraudem, tenent multi, quos retulimus *lib. 7. de matr. disp. 105. n. 8.* & post ibi scripta tenet latè probās, & alios referēs, Ludou. de Casanete *cons. 22. n. 7. 8. & 9. vol. 1.* & in propriis huius professionis terminis docēt Dec. *c. in præsentia. in noua edit. n. 269.* Ferret. *ibi. n. 97.* Beroius *n. 204.* Mant. *n. 58.* Ant. Gomez *l. 9. Taur. n. 59.* Molin. *lib. 1. de primog. c. 5. n. 28. & 29.* Mātic. *de conset. vlt. volunt. lib. 10. tit. 4. n. 18.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. n. 84.* Cras. *de success. §. fideicomiss. q. 40. n. 6.* Spino *speculi testam. glos. 15. principali. n. 107.* Mathear. *lib. 3. de leg. at. c. 21. n. 18. & 19.* Nec fraudis huius coniectura est, licēt graiatus ille ia ægrotus sumat habitū religionis, vt bene docet Mantic. *eod. tit. 4. n. 20.* quod bene ait Menoch. *eod. n. 84* maximè verū esse, quādo habitu tunc susceptio, & incolumis à morbo euadens profitetur, quia si qua esset in ea habitus assumptione suspicio fraudis, ea ex sequenti euentu cessaret. Atque idē ego credo, quāuis & assumptio habitus, & professio durante manifesto, & certissimo mortis periculo cōtingerēt, vt si quis morbo phtifico laborās assumeret habitū, & finito probationis anno profiteretur, quia rationes allatæ potiùs deuotionis ardorē, & propriæ salutis spiritualis quærendæ suadēt, quàm fraudulentū excludendi substituti animū. Nec etiā verū est contra aliquos DD. n. præced. allegatos, fraudē hanc præsumi, quod ætate decrepita, & quādo de sobole habenda desperatur, fiat, vt bene tradunt Beroius *eo c. in præsentia. n. 204. vers. & per prædicta.* Menoch *ea præsumpt. 83. n. 84.* & 85. Atque omni prorsus fundamento caret, dicere professionē in mortis articulo factam esse irritam, vt docuēre aliqui authores cit. n. præced. quia nullo iure id innitur, nedū probatur. Atque ita omnes DD. hoc n. allegati sentiūt, liquidē dicunt per hāc professionem excludi substitutū, nā si professio nō teneret, minimè excluderetur, iuxta dicta n. 24.

60 Secunda coniectura est, si ille graiatus comminatus esset substituto, fore vt in illius odiū, & exclusionē ingrederetur monasterij. Hanc negat Petrus de Bellapert. *auth. nisi rogati. q. pen. C. ad Trebel.* quod professio religionis tollat omnē maculā *authent. de monach. paulo post princip.* Eandē negat Decius *c. in præsentia. in noua edit. n. 209. de probat.* Quia, inquit, difficultas vitæ religiosæ assumptæ vrgentius cogit præsumere bonū ingredientis animū, atque eo supposito minas exclusionis substituti irritas esse, quia exclusio ex ipso ingressu sequebatur, non autem quod illa exclusio principaliter induxerit ad ingressum. Cæterùm frequētissima sententia coniecturam hanc admittit, & quidē admittenda est, atque ita docent Abb. antiquus *c. in præsentia. n. vlt. de probat.* & ibi Ioā. And. *n. 38.* Anton. *n. 61.* Abbas *n. 46.* Felin. *n. 36.* Henric. *n. 21.* Bellamer. *n. 32. & 40.* Mantus *n. 58.* Menoch. *ea præsump. 85. n. 85.* Paris. *n. 120.* Ferret. *n. 96.* Corne. *d. authent. nisi rogati. n. 13.* & ibi Salycet. *n. 5.* Alexād. *l. si quos posthumos. n. 4. ff. de liber. & posth.* Rosel. *in sum. verb. legare. n. 26.* Armil. *verb. hereditas. n. 21.* Ant. Gomez *l. 9. Taur. n. 58.* Molin. *lib. 1. de primog. c. 5. n. 29.* Mātica *de conset. vlt. volunt. lib. 10. tit. 4. n. 19.* Sfort. Oddo *de cōpendios. subtilit. p. 6. q. 2. a. 6. dub. 1. n. 13.* Peregr. *de fideicommis. a. 28. n. penult.* Tapia *eod. c. 13. n. 37. fin.* Cras. *eod. q. 40. num. 5.* Hoc temperat Paris. ibidem, vt intelligatur, quando graiatus ille minās, solitus erat minas exequi, secus si non solitus erat. Sed iure optimo Ferret. *eodem num. 96.* limitationem hanc reprobat, quia

consuetudo minus exequendi confert ad dignoscendam mentis qualitatem, an ille grauis, aut potius lenis censendus sit, non autem ad indicandam ex minis suspicionem fraudis. Rursus idem Ferret. *n.97.* limitat, vt hæc coniectura intelligatur, quando minans profiteretur in articulo mortis: tunc enim ex minis, & serotina professione satis colligetur hęc fraus, secus si tępore sanitatis profiteatur. Sed nec hęc limitatio placet, quod id discrimen fundamento destituatur; atque ita DD. reliqui absque ea limitatione coniectuam hanc tradidęre.

61 Vltima coniectura est, si grauatus ille ante professionem alienarit omnia bona tua. Sic Berosius *d. c. in præsentia. num.* 500. Sed, vt optimè ait Menoch. *eadem præsumpt. 83. num. 85.* hæc coniectura est superuacanea, quia in substituti præiudicium nequit grauatus ille ea bona in perpetuum alienare, *l. 3. §. sed quia. C. comm. de legat.* Atque tunc minimè succedit monasterium, non ratione fraudis, sed quia eo succedendi priuilegio solùm gaudet, quando bona profesti deferuntur monasterio, vt diximus num. 45. & duplici sequenti, vbi rem hanc explicuimus.

62 Decimò limitatur, nisi grauatus hic inductus sit ad religionem suasionibus, & blanditiis monachorum, quia tunc monasterium nulla huius professi bona conseqeuitur, *c. constitut. 2. q. 3.* ac proinde minimè excludetur substitutus. Quippe ad hanc exclusionem est necessaria successio monasterij in professi bona, vt probauimus n. 12. Atque ita docent Speculat. *tit. de statu monach. in fin.* Bald. *auth. si qua mulier. num. 13. C. de sacrosanct. Eccles.* Pott. *cons. 124. num. 49.* Sfort. Oddo *de compendios. substit. p. 6. q. 2. art. 6. dub. 2. num. 11.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 18. num. 16.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. num. 16.* Gama *decis. 316. fine. p. 1.* & Flor. de Mena *addit. ad Gamam decis. 319. n. 2.* Tapia *auth. ingressi. verb. sua. c. 13. num. 40.* Sed cùm hęc limitatio innitatur soli amissioni illorum bonorum, eo quod ratione illarum suasionum ea monasterium perdat, intelligenda est in eo casu, in quo prędictæ suasiones faciunt ea bona amitti, vt dicit Flor. de Mena *ibidem*; quis autem casus hic sit, declarabimus hoc lib. infrà.

63 Vndecimò limitatur, vt intelligatur, quando conditio sic imponitur grauato, vt si liberos non habuerit, restituat hæreditatem substituto; secus autem si conditio sit, si absque liberis decesserit: tunc enim minimè excluderur substitutus, sed monasterio exclusò succedet. Quia latum est discrimen inter vtramque conditionem, quod in priori censeatur principaliter testator inuitare grauatum, vt nitatur habere filios, & sic, vt non transigat vitam cœlibem; quare mestò reuertur tanquà turpis, & castitati aduersa: secus autè in posteriori. Quia non videtur eam apposuisse causa inuitandi contra castitatem simpliciter, sed potius causa prosiciendi successioni in suam hæreditatem, si absque filiis grauatus decesserit. Et ideo cautè §. *sed & hoc præsumi. auth. de sanctiss. Episcop.* ponitur hęc conditio priori modo. Sic Alciat. *cons. 53. num. 2. lib. 9.* sed statim *num. 3.* dicit, quamquam hoc in se sit verũ, se tamen non ausurum in practica hoc sequi, nec consulere quod communiter DD. indiscriminatim loquantur de conditione vtrouis modo concepta. Sed hæc limitatio est omnino reiicienda, & dicendum, conditione vtrouis modo concepta excludi eodem prorsus modo substitutum. Quod constat primò, quia *c. in præsentia. de probat.* explicatur posteriori modo conditio, ibi; *præcepit, vt si absque liberis decederet, ad eo bona deuolarentur.* Secundò, quia vtrouis modo cõcepta inuitat ad nuptias, & sic ad non seruandam castitatem. Tandem, quia non est verũ, conditiones has reiici, vt n. 12. probauimus. Et ideo hanc partem sustinent Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 7. n. 13.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. num. 70.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 28. n. 67.* atque passim DD. indiscriminatim de vtraque conditione loquuntur, vt ipsemet Alciatus fallus est.

Duodecimò limitatur, nisi grauatus ille religionem 64
ingrediens sit bigamus; si enim bigamus sit, non excludetur substitutus. Sic aliquantulum dubitãs sentit Angel. *cons. 80. num. 5.* Atque id nullo iure probatur, & ideo reiciendum est, vt reuciunt Mantica *eodem tit. 7. n. 17.* & Menoch. *eod. præsumpt. 83. n. 63.* qui loquitur, quando cũ eo dispensauit Pontifex, vt religionẽ ingrederetur. Sed existimo ad id nulla dispensatione opus esse: quia si ad ordines promouendus non est, non obstat bigamia. Vt autem bona eius per professionem transferantur in monasterium, & sic extinguatur substitutio, nullibi petitur professiũ ad ordines promoueri.

Decimotertiò, nisi illa liberorũ conditio sit in propriã 65
personam relata, vt si quis sic testetur; si absque liberis decessero, substituo Titium: quamuis enim testator non relictis liberis ingrediatur religionem, non excludetur substitutus, sed ille exclusò monasterio succedet. Hanc limitationem dicit Felin. *c. in præsentia. n. 33. de probat.* indigere examine, quod nullam discriminis rationem videat, siue conditio in propria, siue in diuersa persona concipatur. Et si reddatur ratio, quæ est, ne impediatur vita contemplatiua, militat æquè in vtroque casu, & ita concludit, potius inhærendum huic sententiæ ob eam sustinentium authoritatẽ, quàm ob rationem; & Mantua *ibi. n. 59.* dicit posse facilè hoc sustineri disputando, at non esse à communi sententia recedendum.

At prædicta limitatio amplectenda est, quia §. *sed & 66*
hoc præsumi. auth. de sanctiss. Episc. loquitur, quando conditio liberorum refertur in alterum personam; nec est eadem ratio, quãdo refertur in propriam, quod cùm quis de seipso loquitur, est tenaciter seruanda conditio. *l. 4. §. condis. ff. de adimendis leg.* eo vel maximè quod hæc dispositio tanquam à iure exorbitans, est restringenda, nec trahenda in consequentiam, vt diximus *n. 27.* Præterea, quia si esset vera ratio illius decisionis, ne impediatur vita contemplatiua, constat in hoc casu non impediri, quia ipsemet testator conditionem apponens, potest ad libitum eã reuocare, & instituere monasterium. Et ideo hanc partem tuentur Ioan. Andr. *d. c. in præsentia num. vlt.* Ant. *n. 62.* Card. *n. omic. col. 4. vers. in glos.* ibi Abbas *n. 46.* Anchar. *n. 29.* Decius *in nouis edit. n. 21.* Paris. *n. 121.* Ferret. *n. 99.* Bald. *auth. nisi rog. n. 21. C. ad Trebell.* & ibi Faber *n. omic.* Alberic. *n. 1.* Paul. *n. 4.* Corne. *num. 12.* Salycet. *num. 3.* & eius Additionator *ibi. verb. loco filij.* Additionat. *ad Cyn. ibi. n. 1.* Ripa *l. ex facto §. si quis rogatus. el 1. num. 17. ff. de liber. & posth.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsump. 85. n. 86. & 87.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 28. num. 67.* Tapia *auth. ingressi. verb. sua. c. 13. n. 20. C. de sacros. Eccles.*

Sed maior difficultas est, si in donatione apponat 67
donans eam conditionem, si absque liberis decesserit, dono tibi hanc rem, in posterũ donatore profitente succedat monasterium in ea bona exclusò donatario: Quidam affirmãt succedere monasterio, quia est diuersa ratio de donatione, & de testamento. Quippe cùm hoc reuocari valeat, etiãsi per illam conditionem excluderetur monasterij, nõ retraheretur testator à religione, vtpote qui potest eidãno consulere, reuocando testamentum. At cùm illa reuocari nequeat, si dicamus excludi monasterium, retraheretur donãs à religionis ingressu. Et ideo hanc partem tenet Ferret. & in eam, quãuis [illegible] magis inclinat Paris. allegat. n. præced. Cæterũ o[illegible]ndũ est, tum etiam excludi monasterium, quia prior ra[illegible] tradita n. præcedi. militat æquè in testamento, ac in donatione. Præterea, quia non est legitima eius decisionis ratio, ne impediatur religionis ingressus, vt diximus n. 12. vbi probauimus, eum non impediri ob monasterij exclusionem; & dato, eam esse legitimam rationem, est diuersa ratio, quãdo ea conditio apponitur à quodã tertio, & quando ab ipsomet, quia in priori casu grauatus subit id onus inuitè, & cogente alterius dispositione: & ideo posset retrahi ab ingressu religionis, si tunc non excluderetur substitutus, cui rũc cogitur prestare fideicommissum.

commissum. At in posteriori non ita, quia cùm ea conditio ex propria voluntate manarit, in qua præsumitur perseuerare, dum non reuocat. *c. mouet. de Baptism.* non ideo retrahetur à religione: & ita docent Abbas, Decius, Faber, Peregrinus, Tapia allegati n. præcedenti.

68 Decimoquartò limitatur, vt intelligatur, si ea conditio apponatur in testamento, aut contractu gratioso, qualis est donatio, vt si quis legauerit, aut donauerit Titio aliquid, sub ea conditione, vt absque liberis decedens, restituat Seio, si Titius non relictis liberis ingrediatur religionem, succedet monasterium exclusò Seio substituto. Quia de vtroque expresè agit §. *sed & hoc præsumi. auth. de sanctiss. Episc.* vt optimè considerant Bald. *c. in præsentia. n. 18. fin.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 28. n. 67.* At si in aliis contractibus onerosis ea conditio apponatur, excludetur vtique monasterium, vt si duo conueniant de re aliqua adquirenda, si absque liberis decedant; & alter liberis carens profiteatur, succedet in illam rem alter exclusò monasterio. Quia cùm hæc dispositio sit exorbitans, & in solis his casibus loquatur, non est ad alios extendenda. Et quamuis regulariter vltima morientium mandata, ac viuentium contractus sint eodem iure accipienda, & de altero ad alterum, seu ad similem rem rectè ducatur argumentum: at intelligitur, nisi diuersa sit ratio. Et hic militat diuersa ratio, quod in testamento fauorabilior interpretatio fiat, quàm in contractibus onerosis. *l. in test. ff. de regul. iur.* At in contractibus verba sunt strictè intelligenda. *l. quidquid astringendæ. 49. in princ. de verb. obligat.* Rursus quia (vt egregiè dixit Anton. *c. per venerabilem. n. 13. qui filij sint legitimi.*) dispositio legis extendit fauorem vltimæ voluntatis, eamque supplet, quia testator cogitatione præuentus, nequit tunc ita deliberare. At in actibus inter viuos lex non supplet, nisi in quantum verba patiuntur. Et ideo hanc partem tuentur Anchar. *eo. c. in præsentia. n. penult.* dicens fortè ita esse, Barbat. *ibidem n. 71.* se retractans; contrarium enim *n. 70.* dixerat. Et idem tenet *cons. 13. n. 3. fin. vol. 1.* Alciat. *l. 3. de verb. significat. col. antep.* Salycet. *authent. nisi rogati. n. 5. C. ad Trebell.* Tiraquell. *l. si vnquam. verb. suscepero filios. in nouat. edit. n. 46. C. de reuocand. donat.* Euerard. *loco 36. a contractibus ad vltimas voluntates. n. 3. in differ. 16.* Segura *l. si ex legati causa. n. 99. ff. de verbor. obligat.* & ibi Peres *in addit. n. 193.* vbi & alios refert Matth. de Afflict. *decisio Neapol. 83. n. 13.* & ibi Cæsar Vtill. *in annot. n. 2. fi.* Roland. *cons. 58. n. 60.* & *cons. 59. n. 24. vol. 3.* Farinac. *practic. criminal. tom. 1. tit. de accusat. in 3. edit. q. 13. n. 26. statim in principio.* Peregrin. *d. art. 28. n. 68.* vbi bene hinc infert, si conuentum sit in emphyteusi, vel feudo, vt decedente eo, cui conceduntur, absque liberis, redeant ad concedentem, monasterium, in quo is, cui concessa sunt, profitetur, non posse impedire reditum.

69 Hinc deducitur, nec in sententia Iudicis habere locum, vt si sententia Iudicis, aut arbitri decretum sit, Titio absque liberis decedente, hæreditatem ad alium deuoluendam, non consequetur eam monasterium per Titij professionem, sed ad alium deuoluetur: quod probat ratio adducta num. præcedenti, & quia sententia est [illegible] iuris. *l. Paulus. ff. de re iudicat.* Et sic docent Barbat. *eo. c. in [illegible] sentia. n. 71.* quamuis contrarium dixerat *n. 70.* Cæs[illegible] Vtill. allegatus n. præced. Caualcan. *decis. 1. n. 6. p.* [illegible] oi allegat Aretin. *cons. 215.*

[illegible]ecimoquintò limitatur, vt non habeat locum, quando grauatus habens liberos profiteatur in religione. Tunc enim excluditur substitutus, & non succedit monasterium, quia ex quo habet filios, est verificata conditio, nec monasterium habetur loco filij. Sic Rebuff. *tract. Rayuatius. n. vlt. de test. num.* Paleot. *de nothis, & spuriis. c. 28. fin.* Caualcan. *decis. 1. n. 42. p. 3.*

Decimosextò limitatur, nisi viuo testatore grauatus ingrederetur religionem post testamentum conditum; tunc enim non succedet monasterium, sed substitutus, quia cùm tunc testamentum non mutatur, ac professus fuerit, videtur velle excludere monasterium. Sic Caualcan. *decis. 1. numero 43. & 44. p. 3.* & probat ex doctrina Baldi, & aliorum, quos ibi refert, & latiùs *in suo tractat. de vsufructu. mulieri relicto. num. 53.* vbi tradunt relinquentem vxorem vsufructuariam existentibus filiis, censeri non sola alimenta, sed integrum omnium bonorum vsumfructum deducta filiorum legitima illi relinquere, propter nominationem filiorum, de quibus cogitauit.

Decimoseptimò limitatur, nisi testator reliquerit legatum aliquod illi grauato, si monasterium ingressus fuerit, quippe cùm tunc meminerit monasterij, & quid particulare reliquerit in casu ingressus, est manifesta coniectura voluisse testatorem non excludi substitutum à reliquis bonis, in quæ substitutus est. Atque ita docent Alexander *consil. 121. numero 12. fin. & numero 15. volum. 2.* Æmylian. *consil. 109. numero 15.* Menochius *de præsumpt. libro 4. præsumpt. 83. numero 50.* qui falsò pro hac parte allegat Berosius *cap. in præsentia. num. 491. de probat.* Nam Berosius ibi oppositum tuetur, dicens patre vniuersaliter instituente filium, & illi absque liberis decedenti, substituente tertium, & casu, quo filius profiteretur, relinquendo solam legitimam, excludi penitus substitutum per filij professionem, quia aliàs impediretur vita monastica. At verius est, tunc non excludi substitutum ab aliis bonis, præter legitimam, vt ex DD. allegatis diximus; quia minus verum est, obiid impediri vitam monasticam. Nec hæc est eius decisionis ratio, vt vtrumque num. 12. probauimus.

Decimoctauò limitatur, nisi testator instituat filium in sacris iam constitutum, aut professum, & ei decedenti absque liberis substituat tertium. Quia cùm testator memor Ecclesiæ, & monasterij substituerit tertium, voluit clarè hunc Ecclesiæ, & monasterio præferri. Et quamuis ea conditio appareat turpis, habet tamen duplicem in se imbibitam. Prior est explicita, si liberos non habuerit, atque hæc est honesta; nec ad deiinquendum inuitat. Posterior est implicita, si liberos habeat; & hæc est turpis, vtpote quæ ad delinquendum allicit. Sed cùm in solam expresè honestam consequentiam versat, & quodam modo à contrario sensu, qui fumendus non est, quando inde absurdum quidpiam sequitur. *l. 2. C. de condic. insert.* ea non est considerandis. Sic allegatis Bortio, Parisio, Berosio, & Aretino, tenet Menochius *de præsumpt. præsumpt. 83. numero 54. & 55.* contra alios, quos ibi refert.

Decimononò limitatur, nisi testator dixerit, si grauatus decesserit sine liberis, succedat Titius, & nullus alius, quippe ea verba (nullus alius) excludunt monasterium. Sic allegato moderno Parisiensi tradit Menochius *ea præsumpt. 83. numero 46.* Sed non video, cur tunc excludatur monasterium, quia non inde arguitur illum fuisse monasterij memorem, vt illud excludere vellet: sed nullum aliud omnino extraneum succedere voluit; & ideo hæc limitatio displicet.

Vigesimò limitatur, nisi grauatus ille reseruarit sibi tempore ingressus aliqua bona: tunc enim in his non videtur exclusus substitutus, cùm monasterium in ea non succedat; quod ad substituti exclusionem diximus exigi numero 23. Sed dicendum est excludi substitutum, atque in ea succedere monasterium, quod illa reseruatio expiauit professione. Atque ita docent Bahius *authentic. nisi rogati. numero 22. C. ad Trebellian.* & ibi Additionator *ad Salycetum. verb. loco filij.*

Vigesimoprimò limitari potest, nisi grauatus ille post professionem ex licentia Pontificis vitaretur, instituereque extraneum hæredem. Tunc enim non videtur exclusus substitutus: fieri enim non excludi

diximus numero 45. quando id testamentum ante professionem fecisset. At dicendum est, substitutum excludi: quia cùm ea bona sint à tempore professionis perfectè adquisita monasterio, & omnino ex tunc sit exclusus substitutus, illa substitutio iam cassata nequit resuiuiscere, nec professus potest disponere de bonis iam adquisitis monasterio, vt diximus suprà. Et ita docent Bald. *ea auth. nisi rogati. n.23.* Sfort. Oddo *de compendiosf. substit. p.6. q.2. art.6. dub.1. num.20. fin.*

77 Vigesimosecundò limitatur, nisi testator apponat conditionē, si decesserit sine liberis, & illius matrimonij, quia cùm monasterium nequeat dici filius illius matrimonij, excluderur, & admittetur substitutus. Sic Iason *authent. si qua mulier. num. 20.* Hæc verba solùm probant testatorem intellexisse de solis veris filiis, ac monasterium non reputari ex illis filiis; ar non probat voluntatem excludendi monasterij; & ideo iuxta sententiam, quam ibi amplexi sumus, dicendum est, in hoc casu non excludi monasterium, quamuis Doctores contrariæ sententiæ, quos numero 49. retulimus, dicerent illud excludi.

78 Quid autem si graurus egrediatur post professionem religionis, & extra illam obeat, translatus legitimè ad aliam, aut factus Episcopus? habes suprà.

79 Tandem superest triplex difficultas. Prima est, an substitutio pupillaris, & vulgaris expirent filio profitente in religione capaci succedendi breuiter dico cum Berozo *c. in præsentia. num.1. de probat.* & Tapia *authent. ingressi. verb. sua. c.15. n.11. C. de sacrosanct. Eccles.* pupillarem non euanescere professione, quia si professio facta fuit ante pubertatem, fiut irrita, & ideo substitutioni non obstirit: secus verò si facta fuit post pubertatem. Immo hodie iuxta Trident. *sess.25. de regular. c.15.* expletis sexdecim annis, iam à tempore pubertatis, nulla expectata professione expirat substitutio illa. *l. in pupillar. ff. de vulgar. & pupill. subst.* vulgaris autem expirat ea professione, quia in ea includitur conditio, si filius nolit, aut nequeat esse hæres. *l. cùm proponas. C. de hæred. instit.* At filius in ea religione professus omnia succedendi iura obtinet, & succedet in hæreditatem monasterium ex ipsius persona.

80 Secunda difficultas est, an quando testator absque aliqua conditione instituit quempiam non descendentem suum, sed fratrem, aut alium consanguineum, aut quemcumque extraneum, substituendo filios, aut alios descendentes illius instituti, si is institutus ingrediatur religionem, excludantur alij substituti, & retineat in perpetuum monasterium ea bona? Matth. de Afflictis *decis. Neapolitana 83. num.13. & 14.* ait succedere monasterium. Sed contrarium est verissimum, quia cùm in ea institutione, nec expresse, nec tacitè claudatur conditio, si absque liberis decesserit, non militat dispositio *c. in præsentia. de probat.* & §. *sed & hoc præsenti. auth. de sanctiss. Episc.* quæ loquitur existente huiusmodi conditione. Et ita sustinent Peregr. *de fideicommiss. art.18. num.69.* Crass. *de success. §. fideicommissum. q.40. n.2.* vbi alios allegat, Caualcan. *decis. 1. n.46. & 47. p.3.* Molina *tom. 1. de iustit. disp. 190. col. penult.* & in hoc casu intelligo loquutum Baldum *auth. nisi rogati. num.10. C. ad Trebell.* quem sequitur Menoch. *de præsumpt. lib.4. præsumpt. 83. num.56.* At optimè ait Peregrin. ibi, viuente hoc monacho retenturum monasterium ea bona; quod consonat iis, quæ num.10. diximus.

81 Vltima difficultas est, an quando testator instituit descendentem suum, illum grauans, vt post mortem suam restituat hæreditatem, aut partem illius cuicumque tertio, nec explicans conditionem, si absque liberis decedat, si hic descendens ingrediatur religionem capacem, excludantur illi substituti, ac proinde bona illa in perpetuum sint monasterij; & sic idem prorsus dicendum sit, quando conditio absque liberis exprimitur, & quando ea tacitè ex iuris dispositione inest? Ad huius difficultatis intelligentiam est præmittendum, quoties descendens quinis grauatur ab ascendente restituere hæreditatem, in qua potest grauare, aut partem eius post mortem, alicui alteri, inest conditio tacita, si descendens ita grauatus decesserit absque liberis: quoniam, etsi eam conditionem non exprimat testator, censetur iuris interpretatione id ita intelligere. *l. cùm abus. 101. ff. de condit. & demonstrat. l. cùm acutissimi. 30. C. de fideicommiss. l. generaliter. §. cùm autem. C. de instit. & substit. l. regia 10. Tauri. tit. 4. parte 6.* Dubitatur ergo, si descendens sic sub illa conditione tacitè intellecta grauatus restituere hæreditatem ab ascendente, ingrediatur religionem successionis capacem, nulla relicta sobole, an præferatur monasterium illi substituto, illum excludens in perpetuum, perinde ac præferretur illum excludens, si expressa esset conditio, vt absque liberis decedens restituat substituto? Duplex est sententia. Prior ait monasterium succedere exclusò penitus substituto. Ducitur, quia non est maior ratio, cur ea conditione expressa excludatur substitutus, non autem ea tacitè intellecta, cùm taciti, & expressi sit eadem virtus. Atque ita docent Glossa finalis *ea. l. cùm acutissimi*, & ibi Corne. *num.9.* Baldus *cap. in præsentia. num.18. de probat.* dicens id esse verum, siue fideicommissum sit vniuersale, siue legatum rei certæ. Fortun. *l. gallus. §. & quid si mutum. num.75. ff. de liber. & posthum.* & ibi, quamuis dubius, & cogitandum relinquens Lancelot. Galiaul. *numero 19.* Guillelmus Benedictus *cap. Raynutius. verb. si absque liberis. el.1. num.10. de testament.* Gregor. Lopez *l.10. verb. dexaso. quæstione 2. initio. tit. 4. parte 6.* Anton. Gomez *tom.1. variarum. c.5. num.34.* Spino *specul. testam. glossa 12. princip. numero 127.* Padilla *d.l. cùm acutissimi. num.43.*

Posterior sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo, licèt præcedens sit probabilis) asserit, tunc non excludi substitutum, sed illum post grauati professi mortem successurum in ea bona excluso monasterio. Ducor primò, quia, cùm decisio §. *sed & hoc præsenti. authent. de sanctissimis Episcopis*, sit exorbitans à iure, & sic restringenda, vt diximus num. 27. non est extendenda extra casum, in quo loquitur, qui est, quando exprimitur conditio sine liberis, eo vel maximè, quod extendendo illam ad hunc casum, concurret duplex fictio in eodem subiecto, contra *l. 1. C. de dor. promiss.* Altera, suppleri conditionem sine liberis: altera verò, monasterium succedere loco filij. Secundò, quia quando hæres extraneus nulla addita conditione grauatur restituere hæreditatem alteri extraneo, non excluditur eius professione ille extraneus substitutus, sed succedet excluso monasterio, vt diximus numero 77. eo quod in eo euentu nulla insit tacita conditio, si absque liberis decesserit. Ergo idem dicendum est, quando ascendens sic grauat descendentem: quamuis enim tunc insit tacita conditio, si descendens ille absque liberis decesserit; at eam præsumit ius ex affectu, quem creditur habere ascendentem ad descendentes, & ex pietate erga eos, vt expresse dicit textus *d. l. cùm abus. & d. l. cùm acutissimi*, & non fauore religionis, quæ verè non est filius, nec descendens. Et confirmatur, quod non rationi consonum, vt extraneus sic substitutus excludat monasterium, non autem descendens, cùm maior sole. esse testatoris ad suum descendentem, quàm ad extraneum affectus. Et ex his patet solutio rationis cōtrariæ, quia nimirum non est eadem ratio expressæ, & tacitæ illius conditionis, quod tacitam supplerit ius fauore solius prolis. Et ideo in hanc sententiam magis inclinat, quamuis dubius, & relinquens cogitandum Socinus iunior *l. gallus. §. & quid si mutum. numero 24. ff. de liber. & posthum.* atque eam tenent Costa *cap. si pater. 1. parte. verb. si absque liberis. numero 70. & 71. de testament. in 6.* Auendaño iunior *l. 40. Tauri. gloss.4. num.25.*

Caual

Caualcanus *decis. 1. num.47. parte 3.* Molina *tom.1. de iustit. disputatione 190. columna penultima.* Benedictus Egidius *l. Titia si non nupserit. 100. parte 1. num.54. ff. de condit. & demonstrat.*

83 Sed quid si descendenti illi sit expressim absque aliqua conditione pia causa substituta, vt monasterium, aut Xenodochium, & ille obiit relicto filio, an tunc censeatur apposita ea tacita conditio, si absque liberis filius decesserit, & proinde causa pia illa excludatur ab illo filio relicto? Barbat. *cap. in præsentia. à numero 69. vsque ad 81. de probat.* rem latissimè disputat, & concludit *eo numero 81.* esse puram veritatem, non excludi causam piam, sed eam præferri nepoti: quia censetur potiùs testator diligere animam suam, quàm nepotem. Item, quia potuit cogitare fore, vt ex filio illo nepotes haberet, & tamen illos non instituit. Eandem ententiam tuentur alij pauci DD. quos referunt Tiraquellus *de priuileg. pia causa. priuileg. 17. num. 1.* & Mantic. *de coniect. vlt. volunt. libro 10. tit.7. num.10.*

84 At verissima sententia est, intelligi adhuc tacitam illam conditionem in illa piæ causæ substitutione, si ille descendens absque liberis obierit, ac proinde iis relictis excludi omnino causam piam. Ratio est, quod eo ipso quod descendentem illum prætulit causæ piæ, visus est etiam filios illius voluisse eidem causæ piæ præferre. Et ita soluitur ratio contraria. Et ideo hanc partem sustinent Baldus *l. cùm acutissimi. numero 4. C. de fideicommiss.* & ibi Paulus *num.7.* Padilla *numero 8.* Guillelmus Benedictus *cap. Raynutius. verb. si absque liberis. el 1. numero 25. de testament.* Tiraquellus multos alios allegans *l. si vnquam. verb. liberi. in noua edizione. numero 80. C. de reuocand. donat.* & in hanc ipsemet inclinat *de priuileg. pia causa. priuileg. 17. numero 1.* Pinell. *l. 3. numero 26. C. de bonis mater.* Gregorius Lopez *l. 10. verb. dexaso. quæstione 1. tit.4. parte 6.* Costa *cap. si pater. 1. parte. verb. si absque liberis. num. 17. de testament. in 6.* Antonius Gomez *tom. 1. variarum. cap. 5. numero 34.* & multi alij, quos referunt, & sequuntur Mantica *de coniect. vltim. volunt. libro 10. tit.7. à numero 7. vsque ad 10.* vbi latissimè probat hanc sententiam; & Menochius *de præsumpt. libro 4. præsumpt. 89. numero 124.* Spino *speculo testament. gloss.14. principali. numero 116.* Molina *tomo 1. de iustitia. disput. 190. col.12. vers. esto aliquis.*

85 Duplicitèr temperatur hæc sententia. Priùs, vt intelligatur, quando agitur de maiori bonorum testatoris parte: secus si de re aliqua particulari, non magni valoris. Quippe tunc non intelligitur conditio hæc tacita, ad piæ causæ exclusionem, ob rei modicitatem. Atque ita allegatis Socino iuniore, & Deciano, tenent Mantic. *numero 10.* & Menoch. *eodem numero 124.* & placet mihi.

86 Posteriùs limitatur, nisi testator exprimeret se piam causam instituere gratiā exonerandæ propriæ, aut alicuius alterius conscientiæ; tunc enim pia causa præferretur filiis illius descendentis grauati. Quia censetur testator propriæ, aut alienæ conscientiæ exonerationem iis præferre velle. Sic tradunt Guillelm. Benedict. Costa *numero 18.* Menoch. alios allegans *numero 11.* Molin. vbi eos retuli numero 81. Sed malè allegatur Menochio Tiraquellus pro hac sententia, *de priuileg. pia causa. priuileg. 68.* quia in longè diuerso casu ibi loquitur. Verùm hæc limitatio displicet, & iure optimo illam allegatis Socino seniore, & Sperello, reprobat Mantica *eodem lib.10. tit.7. numero 9.* quia, sicut viuo filio testator non curauit suam conscientiam exonerare ob affectionem ad ipsum, ita non intelligitur, relictis et illo nepotibus, voluisse suam conscientiam exonerare: quippe eadem affectio præsumitur habita erga nepotes.

Tandem, an substitutiò facta alicui, si absque filiis decesserit, euanescat, quasi habitis filiis, si relinquat filium professum, siue in ordine capaci, siue incapaci succedendi, diximus suprà.

CAPVT XVII.

Qualiter acquirantur monasterio relicta monacho ea lege, vt ad eum, & non ad monasterium pertineant, nec possit in illa superior se intromittere, & eo se intromittente perdatur legatum, & an aliquid possit à superiore ita monacho concedi, vt superior ipse auferre nequeat?

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputanda sint n. 1.

An legatum relictum monacho ea conditione, vt ad ipsum, & non ad monasterium pertineat, & vt Abbas non possit auferre, valeat? Refertur quædam sententia. numero 2. & 3.

Explicatur sententia authoris. n. 4.

Quid si testator exprimat, vt nil iuris adquiratur monasterio? n.5.

Quid si dicat, non aliter, nec alio modo relinquo, nisi vt adquiratur monacho? n.6.

An si Prælatum non permittat vsum illius rei monacho, perdatur legatum, & an sufficiat initio consentire, si postea dissentiat? n.7.

An possit id legatum expendi à religioso in quoscumque vsus, quando sic disposuit testator, & quid si explicuit vsum profanos? n. 8.

An idem dicendum sit de donatione sub prædicta conditione? num.9.

An ex illius monachi consensu adquiratur id legatum monasterio, & si testator adiecisset pœnam, vt monasterio se intromittente, perderetur, vel dixerit; lego, donec monasterium permiserit vsum monacho? & an vbi semel voluit, possit retrocedere? n. 10.

Quid si testator explicet, vt eius legatis dominium compareat religioso? Refertur quædam sententia. n.11.

Sententia authoris. n.12.

Quid si sit donatio sub ea conditione? n. 13.

Quid si id legatum sit ad alimenta religiosi? n.14.

An valeat legatum, aut incurratur pœna, quando testator addit, vt si monasterium se intromiserit, amittat legatum? Refertur quædam sententia. n.15.

Explicatur sententia authoris. n.16.

Quid si in hac pœna explicaret, vt etiam quoad dominium pertineret ad religiosum? n.17.

Quid si dicat, relinquo hoc religioso, donec superior illi vsum permiserit? & an superiore reuocante perdantur eximi fructus adquisiti? n.18.

Quid si sic relinqueres dominium? n.19.

An tunc possit superior auferre monacho fructus, vsque tunc perceptos? n.20.

An subtatis illis perceptis amittantur in posterum adquirenda? num.21.

An peccet Prælatus consentiens, vt monachus habeat hoc legatum? n.22.

An monasterio contradicente perdat legatum, absque Iudicio sententiæ? & quid de possessore contrauenente conditionibus à testatore adiunctis cum clausula, vt perdat illud? Refertur quædam sententia. n.23.

Proponitur sententia authoris. n.24.

An hucusque dicta verum habeant, quando quis reseruatis sibi bonis ante professionem ea lege, vt sibi cedant, & non monasterio, & amittantur superiore molestante, vel domci superior contradicat? n.25.

An possit quis ante professionem reseruare sibi aliqua bona, si forte eum legitime egredi contigerit? n. 26.

diximus numero 45. quando id testamentum ante professionem fecisset. At dicendum est, substitutum excludi: quia cùm ea bona sint à tempore professionis perfectè adquisita monasterio, & omnino ex tunc sit exclusus substitutus, illa substitutio iam cassata nequit resuiuiscere, nec professus potest disponere de bonis iam adquisitis monasterio, vt diximus suprà. Et ita docent Bald. *ea auth. nisi rogati. n.23.* Sfort. Oddo *de compendiosf. substit. p.6. q.2. art.6. dub.1. num.20. fin.*

77 Vigesimosecundò limitatur, nisi testator apponat conditionē, si decesserit sine liberis, & illius matrimonij, quia cùm monasterium nequeat dici filius illius matrimonij, excluderur, & admittetur substitutus. Sic Iason *authent. si qua mulier. num. 20.* Hæc verba solùm probant testatorem intellexisse de solis veris filiis, ac monasterium non reputari ex illis filiis; ar non probat voluntatem excludendi monasterij; & ideo iuxta sententiam, quam ibi amplexi sumus, dicendum est, in hoc casu non excludi monasterium, quamuis Doctores contrariæ sententiæ, quos numero 49. retulimus, dicerent illud excludi.

78 Quid autem si graurus egrediatur post professionem religionis, & extra illam obeat, translatus legitimè ad aliam, aut factus Episcopus? habes suprà.

79 Tandem superest triplex difficultas. Prima est, an substitutio pupillaris, & vulgaris expirent filio profitente in religione capaci succedendi breuiter dico cum Berozo *c. in præsentia. num.1. de probat.* & Tapia *authent. ingressi. verb. sua. c.15. n.11. C. de sacrosanct. Eccles.* pupillarem non euanescere professione, quia si professio facta fuit ante pubertatem, fiut irrita, & ideo substitutioni non obstirit: secus verò si facta fuit post pubertatem. Immo hodie iuxta Trident. *sess.25. de regular. c.15.* expletis sexdecim annis, iam à tempore pubertatis, nulla expectata professione expirat substitutio illa. *l. in pupillar. ff. de vulgar. & pupill. subst.* vulgaris autem expirat ea professione, quia in ea includitur conditio, si filius nolit, aut nequeat esse hæres. *l. cùm proponas. C. de hæred. instit.* At filius in ea religione professus omnia succedendi iura obtinet, & succedet in hæreditatem monasterium ex ipsius persona.

80 Secunda difficultas est, an quando testator absque aliqua conditione instituit quempiam non descendentem suum, sed fratrem, aut alium consanguineum, aut quemcumque extraneum, substituendo filios, aut alios descendentes illius instituti, si is institutus ingrediatur religionem, excludantur alij substituti, & retineat in perpetuum monasterium ea bona? Matth. de Afflictis *decis. Neapolitana 83. num.13. & 14.* ait succedere monasterium. Sed contrarium est verissimum, quia cùm in ea institutione, nec expresse, nec tacitè claudatur conditio, si absque liberis decesserit, non militat dispositio *c. in præsentia. de probat.* & §. *sed & hoc præsenti. auth. de sanctiss. Episc.* quæ loquitur existente huiusmodi conditione. Et ita sustinent Peregr. *de fideicommiss. art.18. num.69.* Crass. *de success. §. fideicommissum. q.40. n.2.* vbi alios allegat, Caualcan. *decis. 1. n.46. & 47. p.3.* Molina *tom. 1. de iustit. disp. 190. col. penult.* & in hoc casu intelligo loquutum Baldum *auth. nisi rogati. num.10. C. ad Trebell.* quem sequitur Menoch. *de præsumpt. lib.4. præsumpt. 83. num.56.* At optimè ait Peregrin. ibi, viuente hoc monacho retenturum monasterium ea bona; quod consonat iis, quæ num.10. diximus.

81 Vltima difficultas est, an quando testator instituit descendentem suum, illum grauans, vt post mortem suam restituat hæreditatem, aut partem illius cuicumque tertio, nec explicans conditionem, si absque liberis decedat, si hic descendens ingrediatur religionem capacem, excludantur illi substituti, ac proinde bona illa in perpetuum sint monasterij; & sic idem prorsus dicendum sit, quando conditio absque liberis exprimitur, & quando ea tacitè ex iuris dispositione inest? Ad huius difficultatis intelligentiam est præmittendum, quoties descendens quinis grauatur ab ascendente restituere hæreditatem, in qua potest grauare, aut partem eius post mortem, alicui alteri, inest conditio tacita, si descendens ita grauatus decesserit absque liberis: quoniam, etsi eam conditionem non exprimat testator, censetur iuris interpretatione id ita intelligere. *l. cùm abus. 101. ff. de condit. & demonstrat. l. cùm acutissimi. 30. C. de fideicommiss. l. generaliter. §. cùm autem. C. de instit. & substit. l. regia 10. Tauri. tit. 4. parte 6.* Dubitatur ergo, si descendens sic sub illa conditione tacitè intellecta grauatus restituere hæreditatem ab ascendente, ingrediatur religionem successionis capacem, nulla relicta sobole, an præferatur monasterium illi substituto, illum excludens in perpetuum, perinde ac præferretur illum excludens, si expressa esset conditio, vt absque liberis decedens restituat substituto? Duplex est sententia. Prior ait monasterium succedere exclusò penitus substituto. Ducitur, quia non est maior ratio, cur ea conditione expressa excludatur substitutus, non autem ea tacitè intellecta, cùm taciti, & expressi sit eadem virtus. Atque ita docent Glossa finalis *ea. l. cùm acutissimi*, & ibi Corne. *num.9.* Baldus *cap. in præsentia. num.18. de probat.* dicens id esse verum, siue fideicommissum sit vniuersale, siue legatum rei certæ. Fortun. *l. gallus. §. & quid si mutum. num.75. ff. de liber. & posthum.* & ibi, quamuis dubius, & cogitandum relinquens Lancelot. Galiaul. *numero 19.* Guillelmus Benedictus *cap. Raynutius. verb. si absque liberis. el.1. num.10. de testament.* Gregor. Lopez *l.10. verb. dexaso. quæstione 2. initio. tit. 4. parte 6.* Anton. Gomez *tom.1. variarum. c.5. num.34.* Spino *specul. testam. glossa 12. princip. numero 127.* Padilla *d.l. cùm acutissimi. num.43.*

Posterior sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo, licèt præcedens sit probabilis) asserit, tunc non excludi substitutum, sed illum post grauati professi mortem successurum in ea bona excluso monasterio. Ducor primò, quia, cùm decisio §. *sed & hoc præsenti. authent. de sanctissimis Episcopis*, sit exorbitans à iure, & sic restringenda, vt diximus num. 27. non est extendenda extra casum, in quo loquitur, qui est, quando exprimitur conditio sine liberis, eo vel maximè, quod extendendo illam ad hunc casum, concurret duplex fictio in eodem subiecto, contra *l. 1. C. de dor. promiss.* Altera, suppleri conditionem sine liberis: altera verò, monasterium succedere loco filij. Secundò, quia quando hæres extraneus nulla addita conditione grauatur restituere hæreditatem alteri extraneo, non excluditur eius professione ille extraneus substitutus, sed succedet excluso monasterio, vt diximus numero 77. eo quod in eo euentu nulla insit tacita conditio, si absque liberis decesserit. Ergo idem dicendum est, quando ascendens sic grauat descendentem: quamuis enim tunc insit tacita conditio, si descendens ille absque liberis decesserit; at eam præsumit ius ex affectu, quem creditur habere ascendentem ad descendentes, & ex pietate erga eos, vt expresse dicit textus *d. l. cùm abus. & d. l. cùm acutissimi*, & non fauore religionis, quæ verè non est filius, nec descendens. Et confirmatur, quod non rationi consonum, vt extraneus sic substitutus excludat monasterium, non autem descendens, cùm maior sole. esse testatoris ad suum descendentem, quàm ad extraneum affectus. Et ex his patet solutio rationis cōtrariæ, quia nimirum non est eadem ratio expressæ, & tacitæ illius conditionis, quod tacitam supplerit ius fauore solius prolis. Et ideo in hanc sententiam magis inclinat, quamuis dubius, & relinquens cogitandum Socinus iunior *l. gallus. §. & quid si mutum. numero 24. ff. de liber. & posthum.* atque eam tenent Costa *cap. si pater. 1. parte. verb. si absque liberis. numero 70. & 71. de testament. in 6.* Auendaño iunior *l. 40. Tauri. gloss.4. num.25.*

Caual

Caualcanus *decis. 1. num.47. parte 3.* Molina *tom.1. de iustit. disputatione 190. columna penultima.* Benedictus Egidius *l. Titia si non nupserit. 100. parte 1. num.54. ff. de condit. & demonstrat.*

83 Sed quid si descendenti illi sit expressim absque aliqua conditione pia causa substituta, vt monasterium, aut Xenodochium, & ille obiit relicto filio, an tunc censeatur apposita ea tacita conditio, si absque liberis filius decesserit, & proinde causa pia illa excludatur ab illo filio relicto? Barbat. *cap. in præsentia. à numero 69. vsque ad 81. de probat.* rem latissimè disputat, & concludit *eo numero 81.* esse puram veritatem, non excludi causam piam, sed eam præferri nepoti: quia censetur potiùs testator diligere animam suam, quàm nepotem. Item, quia potuit cogitare fore, vt ex filio illo nepotes haberet, & tamen illos non instituit. Eandem ententiam tuentur alij pauci DD. quos referunt Tiraquellus *de priuileg. pia causa. priuileg. 17. num. 1.* & Mantic. *de coniect. vlt. volunt. libro 10. tit.7. num.10.*

84 At verissima sententia est, intelligi adhuc tacitam illam conditionem in illa piæ causæ substitutione, si ille descendens absque liberis obierit, ac proinde iis relictis excludi omnino causam piam. Ratio est, quod eo ipso quod descendentem illum prætulit causæ piæ, visus est etiam filios illius voluisse eidem causæ piæ præferre. Et ita soluitur ratio contraria. Et ideo hanc partem sustinent Baldus *l. cùm acutissimi. numero 4. C. de fideicommiss.* & ibi Paulus *num.7.* Padilla *numero 8.* Guillelmus Benedictus *cap. Raynutius. verb. si absque liberis. el 1. numero 25. de testament.* Tiraquellus multos alios allegans *l. si vnquam. verb. liberi. in noua edizione. numero 80. C. de reuocand. donat.* & in hanc ipsemet inclinat *de priuileg. pia causa. priuileg. 17. numero 1.* Pinell. *l. 3. numero 26. C. de bonis mater.* Gregorius Lopez *l. 10. verb. dexaso. quæstione 1. tit.4. parte 6.* Costa *cap. si pater. 1. parte. verb. si absque liberis. num. 17. de testament. in 6.* Antonius Gomez *tom. 1. variarum. cap. 5. numero 34.* & multi alij, quos referunt, & sequuntur Mantica *de coniect. vltim. volunt. libro 10. tit.7. à numero 7. vsque ad 10.* vbi latissimè probat hanc sententiam; & Menochius *de præsumpt. libro 4. præsumpt. 89. numero 124.* Spino *speculo testament. gloss.14. principali. numero 116.* Molina *tomo 1. de iustitia. disput. 190. col.12. vers. esto aliquis.*

85 Duplicitèr temperatur hæc sententia. Priùs, vt intelligatur, quando agitur de maiori bonorum testatoris parte: secus si de re aliqua particulari, non magni valoris. Quippe tunc non intelligitur conditio hæc tacita, ad piæ causæ exclusionem, ob rei modicitatem. Atque ita allegatis Socino iuniore, & Deciano, tenent Mantic. *numero 10.* & Menoch. *eodem numero 124.* & placet mihi.

86 Posteriùs limitatur, nisi testator exprimeret se piam causam instituere gratiā exonerandæ propriæ, aut alicuius alterius conscientiæ; tunc enim pia causa præferretur filiis illius descendentis grauati. Quia censetur testator propriæ, aut alienæ conscientiæ exonerationem iis præferre velle. Sic tradunt Guillelm. Benedict. Costa *numero 18.* Menoch. alios allegans *numero 11.* Molin. vbi eos retuli numero 81. Sed malè allegatur Menochio Tiraquellus pro hac sententia, *de priuileg. pia causa. priuileg. 68.* quia in longè diuerso casu ibi loquitur. Verùm hæc limitatio displicet, & iure optimo illam allegatis Socino seniore, & Sperello, reprobat Mantica *eodem lib.10. tit.7. numero 9.* quia, sicut viuo filio testator non curauit suam conscientiam exonerare ob affectionem ad ipsum, ita non intelligitur, relictis et illo nepotibus, voluisse suam conscientiam exonerare: quippe eadem affectio præsumitur habita erga nepotes.

Tandem, an substitutiò facta alicui, si absque filiis decesserit, euanescat, quasi habitis filiis, si relinquat filium professum, siue in ordine capaci, siue incapaci succedendi, diximus suprà.

CAPVT XVII.

Qualiter acquirantur monasterio relicta monacho ea lege, vt ad eum, & non ad monasterium pertineant, nec possit in illa superior se intromittere, & eo se intromittente perdatur legatum, & an aliquid possit à superiore ita monacho concedi, vt superior ipse auferre nequeat?

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputanda sint n. 1.

An legatum relictum monacho ea conditione, vt ad ipsum, & non ad monasterium pertineat, & vt Abbas non possit auferre, valeat? Refertur quædam sententia. numero 2. & 3.

Explicatur sententia authoris. n. 4.

Quid si testator exprimat, vt nil iuris adquiratur monasterio? n.5.

Quid si dicat, non aliter, nec alio modo relinquo, nisi vt adquiratur monacho? n.6.

An si Prælatum non permittat vsum illius rei monacho, perdatur legatum, & an sufficiat initio consentire, si postea dissentiat? n.7.

An possit id legatum expendi à religioso in quoscumque vsus, quando sic disposuit testator, & quid si explicuit vsum profanos? n. 8.

An idem dicendum sit de donatione sub prædicta conditione? num.9.

An ex illius monachi consensu adquiratur id legatum monasterio, & si testator adiecisset pœnam, vt monasterio se intromittente, perderetur, vel dixerit; lego, donec monasterium permiserit vsum monacho? & an vbi semel voluit, possit retrocedere? n. 10.

Quid si testator explicet, vt eius legatis dominium compareat religioso? Refertur quædam sententia. n.11.

Sententia authoris. n.12.

Quid si sit donatio sub ea conditione? n. 13.

Quid si id legatum sit ad alimenta religiosi? n.14.

An valeat legatum, aut incurratur pœna, quando testator addit, vt si monasterium se intromiserit, amittat legatum? Refertur quædam sententia. n.15.

Explicatur sententia authoris. n.16.

Quid si in hac pœna explicaret, vt etiam quoad dominium pertineret ad religiosum? n.17.

Quid si dicat, relinquo hoc religioso, donec superior illi vsum permiserit? & an superiore reuocante perdantur eximi fructus adquisiti? n.18.

Quid si sic relinqueres dominium? n.19.

An tunc possit superior auferre monacho fructus, vsque tunc perceptos? n.20.

An subtatis illis perceptis amittantur in posterum adquirenda? num.21.

An peccet Prælatus consentiens, vt monachus habeat hoc legatum? n.22.

An monasterio contradicente perdat legatum, absque Iudicio sententiæ? & quid de possessore contrauenente conditionibus à testatore adiunctis cum clausula, vt perdat illud? Refertur quædam sententia. n.23.

Proponitur sententia authoris. n.24.

An hucusque dicta verum habeant, quando quis reseruatis sibi bonis ante professionem ea lege, vt sibi cedant, & non monasterio, & amittantur superiore molestante, vel domci superior contradicat? n.25.

An possit quis ante professionem reseruare sibi aliqua bona, si forte eum legitime egredi contigerit? n. 26.

An hucusque dicta locum habeant in fratribus ordinis Minorum, & religiosis Societatis IESV? *remissiuè n. 27.*
Poss. num. 27. inuenies summaria quæ desiderantur.

1 DVBIVM quæstio inuoluitur. Prior est de relictis sub conditione, ne superior se intromittat. Posterior de concessis à superiore ea lege, vt nequeat superior ipse auferre.

2 QVÆSTIO prima. An valeat relictum monacho legatum, vt ad eum, non autem ad monasterium pertineat; nec possit superior se in id intromittere, nec auferre, quod si molestiam inculerit, volens auferre, perdatur legatum? Diuersimodè loquuntur DD. quando sola conditio adiicitur, ne relictum id ad monasterium pertineat, nec possit Prælatus auferre, & quando adiicitur pœna amissionis relicti contrauenientis Prælato. Et ideo vterque casus est seorsim disputandus. In priori ergo casu, quando ea conditio adiicitur, quidam sentiunt valere legatum, acquirique monasterio reiecta ea conditione. Ducuntur, quod conditio illa sit turpis, vtpote paupertati promissæ repugnans: at conditiones turpes adiectæ legatis, non vitiant, sed vitiantur, ac proinde iis reiectis valet legatum. *l. 1. l. si qui ita. l. si quis ita constituat. l. quæ sub conditione. l. conditiones quæ. & l. conditiones contra. ff. de conditionibus institu. & l. 3. tit. 4. part. 6. ergo.* Et ideo hanc partem tenent Imola *l. si alienum. 49. in princ. numero 3. ff. de hæredibus instit.* & aliquantulum dubius *l. Lucius Titius. 78. §. tres hæredes. num. 3. ff. ad Trebell.* Angelus *l. quidam. 5. §. illo. numero 2. C. de necessariis serui. hæredibus instituendis. & l. seruus vxor. 76. num. vniu. ff. de hæredibus instituendis.* Paulus *ea l. quidam. fin.* & ibi Corne. *§. illo. numero 3.* Iason *authent. ingress. numero 37. & 39. C. de sacrosanct. Eccles.* Riminaldus *instit. per quas personas. à numero 104. vsque ad 108.* Caldas *l. si curatorem. verb. lasit. numero 147. C. de in integ. restit.* addunt autem Angelus, Paulus, Iason, Imola, quamuis attento iuris rigore ita sit, at attenta æquitate hortandum esse superiorem, vt monacho vsum illius rei permittat.

3 Temperant aliqui ex his authoribus, vt intelligatur, nisi legatum illud sit pro alimentis, libris, & vestibus monachi, quia cùm monachus sit huius legati capax, valebit id legatum. Sic Riminaldus *numero 109.* & Caldas num. præcedenti allegatus, & valere in hoc casu legatum tradunt etiam Bartolus dicens fortè hoc ita esse *l. Lucius Titius. 78. §. tres hæredes. num. 3. ff. ad Trebell.* Baldus *c. clerici. fin. de iudiciis.* Auendaño *in suo diffinitorio. verb. monja.*

4 Sed verius est, legatum sub prædicta conditione relictum esse benigne interpretandum; ita vt eius sensus sit, vt nihil facti pertineat ad monasterium, secus autem de iure, id est, vt commoditas, & vius, quæ quid facti sunt, pertineant ad monachum, Abbate permittente: at dominium, quod est quid iuris, pertineat ad monasterium; ac proinde legatum illud valebit. Ratio huius est, quia voluntas testatoris, si non potest directò, debet per indirectum, & omni possibili modo seruari, & ita explicari, vt habeat effectum, quamuis oporteat verba à propria significatione ad impropriam distrahere, vt tradunt Iason *l. quoties in stipulationibus. numero 2. ff. de verb. obligat.* Decius *l. in contrahenda. num. 5. ff. de regulis iuris.* Menoch. alios referens *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 10. numero 10. & lib. 6. præsumpt. 4. numero 34.* immo Mantic. alios referens *de coniect. vltimæ voluntatis. lib. 3. tit. 5. numero 1.* tradit, non solùm improprie accipienda verba, vt actus valeat, sed etiam cum violentia esse interpretanda. Ergo cùm hæc dispositio non possit, vt verba iuxta suam proprietatem indicant, seruari, ea quod status religioso aduersetur habere aliquid tanquam proprium, & independentes à superiore, debeat intelligi in sensu exposito, quamuis improprientur verba, vt vel sic dispositio sustineatur. Secundò, quia verba in dispositionibus intelligi debent secundùm conditionem personæ, ad quam diriguntur. *l. plenum. §. equitis. ff. de vsu, & habitatione.* & tradit cum aliis Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 78. num. 40. & 47.* Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 6. tit. 1. numero 1.* Cùm igitur hæc verba dirigantur ad monachum, qui proprietatis est prorsus incapax, & solum vsum potest habere, & hunc quidem ex consensu superioris, & ab eo dependenter, verba intelligi debent, vt id legatum obtineat monachus eo modo, quo potest habere, nempe, quoad vsum permittente superiore. Tertiò, quia verborum perplexitas interpretanda est ex præsumpta disponentis voluntate. *l. qui quadringenta. in princip. ff. ad l. Falcidiam.* Cùm ergo in his verbis perplexitas quædam sit, & repugnantia, dum indicant aliquid adquirendum monacho, quod non adquiratur monasterio, cōfugiendum est ad præsumptam disponentis voluntatem, quæ fuit, vt religiosus ille legato hoc potiatur omni modo possibili, & ideo, vt hæc voluntas sortiri suum effectum possit, interpretanda est modo prædicto. Tandem probari potest ex iis quæ diximus *lib. 5. cap. 4. numero 98.* vbi statuimus religiosum professionem facientem, aliquid sibi reseruando ad vsumfructum, validè profiteri, quia in dubio non sunt interpretanda verba addita contractui, ita vt illius naturæ repugnent. Ergo similiter non est existimandus legatum relinquens sub conditione dicta, velle contraire voto essentiali paupertatis, quo ligatur religiosus, cui legatum facit, ac proinde velle suum legatum nullum esse. Et hinc patet solutio ad contrariam rationem propositam numero 2. quia conditio illa in hoc sensu intellecta, nihil turpe continet. Et ideo hanc partem sustinent Bartolus *l. si alienum. 49. in principio. num. 2. ff. de hæred. instit.* & *authent. excipitur. num. 2. C. de bonis, quæ liberis.* & ibi Angelus *num. 2.* Corne. *in fin.* & ibi Fulgosius *fin.* Baldus *l. final. num. 5. C. de actionibus empti.* Abbas *cap. 2. num. 8. de statu monachorum. & consil. 44. num. 3. & consil. 63. numero 8. libro 2.* idem Angelus *l. Lucius Titius. 78. §. tres hæredes. numero 2. ff. ad Trebell.* & alter Angelus *summ. verb. monasterium. numero 1.* Rosella *verb. religio. numero 12.* Sylvester *verb. religio. 8. quæstione 5.* Tabiena *verb. monachus. quæst. 14. num. 15.* Lambertinus *de iure patronatus. lib. 2. parte 1. quæst. 7. art. 10. num. 18.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 5. art. 10. num. 12.* Simon de Prætis *de interpret. vlt. volunt. lib. 2. interpretat. 2. dub. 2. filut. 7. num. 13.* Surdus *de aliment. tom. 8. priuileg. 79. num. 4.* Molina *tom. 1. de iustitia. & iure. tractatu 140. colum. 9. vers. si aliquid testamento.* Azor *lib. 1. tom. 12. cap. 10. quæst. 3.* Graffis *in suis decisionibus. 1. parte. lib. 3. c. 5. num. 41.* Fuluius Pacianus *cons. 36. à num. 74. per multos sequens. tom. 1.* Peregrinus *consil. 13. num. 21. & duplici sequent. tomo 2.* Manuel *leg. regul. tom. 2. quæst. 115. art. 2.* Atque sic intellectis his verbis valere hoc legatum tradunt Paulus *d. l. Lucius Titius. §. tres hæredes. num. 4.* Bellamer. *cap. quia ingredientibus. n. 3. & 19. q. 3.*

5 Atque hæc sententia vera est, quæ nuis testator in ea conditione exprimeret, vt nihil iuris adquiratur monasterio; adhuc enim vt dispositio valeat, sunt ea verba intelligenda, vt nihil iuris afferens cum moditate, seu quoad vsum adquiratur monasterio, secus autem quoad dominium: id enim probant rationes num. præceden. vt allatæ, & tradunt Bart. *eadem authent. excipitur. num. 2.* Sylvester, Rosella *num. 13.* Simon de Prætis, Azor, Manuel num. præcedenti relati.

6 Nec placet, quod tradit Bimius *toto cons. 6.* & maximè *num. 6. vol. 1.* vbi ait, si conditio sit, vt ipsi monacho adquiratur, & non monasterio, & non aliter, nec alio modo, resolui omnino relictum, & non valere, quia geminatio illa verborum, non aliter, nec alio modo, adeò ipsum actum resoluit, & extinguit, vt *l.* non valet eo modo, quo geritur, nequeat vllo alio modo valere. Item, quia verborum multiplicatio importat magis

enim am testatoris voluntatem, & efficit, vt ea plenius interpretanda sit, vt cum aliis tradit Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 6. num. 9.* Sed non placet, inquam, quia rationes traditæ num. 4. probant, etiam in hoc casu explicanda illa verba in eo sensu, vt actus valeat, nempe, vt testator non aliter, nec alio modo relinquat, nisi vt monachus ille ex superioris permissu potiatur vsu illius rei.

7 Quod si superior non consentiat, vt commoditas huius relicti ad religiosum illum pertineat, continuò legatum erit nullum, pertinebitque ad hæredem, deficiente conditione, sub qua est relictum. *l. omica. C. de caducis tollend.* Sic tradunt Cynus *l. quoties. in fin. C. de donat. quæ sub modo.* Abbas *cap. 2. numero 8. de statu monachorum.* Barbat. *addit. ad Bart. d. authent. excipitur. num. 2. verb. expressè.* Rosella *verb. Abbas. num. 14.* Angelus *verb. monasterium. num. 3.* Armilla *verb. monachus. num. vlt.* Sylvester, Azor, Molina, Manuel vbi allegati sunt num. 4. Nec sufficit semel consentire, si postea Prælatus licentiam auferat, ne id legatum perdatur, quia quamuis regulare sit, satis esse conditionem momento impleri, etsi statim deficiat. *l. si quis hæredem. num. 7. C. de instit. & substit.* hoc tamen bene limitat Iason cum aliis *ibi. num. 14. limitat. 4.* nisi esset conditio, vel dispositio habens tractum successiuum, vt si quis commoretur cum Titio; tunc enim non sufficit momentaneum implementum: at hæc conditio est huiusmodi ex præsumpta testantis, aut donantis voluntate, quæ fuit, vt religiosus ille semper haberet vsum, & commoditatem illius rei; cui minimè satisfacit non perseuerante superioris consensu.

8 Dum autem dicimus integrum esse monacho acquirere hoc legatum ex superioris permissu, intelligendum est ad solos vsus religiosis permissos, vt in vsus pios, & in proprias necessitates subleuandas, quod & in monasterij vtilitatem redundat, vtpote quod liberatur onere prospiciendi necessitatibus illis. Sic tradunt Abbas, Rosella *num. 11.* Ang. *num. 2.* Armil. allegati n. præced. Sylu. Surdus, Tabiena, Molin. Graff. allegati num. 4. Atque hoc modo credo intelligendam conditionem, etsi testator diceret, cum conditione, vt expendat in vsus, quos voluerit; intelligendum enim est de vsibus religioso licitis, vt verba accommodentur personæ, ad quam diriguntur, & vt actus teneat, iuxta ea, quæ num. 4. diximus. Quod si expressè esset conditio, vt ad quoscumque vsus, superfluos, & profanos, cum hæc conditio sit turpis, dicendum est, eam conditionem reiici, & valere legatum, perinde ac si illa non esset, sicut dicemus num. 12. quando esset conditio, vt pertineret, quoad dominium, ad religiosum, quia vtrumque est interdictum monacho. Sed quid si non legatū, sed donatio fiat religioso sub prædicta conditione, vt ad eum, non autem ad monasterium pertinear, nec possit ab Abbate molestari? Bartolus *in suis quæstionibus disputatur. q. 12. in fol. 61. n. num. 1.* id discriminis constituit inter hanc conditionem adiectam in donatione, & adiectam in vltima voluntate, vt in priori casu præsumatur dolo monachi adiecta, ac proinde non præmideret monasterio, secus in posteriori. Cæterum melius ipsemet *authent. excipitur. num. 2. C. de bonis, quæ liberis.* Rosell. Sylvest. Molina, Azor, Graffis, Manuel num. 4. allegati dixêre eodem modo interpretandam esse conditionem hanc, siue donato, siue contractui, aut donationi adiectam. Ac proinde omnia, quæ hucusque diximus de ea adiecta legato, dicenda sunt de ea adiecta donationi, quia semper verba interpretanda potiùs sunt, vt actus valeat, & iuxta conditionem personæ ad quam referuntur, iuxta ea, quæ num. 4. tradidimus.

9 Potest tamen religiosus ille consentire, vt vsus illius legati sit prorsus monasterij; quia cùm ea reiectatio fuerit in ipsius fauorem inducta, potest ipse cedere fautori suo, immo & testator adiecerit pœnam, vt si monasterium se intromiserit, pertineant ea bona ad quendam tertium: & esto pœna valida sit, potest monasterium ex illius religiosi consensu ea bona capere, nullam incurrendo pœnam, quia pœna illa non fauore substituti, sed ipsius monachi adiecta est. Quod si opponamus, monachum transtulisse omnem suam voluntatem in Abbatem, ac proinde videri inde inferri, satis esse voluntatem ipsius solius Abbatis, velit, nolit monachus. Respondetur, id non esse verum de personali monachi voluntate, qualis est hæc; sicut nec potestas executoris testamenti concessa monacho, transit in monasterium, vt diximus: atque hæc omnia latius probans, & diluens contraria, tradit Bart. *in suis 93. disputatis. toto q. 12.* Atque idem credo, etsi ea conditio apponatur, non per modum pœnæ, sed per modum taxationis temporis, vt, lego donec superior auferat, quia adhuc est in ipsius fauorem, nec superior dicitur auferre, aut molestiam inferre, quando ipse subditus sua sponte dat.

10 Sed maior difficultas est, quando testator declararet, se velle, vt id legatum omnino quoad dominium pertineat ad monachum, & nullo modo ad monasterium. Quidam censent id legatum prorsus vitiari, & esse irritum. Ducuntur ex *reg. vbi pugnantia. 140. ff. de regul. iuris*, ibi; *vbi pugnantia interseri testamento inuenuntur, neutrum ratum est.* Idemque habetur *in l. si Titius. 16. ff. de conditionib. institut.* At in hoc legato pugnantia inueniuntur, quia contrarium est, vt id legatum adquiratur monacho, & sic adquisitum adquiratur monasterio. *authent. ingress. C. de sacrosanct. Eccles.* & contrarium etiam est, vt monasterio non adquiratur, quæ inter se pugnant. Sic tradunt Abbas triplici loco, Bart. *authent. excipitur. n. 2.* & ibi Angelus *n. 2.* Rosella, Sylvest. Tabiena, Surdus, Molina, Azor, Manuel allegati num. 4. & loquuntur de legato, & contractu, vt donatione, Bart. Rosell. Sylvest. Molina, Azor, Manuel ibidem. Idem loquens de legato tenet Paulus *in l. Lucius Titius. 78. §. tres hæredes. num. 4. ff. ad Trebell.*

11 At verius est, id legatum valere, & adquiri monasterio reiecta ea conditione tanquam turpi, quod sustinet omnes DD. allegati num. 2. & probatur ratione ibi adducta; quippe vbi de hac testatoris voluntate constat, placet eorum sententia. Idem docet Bald. *cap. clerici. in fin. de iudiciis.* Nec obstat ratio contraria, quia *reg. vbi pugnantia*, intelligitur, vt bene ait Glossa *l. Titius. 16. c. vb. ignotum. ff. de conditionibus institut.* quando verba tunt ita pugnantia, vt ob verborum perplexitatem se inuicem impediant; secus, vbi esset impossibilitas de iure, aut ex natura, tunc enim reiecta conditione valeret institutio. At in hoc legato nulla talis est verborum perplexitas, sed sola impossibilitas ex iure, quo attento nihil potest adquiri monacho, cuius proprietas non adquiratur monasterio. Adde legatum non esse absolutum, sed sub conditione, vt non adquiratur monasterio. Quare nulla est in illo contradictio, sed sola iuris impossibilitas, quæ vitiatur, & non vitiat legatum.

12 Quod si donatio fit sub prædicta conditione, erit donatio irrita, vt bene dixêre aliqui DD. relati num. 9. Ratio autem est, quia etsi conditiones turpes, ac de iure impossibiles, qualis est hæc, non vitient legatum, sed habeantur pro non scriptis; contrarium tamen contingit in contractibus, per illas enim vitiantur, vt constat ex toto titulo *ff. de condic. ob turpem causam. & l. impossibilis. 7. ff. de verborum obligationibus. & §. si impossibile. de inutilibus stipulationibus. & l. regia. 3. tit. 4. p. 6.* & ita etiam tradit loquens de donatione sub prædicta conditione, Bimius *toto cons. 6.* & maximè *n. 6. vol. 1.*

13 Nec placet limitatio, quam tradunt aliqui DD. vt num. 5. retulimus, vt intelligatur non valere legatum sub prædicta conditione, nisi sit legatum pro alimentis, aut libris religiosi, cuius legati ille capax est. Et ita meritò eam reprobat Cumanus *l. Lucius Titius. 78. §. tres hæredes. num. 6. ff. ad Trebel.* limitans, nisi reliquerit id legatum,

legatum, quando Abbas non suppeditaret monachis necessaria ad victum. Sed nec etiam limitatio hæc placet, quia relicto solo vsu illi religioso, cauetur hoc damnum, & cuiuscumque legati religiosus est capax, quoad vsum, & nullius, quoad proprietatem.

15 Posterior casus est, quando testator vltrà procedit apponendo pœnam, vt si disponat, vt id legatum non ad monasterium, sed ad monachum pertineat, & non consentiente superiori in id, pertineat ad quendã extraneũ. Qua in re quidam censent legatum valere, & pertinere ad monasterium, reiecta illa pœna. Ducuntur, quia adiectio pœnæ actui interdicto, est ipso iure nulla, atque ea reiecta, valet relictum *d.vnic.in fin. C.de his, quæ pœnæ nomine relinquuntur*, ibi; *quod si aliquid fuerit, vel legibus interdictum, vel aliàs probrosum, vel etiam impossibile, iussu aliquis eorum fuerit, tunc sine vllo damno, etiam neglecto testatore præcepto seruabitur*. Atque ita docent Bart. *l. Lucius Titius.78.§.tres heredes.num.3.ff.ad Trebel.* & ibi Cumanus *num.6.* Bald. *dicta l.vnic. num.44.* Cepola *cautela 252.num.1.* Gualdensis *de arte testandi.tit.5.cautela 63. num.1.* Angelus *summa.verb. monasterium. num.11.* Sylu. *verb.religio.6.quæst.7. dicto 3.* Tabiena *verb. monachus.q. 14.num.15.* Antonius Cucus *lib.3.instit.maior. tit.1.num. 114.* Corduba *sum.quæst.154.fol.142.vers.lo segundo dize.* Galganet. *de conditionibus, & demonstrat.p.2.c.5.quæst.12. cons.7.vsque in finem.* Manuel *99.regular.tomo 2.quæst.125. art.3.* Tapia *authent.ingressi. verb. ipso ingressu.cap.5. num. vltim.C.de sacrosanct. Eccles.* & DD omnes allegati num. 2. qui quidem censent conditionem hanc, vt non monasterium adquirat id legatum, reiici tanquam turpem.

16 Sed verius est valere pœnam, & ideo Prælato non consentiente, amitti legatum, & pertinere ad substitutum. Ducor, quia, vt probauimus suprà, ea conditio intelligitur modo licito, vt scilicet Prælatus consentiat monachum illum habere vsum illius legati, monasterio retinente dominium: atque adeò pœna amissionis legati non consentiente Abbate, adiicitur actui licito, cur ergo non valebit? Et hinc dissoluitur ratio contraria. Et ideo hãc partem tenent Glossæ *ea l.Lucius Titius.78. §.tres heredes.verb.de omni.* Archid. *cap.quia ingredientibus. 19.quæst.3.num.2.* & ibi Bellamer. *num.3.* Graff. *in suis decis.1.p.lib.3.c.5.n.41.*

17 Si tamen expressisset testator, vt etiam quoad dominium pertineret id legatum ad monachum, & nolente Prælato consentire, pertineret ad extraneum, tunc haberet verum præcedens opinio, quia apponitur pœna actui interdicto, & conditio est turpis, vt num.12. & 14. diximus, etiam non adiecta pœna, nedum adiecta. At si non esset legatum, sed donatio, dicendum est, non valere donationem, vt diximus in simili num. 13. quia *d.l.vnic.* allegata num. 15. probans reiici eam pœnam, loquitur in vltimis voluntatibus, & nullibi iure cauetur contractus reddi irritos adiecta pœna turpi.

18 Cæterùm ad vitandas has opiniones, erit tutissima cautela, vt res donetur, aut legetur monacho, quò vsque superior ei vsum illius permiserit, & ex eo tempore, quo non permiserit, amittatur legatum illud, vel donatio. Hanc cautelam negant Cuman. *l. Lucius Titius. 78.§.tres heredes.num.8.ff.ad Trebel.* Tapia *authent.ingressi. verb.ipso ingressu.cap.5. num. vltim. C. de sacrosanct. Eccles.* dicentes perinde esse, ac si per modum pœnæ adiiceretur, & sic valere legatum, in perpetuùmque adquiri monasterio, etsi superior non permittat monachum eo vti. Cæterùm omnino tenenda est dicta cautela, & tandiu monachus ea bona retinebit, quandiu Abbas permiserit, perdetúrque legatum à tempore contradictionis. Ratio est, quia non adest hic alicuius pœnæ impositio, sed quædam legati obtinendi à monacho taxatio, nec continetur aliquid turpe, cùm religiosus ille quoad solum vsum, & tempore solo, quo superior permiserit, obtenturus sit legatum illud, & possit superior reuocare perdendo legatum. Atque ita docent Bald. *l.vnica.num.44.C.de his, quæ pœnæ nomine.* Cepola *cautela 252.num.1.* Gualdensis *de arte testand.tit.5.cautela 23.numero 2.* Gambara *de auctoritate legati de latere.lib.6.num. 260.* (habetur *tom.13.tract. p.1.*) Angelus *summ. verb. monasterium.num.11.* Syluest. *verb. religio.6.quæst.7. dicto 3.* Tabiena *verb.monachus.quæst.14.num.15.* & ibi Armilla *num.vltim.* Nauart. *lib.3. cons. in 1.edit.tit. de regular. cons. 75.num. 49. in 2.tit. de statu monachorum.cons.3.num.49.* Corduba *summ.quæst.54.fol.142.vers.lo segundo dize.* Antonius Cucus *lib.3.instit. maiorum.tit.1. num.114.* Manuel *99.regul.tom.2.quæst.125. art.5.* & à fortiori hoc tenent, quos allegaui numero 16. Meritò autem prædicti DD. tradunt amitti legatum à tempore contradictionis; nam quoties aliquid legatur, vel donatur per verba denotantia principaliter tempus, & secundariò conditionem, vt, donec, vel quò vsque, vel dum legatarius, vel donatarius hoc fecerit, si contraueniatur conditioni, soli fructus in posterum percipiendi amittuntur. *l. qui concubinam.29.§.vxori. ff. de legat.3.* vbi & scribentes, & aliis citatis tradunt Mantica *de coniect.vltim.vol.lib.11.tit. 19.num.12.* Peregrin. *de fideicommiss.art.16.num.144.*

Quod si testator, aut donans exprimeret, vt dominium esset apud monachum, & nullo modo apud monasterium, donec superior permitteret, corruet omnino legatum, & nec monasterio, nec monacho acquireretur, sed substituto, & in hoc casu tenebit verum, quod tradunt DD. allegati num. 11. cùm tunc nulla sit conditio turpis, aut impossibilis, vt ea reiecta valeat legatum, sed sit purum, cum temporis tamen præfinitione: & cùm nullo tempore impleri valeat, eo quod religiosus, nec de superiori licentia est capax dominij, corruet omnino legatum.

Atque quando solus vsus legatur, aut donatur, quod præsumendum est, vbi de opposita donantis, aut legantis intentione non constat, vt diximus num.4. superior poterit quocumque tempore acquisita per monachum reuocare, ante controuersiam motam, cùm vsque tunc legatum illud est duraturum. Atque ita docent Bald. Angelus, Syluest. relati num.18. Cepola *cautela 252.fin.* quamuis Tabiena *verb.monachus. quæst.14. num.15.* asserat, hoc sibi videri dubium, quia ex quo Abbas consensit, & aliter non valeret legatum, nequit asseri religiosum illum non fuisse legitimum administratorem tempore præterito. At hæc ratio non obstat; non enim negatur legitima eius temporis præteriti administratio, sed asseritur semel concessam posse à superiori reuocari, quippe illa concessione non est ligata superioris potestas ad reuocandum in posterum, nec religiosus ille potest independenter à superioris voluntate retinere, & tempus appositum fruendi illo legato, solum fuit, donec superior controuersiam mouerat: quare cùm vsque tunc non mouerit, legatum præteriti illius temporis non amittetur ex controuersia illa mota.

Sed difficultas est, an id legatum extinguatur, quando superior non contradicit vsui illius monachi respectu fructuum deinceps acquirendorum, sed solos fructus perceptos monacho aufert; videtur enim ex tunc extingui legatum, cùm ex tunc molestiam infer[illegible] superior, nec permittat vsum monacho, ac proinde [illegible]tatur tempus legati. Cæterùm verius est, non extingui [illegible]gatum, quia cùm hæ conditiones odiosæ sint, vtpote q. [illegible] tendunt ad perfectã paupertatis religiosæ diminutionem, & restringendam facultatem Prælatorum in res à monacho possessas, sunt restringendæ omnino, ac proinde illa limitatio temporis, donec superior contradicat, aut molestiam inferat, est intelligenda de fructibus in posterum percipiendis, non autem de iam perceptis, cùm adhuc volũtati testatoris satisfiat, siquidem relinquitur monacho illi facultas in posterum potiendi fructibus illis. Quæ tamen intelligenda sunt, nisi in fraudem voluntatis testatoris, velit Prælatus permittere acquisi-

acquisitionem monacho, vt semper, & statim, ac res acquisita sit, ei illam auferat, quia tunc per indirectum contraueniret voluntati testatoris, & sic amitteretur legatum; secus, quando semel, aut iterum id fieret.

22 Sed, an peccet Prælatus consentiens, vt monachus eo legato potiatur? Graffis *in suis decis.1.p.libro 3. cap.5. num.41.* affirmat peccare, quia nequit suum monachum directè, aut indirectè proprietarium efficere. At id non est verum; sed potest consentire ad expendendum tantùm in vsus pios, aut necessarios, non autem in vanos, & superfluos, vt diximus n.8. Nec hoc est monachum effici proprietarium, quia dominium est monasterij, & superiori liberum est reuocare vsum concessum.

23 At vrgentius dubium est, an statim, ac contraueniatur, amittatur id legatum, aut donatio, absque aliqua Iudicis declaratione: videtur enim hæc necessaria, quia quamuis videatur legatum, aut donatio facta vsque ad illud tempus, & hæc sic facta cessent statim, ac tempus id lapsum est; at tempus illud non ad solam temporis præfinitionem videtur adiectum, sed etiam veluti in pœnam contradictionis, & vt illius incurrendæ timore arceatur superior à contrauentione: at pœna non debetur in foro conscientiæ ante Iudicis declarationem, etsi ipso facto decernatur, vt tenet frequentior sententia. Atque vt magis vrgeat dubium, fac expressam esse pœnam, & non adiectam esse particulam, quæ tempus præfiniat, vt, lego, aut dono ea conditione, ne superior auferat vsum monacho, quod si abstulerit, res sic legata, aut donata pertinear ad Titium; cùm tunc clarè apponatur per modum pœnæ, videtur necessaria aliqua Iudicis declaratio contrauentionis. Nec obstat si dicas pœnam lege inductam indigere hac declaratione, secus de pœna à testatore, aut donante apposita, quam absque vllo Iudicis ministerio incurri in foro conscientiæ, ex pluribus probaui *lib.7. de matr. disput.91. num.2.* Nam quando modi, & grauamina imponuntur vocatis ad maioratum, cum clausula, vt si transgrediantur aliquid ex tabibus modis, aut grauaminibus, censeantur numquam vocati ad eum maioratum, sed eo ipso sequens in gradu succedat, perinde ac si possessor ille, qui non paruit, tunc obiisset; priuatio hæc est pœna à testatore imposita, & tamen non statim contraueniendo incurritur, sed exigitur sequentis successoris petitio, ac Iudicis declaratio, vt probat Molina *de primogen.libro 3. cap.10.num.44. vers. sed quamuis hæc opinio.*

24 Cæterùm absque dubio dicendum est, nullam exigi Iudicis declarationem, nullúmque ipsius ministerium, aut nullam vocari ad id legatũ, aut rem illam donatam, petitionem, sed statim per contraueniendem amitti, deberique in foro conscientiæ restitui vocato ad illud, & hoc siue explicetur conditio per verba denotãtia principaliter tempus, siue per verba denotantia conditionem, & pœnam: nam quando verba important principaliter tempus, non fuêre legatum, vel donatio, nisi vsque ad illud tempus præstitutum, & sic eo expleto cessant, nec adest ibi aliqua pœnæ ratio. Quando autem adiicitur per modum simplicis conditionis resolutiuæ, aut pœnæ, cùm sint hęc à testatore, vel donatore appos[illegible], non exigitur aliqua sententia, aut petitio, vt retu[illegible]nus num. præcedenti. Nec obstat argumentum de grauaminibus maioratui adiectis, quia ea doctrina [illegible]on est certa; & sic Molina Societatis Iesv *tomo 3. de ust. disput.611. fin.* docet, in foro conscientiæ esse statim eum maioratum sequenti successori restituendum. At fateor opinionem hanc esse rigidam, & stricto iure niti, vt bene dixit alter Molina allegatus num. præcedenti. At ex æquitate plus placet mihi, non amitti maioratum absque sequentis successoris petitione, aut Iudicis declaratione, quia (vt bene dixit idem Molina *lib.1. de primogen. cap.12. num.30.*) conditiones huiusmodi potius comminatoriæ sunt, quàm ad prædictam priuationem, prout sonat, inducendam, quod ex præsumpta institutoris voluntate, ac benigna interpretatione deducitur, nec enim censenda est eius voluntas, vt ob tam leuem causam amittatur eo ipso, & tanto rigore maioratus, & laqueus grauissimus imponatur conscientiis possessorum, cùm adeò difficile sit maioratum relinquere, & facillimum conditioni contrauenire. Sed quamuis hoc sit verum, non confert ad nostram quæstionem, quia in nostro casu est aperta testatoris, aut donantis voluntas, non aliter donandi, aut legandi, nisi vt religiosus ille fruatur vsu, & commoditate illius rei: quare ius illi denegatis, statim in foro conscientiæ perditur id legatum, & donatio.

25 Tandem dubitatur, an hucusque dicta verum habeant, quando aliquis ante professionem sibi reseruauit aliquam rem. Et quidem *libro 5.* suprà satis latè egimus, quando ex tali reseruatione reddatur professio irrita, & diximus num.97. & 98. valere huiusmodi reseruationem, quando est solius vsus, & dummodo integrum reuocandi ius superiori maneat; & tenet Fuluius Paciamus *cons.36.numero 109. & 110.vol.11.* & in dubio ita accipiendam istam reseruationem. Dubitatur ergo in præsenti, an si adiiciat eam cõditionem, vt si superior voluerit reuocare, perdatur legatum, & acquiratur tertio, aut cõditio sit, vt monasterio non acquiratur, quoad vsum, aut reseruat sibi illum vsum, donec superior permiserit, & tunc, quando non permiserit, legat tertio, sit dicendum idem, quod hactenus diximus, quando sic legaret monacho illi quidam extraneus. Alber. *auth. ingressi.num.16.C.de sacrosanct. Eccles.* ait, hoc pactum, quo monachus sibi reseruauit vsum, & superiore molestante relinquit cuidam tertio, esse contra professionis substantiam, ac proinde eam irritam reddi. At contrarium dicendum est, vt constat ex dictis eodem cap. num.97. & 98. quia solum vsum sibi reseruat, & is est ad nutum superioris reuocabilis: siquidem non amittendo legatum, potest vsum reuocare; at sic possidere monachum, non aduersatur substantiæ professionis. Quare in omnibus his casibus nullam prorsus discriminis rationem inuenio, siue ipsemet professus, siue quidam tertius sic disposuerit: quare dicendum est idem, quod hactenus diximus, quando sic relinquit extraneus.

26 Potest autem quispiam ante professionem suam apponere conditionem resolutiuam donationi, aut legato, à se factis, vt resoluantur, & redeant ad ipsummet, si contigerit ipsum authoritate Apostolica, aut aliàs legitimè redire ad seculum. Sic docet optimè Natta *cons. 180.per totũ.vol.1.* quia nihil cõtra religionis substãtiam fit, eo quod ea reseruatio fiat in tempus habile; & idem est fieri tẽpore habili, ac referri in tẽpus habile *ff. de hæred. instit.* Item, quia frater Minor promotus ad Episcopatũ recuperat ius succedendi parentibus adhuc superstitibus, & ius acquirẽdi legati cõditionalis, cuius conditio tunc impletur, vt dicemus infrà, quamuis ea iura per professionem extincta fuerint. Ergo à fortiori recuperabit hoc ius persequẽdi bona donata, quæ sibi in illum euentũ reseruauerat, quia propria professione nihil est iturus, aut immirius, adeò vt potuis auferri possit beneficiũ legis, quàm illud, quod quis proprio sibi cõsilio paruit; vt vult Glossa *l. assiduus. 12. verb. licetur. C. qui potiores in pignore habeantur.* & vtrùm possit aliquid sibi reseruare, vt post professionem de illo testetur, diximus suprà.

27 Vtrùm autem hucusque dicta verum habeant in professis ordinum minorum, & religiosis Societatis Iesv, dicemus infrà.

SVMMARIVM.

An superior possit concedere aliquod monacho ad vsum irreuocabilem, & sic habere aliquid monachum, aduersetur voto paupertatis n.28.

An Pontifex possit hoc concedere n.29.

An possit licentiam concedere Pontifex, vel alius superior ita, vt nullus alij superiori inferiori integram sit reuocare? numero 30.

An eo ipso, quod Pontifex concedit aliquid religiosi, aut datum ab alio superiori confirmat, censeatur ablata aliis superioribus facultas reuocandi remissiones. n. 31.

An superior concedens religioso vsum rei, & promittens se non reuocaturum, valide reuocet, quamuis sit statutum à toto communitate editum, & iuramento firmatum, & sit periurij reuocando. n. 32.

An quando non est iuramentum, peccet reuocando contra promissionem. n. 33.

Quid si non sit promissio, sed simplex licentia, an possit reuocare, & teneatur obedire inferiori. n. 34.

An possit excogitari aliqua cautela, vt possit monachus aliqua expendere, absque licentia reuocabili superioris. n. 35.

28 Qvæstio posterior. An possit superior aliquid concedere monacho ad vsum irreuocabilem, & sic habere aliquid monachum, aduersetur voto paupertatis? Respondeo, nullũ superiorem eam licentiam monacho cõcedere posse, quia id esset efficere proprietatũ. Atque ita tradunt Angelus *sum. verb. Abbat. num. 17.* & ibi Rosell. *num. 10.* Sylu. *q. 5. num. 6. dicto 7.* Nauar. *lib. 5. cons. in 1. edit. tit. de regularib. cons. 47. n. 2. in 1. tit. de statu monachorum. cons. 1. num. 2.* Antonius Cucus *lib. 3. institutionum minorum tit. 1. num. 112.* Turrecremata *e non dicatur. 12. q. 1. arr. 2. num. 3.* Corduba *sum. q. 54. nonobis 2. vers. sa secunda manuera.* Ludouicus Lopez *1. p. instructionum. cap. 154. col. 2. in fine secundum centu.* & ita iure optimo Nauar. *lib. 3. de restit. cap. 1. n. 5. dub. 1. in noua edit. num. 160.* Graffis *in decisionibus. p. 1. lib. 3. cap. 19. num. 27.* Tapia *authent. ingressi. verb. ipso ingressu. cap. 3. num. 14. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi etiam alios refert, dicunt esse contra paupertatis votum habere aliquid religiosum, ita independenter à superiore, vt ille nequeat reuocare.

29 Immo nec Pontifex concedere hoc posset monacho sic mũéti, nisi eum à voto paupertatis absoluẽdo: quippe esset eum efficere proprietarium. Atque ita docent Rosell. Angelus, Sylu. Turrecrem. Corduba, Ludouicus Lopez allegati num. præcedenti.

30 Posset tamen Pontifex concedere monacho licẽtiam aliquid retinendi; ita vt nullus Pontifice inferior valeat illud reuocare, quia hoc nõ est efficere monachum proprietarium, cum rem illam habeat ex legitima superioris ipsius (qui est Pontifex) licentia, & possit ab ipso reuocari, & solùm ex ea licentia eximatur ab aliorum superiorum obedientia, quoad eam rem retinendam. Sic Nauar. *lib. 3. consiliorum. in 1. edit. tit. de regular. cons. 47. num. 5. in 2. tit. de statu monachorum. cons. 1. num. 5.* Immo quicumque superior posset concedere hanc licentiam, vt nullus alius superior inferior ipso possit reuocare, vt Generalis posset ita rem concedere, vt nec Prouincialis, nec immediatus superior conuentus possit reuocare, quia id probat ratio adducta.

31 Vtrum autem eo ipso quod Pontifex aliquid concedit, vel licentiam superioris confirmat, possit alius religiosi illius superior reuocare, dicemus infrà, vbi tractabimus de beneficio collato ab inferiori, & confirmato à Papa.

32 Sed difficultas est, an quando superior concessit religioso vsum illius rei promittens se non reuocaturum, possit reuocare? Et quidem certum est tenere reuocationem, quamuis sit statutũ editum à Prælato cum conuentu iuramẽto stabilitum, vt ea quantitas detur quotannis religiosis, quia cùm inferiores non habeant velle, aut nolle, nullum ius habent, sed obedire tenentur, erit tamen periurus in reuocando, quando statutum illud non tenderet in detrimentum salutis æternæ. Atque ita docent Ioan. Andre. *reg. non est obligatur. in fin. de reg. iuris, in 6.* & ibi Francus *fin.* Abbas *c. cum ad monasterium. num. 11. de statu monachorum.* Angelus *verb. Abbat. n. 24.* & ibi Sylu. *q. 4. n. 7. vers. 5.* etiam nulla iuramenti mentione facta tenet reuocationem esse validam. Nauar. *lib. 3. consilior. in 1. edit. tit. de regular. cons. 20. num. 12.* & *in 2. tit. de statu monachorum. cons. 14. n. 12.*

Quando autem non est iuramentum, Sylues. *ibidem,* & Archid. *cap. cum pastor alij. 2. q. 7. n. 5.* & ibi Bellamer. *num. 2.* & *3.* dicunt minimè Abbatem obligari stare promissis, quia inter Abbatem, & monachum nulla cadit obligatio naturalis, vt tenent multi, quos suprà retulimus. At cùm ibi dixerimus Prælatum obligari monacho naturaliter ex sua promissione, dicendum est retineri in hoc casu seruare promissionem; atque adeò peccaret, tanquam fidei datæ reus, si nulla causa iusta ductus reuocet, poterit que monachus coram alio superiore reclamare, allegans iniustè reuocationem factam. Quæ omnia rectè, & re vtrinque late disputata, docet Nauarr. *lib. 3. consiliorum. in 1. edit. tit. de regular. cons. 20. num. 13. & 14. in 2. tit. de statu monachorum. cons. 14. n. 13. & 14.* 33

Hinc deducitur, non esse vniuersaliter verum, quod tradit Surdus *de alimen. tit. 8. priuil. 79. num. 5.* vbi ait, posse superiorem pro libito auferre monacho, quod semel illi permisit; id enim tantùm est verum, quando nulla intercessit promissio non reuocandi, sed mera licentiæ concessio. Item, quando aliunde consuleretur necessitati religiosi, iuxta moderationem, quam status religiosus petit; nam si aliunde non prospicerctur, non posset licitè Prælatus auferre necessaria ad hoc ex peculio concesso religioso, nec ille tenetur obedire, vt habes suprà. 34

Tandem infert, nullam cautelam excogitari posse, vt permissum sit monacho, vt aliqua in vsus, quamcumuis licitos, expendere valeat absque superioris licentia reuocabili; quod ex dictis facile constat, & tradit Nauar. *lib. 5. consiliorum. in 1. edit. tit. de regular. cons. 75. n. 50. in 2. tit. de statu monachorum. cons. 3. n. 50.* 35

CAPVT XVIII.

Quid distet inter votum simplex, & solemne paupertatis, & qualiter vtrumque obliger, & in quo consistant: & an solemne impediat dominium acquiri religiosis omnibus priuatis, etiam rerum, quæ vnico consumuntur vsu?

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones sint diffutandæ. n. 1.

Quid sit vsus iuris, & vsus facti. n. 2.

In rebus vsu consumptibilibus, quæ non vnico vsu consumuntur, distinguitur dominium ab vsu, & etiam in ijs, quæ vnico consumuntur vsu, quando vsus illarum est secundarius, & non consumptio. n. 3.

An in ijs, quæ vnico consumuntur vsu, quando vsus earum est consumptio, distinguatur vsus à dominio, ita vt in diuersis subiectis possint esse? Refertur quædam sententia. numero 4.

Explicatur sententia authoris. n. 5.

An fratres Minores habeant vsum iuris? refertur eadem sententia. n. 6.

Explicatur sententia authoris, & qualiter habeant solum vsum, & plus iuris quàm vsufructuarius, & vsuarius. n.

An reliqui religiosi habeant solum prædictum facti vsum, & in quo distent à Franciscanis? n. 8.

An dominium bonorum, quæ conceduntur quibuslibet religiosis, sit solum apud Deum, & non apud ipsos? Refertur quædam sententia. n. 9.

Explicatur sententia authoris. n. 10.

Qualiter dicatur religio habere dominium bonorum in communi. n. 11.

Dominium bonorum, quæ Franciscanis conceduntur, apud quem sit. Referuntur varie sententiæ. n. 12. 13. 14.

Explicatur

Explicatur sententia authoris. n. 15.

Apud quem remaneat dominium pecuniæ legatæ fratribus Franciscanis, aut datæ illis in stipendium Missarum, & concionum. n. 16.

An domus, & Sedes Apostolica possint ad mutuum donata, & alia bona Franciscanorum reuocare? n. 17.

An id reuocandi ius transeat ad donantis heredes? n. 18.

An furans fratribus Minoribus satisfaciat restituendo iis, qui dederè pecuniæ, aut Pontifici, vel si ab iis remissionem obtineat? n. 19.

An legatam pecuniam fratri Minori ad vsum determinatum illius, possit superior auferre? n. 20.

An hodie aliquid immutatum sit circa dominium pecuniæ donatæ fratribus Minoribus? n. 21.

Soluuntur argumenta, & conciliantur Pontifices. n. 22.

Post numerum 22. annexies summaria, quæ desiderantur.

1 Disputatio hæc petit præmitti, an in rebus, quæ vnico vsu consumuntur, distinguatur dominium ab vsu; & ideo duplex est quæstio pertractanda. Prior est de distinctione dominij ab vsu in rebus, quæ vnico consumuntur vsu. Posterior de distinctione inter votum simplex, & solemne paupertatis, & qualiter vtrumque obliger, ac impediat dominium acquiri, etiam in his rebus.

2 Qvæstio prior. An in rebus, quæ suapte natura vnico consumuntur vsu, distinguatur vsus à dominio, non solùm essentia, sed etiam subiecto, ita vt possit esse in vno vsus, & in altero dominium?

3 Ad cuius intelligentiam præmitto, duplicè esse vsum. Quidam est iuris, qui est vsus vtendi re: & quidam facti, qui est vsus ipsius rei, vt equitatio est vsus equi; & possunt hi separari: nam ius vtendi perseuerat cessante vsu facti, & hic potest esse in aliquo absque vtendi iure, vt declarabitur infrà. Secundò præmitto, minimè esse sermonem de rebus ita vsu consumptibilibus, vt non vnico consumantur vsu, quales sunt domus, vestes, & reliqua huiusmodi; constat enim in his distingui dominium ab vsu, ita vt dominium possit esse in vno, & vsus penes alterum. Rursus, neque est sermo de rebus, quæ vnico vsu consumuntur, quales sunt pecuniæ, cibi, potus, quoad vsus secundarios, & accidentales ipsis, vt si vsus pecuniarum sit ad ostentationem, vini, & ciborum ad exhilarandum visum; quippe constat posse eodem modo separari in his vsum à vero dominio.

4 Difficultas ergo est de his rebus, quæ vnico vsu consumuntur, quando vsus earum est primarius, & ad quem suapte natura destinatæ sunt, qui est earum consumptio, an possint ita vsus, id est, illarum rerum consumptio, & dominium separari, vt reperiantur in diuersis subiectis? Quæ quæstio valde agitata est, non solùm inter solos DD. priuatos, sed etiam inter Pontifices occasione sumpta ex fratribus Franciscanis, dicentibus se nec in particulari, nec in communi habere dominium harum rerum, sed solum vsum facti, ac subinde dicentibus posse hæc separari. Duplex ergo est sententia. Prior ait in his rebus minimè distingui posse vsum à dominio, sed habentem vsum illarum, habere quoque dominium. Ducitur primò ex *l. si tibi vini. 7.* aliàs incip. *, si vini. ff. de vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur,* ibi; *si tibi vini, frumenti, olei vsufructum legatum *, proprietas ad legatarium dicenda transferri.* Quod si ipsa textum hunc non loqui de vsu harum rerum, sed de vsufructu, quæ longè inter se distant; & ideo, quamuis decidat vsumfructum harum rerum non posse à dominio separari, non inde deducitur, idem dicendum de earum vsu. At hæc eualio nihil prodest, quod idem sentiendum sit de vsufructu, ac de vsu in his rebus, vt constat ex *l. hoc Senatus consultum. 5. §. finali. ff. eodem tit.* ibi; *quæ in vsufructu pecuniæ dicimus, vel cæteris rerum quæ sunt in abusu, eadem etiam in vsu dicenda sunt; nam idem contingere vsum pecuniæ, & vsumfructum Iulianus scri-*

bit, & Pomponius. Vbi harum rerum consumptionem Iurisconsultus vocat abusum, non quod sit illicitus vsus, sed quia vsus illarum est assumptio, seu consumptio illarum, vt notauit Glossa extrauag. *ad conditorem,* Ioan. XXII. *de verborum significat. verb. vel abusum*; quam significationem probat Conanus *lib. 4. iuris ciuilis. cap. 4. num. 1.* ex Tullio, Boëtio, Plauto, & aliis. Secundò probatur ex doctrina D. Thomæ *2. 2. quæst. 78. art. 1. corp.* ibi; *in rebus, quarum vsus est ipsarum consumptio, non dicendum seorsum computari vsum rei à re ipsa: sed cuicumque cõcedatur vsus, concediturr ipsa res, & propter hoc in talibus per mutuum transfertur dominium.* Vbi apertè videtur sentire; in his nequire dominium ab vsu separari. Et confirmatur, quia si hæc separari possent, non esset vsurarium, sed omnino licitum, pretium recipere pro mutuo pecuniæ, per quod non solùm vsus, sed etiam illius dominium transfertur. Quippe vtrumque tanquam ab altero separabile posset iure optimo æstimari pretio; possent enim triticum, vinum, pecunia, & reliqua vnico vsu consumptibilia dupliciter alicui tradi. Primo modo per verum mutuum, transferendo dominium omnino independenter à dante. Secũdo modo, quoad vsum solum facti dependenter à voluntate dantis, ita vt integrum esset danti, illa nondum consumpta auferre: & vtroque modo posset dare cum onere eiusdem rei reddẽdæ, vel similis in specie, vt teneretur reddere recipiens verum mutuum. Cùm ergo plus vtilitatis concedatur dando priori modo in verum mutuum, quàm dando posteriori in solum facti vsum, licebit pretium vltra sortem recipere pro vero mutuo. Tertiò, quod cùm vsus non sit ad destruendam rei substantiam, sed hoc sit dominij proprium, magis arguit dominiũ, & maius est ius posse rem omnino cõsumere, & in nihilum redigere, quàm posse vendere, & alienare, vt maior esset potestas in seruum, si alicui liceret illũ occidere, quàm si solùm liceat vendere, & alienare: at potens vendere, & alienare eas res, habet earum verum dominium; ergo & potens omnino consumere, & destruere illis vtẽdo. Quartò, quia Franciscanis est integrum vti his rebus in communem vsum; possunt enim eas alienare donatione, & vẽditione, quibus dominium in alium transferunt, perinde ac possunt alij religiosi de licentia superiorum; quæ vsuario minimè competunt, qui cùm dominium rei non habeat, non potest in alium trãsferre: neino enim plus iuris in alium transferre potest, quàm ipse habeat; *reg. nemo plus iuris. ff. de reg. iur.* Quintò, quia valde absurdum reputatur remanere apud aliquem prorsus inutile dominium; & ideo iure cautum est vsumfructum immobilium non esse perpetuum, ne illorum dominium esset inutile. *l. 5. ff. de vsufruct.* & §. 1. *inst. eodem tit.* At cùm res illæ illo vsu omnino consumantur, inutile, & ridiculum esset dominium eorum apud alios manens. Sextò, quia minimè dicendum est dominium harum rerum apud neminem esse, aliàs possent iustè à quocumque vsurpari; nec posset dici remanere apud dantem, quia nõ dat mutuò Minoribus, sed in veram eleemosynam, ac quibuscumque alijs religiosis; nec apud Papam, quia nequit in eum transferri dominium, nisi ex voluntate dãtis: at dans nil minus cogitat, quàm illud dominium in Papam trãsferre. Septimò, quia cùm vsus earum rerum, sit earum consumptio, non videtur, qualiter tradi possit potestas ad vsum, nisi ipsa res perfectè subiciatur illi personæ, & sic illius comparet dominium. Et ideo hanc sententiam sustinet, inde colligens fratres Franciscanos particulares, quibus harum rerum conceditur vsus, esse veros illarum dominos, eo quod vsus à dominio separari nequeat, Ioann. XXII. in sua extrauag. *ad conditorem, de verb. significat.* latissimè eam probans, & Bart. *tract. Mineritarum lib. 2. d. 4. cap. 2. ad finem.* Maioris *4. d. 38. quæst. 9. arg. 1. contra 1. concl. & quæst. 3. concl. 1.* D. Anton. *4. part. tit. 12. cap. 4. §. 10.* Sylues. *verb. dominium. quæst. 2. versus sed autem.* Turrecrem. *in suua Ecclesia. lib. 2.*

An possit licentiam concedere Pontifex, vel alius superior ita, vt nullus alij superiori inferiori integram sit reuocare? numero 30.

An eo ipso, quod Pontifex concedit aliquid religiosi, aut datum ab alio superiori confirmat, censeatur ablata aliis superioribus facultas reuocandi remissiones. n. 31.

An superior concedens religioso vsum rei, & promittens se non reuocaturum, valide reuocet, quamuis sit statutum à toto communitate editum, & iuramento firmatum, & sit periurij reuocando. n. 32.

An quando non est iuramentum, peccet reuocando contra promissionem. n. 33.

Quid si non sit promissio, sed simplex licentia, an possit reuocare, & teneatur obedire inferiori. n. 34.

An possit excogitari aliqua cautela, vt possit monachus aliqua expendere, absque licentia reuocabili superioris. n. 35.

28 Qvæstio posterior. An possit superior aliquid concedere monacho ad vsum irreuocabilem, & sic habere aliquid monachum, aduersetur voto paupertatis? Respondeo, nullũ superiorem eam licentiam monacho cõcedere posse, quia id esset efficere proprietatũ. Atque ita tradunt Angelus *sum. verb. Abbat. num. 17.* & ibi Rosell. *num. 10.* Sylu. *q. 5. num. 6. dicto 7.* Nauar. *lib. 5. cons. in 1. edit. tit. de regularib. cons. 47. n. 2. in 1. tit. de statu monachorum. cons. 1. num. 2.* Antonius Cucus *lib. 3. institutionum minorum tit. 1. num. 112.* Turrecremata *e non dicatur. 12. q. 1. arr. 2. num. 3.* Corduba *sum. q. 54. nonobis 2. vers. sa secunda manuera.* Ludouicus Lopez *1. p. instructionum. cap. 154. col. 2. in fine secundum centu.* & ita iure optimo Nauar. *lib. 3. de restit. cap. 1. n. 5. dub. 1. in noua edit. num. 160.* Graffis *in decisionibus. p. 1. lib. 3. cap. 19. num. 27.* Tapia *authent. ingressi. verb. ipso ingressu. cap. 3. num. 14. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi etiam alios refert, dicunt esse contra paupertatis votum habere aliquid religiosum, ita independenter à superiore, vt ille nequeat reuocare.

29 Immo nec Pontifex concedere hoc posset monacho sic mũéti, nisi eum à voto paupertatis absoluẽdo: quippe esset eum efficere proprietarium. Atque ita docent Rosell. Angelus, Sylu. Turrecrem. Corduba, Ludouicus Lopez allegati num. præcedenti.

30 Posset tamen Pontifex concedere monacho licẽtiam aliquid retinendi; ita vt nullus Pontifice inferior valeat illud reuocare, quia hoc nõ est efficere monachum proprietarium, cum rem illam habeat ex legitima superioris ipsius (qui est Pontifex) licentia, & possit ab ipso reuocari, & solùm ex ea licentia eximatur ab aliorum superiorum obedientia, quoad eam rem retinendam. Sic Nauar. *lib. 3. consiliorum. in 1. edit. tit. de regular. cons. 47. num. 5. in 2. tit. de statu monachorum. cons. 1. num. 5.* Immo quicumque superior posset concedere hanc licentiam, vt nullus alius superior inferior ipso possit reuocare, vt Generalis posset ita rem concedere, vt nec Prouincialis, nec immediatus superior conuentus possit reuocare, quia id probat ratio adducta.

31 Vtrum autem eo ipso quod Pontifex aliquid concedit, vel licentiam superioris confirmat, possit alius religiosi illius superior reuocare, dicemus infrà, vbi tractabimus de beneficio collato ab inferiori, & confirmato à Papa.

32 Sed difficultas est, an quando superior concessit religioso vsum illius rei promittens se non reuocaturum, possit reuocare? Et quidem certum est tenere reuocationem, quamuis sit statutũ editum à Prælato cum conuentu iuramẽto stabilitum, vt ea quantitas detur quotannis religiosis, quia cùm inferiores non habeant velle, aut nolle, nullum ius habent, sed obedire tenentur, erit tamen periurus in reuocando, quando statutum illud non tenderet in detrimentum salutis æternæ. Atque ita docent Ioan. Andre. *reg. non est obligatur. in fin. de reg. iuris, in 6.* & ibi Francus *fin.* Abbas *c. cum ad monasterium. num. 11. de statu monachorum.* Angelus *verb. Abbat. n. 24.* & ibi Sylu. *q. 4. n. 7. vers. 5.* etiam nulla iuramenti mentione facta tenet reuocationem esse validam. Nauar. *lib. 3. consilior. in 1. edit. tit. de regular. cons. 20. num. 12.* & *in 2. tit. de statu monachorum. cons. 14. n. 12.*

Quando autem non est iuramentum, Sylues. *ibidem,* & Archid. *cap. cum pastor alij. 2. q. 7. n. 5.* & ibi Bellamer. *num. 2.* & *3.* dicunt minimè Abbatem obligari stare promissis, quia inter Abbatem, & monachum nulla cadit obligatio naturalis, vt tenent multi, quos suprà retulimus. At cùm ibi dixerimus Prælatum obligari monacho naturaliter ex sua promissione, dicendum est retineri in hoc casu seruare promissionem; atque adeò peccaret, tanquam fidei datæ reus, si nulla causa iusta ductus reuocet, poterit que monachus coram alio superiore reclamare, allegans iniustè reuocationem factam. Quæ omnia rectè, & re vtrinque late disputata, docet Nauarr. *lib. 3. consiliorum. in 1. edit. tit. de regular. cons. 20. num. 13. & 14. in 2. tit. de statu monachorum. cons. 14. n. 13. & 14.* 33

Hinc deducitur, non esse vniuersaliter verum, quod tradit Surdus *de alimen. tit. 8. priuil. 79. num. 5.* vbi ait, posse superiorem pro libito auferre monacho, quod semel illi permisit; id enim tantùm est verum, quando nulla intercessit promissio non reuocandi, sed mera licentiæ concessio. Item, quando aliunde consuleretur necessitati religiosi, iuxta moderationem, quam status religiosus petit; nam si aliunde non prospicerctur, non posset licitè Prælatus auferre necessaria ad hoc ex peculio concesso religioso, nec ille tenetur obedire, vt habes suprà. 34

Tandem infert, nullam cautelam excogitari posse, vt permissum sit monacho, vt aliqua in vsus, quamcumuis licitos, expendere valeat absque superioris licentia reuocabili; quod ex dictis facile constat, & tradit Nauar. *lib. 5. consiliorum. in 1. edit. tit. de regular. cons. 75. n. 50. in 2. tit. de statu monachorum. cons. 3. n. 50.* 35

CAPVT XVIII.

Quid distet inter votum simplex, & solemne paupertatis, & qualiter vtrumque obliger, & in quo consistant: & an solemne impediat dominium acquiri religiosis omnibus priuatis, etiam rerum, quæ vnico consumuntur vsu?

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones sint diffutandæ. n. 1.

Quid sit vsus iuris, & vsus facti. n. 2.

In rebus vsu consumptibilibus, quæ non vnico vsu consumuntur, distinguitur dominium ab vsu, & etiam in ijs, quæ vnico consumuntur vsu, quando vsus illarum est secundarius, & non consumptio. n. 3.

An in ijs, quæ vnico consumuntur vsu, quando vsus earum est consumptio, distinguatur vsus à dominio, ita vt in diuersis subiectis possint esse? Refertur quædam sententia. numero 4.

Explicatur sententia authoris. n. 5.

An fratres Minores habeant vsum iuris? refertur eadem sententia. n. 6.

Explicatur sententia authoris, & qualiter habeant solum vsum, & plus iuris quàm vsufructuarius, & vsuarius. n.

An reliqui religiosi habeant solum prædictum facti vsum, & in quo distent à Franciscanis? n. 8.

An dominium bonorum, quæ conceduntur quibuslibet religiosis, sit solum apud Deum, & non apud ipsos? Refertur quædam sententia. n. 9.

Explicatur sententia authoris. n. 10.

Qualiter dicatur religio habere dominium bonorum in communi. n. 11.

Dominium bonorum, quæ Franciscanis conceduntur, apud quem sit. Referuntur varie sententiæ. n. 12. 13. 14.

Explicatur

Explicatur sententia authoris. n. 15.

Apud quem remaneat dominium pecuniæ legatæ fratribus Franciscanis, aut datæ illis in stipendium Missarum, & concionum. n. 16.

An domus, & Sedes Apostolica possint ad mutuum donata, & alia bona Franciscanorum reuocare? n. 17.

An id reuocandi ius transeat ad donantis heredes? n. 18.

An furans fratribus Minoribus satisfaciat restituendo iis, qui dederè pecuniæ, aut Pontifici, vel si ab iis remissionem obtineat? n. 19.

An legatam pecuniam fratri Minori ad vsum determinatum illius, possit superior auferre? n. 20.

An hodie aliquid immutatum sit circa dominium pecuniæ donatæ fratribus Minoribus? n. 21.

Soluuntur argumenta, & conciliantur Pontifices. n. 22.

Post numerum 22. annexies summaria, quæ desiderantur.

1 Disputatio hæc petit præmitti, an in rebus, quæ vnico vsu consumuntur, distinguatur dominium ab vsu; & ideo duplex est quæstio pertractanda. Prior est de distinctione dominij ab vsu in rebus, quæ vnico consumuntur vsu. Posterior de distinctione inter votum simplex, & solemne paupertatis, & qualiter vtrumque obliger, ac impediat dominium acquiri, etiam in his rebus.

2 Qvæstio prior. An in rebus, quæ suapte natura vnico consumuntur vsu, distinguatur vsus à dominio, non solùm essentia, sed etiam subiecto, ita vt possit esse in vno vsus, & in altero dominium?

3 Ad cuius intelligentiam præmitto, duplicè esse vsum. Quidam est iuris, qui est vsus vtendi re: & quidam facti, qui est vsus ipsius rei, vt equitatio est vsus equi; & possunt hi separari: nam ius vtendi perseuerat cessante vsu facti, & hic potest esse in aliquo absque vtendi iure, vt declarabitur infrà. Secundò præmitto, minimè esse sermonem de rebus ita vsu consumptibilibus, vt non vnico consumantur vsu, quales sunt domus, vestes, & reliqua huiusmodi; constat enim in his distingui dominium ab vsu, ita vt dominium possit esse in vno, & vsus penes alterum. Rursus, neque est sermo de rebus, quæ vnico vsu consumuntur, quales sunt pecuniæ, cibi, potus, quoad vsus secundarios, & accidentales ipsis, vt si vsus pecuniarum sit ad ostentationem, vini, & ciborum ad exhilarandum visum; quippe constat posse eodem modo separari in his vsum à vero dominio.

4 Difficultas ergo est de his rebus, quæ vnico vsu consumuntur, quando vsus earum est primarius, & ad quem suapte natura destinatæ sunt, qui est earum consumptio, an possint ita vsus, id est, illarum rerum consumptio, & dominium separari, vt reperiantur in diuersis subiectis? Quæ quæstio valde agitata est, non solùm inter solos DD. priuatos, sed etiam inter Pontifices occasione sumpta ex fratribus Franciscanis, dicentibus se nec in particulari, nec in communi habere dominium harum rerum, sed solum vsum facti, ac subinde dicentibus posse hæc separari. Duplex ergo est sententia. Prior ait in his rebus minimè distingui posse vsum à dominio, sed habentem vsum illarum, habere quoque dominium. Ducitur primò ex *l. si tibi vini. 7.* aliàs incip. *, si vini. ff. de vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur,* ibi; *si tibi vini, frumenti, olei vsufructum legatum *, proprietas ad legatarium dicenda transferri.* Quod si ipsa textum hunc non loqui de vsu harum rerum, sed de vsufructu, quæ longè inter se distant; & ideo, quamuis decidat vsumfructum harum rerum non posse à dominio separari, non inde deducitur, idem dicendum de earum vsu. At hæc eualio nihil prodest, quod idem sentiendum sit de vsufructu, ac de vsu in his rebus, vt constat ex *l. hoc Senatus consultum. 5. §. finali. ff. eodem tit.* ibi; *quæ in vsufructu pecuniæ dicimus, vel cæteris rerum quæ sunt in abusu, eadem etiam in vsu dicenda sunt; nam idem contingere vsum pecuniæ, & vsumfructum Iulianus scri-*

bit, & Pomponius. Vbi harum rerum consumptionem Iurisconsultus vocat abusum, non quod sit illicitus vsus, sed quia vsus illarum est assumptio, seu consumptio illarum, vt notauit Glossa extrauag. *ad conditorem,* Ioan. XXII. *de verborum significat. verb. vel abusum*; quam significationem probat Conanus *lib. 4. iuris ciuilis. cap. 4. num. 1.* ex Tullio, Boëtio, Plauto, & aliis. Secundò probatur ex doctrina D. Thomæ *2. 2. quæst. 78. art. 1. corp.* ibi; *in rebus, quarum vsus est ipsarum consumptio, non dicendum seorsum computari vsum rei à re ipsa: sed cuicumque cõcedatur vsus, concediturr ipsa res, & propter hoc in talibus per mutuum transfertur dominium.* Vbi apertè videtur sentire; in his nequire dominium ab vsu separari. Et confirmatur, quia si hæc separari possent, non esset vsurarium, sed omnino licitum, pretium recipere pro mutuo pecuniæ, per quod non solùm vsus, sed etiam illius dominium transfertur. Quippe vtrumque tanquam ab altero separabile posset iure optimo æstimari pretio; possent enim triticum, vinum, pecunia, & reliqua vnico vsu consumptibilia dupliciter alicui tradi. Primo modo per verum mutuum, transferendo dominium omnino independenter à dante. Secũdo modo, quoad vsum solum facti dependenter à voluntate dantis, ita vt integrum esset danti, illa nondum consumpta auferre: & vtroque modo posset dare cum onere eiusdem rei reddẽdæ, vel similis in specie, vt teneretur reddere recipiens verum mutuum. Cùm ergo plus vtilitatis concedatur dando priori modo in verum mutuum, quàm dando posteriori in solum facti vsum, licebit pretium vltra sortem recipere pro vero mutuo. Tertiò, quod cùm vsus non sit ad destruendam rei substantiam, sed hoc sit dominij proprium, magis arguit dominiũ, & maius est ius posse rem omnino cõsumere, & in nihilum redigere, quàm posse vendere, & alienare, vt maior esset potestas in seruum, si alicui liceret illũ occidere, quàm si solùm liceat vendere, & alienare: at potens vendere, & alienare eas res, habet earum verum dominium; ergo & potens omnino consumere, & destruere illis vtẽdo. Quartò, quia Franciscanis est integrum vti his rebus in communem vsum; possunt enim eas alienare donatione, & vẽditione, quibus dominium in alium transferunt, perinde ac possunt alij religiosi de licentia superiorum; quæ vsuario minimè competunt, qui cùm dominium rei non habeat, non potest in alium trãsferre: neino enim plus iuris in alium transferre potest, quàm ipse habeat; *reg. nemo plus iuris. ff. de reg. iur.* Quintò, quia valde absurdum reputatur remanere apud aliquem prorsus inutile dominium; & ideo iure cautum est vsumfructum immobilium non esse perpetuum, ne illorum dominium esset inutile. *l. 5. ff. de vsufruct.* & §. 1. *inst. eodem tit.* At cùm res illæ illo vsu omnino consumantur, inutile, & ridiculum esset dominium eorum apud alios manens. Sextò, quia minimè dicendum est dominium harum rerum apud neminem esse, aliàs possent iustè à quocumque vsurpari; nec posset dici remanere apud dantem, quia nõ dat mutuò Minoribus, sed in veram eleemosynam, ac quibuscumque alijs religiosis; nec apud Papam, quia nequit in eum transferri dominium, nisi ex voluntate dãtis: at dans nil minus cogitat, quàm illud dominium in Papam trãsferre. Septimò, quia cùm vsus earum rerum, sit earum consumptio, non videtur, qualiter tradi possit potestas ad vsum, nisi ipsa res perfectè subiciatur illi personæ, & sic illius comparet dominium. Et ideo hanc sententiam sustinet, inde colligens fratres Franciscanos particulares, quibus harum rerum conceditur vsus, esse veros illarum dominos, eo quod vsus à dominio separari nequeat, Ioann. XXII. in sua extrauag. *ad conditorem, de verb. significat.* latissimè eam probans, & Bart. *tract. Mineritarum lib. 2. d. 4. cap. 2. ad finem.* Maioris *4. d. 38. quæst. 9. arg. 1. contra 1. concl. & quæst. 3. concl. 1.* D. Anton. *4. part. tit. 12. cap. 4. §. 10.* Sylues. *verb. dominium. quæst. 2. versus sed autem.* Turrecrem. *in suua Ecclesia. lib. 2.*

cap.112. ad finem. Sarmiento *de redditibus ecclesiasticis 1. p.cap.1.num.11.& duplici sequenti, & in defensoris.1.p. toto monit.112.& 14.* in quibus duobus posterioribus locis addit, etiam vestium, quibus vtuntur, habere dominium fratres Franciscanos particulares. Aragon 2.2.*quæst.62. sitio in principio.in de dominio.dub.5.*

5 Posterior sententia (cui tanquam longè veriori adhæreo) asserit posse in his rebus separari verum dominium ab vsu, ac proinde fratres Franciscanos, nec in communi, nec in particulari habere dominium harum rerum, sed solum vsum. Ducor primò, quia dominium est facultas vtendi rebus, siue in omnem vsum, si dominium sit generale, & illimitatum, siue in vsum determinarum, si dominium sit limitatum: at vtrouis modo concessum est independenter à voluntate alterius illarum dominii, ita vt huic non liceat amplius reuocare; & ita esse rei dominum, non est posse rem quouis modo destruere, sed posse liberè, & independenter ab alio. At sic concedi potest vsus rerum, quæ vnico vsu consumuntur, vt ante cõsumptionem liceat domino reuocare, & sic conceditur fratribus Franciscanis; ergo separari potest vsus à dominio in his rebus, & de facto in illis fratribus separatur. Et confirmatur exemplo conuinæ, & serui, qui non adquirunt dominum ciborum, qui illis apponuntur, sed habent merum vsum: & initio nascẽtis Ecclesiæ, omnia bona fidelium ita erant communia, vt nullus aliquid proprium haberet, vt colligitur ex *c.1. Actuũ Apostol.* & probat ibi Lorinus *vers.44.& ex c.fcimus, & duob. sequentib.12.q.1.* & tamen istis vtebãtur rebus vsu consumptibilibus. Ergo potest in his rebus dominium ab vsu separari. Secundò, quia pauper extremè laborans ius habet vtendi pecuniis, & cibis dicitis non tamen dominium, aliter denegans eleemosynã tenereretur restituere. Tertiò, quia ad dominij translationem debet concurrere voluntas dantis, & acceptantis: at potest quis has res ita accepiare, vt dominium earum non comparet, sed merum vsum à domino reuocabilẽ, & ita accepant Franciscani. Ergo potest dominium separari ab vsu, & in illis separatur. Tandem veritas huis sententiæ magis explanabitur ex dicendis n. 7. vbi explicabitur, in quo consistat hic vsus, & qualiter à dominio, & vsu iuris, & vsufructu distinguatur. Et ideo hanc sententiam sustinent Nicolaus III. *c.exiit §.nequiquã. vers.professio sinxta promissum, de verb.signif.in 6.* & Clemens V. *Clementina 1. §.proinde cũ vir sanctus ea.t.* & ibi Gloss. *verb.proinde.* Abb. *conf.63.n.6.ad 1.lib.2.* Aluarus Pelag. *de plant.Ecclesiæ.lib. 2.c.55.& 56.* Socus *lib.4. de institit.q.1.art.5.col.antepenult. vers.hisce tamen minimè obstantib.* Nauarr. *apolog.ad librum de redditibus.q.1.& toto monito 14.& toto monito 16.& comment.1.n.13. & comment.2.num.2.de regular.* Menchaca *in controu.illust.lib.1 cap.17.nu.10.* Ledesma *2.p.4.q.18. art. 1.dub.2.* Alcozer *lib.de ludo.c.17.ad fin.* Quesada *in suis qq. var.n.22.c.14.* Angles *floribus.2.p.q.1.de dominio.art.1.dif. 1.* Bellarminus *tom.1.controuers.tract.de summo Pontifice.lib. 4.c.14 col.2 vers.de primo.* Bañes *2.2.q.62.init.tract. de dominio.q.1.dub.1.conclus.3.& 4.* & ibi Salon *q.1.art.2.concl. vnic.& duob corollar.inde illatis.* Azor *tom.1.institu.moral.lib. 12.c.24.q.vlt.in fine.* Molin. *tom.2.de iust.disput.6.col.2.vers. hic nõ obstantib.* Valentia *2.2.disp.5.q.10.punct.1.q.2.* Leonardus *lib.2.de iust.c.5.dub.8.n.32.* Manuel *qq.regul.tom.5. q.29.art.4.* Rebellus *de iust.1.par.lib.1.q.7.sect.4.num.33.*

6 Sed rursus dubitatur, an Franciscani habeant vsum iuris in prædicta vnico vsu consumptibilis. Bañes *ex. q. 1.dub.1.in corollar.illatis ex 4. concl.* ait eos habere vsum iuris, & facti, quod prædictus vsus non repugnet pauperiati euangelicæ, siue habeatur in communi, siue in particularinam singuli alij religiosi non sunt minus pauperes euangelici, quàm Franciscani, & tamen habent vsum iuris, & facti.

Cæterum dicendum est, eos habere solum facti vsum, quod affirmant Nicolaus III. & Clemens V. Abbas, Sotius, Ledesma, Menchaca, Quesada, Leonardus *n.34.* Molina, Manuel, Rebellus, Valentia, Salon, Azor allegati n. 5. Nauar. *com.1.n.13.& com.2.n.2.de regul.* idque optimè explicat Molina, dicens Franciscanos partim habere plus iuris ad res ipsis concessas, quàm vsuarium, & vsufructuarium: partim verò longè minus, quippe habent plus iuris, quatenus integrum illis est omnibus earum fructibus potiri, eósque, ac rei substantiam cõsumere, & alienare: at vsuarius, & vsufructuarius tenentur saluam rei substantiam conseruare. Est autem longè minus, quatenus potiuntur vsu dependenter à voluntate eorum, penes quos est dominium, ita vt citra aliquam eorum injuriam possit dominus ad libitum suum eis illarum vsum interdicere: quod minimè potest vsuario habenti iuris vsum, nec vsufructuario, & ideo non habent verum iuris vsum, sed facti: nec sic dicuntur habere vsum facti, quasi non habeant ius ad vsum prædicto modo illarum; nam vti re aliena absque aliquo iure, est furtum. Vnde ad hunc sensum habent vsum iuris, id est, ius vtendi licitè; non autem habẽt vsum iuris, id est, ius vtendi independens ab alterius nutu, & voluntate. Et quia hoc posteriori modo dicitur simpliciter vsus iuris, & vsus priori modo est secundùm quid vsus iuris, simpliciter autem dicitur vsus facti, iure optimo dicitur absolutè fratres Minores non habere vsum iuris, sed facti, respectu rerum ipsis concessarum.

Hinc deducitur, non esse hoc peculiare in fratribus 8
Franciscanis, sed commune esse omnibus religiosis, vt dominium non habeant rerum, quas vsu consumunt, sed solum vsum; quia militat eadem ratio, cùm illis rebus vtantur dependenter à superioris voluntate, qui potest pro nutu suo vsum reuocare. In eo autem versatur discrimen inter illos, quod Franciscani, nec in particulari, nec in communi habent dominium illarum rerum, aut quarumcumque aliarum, vt attestantur Nicolaus III. & Clemens V. num.5. allegati: at alij religiosi non habent in particulari dominium illarum, bene tamen habent in communi, prout explicabitur infrà. Atque ita docent Sotus *lib.4. de iust.quæst.1.art.1.col.antepenult.vers.præterea ego.* Ledesma *2.p.4.quæst.18.art.1.dub. 2.in 2.probatione concl.* Nauarr. *apologia ad lib.de redditibus. quæst.1.toto monito 14.& comm.1.num.11. & comm.2.n.2.de regular.* Mendoza *in suis quodlibetis.quæst.8.concl.1.* Bañez *2.2.quæst.62.initio.tract.de dominio. quæst.1. dub.1.in vltima resol.3.concl.* Valentia *2.2.disp.5.quæst.10.punct.1.quæst.2. vers.cæterum vsus rei.* Molina *tomo 1.de iust. disputat.6. col.3. vers.possumus.* Bellarminus allegatus num.5. Leonardus *lib.1.de iust.c.3.dub.8.num.35.& eod.in lib.2.cap.41.dub.9. n.71.vers.5.* Azor *tomo 1.inst.moral.lib.12. cap.22.q.1.& 2.* Manuel *qq.regul.tom.3.quæst.29.art.4.* Nec etiam alij priuati religiosi habent vsum iuris, sed meri facti, prout diximus n. præcedenti de Franciscanis, & bene tradunt Nauar. *eo.comm.1.num.13.& eo.comm.2.n.2.* & Manuel, Azor, Leonardus *ibidem*, & constat ex eadem ratione.

Sed supereſt dubium, apud quem sit dominium bo- 9
norum, quæ fratribus Minoribus conceduntur. Nauar. *comm.2. de reg.n.3.* Manuel *qq.regulariũ.5.quæst. 29.art.5.* Azor *tom.1.institt.moral.lib.12.cap.10.q.5.* defendunt verum dominum esse Deum, neque id speciale putant in fratribus Franciscanis, sed in omnibus religiosis; & sic dicunt intelligendos DD. asserentes dominium bonorum Franciscanis concessorum esse apud Pũtifiem, concessorum autem aliis religiosibus, esse apud religionem communiter, vt intelligãtur, non de vero dominio, sed de iure generalis administrationis. Atque idem loquens de Franciscanis tenet Maior. *4.d.38.q.15. col.1. vers.sed quia tunc restat dubium.* Ducuntur autem, quod ea bona sint ecclesiastica, quorum dominium proprè est apud solum Deum, & ius administrandi penes Ecclesiæ, quarum sunt, vt multis citatis tradit Decius *c.constitutus.in nona edit.n.25.& 26.de rescriptis.* Nec inde inferre licet, ea bona fore primi occupantis, instar eorum quæ in nullius dominio sunt, quia id est verum de solis bonis,

bonis, quæ nec quoad vsum, nec quoad ius administrãdi pertinent ad aliquem hominem, qualia non sunt hæc; nec minus licet inferre, aliquid de nouo acquiri Deo, quasi ab æterno non habuerit summum rerum omnium dominium: quod dicere hæreticum est, quippe non dicuntur hæc bona esse Dei, quasi Deus incipiat aliquod dominium habere, quo antea caruerit; sed dicuntur ex eo tempore, quo ecclesiastica fiunt, esse peculiariter in dominio Dei, quia ex tunc desinunt esse in bonis alicuius hominis, nec in illis possunt amplius esse, quandiu ecclesiastica manent.

10 Cæterum dicendum est cum communi DD. sententia, in religione Franciscanorũ incapaci aliquid habendi in particulari, & commmuni, dominium esse apud Pontificem, vel dantem, vt infrà distinctiùs explicabimus; in reliquis verò capacibus bonorum in communi, dominium esse apud totam communitatem. Quod probatur primò ex *c.exiit.§.ad hæc cum fratres. de verb.signif. in 6.& Clem.1.§.cum vir sanctus, eodem tit.* dicitur dominium rerũ, quibus Franciscani vtuntur, ad Pontificẽ pertinere; nec dominij nomine solum administrandi ius intelligi potest, quia potest pro suo arbitratu illis auferre, & dare aliis, vt dicemus n.17. quod soli administratori nequaquã competit: & ideo Pontifex nequit pro libito, & absque causa bona aliarum religiosũ, & Ecclesiarum illis auferre, & dare cuiũque, quod ius solius administrationis illorum habeat. Secundò, quia Trid. *sess.25. de regul.c.3.* cõcedit omnibus religionibus, præter Franciscanos de obseruantia, & Capucinos, immobilia possidere. At non propriè dicitur possessor habens ius solius administrationis. Tertiò, quia aliàs impropriissimè diceretur, quod iura, & communiter DD. passim tradunt, omnia monacho acquisita, acquiri monasterio.

11 Dum autem dicitur, monasteria bonorum in communi capacia habere dominium bonorum in communi, non sic accipiendum est, vt omnes religiosi sint domini singuli alicuius quotæ pro indiuiso, sicut contingit in fundo multis communi. *l.per fundum.ff.de seruitut. rustic. præd. l. Sabinus. ff.de comm. diuid.* sed habent dominium vniuersi, ita vt conuentus habeat dominium tale, quale in rebus ecclesiasticis haberi potest. Atque ita docent Nauarr. *comment. 2. num.3.& 8.de regularib.* Tapia *auth.ingressi.verb.ipso ingressu.cap.3.num.71.C.de sacros.eccl. Eccles.* Manuel *qq.regul.tom.3.q.29.art.5.* Mendoza *in suis quodlibetis.q.8.concl.1.*

12 Restat verò explicare, dominium rerum Franciscanis concessarum apud quos sit. Bañez *2.2.q.62. in princ. tit.de dominio.q.1. dub.1.in 1.corall. ex 4.concl.deducto*, ait non sibi placere communem DD. distinctionem, dicentium dominiũ concessibilium esse apud Pontificem, & pecuniarũ apud dantem; quia nulla est ratio, cur non vtrumque sit, aut apud Pontificẽ, aut apud dantẽ: atque ita concludit dominium esse apud Pontificem, aut apud Rempub. aut apud dantẽ, & nullã huius rationẽ affert.

13 Alij verò dicunt omnium rerum, quæ in numero, pondere, & mensura cõsistunt, & vsu ipso cõsumuntur, dominiũ esse penes eos, qui eas donãt, donec eas ipsi Franciscani consumpserint, donando, vendendo, vel permutando: aliarum verò rerum dominium esse apud Sedem Apostolicam. Sic Menchaca *controu.illust. lib.1.cap. 7.n.10.* Azor *1.tom.institt.moral.lib.12.cap.24.q.5.*

Alij dicunt dominium omnium rerum donatarum Franciscanis, esse apud Pontificem. Sic Nauar. *lib.5. conf.tract.de regul.in 1.edit.conf.74.num.vnic.in 2. conf.86. num.vnic.& apologia ad lib.de redditibus.q.1.toto monito 17.* addens vel esse apud Deum.

Sed verior sententia est, dominium pecuniarum, quę Franciscanis in eleemosynas dantur, remanere apud dantem; aliorum verò omnium, siue vnico, siue pluribus vsibus consumptibilis, & aliorum omnium, vt domorum, & Ecclesiarum, quas Franciscani habent, dominium esse apud Pontificem. Quod probatur ex *c.exiit, qui sewinat.§. cæterum cum in eadem reg.de verb. signif.in 6.* vbi de pecunia ab aliquo viuente fratribus concessa, sic dicitur. *Ita tamen, quod penes ipsum dantem dominia, proprietate, ac possessione ipsius pecuniæ, cum libera potestate reuocandi sibi pecuniam ipsam semper vsque ad conuersionem ipsius in rem deputatam, plenè, liberè, ac integrè remanentibus, in ipsa pecunia nil omnino fratres iuris habeant.* & *ibid.§. ad hæc cum fratres*, de aliis rebus sic dicitur. *Omnium vtensilium, & librorum, ac eorum mobilium, præsentium, & futurorum, quæ, & quorum vsum fructum fcilicet ordinibus, & fratribus ipsis licet habere, proprietatem, & dominium ad nos, & Romanam Ecclesiam plenè, & liberè pertinere hac præsenti constitutione in perpetuum valitura sancimus.* Idque probat ex quadam similitudine, qua pater acquirit filio, & Pontifex est specialis fratrum Minorũ pater. Ratio autẽ sic diuersimodè de his statuendi ea est, quod eleemosyna pecuniarum Franciscanis, non sit confirmis eorum regulę, quia ipsarum contractus illis interdicitur: & ideo iure optimo apud ipsum dantẽ remanere dominium sancitum est, vt eius nomine expendantur in necessaria fratribus illis. Aliarum verò rerum eleemosynę consonant statui illorum; & ideo dominium illarum transit in Põtificem, qui est pater specialis fratrũ Minorum: & quãuis donans ipse non habuerit expressam intentionem transferendi in Sedem Apostolicam vtensilia illa, nec reseruando sibi illarum pecuniarum dominium, satis habet tacitam, quia censetur fratribus donare modo illis legitimè congruenti. *Iplemum. §.equiniq.ff. de vsu, & habitat.* & eo modo, quo ipsis acquiri potest, iuxta eorum constitutiones à Sede Apostolica approbatas. Nec obstat Ioannem XXII. in extrauag. *ad conditorem, de verborum significat.* abdicasse à se, & à Sede Apostolica totum dominium rerum fratrum Minorum, quia postea Alex. VI. & alij Pontifices idem dominium recepẽre, vt habetur in priuilegiis fratrum Minorum *verb. pauperiæ.* Et ideo hanc partem sustinent Sotus *lib.4. de iust.q.1.ar.1.col.antepenult.vers.hisce tamẽ minimè obstantibus.* Ledesma *2.p.4.q.18.art.1.dub.1.* Alcozer *lib.de ludo. c.17. ad finem.* Salon *2.2.quæst.62.init.in tract.de dominio.quæst. 1.art.1.corol.1.* quod infert ex conclusione vnica. Rebellus *de iust.p.1.lib.1.quæst.7.sect.4. num.31.* Manuel *qq.regul.tom.2.quæst.125.art.6.* cum limitatione tamen, quam declarabimus infrà.

Æquiparat autem Manuel *eo art.6.* donata, & legata, 16
ac proinde dicit legantem retinere in se dominium pecuniæ legatę, sicut retinet donans pecuniæ donatæ. Cæterum, cùm legatum vim non habeat, nisi post testatoris obitum, nequit iam ipse retinere illius dominium, nec id ius transit ad hæredem, vt constabit ex dicendis n. 18. Et ideo dicendum necessariò est, ne dominium illius legatæ pecuniæ, vbi soluta fuerit fratribus Minoribus, maneat desertum, transiit ad Pontificem. Atque idem credo, quando pecunia non esset illis donata, sed in stipendium Missarum, concionum funeralium, aut alicuius alterius rei data. Quod Pontifex, vt numero præcedenti retulimus, dum decidit dominium manere apud dantem, loquitur de liberali pecuniarum donatione, qualis non est hæc.

Ex his deducitur primò, integrum esse donati pecu- 17
niæ in vsum fratrum Minorum, illas liberè, & absque vlla causa sibi reuocare, antequã alienatæ in alium sint. Atque ita deciditur *d.c.exiit*, vt cõstat ex verbis illius relatis n.5. quia remanet verus illorũ dominus. Atque ita docent D. Bonau. *in regul. D. Francisci.c.4.post solut. ad 4.* Sotus, Ledesma, Salon allegati num.5. Bart. *tract. Minoricarum lib.2.d.3.cap.2.* Menchaca *in controu. illustr. lib.1. cap.17.num.10.* Azor *tom.1.institt.moral.lib.12. cap.24.q.5.* Quare minus bene Maioris *4.d.38.quæst.15.col.1.vers.sed quia tunc restat*, id negauit. Sed vide limitationem infrà ponendam. Atque similiter Pontifex poterit ad libitum reuocare omnia alia fratrum Minorum bona, quorum dominium diximus supra ad Pontificem transferri,

quia eadem est ratio, cùm sit verus eorum dominus. Atque ita tradunt Sotus, Ledesma, Salon *ibidem*, Leonardus *lib.2.de inst.c.4.dub.5.n.19.vers.contrà quia sedes.*

18 Hoc tamen reuocandi ius expirat donantis morte, nec transit ad eius hæredes. Constat ex *cap.exiit.§. in eo verò casu.de verb. signif. in 6.* ibi; *non constante concedentis morte.*& docent Bart.& D.Bonau.allegati num.præced. Couarr.*lib.1.variar.c.14.num.16. immediatè ante versus equidem.* Corduba *in regul. D. Francisci. cap.6. quæst.11. puncto 4.*Manuel *qq.reg. tom.2.quæst.126.art.1.* Sorbus *in compend.priuilegior.mendicantium.verb.legata.in suis annot. vers.sed si aliquid legatum.* Quare dicunt hi DD. non posse hæredem reuocare legata fratribus Minoribus concessa.

19 Secundò deducitur, futantem aliqua fratribus Minoribus, satisfacturum, si restituat res dominis,nempe Pontifici, aut donantibus pecunias, iuxta dicta suprà: vel si ipsi restitutionem remittant (vide tamen limitationem infrà ponendam) cùm illi sint veri domini. At est opus, vt illi norint eiusmodi res esse fratribus Minoribus datas, quia non censentur absque prædicta scientia velle vsum illis concessum auferre. Quare recta restituendi via est ipsis fratribus, vtpote qui iustum illarum rerum vsum habeant,& ita docet Salon *2.2.q.62.init.in tractatu de dominio.q.1.artic. 2. in fol. ad 7.*

20 Tertiò hinc deducitur, esse id discriminis inter pecuniam donatam, aut legatam religiosis aliis,& fratri Minori, vt donatam, aut legatam aliis religiosis ad peculiares illorum vsus, possit illis inuitis conuertere in superior in alios vsus totius conuentus, quia illa statim acquiritur conuentui. At cùm in religione Minorum non acquiratur conuentui,sed dominium maneat apud donantem, aut legantem, nequit superior absque huius domini consensu conuertere illam in alios conuentus vsus,nisi quando frater ille Minor,in cuius vsus cedere debebat,nullas præsentes, aut proximè imminentes necessitates haberet. Sic docet Manuel *qq.reg.tom.2. q.125.art.6.* Verùm hæc sententia nullatenus mihi placet; nam in quantum æquiparat donationem, & legatum,eam suprà reprobaui: nec etiam de donatione eam approbo,quia (vt suprà diximus) donans fratri Minori, censetur donare modo, qui congruit suo statui, qui est dependenter à voluntate superioris, & eo non teuocante. Quod si in donatione, aut legato apposita esset conditio,ue superior possit reuocare,dicemus infrà.

21 Sed obseruandum est, hucusque dicta de dominio pecuniæ, aut facultate reuocandi per donantem, & de restitutione ipsi licitè faciendi, & de licita remissione ipsius, vera esse,attento iure communi, & tam illa cessasse. Nam Martinus V. & Paulus III. Bullam concessêre fratribus Minoribus,vt dominium pecuniæ non deinceps apud donantem remaneret, sed apud Sedem Apostolicam,sicut & reliquorum bonorũ, quæ illis cõceduntur; & ita in Capitulo generali fratrũ Minorum decretum est. Omnia hæc refert Manuel *qq. reg. tomo 2. quæst.125.art.6.dictio 1.in fin.* Quare hæc omnia hodie verum habebunt respectu Pontificis, qui tanquam verus dominus poterit liberè eam pecuniam reuocare, illius furto ablatæ restitutionem acceptare,& remittere,sicut n.17.probauimus respectu aliorum bonorum, quorum habet dominium.

22 Ad argumenta contrariæ sententiæ relata n.4. respondetur;& in primis ad authoritatem Ioan.XXII.respondent Sotus,& Ledesima relati n. 5. eum lacessitum ab Occamo,& quibusdam aliis fratribus Minoribus, ei infestissimis,minus legitimè processisse: & Bellarminus ibidem allegatus ait eum erraſſe,sed non in re fidei,nec re ad vniuersales Ecclesiæ mores pertinenti, hæc enim neutrum habent; & eodem modo posse responderi ait Leonardus *lib.2.de inst.c.4.dub.8.n.38.*Sed melius est dicere cum Molina *tom.1.de iustitia.disp. 6.col.4.vers. ad ea quæ*, eumnil ranquam certum statuisse, vt intuenti est manifestum; sed solùm disputando in eam partem magis inclinasse. Ad primum argumentum dic,eos textus intelligi,quando vsusfructus, & vsus conceduntur independenter à libera domini reuocatione, secus quãdo est solus vsus facti reuocabilis à vero domino;tũc enim distinguitur à dominio.Ad secundum respondetur, solùm velle D.Thom.ibi, cùm valor rei vsu consumptibilis non sit alius,quàm vtilitas percepta ex eo vsu,quo consumitur, nefas esse accipere pretium vnum æquale pro re,verbi gratiâ,centum aureos pro totidem mutuò datis,& aliud pro illius vsu;atque illis verbis,*cuicumque conceditur vsus, conceditur ipsa res*, solùm vult concedentem mutuò res has ad vsum,concedere quoque illarum dominium.Ad confirmationem respondetur, negando inde sequi,licere pretiũ recipere pro mutuo, cùm contrarium probet ratio proximè adducta:& quando concederetur pecunia,aut triticum ad merum vsum,reseruata facultate reuocandi apud dantem, & dominio,tũc non esset verum mutuum, & liceret pro ea vsus licentia recipere pretium aliquod; neutiquam tamen liceret pacisci tunc, vt in omni euentu tantundem reddatur, sed si res illa adhuc extet, poterit à domino reuocari: si verò consumpta,aut alienata sit,non erit reddendum aliquid loco illius, sed peribit pro domino. Ad tertium respondetur, id consequens esse verum in rebus, quarum vsus non est consumptio,secus in his,quæ vnico consumuntur vsu. Ad quartum dico,ea omnia permissa esse Franciscanis ex tacita dominorum voluntate, & dependenter à libera eorum reuocatione. Ad quintum dic,non esse inutile dominium,cùm dominis sit integrum reuocare,vt suprà diximus. Ad sextum constat ex dictis num.13. Ad septimum negatur,id non posse esse, quia taliter conceditur consumendi facultas,vt libera sit domino reuocandi potestas.

SVMMARIVM.

Votum solemne, & simplex paupertatis qualiter differant, & quo iure illud reddat vouentem incapacem dominij, non autem hoc, & an id faciat in voto simplici coadiutorum formatorum Societatis IESV? *n.23.*

An paupertas, quam religiosi promittunt, excludat dominium,vsumfructum, vsum, possessionem, & administrationem,quatenus sunt quid iuris, & dominium etiam rerum, quæ vnico consumuntur vsu?n.24.

An hoc intelligatur de dominio solo bonorum temporalium? num.25.

Sicut religiosus subiicit superiori suam voluntatem per obedientia votum,ita omnia bona externa per votum paupertatis.n.26.

An si religiosi votis biennij ligati in Societate IESV *testentur, aut de bonis suis disponant absque superioris licentia, teneat factum? refertur quædam sententia. n.27.*

Explicatur sententia authoris.n.28.& 29.

An religiosi, & formati coadiutores Societatis IESV *possint aliquid nomine proprio præscribere? n.30.*

Votum paupertatis emissum in seculo,ad quid obliget, & an Episcopus dispensare possit in hoc voto? n.31.

Quis acquirat dominium bonorum,quæ hic acquirit, & a quo petitorum sit licentiam ad eorum vsum, vel acquisitum, vel ad disponendum,& si obeat intestatus,cui illa hæreditentur.32.

QVÆSTIO posterior. In quo distet votum simplex, ac solemne paupertatis, & qualiter vtrumque impediat dominũ acquiri.Et quidem si de essentiali,ac intrinseca differentia, qua hæc vota inter se distãt, agamus,iam ea latè explicata est hoc tractatu.lib.4.c.24. Sed si loquamur de differentia accidentali,ea est,vt votum solemne paupertatis impediat dominij acquisitionem, reddens incapacem vouentem illius validè acquirendi, ac validè in alium transferendi. At votum simplex impedit licitam

licitam acquisitionem,ac translationẽ dominij in alium; sed non reddit vouentem incapacem acquirendi, & transferendi: quare si de facto acquirat, aut transferat absque legitima superioris licentia, tenet res, ac tenebit factum. Hæc differentia constat ex *c. vnic. de voto. in 6.* vbi idem discrimen statuitur inter solemne,& simplex castitatis votum. Atque ita docent Nauar. *comm. 1. n.19.vers.23.de regular.* Azor *tom.1.inst.moral.lib.12. c.12. q.8.*Leonard.*lib.2.de inst.c.4.dub.5. n.21. fin.* hanc autem differentiam non esse ex ipsa rei natura, sed ex sola Ecclesiæ institutione probauimus suprà.

24 Quare excipitur hinc votum paupertatis coadiutorũ formatorum Societatis Iesv,quod,quamuis simplex sit, reddit eos prorsus omnis dominij acquirẽdi, ac in alios transferendi incapaces, non aliter quàm votũ solemne, quia ita habetur *in constit.Societatis* IESV. *p.6.c.2.§.11.in com. lit. H.in.* & §.12.confirmatis à Sede Apostolica, & idem habetur in duplici Bulla Gregorij XIII. quas institutum Societatis IESV confirmat.

25 Hæc autem paupertas,quam religiosi vouent,est,non habendi proprij;intelligitur autem nomine proprij,non solùm dominium,& proprietas rei, sed etiam vsus iuris, & vsusfructus,possessio,& administratio,prout sũt quid iuris,non aut prout sunt quid facti,quippe hæc, vt sũt quid iuris,significãt aliquid proprũ,quod quis possidet, & administrat nomine proprio, & arbitratu suo independenter à superiori voluntate;at religiosus hæc omnia solùm potest habere ex superioris cõsensu, ac dependenter ab eo,qui potest liberè renocare;quare solùm habet facti detenõẽ,& vsũ instar feruũ.Atque ita docet (licèt non ita apertè) Abbas *c.cum ad monasterium. n.1. de statu monachorũ.*& ita amplè tradit Nauar.*comm.2.n.2.de regular.*Azor *tom.1.inst.moral.lib.12.q.1.* Manuel *qq.reg.tom.1. q.129.art.4.*quod adeò verum est, vt nec religiosi habeãt dominiũ,nec vsum iuris,sed solùs facti rerũ,quę vnico vsu consumuntur,vt probauimus suprà. Et denique, vt optimè explicat Valẽtia 2.2.*disp.10.q.4.punctu 1.vers. hæc tam in fine*, religiosus voto paupertatis nil aliud vouet, quàm oppositũ eis,quod in iis cernimus,qui sũt domini, vel proprietarij. Quod quidẽ intelligendũ est de bonis tẽporalibus,quippe bonorũ,& iuriũ spiritualiũ possunt habere dominiũ, vel quasi dominiũ, vt habẽt dominiũ, & possessionẽ fructũ beneficiorũ,si beneficiarij sunt,& possunt agere nomine proprio ad eorũ dominiũ adipiscendũ,retinendumque, ac recuperandã possessionẽ;similiter dominiũ,seu quasi dominiũ habent bonorũ animi internorũ, quia per votũ paupertatis nõ renunciant bonis spiritualibus,aut iuribus prædictis,aut bonoribus debitis pro talibus,sed solùm bonis temporalibus,vt tradunt D.Thom. *2.2.q.186.art 7. ad 4.* & ibi Caiet. & ita tenent Nauar. & Manuel allegati n.præcedi. Leonardus *lib.2.de inst.c.4.dub.5.n.16.* & explicabitur infrà.

26 Ex quo deducitur primò, quod sicut per obedientiæ votum religiosus superiori suo omnes suas actiones subicit,nõ habẽs velle,aut nolle,sed in omnibus pẽdẽs à superioris nutu;ita per paupertatis votũ omnẽ externorũ vsum superiori subiicit, in omni illo dependens ab eius nutu. Quod etiãm colligitur ex infrà dictis, vbi probabimus religiosum fore huius votũ reũm, vtendo aliquo re absque superioris licentia.

27 Secũdò deducitur,quid dicendum sit de alienatione bonorũ factã,siue testamẽto,siue donatione,siue quouis alio modo absque superioris licentia,per religiosos Societatis Iesv solis simplicibus biennij votis ligatos.Mol. *tom. 1.de iust. disp.129. col.6.vers.sub quo tempore prædictum.* Leonar.*lib.2.de iust.c. 4.dub.5.n.28.* idcircò omnes has dispositiones esse irritas ob rationẽ suprà allatã n.21.c.8.

Sed sic distinguendum censeo;si vis testamenti, aut inter viros disponant de bonis,quorum dominium antecessore vota acquisierant,vel de bonis parentum, in quæ post hæc vota iure hæreditario successerunt,vel de bonis consanguineorum, in quę eodem iure successerunt ab intestato,peccant quidem mortaliter, ac factũ tenet; quia ita eorum bonorũ dominium retinent, donec illis se abdicẽnt,vt habetur *in constitut.4. p.c.4.§.3. in cum litera Q.fin.& p.6.c.2.§.11.in cum litera H.*& quãtus vsus sit impeditus,cùm tamẽ impediatur solo simplici paupertatis voto,quod,vt suprà probauimus, impedit quidem licitam dominij in alium translationẽ,non tamen factã irritat,nec sit aliud ius irritans,peccat quidẽ contra votum sic disponẽs,at factum tenet.Neque obstãt,quæ ex Molina,& Leonardo suprà allegatis retulimus,scilicet, tales religiosos nõ habere vsum illorũ bonorũ,quorum habent dominiũ,ac proinde testamentum ab illis confectum esse invalidum, non secus ac est id quod fit à pupillo,tutore negante facultatem;non obstãt,inquam, quia nullum ius est prohibens tali religioso efficere testamentũ, sicut est prohibens pupillo,& cùm dominus sit, non video cur impediri debeat, de quo latius suprà.

28 Si tamen testamẽto aliquo ij institũtur hæredes,aut legatarij,aut aliquid ipsis donetur,si constaret voluntatẽ testatoris,aut donantis eã esse,vt ij religiosi verũ dominiũ acquirãt,aeq; ij eodẽ modo acceperent,nõ obstãte paupertatis voto,quod infringere volũt, tunc similiter tenebit dispositio,siue in testamento,siue inter viuos ab his facta absque superioris cõsensu, quia votũ simplex, nec irritatur illã dominij acquisitionẽ,nec similiter trãslationem in alium, sed vtrãque facta absque superioris licentia reddit solùm illicitã,cùm hæc sit vũ simpleis natura. Quando autem non constat de tali testatoris, aut donatoris voluntate,aut si de illa cõstat, non cõstat de voluntate religiosi volentis illam sic acceptare, tunc existimo verã esse sententiam,quam tuentur Molina,& Leonardus suprà allegati,quia cùm testans, aut donans instituit religiosum,aut illi legat,aut donat, etiãsi dicat ad vsus,quos ille religiosus maluerit,censetur in dubio legare, aut donare eo pacto,quo religiosus ille est capax licitè acquirẽdi;& similiter religiosus in dubio sic censetur acceptare,tum quia delictũ in dubio nunquã præsumitur,tum etiã,quia legãs,vel donans censetur se accõmodare personæ,vt diximus suprà c.17.n.4. Cùm ergo modus,quo licitè posset acquirere, & disponere religiosus,sit solus ex superioris licẽtia,& dependẽter ab eius voluntate,& sic solùm in hoc dubio acquisierint, si aliter disponãt,non tenet factũ, non quia votũ paupertatis illud irritat,sed quia non acquisierunt facultatem aliter disponendi,quàm ex superioris arbitrio.

29

30 Tertiò deducitur, religiosũ nihil posse nomine proprio præscribere sibi,nec alius,quia ratione voti est incapax habẽdi proprũ,ac nomine proprij possidẽdi. Sic Martina *C.de restit.q.16.cal.2.vers. præscribere autem non potest.* Molina *tom.1.de iust.disp.67.fin.*qui bene addit idẽ dicẽdum ob eadẽ rationẽ de coadiutoribus formatis Societatis Iesv,quia quãuis sola vota simplicia emiserint,reddãtur per illa incapaces dominij acquirẽdi,aut retinẽdi.

31 Tandem deducitur, quid dicendum sit de his,qui castitatis paupertatẽ vouerũt. Et quidem si diligenter discussa intẽtione,de qua paupertate intellexerint,aut de modo seruãdi votum,aliud non cõstat, hoc votũ intelligẽdum est de paupertate absoluta, quam vouent religiosi,quia sicut vouẽs castitatem absolutè,dum de peculiari eius intẽtione non cõstat,censetur omnimodam castitatẽ vouere, quia hæc est,quæ cõmuniter vouetur, ẽt in dubio videtur quis agere,quæ frequentius agitur, *reg.in summo.de regulis iuris in 6.*ita vouẽs absolutè paupertatem,dum de peculiari intentione limitãti nõ cõstat,censetur absolutã paupertatem vouere, quam promittunt religiosi;quare obligatur ad non acquirendum aliquid sibi, nec ad disponendum de illo pro suo arbitrio. Et hic docet Nauar.*comm.2.de regularib.c.16.vers.* 28.Cùm tamen sit votum simplex, non priuat dominus bonorum antea acquisitorum,nec reddit vouentem incapacem ad acquirendum,nec dispositionem cõtra votum factam reddit irritam, vt bene tradit Nauar. *&c.1.*

cons. in utraque edit. tit. de voto. cons. 9. num. 4. & constat ex his, quæ diximus n. 23. Quare optimè dixit Nauar. *eodem cons. 9. numero 4. & eodem comm. 1. n. 21. vers. 29.* consulendum esse huic, vt petat ab Episcopo dispensationem, quia cùm id non sit votum religionis, nec castitatis, potest in eo dispensare, quia difficillimum est hoc votum in sæculo seruare. Addit que *consilio 21. vers. 29.* hunc dum non obtinet voti dispensationem, debere fieri institorem, curatorem, tutorem, vel actorem Vniuersitatis, vel procuratorem, vel administratorem alicuius, vt de eius commissione quærat ei, cuius nomine, & non suo contrahat, vel mendicando viuat, vel pro solo victu laboret.

32 Non tamen explicat Nauar. quis acquirat dominium eorum, quæ labore suo, aut donatione, aut iure hæreditario, legatóve hic votis acquisit post votum emissum, vel à quo peteturus sit licentiam ad disponendum de his bonis, vel de illis, quæ ante votum acquisierat, vel ad vtendum illis, vel cui illa bona cedant, si votens ille intestatus decedat. Sed videtur superiorem hunc esse Episcopum, à quo petenda sit licentia ad huiusmodi acquisitionem, dispositionem, & vsum, quia, etsi non subdatur Episcopo per votum obedientiæ, est tamen eius superior in rebus spiritualibus, de quarum numero est votum eiusmodi; & cùm votens personam non designauerit, nec sic alia, cui hoc incumbere possit, videtur necessariò dicendum, fore Episcopũ, cuius est in rebus spiritualibus gubernare. Quare Episcopus bonorũ post votum acquisitorum acquirer dominium, & ipsi cedẽt, vel ex eius consensu pauperibus, si hic intestatus decedat; in reliqua autem bona, quorum dominium ante votum acquisierat, succedent legitimi eius hæredes, qui alias ab intestato succesituri erant, quia per votum non amisit eorum bonorum dominium, nec in alium transtulit; & ideo non priuabit hæredes ab intestato iure in illa succedendi.

CAPVT XIX.

Explicatur, quæ in particulari sint contra paupertatis votum, & qualis licentia superioris excuset.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint. n. 1.
Quæ conditiones differentur, & sufficiant ex parte licentiæ superioris, vt religiosus accipiens, vel expendens cum illa excusetur à proprietatis vitio. n. 2.
An sufficiat licentia tacita, & præsumpta superioris: refertur quædam sententia. n. 3.
Sententia author. 3. & ibi, qualis consuetudo huius exigatur, & quid vbi est præceptum, ne aliquid fiat absque licentia expressa? n. 4.
An hæc licentia præsumpta satis sit, quando non est periculum in mora, sed superior potest commodè adiri? n. 5.
An licentia expressa, aut præsumpta accipienda extendatur ad licentiam expendendi, & licentia expendendi acquisita ex quæstu, extendatur ad expendenda acquisita ex hereditate, vel donatione? n. 6.
An consuetudo satis sit pro licentia tacita ad excusandum religiosum damnum, vel accipientem? n. 7.
An qui ex licentia hac præsumpta aliquid accepit, vel expendit, teneatur postea id superiori manifestare? n. 8. & 9.
An sufficiat taciturnitas superioris videntis, & non contradicentis? refertur duplex sententia. n. 10. & 11.
Concilium vtraque, & explicatur sententia author. n. 12.
An sufficiat ad excusandum à furto, & à transgressione voti paupertatis, & obligatione restituendi, credere probabiliter fore, vt dominus, vel superior concederet licentiam accipiendi, retinendi, vel expendendi, quamuis quoad modum sint iniqui? Referuntur varia sententiæ. n. 13. & 14.
Explicatur sententia author. n. 15.
An excusetur religiosus à vitio proprietatis, quando licentia superioris precibus importunis extorquetur? n. 16.
Quid si mentiatur, aut dolo fingens rationes, vt concedatur, vel tacens ea, ab quæ denegaretur? n. 17.
Quid si superior non audeat denegare propter querelas, & murmurationes subditi? n. 18.
Exigitur licentia ex iusta causa, ne superior, & subditus precentem aliquam alienando, vel consumendo. n. 19.
An sit proprietarius religiosus, qui ex licentia superioris concessa absque iusta causa, vt si ad vsum superfluos, vanos, & turpes, expendit rem? Refertur quædam sententia. n. 20.
Explicatur sententia author. n. 21.
An ipse Abbas sic expendens sit proprietarius? n. 22.
An sit id peccatum mortale in religioso, & subdito? n. 23.
An Prælatus cum conuentu possit dare hanc licentiam? n. 24.
An religiosus, vel Abbas sic expendens incurrat pœnas proprietarij? n. 25.
Quid si ipse Abbas, vel subditus de eius licentia, aliquid expendant contra regulam? n. 26.
An si in bono statu Prælatus non curam religiosas in communi viuere, & superflua vitare, & religiosi, qui illi resistit? n. 27.
An peccet mortaliter religiosus expendens bona communitatis abundanter, aliis patientibus necessitatem? n. 28.
An recipiens aliquid à religioso ad vsus turpes, vanos, & superfluos teneatur restituere, quando religiosus habuit licentiam à superiore ad expendendum ad libitum? Refertur quædam sententia. n. 29.
Sententia author. n. 30.
Quid si ex vestiam habuit licentiam expendendi in eos vsus vanos, & turpes? n. 31.
Quid si ipse non superior in eos vsus expendat? n. 32.
Quid si ille religiosus ex legitima licentia vnus extra conuentum? n. 33.
Quid de religiosis exclusis à religione, vel exeuntis Episcopis, vel beneficiarius, & qualiter hi adstringantur voto paupertatis? remissio. n. 34.
Quid si secularis det pecuniam religioso, vt tradat meretrici pro adulterij, & an religiosus accipiens peccet contra votum paupertatis? n. 35.
Quæ sit causa iusta concedendi licentiam religioso, & qui sint vsus, ad quos possit concedi; & an existimet statuto religionis, vt omnia in vsum communitatis conuertantur, posse ex licentia superioris conuertialiquid in vsum religiosi priuatim? n. 36.
Iusta concedatur religiosis cœpto aliquo sua arte vsuli in monasterio, vt ex eo ad libitum det aliqua cognatis pauperibus. n. 37.
An sit iusta causa concedenda huius licentia, quando concedatur licentia religioso manendi extra monasterium? n. 38.
Quis sit superior potens licentiam dare religioso aliquid accipiendi vel expendendi, an sit immediatus monasterij, & an possit ille dare tantam licentiam danda totius illius quantitatis, quam superior dare potest? n. 39.
Quid si religiosus ille professus esset in manibus Generalis, vel nomine eius in manibus alterius? n. 40.
Quid si religiosus sit bissex illius conuentus? n. 41.
Quam quantitatem expendendi possit dare superior immediatus licentiam, & an hoc sit correctum per Clem. VIII. in proprio motu de non largiendis mutuis per religiosos? n. 42.
An Abbatissa possit similem facultatem monialibus concedere? referuntur probantia partem negatiuam. n. 43.
Explicatur sententia author, & an Abbatissa possit licentiam ingrediendi monasteria monialium concedere? n. 44.
Post numerum 44. numeres alia summaria.

EXposuimus in quo consistat paupertatis votum, & ad quid obliget religiosum. Iam in hoc cap. & sequentibus explicandæ sunt quædam, quibus paupertatis votum violatur. Et quia tota voti paupertatis violatio in eo consistit, vt absque superioris licentia aliquid recipiatur, vel expendatur; prius quæ licentia sit sufficiens agendum est: deinde explicandi sunt aliqui speciales casus, in quibus votum paupertatis violatur.

Quare

Quare duplex est disputanda quæstio. Prior de puncto priori. Posterior de puncto posteriori.

2 QVÆSTIO prior. Qualis licentia superioris desideretur, & sufficiat, vt religiosus cum illa aliquid accipiens, vel expendens, excusetur à vitio proprietatis, atque voti paupertatis violatione. Quadruplex exigitur conditio ex parte licentiæ superioris ad excusandum religiosum accipientem, vel expendentem ab hac voti paupertatis transgressione. Prima est, vt licentia sit legitima. Secunda, vt sit voluntaria. Tertia, vt sit ex causa legitima concessa. Quarta, vt concedatur à legitimo superiori potenti eam concedere. De quibus conditionibus sigillatim agendum est.

3 Circa primam ergo conditionem dubitatur, an licentia tacita, sit licentia sufficiens, ac legitima, vt religiosus cum illa accipiens, vel expendens excusetur à proprietatis vitio. Quidam existimabant non satis esse licentiam hãc tacitam; tradũt enim generalem hanc regulã, vt quoties licentia ad actum aliquẽ gerendum necessaria est, ea debeat esse expressa. Hos retulimus suprà.

4 Cæterum dicendum est, sufficere licentiam tacitam, & iure optimo præsumptam superioris, qua prudenter, & meritò præsumatur velle id superiorẽ; quia ibi reiecimus eam regulam, probauimúsque sufficere talem licentiam. Item, quia taciti, & expressi eadem est virtus. *l. cum quid. ff. de rebus creditis. & c. 2. de rescriptis.* Tandem, quia cùm rationabiliter præsumitur id velle superiorẽ, quamuis eius expressus consensus non habeatur, non dicitur res fieri absque eius licentia. Et ideo hanc partem sustinent *D. Tho. 2. 2. q. 32. art. 8. ad 1.* Maioris 4. *dist. 15. q. 15. in fol. ad 1. contra 23. concl.* D. Bonau. *in speculo disciplinæ ad nouitios, p. 1. c. 4. ad fin.* (habetur *in nouis operibus. tom. 7.*) Gerson 2. *p. in responsis ad quædam quæst. sibi propositas, q. penult. alphabeto 14. litera S.* Turrecrem. *c. non dicatis. art. 8. n. 12. q. 1.* D. Anton 3. *q. tit. 16. c. 1. §. 11. non abiis.* 2. Rotella *sum verb. eleemosyna. 2. n. 1.* Angelus *verb. eleemosyna. n. 6.* & ibi Sylues. *n. 7. q. 5. dubio 1.* Tabiena *q. 8. n. 9.* Armilla *n. 5.* Mezina *de paupertate.* vbi de eleemosyna. *q. 1. de quibus bonis sit eleemosyna faciendæ. vers. redeundo igitur ad rem.* Nauar. *sum. Lat. & Hisp. c. 17. num. 105.* & *comm. 1. n. 200. de regul.* Corduba *sum. q. 109. §. ando post princip.* Médoza 10 *sui quodlibetis, q. 8. concl. 7.* Bañes 2. 2. *q. 32. art. 8. initio.* & ibi Aragon *col. 3. vers. 1. est supponendum.* Graffis 2. *p. decis. lib. 2. c. 122. n. 5. & lib. 3. c. 5. n. 54.* Ludou. Lopez 1. *p. instructor. c. 156. concl. 3. & 4.* Vinaldus *candel. Sacr. p. 1. c. 24. n. 83.* Nauarra *lib. 3. de restitut. c. 1. p. 3. in nouo edit. dub. 1. n. 160.* Petrus de Ledesma 2. *sum. summa tract. 4. c. 3. concl. 31.* Toledo *in fine summæ. tractatu de 7. peccatis mortalibus. c. 28. fin.* Molina *tom. 2. de iustitia. disp. 276. paulo ante finem.* Emmanuel Sá *sum. verbo elemosyna. n. 12.* Valétia 2. 2. *disp. 16. q. 4. punctu 3. col. 2. vers. sed enim. & corol. 5.* Parassellus *in compendio priuilegiorum fratrum Minorum. post cap. 41. de proprietate abdicanda. vers. sed verò religiosus.* Leonard. *lib. 1. de iust. c. 41. dub. 9. n. 80.* Azor *tom. 1. instit. mor. lib. 1. c. 12. q. 2. §. & 4.* Manuel *tom. 2. summa. c. 31. n. 4. vers. 10. quinto dico. & qq. regular. tom. 2. q. 57. art. 2.* Lælius Zecchius *in sua sum. n. 1. tractatu de charitate. c. 10. n. 2.* & eiusdem sententiæ sunt, quos referemus n. 11. dicentes taciturnitatem superioris censeri legitimam licentiam, quippe ea est licentia tacita. Hæc tamen fallit in religionibus nimis strictis, in quibus ratione paupertatis strictè obseruandæ præceptum est superiorum in virtute obedientiæ, ne liceat recipere, aut expendere aliquid absque expressa licentia: tunc enim esset mortale ex sola licentia tacita id efficere, cum quia illis verbis apertè excludatur licentia tacita, & præsumpta, ad præcludẽdam relaxationi paupertatis viam: tum etiam, quia durante eo præcepto, nõ præsumitur superiorẽ velle eã acceptionem; & sic cessat licentia tacita. Et ita docent Ludouicus Lopez 1. *p. inst. c. 156. vers. penult. & lib. 1. de cœnat. c. 40. cal. penult.* Manuel 2. *sum. summa c. 31. n. 7. vers. 10. cautæ dico.* Adiit tamen bene vterque, in necessitate vrgente, si non esset recursus ad superiorem longè distantem, sufficere licentiam tacitam; quia cùm præcepta debeant esse rationi consona, sic id præceptum accipiendum est. An verò exigatur certa cognitio huius tacitæ voluntatis, an sat sit probabilis, dicemus infrà.

5 Hanc tamen licẽtiam præsumptam dicit Leonardus n. præcedenti allegatus tunc tantùm adesse, quando est periculũ in mora; secus quando res facilè differri potest, aut superior adiri: non enim prudenter præsumẽdum est, velle superiorem commodè adiri potentem, vt inferior ipso non adito, aliquid agat, ad quod licentia exigitur. Et eidem sententiæ fauent DD. asserẽtes non licere religioso citra extrema necessitatẽ eleemosynam facere, nisi sub spe ratihabitionis, quãdo superior abest. Cæterũm hoc intelligo esse verũ, vt religiosus ab omni culpa liber sit: nam, vt excusetur à culpa mortali, statim dicemus satis aliquãdo esse, probabiliter præsumere, fore vt superior aditus licentiam concederet, quãuis inuitus sit quoad modum accipiendi, non petita licentia.

6 Nec tamẽ sufficeret ea præsumpta accipiendi licẽtia, vt integrum sit religioso non petita alia licentia, rẽ illam expẽdere, nisi adsit quoque eadẽ præsumpta expẽdendi in eos vsus licentia, quia cùm accipere, & expendere sint diuersa, licentia tacita ad vnum, non extenditur ad aliud; præterea, quia etiam licẽtia expressa, verbi gratiã, accipiendi librum, non extenderetur ad alienandũ illum, nedum tacita accipiẽdi. Tandem probatur ex doctrina Nauar. *comm. 1. n. 40. de regul.* vbi optimè tradit, licentiã concessam religioso conuertendi quæsita in proprios vsus, restringi ad quæsita opera, arte, atque industria religiosi, non autem ad quæsita per successionem, & donationem. Idque probat ex *l. coiri. cum 4. sequent. ff. pro socio*, vbi probatur, societatem simpliciter contractam intelligi de his, quæ ex quæstu obuenturus sunt; per quæstum autem non intelligi, quæ obuenium ex legato, hæreditate, vel donatione, sed ea sola, quæ arte, opera, & industria licentiam.

7 Quod si quæras, an consuetudo aliquid dandi, vel accipiendi, sic tacita licẽtia excusans, vt religiosus aliquid accipiat, vel retineat, nõ petita superioris licentia; multi existimant, cõsuetudinẽ minimẽ excusare religiosũ. Dicuntur, quod hic iure naturali diuino ratione voti paupertatis teneatur aliquid nõ accipere, vel retinere absq; superioris licentia; consuetudo autem nullas contra huiusmodi ius vires habet. Sic tradunt Calderinus *tract. cõs. 4. de consuetudine.* Felin. *c. cum M. n. 16. vers. eadẽ ratione, de constitut.* Riminald. *iustit. per quas personas nobis acquiratur §. 1. n. 107.* Redoanus *de statutis cedes. q. 8. in princip. n. 52. & triplici sequenti.* Graffis 2. *p. decis. lib. 3. c. 9. n. 4. & triplici sequenti.* Tapia *auth. ingressi, verbo ipso ingresso n. 5. n. 55.* Cæterum, quamuis verum sit cõsuetudinem nihil prodesse, vt renitente superiori aliquid accipiatur, aut retineatur à religioso, quia sic recipere, vel retinere, est cõtra paupertatis votum iure diuino naturali obligans; & in hoc sensu verum est, quod dicunt prædicti authores. At si cõsuetudo sit recepta, vigeãtque in aliqua religione recipiendi aliqua, ac licitè expendendi non petita expressa superioris licentia, valebit vtique, & excusabit religiosos, quia tunc adest licentia tacita, & voluntas superiorum explicata per consuetudinem illam in ea religione receptam; & sic nihil accipitur renitente superiori, nec contra votum.

8 Secunda difficultas est, an qui vsus est præsumpta superioris licẽtia in accepẽione alicuius rei, teneatur ex vi voti paupertatis referre postea superiori, quod disposuerit cum tali licentia: breuiter cum hac distinctione respondetur, quando tota præsumendæ licentiæ ratio fuit, non posse commodè tunc adiri superiorem, nec res accepta est consumpta, aut alienata, sed adhuc potest superior emendare, aut reuocare, tenetur subditus, ne violet votum paupertatis, id referre superiori. Secus quando tam nequit à superiori emendari, aut reuocari. Prior pars probatur, quia licentia est solùm rationabiliter præsumpta in hoc casu pro tempore, quo

cons. in utraque edit. tit. de voto. cons. 9. num. 4. & constat ex his, quæ diximus n. 23. Quare optimè dixit Nauar. *eodem cons. 9. numero 4. & eodem comm. 1. n. 21. vers. 29.* consulendum esse huic, vt petat ab Episcopo dispensationem, quia cùm id non sit votum religionis, nec castitatis, potest in eo dispensare, quia difficillimum est hoc votum in sæculo seruare. Addit que *consilio 21. vers. 29.* hunc dum non obtinet voti dispensationem, debere fieri institorem, curatorem, tutorem, vel actorem Vniuersitatis, vel procuratorem, vel administratorem alicuius, vt de eius commissione quærat ei, cuius nomine, & non suo contrahat, vel mendicando viuat, vel pro solo victu laboret.

32 Non tamen explicat Nauar. quis acquirat dominium eorum, quæ labore suo, aut donatione, aut iure hæreditario, legatóve hic votis acquisit post votum emissum, vel à quo peteturus sit licentiam ad disponendum de his bonis, vel de illis, quæ ante votum acquisierat, vel ad vtendum illis, vel cui illa bona cedant, si votens ille intestatus decedat. Sed videtur superiorem hunc esse Episcopum, à quo petenda sit licentia ad huiusmodi acquisitionem, dispositionem, & vsum, quia, etsi non subdatur Episcopo per votum obedientiæ, est tamen eius superior in rebus spiritualibus, de quarum numero est votum eiusmodi; & cùm votens personam non designauerit, nec sic alia, cui hoc incumbere possit, videtur necessariò dicendum, fore Episcopũ, cuius est in rebus spiritualibus gubernare. Quare Episcopus bonorũ post votum acquisitorum acquirer dominium, & ipsi cedẽt, vel ex eius consensu pauperibus, si hic intestatus decedat; in reliqua autem bona, quorum dominium ante votum acquisierat, succedent legitimi eius hæredes, qui alias ab intestato succesituri erant, quia per votum non amisit eorum bonorum dominium, nec in alium transtulit; & ideo non priuabit hæredes ab intestato iure in illa succedendi.

CAPVT XIX.

Explicatur, quæ in particulari sint contra paupertatis votum, & qualis licentia superioris excuset.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint. n. 1.
Quæ conditiones differentur, & sufficiant ex parte licentiæ superioris, vt religiosus accipiens, vel expendens cum illa excusetur à proprietatis vitio. n. 2.
An sufficiat licentia tacita, & præsumpta superioris: refertur quædam sententia. n. 3.
Sententia author. 3. & ibi, qualis consuetudo huius exigatur, & quid vbi est præceptum, ne aliquid fiat absque licentia expressa? n. 4.
An hæc licentia præsumpta satis sit, quando non est periculum in mora, sed superior potest commodè adiri? n. 5.
An licentia expressa, aut præsumpta accipienda extendatur ad licentiam expendendi, & licentia expendendi acquisita ex quæstu, extendatur ad expendenda acquisita ex hereditate, vel donatione? n. 6.
An consuetudo satis sit pro licentia tacita ad excusandum religiosum damnum, vel accipientem? n. 7.
An qui ex licentia hac præsumpta aliquid accepit, vel expendit, teneatur postea id superiori manifestare? n. 8. & 9.
An sufficiat taciturnitas superioris videntis, & non contradicentis? refertur duplex sententia. n. 10. & 11.
Concilium vtraque, & explicatur sententia author. n. 12.
An sufficiat ad excusandum à furto, & à transgressione voti paupertatis, & obligatione restituendi, credere probabiliter fore, vt dominus, vel superior concederet licentiam accipiendi, retinendi, vel expendendi, quamuis quoad modum sint iniqui? Referuntur varia sententiæ. n. 13. & 14.
Explicatur sententia author. n. 15.
An excusetur religiosus à vitio proprietatis, quando licentia superioris precibus importunis extorquetur? n. 16.
Quid si mentiatur, aut dolo fingens rationes, vt concedatur, vel tacens ea, ab quæ denegaretur? n. 17.
Quid si superior non audeat denegare propter querelas, & murmurationes subditi? n. 18.
Exigitur licentia ex iusta causa, ne superior, & subditus precentem aliquam alienando, vel consumendo. n. 19.
An sit proprietarius religiosus, qui ex licentia superioris concessa absque iusta causa, vt si ad vsum superfluos, vanos, & turpes, expendit rem? Refertur quædam sententia. n. 20.
Explicatur sententia author. n. 21.
An ipse Abbas sic expendens sit proprietarius? n. 22.
An sit id peccatum mortale in religioso, & subdito? n. 23.
An Prælatus cum conuentu possit dare hanc licentiam? n. 24.
An religiosus, vel Abbas sic expendens incurrat pœnas proprietarij? n. 25.
Quid si ipse Abbas, vel subditus de eius licentia, aliquid expendant contra regulam? n. 26.
An si in bono statu Prælatus non curam religiosas in communi viuere, & superflua vitare, & religiosi, qui illi resistit? n. 27.
An peccet mortaliter religiosus expendens bona communitatis abundanter, aliis patientibus necessitatem? n. 28.
An recipiens aliquid à religioso ad vsus turpes, vanos, & superfluos teneatur restituere, quando religiosus habuit licentiam à superiore ad expendendum ad libitum? Refertur quædam sententia. n. 29.
Sententia author. n. 30.
Quid si ex vestiam habuit licentiam expendendi in eos vsus vanos, & turpes? n. 31.
Quid si ipse non superior in eos vsus expendat? n. 32.
Quid si ille religiosus ex legitima licentia vnus extra conuentum? n. 33.
Quid de religiosis exclusis à religione, vel exeuntis Episcopis, vel beneficiarius, & qualiter hi adstringantur voto paupertatis? remissio. n. 34.
Quid si secularis det pecuniam religioso, vt tradat meretrici pro adulterij, & an religiosus accipiens peccet contra votum paupertatis? n. 35.
Quæ sit causa iusta concedendi licentiam religioso, & qui sint vsus, ad quos possit concedi; & an existimet statuto religionis, vt omnia in vsum communitatis conuertantur, posse ex licentia superioris conuertialiquid in vsum religiosi priuatim? n. 36.
Iusta concedatur religiosis cœpto aliquo sua arte vsuli in monasterio, vt ex eo ad libitum det aliqua cognatis pauperibus. n. 37.
An sit iusta causa concedenda huius licentia, quando concedatur licentia religioso manendi extra monasterium? n. 38.
Quis sit superior potens licentiam dare religioso aliquid accipiendi vel expendendi, an sit immediatus monasterij, & an possit ille dare tantam licentiam danda totius illius quantitatis, quam superior dare potest? n. 39.
Quid si religiosus ille professus esset in manibus Generalis, vel nomine eius in manibus alterius? n. 40.
Quid si religiosus sit bissex illius conuentus? n. 41.
Quam quantitatem expendendi possit dare superior immediatus licentiam, & an hoc sit correctum per Clem. VIII. in proprio motu de non largiendis mutuis per religiosos? n. 42.
An Abbatissa possit similem facultatem monialibus concedere? referuntur probantia partem negatiuam. n. 43.
Explicatur sententia author, & an Abbatissa possit licentiam ingrediendi monasteria monialium concedere? n. 44.
Post numerum 44. numeres alia summaria.

EXposuimus in quo consistat paupertatis votum, & ad quid obliget religiosum. Iam in hoc cap. & sequentibus explicandæ sunt quædam, quibus paupertatis votum violatur. Et quia tota voti paupertatis violatio in eo consistit, vt absque superioris licentia aliquid recipiatur, vel expendatur; prius quæ licentia sit sufficiens agendum est: deinde explicandi sunt aliqui speciales casus, in quibus votum paupertatis violatur.

Quare

Quare duplex est disputanda quæstio. Prior de puncto priori. Posterior de puncto posteriori.

2 QVÆSTIO prior. Qualis licentia superioris desideretur, & sufficiat, vt religiosus cum illa aliquid accipiens, vel expendens, excusetur à vitio proprietatis, atque voti paupertatis violatione. Quadruplex exigitur conditio ex parte licentiæ superioris ad excusandum religiosum accipientem, vel expendentem ab hac voti paupertatis transgressione. Prima est, vt licentia sit legitima. Secunda, vt sit voluntaria. Tertia, vt sit ex causa legitima concessa. Quarta, vt concedatur à legitimo superiori potenti eam concedere. De quibus conditionibus sigillatim agendum est.

3 Circa primam ergo conditionem dubitatur, an licentia tacita, sit licentia sufficiens, ac legitima, vt religiosus cum illa accipiens, vel expendens excusetur à proprietatis vitio. Quidam existimabant non satis esse licentiam hãc tacitam; tradũt enim generalem hanc regulã, vt quoties licentia ad actum aliquẽ gerendum necessaria est, ea debeat esse expressa. Hos retulimus suprà.

4 Cæterum dicendum est, sufficere licentiam tacitam, & iure optimo præsumptam superioris, qua prudenter, & meritò præsumatur velle id superiorẽ; quia ibi reiecimus eam regulam, probauimúsque sufficere talem licentiam. Item, quia taciti, & expressi eadem est virtus. *l. cum quid. ff. de rebus creditis. & c. 2. de rescriptis.* Tandem, quia cùm rationabiliter præsumitur id velle superiorẽ, quamuis eius expressus consensus non habeatur, non dicitur res fieri absque eius licentia. Et ideo hanc partem sustinent *D. Tho. 2. 2. q. 32. art. 8. ad 1.* Maioris 4. *dist. 15. q. 15. in fol. ad 1. contra 23. concl.* D. Bonau. *in speculo disciplinæ ad nouitios, p. 1. c. 4. ad fin.* (habetur *in nouis operibus. tom. 7.*) Gerson 2. *p. in responsis ad quædam quæst. sibi propositas, q. penult. alphabeto 14. litera S.* Turrecrem. *c. non dicatis. art. 8. n. 12. q. 1.* D. Anton 3. *q. tit. 16. c. 1. §. 11. non abiis.* 2. Rotella *sum verb. eleemosyna. 2. n. 1.* Angelus *verb. eleemosyna. n. 6.* & ibi Sylues. *n. 7. q. 5. dubio 1.* Tabiena *q. 8. n. 9.* Armilla *n. 5.* Mezina *de paupertate.* vbi de eleemosyna. *q. 1. de quibus bonis sit eleemosyna faciendæ. vers. redeundo igitur ad rem.* Nauar. *sum. Lat. & Hisp. c. 17. num. 105.* & *comm. 1. n. 200. de regul.* Corduba *sum. q. 109. §. ando post princip.* Médoza 10 *sui quodlibetis, q. 8. concl. 7.* Bañes 2. 2. *q. 32. art. 8. initio.* & ibi Aragon *col. 3. vers. 1. est supponendum.* Graffis 2. *p. decis. lib. 2. c. 122. n. 5. & lib. 3. c. 5. n. 54.* Ludou. Lopez 1. *p. instructor. c. 156. concl. 3. & 4.* Vinaldus *candel. Sacr. p. 1. c. 24. n. 83.* Nauarra *lib. 3. de restitut. c. 1. p. 3. in nouo edit. dub. 1. n. 160.* Petrus de Ledesma 2. *sum. summa tract. 4. c. 3. concl. 31.* Toledo *in fine summæ. tractatu de 7. peccatis mortalibus. c. 28. fin.* Molina *tom. 2. de iustitia. disp. 276. paulo ante finem.* Emmanuel Sá *sum. verbo elemosyna. n. 12.* Valétia 2. 2. *disp. 16. q. 4. punctu 3. col. 2. vers. sed enim. & corol. 5.* Parassellus *in compendio priuilegiorum fratrum Minorum. post cap. 41. de proprietate abdicanda. vers. sed verò religiosus.* Leonard. *lib. 1. de iust. c. 41. dub. 9. n. 80.* Azor *tom. 1. instit. mor. lib. 1. c. 12. q. 2. §. & 4.* Manuel *tom. 2. summa. c. 31. n. 4. vers. 10. quinto dico. & qq. regular. tom. 2. q. 57. art. 2.* Lælius Zecchius *in sua sum. n. 1. tractatu de charitate. c. 10. n. 2.* & eiusdem sententiæ sunt, quos referemus n. 11. dicentes taciturnitatem superioris censeri legitimam licentiam, quippe ea est licentia tacita. Hæc tamen fallit in religionibus nimis strictis, in quibus ratione paupertatis strictè obseruandæ præceptum est superiorum in virtute obedientiæ, ne liceat recipere, aut expendere aliquid absque expressa licentia: tunc enim esset mortale ex sola licentia tacita id efficere, cum quia illis verbis apertè excludatur licentia tacita, & præsumpta, ad præcludẽdam relaxationi paupertatis viam: tum etiam, quia durante eo præcepto, nõ præsumitur superiorẽ velle eã acceptionem; & sic cessat licentia tacita. Et ita docent Ludouicus Lopez 1. *p. inst. c. 156. vers. penult. & lib. 1. de cœnat. c. 40. cal. penult.* Manuel 2. *sum. summa c. 31. n. 7. vers. 10. cautæ dico.* Adiit tamen bene vterque, in necessitate vrgente, si non esset recursus ad superiorem longè distantem, sufficere licentiam tacitam; quia cùm præcepta debeant esse rationi consona, sic id præceptum accipiendum est. An verò exigatur certa cognitio huius tacitæ voluntatis, an sat sit probabilis, dicemus infrà.

5 Hanc tamen licẽtiam præsumptam dicit Leonardus n. præcedenti allegatus tunc tantùm adesse, quando est periculũ in mora; secus quando res facilè differri potest, aut superior adiri: non enim prudenter præsumẽdum est, velle superiorem commodè adiri potentem, vt inferior ipso non adito, aliquid agat, ad quod licentia exigitur. Et eidem sententiæ fauent DD. asserẽtes non licere religioso citra extrema necessitatẽ eleemosynam facere, nisi sub spe ratihabitionis, quãdo superior abest. Cæterũm hoc intelligo esse verũ, vt religiosus ab omni culpa liber sit: nam, vt excusetur à culpa mortali, statim dicemus satis aliquãdo esse, probabiliter præsumere, fore vt superior aditus licentiam concederet, quãuis inuitus sit quoad modum accipiendi, non petita licentia.

6 Nec tamẽ sufficeret ea præsumpta accipiendi licẽtia, vt integrum sit religioso non petita alia licentia, rẽ illam expẽdere, nisi adsit quoque eadẽ præsumpta expẽdendi in eos vsus licentia, quia cùm accipere, & expendere sint diuersa, licentia tacita ad vnum, non extenditur ad aliud; præterea, quia etiam licẽtia expressa, verbi gratiã, accipiendi librum, non extenderetur ad alienandũ illum, nedum tacita accipiẽdi. Tandem probatur ex doctrina Nauar. *comm. 1. n. 40. de regul.* vbi optimè tradit, licentiã concessam religioso conuertendi quæsita in proprios vsus, restringi ad quæsita opera, arte, atque industria religiosi, non autem ad quæsita per successionem, & donationem. Idque probat ex *l. coiri. cum 4. sequent. ff. pro socio*, vbi probatur, societatem simpliciter contractam intelligi de his, quæ ex quæstu obuenturus sunt; per quæstum autem non intelligi, quæ obuenium ex legato, hæreditate, vel donatione, sed ea sola, quæ arte, opera, & industria licentiam.

7 Quod si quæras, an consuetudo aliquid dandi, vel accipiendi, sic tacita licẽtia excusans, vt religiosus aliquid accipiat, vel retineat, nõ petita superioris licentia; multi existimant, cõsuetudinẽ minimẽ excusare religiosũ. Dicuntur, quod hic iure naturali diuino ratione voti paupertatis teneatur aliquid nõ accipere, vel retinere absq; superioris licentia; consuetudo autem nullas contra huiusmodi ius vires habet. Sic tradunt Calderinus *tract. cõs. 4. de consuetudine.* Felin. *c. cum M. n. 16. vers. eadẽ ratione, de constitut.* Riminald. *iustit. per quas personas nobis acquiratur §. 1. n. 107.* Redoanus *de statutis cedes. q. 8. in princip. n. 52. & triplici sequenti.* Graffis 2. *p. decis. lib. 3. c. 9. n. 4. & triplici sequenti.* Tapia *auth. ingressi, verbo ipso ingresso n. 5. n. 55.* Cæterum, quamuis verum sit cõsuetudinem nihil prodesse, vt renitente superiori aliquid accipiatur, aut retineatur à religioso, quia sic recipere, vel retinere, est cõtra paupertatis votum iure diuino naturali obligans; & in hoc sensu verum est, quod dicunt prædicti authores. At si cõsuetudo sit recepta, vigeãtque in aliqua religione recipiendi aliqua, ac licitè expendendi non petita expressa superioris licentia, valebit vtique, & excusabit religiosos, quia tunc adest licentia tacita, & voluntas superiorum explicata per consuetudinem illam in ea religione receptam; & sic nihil accipitur renitente superiori, nec contra votum.

8 Secunda difficultas est, an qui vsus est præsumpta superioris licẽtia in accepẽione alicuius rei, teneatur ex vi voti paupertatis referre postea superiori, quod disposuerit cum tali licentia: breuiter cum hac distinctione respondetur, quando tota præsumendæ licentiæ ratio fuit, non posse commodè tunc adiri superiorem, nec res accepta est consumpta, aut alienata, sed adhuc potest superior emendare, aut reuocare, tenetur subditus, ne violet votum paupertatis, id referre superiori. Secus quando tam nequit à superiori emendari, aut reuocari. Prior pars probatur, quia licentia est solùm rationabiliter præsumpta in hoc casu pro tempore, quo

superiori consuli nequit. Ergo eo tempore transacto retinebitur ea res absque licentia, & erit vsus illius tanquam propria. Posterior pars probatur, quia tam subditus non retinet rem illam, nec veteri tanquam propria, & cùm superior nullũ in ea imperium habeat, nulla est manutestandi obligatio. Atque in priori casu est intelligendus D.Bonav. 1.p. *speculi disciplinæ ad monitos c.4.fin.* vbi hæc ait. Potest fidelis seruus, & prudens nonnulla pro loco, & tempore facere de tacito, vel probabiliter præsumpto superioris consensu, ad ipsum denique finaliter acta quæque per ausum huiusmodi relaturus.

9 Quod si ratio præsumendæ licentiæ nõ fuit difficultas illius pretendæ, nõ tenetur religiosus hic postea certiorem superiorem facere, quia si id ante factam dispositionem, vbi maior ratio vrgebat, licuit, saltẽ absque culpa mortali, inconsulto superiore facere, eo facile adiri potente, id à fortiori licebit postea. Et pro hac sententia sunt expresè Nauar. *com. 2.n.20. de regul.* Mendoza *in suis quodlibet. q.8. concl.8.* Graffis *1.p. decis. lib.3.c.5.n.54.* vbi docent monialem posse retinere munera, quæ inscia Abbatissa recipit, quando probabiliter non est deneganda licentia petita ab Abbatissa; & clarè loquuntur, quãdo adhuc retinet, non manifestando Abbatissæ, quia res cereberit difficultate, quando Abbatissa certior facta cõcederet licentiam, quia ia ex licentia expressa retinebat. Cæterum existimo, quãdo accepto fuit venialis ratione modi clandestinè accipiendi, iuxta dicenda n.14. fore similiter retentionem, videlicet non manifestando superiori, quia eadem est ratio vtrius que, & sicut superior in acceptione fuit inuitus quoad modum, ita quoque in retentione eueniet.

10 Tertia difficultas est, an sufficit ad hanc licentiã præsumptã taciturnitas superioris videlicet religiosi aliquid accipere, vel expedere, & non contradicẽtis? Aliqui negant hanc taciturnitatẽ esse licentiã præsumptam, & hic dicũt ea nõ excusari religiosum à vitio proprietatis, quia cãm variis ex causis possit superior tacere, non est, cur ex ea taciturnitate præsumatur licentia tacita. Sic docẽt Archidiaconus *c. non dicatur. 12.q.1.n.6.* & ibi Bellamera *n.31.* Hugo, quem refert, & sequitur Turrecremata, *ibi, art.5.n.9.* Graffis *2.p. decis. lib.3.c.39.n.31.* & facit optimè pro hac sententia D.Anton. *3. part. t. c.15. init.* vbi ait, non excusare à furto, si dominus videat, & taceat.

11 Alij tradunt hanc taciturnitatẽ sufficere, vt præsumatur licentia superioris, quippe iure optimo præsumi potest, superiore tunc tẽporis tacere, quod approbet, veltque gesta à subdito. Sic tradunt Abbas *1. quæst. quibus. Lam. n.10. de facinoribus. & c. nisi essent. ad fin. de prebendis.* & *c. cum ad monasterium. n.8. de statu monachorum. & cons. 44.n.4. & 5. vol.* 1. Imola *Clem. 1.n.36. de statu monachorum.* Nauar. *lib.3. consil. in 1. edit. tit. de regularibus. cons. 75.n.64. in 2. tit. de statu monachorum. cons. 3. n.64.* Atque idem apertè sentiunt DD. quidam asserentes legatũ relictũ ea lege monacho, vt nihil acquiratur monasterio, intelligendum esse, vt nihil acquiratur quoad vsum monasterio: sed si superior connitentibus oculis patiatur vsu illius legati monachum potiri, dicunt validũ esse hoc legatũ. Quare apertè sentiunt hanc Prælati taciturnitatem esse licentiam præsumptam, & sufficientem, vt religiosus vsu illius legati potiatur. Hi sunt Bart. *l. si alienam. 49. in princip. n.2. ff. de hæred. instituend. & exhib. excipitur n.2. C. de bonis quæ liberis.* & ibi Angelus *n.2.* Fulgos. *fin.* Corneus *fin.* idem Corneus *l. quida. 5. §. illo. n.5. C. de necessariis hæredibus instituendis.* Rosella *verb. Abbas. n.11.* Angelus *verb. monasterium. n.2.* Sylues. *verb. religio. 8.q.5.* Tabiena *verb. monach. q.14.n.13.* Simon de Pretis *de interpretatione vit. volunt. lib.2. interpretat. 2. dub.2. solut. 1.n.9. & 10.*

Sed vtraque sententia sic conciliandæ est: si ea taciturnitas sit sola quædam permissio superioris, non excusat religiosum; & in hoc casu est vera prior sententia, quia etiam ipsius Dei permissio, qua quempiam in multa peccata labi permittit, non excusat à peccato labentem: si autem ea licentia non sit pura permissio; sed sit approbatio quædam, est licentia tacita, sufficiensque ad libendum à culpa religiosum; & in hoc casu est vera posterior sententia. Sicut etiam similem taciturnitatem appellãt authores, quos retuli, & sequuntur fere late probans *lib.3. de matrim. disp.33.n.20.* ratihabitionem de præsenti, dicuntque sufficere, vt facientes non expositus valeat audire confessiones, & alia exercere ad sui valorem exigentia iurisdictionem. Et ideo hanc partem sustinent Nauar. *comm.2.n.22. corollar. 9. de regular.* Mendoza *in suis quodlib. q.8. concl.7.* Manuel *99. regular. tom.3.q.29. art.11.* Sed adhuc non quiescit animus; restat enim explicare, quando taciturnitas illa sit pura permissio, & quando sit approbatio; quod in simili materia, nempe furto, explicant authores sic. Si dominus videat rem suam subripi, taceatque præ ve recundia, aut timore, est pura permissio, non excusans à furto subripientem; secus quando hæc cessarunt, & potuit commodè prohibere, tunc enim est approbatio. Quæ distinctio apertè habetur *l. penult. ff. de furtis.* & hæc posterior pars constat ex *c. error. 8. c. consistat. dist.81.* vbi habetur, consentire peccato videri, qui cùm possit resistere, tacet. Et sic docet Rosella *verb. furtum*, & ibi Angel. *n.8.* Sylu. *ante q. 1.n.1. inuito.* Tabiena *ibi. inuito.* Armilla *n.3.* Nauarr. *fin. c. 17. Hist. p.n.4. Latin. n.5. vers.4.* Ludouicus Lopez *1. p. substract. c.93. ad fin. vers. necessitas quoque.* Sayro *in claui reg. nil obstare huic decisioni ait*, asserere eum metum esse leuem, quia in foro conscientiæ satis est metus leuis, vt non excusetur asserens rem alienam à furto, vt nos etiam probauimus *lib.4. de matr. disp.9.num.4.* & eodem prorsus modo est iudicandum in præsenti casu.

Postremò circa hanc primam conditionem difficultas est, an sit licentia tacita excusans religiosum à transgressione voti paupertatis, quando rem aliquam accipit, aut alienat, inconsulto superiore, credens fore, vt superior licentiam sic accipiendi, vel alienandi daret, quamuis displicet ei, illi hic accipiendi, & alienandi modus? Quidam DD. sentiũt excusari hunc à culpa mortali, nõ tamen à veniali. Ducuntur, quod superior nõ sit inuitus quoad rem acceptam, vel alienatam, sed quoad solum accipiendi, vel alienandi modum; ac proinde reputatur leuis materia, & ratione lenitatis excusans à mortali. Quare censetur religiosus rem illam sic accipere, retinere, vel alienare ex voluntate superioris, saltem virtuali, quæ in affectu illo latitat. Secundò, id probatur ex *l. inter omnes. 47. §. recte. ff. de furtis*, ibi; *recte dictum est, qui putauit se domini voluntate rem attingere, non esse furem. Quid enim dolo fecit, qui putat dominum consensurum fuisse?* Vbi apertè decidituir, non esse furti reum, qui credens dominum consensurum, rem clàm accipit. Ergo similiter religiosus non erit reus voti paupertatis mortaliter, si inscio superiore aliquid accipiat, vel alienet, quando credit fore superiorem consentiturum, si licentiam peteret. Huius sententiæ apertè sunt, qui dicunt esse proprietarium religiosum, qui donat aliquid, nisi ponat spem in ratihabitione. Prælati, quia de ratihabitione de futuro loquuntur. Hi sunt D.Thom. *4. dist. 15. q.2. art.5. quæstiunc. 4. corpore*, Rosella *sum. verb. eleemosyna. n.11.* Toled. *sum. in fin.* vbi de peccat. *mort. c.28. fin.* Atque ita agentes de furto, dicunt non esse furti reum accipientem aliquid absque domini scientia, quãdo prudenter credit dominum petita licentia concessurum. Hi sunt D.Anton. *2.p. tit.1.c.15. init.* Rosel. *verb. furtũ, init.* & ibi Angelus *n.7.* Sylu *ante q.1.n.1.* Tabiena *n.1.* Aragon *2.2.q.66. art.3. paulo post princip.* Sayro *claui regia. lib.9. c. 12. n.1. vers. dictur inuito.* Atque simile furtum dicunt esse solũm veniale, eo quod dominus inuitus sit quoad solum modum, Caietan. *summ. verb furtum, notabile 2.* & ibi Armilla *n.2.* Nauar. *summa. c.17. Latin. n.5. vers.4.* & *n.158. Hispan. n.5.* & *n.139.* & *comm. 2.n.20. de regul.* Mendoza *in suis quodl. q.8. post 7. concl.* & *concl. 8.* Leonardus *lib.2. de iust. c.12. dub.8. num.49.* Graffis *1. part. decis. lib.3. c.5. numero 54.* Emmanuel Sà *sum. verb. furtum. numero 3.* Parisellus *in compendio priuilegiorum fratrum Minorum.*

post c.43. tit. de proprietate abdicanda. vers. si verò religiosus. Rebellus *tract. de iust. p.1. lib.3. quæst.15. sect.3.n.14.* Petrus de Ledesma *2. tom. sum. tractatu 8. c.21. difficultate 7.* ex his, quas tractat circa quantitatem notabilem ad furtum mortale petitam, *in dicto 2.* Manuel *99. regul. tom.3.q.29. art.11. fin.* Quod si creditur dominũ non inuitũ, etiã quoad modum, nulla esset culpa. Nauar. *comment.2.num. 20. de regular.* Mendoza *in suis quodlibetis quæst.8. conclus. 8.* & sic intelligendi sunt Ludouicus Lopez *1.p. instruct. c.93. ad finem. vers. necessitas quoque.* vbi excusat à veniali acceptionem clandestinam, quando creditur, dominum voluturum, & Manuel *1. tom. summ. cap.147. concl.2.n.3.* vbi ait hanc acceptionem non esse peccatum, nec obligare ad restitutionem: immo ex omnibus authoribus allegatis clarè colligitur, cessare obligationem restituendi, etiam sub veniali, quando creditur, dominum fore inuitum quoad solum modum, cùm dicant, id non esse furtum; & expresè docet Nauar. *ex comment. 2. num. 20.* & Mendoza *ea concl.8.* Rebellus *eo. num.14.* Explicant autem, & meritò aliqui ex his Doctoribus, vt hæc sententia intelligatur, quando dominus velit rem accipi ad illum vsum, ad quem accipitur, secus si ad eum vsum nullatenus concederetur, vt ad vendendum, vel donandum; tunc enim esset verum furtum patiens restituendi onus, eo quod dominus non tantùm quoad modum, sed quoad substantiam etiam esset inuitus. Sic Nauarr. *summ. cap.17. Latin. num.139. Hisp. n.140.* Leonardus *lib.2. de iust. cap.12. dub.8. n.50.* & quamuis minus bene contradicat Rebellus *eodem n.14.* dicens non esse furtum mortale, quando dominus est solùm inuitus quoad finem, vt quando famuli, aut filij accipiunt comestibilia ad comedendum, vel vendendum. Sed hoc non approbo, quia tunc etiam quoad rem acceptam est dominus inuitus, quia, etsi vellet rem accipi ad comedendum, non tamen ad eum distrahendi vsum, & ad eum finem; & sic reducitur hæc voluntas in substantiam rei acceptæ, vt latiùs explico infrà n. 30. Atque in propriis terminis religiosorum excusant illos à culpa lethali, non autem à veniali, quando credentes fore, vt superior licentiam concederet, aliquid accipiunt, vel alienant, quamuis credant eum modum clandestinum superiori displicituruum, Nauarr. *comm.2.n.20. de regular.* Mendoza *d.q.8. post concl.7. & concl.8.* Nauarra *lib.5. de restitutione. c.1.p.5. in nouo edit. dub.1.n.160.* Manuel *99. reg. tom.3.q.29. art. 10. concl.7. & art.11. fine.* Leonardus *lib.1. de iust. c.41. dub. 9.n.80.* Rebellus *ea sect.3. num. 22.* Sic intelligendus est Gerson *2.p. in responsis ad quæstiones sibi propositas in q. penult. alphabeto 34. litt. S.* vbi ait non esse transgressorem voti religiosum accipientem, vel dantem absque licentia, credentem superiorem conscium eam datũrum: secus si crederet superiori scienti displicituruum. Intelligendus quippe est, quando displicentia non esset quoad solum modum, sed etiam quoad rem acceptam, & hac ratione dicunt excusari à mortali multa furta religiosorum, quod superior quoad solum modum inuitus sit. Tradunt Mendoza *ea.q.8. post 7. conclus.* Manuel *ea.q.29. art.11. fin.* Et ob eandem rationem Nauar. *comment.2.n.20. de regul.* Mendoza *ea. q. 8. conclus.8.* Graffis *1. p. decis. libro 3. c. 5. n.34.* aiunt posse moniales retinere munera, quæ inscia Abbatissa receperũt, quando norunt Abbatissam licentiam petendam concessuram. Discordant autem DD. allegati circa scientiam huius voluntatis, vt acceptio clandestina excusetur à mortalitate. Petrus de Ledesma proximè allegatus, & Molina *tom.2. de iust. disput. 276. paulo ante fin.* dicunt non sufficere cognitionem probabilem, qua accipiens probabiliter credat dominum, vel superiorem concessurum licentiam, si peteretur; sed exigi certitudinem moralem. Ducuntúrque, quia quando est sola cognitio probabilis, possunt hi decipi. Idem sentire videtur Manuel *99. reg. tomo 3.q.29. art.10. concl.7.* ait enim non esse mortale, quando compertum, & exploratum est accipienti eam licentiam concedendam. Sed iure optimo alij dicunt sufficere probabilem cognitionem, quæ ex iusta credendi causa procedit: secus quando est improbabilis, & temeraria, quia ad operandum in rebus moralibus, satis est hæc probabilis cognitio, reputaturque certitudo moralis. Et ita docent Gerson, & Nauarra proximè allegati, D.Anton. *2.p. tit.1.cap.15 init.* Rosella *verb. furtum, init.* & ibi Angelus *num.7.* Sylvester *ante q. 1.n.1.* Nauar. *commen.2.n.20. de regular.* & *summa. cap.17. Hisp.n.4. Latin.num.5. vers.4.* Ludouicus Lopez *1. parte instruct. c.93. ad finem. vers. necessitas quoque.* Mendoza *q.8. concl.8.* Aragon *2.2.q.66. art.3. paulo post principium.* Sayro *in claui regia. lib.9.c.12.n.2. vers. dicitur inuito.* Manuel *2. tomo summ. 2. edit. c.147. concl.2.n.3.* Leonardus *lib.2. de iust. cap.41. dub.9.n.80.* & *c.12. dub.8.n.49.* Quod si tamen hi dubij essent de licentia concedenda à domino, vel superiore, nullatenus excusarentur à culpa mortali, & restituendi obligatione; tum quia in dubio minimè licitum est operari, tum etiam, quia in dubio præsumitur dominum, & superiorem esse inuitos. *l. qui vas. 49. in princ.* ibi; *vetare etiam dominum accipimus, etiam eum, qui vetare ait. ff. de furtis.* Sic Rosella, Sylvester, Aragon, Sayro, Ludouicus Lopez nunc allegati, Nauar. *summ. c.17. Hisp. n.4. Latin. n.5. vers.4.*

Sed hæc sententia non caret maxima difficultate. 14
Primò, quia, vt optimè docet Suarez *3. tom. in 3. p. q. 82. art.3. disp.72. sect.3. vol.2. vers. hinc sequitur*, quando valor actus pendet à licentia, oportet hanc præcedere, nec sufficit ratihabitio de futuro, nec præsumpto cõsensus postea præstandi: secus quando tantùm ad debitum ordinem, & modum, tunc enim sufficit probabilis spes, & præsumptio consensus pastoris postea approbaturi. Et hac ratione, multis authoribus allegatis, diximus *lib.3. de matrim. disputat.35.n.17.* nequaquam sufficere licentiam tacitam, quæ habetur ex ratihabitione de futuro, id est, qua creditur superiorem approbaturum, & licentiam petitam concessurum, vt valeant Sacramenta pœnitentiæ, & matrimonij, eo quod ad eorum valorem exigatur licentia audiendi confessiones, & assistendi matrimonio. Ergo cùm ad validam rei alienæ acceptionem, & ad validam alienationem à religioso factam, exigatur licentia superioris, & domini, est opus eam præcedere, nec satis est ratihabitio de futuro, quia creditur licentiam ab eis concedendam. Secundò, quia non ex eo cessat vinculum legis, quod superior aditus in ea dispensaret, cùm id non sit reipsa dispensare. Ergo similiter, nec ideo licebit rem alienam detinere, aut in alium transferre, quod dominus, vel superior eam donarent, aut alienationem permitterent, cùm per hoc, nec reipsa donent, nec permittant. Quippe cùm conditio illa non ponatur in re, non ponitur quoque id, quod ex ea sequeretur; ac proinde videtur requiri, non solùm vt licentiam concederent, si peteretur, sed etiam vt reipsa censeantur concedere, quamuis non petatur, & vt ipsi nolint cum illis circumstantiis occurrentibus expectare, vt petatur; quemadmodum vt vinculum legis cesset per epicheiam, exigitur mentem legislatoris esse hoc in casu, non obligare ad expectandam dispensationem. Tertiò, quia alias donationes, acceptiones, & vsus, quæ à superioribus solent petentibus concedi, essent licita in religione non petita venia, quod esset obedientiam regularem euertere. Quartò, quia Metina *c. de restitut. q. 12.* & Nauar. *summ. Lat. & Hispan. c.17. num.122. & 123.* Corduba *summ.q.66. vers. ambitio vsera*, dicunt custodes nemoris permittentes alicui venationem, aut lignorum cæsionem, non excusari à culpa, & restituẽdi damni obligatione, eo quod credant dominum licentiam petitam concessurum: at credunt ipsum nolle id absque sua licentia fieri, & Nauar. *lib.3. de restitut. in nouo edit. c.1.p.3. dub.3.n.180 fin.* & Sayro *in claui regia lib.9.cap. 16. num.20.* dicunt peccare mortaliter religiosum accipientem res conuentus suo vsui necessarias, quas superior

rior aditus tenebatur concedere, quando absque licentia accipit: ergo à fortiori idem dicendum est, quando superior non tenebatur dare licentiam. Et Ludouicus Lopez *1.p.instructorij conscientiæ.c.156.col.2.concl.1.*ac Manuel *2.tom.summ.c.31.n.4. vers. la sexto dign.* aiunt non licere religioso aliquid facere ex præsumpta, ac certò concedenda superioris licentia, quando est etiam certus nolle superiorem, id non petita licentia fieri; & ait Ludouicus Lopez hanc culpam grauem, & in re graui adueršus paupertatis votum.

15 Hæc sunt, quæ valde dubiam, ancipitémque reddunt priorem illam sententiam relatam n.10. Quare, vt illa verum habeat, debet explicari, quando de præsenti est actus in voluntate saltem virtuali, aut habituali superioris, aut domini rei, quò velit id à subdito fieri, quamuis aliquantulum sit inuitus quoad modum, nollet enim id fieri non petita licentia: secus si esset notabiliter inuitus quoad modum. Itaque requiritur credi probabiliter, dominum illius rei, aut superiorem per virtualem voluntatem actu velle, etsi maller licentiam peti: at non est notabiliter, sed aliquantulum inuitus, eo quod non petatur; tunc enim erit sola culpa venialis, carebitque omni culpa, si nec quoad modum creditur eos non fore inuitos. Quam limitationem satis probant argumenta num. præcedenti adducta, & alia, quæ attuli *lib.4.huius tractatu.c.2. n.7.* Hæc autem voluntas quasi actualis deducta ex habituali, seu virtuali, tunc adest, quando experientia compertum est libenter solitum esse superiorem licentiam eam concedere, nec notabiliter ægrè ferre, vt non petatur, & sufficit probabilis cognitio illius, vt diximus num. 15 ex mente aliquorum DD. contra alios; & sic temperandæ sunt doctrinæ authorum, quas n. præced. ratione quarta attulimus contra priorem opinionem. Sed adhuc restat respondere ad alias rationes ibi adductas. Ad primam, & secundam respondetur, non eo rigore rem hanc accipiendam, vt docent DD. de iurisdictione ad Sacramentorum valorem petita, vel de legum dispensatione. Ad hæc enim exigitur verè actualis voluntas expressa, aut tacita, quæ ratihabitio de præsenti, aut præterito appellatur, vt explicuimus *lib.5.de matrim.disput.35.n.20.& 21.* nec sufficit hæc quasi actualis voluntas deducta ex habituali, & virtuali, ac inclusa in illa. Quia tantùm in hoc casu petitur, ne dominus, & superior sint quoad rem ipsam acceptam inuiti, sed quoad solum modum, & quoad hunc non notabiliter, quod satis reperitur, vbi adest hæc quasi actualis voluntas sic explicata. Ad tertiam respondetur, id euerti obedientiam regularem, quando hæc quasi actualis voluntas concurreret.

16 Secunda conditio petita in superioris licentia, vt excuser religiosum à transgressione voti paupertatis, est, vt ea licentia sit voluntariè concessa; quare si precibus valde importunis concedat superior aliquid accipere, vel retinere, non excusatur religiosus à transgressione voti paupertatis, quando tequera superior inuoluntariè, & vt importunitatem repellat, consentit, aliter omnino repugnaturus, quia ea non est licentia, sed violentia, vt optimè dixit D. Bernardus de consideratione ad Eugenium. Præterea, quia preces importunæ, quoties illis cessantibus rogatus id non efficeret, sed importunitate quasi victus, & vt eam repellat, id facit, efficiunt mixtũ inuoluntarium, & conditionalem nolitionem: secus quando importunè rogatus, postea libentissimè exequitur, vt probaui *lib.3.de matrim.disput.10.n.4.* & ita Petez *additionibus ad Segurum l.1.§.si vir.num.118.ff. de acquir. possess.* dixit licentiam contrahendi, quam vxor precibus importunis à viro extorquet, non esse legitimam, nec censeri virum concessisse.

Similiter, si metu, aut dolo licentia illa extorqueatur, non excusat religiosum à vitio proprietatis, quia ea non est voluntaria. Sic Nauar. *comment.2.n.21 aord.7.de regul.* quod constat ex dictis n.4 vbi probauimus taciturnitatem superioris, qua permittit aliquid recipere, vel expendere subditum, quia timore, aut verecundia ductus non audet contradicere, minimè esse licentiam exensantem subditum; nec requiritur, vt timor hic sit cadens in constantem virum, sed satis est esse timorem leuem. Nomine autem doli intelligo, quando subditus fingit rationes, vt sibi aliquid concedatur, vel tacet ea, ob quæ credit superiorem negaturum licentiam, quando ea taciturnitas, aut falsi expressio, talis est, vt redderet dispensationem subreptitiam, quod quando contingat, non est huius loci explicare, sed satis explicuimus *libro 8.de matrimonio. disputat.21.* quia ea licentia est instar cuiusdam dispensationis.

Simili etiam modo non excusatur religiosus à transgressione voti paupertatis, quando aliquid retinet ex licentia superioris, non liberè, sed quasi coactè concedentis, eo quod timet religiosum illum, qui Prælatu non permittente magnas fundit querelas, & murmurat, tanquam iniuria affectus; quippe licentia hæc non est voluntaria, sed permissio coacta ad vitandum maius malum. Constat etiam ex dictis n.9. & ita tenent Carthusianus *de professione monastica.lib.1.art.11.* Cordub. *summ.q.54. fol.139.col.2.vers. sciendo esta opinion.* Nauarra *lib.3.de restitutione.c.1.in noua edit.p.3.dub.1.n.161.* Manuel *qq.reg. tom. 3.quæst.29.art.12.corolar.2.* Leonardus *lib.2.de iustit.cap.4. dub.5.n.25.*

17 Tertia conditio petita in superioris licentia, vt excuset subditum, est, eam ex legitima causa concedi. Nam constat apud omnes DD. duplici n. sequenti allegandos, & superiorem concedentem licentiam religioso prodigè aliquid expendendi, vt in vsus superfluos, aut vanos, & sic absque iusta causa, & subditum ea licentia vtentem peccare, quia, vt numero 18. probauimus, superior nequit eam licentiam dare, nec ipsemet in eos vsus expendere.

18 Controuersia autem inter DD. est, an religiosus hic expendens aliquid in vsus vanos, & superfluos, aut turpes, ac subinde absque iusta causa, sit proprietarius, & consequenter peccet contra votum paupertatis? Quidam negant eum esse proprietarium, quod nil vsurpet absque superioris licentia, paratúsque sit ad nutum superioris omnia relinquere. Sic docere videntur Ioan. Andre. *cap.cum ad monasterium.num.22.de statu monachor.* & ibi Abbas *n.8.* Hostiensis *num.7.vers.quod si proprietas.* Cardinalis *ibi. §.prohibemus.n.2.q.4.* Felinus *c.cum Al. n. 26.vers.eadem reassumit.de constitutionibus.* Tabiena *in sum. verb.religio.q.44.n.45. ad finem.* Paffarellus *in compendio priuilegiorum fratrum Minorum.post c.43. de proprietate abdicanda.paulo post principium.* Et in propriis terminis docent Vbertus, quem refert, & sequitur Turrecrem. *c.non dicatis.12.q.1.art.2.n.4.& 5.* D. Anton. *3.p.tit.16.c.1.§.11. fine.* Syluester *verbo religio.6.q.7.fin.* Tapia *author.ingressi. verb.ipso ingressu.c.5.n.50.C.de sacros.Eccles.* Graffis *2.p.decis.lib.3.c.19.n.30.& 1.p.lib.3.c.5.n.48.& 61.* Azor *tom.1. instit.moral.lib.12.c.12.quæstione 5.* Leonardus *lib.2.de iust. cap.41.dub.9.num.79. vers.11.* dicunt autem Turrecrem. D. Anton. Graffis *ea.cap. 19. num.56.* esse tunc peccatum auaritiæ in subdito.

19 Cæterùm existimo id peccatum esse proprietatis adueršus paupertatis votum. Ducor, quod Prælatus religionis non sit dominus bonorum monasterij, nec eorum quæ dantur religioso, sed administrator; ius autem non concedit illi administrare ad vsus profanos, & vanos, sed tantùm ad necessarios, & honestos. Ergo in ea facultate concedendi exceditlimites suę potestatis, ac proinde licentia non est verè licentia, sed irrita, & nulla, tanquà concessa à non potente dare, vt optimè docent Nauar. *lib.3.cons.1 edit.ant.de regul.cons.75.n.33.an 2.tit.de statu monachorum.cons.5.n.35.* & Molina *tomo 2.de iustitia. disputat.176.col.3. vers. religiosi in conuentu.* Non igitur ea excusat religiosum à vitio proprietatis, sed perinde est, ac si absque licentia id efficeret. Secundò, quia fateretur DD. vt n.5 videbimus, accipientem à religioso rem in vsus turpes, & vanos ex superioris licentia teneri restituere. Ergo ea licentia nullum alienandi ius religioso tribuit, aliùs accipiens à restitutionis vinculo liber esset. Tertiò, quia hic religiosus vitur ea contra voluntatem summi Pontificis, qui est supremus omnium religiosorum Prælatus: nam in Concil. Trid. *sess.25 c.2. de regul.* decernitur, vt supellex religiosorum statui paupertatis, quam professi sunt, sit conuenient, nihilque in ea superfluum sit. Et ideo hanc sententiam sustinent Maioris *4.d.38.quæst.9.in 3.concl.& arg.1.contra 63. concl.* Theodoricus, quem refert, & sequitur Dionysius *oper. de reformatione clauss.art.5.* Nauar. *comm.2.n.21.de regul.* Nauarra *lib.3.de rest.c.1.in noua edit.p.3.dub.1.n.168. corol.5.* Graffis sibi contrarius *2.p.decis.lib.3.c.19.n.15.26.& 34.* Tapia sibi contrarius *eodem verb.ipso ingressu.c.3.n.59.* & similiter videntur sibi contrarij Azor *eodem c.12.q.2.fin.* & Leonard. *eod.dubio 9.num.79. vers. 9.* aiunt enim huiusmodi religiosum peccare contra votum paupertatis: nam peccare contra hoc votum, est vitium proprietatis.

20 Ex quo deducitur primò, etiam ipsum Prælatum expendentem in vsus vanos, & superfluos, aut turpes, ac proinde absque iusta causa, peccare contra votum paupertatis, & esse proprietarium, quod probant rationes num. præced. adductæ, & tenent Maioris, Nauar. Tapia, Azor numero præcedenti allegati. Idem Nauarr. *libro 3.cons.in 1. edizione. & de regular. consil.75.num.41. in 2.tit. de statu monachorum.cons.5.num. 42.* & *comm.3.n. 27. de regular.*

21 Vtcumque tamen hoc sit, dicendũ est, peccare lethaliter religiosum expendentẽ notabilẽ quantitatem extra vsus necessarios, & pios, quamuis adsit licẽtia superioris, quia ea non est legitima. Atque ita docent Mendoza *in suis quodlibetis.q.8.c.6.* Nauarra *lib.3.de restit.c.1. in noua edit.p.3.dub.1.n.168.corol.3.* Manuel *qq.regular.tom. 3.q.29.art.11.* quare Maioris allegatus n. 18. *in illo arg.1. contra 6.concl.* appellauit verbale discrimen inter vtramque sententiam; & communiter quoque ipse Prælatus peccabit mortaliter hanc licentiam concedens.

22 Immo nec Prælatus cum conuentu poterit hanc licentiam concedere, quia licẽt conuentus sit dominus eorum bonorum, hoc dominium est restrictum per votum paupertatis, & Ecclesiæ constitutionem. Sic Nauar. *comm.2.de regular.n.23.corol.12.* Mendoza *in suis quodlibetis.q.8.art.6.* Leonard. *lib.2.de iust.c.18.dub.11.n.83.& 84.* Manuel *qq.regular.tom.3.q.29.art.11.*

23 Similiter etiam fatendum est, religiosum sic malè expendentem ea superioris licentia, non incurrere pœnas proprietatis, quia eæ statutæ sunt contra religiosos absque omni superioris licentia peculium tenentes. Sicque fatetur Nauar. *comm.2.n.21 de reg.* Anton. Cucus *lib. 3. instit.maior.tit.1.num.116.* & consequenter etiam dicendum est, nec ipsum Prælatum sic superfluè expendentem incurrere prædictas pœnas, quia si licentia ab ipso concessa subditis est valida ad eum effectum, vt liberentur à proprietarij pœnis, liberabitur quoque ipse sic expendens, quippe eadem licentia vti potest, quam ipse subditis concedere valet.

24 Secundò deducitur, quid dicendum sit de Prælato expendente, aut possidente aliquid contra præscriptum suæ regulæ, & de subditis sic expendentibus, aut possidentibus ex superioris licentia. Maioris vtroque loco allegatus num. 18. affirmat hos esse proprietarios: sed Azor *tom.1.instit.moral.lib.12.c.12.q.7. vers. si queras iudem,* sit aliquibus hoc nimis rigidum videri, eo quod non quidquid regula præscribit, ad vota pertineat, & ipse nihil definit, sed concludit (quidquid in hoc sit) oportere religiosos eautos esse, & rebus vti, non vt omni voto solutos. Sed sic distinguendum censeo: si superior ille possit in ea regula dispensare, adsitque iusta dispensandi causa, nec est contra votum, nec culpa aliqua: at si nequeat dispensare, aut non adsit iusta dispensandi causa, est contra paupertatis votum, quia tunc expenditur, aut possidetur res absque legitima licẽtia, & causa.

25 Tertiò deducitur, non esse in bono statu Prælatum, qui in quantum potest absque graui scandalo, non nititur religiosos in communi viuere, ac superfluos vsus vitare, nec esse in bono statu subditos resistentes, non quia nequeant sufficienter viuere, sed quia volũt abundare, & liberiùs disponere, quia est contra paupertatis votum. Sic D. Anton. *3.p.tit.16.c.1.§.11.fin.* Sylueft. *verb. religio.6.q.7.fine.*

26 Quartò deducitur, peccare grauiter religiosum, qui ita abundanter expendit communitatis bona ex superioris licentia, ita tamen vt reliqui religiosi patiantur necessitatem, grauiúsque peccare superiorem, qui eam licentiam concedit, quippe est dispensator eorum bonorum iuxta cuiusliibet indigentiam, vtpote quæ tori communitati destinata sunt. Ita relato Victoria docet Ludouicus Lopez *1.p.instruct.c.156.col.penul.vers. superaddit.* & Manuel *2.tomo summa.cap.31.n.6. vers. lo decimo dign.* & ait cum Ludouico Lopez, tantum posse esse excessum, vt sit mortalis.

27 Quintò deducitur, quid sentiendum de recipientibus aliquid à religioso ad vsus turpes, aut vanos, aut superfluos, an teneantur restituere. Bañez *2.2.q.62.art.5. dub.5.vers.aduertendũ est.* & Ludou. Lopez *lib.2.de iustit. c.40.col.antepen.vers.an autẽ religiosus,* aiũt religiosum habentem sui Prælati licentiam ad aliqua in vsus, qui sibi placuerint, expendenda, non admittere iniustitiæ peccatum in vsus turpes expendendo, nec meretricem ab eo accipientem teneri restituere, quia habita superioris licentia id expendit. Immo Rebellus *tract. de iustitia parte 2. lib.12.quæstione 4. sect. 2.num. 6.* dicit religiosum habentem licentiam ad expendendam aliquam pecuniam in suam honestam recreationem, peccare, si ludis vetitis, aut aliis vsibus illicitis expendat: at lucrantem non teneri restituere, quia licèt modus alienandi sit contra voluntatem superioris, non tamen ipsa alienatio secundùm se, ita vt eam irritam esse velit; quod tanto magis inquit præsumendum esse quoad religiosos, quanto magis restitutio hæc, si fieret, cederet in religiosi, & religionis infamiam.

28 Cæterùm dicendum est, esse peccatum iniustitiæ, & teneri accipientem ad vsus vanos, superfluos, ac turpes restituere. Ratio est, quia cùm Prælatus vsum eorum bonorum religioso concessit, non est censendus ad huiusmodi alienationes tribuisse facultatem, quod in generali concessione non censentur ea concessa, quæ denegarentur, si in particulari fuissent proposita *reg.in generali.81.de reg. iur.in 6.* Præterea, quia cùm superior eam licentiam concedere nequeat, saltem absque graui culpa, non est in dubio præsumendum velle eum generalem licentiam concedendo, comprehendere hos vsus illicitos, sed eos solos, qui religiosæ paupertati conueniunt. Præterea, quia, vt optimè ait Surdus *de alimentis. tit.8 priuil. 79.n.2.* quamuis monachus ex licentia Abbatis, aut Pontificis aliquid habeat, non censetur habere, vt omnino ad libitum disponat, sed vt decet instum administratorem. Tandem, quia in ea distributione non tantùm est superior inuitus quoad modum, sed etiam quoad substantiam, vt si quis det alicui pecunias, vt inter pauperes distribuat, inuitus est quoad substantiam, si in diuites distribuat, & proinde, & distribuens, & accipientes peccant contra iustitiam, & restituere tenentur. Atque ita docent loquentes de datis pro actu turpi, nec distinguẽtes an sint bona monasterij, an ab aliis data religioso illi, D. Anton. *5.p.tit.16.c.1.& §.11.numb.4.* Sylu. *verb.religio.6.q.7.numbis 2.* & loquentes de peculio concesso religiosis ad vsum proprii, ita vt monasterij non possit capere sibi, & quando religiosi dant pro actu turpi, docẽt idẽ Molin. Societatis Iesu *tom.1.de iust. disp.147.col. 9.vers.si aliquid restauerit.* Manuel *qq.reg.tom.2.p.125.art.2.*

fin. & agens de bonis, quæ externi dant religioso, & quando ipse dat pro actu turpi, docet idem Molina *eodem tom. disp. 94. col. 9. vers. si quid fornicaria.* & loquentes de donatione pro actu turpi, ex peculio sibi concesso, tenent idem Manuel *2. comm. sum. c. 40. n. 4.* & Nauarra *lib. 3. de restit. c. 1. in nova edit. p. 3. dub. 3. n. 183.* Sayro *clauis regia. lib. 9. c. 16. n. 22.* & idem docet Molina *tom. 2. de inst. disp. 276. ad fin.* loquens de eo, quod religiosus existens in studio subtraxit suæ debitæ sustentationi ex concessis ad illam, & id expendit cum meretricibus, vel in aliis flagitiis; & melius *eadem disp. 276. col. 3. vers. religiosus in communitate,* vbi loquitur de religioso viuenti in conuentu, siue extra, cui liber aliquorum bonorum vsus concessus est, vt stipendij catheдræ, aut alterius muneris, cui ministrat, vel cui certa bonorum conuentus portio quotannis est concessa, vt illa contentus, nihil amplius petat; vel cui certi annui redditus, siue de bonis conuentus, tanquam benemerito, siue à parentibus, siue à consanguineis, siue ab aliquo alio ex consensu Prælati, aut ex summi Pontificis dispensatione dati sunt ad vsum, & dispositionem suam, & insuper aliquid cum meretrice, aut alio modo peruerso, dicit teneri accipientem restituere, & *disp. 320. paulo post principium,* vbi loquens de religioso, qui est in studio, vel in alio loco, vbi negotia aliqua gerit, & sustentatur à monasterio, tacitè esse ei permissum, aliquid insumere in aliqua honesta recreatione, etiam ludendo; ut si ludat ludo indecenti, aut interdicto religiosis, teneri lucrantem restituere; quia licentia tacita ad hunc illicitum ludum non extenditur, cùm peccatet Prælatus eam expressè concedens. Et idem tenent à fortiori, quos referam duplici n. sequenti affirmantes idem dicendum, etsi adsit licentia expressa superioris, immo & ipse superior sic expendat. Eiusdem sententiæ videtur Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. c. 12. q. 5. fin.* vbi ait religiosos nequire in vsus vanos, & turpes aliquid expendere, & accipientem ab illis teneri restituere: quamuis enim non explicet si absque licentia id faciat, at in hoc casu clarè loquitur, quia si deesset licetia, non erat cur explicaret vsus vanos, & turpes, tanquam quid speciale; idem enim esset de vsibus honestis. Et quamuis DD. hi loquantur de vsu turpi cum meretrice, at verè idé sentiunt de quibuscumque vsibus in rebus vanis, & superfluis statui religioso, & quæ ipsum dedeceãt. Et ita Molina explicuit in ludis honestis religioso, vel aliis turpibus, & DD. n. sequenti, vt ibi notauimus, allegandi explicant, quando vsus non sunt pij, nec necessarij religioso, quia omnes illi censentur turpes respectu illius; ac militat eadem ratio, quippe superior nequit licitè eam licentiam dare.

31 Immo, si expressam superioris licentiam haberet religiosus expendendi in eam rem turpem, adhuc teneretur accipiens restituere, quia, vt probauimus n. 18. Prælatus caret potestate eius licentiæ concedendæ, ac proinde tanquam non concessa à non habente potestatem, est irrita. Et id docet Nauar. *lib. 3. cons. in 1. edictione tit. de regularibus cons. 75. n. 33. in 2. tit. de statu monachorum cons. 5. n. 33.* & loquitur generaliter de bonis, quando pecunia illa non expenditur à religioso ex licentia superioris, in vtilitatem monasterij, aut vsus pios, aut iustos remuneratorios, quia, inquit, est irrita licétia superioris, ad alios vsus concessa, & Nauarra *lib. 3. de restit. c. 1. in nova edit. p. 3. dub. 1. n. 168 fin. & 169. corollar. 3.* loquens de peculio concesso religiosis ad vsum, dicit se nescire excusare accipiétem à religioso, præterquam ad vsus necessarios, & pios, quantumuis expressam expendendi extra hos vsus licentiam à superiore haberet, & Leonardus *lib. 1. de inst. c. 41. dub. 8. n. 75. init.* vbi generaliter loquitur de bonis, & quando in res turpes expendunturr, & Molina *tom. 2. de inst. disp. 276 col. 3. vers. religiosus in conuentu,* & loquitur de bonis quomodocumque concessis religioso, & de quibscumque vsu turpi, vt retulimus ex ipso in hoc loco, n. præced. atque idem sentiunt DD. num. sequenti allegandi, dicentes etiam acceptum ab ipsomet superiore ad vsus turpes esse obnoxium restitutioni; si enim ipse met non potest validè sic expendere, minus poterit alteri validam sic expendendi licentiã concedere. Et idem ferè apertè dicunt D. Anton. & Sylvest. n. præced. allegati, loquentes, quando acceptum fuit pro actu turpi, licèt non exprimant, quando licentia fuit specialis ad malè expendendum. At D. Anton. quem ibi Sylvest. refert, videtur expressiùs etiam in hoc casu loqui: ait enim concedentem licentiam peccare, & vtentem ea, & accipientem teneri restituere: at si licentia non esset specialis ad hunc abusum, superior concedens non peccaret: nam, vt probauimus n. præced. licentia generaliter concessa intelligitur ad vsus licitos.

32 Atque si ipsemet superior expenderet aliquid in vsus hos turpes, teneretur accipiens restituere, quod probant rationes adductæ num. 18. & 19. vbi probauimus, etiam ipsum superiorem sic expendentem esse proprietarium, neque ad id extendi etiam validè suam potestatem. Præterea, quia, vt rectè ait Molina statim allegandus, superior religionis, nec de bonis monasterij, nec de bonis, quæ ab aliis accipit, facultatem habet quidquam conferendi ad eum finem, cùm nil efficere sibi proprium valeat, impediente id voto paupertatis, quo adstrictus est, neque præsumpta suorum superiorum voluntas sit, vt eiusmodi res sic alienet; & ita docet Abulens. *in cap. 6. Matth. q. 37. vers. & tunc dicendum est.* & *vers. non sit autem distinctio,* ait non esse distinguẽdum ex quibus bonis fiat donum, vel donatio meretrici. Idem docet Nauar. *comm. 2. n. 21. de regular.* loquens de Abbate prodigente redditus monasterij in malos vsus, & profanos, & idem eodẽ modo loquens tradit Leonard. *lib. 2. de inst. c. 18. dub. 11. n. 85.* & idem docet idem Leonard. tractans etiam de propriis redditibus, & de rebus vanis, vt ad dirandos amicos, *eodem lib. 2. c. 4. dub. 5. n. 29.* & Molina loquens de datis per superiorem meretrici, siue de bonis monasterij, siue de bonis ab aliis sibi donatis, *tom. 1. de inst. disput. 94. col. 9. vers. si quid fornicaria.* & loquens de superiori, qui etiam de licentia conuentus dat consanguineis inordinatè, & absque iusta causa, vel meretrici, *tom. 2. de instit. disput. 276. col. 2. vers. illud verò.* & pro hac sententia sunt DD. n. præced. allegati: si enim nequit subditus validè sic alienare ex superioris licentia, nec poterit ipse superior.

33 Hæc tamen sententia dupliciter limitanda est. Primò, quatenus diximus accipientem ob causam turpem à religioso, ex legitima Pontificis licentia extra monasterũ viuenti, teneri restituere, intelligendũ est, nisi commoditatem, & administrationem bonorum habeat independenter à monasterio suo, & à Prælato; tunc enim etsi malè faciat sic expendens, at accipiens non tenetur restituere. Sic Molin. *tom. 2. de inst. disp. 320. paulo post princip.*

34 An verò hoc etiam limitandum sit in professis electis à religione, & qualiter illi teneantur voto paupertatis, satis diximus, & de religioso beneficiario, aut Episcopo diximus.

35 Posteriùs limita, nisi secularis daret aliquid monacho, non sibi retinendum, nec ad libitum consumendum, sed vt cum aliqua fornicaretur; & solueret fornicationis pretium; tunc enim meretrix ab ipso accipiens non teneretur restituere monasterio, quod eam pecuniam non à religioso, sed à seculari illo censeatur recepisse, & religiosus fuit solùm exequutor, nec aliquam causam sibi acquirendi habuit monasterium. Et ita fatetur Abulens. *in c. 6. Matth. q. 37. vers. non sit autem distinctio,* qui ait eam restituendã danti. Sed hoc caret fundamento, quia dans potest transferre dominium, & mulier acquisiuit. Quare nec existimo religiosum hunc fuisse transgressorem voti paupertatis, sic accipiendo pecunias illas, absque superioris licentia, cùm nihil sibi acceperit, nec pro suo libito distribuendum, sed in eum vsum determinatum, ex quo nulla sibi commoditas consurgit: & ita innuit Abulens. ibidem; ait enim eam pecuniam, nec monacho, nec monaste-

monasterio acquisitam esse, sicut dicemus infrà, non esse contra paupertatis votum accipere absque licentia pecunias in pauperes distribuendas.

36 Tandem superest circa hanc conditionem explicare, quando censeatur iusta causa huius licentiæ, & qui sint vsus, ad quos potest concedi. Breuiter dicendum est, causam iustam esse, quando conceditur religioso licentia expendendi aliquid in vsus pios, vel in remunerationem beneficiorum acceptorum, quia decet religiosos gratos esse, ac pijs operibus intendere. Sic Nauarr. *lib. 3. consil. in 1. edit. tit. de regular. cons. 75. n. 33. in 2. tit. de statu monachorum cons. 5. n. 33.* Corduba *sum. q. 54. dub. vlt. dicto 1.* Ludou. Lopez *1. p. instruct. conscient. c. 155. col. 3. vers. causã autem pia. & lib. 2. de contractibus c. 40. col. 3.* Molina *tom. 2. de inst. disp. 276. col. 2. vers. illud verò.* Emmanuel Sà *verb. religio. n. 48.* Inter hæc autem pia opera numeratur expendere aliquid pro sacris faciendis, vel pro nuptiis pauperum, vt bene docent Corduba, & Ludouicus Lopez ibi. An verò possit dare propinquis diuitibus, dicemus infrà. Similiter est causa iusta, quando datur licentia religioso expendendi aliquid ad vsus proprios, qui arbitrio prudentis non sunt superflui, sed decentes, vt pro libro, vestitu, vel libris emendis; quod omnes fatentur. Immo, quamuis statutum sit in religione, vt quod vnicuique religioso datur, cedat in communitatis vsum, potest superior concedere hanc licentiam, quia cùm religiosus sit potissima communitatis pars, quod in ipsius vsus expenditur, dicitur in vsum communitatis expendi. Sic Nauar. vt roque loco allegat. *eodem n. 34.* Emmanuel Sà *verb. religiosus 49.*

37 Hinc deducitur, licitum esse concedere religioso sua arte comparanti multa monasterio, vt moderanti cathedram, vel quis multa bona attulit secum ad monasterũ, vt donet, dum viuit, cognatis, amicis, aut alis non diuitibus, sed pauperibus, vel ad sacra facienda, vel ad instituendam capellaniam, vt vel sic cæteri animosiores euadant ad similia bona acquirenda. Sic Nauar. *commen. 2. n. 58. de regul. & de reddibus eccles. q. 5. in 1. edit. n. 28. in nouis q. 3. monito 21. n. 4.* Ludouicus Lopez *1. p. instruct. conscient. c. 154. vers. penult.*

38 Sola autem iusta causa concedendi licentiam ad manendum extra monasterium, religioso, non est iusta causa concedendi, vt quæsita conferrat in vsus suos. Sic Nauar. *eod. comm. 2. n. 40.* quod intelligendum est de vsibus non necessariis, nec decentibus.

39 Vltima conditio requisita ad licentiam, est, vt concedatur à legitimo superiori potenti eam concedere. Circa quam est duplex difficultas. Prior est, quis sit hic superior, cum licentiam dare potens. Et quidem constat hanc licentiam posse concedi etiam ab immediato monasterij superiore, quia est verus superior, vt ratione bonorum conuentus administrationem habens; in quo consentiunt omnes DD. allegandi, poteritque hic licentiam totius, solíusque quantitatis alienandæ, quam ipse alienare poterat, concedere.

40 Hoc tamen temperant aliqui. Primò, nisi religiosus ille professionem emisisset in manibus Generalis totius ordinis, vel alterius nomine eiusdem, quia tunc ille solus potest hanc licentiam concedere, sicut in simili habes suprà. Sic Grassis *2. p. decis. lib. 3. c. 19. n. 51.* Sed hæc limitatio minimè placet, sicut eam ibidem reiecimus.

41 Secundò temperant aliqui, vt intelligatur de superiore conuentus, vbi religiosus commoratur, secus si hospes sit in aliquo conuentu, etiam ad eadem prouinciæ, & ordinis; non enim sufficit licentia illius Prælati. Sic Ludou. Lopez *1. p. instruct. conscient. c. 156. fin.* eamque rationem reddit, quia iuxta constitutiones ordinis Prædicatorum est necessaria licentia propriæ Prælati: at Prælatus conuentus, vbi religiosus est hospes, non est propriè illius Prælatus. Quę ratio cùm vniuersaliter procedat in cæteris religionibus, in omnibus enim requiritur licentia propriæ Prælati, idem in omnibus illis dicendum est, nisi in aliqua specialis constitutio esset, vt hospites subsint obedientiæ superioris illius conuentus, sicut & reliqui, qui in eodem commorantur, qualis est in Societate Iesu, vt constat ex regula penultima inter cõmunes: tunc enim esset legitimus superior ad hãc licentiam concedendam, superior illius conuentus, in quo religiosus est hospes, cùm religiosus hic in omnibus illi subdit. Quod autem cessante hac constitutione nequeat Prælatus illius hospitij, exinde etiam constat, quia Episcopus loci, in quo quispiam ad tempus hospitatur, non potest dispensare cum illo, vt probauimus *lib. 1. de matr. disp. 2. n. 15.* Sed sicut ibi diximus requiri habitasse, vel habere animum habitandi ibi maiori parte anni, vt censeatur quis subditus illius diœcesis, positque Episcopus cum illo dispensare; ita dicendum est de religioso hoc hospite existente in eo conuentu maiori parte anni, vel habenti animum habitandi.

42 Temperãt alij, vt superior immediatus possit licentiã cõcedere ad expendenda decẽ ducata, & nũ plus ad pias causas, quod licẽtia plus expendẽdi ad Prouincialẽ pertineat, quis habet iurisdictionem quasi Episcopalem. Sic Corduba *sum. q. 54. dub. vlt. dicto 1.* Ludou. Lopez *1. p. instruct. conscient. c. 155. vers. 1. quod in aliis religionib. & lib. 2. de contract. c. 40. col. 3. vers. circa religiosi.* Nauar. *lib. 3. de restit. c. 1. p. 5. in nova edit. dub. 1. fin. n. 169.* & loquitur Corduba, & Ludou. Lopez de bonis monasterij, vel de peculiis cõcessis ad vsus religiosorũ. Sed Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. c. 12. q. 4.* refert aliquos sentire, superiorẽ posse in hæc opera expẽdere, & cõsequenter licentiã expendẽdi subditis dare, in singulis mẽsibus, duorũ, vel trium aureorum summã; alios autẽ sentire, singulis annis decẽ, aut duodecim, aut quindecim aureos; alios autẽ sentire, tẽ hanc arbitrio prudẽtis remittendum, pro magnitudine redditũ, & pro multitudine, vel paucitate pauperũ. Et hãc sẽtentiã tanquã relatã in vltimo loco videtur ipse amplectãdique iure optimo, quãdo enim cõsuetudine, aut statuto religionis illius, aut præcepto superioris mediati nõ est restricta facultas immediati superioris, nũ est, cur ad certã summã arcetur, & ad ampliorẽ addendus sit Prouincialis; sed qualiscũque sit superior, potest concedere licentiã ad quantitatẽ moderatã arbitrio prudẽtis elargiẽdã. Hæc autẽ moderatio perpẽdẽda est ex causa elargiendi, & ex qualitate redditũ, & necessitate pauperũ. Et Mẽdoza *in suis quodlibeti q. 5. concl. 2.* reprobata priori sententia, ait ita cõsuetudine, vel peculiari statuto, in vnaquaque religione taxatum esse, quantum licet at superioribus alienare; & Molina *tom. 2. de inst. disp. 276. col. 2. vers. illud verò,* ait, quantitatem hanc spectandam esse iuxta facultates monasterij, considerãtisque cæteris circumstantiis concurrentibus, & ordinationibus, si quæ sint in illa religione circa quantitatem hanc. Et quamuis Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. q. 4.* postquam tetulit, quid poterant dare superiores, & inferiores de eorum licentia, asserit totum id esse correctum per proprium motum Clementis VIII. de non largiendis numeribus per religiosos, in quo declaratur, quid possint dare, & quæ formula seruanda, ne paupertatis votum violetur. Sed in Hispania supplicatum est Pontifici per hunc motum proprium, & in ex penitus receptum est, sed statur iuri communi.

43 Posterior difficultas est, aut Abbatissa possit monialibus licentiam eandem circa hoc cõcedere, quam potest Prælatus religionis suis subditis? Pars negans videtur probari, quia Abbatissa non est propriè Prælata, sed est quasi mater familias, vt diximus suprà. Quare videtur ad solas res communes ad gubernationem domesticam necessarias occurrentes, posse concedere monialibus licentiam expendendi: præterea, quia... *vnic. in princip. de statu regular. in 6.* interdicitur ingressus in monasterium monialium, nisi ex superioris licentia; & tamen Ioan. Monachus *dict. n. 1.* Dominicus *n. 10.* Francus *n. 5.* dicunt eam licentiam non posse per Abbatissam concedi.

44 Cæterùm existimo, eandem quoad hoc posse monialibus licentiam concedere, quam potest Prælatus religionis suis religiosis, nisi ex consuetudine, aut constitutionibus illius religionis, aut præcepto superioris Prælati arctata sit eius facultas. Ducor, quod Abbatissa habeat liberam bonorũ sui monasterij administrationem, sicut Abbas, vt docent Abbas *c.2.num.4.de his, quæ fiunt à Prælato.* Bald. *in studio.c.1.in princ.n.16. de his, qui feudum dare possunt,* & ibi Ialon *n.6.* per illum textum decidentem posse Abbatem, vel Abbatissam bona sui monasterij in feudum dare. Decius *reg. fœmina.n.8.ff.de reg.iur.* & *c.cum dilectis.in nova edit.n.26.super glos.verb.ratione administrationis.de confirmatione vtili.* Quare ait Abbas *eod.n.4.* non obstante sexu fœmineo, disponi res monasterij per Abbatissam, & monales, sicut per Abbates, & suos religiosos; atque Cardinalis *cons.17.n.5.* & Nauar. *comm.3.n.4. vers.ampliatur hoc de regularib.* aiunt, colligẽtes id ex *c.dilectæ iunctis glos.verb.iurisdictioni.de maior. & obed.* vniuersam tam temporalem, quàm spiritualem administrationem monasteriorum monialium pertinere ad Abbatissas, vel Priotissas, nisi quoad ea quorum fœmina est incapax. Atque ita Cardinalis *eo.n.5.* defendit posse monialem dare alteri moniali de licentia Abbatissæ cellam, suis vsibus deputatam, cum omnibus ornamentis, supellectilibus, & aliis ad dictã cellam pertinentibus; & Anton. Cucus *lib.3.instit.maior.tit.4.n.64.* & Manuel *qq.regular.tom.1.q.17.art.vlt.fin.* dicunt, non minorem administrationem habere Abbatissam, quàm Abbatẽ, & Rota Romana *in nouissimis.p.2.decis.216.n.12.* ait, posse monialem de licẽtia Abbatissæ, vel ordinarij retinere propria, vbi Abbatissam ordinario comparat: & Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium.verb.dare, in declaratione motus proprij de largitione munerum.fol.284. notab.4.* ait Abbatissam esse superiorem ad concedendam largiendi licentiam monialibus, & Corduba, Nauarra, ac Ludouicus Lopez *n.39.* allegati eandem potestatẽ concedunt Abbati immediato conuentus, & Abbatissæ, dicentes vtrumque solam expendendi decem ducata concedere posse licentiam. Immo Corduba *sum.q.54.dub.vlt. dubio 3.* & Ludou. Lopez *1.p.instrullorij conscientia.c.155.col.penult.* & *lib.2.de contractibus.c.40.col.4.vers. tertiò dicimus.* Vega *2.tom.summ.c.32.casu 19.* Manuel *1.tom.summ.in 2. edit.c.90.n.9.concl.4.* dicunt Abbatissam posse concedere monialibus licentiam habendi peculij, quando potest superior religionis illam concedere: & Gregor. Lopez *l.14.verb. proprio.n.7.p.1.* & Barthol. à Ledesma *in sum. Sacramentorum.tractatu de pœnitentia,* vbi de clauibus *diff. 4. fin.* tradunt posse Abbatissam concedere monialibus facultatem conuertendi in proprios vsus, quæ propriis operibus acquirunt; & reddit hanc rationem Bartholomæus à Ledesma, quod ea sit dispensatrix, ac moderatrix bonorum monasterij; & ideo potest materiam voti paupertatis determinare. Tandem quod *c.vnic.in principio de statu regul. in 6.* & in Trid. *sess.25.c.5.de regularib.* interdicatur ingressus in monasteria monialium absque superioris licentia; & tamen Nauar. *summ.Hist.c.28.addit. 2.ad n.143.c.55.* defendit hanc licentiam posse ab Abbatissa concedi, quod sit verè superior. Nec obstat DD. n. præced. allegatos sensisse contrarium in hoc casu, quia id non probant, eo quod Abbatissa non sit superior, sed quia ipsa quoque ad clausuram teneatur; quę ratio quàm fragilis sit, quis non videat?

SVMMARIVM.

In accipere aliquid religiosis absque superioris licentia, sit contra votum paupertatis, & cui res sic accepta tradi debeat? n.45. & ibi remissiue, an peccet accepiens donationem, aut legatum, absque licentia, non vt sibi quærat, vel retineat?

Quid si accipiatur ab alio religiosis eiusdem conuentus? n.46.

An scribere, aut recipere literas, insciò superiore, aut nuntia, sit contra votum paupertatis? n.47.

Quid si religiosus accipiat rem illam, apud alium retinendam, vt pro libito suo vtatur? n.48.

Quid si solum accipiat, vt librum accommodatum absque licentia, vel quando cum licentia sin accipit religiosus pactio inita cum secular, vt apud ipsum secularem maneat dominium, ne superior sibi auferat? n. 49.

An si contra paupertatem petere, religiosum absque licentia ab aliqua, vt deponat pecunias apud exterum, vel ipsummet religiosum, vt quando religiosus indiguerit, petat facultatem vtendi à superiori? n. 50.

Quid si religiosus accipiat absque licentia, habens animum non vtendi absque ea, sed expectat alterius superioris licentiam? n.51.

Quid si religiosus rem absque licentia petat, animo non accipiendi absque licentia? n. 52.

Quid si ea, quæ recipit religiosus, sint comestibilia? n.53.

Quid si necessaria ad victum, vestitumve, accipiat ex conuentu, vel ab externis, vt sua necessitati prospiciat, cui superior non consulit? n.54.

Quid si religiosus aliquid furatur ab externis, vel ab ipsis absque licentia superioris accipit, non sibi quærendum, aut appropriandum, sed monasterio, vel ex licentia superioris furatur ad vsum suos aliàs licitos? n.55.

Quid si religiosus pecunias absque licentia accipiat, & illic ex superioris licentia aliquid emat, vel absque licentia emerit, habeat ea palam exposita? n. 56.

Quid si religiosus ex communi bibliotheca, aut communi loco, aliquid ad vsum suum temporalem, aut perpetuum absque licentia vsurpet? n. 57.

An tantum sit contra votum paupertatis accipere absque licentia pecunias, aut pecunia æstimabilia, & sic gradum Magistri, aut Doctoris, aut sui moderanda cathedra, absoluendi, excommunicandi, præsentandi, eligendi, aut beneficium absque licentia accipere? n.58.

An peccet religiosus dicendo aliquid suum? n. 59.

An peccet religiosus contra votum celans superiori rem, quam de eius licentia possidet, tamen ne auferatur? n.60.

Quid si non timore hoc ductus celat, sed ne patiatur confusione, vel ne reprehendatur, vel animo statim relinquendi? n.61.

Quid si non sit paratus dimittere eam rem superiori iubente? n. 62.

Quid si superior renocat licentiam concessam? n.63.

An religiosus aliquid alienans absque licentia sit proprietarius? n. 64.

Quid si mutuet, vel accommodet? n.65.

Quid si absque licentia donet alteri religioso rem ad vsum sibi concessam? n. 66.

Quid si commutet libros pro libris, vel similia? n.67.

Quid si habens licentiam expendendi in aliquam rem, expendat in aliam? n. 68.

Quid si alienat cum conditione, si superior dederit licentiam? n.69.

Quid si det grana benedicta, cruces, aut alia possessa ex licentia, quando ex qualitate rei creditur licentiam priorem extendi ad donandum? n. 70.

An licentia concessa religioso dandi aliquid, extendatur ad donandum alteri religioso, ita vt alter possit absque licentia accipere, & neuter peccet contra paupertatis votum? num.71. & 72.

An licentia concessa religioso accipiendi aliquid, extendatur ad accipiendum ab altero religioso? n.73.

An peccet in paupertatis votum religiosus, qui donum sibi oblatum petit alteri donari? n.74.

Quid si nullaiusta causa ductus, nolit acceptare? n.75.

An religiosus absque expressa, vel tacita licentia ludens peccet in votum paupertatis, & lucrans teneatur restituere? n.76.

Quid si ex licentia ludat? refertur quædam sententia. numero 77.

Explicatur sententia authoris. n.78.

An religiosus in studio, vel alibi ex licentia existens, possit aliquid ex sibi ad victum concessis ludere, vel saltem ex his, quæ sibi ex necessariis ad sustentationem detrahit? n. 79.

Quid

Quid si habeat licentiam superioris ad ludendum nonbilem summam? n. 80.

An religiosus obtinens licentiam donandi, aut expendendi alicuius quantitatis, possit eam ludo exponere? n.81.

An religiosi ordinum militarium possint ludere? remissiuè. num. 82.

An religiosi, & alij qui nequeunt ludo perdere, teneantur restituere, qua ludo compararunt? à n.83. vsque ad 88.

An religiosi viuentes extra religionem, vt quia habent beneficium ecclesiasticum, vel cælibes sunt, possint eleemosynas facere? remissiuè. n.89.

Quid de Prælatis religionis? n.90.

An vt his eleemosynas faciant, exigatur licentia conuentus? numero 91.

Quid de religiosis habentibus administrationem bonorum conuentus? n.92.93.94.

Quid de religiosis in monasterio versantibus, & superiore omnino illis interdicente eleemosynas, an possint modicas erogare? n. 95.

An in extrema necessitate possint eleemosynas facere, nec teneantur petere licentiam à superiore? n.96.

Quid quando necessitas non est extrema? n.97.

Quid quando religiosus est extra monasterium in studio, vel peregrinatione, vel in aliis negotiis, & an possit tunc consanguineis diuitibus aliqua donare? n.98.

Quales eleemosynæ censeantur tunc moderatæ. n.99.

Quid de his, quæ sibi subtrahunt ex villis, vel quando religiosi non sustentantur à conuentu, sed vt, quæ sua habent, industria, aut eleemosynis comparant? n.100.

An hic quoque casus admittendus sit in religioso commorantis intra conuentum? n.101.

An licentia concessa religioso extra conuentum viuenti, expendendi quæsita in suos vsus, extendatur ad expendenda in eleemosynas, & in capellanias instituendas? numero 102.

Quid si eleemosynæ sint paruæ, & communiter consueta dari pauperibus ostiatim mendicantibus, aut sint fragmenta panis, quæ ex mensa superfant? n.103.

Quid si religiosus ille habeat licentiam expendendi aliquid in suos honestos vsus, vel peculium habeat, vel aliqua ex peculio quæsita? n. 104.

Quid si Prælatus in his omnibus casibus interdicat eleemosynas erogari, aut vsus religionis habeat ne erogentur? n.105.

An superior interdicens eleemosynas censeatur modicas interdicere? & quid si expressè modicas interdicat? n. 106.

An fratres Minores possint facere prædictas donationes, & eleemosynas, & Guardiani possint concedere licentiam? n.107.

An accipiens à religioso absque licentia, teneatur restituere? n. 108.

Cui sit hæc restitutio faciendã, & an possit monasterium, vel Prælatus remittere? n.109.

An liberetur soluens religiosis? n.110. & 111.

An religiosus ipse teneatur restituere, ab eo non restituente, maximè si peculium habeat, nec possit id Prælatus impedire? n.112. & 113.

An si debitum monasterio contractum erat ante religionis ingressum, satisfaciat illam ingrediendo? n.114.

An peccet religiosus non adhibens diligentiam in conseruandis rebus sibi permissis? n. 115.

45 QVÆSTIO posterior. Quæ sint contra paupertatis votum. In hac quæstione sunt quædam explicanda, non longam disputationem exigentia, quibus paupertatis votum violatur. Alia autem, quæ longiorem disputationem petunt, explicabuntur in capitibus sequentibus. Prima conclusio sit. Si religiosus aliquid recipiat, vel retineat, absque expressa, vel tacita superioris licentia, est voti paupertatis reus. Constat ex *cap. cum ad monasterium, de statu monachorum.* ibi; *si quæ quid aliquid fuerit specialiter destinatum, non præsumat illud accipere, sed Abbati, vel Priori assignetur.* Et ratio est, quia voto paupertatis astringitur religiosus ad nihil habendum, tanquam proprium, id est, propria voluntate, aut proprio nomine, sed voluntate, & nomine superioris, vt constat ex *cap. non dicatis.12.quæstione 1.* & ex Trident. *sess.25.de regular.cap.2.* at sine prædicta licentia accipiens, vel retinens, recipit propria voluntate, & proprio nomine, & consequenter est reus voti paupertatis. In hac conclusione omnes DD. in toto hoc tractatu allegandi conueniunt, nemine discrepante. Quare si res illa fuit data absolutè religioso, tenetur monasterio tradere, cui acquisita est; si verò detur religioso ea lege, vt non acquiratur monasterio, sed reuertatur ad dantem, tenetur ipsi danti tradere, vt bene docẽt Mendoza *in suis quodlibetis. q.8.concl.5.* Manuel *qq.regul.tom.3.q.29.art.10.concl.6.* An verò peccet acceptando legatum, aut donationem absque licentia, non vt sibi quærat, habes suprà *c.17.*

Ampliatur primò, vt intelligatur, sive ab externis, sive ab aliis religiosis domesticis accipiatur: quippe eadem ratio tradita militat. Sic Leonard. *lib.2.de iust.c.41. dub.9.n.79.vers.6.* Azor *tom.1.instit.moral.lib.12.c.12.q.7.* qui bene hoc ampliat, quamuis ea res concessa esset à superiore vsui religiosi dantis, quia religioso res concediturￚ tanquam mero vsuario, vt ea ipse vti possit, non vt huiusmodi vsum absque licentia expressa, vel tacita in alium transferat. 44

Secundò ampliatur à quibusdam, vt intelligatur etiam de scriptione, aut receptione literarum, absque licentia expressa, vel tacita superioris. Dicuntur ex *c.9.regulæ* D. Aug. relato ex *cap. non dicatis.12.q.1.* vbi inter alia ad paupertatis votum pertinentia, refert literarũ acceptionem, æquiparatque munerum receptioni; & eodem modo loquitur D. Bonauent. *1.p.speculi disciplinæ ad nouitios. c.4 ad fin.* (habetur *in nouis operibus.tom.7.*) Item, quia literarum receptio, & scriptio sunt suapte natura pecunia æstimabilia; papyrus enim, in qua absque licentia scribitur, vel scripta recipitur, est pecunia æstimabilis. Sic videntur tenere Ioan. Andre. *c.cum ad monasterium.n.4. de statu monachorum,* & ibi Cardinalis *§. prohibemus.n.1. notabili 4.* vbi explicantes eum textum interdicentem religioso quicquam muneris accipere, dicunt idem dicendum esse de literis, iuxta *d. cap. non dicatis.* & tenent in propriis terminis Nauarr *comm.2.num.3.de regular.* & Graffis *1.p.decis.lib.3.cap.5.notabili 64.* Quod sic temperat idem Nauar. *lib.3.cons.in 1.edit.tit.de regul.cons.75.num. 45.in 2.tit.de statu monachorum.cons.3.n.45* quando charta literarum data, vel recepta est adeò inutilis, vt nil penitus communi æstimatione valeat, eius datio, vel receptio non est proprietas; si autem sit notabilis pretij æstimatis characteribus auratis, aut aliis imaginibus affabrè depictis, eius datio, vel receptio erit proprietas mortalis: si autem parui valoris, erit proprietas venialis. Addit Nauar. *eodem commentar.2.numero 13.* recipere nuntia contra superioris voluntatem, non esse contra paupertatis votum, quia hoc non est pretio æstimabile, sed sola alterius actione æstimabili pecunia frui, quod paupertatis voto non interdicitur: nam aliàs religiosus absque licentia audiens canentes, vel chytteræ pulsantes, aut qui interesset Comœdiis, violaret votũ paupertatis. Et hęc sententia, quantum ad id quod dicit de nuntiis, placet omnino, sed quoad literarũ scriptionem, vel receptionem, non placet: nam dum literæ absque licentia recipiũtur, nõ recipitur papyrus illa scripta ad vsum, tanquam quid pecunia æstimabile, nec quando scribuntur literæ, mittitur papyrus, tãquam detur quid sic æstimabile, nec quoad papyrum est superior inuitus, sed quoad contenta in ea papyro, quod absque licentia facere, opponetur obedientiæ, nõ autem paupertati. Si tamen res omnino inutiles, & vanę scriberentur, erit contra paupertatẽ, non in quantũ absque licentia scribitur. Idẽ enim dico, etsi habita licentia scriberetur, sed quia vanę & superfluę cõsumitur papyrus pecunia æstimabilis: at religiosus recipiens huiusmodi literas vanas, non delinquit in paupertatẽ, quia nil recipit tanquã pecunia 47

æstimabile, nec ipse papyrum vanè consumit. Quod si literæ inserirent alicui alij vsui ratione characterum aureorum, aut imaginum depictarum, recipere absque licentia esset contra votum paupertatis, quia accipitur vsus rei pecunia æstimabilis, & à fortiori esset contra votum, eas scribere, ratione sumptuum factorum absque licentia. Nec obstat, quod in contrarium adducitur ex D. Aug. & D. Bonauent. quia aliqua ibi miscent, non ad veram paupertatis substantiam pertinentia, sed ad maiorem eius perfectionem.

48 Tertiò amplatur, siue religiosus rem absque tacita, vel expressa licentia accipiat apud se retinendam, siue deponatur apud alios, vt ea religiosus pro libito suo vtatur, quia tunc nomine religiosi res illa tenetur ab externo, & vsum illius ad libitum habet.

49 Quartò ampliatur, etiamsi religiosus solum rei vsum absque prædicta licentia accipiat, manente dominio apud dantem, vt si librum sic accommodatum accipiat, quia vsus ille est pecunia æstimabilis; secus autem si vsum accipiat ex licentia superioris, manente tamen dominio, & sic facultate reuocandi apud secularem concedentem, quamuis data opera nolit religiosus sibi omnino concedi, ne sibi per Prælatum auferatur, aliique religioso detur, vel applicetur communitati; quia si re vera ita est, vt dominium prorsus maneat apud concedentem, nil tanquam proprium vsurpat sibi religiosus, sed solum vsum, eoque ex superioris licentia potitur.

50 Immo nec est contra paupertatis votum, si religiosus ab aliquo absque superioris licentia petat, vt deponat pecunias apud aliquem, non habens voluntatem acquirendi dominium, possessionem, aut administrationem, aut vsum, iusve aliquod in illas, sed id votum maneat apud deponentem, cum libera reuocandi depositi facultate; at solâ habeat voluntatem habendi opportunè pecunias, ex quibus, cùm indiguerit, accipiat necessaria ex superioris licentia, & non aliter acceptura, & nullum ius acquirat, donec superior det licentiam accipiendi. Quod probatur efficaciter ex traditis à Nicolao III. explicante regulam Minorum, *c. exuit, ante medium. vers. cæterum tum. & vers. ad maiorem. de verborum significatione. in 6.* ibi; *Pauca ex pecuniis sit in tali commendatione pecuniæ ipsos fratres non solum à receptione pecuniæ, proprietate, dominio, vsu, à commutatione qualibet ipsius, & ab ea pecunia penitus esse alienos.* Quæ verba apertè excludunt omnem voti paupertatis materiam. Idémque decernitur *Clem. exiui. vers. deinde cum de verborum significatione.* & latè probat D. Bonau. *in expos. reg. Minorum c. 4. vers. argum. autem. & in quæstionibus super eandem regulam. q. 25.* (habetur autem vterque tractatus *in vnum tum operibus tom. 7.*) Atque bene addit D. Bonau. *eod. 4. eadem vers. argumentum autem,* id esse verum, quamuis deponens pecunias habeat animum transferendi dominij in religiosum; & probat, quia quandiu aliquis non acceptat dominium, nec possessionem, nec ius, nec potestatem aliquam circa pecunias, tandiu non recipit illas, etsi alius velit dare, & manet tota illius potestas, & libera reuocandi facultas in dante. Quare idem esset dicendum, si religiosus eas pecunias in depositum apud se ferret, eodem prorsus modo, quo erant apud amicum. Et constat, quia reipsa non aliter eas pecunias habet, quàm si apud externum depositarium esset: nec ipsummet religiosum esse rei alienę depositarium, pugnat cum paupertatis voto. At omnia hæc possunt esse contra regulæ præscriptum, & sunt contra paupertatis perfectionem. Quod si contra obiias, illam commoditatem, vt pecuniæ illæ sint apud externum, aut ipsum religiosum ita depositæ, vt cùm religiosus indiguerit, petita superioris licetia, accipere possit pretio æstimabilem, ac subinde, cùm absque licia obtineat, esse aduersam paupertatis voto. Respondetur, admittere illam commoditatem acquirendo aliam potestatem in illam, esse pretio æstimabile, secus non, quando tota commoditas pretio æstimabilis manet omnino apud dominum, ita vt nec ius, nec administratio, nec vsus sint apud religiosum.

Limitatur tamen primò hæc conclusio, nisi religiosus 51
rem accipiat animo illa non vtendi absque superioris licentia, timet tamen à superiore immediato petere, quod credit fore, vt eam deneget, applicètque conuentui, aut præ verecundia ab eo non petit, & ideo expectat beneplacitum superioris mediati, vel immediati successoris rem interim seruans, nec illa vtens. Sic tanquam probabile, vt in hoc casu non sit mortale, tenuit Victoria, quem refert, & sequitur Ludouic. Lopez *1. p. instructorij conscientiæ. cap. 156. col. 4. vers. sed cessante.* & hoc inquiunt, quando duplici die rem illam sic retinet religiosus. Fauet Leonardus *lib. 2. de inst. c. 41. dub. 9. n. 79.* vbi ait esse proprietarium volentem habere, vel possidere rem tanquam propriam, illaque sic vti, id est, affectu retinendi iure suo, seu independenter à voluntate superioris. Sed in hac limitatione sic distinguēdum censeo. Si dominiū illius rei, & administratio maneat apud dantem, religiosusque nomine illius eam depositū habeat, non ea vtens, donec licentia superioris accedat, non est contra votum paupertatis, quia religiosus nec dominium, nec vsum, nec administrationem rei alicuius habet; at id poterit esse contra regulam id in ea religione interdicentem, & ita, si regula ad nullam culpam obligat, nulla erit culpa, & constabit magis ex dicendis n. sequent. Si autem religiosus absolutè recipiat absque licentia tacita, vel expressa superioris, & ad breue tempus retineat, vt quia breui expectatur superior succedens, vel statim scribit Prouincialī petens ab eo licentiam, credo id non esse mortale contra votum paupertatis, sed solùm veniale. Ducor, quod ea res sic accepta acquiratur statim conuentui, eo quod absolutè data, & absolutè recepta sit à religioso; & dum absque licentia retinetur, id fit inuito superiore. Ergo est aliqua culpa contra id votum, quia tamen res leuis est, non erit culpa mortalis. Quare iure optimo D. Bonauent. *in speculo disciplinæ ad nouitios. parte 1. cap. 4. paulo ante finem.* (habetur *in nouis operibus tomo 7.*) ait huiusmodi receptionem non esse tutam.

Non erit tamen contra paupertatis votum rem ali- 52
quam petere ab alio religioso, vel externo, animo non recipiendi absque licentia, etsi superiorem lateat rem petitam esse, sed intendit religiosus nosse voluntatem dandi, ne frustra licentiam petat, vel quia facilùs rei oblatæ obtinendæ facultatem obtinebit, quia tunc nil accipitur absque licentia: at potest esse contra regulam interdicentem in ea religione aliquid petere. Quod tamen limitatem, nisi probabiliter crederetur fore, vt superior omnino denegaret recipiendi licentiam, sciens eam rem antea à subdito petitam, & solùm concedit, eo quod credat illam sponte oblatam, quia tunc ea licentia est dolo extorta, & tacita veritate, qua cognita licentiam superior denegaret.

Secundò limitatur prædicta conclusio, nisi ea, quæ 53
recipit religiosus, sint comestibilia, & concessa à secularibus ad eum solum vsum, vt religiosus ea comedat, nec acquirantur monasterio. Ita audiui aliquos tenere; atque Ludouicus Lopez *1. parte instruct. conscientiæ. cap. 156. colum. 4. vers. sed iam de receptione*, licèt non ita generaliter loquatur, ait tamen integrum esse religioso à secularibus recipere duas gallinas, & aliqua saccaro condita, quæ Hispani vocant conseruas, etsi comestibilia illa sint conuentus destinata ad vsum communem religiosorum. Videtur dubius Azor *tomo 1. instit. moralium. libro 12. cap. 12. quæstione 7. vers. si iterum roges*, vbi proposita opinione dicente hoc esse contra votum, iple tamen dicit religiosos hac in re cautos esse debere, & timere, ne plus æquo sibi sumant. Potest probari; quia solus facti vsus conceditur religioso, cuius illum esse capacem diximus cap. præcedenti num. 8.

Cæterùm

Cæterùm hanc limitationem nullatenus approbo, quia, vt optimè docet Azor *tom. 1. inst. moral. lib. 12. cap. 12. q. 1.* vsus facti, quo quis vtitur re ex superioris licentia, non pugnat cum paupertatis voto, secus si absque superioris licentia: nam, etsi habens mecum facti vsum, non habeat aliquid proprium, at votens paupertatem, abdicat à se omnem rei vsum, ac si tacitè promittat, non se rebus vsurum absque superioris facultate. hæc Azor ibi. Quare est apertè huius sententiæ. Insuper, ille comestibilium vsus est pretio æstimabilis, & vsurpatur absque superioris licentia: ergo est contra paupertatis votum. Insuper, quia, quantumcumque velit religiosus, numquam acquirit rei vsurpatæ dominium, sed solum vsum, & in hoc consistit transgressio voti paupertatis, quod ea re absque superioris voluntate vtatur. Tandem, quia, vt optimè ait Leonardus *lib. 2. de inst. c. 41. dub. 5. num. 28.* quamuis religiosus retineat ad tempus dominium alicuius rei, vt contingit in religiosis Societatis IESV, qui sola biennij vota emiserè, peccat tamen contra paupertatis votum, si illa vtatur absque superioris licentia, quod non secus vtēdi facultate priuetur, quàm si sua non esset. Ergo à fortiori religiosi professi, rei nullius dominium habere potētes, rei erunt voti paupertatis, si alicuius rei pretio æstimabilis absque expressa, aut tacita superioris licentia vsum habeant. Et loquentes de comestibilibus conuentus in vsum communem destinatis, dicunt esse contra paupertatis votum, aliquid absque superioris licētia vsurpare, Nauarr. *lib. 3. de restit. cap. 1. in noua edit. part. 3. dub. 3. numero 180. fin. & 181.* Sayro *in clauis regia. lib. 9. cap. 16. numero 20.* Leonardus *lib. 2. de inst. cap. 41. dub. 9. numero 79. vers. 7.* Quare nullam inter hæc comestibilia, & alia differentiam in hoc inuenio, nisi facilùs posse ih his comestibilibus licentiam superioris præsumi. At ea non rationabiliter præsumpta est contra votum paupertatis, ea siue ex proprio conuentu, siue à propriis domesticis, siue à quibuscumque externis accipere. An verò eadem quantitas in his comestibilibus absque licentia acceptis sufficiat ad culpam mortalem, quæ sat esset in aliis, dicemus cap. sequenti.

54 Fallit tamen hoc iuxta aliquos, nisi ea comestibilia, aut vestes, medicinæve communi religiosorum vsui sint destinata, eique vsurpet religiosus, vt sua necessitati consulat, cui proposito superior noluit prospicere: tunc enim, citra culpam, ac restituendi obligationem, posset ea religiosus inuito superiore vsurpare. Ratio horum DD. est, quod superior dare teneretur, cùm ea bona destinata sint ad necessaria subditis ministranda. Item, quia superior nequit ad rigidiorem vitam obligare, quàm sit in ordinis sui statutis. Atque sic docent Nauarra *lib. 3. de restit. cap. 1. in noua edit. part. 3. dub. 3. numero 181.* Manuel *eod. regul. tomo 3. quæstione 29. artic. 10. col. antepenult. vers. aduertere tamen debent.* Sayro *in clauis regia. lib. 9. cap. 16. numero 20.* addunt Nauarr. *ibi. numero 180 fin.* & Sayro ibidem hunc peccare mortaliter, si inconsulto omnino superiore, ea acciperet, quando probabiliter creditur fore, vt repræsentata ei necessitate, ea concederet. Et ratio est, quia non denoluitur ad subditum licentia vtendi rebus, nisi superiore abeunte sua potestate; tunc enim est quasi sine superiore, quoad hoc. In contrarium tamen huius doctrinæ faciunt Laurentius, quem refert, & sequitur Cardinalis *Clement. 1. §. permissa. numero 1. quæstione 3. de statu monachorum.* & Gr[illegible]is *libro 3. decis. 1. part. cap. 5. numero 50.* vbi docent adhuc in hac necessitate non licere monacho habere aliquid proprij. Verùm triplex casus distinguendus est. Primus; si ea necessaria, aut pecuniæ ad ea comemenda recipiantur ab extraneis, denegante superiore iniustè licentiam ab ea petitam, nulla est culpa sic accipere, quia denegante monasterio necessaria, siue malitiosè, siue quia earet redditibus necessariis ad prospiciendum iis necessitatibus; integrum est cuilibet religioso, sibi prouidere. Atque in hoc casu bene dixere authores prius citati, alieneque tenent Manuel *tomo 2. summ. cap. 31. num. 6. vers. In conclusione dico.* Valentia 2. 2. *disputat. 10. quæst. 4. punto 3. col. 2. corol. 4.* Nec credo DD. in contrarium allegatos diffidere, eos enim intelligendos existimo de proprio quoad dominium. Secundus casus est, quando res illæ, aut pecuniæ ad eas comemendas vsurpantur ex ipso conuentu redditus habenti necessarios ad prospiciendum subditorum necessitatibus, & sic superior malitiosè licentiam denegat, aut saltò, non credens necessitatem sibi propositam subesse, tunc enim potest subditus vsurpare, vt optimè dixēre DD. allegati, quippe ratio ab eis adducta in hoc solo duplici casu probat. Necessitatem autem intelligo, quando paupertas, quam patitur, est maior, quàm paupertas religiosorum postulat. Et quod addunt Nauarra, & Sayro, hunc peccaturum mortaliter, si nondum propositra necessitate superiori, qui speratur fore, vt consuleret; hæc vsurparet, tarò potest esse verum, quia superior non est, nec potest iustè esse inuitus quoad rem acceptam, sed tenetur contentus esse, & quoad solum modum potest esse inuitus, quod communiter non excedit culpam venialem, nisi superior iure optimo esset notabiliter inuitus quoad illum modum, vt diximus numero 15. Tertius est, quando superior iustè non consulit necessitati illius subditi ex bonis monasterij, eo quod monasterio paupertate oppresso nequeat; & ideo taxantur vnicuique religioso danda iuxta monasterij facultates, & tunc nequit religiosus aliqua ex conuentu vsurpare, vt sibi prouideat, absque proprietatis peccato, & obligatione restituendi, quia tunc non militat ratio tradita, eo quod licentia non sit debita, sed iustè denegetur. Pro qua parte optimè faciunt, quæ tradit Bald. *l. omica. §. sed scimus, in fine. C. de Lat. liberc. tollenda.* Bennecus *tract. de paupertate. quæstione 7. in 2. specialiindicia. numero 25.* Surdus *de alimentis. tit. 7. quæstione 35. fin.* vbi dicunt monasterium non teneri ad alimenta, nec ad consuetas vestes monacho dandas, quando caret redditibus sufficientibus ad id, sicut nec pater, nec vir, qui oneri alendi vxorem, & filios subiecti sunt, tenentur ad id, si facultatibus necessariis destituti sunt.

Tertiò limitatur prædicta conclusio, nisi religiosus 55
aliquid absque licentia ab externis, etiam domino ignorante, acciperet, non sibi quærendum, aut appropriandum, sed vt tradat monasterio; tunc enim non esset proprietarius, quia voto paupertatis solùm vouit, nil sibi quæsiturum, aut appropriaturum sine superioris licentia: at hic nihil sibi vult quærere, aut appropriare; ergo non peccat contra paupertatis votum. Quare solùm erit tunc peccatum furti, quia contra domini voluntatem. Sic Nauarr. *lib. 3. cons. in 1. aduert. tit. de regular. cons. 75. numero 40. in 2. tit. de statu monachorum. cons. 3. numero 40.* Quare si id fiat ex domini consensu, non erit furtum, nec peccatum proprietatis, sed contra regulam, si forte id interdicat. Vnde Valentia 2. 2. *disp. 10. quæst. 4. punto 3. col. 2. vers. patet enim.* & Leonardus *lib. 2. de inst. cap. 41. dub. 9. num. 79. vers. 7.* dicentes omne religiosi furtum esse peccatum proprietatis contra votum, intelligendi sunt, quando furaretur, vt sibi quæreret, vel appropriaret, & quando id committeret ad sibi appropriandum absque superioris licentia; quando enim, vel ad non sibi appropriandum, vel furaretur ad vsus aliàs licitos ex superioris licentia, esset quidem furtum, non autem peccatum proprietatis, quia in vtroque euentu solùm ea malitia reperitur, quod sit contra domini voluntatem, & quamuis superior non posset eam licentiam concedere, id non prouenit ex obligatione voti paupertatis, posset enim ad vsus necessarios concedere, si adesset domini voluntas; sed ista ratio malitiæ est, quod sit contra domini voluntatem, ex qua

ratione sola furti malitia consurget, quod intelligendum est, quando superior dans licentiam, nouit rem illam esse furto sublatam: si enim huius furti ignarus licentiam rei illius possidendæ concederet, non excusaret à vitio proprietatis, quia cùm ex furti errore procedat, est inuoluntaria, & subreptitia.

56 Quartò limitatur ab aliquibus, nisi religiosus, cui nulla regula, constitutionéve pecunias per se, aut per alios accipere interdicitur, eas inscio superiore accipiat ad libros, aliáve emenda, quibus ex licentia superioris, & non aliàs vtatur; tunc enim non peccabit in votum paupertatis, cùm earum rerum vsum non absque superioris licentia sibi vendicet. Immo nec peccat contra votum paupertatis, si libros, aut alia, inscio superiore, iis pecuniis emat, non ea celans, sed palàm in cubiculo cum aliis ex licentia habitis exposita tenens, quia omnia sic palàm exposita possidens, voluntati, potestatique suorum superiorum subiicit. Sic Azor *tom.1.instit.moral.lib.12.c.12.q.3.* Sed neutrũ placet. Non primò, quia non opus est religioso interdici constitutione, aut regula pecunias, aut alia inscio superiore accipere, vt accipiens censeatur proprietarius; sed ad id sufficit voto paupertatis interdici, sicut omnibus ea interdicitur: nec sola regulæ, aut constitutionis prohibitio sufficeret ad peccatum proprietatis, sed hæc culpa ex sola voti transgressione consurgit, qualis reperitur in appropriante sibi pecuniam absque tacita, vel expressa superioris licentia; nec licentia illa emendi libros, aut libris emptis vtendi extenditur ad clandestinam illam acceptionem, cùm sit longè diuersa, & possit alterum absque altero reperiri. Nõ posterius, quia cùm superiorem lateat, an aliquid ex illis palàm expositis sit absque ipsius licentia habitum, non censetur dare licentiam, ex eo quod palàm expositum sit, cùm licentia ad penitus incognita non extendatur.

57 Quintò limitatur, nisi religiosus ex communi bibliotheca, aut communi loco aliquid ad vsum suum temporalem vsurpet, deinde in eundem locũ restituturus; tunc enim nõ peccat in votum paupertatis, quando regula id non est prohibitum: secus si ad vsum perpetuum. Sic Azor n. præced. allegatus. Sed id non placet, quia nullam prorsus differentiam inuenio quoad peccatum proprietatis admittendum, vbi nulla est præsumpta, aut expressa superioris licentia inter vsum temporalem, & perpetuum, cùm in vtroque euentu vsus rei pretio æstimabilis absque licentia vsurpetur; sed sola in hoc est differentia, quod faciliùs præsumatur licentia ad vsum temporalem, vt sic excusetur proprietatis vitium. Insuper erit leuis materia excusans à mortali, sed non à veniali, quando est vsus temporalis.

58 Vltimò limitatur, vt tunc acceptio rei absque licentia superioris sit contra votum paupertatis, quando res illæ sunt pecuniæ, aut pecunia æstimabiles, quia hæc tantùm dicuntur diuitiæ communiter, & sic has tantùm excludit paupertas; & ita colligitur ex D. Thom. 2.2.q. 186.*art.*7. & alijs DD. communiter dicẽtibus voto paupertatis renunciari bonis externis, & ita docet Nauarr. *comm.*2.*n.*2.*de regul.* Ex quo deducitur, non peccare contra votum paupertatis, si religiosus recipiat absque licentia honores præsertim ecclesiasticos, vt ius excommunicandi, absoluẽdi, eligendi, præsentandi, cõfirmandi, instituendi, quia hæc non sunt pecunia æstimabilia. Ita expresè colligitur ex Nauar. ibidem, ait enim posse hæc religiosos possidere tanquam propria, & idem videtur sentire de iure moderandæ alicuius cathedræ in Academia, & de receptione beneficij ecclesiastici, aut alicuius gradus literarij, vt Magistri, aut Doctoris. Sed hoc non approbo, quia ius moderãdæ cathedræ, & gradus Doctoris, aut Magistri sunt pecunias æstimabilia, & quamuis beneficium quoad titulum, & ius ecclesiasticum, non sit pecunia æstimabile, eo quod sit quædam res spiritualis; at cùm habeat annexos redditus pecunia æstimabiles, ex parte reddituum acciperet quid pecunia æstimabile. Vtrùm autem licentia ad nauandam operam literis, sit etiam tacitè concessa ad gradum accipiendum, diximus suprà.

Ex dictis deducitur, qualiter peccet religiosus dicendo aliquid suum, vt si dicat, mea vestis, &c. Quidam censent esse mortale, quando non ex lapsu linguæ, sed aduertẽs, ac modo assertiuo id ait religiosus; & potest probari, quia id interdicitur in c.2. regulæ D. August. & refertur *c.non dicatis.12.q.1.* estque conforme Ecclesiæ primitiuæ, de qua dicitur *Act.4.nec quicquam eorum, quæ possidebat suum quisquã esse dicebat.* Præterea, quia videtur proprietatis actus, & ideo apud Cassianũ *lib.4.c.3.* grauiter plectebatur monachus, etiam ex linguę lapsu appellans aliquid suum; & ita Turrecrem. *eo.cap.non dicatis. art.8.n.1.* Præpositus, quem refert, ac sequitur Graffis *2.p.decis.lib.5.cap.19.num.8.* Vmbertus, Trullus, Coriolanus in regulam D. August. vt eos refert Nauar. statim allegandus. Cæterùm sic distinguendum est: si religiosus id dicat intelligens quoad dominium, siue data opera dicat, siue ex inaduertentia culpabili, peccat venialiter, quia est mendacium officiosum, nisi intenderet velle habere dominium, & proprietatem, quippe id cum voto paupertatis pugnat, atque adeò esset mortale, nisi paruitas materię excusaret: si autem dicat intẽdens actu, vel virtute (vt communiter dici solet) rem illam esse suam quoad vsum, nullo modo peccat, immo est actus virtutis, quo se pauperem omni dominio carentem profitetur. Nam etsi verba meum, & tuum strictè accepta significent dominium, vt probat text. *l.Quintus.ff.de auro, & argento.leg.* & docet Glossa *c.quo iure.verb.meum.d.*8. at longè sumpta important rem possessam, vt tradit Glossa *l.2.verb.papyrui.ff.de origine iuris.* Atque ideo hanc sententiam amplectuntur Nauarr. *comm.2.n.1.de regul.* Tapia *auth.ingressi. verb.ipso ingressu.c.5.n.65.66. & 67. C.de sacrosanct. Eccles.* Vega *2.tom.sum.c.83.casu 3.*

59

Secunda conclusio sit. Peccat quoque religiosus contra paupertatis votum, quando rem cum superioris licentia acceptat, occultat tamen postea, ne superior auferat, vt aliquando contingit in monialibus, quæ dum superior visitat cubicula, vt videat, quænam quæuis monialis possideat, abscondunt multa. Ratio est, quia sic occultans vult contra superioris licentiam, rem illam ablaturi, si conscius esset, possidere. Nec obstat initio habitam esse licentiam, quia ea non obstante potest idem superior, vel alius ad libitum reuocare, renetúrque religiosus voto paupertatis eam liberam reuocationem non impedire, impedit autem, quando rem celat, ne auferatur. Atque ita docent Hostiensis *cap. cum ad monasterium.numero 7. verf. quod si proprietas, de statu monachorum.* & ibi Ioann. Andre. *numero 3. & 22.* Abbas *num.8.* Felinus *cap.cum M. num.26. verf.crederem tamen, de constit.* D. Bonauent. *in speculo disciplinæ ad nouitios.part.1.cap.4.paulo ante fin.* (habetur *in operibus nouit. tom.7.*) Theodoricus, quem refert, & sequitur Carthusian. *opusc.de reformatione claustralium. art.15.* D. Anton. *3.part.tit.16.c.5.§.11.notabili 1.& 2.* Sylues. *verb.religio.6. quæst.7.dicto 1.* Armilla *verb.religio.num.27.* & ibi Tabiena *quæst.44.num.45.ad fin.* Gregorius Lopez *l.14.verb.proprio.tit.7.p.1.* Corduba *in reg. D. Francisci.cap.7.quæst.4. paulo post princip. in 2.casu.* Passarellus *in compendio priuilegiorum fratrum Minorum. post cap.43. tit. de proprietate abdicanda.statim in princip.& verf.verum quando.* Mendoza *in suis quodlibetis, quæst.8.concl.4.* Graffis *part.1.decis.lib. 3.cap.5.num.48.* Manuel *1.tom.sum.cap.31.num.3. verf.lo quinto digo.& qq.regul. tom. 3. quæst.29.artic.10.concl.3.* Valentia *2.2.disputat.10.quæst.4.punto 3.col.2.verf. patet enim.* Bertrand. *tractatu de voto paupertatis.cap.2.* Leonardus *lib.2.de iust.cap.4.dub.5.num.25. & c.41.dub.9.n.79. verf.8.* Tapia *auth.ingressi. verb.ipso ingressu.cap.1.num.33. C.de sacrosanct. Eccles.* Vitualdus *candelabro sacramentorum. 3.part.cap.14.num.85.* Nauarr. *lib.3.de restit. cap.1.in noua edit.*

edit.p.3.dub.1.num.159. atque bene addit ibi, & Manuel *eodem cap.31.tit.num.5. verf. lo quinto digo*, non excusari hinc religiosum à proprietate mortali, quamuis paratum se dicat dimittere iubente superiore. Quare recedendum est à sententia D. Bonauent. qui *in speculo animæ.cap.2.col.2.ad medium. verf.4. circa furtum.* (habetur *tom.7.in omnis eius operibus*) vbi sibi contrarius, ait tunc tantùm celare aliquid superiori, habere proprij rationem, quando religiosus iussus in virtute obedientiæ manifestare, celat.

61 Hæc tamen conclusio limitatur, vt intelligatur, quando religiosus celat, credens fore, vt superior illum ea re non occultata spolier: secus quando credit probabiliter fore, vt non spoliet, ac celat, ne patiatur confusionem, & verecundiam, videntę superiore ea, quæ possidet; sic Corduba allegatus num. præcedenti: vel celat, ne à superiore reprehendatur, quod ex sola licentia probabiliter præsumpta, aut credens superiorem non fore inuitum quoad rem acceptam, sed quoad solum modum, acceperit; sic Mendoza allegatus num. præcedenti, & Manuel *qq.regul.tom.3.q.29.art.5.concl.5.* vel quãdo celat, vt peccatũ proprietatis, quod accipiendo absque licentia cõmisit, non detegatur, tamen cum proposito rei illius dimittendæ, vel obtinendæ licentiæ ad habendum, quando adfuerit opportunitas, non manifestato suo peccato; & ita docet Corduba ibidem.

62 Hinc deducitur primò, religiosum non paratum ad dimittendam rem ex licentia superioris possessam, volente superiore auferre, esse reum voti paupertatis, quia eo solo tempore, quo superior permiserit, potest rem illam retinere. Atque ita docent Passarellus *in compendio priuilog.fratrum Minorum.post cap.43. tit.de proprietate abdicanda.verf.verum quando.* Leonardus *lib.2.de iust.cap. 4.dub.5.numero 25. & cap.41. dub.9.numero 79.* Nauarra *lib.3.de restit.cap.1.in noua edit.part.3.dub.1. numero 161.* Manuel *qq.regul.tom.3.quæst.29.art.12.corol.2.* & omnes. Quando tamen est paratus, at fundendo querelas, & ita murmurando, vt superior non audeat, diximus num. 18. esse contra paupertatis votum, quia ea licentia est metu extorta, & docent Nauarr. Manuel ibid. Leonardus *eo.c.4.dub.5.num.25.*

63 Secundò deducitur, quando religiosus haberet aliquid cum licentia superioris, tenetur id dimittere, ex eo tantùm quod superior reuocat illam licentiam, quia ex tunc haberet absque licentia, & sic esset reus voti paupertatis. Et ita apertè colligitur ex *c.exiit. verf. profello, de verborum significatione in 6.*

64 Tertia conclusio. Religiosus est proprietarius, peccatque contra paupertatis votum, si donatione, vel alio modo, absque expressa, aut tacita superioris licentia aliquid alienet, quia est actus dominij. Sic D. Bonauent. *speculo disciplinæ ad nouitios.p.1.c.4. paulo ante fin.* (habetur *tom.7.in operibus nouit.*) Gerson *2.p.in responsis ad quæsdam quæst.sibi propositas.quæst.penult.alphabeto 34. littera S.* & omnes DD. in hoc consentiunt, tanquam in re omnino manifesta. Quę conclusio habet verum, etiamsi donet aliquid ex his, quæ ad proprios vsus sibi à Prælato collata sunt, quia iam vsurpatet rem independenter à Prælati voluntate, & ita tanquam dominus, eo vel maximè, quod religiosus solum facti vsum habeat, vt diximus. Vsufratius autem nequit vsum rei alteri concedere, quia hoc non est vsuarij, sed vsufructuarij. *instit.de vsu, & habit.§.1. & 2.* atque ita docent D. Antoninus *3.p.tit.16.c.1.§.11.notabili 2.num.* Sylues. *verb.religio.6.quæst.7.dicto 2.* Passarellus *in compendio priuilegiorum fratrum Minorũ.post c.43.tit.de proprietate abdicanda. verf. si verò religiosus.* Valentia *2.2.disp.10.q.4.puncto 3.corol.5.* Ludouicus Lopez *1.p.instruct.conscientiæ.cap.156.initio.* Mendoza *in suis quodlibetis. quæst.8. concl.5.* Manuel *qq. regul.tom.3.quæst.29.art.10.concl.3.* Leonardus *lib.2.de iustitia.cap.41.dub.9.num.79.verf.5.*

65 Hinc deducitur primò, idem dicendum esse, si mutuo, vel commodato quicquam etiam ex iis, quæ ipsi ad vsum permissa sunt, daret, alteri absque superioris licentia. Cõstat ratione adducta n. præced. & docet Leonardus ibidem allegatus, qui bene subdit, in rebus paruis, & crebò occurrentibus censeri esse facultatem taciturn, & generalem, saltem ad breue tempus. Ego quoque addo non fore mortale, sic commodare rei ad proprium vsum destinatas, quando religiosus commodans esset securus de restitutione illarum, ac conseruatione, quia videtur parua materia.

66 Secundò deducitur, esse quoque contra paupertatis votum, si absque licentia expressa, vel tacita donet religiosus rem ad vsum sibi concessam, alteri religioso eiusdem conuentus; quippe id probat rario adducta n.64. & docent Corduba *summ.q.109.* Mendoza *in suis quodlibetis.q.8.concl.3.* Ludouicus Lopez *1.p.instruct.conscient.c. 156.paulo post princip.* Manuel *qq. reg.tom.3.q.29.artic.10. concl.3.* Atque idem dicendũ est de mutuo, vel commodato, dato absque licẽtia alteri religioso eiusdem conuẽtus: nã id probat rario adducta n. præced. Quare non placet, quod dicit Manuel *1.tom.sum.in 2.edit.c.90.n.11. conf.5.* non peccare religiosum, qui absque licẽtia dat religioso eiusdem conuentus librum valentem quinque aureos, nisi credatur religiosum, cui dat, malè expẽsurũ, & nisi dans sit religiosus ordinis Minorũ, quia cùm maneat liber ille in illo conuentu, præsumitur fore, vt superior non sit inuitus. At hoc non placet, quia saltem modus displicebit superiori, & ita non liberabitur donans culpa venialiter non erit mortale propter rationẽ traditam, & quia videtur parua materia, cùm res illa in eodem conuentu maneat, nisi ob aliquam instam circumstantiam credatur superiorem esse inuitum notabiliter, aut quoad rem datam, aut quoad modum.

67 Tertiò deducitur, non esse mortale iuxta aliquos, libros pro libris commutare etiam cum secularibus, quando nullam inde iacturam patitur conuentus. Ducuntur, tum quod adsit interpretatiua superioris licentia; tum etiam, quia talis commutatio non habet propriam distractionis, aut consumptionis rationem. Atque ita docent Ludouicus Lopez *1.p.instruct.conscient. c.156.concl.4.* & Manuel *2.tom.sum.c.31.num.4.verf.lo septimo digo*, qui excipit fratres Minores, eo quod illis interdicta sit quæuis commutatio, aut venditio rerum, quas ad vsum proprium habẽt, absque authoritate Prælati, & Syndici. Sed hoc durum mihi videtur, quia ea commutatio est actus dominij, vtpote quæ à solo habente dominium, vel legitimam rei administrationem, validè fieri potest. Item, quia iure optimo potest superior esse inuitus notabiliter: immo communiter ita euenit, vt ipso inconsulto sic disponat religiosus, cui solus facti vsus est iure cõcessus. Et ideo melius dixit Mẽdoza *in suis quodlibetis.q.8.concl.8.* tũc hãc cõmutationem non esse mortalẽ, quãdo creditur superiorẽ nõ esse inuitum quoad rem, sed quoad solum modũ. Et ego addo exigi quoque, ne sit quoad hũc modũ notabiliter inuitus, iuxta ea quæ diximus n.15. Potest etiã reputari aliquãdo parua materia, & hac quoq; ratione non esse culpa lethalis.

68 Quartò deducitur, esse peccatum mortale contra votum paupertatis, quando superior concessit religioso facultatem pecunias expendendi in aliquam rem, & ipse in alum expendit, ad quas expensas verisimiliter denegaret licentiam, quia est vsus rei absque superioris licentia. Sic Mendoza *eadem q.8.concl.3.fin.* Manuel *qq. regul.tom.3.q.29.art.10.concl.4.*

69 Quintò deducitur, non esse contra votum paupertatis alienare aliquid non absolutè, sed sub conditione, si superior concesserit licentiam, & si res statim traditur reddenda, si licentia denegata fuerit, & nullum sit periculum illius reddendæ, si denegetur: quia cùm conditionalis nihil ponat in esse, nulla hic alienatio, nec illa traditio est absoluta, sed sub conditione suspendente eius effectum.

70 Sextò deducitur, nec esse contra paupertatis votum dare domesticis, vel externis ea quæ religiosus ex superioris licentia habet, quando ex eorũ qualitate apertè colligitur intellexisse superiorem cõcedentem accipiendi, aut emendi ea licentiã, non esse vtui ipsi religioso, sed ad distribuendum aliis. Et ideo religiosi domestici acceptantes non indigent alia noua licentia, quia prior ea licentia concessa ei religioso accipiendi, vel emendi, est tacita distribuendi quibuscumque, & domesticis accipiendi, vt exemplum sit, quando superior concedit religioso licentiam accipiẽdi aliquas scuticas, aliquos calculos virgineos, aliquas imaguculas, aut grana benedicta; cùm enim videat superior his omnibus non indigere religiosum ad proprium vsum, sed hæc solere inter alios, & domesticos, & extraneos distribui, censetur tacitè hanc futuram distributionem approbare.

71 Sed dubitatur, an in aliis rebus licentia concessa absolutè alicui religioso distribuendi aliqua, extendatur ad distribuendũ tam inter quoscumque externos, quàm inter regulares eiusdem conuentus, ita vt hi nulla recipiendi licentia indigeant. Et quidem constat, si religiosi illi essent alterius conuentus, eiusdem, vel diuersi ordinis, non sufficere hanc distribuendi licentiam, vt ipsi possint accipere, sed indigere alia sui superioris licentia ad accipiendum. Ratio est, quia concurrit duplex impedimentum; alterum in dante, & hoc tollitur per sui superioris licentiam ad dandum concessam: alterum verò in accipiente, & hoc per illum superiorem auferri nequit, cùm non sit superior huius. Ergo est necessaria licentia noua superioris religiosi accipientis, vt absque violatione voti paupertatis accipiat. Quare religiosus habens licentiam dandi, siue generalem, ita vt extendatur ad eos religiosos alterius conuentus, siue specialem dandi illis, peccabit contra paupertatis votum, dando iis carentibus licentia recipiendi, non quatenus dat, quia habet licentiam dandi, & ex parte sua absolutè est ablatum impedimentum; sed quia cooperatur peccato contra votum accipientis, sicut si secularis daret aliquid religioso, quem nouit carere accipiendi licentia. Sed dices superiorem non esse visum concedere licentiam ad dandum his religiosis non habentibus accipiendi licentiam, aliis peccaret. Sed respondeo, superiorem absolutè dare licentiam, & auferre impedimentum, quod se tenet ex parte dantis, hoc autem absolutè sublato, potest ipse, quantum ex se est, rem dare. Vt quando Episcopus dispensat cum subdito habente votum non ducendę vxoris, tollit impedimentum omnino ex parte huius, & ideo, si hic ducat fœminam habentem votum non nubendi, non peccat cõtra suum votum, sed solum peccat, quatenus cooperatur peccato alterius: & idem est, si superior facultatem subdito concederet ad accipiendum aliquid, & ipse acciperet à latrone, tunc peccatum ad solum furtum pertineret; similiter, qui abstinentiam carnium vouit in diebus Veneris, si carnes ederet, quando natiuitas Domini in sexta feria celebratur, non peccaret contra præceptum ecclesiasticum, quod in ea die nullum est, peccaret tamen contra speciale votum, quod ipse emisit.

72 Difficultas ergo est, an ea absolutè dandi facultas extendatur ad dandum quibuscumque externis, siue religiosis eiusdem conuentus, ita vt hi nulla alia accipiẽdi licentia indigeant? Quippe ex vna parte videtur extendi ad hos absque alia licentia accipiendi, tum quia si ea licentia extenderetur ad dandum externis, à fortiori extenderetur ad domesticos; quippe multo facilius potest concedi licentia ad dandum his, eo quod res donata saneat in eiusdem cõuentus dominio: tum etiam, quia licentia est generalis, ac concessa à superiore, qui potuit in dantis, quàm accipientis impedimentum auferre. Ex altera autem parte facit, quod stat auferri impedimentum dantis, non ablato accipientis impedimento, etsi superior auferens possit vtriusque impedimentum auferre; immo nec censetur auferre, si id non explicet. Vt quando Episcopus dispensat cum subdito habente votum abstinendi à matrimonio, non censetur dispensare cum fœmina sibi subdita simile votum habenti, vt illi nubat, nisi id explicet, quamuis possit cum vtroque. Et ideo hæc pars mihi placet, vt sit necessaria noua licentia in accipiente, nisi ex coniecturis probabiliter colligatur, superiorem de his quoque religiosis intellexisse: quippe ratio adducta hoc probat. Nec obstat prior ratio in contrarium adducta, quia etsi facilius sit dare domesticis, quàm externis; at non probat esse datam, auferendo vtriusque impedimentum. Nec etiam posterior ratio, quia ea generalitas non extenditur ad auferendum duplex impedimentum, vt in exemplo posito habentis votum abstinendi à matrimonio constat.

73 Similique ratione dicendum est, religiosum obtinentem licentiam accipiendi aliquid, non posse accipere ab altero religioso, siue diuersi, siue eiusdem conuentus, nisi hic quoque donandi licentiam habeat. Constat eadem ratione, quia solum accipientis impedimentum potuit superior auferre, quia dans erat alterius conuentus, solumque id censetur auferre velle in dubio, quãdo est religiosus eiusdem conuentus, nisi ex coniecturis constet voluisse vtrumque.

74 Septimò deducitur, quid in ea quæstione dicendum sit, an sit contra paupertatis votum si religiosus absque tacita, vel expressa superioris licentia, volentem sibi aliquid donare, roget, vt donet consanguineo, vel alicui alteri personæ? Multa sunt, quæ partẽ affirmatiuam suadere videntur, quæ retuli *lib. 6. de matrim. diff. 4. n. 7.* Sed illis non obstantibus, illic tenui, & nunc teneo, non aduersari voto paupertatis, quando religiosus profitetur, se nolle acceptare, vt si dicat sic; ea re non indigeo, si tibi placuerit, gratum mihi faciet, si dederis tali personæ, vel meo consanguineo: secus quando religiosus expressè, vel tacitè acceptaret, & peteret dari cõsanguineo, vt si offerenti donum, gratias agat, petàtque ab eo, vt tradat consanguineo, vel tali personæ, quia in priori casu, cùm nulla sit religiosi acceptatio, nihil ipse donat, sed solùm intercedit, vt alius donet, quæ intercessio nullatenus voto paupertatis aduersa est. At in posteriori, cùm religiosus accepret, ipse reuera donat, ac donum illud mittit consanguineo per manum ipsius donantis. Quare, cùm absque superioris licentia donet, reus est voti paupertatis, vt ibi latius probauimus.

75 Quod si religiosus absque superioris licentia nolit acceptare rem sibi donatam, nulla iusta causa ductus, non peccabit contra votum paupertatis, quippe non astringitur ad acquirendum, sed ad non alienandum, nec recipiendum: at si nulla causa iusta ductus, non acceptet, peccabit quidem contra charitatem, tanquam absque iusta causa impediens bonum religionis, cui illa res, ipso acceptante, acquirenda erat, sicut rogans volentem legare alicui, nec leget, ad idque nulla iusta causa ducatur, peccat in proximi charitatem, tanquam bono proximi absque iusta causa obstans; nulli tamen culpæ obnoxius esset religiosus, si ex iusta causa ad donum non acceptaret absque superioris licentia, Cerbi gratiã, vt liberior sit ad ministeria spiritualia exercenda, vel quod in donantis gratiam aliquid fecerit, donumque acceptare recusat, ne videatur quasi muneris sibi tribuendi ipse ductus id fecisse, vel alia iusta causa.

76 Octauò deducitur, quid dicendum sit de religiosis absque expressa, vel præsumpta superioris licentia indentibus. Qua in re certum est eos delinquere contra votum paupertatis, vt constat ex dictis, quod sit actus dominij, exponere aliquid iacturæ ludendo: atque ita lucrantem teneri in hoc casu restituere, tenet D. Thom. 2.2. q. 3. *art. 7. ad 1* ab omnibus authoribus receptus.

77 Difficultas autem est, quando adest superioris licentia. Quidam dicunt lucrantem à religioso, quamuis

Prælatus sit, bonorumque administratione potiatur, teneri restituere. Quare eadem ratione id dicent de religiosis habentibus Prælati licentiam, & consequenter etiam dicent esse contra votum paupertatis, tanquam alienationem factam à non potente licentiam concedere. Ducuntur, quod ludere sit actus veri dominij, atque licentia concessa administrandi bona, non extendatur ad ludum. Cùm ergo superiores religionis non sint veri domini, sed administratores, nequibunt ludere, nec licentiam ludendi concedere. Sic Castro *lib. 2. de leg. Imperial. c. 2. concl. 3. situm in princip.* Petrus de Couarr. *de remedio iusorum. 3. p. c. 1.*

78 Cæterùm integrum est religioso ex tacita, aut expressa superioris licentia, gratiã honestæ recreationis, quantitatem aliquam moderatam ludo exponere. Ducor, quod superiores religionis non censendi sint instar œconomorum dominij alicuius priuati, quibus constat non concedi facultatem ludendi, concessa bonorum generali administratione, sed sunt quasi absoluti bonorum religionis administratores, ad ea in quoscumque licitos, & honestos vsus expendẽda, inter quos iure optimo computatur quædam honesta ludi recreatio. Ergo possunt illa vti, ac subditis licentiam vtendi concedere; & ex hoc satisfit contrario argumento. Atque ita docent Maioris 4. *d. 18. q. 13. in fol. ad 2. contra 2. concl.* Ledesma 2. *p. 4. q. 15 art. 5. fol. 124. col. 3.* Alcozer *lib. de ludo. c. 11. concl. 8.* Idémque docent omnes DD. num. sequenti allegandi.

79 Hinc deducitur, religiosum, qui à monasterio sustentatur in studio, vel in alio loco, vbi negotia aliqua agit, posse in sua honesta oblectatione, etiam ludendo expendere ad rationem quatuor, aut quinque aureorum pro centum sibi quotannis ad sustentationem concessis: sicut de filiofamilias in simili casu fatentur DD. communiter. Quod iure optimo præsumatur licentia tacita superioris ad honestam huiusmodi ludi recreationem. Atque ita docent Nauarrus *summ. Latina memori. c. 20. n. 12. Hispana. c. 19. n. 9.* Valentia 2. 2. *disput. 5. q. 6. punto 5. q. 8. de acquisitis per ludum. vers. tertiò obseruandum.* Leonardus *lib. 2. de iust. c. 26. dub. 5. n. 37.* Grassis 1. *p. decis. lib. 2. c. 12. n. 5.* Salon 2. 2. *post q. 61 tract. de dominio q. 5. ar. 6. dub. penult. concl. 2.* Molina *tom. 1. de iust. disp. 520. paulo post principium.* Philiarcus *de off. sacerdotis. tom. 3. p. 2. lib. 5. c. 2. n. 6. vers. fere dilla igitur circumstantia.* Beja *in suis responsis. p. 1. casu 61. difficultate 1. fin. vers. nec quia.* Atque idem dicunt asserentes licere huic quid moderatum ludo exponere, non explicantes quantitatem, Ledesma num. præcedenti allegatus, Alcozer *lib. de ludo. c. 14.* Quod tamen limitandum esse primò, nisi expressè à suo superiore, vel constitutionibus suæ religionis interdictus sit religiosis ludus, quia cùm tunc nequeat præsumi licentia tacita, obstante expressa prohibitione, erit contra votum paupertatis ludus, ac lucrans tenebitur restituere. sic Salon *ibidem.* Idémque dicendum est, si ludus ille sit prohibitus, aut indecens religioso, quod talis ludus comparatione illius non censeatur honesta recreatio; & ideo non potest præsumi tacita licentia, immo neque expressa prodesset, vt diximus num. 31. & docet Molina *ibidem.* Est insuper limitandum, nisi religiosus ille in eodem anno in alios vsus non necessarios, vt in aliam recreationem, aliquid insumpserit, id enim detrahere debet, & tanto minorem quantitatem potest ludere, vt loquens de filiofamilias existente in studio tradit Rebellus *tract. de iust. p. 2. lib. 12. q. 4. sect. 1. num. 4.* Quid autem de his quæ sibi subtrahit ex necessariis ad alimenta, dicemus, cùm de eleemosyna agemus; vel si sint eiecti, aut beneficiarij, diximus suprà.

80 Quare non approbo quod tradit Leonardus *lib. 2. de iust. c. 26. dub. 5. n. 36.* vbi ait posse religiosum validè lucrari, & perdere notabilem summam ludendo ex expressa superioris licentia, quamuis mortale sit, res monasterij sic ludo exponere. Quod etiam apertè tenuunt DD. num. sequenti allegandi pro prima opinione. Ducitur, quod ludus sit contractus onerosus, qui potest esse monasterio vtilis, refertque pro se Nauarrum *summa. c. 20. n. 9.* sed falsò, quia nihil dicit; addit autem monasterio grauiter læso ex eo ludo dari restitutionem in integrum, sicut in aliis contractibus. Sed hanc, inquam, sententiam minimè approbo, sed existimo restituendam esse pecuniam eo ludo partam, quatenus moderatam, & honestam quantitatem excedit. Ducor, quod omnes allegati authores solam moderatam quantitatem ludere concedunt religioso ex superioris licentia, quasi hæc vlteriùs extendi nequeat, & expressiùs Petrus de Ledesma 2. *tom. sum. tract. 31. c. 1. post 10. conclusionem. vers. la que toca a los religiosos*, vbi ait, Prælatum minimè posse religioso ludendi vltra moderatam quantitatem facultatem concedere, & vltra hanc lucrantem teneri restituere. Alcozer *lib. de ludo. c. 39. paulo post princip.* ait lucrantem à religioso vltra moderatam quantitatem, teneri restituere, vbi clarè loquitur quando cum superioris licentia, quia absque illa, quamuis moderata sit quantitas ludo exposita, tenetur lucrans restituere. Secundò, quia quamuis ludus sit contractus onerosus, quando hanc quantitatem excedit, est indecens religiosis, neque intra limites honestæ illorum recreationis continetur; superioribus autem in generali administratione bonorum, quam habent, non censetur licentia contractuum huiusmodi ineundorum concessa, eo quod indecentes, ac prodigi censeantur. At licentia superioris ad vsus turpes, & indecentes concessa non liberat à peccato, ac restituendi obligatione, vt diximus num. 31.

81 Nec similiter approbo, quod tradunt aliqui DD. dicentes religiosum obtinentem generalem licentiam à à suo superiore donandi, aut expendẽdi aliquam quantitatem, posse validè eã ludo exponere. Quippe quamuis peccet, vtpote qui trãsgreditur verisimilem Prælati intentionem, ac transfert dominium, sicut immoderatè semel edens die ieiunij, id non soluit, quamuis finem Ecclesiæ abstinentiam intendentis in die ieiunij, excedat. Hi sunt Alcozer *lib. de ludo. c. 1.* Merina *lib. 1. summæ. c. 14. §. 29.* atque hoc esse probabile tradunt Angles *sententiæ. 2. p.* vbi de restitutione. *9. de ludi restitutione. ar. unico. dub. 1. propositione 4.* Ludouicus Lopez 1. *instructi. c. 183. ad fin.* Sayro *clauis regia. lib. 11. c. 12. n. 15.* falsò tamen allegat Nauar. Valentiam, & Salonem hoc tenere, & dicit probabile Ludouicus Lopez *lib. 1. de contractibus. c. 40. col. antepenult. vers. an autem religiosus.* Atque hoc extendit Alcozer *eodem c. 17.* siue lucrans sit eiusdem religionis, siue secularis: excipit tamen fratres Minores, & alios religiosos, qui neque in communi, neque in particulari dominium habent, & Merina etiam excipit, nisi licentia esset ad solos vsus honestos concessa: tunc enim lucrans vltra moderatam quantitatem tenetur restituere. Cæterùm horum sententiam non approbo, quia licentia illa generalis non extenditur ad ludum immoderatum, sed ad honestos, & licitos vsus; nec enim in generali cõcessione censentur concessa, quæ speciliter explicata denegarentur; *reg. in generali. de regulis iuris. in 6.* Atque ita docent Sayro *eodem c. 12. n. 16.* Manuel 1. *tom. sum. in 2. editione. c. 189. ar. 4. concl. 4. & 95. reg. tom. 2. q. 37. art. 5. & in bulla compositionis. §. unico. casu 10. num. 36. concl. 8.* & dicunt probabile Angles, & Ludouicus Lopez vtroque loco proximè allegati. Immo quamuis expressam licentiam concederet superior ludo exponendæ eius quantitatis immoderatæ, non liberat lucrantem ab onere restitutionis, vt numero præcedenti probauimus.

82 An verò religiosi, quos Commendatarios appellant, ordinum militarium possint ludere, diximus hoc lib. 7. c. 8. n. 28.

83 Maior autem difficultas est, an cùm religiosus nequit validè perdere quantitatem ludo expositam, sed alter

tenetur lucrum restituere, teneatur ipsemet religiosus lucrum similiter restituere, vt si religiosus careat licentia tacita, vel expressa ludendi, vel potens ludere moderatam quantitatem, excedat illam: Dubium hoc generaliter procedit de omnibus qui nequeunt in ludo perdere, vt sunt filiifamilias, minores, mulieres coniugatæ, absque licentia patris, curatoris, viri, potéstque in duplici casu discuti. Prior est, quando vnoquoque ludi iactu possunt hi quantitatem ludo expositam perdere, & tunc possunt amplius lucrari, quàm poterant perdere. Verbi gratiâ, filiusfamilias habet licentiam patris tacitam, aut expressam ludendi quatuor aureos, si ludant cum ipso alij octo potentes alienare, & vnusquisque exponat quatuor aureos, potest lucrari totam illam pecuniam ab aliis ludo expositam; similiter distinctis iactibus potest, ab vno, eodémque lucrari plus quàm potest perdere, vt si nondum perdiderit eos quatuor aureos, & nullo iactu exponat plus quàm quatuor aureos. Ratio est manifesta, quod satis sit ad singulorum ludorum lucra capessenda, vt possit quantitatem in his singulis expositam perdere: sic enim æqualitas ludi seruatur. Atque ita docent Molina *tom.2. de iust. disput.519. col. penult.* Leonardus *lib.2. de iustitia c.16. dub.5.num.38.* Valentia 2.2 *disp.5.q.6.puncto 5.9.8. de acquisitio per ludum.num.3.* Petrus de Ledesma 2. *tom. sum. tract.vltimo.c.2.post 9.concl.difficul. vnic. dicto 2.* Sayro *in claui regia.lib.11.c.12.n.10.& 11.& 13.* Corduba *tract. de restitutione.q.40.concl.6.* Merina *lib.1.summ.c.14.§.28. ad finem.* Rebellus *tract.de iust.p.2.lib.12.q.2.fol.1.n.5.* Salon 2.2.*post q.61.tract.de dominio.q.5.ar.6.dubio penult.conclus.1.& 3.* Bañes 2.2.*q.32 art.7.pag.1178.* Franciscus Garcia *de contractibus.2.p.c.19.pag.577.& sequenti.* Et quamuis DD. isti communiter loquantur de filiofamilias, id credo fieri gratiâ solius exempli, quod regula non aetat, cum eadem ratio procedat quoque in religiosis, & aliis alienare non potentibus; in omnibus enim qui possunt quantitatem eo ludi iactu expositam perdere, idem ius procedit.

84 Similiter etiamsi religiosus ludo licitè lucretur multo maiorem summam, quàm perdere poterat, modo què numero præcedenti explicuimus, & eodem ludo totam eam perdat, non tenetur lucrum restituere. Ratio est, quia etsi religiosus nullatenus concedendum sit, vt totam eam pecuniam licitè partam possint validè alio ludo exponere, eo quod iam est parta monasterio, nec adest præsumpta superioris voluntas, immo nec expressam concedere posset (quamuis multi satis probabiliter dicant adesse præsumptam patris voluntatem, vt filiusfamilias possit ludere quícunque quantitatem quocunque alio ludo acquisitam, potest enim pater licitè eam licentiam concedere: at eodem ludo possunt validè eam perdere. Ratio est, quia lucrum non censetur simpliciter acquisitum, donec totus ludus finitus sit. Atque ita docent Gabriel 4.*distin.l.15.q.13.art.3.dub.6. vers.verum alius.* Rosella *summa.verb. ludus.num.8.* & ibi Ang. *num.8.* Sylu. *quæst.17. dicto 3.fin.* Armilla *n.7.& 8.* Tabiena *q.10.n.11.* Nauar. *summa Latina noua.c.20.n.19. Hispana.c.19.n.16.* Alcozer *lib.de ludo.c.41. dict.4.* Molina *tom.2. de iust. disp.519.col.penult.* Et quamuis DD. hi de filiofamilias loquantur, id contingit gratiâ exempli, vt diximus n. præcedenti; nam cùm eadem ratio militet in omnibus, qui alienare non possunt, idem in omnibus illis dicendum est. Dicitur autem idem ludus, quando ita continuus est, vt ludentes ad alios actus non diuertant, vt bene aiunt Gabriel, & Tabiena proximè allegati; quod intellige, quando non diuertunt animo desistendi à ludo pro tunc: secus quando diuertunt animo statim redeundi, vt ad colloquendum cum aliquo, vel consulendum alicui corporis necessitati, non enim diuertere censetur breui reuersurus, vt optimè habetur *l. diuertimur. 3. fin. ff. de diuersis.* Nec refert si qualitas illius ludi continui mutetur, vt si priùs ludebatur chartis, vulgò, *naypes*, & non diuertentes ludant scachis, vulgò, *al alzedrez*, vel diuerso earundem chartarum ludo, quia cùm ludus ille sit continuus, reputatur idem quoad effectum, vt non censeatur lucrum acquisitum, donec ludus absolutus sit. Et ideo iure optimo dixêre absolutè, & indistinctè Gabriel, & Tabiena proximè allegati, esse eundem ludum, quando ludentes ad alia non diuertunt: secus autem esset quando mutaretur persona, cum qua ij ludunt, quia iam, etsi ij ad alia non diuertant, censebitur diuersus ludus, quippe finitus est omnino ludus cum priori persona, & lucrum verè dicitur iam acquisitum.

Tota ergo difficultas est, an religiosi, & aliæ personæ 85
alienare prohibitæ, qui nõ possunt validè perdere quantitatem in aliquo ludi iactu expositam, aut non possunt totam illam perdere, quin lucrans teneatur restituere, possint lucrari absque onere restituendi perdenti? Qua in re duplex est sententia. Prima ait posse hos absque restituendi onere, plus lucrari quàm possint perdere. Ducitur, quod contractus potest claudicare, & non esse validus, respectu vnius, valere tamen respectu alterius, vt constat ex *c. si qua de rebus. 12. q.2. & §. pupillus. instit. de inutilibus stipulationibus, & l. Iulianus. §. siquis à pupillo. ff. de actionibus empti*, quibus locis decernitur, contractum cum pupillo, vel Ecclesia absque debita solemnitate initum, valere quidem in vtilitatem ipsorum, & præiudicium contrahentium cum ipsis, at esse irritum in præiudicium Ecclesiæ, vel pupilli. Atque similiter quamuis contractus initus ab vxore absque viri licentia, sit in hoc Castellæ Regno irritus *l. 55. Tauri*, quæ hodie est *l. 2. tit. 3. lib.5. recopilat.* valet tamen quatenus est in vtilitatem mulieris, aut viri, vt tenent multi, quos referunt, & sequuntur Marienzo *ea l.2. glos.1. num.14.* Gutierrez *lib.2.q.practic.rum.q.22.n.12.* Quod si dicas hanc regulam non habere verum in contractibus ex futuro eueniu dependentibus, qualis est ludus, quippe in illis initium, & non quod postea sequitur, spectandum est, vt probat *l. si pater puella. C. de inofficioso testamento.* sed tantùm procedere in contractibus, qui ab initio certi sùt. Obstat huic solutioni *l. sed & sociis. §. si absenti. ff. pro socio.* vbi admittitur claudicatio in contractibus, in quibus vtilitas, & damnum ex futuro eueniu pendent, & hoc ex culpa vnius ex contrahentibus, ibi: *si absenti renuntiata societas sit, quod si fecerit, quod is acquisierit, qui renuntiauit, in commune redigi debet. Detrimentum autem solius eius est, qui renuntiauit; sed quod absenti acquisiuit, ad solum eum pertinet, detrimentum ab eo factum commune est.* Et ideo hanc sententiam sustinent Gabriel 4.*dist.15.quæst.13.art. 6.dub.6.immediatè ante vers. si autè ludentes.* Armilla *verb. ludus.num.8.* Nauarr. *summa Lat.noua.c.20.num.12. Hisp. c.19.num.9.* Sarmiento *de rèd.dubiis p.3.c.2.n.19.* Graffis 1. *parte decis.lib.2.c.122. num.6.* Beja *in suis responsis. 1.p. casu 61. ad fin.* Philiarcus *de offic. sacerdotis. tom.2. p.2.lib.5. c.2.num.6.vers. prædictæ igitur circumstantiæ.* Toledo *lib.5. summæ.c.27.n.8.* & dicit sententiam hanc esse probabilem Ludouicus Lopez 1.*p.instruct.c.183.col.4.concl.3.* Limitant autem hanc sententiam Nauar. Toledo, Ludouicus Lopez, Graffis, Beja *ibidem*, nisi persona alienare prohibita decepit alium colludentem, dicens se habere facultatem totius illius summæ ludendæ: tunc enim teneretur eam quantitatem lucrifactam restituere, quam perdere non poterat.

Quamuis autem prædicta sententia probabilis sit, at 86
multo probabilior est contraria sententia sustinens hos non posse lucrari, sed teneri restituere eam quãtitatem, quam ludo exponere non poterant, quin lucrans teneretur ipsis restituere. Ducor, quoniam sicut contractus est validus, vt potens ludo alienare lucretur, ita est nullus, vt impotens ad alienandum lucretur, vt vel sic seruetur contractus æqualitas, quippe ludentes eam conditionem tacitè videntur appoaere, vt paris conditionis sint in rebus ludo expositis amittendis, & lucrandis.

crandis. Nec obstat ratio in contrarium adducta, quippe ea regula locum non habet in contractibus prohibitis, aut qui magis naturam rei prohibitæ sortiri videntur, cuiusmodi est ludus etiam licitus, in his enim maior à minori non dicitur. *l. auxilium. §. in delictis. ff. de minorib.* Nec enim sicut de emptione, & venditione, & aliis contractibus commercio hominum necessariis, ita de ludo ius constituitur, qui etsi non interdicatur, magis tamen indulgentiam, quàm ius continet, nec æquitas patitur in hoc aliquod priuilegium non potentibus alienare concedi. Et vbicumque æquitas deficit, claudicatio talis non admittitur. *l. si id quod, circa finem. ff. de rescind. vendit.* ibi; *vt bonæ fidei conuenire ex pacto stari, quod altera captiosum sit.* Et ideo huius sententiæ sunt Angelus *sum.verb.ludus.n.8.* & ibi Sylu. *q.17. dicto 3. fin.* Tabiena *q.20.num.11.* Sotus *lib.4. de iust.q.5.art.2.col.8. vers.aliud dubium est, vtrùm si filiusfam.* Castro *lib.2.de lege penali.c.2. corol.3.* Couar. *reg. peccatum.2.p.§.4.num.4. vers. deinde illud.* Ledesma *1.p.4.q.15.ar.5.fol.123.col.3. vers. ad hoc dico non obstante.* Veracruz *1.p. special. conieg. ar.19.col.4.* Victoria, quem refert, & sequitur Alcozer *lib.de ludo.c.16.* Azebedo *lib.8. recopilat.tit.7. l.2. num.88. & 89.* Merina *lib.1.summa.c.14.§.28.ad finem.* Franciscus Garcia *de contractibus.p.2.c.19 fol.575.* Angles *floribus. 2. p.* vbi de restitutione, *q.de ludi restitutione.art.vnico. dub.2. propositione 3.* Ludouicus Lopez 1. *p. instruct. c.183. col.3. concl.1. & de contractibus. lib.2.c.21. col.3.* Bañes 2.2. *q.32. art.7.pag.1178.concl.2.* & ibi Aragon *fol.766.col.1.vers.sed dubium est, vtrùm sicut maior.* Henriquez *lib.7.de indulgentiis.c.33.n.6.* Carbon *de restit.q.40.concl.7.* Salon 2.2.*post q.61.q.5. de dominio.art.6.dub.penult.concl.1.* Sayro *in claui regia.lib.11.c.12.n.9.* Petrus de Ledesma 2. *tom. summæ. tract.vlt.c.2.concl.8.* Valentia 2.2. *disp.5.q.6. puncto 5.q.8. de restituendis acquisitis in ludo. notab. 4.* Emmanuel Sà *summa.verb.ludus.n.6.* Leonardus *lib.2. de iustitia. c.26. dub.5.n.32.& 38.* Molina *tom.2. de iust. disp.519. col. antepenult. vers. dubium est vtrùm in eueniebat. & disp.520.penult. vers. dubium est vtrùm in eueniebat. & disp.520.penult. post principium.* Rebellus *tract. de iust.p.2.lib.12.q.4.fol.2. n.4.* & *fol.2.n.6. fin.* Manuel *in bulla compositionis. §. vnic. casu 10.n.35. concl.7. & 1. tom. summæ. in 2. editione. c.189. num.3.conclus.3.* Vega 1. *tom. sum. c.3. casu 3.*

87 Limitant aliqui ex his DD. vt hæc sententia intelligatur, nisi colludens cum non potentibus alienare, notit eos esse ad alienandum impotentes; tunc enim videtur cedere iuri suo, patique inæqualitatem contractus, & ideo non tenebuntur hæ personæ restituere huic lucrum, quamuis illæ tantùm quantitatem amittere non possent, quippe scienti & volenti non fit iniuria. *reg. scienti. de regulis iuris, in 6.* Sic Angles, Sayro, Henriquez, Salon, Manuel vtroque loco, Emmanuel Sà, Vega allegati n. præced. Franciscus Garcia *de contractibus. 2.p.c.19. fol.571.& duplici sequenti*, qui *fol.575.* addit non satis esse, vt notit habitu conditionem earum personarum, sed oportere, vt actu aduerterit, eo quod non obstante cognitione illa habituali, potuerit non aduertere eas personas non posse alienare. Cæterùm displicet hæc limitatio; quod colludens ille cupiditate ludi attractus votario; quod colludens ille cupiditate ludi attractus votario; quod colludens sit velle iuri suo cedere, lucrir ludere, nec censendus sit velle iuri suo cedere, vt possit perdere, non autem lucrari; nemo enim adeò stultus est, vt id velit, sicut emens maiori iusto pretio, quamuis sciens, & prudens, non videtur cedere iuri suo, vt vendens restitutione liberetur, sed potiùs desiderio rei emptæ, aut alia necessitate ductus excedit in pretio. Sic docent Sotus, & Alcozer ubi præcedenti allegati, Ludouicus Lopez *lib.2. de contractibus.c.21. col.3.* & clarè sentit Rebellus *de iust.p.2.lib.12.q.4. fol.2. num.4.* dicens non excusari hos à restitutione, nisi quando alienare censetur donare. Ad hanc autem donationem præter censetur donare. Ad hanc autem donationem præter sumendam perit aliqua, præter scientiam conditionis ludentis, vt mox dicam, & fauent reliqui DD. n. præcedenti allegati, qui præter paucos, quos retulimus, indifinctè, & absque vlla limitatione, sententiam nostram tenent. Fauet etiam Leonardus *lib.2 de iust.c.26.dub.5 n.38.* vbi tantùm dixit has personas nõ teneri restituere, quando alter sciens earum conditionem cessit iuri suo, quasi sentiens non semper ex illa scientia argui iuris proprij cessionem, sed oportere adesse cedendi voluntatem. Et ideo optimè dixit Sotus, vt hæ personæ à restitutionis obligatione liberæ euadant, oportere, vt alter colludens extra conditionem ludi donationem faciat. Sufficiet etiam, vt bene ait Ludouicus Lopez proximè allegatus, si ex conditione colludentis, & parua quantitate ludo exposita probabiliter præsumtaut animus donandi, idémque animus præsumatur, vt bene ait Rebellus *eo. num.4.* quando colludens nouit alterius conditionem, & non lucrandi, sed recreationis gratiâ ludit, nec res est magni momenti.

Quod si ludens ille cum his personis, certior factus 88
esset de ipsarum ad alienandum impotentia, distinguit sic Franciscus Garcia *de contractibus.p.2.c.19.fol.574.& sequenti.* Si ille ludens fidem habuit eam impotentiam sibi dicentibus, non tenentur hæ personæ aliquid illi restituere, quantumuis lucrum amplius sit, quàm id quod perdere poterant; tunc enim videtur aperiè iuri suo cedere: si autem fidem non habuit, non est visus cedere, ac proinde excessus ille lucri est sibi restituendus, nisi tam modicus sit, vt præsumatur velle remittere. Sed meliùs Ludouicus Lopez *lib.2 de contractibus.c.21. col.3. vers. hinc corollariè sequitur.* ait, in neutro casu præsumi iuris proprij cessionem, sed potiùs illum cupiditate lucri iustè, siue iniustè acquirendi trahi, & ideo in vtroque casu esse excessum restituendum, nisi tam modica quãtitas sit, vt iure optimo attenta dignitate perdentis, & aliis circumstantiis, præsumatur donatio.

Nonò deducitur, quid sentiendum sit de facultate 89
religiosi ad largiendas eleemosynas citra voti paupertatis violationem. Et quidem quadruplex religiosorum genus est. Primum eorum, qui extra religionem viuunt, vt quia beneficium ecclesiasticum habent, vel electi sunt, & de his satis diximus suprà: aut alia iusta de causa ex licentia superioris degunt omnino extra monasterium, & de his dicemus n.98.

Secundum religiosorum genus est eorum, qui sunt 90
Prælati religionis, & hos constat posse, & debere eleemosynas facere de superfluis conuentus bonis, immo etsi superflua non sint, posse arbitrio prudentis competentes, & moderatas, & donationes ex causa iusta, quas decens, aut recta eorum bonorum administratio postulat, quia sunt legitimi administratores. Atque ita docent vniuersi authores allegandi, & specialiter id bene declarat Molina *tom.2. de iust. disput.276. statim in princip. & vers. illud verò.* vbi etiam optimè ait hoc intelligi seruatis ordinationibus, si quæ in eo conuentu sint ex totius ordinis, aut prouinciæ, aut quorumuis superiorum præscripto, circa quantitatem, modum, & dependentiam à maiori parte Capituli, vel ab aliquorum ad id deputatorum suffragio.

Quando autem exigitur licentia cõuentus ad discer- 91
nendum, an sufficiat maiorem conuentus partem consentire, an potiùs omnium illius conuentus assensus requirendus sit, sic distinguendum est. Si bona conuentus possideantur in communi particulariter, ita scilicet, vt singulæ portiones distribuendæ sint inter singulos, secundùm aliquam quotam, est necessarius contensus omnium, quorum interest, vt constat ex *c. cum omnes, de constitutionib.* quippe fieret alioquin singulis non contentientibus iniuria, cùm habeant certam, & determinatam portionem illorum bonorum, quæ in eleemosynam absque illorum consensu erogaretur. At si bona hæc communia possidentur in communi collegialiter, id est, non inter singulos de communitate secundùm aliquam quotam distribuenda, sed dispensantur ab ipsa communitate, vel superiore, satis est maior conuentus pars, vt constat ex *c. cum in cunctis*, & ibi notatis, *de fo.*

quæ sunt à maiori parte Capituli. & sic docent Metina *C. de pœnitentia. tractatu de eleemosyna. q. de quibus bonis eleemosyna facienda, verſ. ero Capitulo tamen.* Valentia 2. 2. *diſp.* 3. *q.* 9. *puncto* 5. *col.* 2. Aragon 2. 2. *q.* 32. *ar.* 8. *col. antepenult. verſ. ſed dubitabit aliquis.*

92 Tertium religioſorum genus eſt eorum, qui religionis Prælati non ſunt, at bonorum monaſterij adminiſtrationem habent, quales ſunt procuratores conuentus. Et ij, cùm non ſint ſuperiores, ſed ſolùm ex ſuperiorum commiſſione adminiſtrationem habeant, nil aliud poſſunt in eleemoſynam, aut aliam iuſtam donationem, aut alienationem expendere, quàm id quod à ſuperioribus illis commiſſum eſt, vt optimè docent D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 32. *art.* 8. *ad* 1. Turrecremata *c. non dicatis.* 12. *q.* 1. *ar.* 8. *n.* 12. Tabiena *verb. eleemoſyna.* 7. 8. *num.* 9. Manuel 99. *reg. tom.* 2. *q.* 57. *ar.* 2. Ludouicus Lopez 1. *p. inſtruct. c.* 156. *col.* 3. *ante* 5. *concluſionem.*

93 Ex quo fit, eos peccare mortaliter contra pauperatis votum, ſi in alios vſus præter deputatos à ſuperiore, quantumuis illi liciti ſint, & communitati deſeruiant, rem expendant abſque expreſſa, vel præſumpta ſuperioris voluntate, quia exercent actum dominij, executionemque adminiſtrationis ſibi commiſſæ mentis. Sic docent Gerſon 2. *p. in reſponſio ad quæſtum quæſtiones ſibi propoſitas. q. penult. alphab.* 14. *litterra S.* Mendoza *in ſuis quodlibetis. q.* 8. *concl.* 1. Manuel 99. *reg. tom.* 3. *q.* 29. *art.* 10. *concl.* 1.

94 Poſſunt etiam eas eleemoſynas, aut donationes facere, quas eiuſdem ordinis procuratores conſueuerunt, quia ſuperior committens officium, cenſetur eo ipſo committere conſueta exerceri per procuratores in illa religione. Sic Azor *tom.* 2. *inſt. moral. lib.* 12. *c.* 10. *quæſt.* 3. Non tamen concedendum eſt obeuntibus munus fatriſtæ, cantoris, pulſantis organa, vel alia ſimilia, vt eo ipſo illis integrum ſit aliquot monaſterij bona in eleemoſynam, vel aliam donationem aliàs iuſtam elargienda ſibi vſurpare. Quod huiuſmodi munus non importet aliquam expendendi neceſſitatem, quale eſt officium habentis adminiſtrationem annexam. Quod fallit cùm his merces aliqua deſtinata eſt, quò munus ſuum diligentius obeant. Quippe tunc eſt tacita in ſuos, aut in alios pios vſus expendendæ mercedis illius licentia, aliàs fruſtra deſtinaretur. Sic tradunt Nauarrus *comm.* 2 *num.* 8. *corollar.* 2. *de regul.* Tapia *auth. ingreſſi. verb. ipſo ingreſſu c.* 5. *n.* 72. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Manuel 99. *regul. tom.* 2. *quæſt.* 57. *art.* 2.

95 Vltimum religioſorum genus eſt eorum, qui in monaſterio verſantur, & hos omnes conſtat nullas eleemoſynas, aut donationes aliàs iuſtas poſſe largiri abſque tacita, aut expreſſa ſuperioris licentia, vt patet ex *c. cum ad monaſterium. de ſtatu monachorum. & c. non dicatis.* 12. *q.* 1. Et ratio eſt, quia nec dominium, nec vllam bonorum adminiſtrationem haberet, ſed ſolum facti vſum, vt docet optimè D. Thom. ab omnibus receptus, 2. 2. *q.* 32. *art.* 8. *ad* 1. Quare ſi aliquid horum abſque prædicta licentia faceret, peccaret contra pauperitatis votum, vt pote qui actum dominij exerceret. Quare minus bene Mendoza *in ſuis quodlibetis. q.* 8. *concl. vlt.* ait non peccare religioſum quantitatem duorum argenteorum expendentem abſque ſuperioris licentia, immo eo contradicente. Ducitur autem, quia quantumuis ſupetior licentiam deneget, id contra rationem efficit, & ideo operatur tunc religioſus ex licentia ſuperioris debita; diſſonum enim rationi eſt, Prælatum velle ſubditum habere, & vile mancipium. Præterea, quia vir irrationabiliter prædictam licentiam denegaret vxori, ob idque denegatio illa non impediret, quin id vxori licitum eſſet, infero eum ſentire religioſum hunc non peccare, quia, quamuis tantùm dicat non peccate mortaliter, cùm non innitatur parvitati materiæ, quod libenter admitterem, ſed debitæ ſuperioris licentiæ, & irrationabili eius negationi, probat apertè eius ratio, nec culpam venialem eſſe. Sed iure optimo Manuel 99. *reg. tom.* 3. *q.* 29. *art.* 10. *ad fin.* hoc reprehendit, quia cùm nulla ſit ratio, nullumque ius cogens ſuperiorem adeius pecuniæ adminiſtrationem religioſo ſolum facti vſum habenti ratione voti paupertatis concedendam, non poteſt dici rationi diſſona denegatio licentiæ; immo cùm ſemper præſumptio pro ſuperiore ſtet, præſumendum eſt, eum iuſta ratione duci; & quando conſtaret non duci, cùm nullo iure teneatur id permittere, ſufficeret ſola eius voluntas interdicentis, cùm religioſus voto paupertatis omne prorſus ius adminiſtrandi abſque ſuperioris licentia à ſe abdicarit. Nec eſt ſimile de vxore, vtpote quæ nullo paupertatis voto ligata eſt; neque etiam id eſt religioſum eſſe inſtar vilis mancipij, ſed inſtar ſubditi ſtricti ſſimam paupertatem ſanctiſſimè obſeruantis. Vtrum autem denegata licentia generaliter, cenſeatur denegata ad hæc minima, dicemus.

96 Sunt autem aliqui caſus à DD. communiter excepti, in quibus huiuſmodi religioſis integrum eſt eleemoſynas erogare, non petito expreſſo ſuperioris conſenſu, eo quod adiit hic tacitus, & iure optimo præſumptus. Primus eſt, cùm pauper extrema neceſſitate laborat: tunc enim ita eſt conſenſus ſuperioris debitus, vt præcepto naturali diuino teneatur conſentire, cùm in ea neceſſitate omnia ſint communia; atque ita fatentur vniuerſi. Quod ſi tamen ſuperior ita pex manibus haberetur, vt abſque moræ periculo poſſit adiri, eſt ipſius licentia petenda, & quamuis deneget, poteſt, & tenetur ſubditus illi ſubuenire. Ratio autem cur hæc licentia ſit petenda, eſt, quia dum ſuperioris eſt bona adminiſtrare, poteſtque adiri, vt ſubueniat, ea poteſtas ad ſubditum non deuoluitur. Atque ita expreſsè docent Alenſis 4. *p. quæſt.* 112. *membr.* 1. Francus *rubr. de teſtamentis. in* 6. *num.* 65. Surdus *de alimentis. tit.* 8. *priuilegio* 79. *n.* 12. Angles *floribus.* 1. *p. tract. de eleemoſyna. quæſt.* 4. *difficul.* 4. & videtur ſentire Nauarr. *ſum. Hiſpana. & L. 1. c.* 17. *numero* 105. & Manuel 99. *reg. tom.* 2. *quæſt.* 57. *art.* 2. vbi dicunt cenſeri tacitam licentiam, quando pauper eſt in extrema, aut grani neceſſitate, ſi ad ſuperiorem aditus non pateat. Dixi videri, & non expreſsè ſentire, quia poſſet dici conditionem illam intelligi de grani neceſſitate; quamuis tamen hæc licentia non peteretur, minimè peccaret in votum paupertatis religioſus ille, quia deeſt debita ſuperioris licentia, nec peccaret mortaliter, ſed tantùm venialiter, quia contra debitã legitimæ ſuperioris adminiſtrationis modum facit.

97 Secundus caſus eſt, quando pauper aliquis magnam paritur neceſſitatem, nec aditus patet ad ſuperiorem, tunc enim adeſt præſumptus ſuperioris conſenſus, vt illi pauperi ſuccurratur. Atque ita docent. D. Thom. 4. *diſtin.* 15. *quæſt.* 2. *art.* 5. *quæſtiuncula* 4. *corp.* Abbas *c. ſi quis. numero* 1. *de furtis.* Roſella *ſum. verb. eleemoſyna.* 1. *numero* 1. Angles *verb. eleemoſyna. numero* 6. & ibi Sylu. *numero* 7. *quæſt.* 5. *dict.* 2. Armilla *numero* 5. Tabiena *quæſt.* 8. *numero* 9. Nauarr. & Manuel numero præcedenti allegati, Toledo *in fine ſumma,* vbi de peccatis mortalibus. *c.* 28. *numero* 1. *caſu* 2. Angles n. præcedenti allegatus.

98 Tertius caſus eſt, quando religioſus ex legitima ſuperioris licentia extra monaſterium vtſatur, cauſa vacandi literis, peregrinationis, aut alicuius negotij peragendi; tunc enim adeſt tacita ſuperioris voluntas, vt ex his quæ ſibi ad victum dantur à monaſterio, vel aliunde, eleemoſynas aliquas moderatas elargiatur; quod tunc deceat eiſdem eleemoſynas largiri, conſuetudòque vniuerſaliter recepta id habeat. Atque ita docent Abb. *c. ſi quis. numero* 3. *de furtis.* Alenſis 4. *p. quæſt.* 112. *membr.* 1. Francus *c.* 1. *in princip. numero* 7. *ne clerici, vel monachi. in* 6. & *rubr. de teſtam. in* 6. *numero* 65. Roſella *verb. eleemoſyna.* 1. *numero* 1. Angles, Sylueſt. Armilla, Tabiena, Angelus numero præcedenti allegati. Idem Angelus *verb. donatio.* 1. *n.* 9. Sylueſt. *verb. donatio.* 1. *q.* 1. *verſ.* 5. Tabiena *verb. donatio.* 1. *q.* 2. *n.* 3. *caſu* 5.

Abulenſis *in c.* 6. *Matthæi. quæſt.* 60. *verſ. dicendum quod ſi aſſignata.* Metina *C. de pœnitentia. tract. de eleemoſyna. q. de quibus bonis ſit eleemoſyna facienda. verſ. redcundo igitur.* Nauarr. *comm.* 2. *num.* 8. *corollario* 1. *de regular. & ſumma Hiſp. & Latin. c.* 17. *numero* 105. Horatius Lucius *de priuilegiis ſcholaſticorum. priuilegio* 88. Tapia *auth. ingreſſi. verb. ſua. c.* 18. *num.* 14. *C. de ſacroſ. Eccleſiis.* Valentia 2. 2. *diſput.* 10. *quæſt.* 4. *puncto* 3. *coral.* 5. Aragon 2. 2. *quæſt.* 32. *art.* 8. *col.* 3. *verſ. ſecundo eſt ſuppponendum.* Bañes *eodem art.* 8. *initio.* Graffis 1. *p. deciſ. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 65. Petrus de Ledeſma 1. *tom. ſumma. tract.* 4. *c.* 3. *concluſ.* 31. Lælius Zecchius 1. *p. ſua ſumma. tract.* 3. *de charitate. c.* 10. *numero* 12. Toledo *in fine ſummæ,* vbi de peccatis mortalibus. *c.* 28. *ad finem.* Azor *tom.* 2. *inſtit. moral. lib.* 12. *c.* 10. *q.* 3. Ludouicus Lopez 2. *ſum. inſtructorij conſcient.* vbi de pœnitẽtia. *c.* 107. *de eleemoſyna. col.* 2. *verſ. circa præcd. doctrinam.* Manuel 99. *reg. tom.* 2. *quæſt.* 57. *art.* 2. Leonardus *lib.* 2. *de iuſtitia. c.* 18. *dub.* 11. *numero* 85. Molina *tom.* 2. *de iuſt. diſſua.* 176. *ad finem.* Mendoza *in ſuis quodlib. quæſt.* 8. *concluſ.* 3.

Atque idem dicendum eſt de eleemoſynis tempore peregrinationis, aut ſtudij collatis; eas enim ſolas moderatas eleemoſynas dare poterit, niſi aliud habeat receptus ſuæ religionis vſus, vt bene tradit Azor proximè allegatus. Immo poſſe tunc donare aliquid conſanguineis diuitibus ratione gratitudinis debitæ ob conſanguinitatem, aiunt Ludouicus Lopez *lib.* 2. *de contractibus. c.* 40. *col. antepenult. verſ. dicimus primò.* & 1. *p. inſtruct. conſcient. c.* 156. *col.* 3. *concl.* 6. Manuel 2. *tom. ſumm. c.* 31. *num.* 5. *verſ. la nona digo.* Et addit Manuel hoc etiam eſſe licitum in remunerationem aliorum quę conſanguinei dant religioſis, & explicat Ludouicus Lopez quantitatem hanc eſſe decem aureorum, & probat vterque, quia eſt præſumpta ſuperioris voluntas. Cæterùm ſi iuſta remuneratio petat hanc quantitatem dari his conſanguineis ob alia ab eis accepta, placet hæc ſententia; vbi autem accepta hanc remunerationem non petunt, nulla eſt ratio ad præſumendam hanc licentiam, nec iuſtè poſſet à ſuperiori concedi, quia dedecet religioſum pauperem dare conſanguineo diuiti, ſed potius ab ipſo accepturus eſt; at modica in ſignum gratitudinis, ac beneuolentiæ admitterem.

99 Tunc autem cenſebuntur eleemoſynæ moderatæ, quando talis religioſus eas eleemoſynas largitur, quas alij ſcholares, aut peregrini honeſti eiuſdem conditionis ſolent erogare, quia tacita ſuperioris voluntas eſt, vt recepta ſimilium conſuetudine ſtet; & ſic tradunt Angelus *ſumma. verb. donatio.* 1. *numero* 9. Sylueſter *verb. donatio.* 1. *quæſt.* 1. *verſ.* 5. Tabiena *verb. donatio* 1. *quæſt.* 2. *numero* 3. *caſu* 5. Metina, Nauarrus vtroque loco, Graffis, Lælius Zecchius, Manuel, Molina numero præcedenti allegati. Et quamquam Nauarr. *to comm.* 2. *numero* 8. *corollar.* 1. & Graffis proximè allegati dicunt poſſe huiuſmodi religioſum eas eleemoſynas erogare, quas alij ſcholaſtici ſeculares, & peregrini ſolent, & fauent Angelus, Sylueſter, Tabiena, Metina, Lælius Zecchius proximè allegati, aiunt enim abſolutè poſſe, quod alij ſcholaſtici, vel peregrini; at melius ait Azor, quod alij eiuſdem ordinis, & conditionis monachi, & fatent Nauarr. *in ſum.* & Manuel proximè allegati: aiunt enim, quod peregrini, & ſcholares ſuæ conditionis. Et ratio eſt, quia cùm religioſi paupertatem profiteantur, non autem ſeculares, conditio religioſorum minimè petit, vt tantam eleemoſynam conferre valeant quantam ſeculares.

100 Quartus caſus eſt, quando religioſi aliquid ſibi ſubtrahunt de iis quæ ad ſuam ſuſtentationem illis tribuuntur, poſſunt enim id in eleemoſynas expendere. Sic Valentia 2. 2. *diſput.* 10. *quæſt.* 4. *puncto* 3. *coral.* 5. Manuel 99. *reg. tom.* 3. *quæſt.* 29. *art.* 10. *concluſ.* 3. allegatúrque Nauarr. *de reddibus eccleſ. quæſt.* 1. *in* 1. *editione. numero* 82. & 84. *in nouiſſima autem monita* 55. *numero* 2. & 4. Sed apertè loquitur Nauarr. ibi de religioſis beneficiatiis, de quibus longè diuerſa ratio eſt, vt notauimus. Verùm hunc caſum reprobant Salon 2. 2. *poſt quæſt.* 62. *tractatu de dominio. quæſt.* 1. *art.* 2. *corollar.* 3. Azor *tom.* 2. *inſtitut. moral. lib.* 12. *c.* 10. *quæſt.* 3. Dicitque Azor hoc non poſſe, niſi adſit tacita, vel expreſſa ſuperioris licentia, quia non eſt eadem ratio in hac parte, ſicut de filiofamilias, aut ſerno, quia monachus non ſolùm acquirit monaſterio, ſed etiam ſuam voluntatem ſuperiori plenè ſubiectam habet. Cæterùm prior ſententia ampleſtenda eſt, cum hac tamen moderatione, quando certa quantitas aſſignatur religioſo ad ſuam ſuſtentationem, ea lege, vt nihil amplius teneatur monaſterium ei date, nec ipſe rationem reddere, ſed vt ſuo damno, vel commodo eam impendat. Atque ita docent Nauarr. *comm.* 2. *num.* 8. *concl.* 1. *de regul. & lib.* 3. *conſil. in* 1. *editione tit. de regularib. conſ.* 75. *num.* 46. & 48. *in* 2. *tit. de ſtatu monachorum. conſ.* 3. *num.* 46. & 48. Abulenſis *in c.* 6. *Matt. quæſt.* 60. *verſ. dicendum quod ſi aſſignata.* Corduba *ſumm. quæſt.* 54. *verſ. la* 3. *manera.* & *verſ. la* 4. *manera.* Nauarra *lib.* 3. *de reſtitutione c.* 1. *in nona editione dub.* 1. *numero* 158. Ludouicus Lopez 1. *p. inſtruct. conſcient. c.* 154. *col. penult.* Aragon 2. 2. *quæſt.* 32. *art.* 8. *col.* 3. *verſ. ex quo ſequitur tertia differentia.* Molina *tom.* 2. *de iuſt. diſſ.* 176. *col. antepenult. verſ. religioſus in conuentu.* Graffis 1. *p. deciſ. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 63. Viualdus *candelabro ſacramentorum p.* 5. *c.* 14. *n.* 87. Azor *tom.* 1. *inſtitut. moral. lib.* 12. *c.* 9. *quæſt.* 6. dicens hoc eſſe verum ante motum proprium Clementis VIII. de non largiendis muneribus per religioſos: at hodie non eſſe licitum, niſi ſeruata eius motus proprij forma. Sed iam diximus num. 42. cum motum proprium non eſſe in Hiſpania receptum. Et à fortiori hoc poterunt religioſi ex legitima licentia viuentes extra conuentum, nec ab eo recipientes aliquid, ſed ſuo labore, & induſtria, ac eleemoſynis victum comparantes, vt optimè docent Nauarr. *eodem comm.* 1. *numero* 38. Corduba, Nauarra, Ludouicus Lopez proximè allegati. An verò ſi finalè expendat, teneatur accipiens reſtituere, diximus numero 30. & 33. Nec obſtat quod dixit Azor pro priori ſententia allegatus, non poſſe hoc religioſum abſque tacita, vel expreſſa ſuperioris licentia, quia, vt optimè ait Nauarr. *vtque conſ.* allegatus, nullatenus eſt huius ſententiæ mens, poſſe hoc monachum abſque tacita, vel expreſſa licentia ſuperiorum; ſed cenſet eo ipſo quod certa quantitas prædicto modo ad ſuſtentationem religioſo tribuitur, cenſeri tacitè concedi licentiam expendendæ quantitatis, quam ſibi ſubtraxerit, in alios pios, aut honeſtos vſus, idque in dubio præſumi, niſi ſtatuta religionis, aut ſuperioris præcepto quid reſtringatur. Ex quo infero idem etiam cenſendum de ſudis honeſtis, quia hi pertinent ad honeſtos vſus, honeſtámque recreationem.

101 Sed adhuc eſt difficultas, an hic quoque caſus ſit verus in religioſo commorante intra clauſtra? Nam Mendoza *in ſuis quodlibetis. quæſt.* 8. *concluſ.* 3. & Manuel 99. *reg. tom.* 3. *quæſt.* 29. *art.* 10. *concl.* 1. id negant; atque Nauarrus *to comm.* 2. *num.* 8. & Graffis, & Viualdus numero præcedenti allegati loquuntur de religioſo extra clauſtra commoranti. Cæterùm nullam diſcriminis rationem inuenio, ſed idem dicendum eſt de religioſo intra clauſtra commorante, cui prædicto modo datur certa quantitas ad victum, quia ea videtur tacita mens ſuperiorum, vt quod ſibi ſubtraxerit, poſſit in eleemoſynam, & alios honeſtos vſus expendere. Et ita Abulenſis, Nauarrus *vtque conſil.* Valentia, Aragon allegati numero præcedenti abſolutè loquuntur de religioſo, cui prædicto modo datur certa quantitas ad victum, & Molina allegatus numero præcedenti dicit, ſiue in conuentu, ſiue extra conuentum viuat.

102 Inſuper eſt difficultas, an religioſo extra conuentu

tum viuenti, cum iusta licentia conuertendi in suos vsus quæsita aliunde, quàm ex bonis monasterij, integrum sit conuertere ea bona in quoscunque pios vsus, & capellanias instituendas? Affirmant Nauarrus *comm. 2. numero 41. de regular.* & Ludouicus Lopez *lib. 2. de contractibus. cap. 40. paulo post principium.* Ducuntur, quia cùm anima sit pretiosior corpore, potiùs dicitur pecunia in vsus proprios conuersa, quando conuertitur in vsus pios, animæ vtiles, quàm dum in corporis vsus, & quanto eleemosynæ ampliores sunt; eo magis animæ sunt vtiles. Sed iure optimo Molina *tom. 1. de iustit. disp. 140. col. 1. 2. vers. idem dicendum est*, ait, his religiosis concedi vtique eleemosynas, & donationes honestas suo statui conuenientes; at se non audere tam amplam facultatem eis concedere, vt possint capellas de bonis ita acquisitis instituere: tum quia id excedit religiosi statum, nec voluitas inde consurgit, sed augetur conuertendo ea bona in monasterij vtilitatem, quod etiam opus pium est: tum etiam, quia similis dispositio non permittitur homini seculari, habenti ascendentes, nisi de tertia bonorum parte in hoc regno, nec habenti descendentes, nisi de quinta parte, vt constat ex legibus Tauri. Hoc tamen limitarem iuxta dicta n. 34. nisi religiosus ille commoditatem, & dispensationem haberet ex licentia Pontificia independenter à monasterio suo, & à Prælato.

104 Quintus casus secundùm aliquos est, quãdo res quæ in eleemosynam erogantur, sunt parui momenti, & quę communiter solent dari pauperibus ostiatim mendicantibus: has enim eleemosynas possunt religiosi facere, quia iure optimo præsumitur ea superiorum voluntas. Sic Aragon 2. 2. *q. 32. art. 8. col. 3. versę ex quo sequitur tertia differentia.* & fauet Graffis 1. *par. decis. lib. 3. c. 5. n. 61.* vbi relata Glossa *Clement. 2. verb. fragmenta de censib.* ait, fragmenta, quæ ex religiosorum mensa supersunt, posse religiosum in eleemosynas erogare. Sed Glossa id non apertè dicit; tantùm enim ait, panes integros, qui ex mensa leuantur, non posse inuitis monachis eleemosynarium in eleemosynas expendere. Et ideo neutrum mihi placet, nisi consuetudo religionis habeat, vt quilibet priuatus religiosus eas eleemosynas eroget, quippe cessante hac cõsuetudine, superioris est ea distributio.

105 Vltimus casus est, quando religioso siue in claustro, siue extra claustrum viuenti certi annui redditus, siue de bonis conuentus, tãquam benemerito, siue à parentibus, siue à consanguineis, siue ab aliquo alio ad sumptus suos, atque vtum, consentiente monasterio, aut dispensante summo Pontifice, conceduntur, & cuiusdam bona ex licentia Prælati concessa sunt ad vsum suũ, & dispositionem, si non est facta aliqua restrictio, potest eleemosynas, & alias donationes religiosum decentes facere. Sic Molina *tom. 2. de iust. disp. 276. col. antepenult. vers. religiosus in conuentu.* Immo optimè Nauarrus *comm. 4. n. 68. de regular.* ait non solùm id peculium, sed etiam occasione eius acquisita posse in vsus licitos expendi ab eo religioso, vt liquid eo sua industria lucratus est, vel superfluit, quia concedens principale, videtur etiam concedere accessorium. *l. cum principalis. ff. de reg. iuris.* Item, quis filiusfamilias, & seruus perinde possunt administrare quæsita proprio peculio, ac ipsum peculium; *arg. l. 2. & 3. §. si familia familias. & l. si duæ. ff. de peculio.*

106 Tandem in iis omnibus casibus præter primum extremæ necessitatis, id maximè obseruandum est, in nullo illorum posse religiosum eas eleemosynas erogare, contradicente superiore. Ratio est, quia solus extremæ necessitatis casus dat ius religioso conferendæ eleemosynæ inuito superiore, vt optimè tradunt D. Thom. 2. 2. *q. 3. art. 8. ad 1.* Alensis *4. p. q. 111. membr. 1.* Turrecremata *c. non dicatur. 12. q. 1. art. 8. n. 12.* Abulensis *in c. 6. Matth. q. 60.* Graffis 1. *p. decis. lib. 3. c. 5. n. 63.* in cæteris autem exigitur licentia tacita, vel expressa superioris. Ergo quando hæc non adest, immo contradictio, nequibit religiosus hanc eleemosynam erogare; & ita docent Aragon 2. 2. *q. 32. art. 8. col. 3.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 11. c. 10. q. 3. & tom. 1. lib. 11. c. 11. q. vlt.* Leonardus *lib. 2. de iust. c. 18. dub. 11. n. 85.* Addit autem bene Azor vtroque loco, idem dicendum esse, si consuetudo religionis non permitteret in his casibus erogari eleemosynam, quia tunc nõ adest præsumpta licentia. Addit etiam Azor *ex c. 11. q. vlt.* non posse etiam religiosum in his casibus donare, quando donatio esset contra formam motus proprij Clementis VIII. de non largiendis muneribus per religiosos. Sed, vt diximus, hic motus proprius non est in Hispania receptus.

107 Quamuis autem superior interdicat his eleemosynis largiri, nõ videtur interdicere moderatas, & consuetas, sed tantùm videtur velle ne modum excedant, sicut de vxore, cui eleemosynas vir interdicit, asserunt communiter DD. Sic Mannel *qq. reg. tom. 2. q. 57. ar. 2. in fin.* vbi bene addit, superiori has quoque eleemosynas expressè prohibenti teneri religiosum obedire, quamuis ipsemet Manuel *eodem tom. 2. q. 47. art. 4.* minus bene dixerit, voluntatem hanc esse rationi dissonam respectu fratrum Minorum, & ita non teneri eos obedire.

108 Quod si petas, an prædictæ donationes, & eleemosynę possint fieri à fratribus Minoribus. Breuiter dico cum Manuele Rodrig. *qq. reg. tom. 2. q. 47. art. 4.* latiùs id probante ex diuersis sui ordinis Minorum decretis, quatuor exigi conditiones, vt fratres Minores possint has donationes facere. Prima est, vt res donata sit parui valoris. Secunda, quod in Capitulis generalibus, vel prouincialibus extra illa à Generali, Prouincialibus, & Custodibus, eorumque commissariis ordinatum fuerit, vt de prædictorum superiorum licentia fiat: Guardiani enim ex vi sui officij non possunt eam licentiam concedere, nisi consuetudo aliud obtinuerit, sicut hodie obtinet; nam eo ipso quod Guardiani instituuntur, censetur ipsis concessa facultas huius licentiæ dandæ. Et quamuis absque prędicta licentia integrum sit fratribus Minoribus, libros, vestes, vel alia similia sibi inuicẽ accommodare, at dare sibi inuicem minimè licet, nisi ex superioris licentia. Pro minimis autem ait sufficere licentiam interpretatiuam, quando Prælati id sciunt, & liberaliter permittũt. Quod autem ibi addit hoc licere, quamuis Prælatus contradicat, iam reprobauimus num. 105. Tertia conditio sit, vt res donanda sit res mobilis, immobilia enim nullo pacto possunt donare, vt partem domus, aut horti. Et vltima conditio, vt res donata non sit pecunia, illam enim non possunt donare, nisi authoritate donantis, neque remittere partem pecunię eis legatæ; nec Syndicus Pontificis id facere potest, nisi quando in vtilitatem fratrum cederet, vt ad vitanda litigia, vel diuturnas solutiones.

109 Decimò deducitur, accipientem à religioso aliquid absque legitima superioris licentia, expressa, aut tacita, teneri id restituere, quod vniuersi fatentur, cùm religiosus ille careat potestate dandi. Quod intellige, quando res extat, aut si res non extat, accepit mala fide: nam si bona fide accepit, & res apud illum non extet, tenetur id solùm in quo factus est locupletior, restituere. Quod commune est in quacunque materia possessoribus bonæ fidei; atque ita tradunt Corduba *summa. q. 109.* Nauarra *lib. 5. de restitut. c. 2. p. 3. in noua editione. dub. 3. n. 182.* Sayro *el. ius regia. lib. 9. c. 16. n. 21.* Manuel *tom. 2. sum. c. 31. n. 7. vers. lo tercer dipa.*

Bona autem hæc non bene à religioso expensa, quæ diximus esse necessariò à recipiente restituenda, Abulensis *in c. 6. Matth. quæst. 37. vers. nunc dicendum, & sequentibus.* dicit, si religiosus habeat administrationem, & sit correctus, esse eidem restituenda; si verò non sit correctus, aut non habeat administrationem, restituenda esse monasterio, nec satisfieri restituendo ei, nisi restituens sit certus id esse in monasterij vtilitatem. Alij verò dicunt ea restituenda monasterio, quippe illud habet

habet legitimum eorum bonorum dominium. Sic Sylues. loquens indistinctè de bonis sic expensis *verb. religio. c. 9. 7. notabili 2.* Mol. *tom. 1. de iustitia. disputatione 140. col. 9. vers. si aliquid restam.* Manuel *qq. regul. tom. 2. q. 125. art. 2. fin.* & *2. tom. summæ c. 40. n. 4.* Nauar. *lib. 5. de restitut. cap. 1. in noua edit. c. 3. dub. 1. n. 169. circul. 3.* & loquũtur hi tres DD. quando ea bona sunt peculij concessi ei religioso ad eius vsum; & Molina, & Manuel loquuntur etiam si interdictum sit monasterio se intromittere in id peculium. Idem docet loquens de bonis, quæ ab alio accepit religiosus, idem Molina *eodem tom. 1. disp. 94. col. 9. vers. si quid fornicaria*, atque ita dicendum est. Sed hoc temperat Manuel *ex. c. 40. n. 4.* si monasterium sit capax bonorum; quod si incapax sit, air erogandum in eleemosynam illi monasterio. Sed hoc displicet, quia si necessariò est restituenda ea pecunia monasterio, nequit dici eleemosyna, & si verè est eleemosyna, respectu illius monasterij non erit ei debita, sed poterit accipiens retinere. Quare dicendum est, teneri ei monasterio restituere, quia etsi illud sit dominij incapax, at habet legitimum vsum, & administrationem eorum, quæ religioso illius donantur. At potest monasterium ex rationabili causa condonare, vt ad consulendum famæ illius religiosi, vel ratione paupertatis recipientis, qui iam consumpsit, vt bene docet Molina *tom. 1. de iustitia. disput. 94. col. 9. vers. si quid fornicaria.* & ego credo id posse ipsum superiorem, quando talis est res, de qua ipse ex iusta causa absque conuentu disponere poterat, quamuis initio ipsemet turpiter dedisset.

110 Possent tamen restitui ea bona ipsimet religioso, nisi timeretur, vanè illum, & contra Prælati voluntatem iterum consumpturum, aut nisi semotus esset ab eorum bonorum administratione, vt bene docet Molina *tom. 1. de iust. disp. 120. paulo post principium*, & quando creditur, non malè expensurum, tenet Rebellus *de iust. par. 1. lib. 1. q. 1. sect. 2. num. 9.* addens, vel quando religiosus est valde à suis maioribus remotus. Similiter possent illi restitui, quando antea habebat licentiam eas pecunias expendendi in proprios vsus, nec timetur fore, vt iterum malè expendat, & docet Alcozer *lib. de Iudo. c. 18. dicto 1.*

111 Hinc deducitur solutio eius quæstionis, an soluens religioso pecuniam ab eo mutuò acceptam, vel in depositum traditam, liberetur? Quidam sic distinguunt: si contractus fuit à monacho initus non interueniẽte aliquo Prælati facto, liberatur monacho soluens; secus si factum Prælati interuenit. Sic tradunt Bart. per eum textum. *l. cum qui ita stipulatur. 56. §. qui sibi. ff. de verb. obligat.* decisio capellæ Tholosanæ *122. num. 1. & 2.* Baëza *de iuoper debitore. c. 17. n. 3.* Manuel *qq. regul. tom. 3. q. 16. art. 6. ti.* Hinc inferunt Bart. *l. si vnus. 27. in fin. princip. ff. de pactis. & l. filius. 23. n. vnico. C. de pactis.* & ibi Bald. *in fin.* Paulus *ex l. si vnus, in princip. num. 3.* Matthęus de Afflictis *decis. Neapol. 147. n. 2.* & ibi Cæsar Vrsillus *in annotationibus. n. 3.* Euerardus *loco à seruo ad monachum. n. 8.* Beneuentus *lib. de mercatura. tract. de adiellis. p. 3. n. 36.* decisio capellæ Tholosanę, & Manuel proximè allegati, liberari debito soluentem mutuum, vel depositum absque Prælati licentia religioso, qui ea tradiderat. Sed quantùm in foro externo hoc ita se habeat, in foro tamen conscientiæ seruanda est distinctio tradita duplici n. præcedenti. An verò hæc restitutio verum habeat in religiosis Societatis IESV solis biennij votis astrictis, & in Commendatariis, diximus suprà c. 8.

112 Sed difficultas est, an religiosus ipse teneatur restituere, alio non restituente? Qua in re sic distinguendum censeo. Si ex bonis monasterij fuit ea donatio, tenetur religiosus ille inducere eum cui dedit, vt restituat monasterio; quod si nolit, & habeat religiosus ille redditus aliquos ex debita licentia, vel aliam supellectilem, tenebitur ex his restituere monasterio. Quippe quamuis horum proprietatem non habeat, vsum tamen à se abdicare potest, & tenetur. Sic docent Nauarra *lib. 3. de restitutione. c. 1. in noua editione. p. 5. dub. 3. n. 185.* Sayro *el. ius reg. lib. 9. c. 16. n. 22.* Manuel *2. tom. summæ. c. 31. n. 7. vers. lo terce dipa.* & consonant Nauarro *lib. 3. consil. in 1. edit. tit. de regularibus. cons. 75. n. 5. in 2. tit. de iust. monasteriorum. cons. 5. n. 5.* vbi de modis, quibus religiosus potest restituere ordini suo damna, referens se ad suum tractatum *de reddibilibus. q. 2. monito 20. & q. 3. monito 34.* vbi ait posse restituere, & quamuis non explicet teneri, id tamen videtur innuere, ex suaque doctrina id colligitur; nam tenetur restituere eo modo quo potest, vt si ad aliqua negotia mittatur, detrahendo sibi aliqua, quæ honestè expendere posset, auferendo sibi partem cibi, aut vini, quæ ipsi, vt aliis sunt propinanda. Nec obstat (ait *num. 6.*) monachos teneri reddere communitati omnia, quæ ex vestibus, cibis, & aliis necessariis eis datis superfuerint, iuxta suorum ordinum statuta, quia ea intelligi debent quoad effectum nõ distribuẽdi ea in alios vsus, vel non dandi aliis, non tamen quoad effectum, vt ea detrahere sibi nequeant in vtilitatem monasterij pro suę conscientiæ exoneratione. Atque hoc posterius tradit etiam Molina *tom. 1. de iust. disp. 140. col. 11. vers. penius distinguerem*, vbi ait monachum furantem ab extraneo, teneri restituere ea eo quod habet ex licentia Prælati suæ liberæ dispositioni relictum. Id aut quod aiunt prædicti DD. teneri inducere accipientem, vt restituat monasterio, intelligo verum, quando est spes proficiendi, atque id potest religiosus absque suæ famæ nota, & absque alio graui detrimento. Nec obstat quod tradunt Rosella *verb. monachus. n. 7.* & ibi Armilla *n. 11.* Tabiena *n. 11. q. 10.* Sylues. *verb. religio. 8. q. 3.* vbi dicũt monachum hunc non teneri restituere, eo quod careat bonis: nam farentur ipsi obligationem, excusant autem eo quod non habeat, quo satisfaciat. Quare ipsum non excusarent habentem prędicto modo peculium, quo restituat. Si autem bona ea sint peculij sui, vel quæ habebat ex licentia superioris liberæ suæ dispositioni relicta ad vsus licitos, & malè expendit, sic distinguendum est. Si monasterium sit læsum, eo quod religiosus ille sit expensurus plus ex bonis monasterij, ratione illius peculij malè expensi, aut id conuertendum erat in res, in quas monasterium erat successurum, tenetur id damnum monasterio restituere: si verò non est læsum monasterium, quia ea bona esset omnino consumpturus ille religiosus, & ideo minus consumpsit, non tenetur restituere monasterio, tum quia totum damnum soli eius religioso illatum est, tum etiam, quod accipiens satisfaciat restituendo ipsimet monacho, vt iuxta licentiam quam habet, bene expendat, vt diximus n. 109. Cùm ergo ipse ius expendendi habeat, nullum detrimentum intulit monasterio, & sic non tenetur religiosus illi restituere; si autem extraneo religiosus damnum intulerit ex bonis, quæ ratione ipsius acquirit, habes infrà.

113 Quod si petas, an possit Prælatus impedire, ne ex eo peculio restituat damnum illatum extraneo. Nauarrus *comment. 2. de regularib.* sentit clarè non posse impedire, quia ait monachum teneri id damnum refarcire, quatenus id peculium sufficit, præsertim si religiosus ille extra monasterium ex licentia Pontificis habitet, cum facultate conuertendi quæsita in suos vsus. Sed nõ placet, quia cùm id peculium sit monasterij, non cogitur illud expendere in solutionem damni per monachum illati; & eatenus tenetur monachus illi satisfacere, quatenus libera eius administratio per Prælatum concessa est. Cùm ergo Prælatus non teneatur eam concedere, & concessam possit auferre, poterit similiter impedire, ne ex peculio monachi dato ipse satisfaciat. Nec obstat, quandoque id peculium ita concessum esse, vt monasterio non acquiratur, & id dependat, se in illud intromittens: quia hoc non obstante fructus ex illo perceptos potest monasterium auferre monacho; nec etiam ex fructibus illis, aut percipiendis, potest aliquid disponere, nisi ex Prælati licentia.

114 Vtrùm autem debens aliquid monasterio satisfaciat, debitòque liberetur, si in religione profiteatur? Affirmant aliqui per tex. *l. 2. ff. de capitis diminutione*, ibi; *ceterùm sunt amissione civitatis, sine libertatis contingat capitis diminutio, cessabit hoc edictum, neque possunt his penetus contenuri*; iuncta doctrina Baldi *ibi, statim in princip.* vbi hæc ait. *Nota argumentum de ingresso monasterium, qui erat debitor monasterij, non videtur quod ingressu confunditur actio.* Atque ita docent Marcus Mantua *sing. 30. §. aliquis est debitor. numero 1. & 2.* Baeza *de inope debitore. c. 1. numero 67.* Limitant, si ingrediens non sit soluendo. Cæterùm existimo hoc esse verum, quando ratione huius religiosi bona aliqua comparauit monasterium sine ante, siue post professionem, hæreditate, donatione, vel industris, aut opera acquisita, ei debito soluendo sufficientia, quia, vt dicemus, huiusmodi bona non cedunt monasterio, donec monachus creditoribus satisfaciat. Quare sicut illis satisfaciendum esset aliis creditoribus, ita quoque solutum censetur monasterio illa capienti. Si autem nulla bona obuenerè monasterio, vel non sufficientia, non video cur monachus ille non teneatur satisfacere monasterio eo modo, quem numero 12. explicuimus, cùm oblatio personæ per professionem facta nil prorsus conferat ad satisfaciendum pecuniario debito, cùm nec ea tanquam quid spirituale, sit pretio æstimabilis, gratisque fiat ob Dei amorem. Non poterit tamen religiosus hic conuenti pro eo debito tanquam ciuiliter mortuus, sicut nec capite diminutus; & hoc est quod decidit *ex l. 4.*

115 Vltima conclusio. Religiosus non adhibens eam diligentiam in rebus sibi permissis conseruandis, quam homines communiter adhibere solent, sed culpa sua lata res illa deterioratur, aut perditur, peccat in votum paupertatis. Ratio est, quia hoc est proprium domini, posse rem illam consumere, ac deteriorem pro libito suo facere. Præterea, quia religiosus solum facti vsum habet in rebus sibi concessis, id est, iuxta vtendi in suam vtilitatem. Ergo inutiliter rem consumẽs peccat in paupertatis votum. Sic Leonardus *lib. 1. de iust. c. 41. dub. 9. n. 79. vers. 10.* vbi bene addit, non videri hoc ita seuerè interpretandum in religioso, vt hic teneatur ex culpa leui, quando rem in suam vtilitatem recepit, nempe non adhibens diligentiam, quam homines diligentes solent adhibere, sicut tenetur commodatarius in suam vtilitatem rem commodato recipiens, iuxta *cap. cum. de commodato. & l. in rebus. vers. hoc itaque. ff. commodati.* Quando autem interfuit ex culpa lata, an teneatur restituere, dicendum est, sicut diximus n. præcedenti de religioso alienante absque debita licentia, quia eadem est ratio.

CAPVT XX.

An vitium proprietatis in religioso, quo aliquid absque superioris licentia vsurpat, aut alienat, sit semper culpa lethalis, & duplex, culpa sacrilegij, & furti, ac quibus pœnis subiaceat?

SVMMARIVM.

An vitium proprietatis in quacunque leui quantitate sit mortale? refertur quædam sententia. num. 1.
Explicatur sententia authoris. num. 2.
Quando sit parua quantitas, & in comestibilibus excusans à mortali. num. 3.
An ea dem quantitas ad mortale sufficiens, satis quoque sit, vt peccatum proprietatis conseatur reseruatum? n. 4.
An sufficiat quantitas, quæ per se non sufficit ad mortale furtum sed sufficit ratione circumstantiæ personæ, aut damni secuti, & quid è contrà, quando ex se sufficeret ad mortale, at non sufficit ratione diuitiorum personæ? n. 5.
Quid quando necessaria quantitas sufficiens ad furtum mortale vsurpatur ad solum vsum temperantiæ? n. 6.
An semper peccatum proprietatis in religioso habeat malitiam duplicem, nempe furti, & sacrilegij? num. 7.
An possit esse peccatum proprietatis in religioso absque furto? n. 8.
An possit duplici titulo concurrere vtraque circumstantia, necessario explicanda in confessione? n. 9.
An possit esse solum peccatum furti in religioso? num. 10.
An religiosus iniuitus cum propria, sit in strepitu cum pecunia illa sepeliendus, & sepulcro in loco sacro, sit exhumandus? n. 11.
An sit à monasterio expellendus? n. 12.
An carat voce aliena, & passiua? n. 13.
An sit excommunicatus? n. 14.

TRiplex difficultas petitur. Prima est, quæ quantitas requiratur, vt ex fine licentia superioris vsurpata ad peccatum lethale deueniatur. Secunda est, an ad duas peccatorũ species, furti scilicet, & sacrilegij, simile peccatum pertineat. Tertia denique, quibusnã pœnis subiaciatur delinquens. Et quidem de prima valde rigidè loquuti sunt nonnulli, existimantque minimè posse crimen hoc ex materiæ paruitate esse veniale, quod sit cõtra votum maximè conducens ad status religiosi cõtestationem. Hi sunt Gerson *1. p. in responsis ad quæsita quæstionis, sibi propositas 9. penult. alphabeto 24. littera S.* explicãs esse mortale, licèt situm, aut acum absque expressa, aut tacita superioris licentia religiosus accipiat. D. Anton. *3. p. tit. 16. c. 1. §. 11. not. ab. 1.* Passarellus *super privilegia Minimorum. tract. §. 43. tit. de proprietate abdicanda. vers. verum quando.* Viualdus *candelabro sacramentorum. 4. p. c. 14. n. 68.*

Cæterùm verissima sententia est, posse hoc crimen, quod ex suo genere grauissimum mortale est aduersùs paupertatis votum, reddi veniale ex materiæ paruitate, quippe siue illud consideremus, quatenus furtũ est, eo quod res aliena vsurpetur absque domini licentia, siue quatenus sacrilegium est contra votum paupertatis, datur materiæ paruitas, culpa lethali liberans; ea enim & in furto, & in voti fractione datur. Atque ideo hãc partem sustinent Maioris *4. d. 38. q. 9. concl. 5.* Nauarr. *lib. 3. cons. in 1. edictione. tit. de regularibus. cons. 75. num. 18. in 2. tit. de status monachorum. cons. 3. n. 18.* Corduba *summa. q. 109.* Mẽdoza *in suis quodlibetis. q. 8. concl. vlt.* Viualdus *candelab. sacramentorum. 3. p. c. 14. n. 84.* Ludouicus Lopez *1. p. instruct. conscientiæ. c. 1 56. cãd. 5.* Graffis *1. p. decis. lib. 5. c. 5. n. 49.* Manuel *qq. reg. tom. 3. q. 29. nr. 10. concl. 8.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. c. 12. q. 6.* Rebellus *tractatu de iustitia. p. 1. lib. 3. q. 15. sect. 3. num. 12.*

Sed rursus difficultas est, quæ dicatur parua quantitas excusans à mortali. Qua in re communis, & verissima sententia est, eam quãtitatem necessariam esse, & sufficere, quæ necessaria est, & sufficit in hominibus secularibus ad constituendam materiam peccati mortalis furti. Quia hoc proprietatis peccatum se habet instar furti. Sicut enim in furto res vsurpatur inuito domino, ita in peccato proprietatis res vsurpatur inuito superiore, cui per votum paupertatis omnes suas actiones quoad recipiendum, retinendum, aut distribuendum aliquid pecunia æstimabile religiosus subiecit. Atque ita docẽt Nauarr. Corduba, Graffis, Rebellus, Manuel, Azor n. præcedenti allegati, & id videtur supponere Metina *lib. 1. summa. c. 10. fin.* ait enim reseruante superiore peccatũ proprietatis, vsurpantis duos argenteos, non censeri reseruatum minoris quãtitatis; & hic cùm supponat posse reseruare, videtur supponere esse mortale. Et Patet N. Generalis Claudius Aquauiua iussit, re cũ peritissimis consultata, ita obseruãdum in Societate Iesv. Dicunt autem Nauarr. *n. 19.* & Corduba sufficere vnum argenteũ, vt sit culpa lethalis, qui ia idem censent in furto. at Ludouicus Lopez censet esse paruam quantitatem, vnum argenteum, & Mendoza adhuc censet esse paruam, duplicem argenteum; & Rebellus n. præcedenti allegatus censet quantitatem hanc pensandam esse iuxta quantitatẽ petitam ad furtum mortale illiorum, quia nõ sunt Prælati credendi

credendi magis inuiti quoad rem clàm acceptam à religiosis, sed quoad solum modum, quàm parentes carnales eius filios suos, cùm non minus, sed magis subditos diligere debeant. Et ita non debent censeri inuiti quoad rem acceptam eiusdem quantitatis, in qua pater carnalis honestè conditionis inuitus non censeretur. Item, quia religiosi ius habent, vt ex eis bonis alantur à monasterio, sicut filij ex parentum bonis. Fateror tamen esse mortale, si tres, aut quatuor argenteos furentur. At neutrum credo. Non prius, quia filij non sunt voto paupertatis adstricti, nec eorum statum dedecet aliqua possidere, & sunt necessarij bonotum parentis hæredes, & ideo iure optimo præsumitur parentes non esse adeò inuitos quoad rem acceptam; & idcirco melius alij DD. absolutè tradidère, quantitatem pecuniæ ad mortale in materia furti, sufficere ad violandum paupertatis votum. In comestibilibus autem id placet, vt explicabo cap. sequenti numero 21. Non etiam placet posterius, quia, vt suo loco latius dicemus, tam hodie communior sententia est, exigi in Hispania furtum quadruplicis argentei ad mortale. Atque idem dicendum est ad mortalem religiosi proprietatem.

4 Absque fundamento autem addidit Corduba ibidem, quamuis quantitas vnius argentei satis sit ad proprietatem mortalem contra votum constituendam, non tamen satis esse, vt censeatur peccatum superiori reseruatum, quando transgressio voti paupertatis reseruatur. Quia ad eam reseruationem, sicuti in cæteris casibus reseruatis contingit, id solùm exigitur, vt peccatum mortale sit, sicut quando reseruatur incestus, furtum, &c. Atque ita dixit Clemens VIII. in motu proprio de casuum reseruatione pro regularibus, casu 4. numerans inter peccata quæ à superioribus religiosorum reseruari possunt, violationem voti paupertatis quæ sit mortalis.

5 Sunt tamen circa quantitatem hanc duo maximè obseruanda. Prius est, dum dicimus eam quantitatem exigi, & sufficere ad mortalem proprietatem contra votum, quæ sit est ad furtum mortale in secularibus, intelligi de materia sufficienti ex se ad furtum, seclusis personæ adiunctis quam committitur circumstantiis. Verbi gratiâ, furari acum à tartore, est quandoque lethale, occasione damni cessantis operarum tartoris, & ab homine paupere multo minorem quantitatem, quàm à diuite, & respectu Principis exigitur maior quantitas: at id acus furtum, aut rei paruæ à paupere, quod commissum à religioso esset in genere furti peccatum mortale, non esset mortale in genere proprietatis contra votum admissæ, & sic reseruato proprietatis peccato, non conseretur hoc reseruatum, et è contrà in genere furti, si, exempli causâ, esset veniale à Rege furari octo argenteos, at in genere peccati proprietatis esset mortale. Quippe furti malitia consurgit ex damno illato proximis, ac proinde quandoque maior, quandoque minor quantitas constituit illud mortale; at peccatum proprietatis solam vot, transgressionem respicit, qua inuito superiore aliquid sibi religiosus appropriat, & ideo, nec augetur, nec minuitur quantitas hæc petita ad mortale ex magnò, aut parvo damno illato, cùm in vtroque eueniat æquè actus dominij exerceatur, appropriando sibi aliquid absque superioris voluntate. Quamobrem dicendum est exigi, & sufficere eam quantitatem, quæ communiter seclusis in personæ circumstantiis satis esset ad mortale, quam diximus in Hispania esse quatuor argenteorum. Pro qua etiam doctrina fuit, quod communiter DD. neoterici tradunt tractantes de furto, qui dicunt excommunicationem latam in furantes, eos solos ligare qui furtum ex se lethale admisère, ac excusant id quod ratione solius personæ est tale, vt acus à tartore.

6 Posterius est, non semper quantitatem in se notabilem absque licentia accepeam satis esse ad mortale proprietatis peccatum. Quia res magni valoris potest ad solum breuissimi temporis vsum modici valoris vsurpari, reddenda statim; & ideo erit sola culpa venialis in votum.

Secunda difficultas est, an peccatum proprietatis in religioso habeat duplicem malitiam, alteram furti, & alteram sacrilegij? Breuiter respondetur, cõmunes vtraque malitia eam proprietatem vestiri; cùm si religiosus vsurpet aliquid de bonis monasterij, & tribuat alteri absque expressa, aut tacita licentia, manifestè est furtũ, quia contra domini voluntatem, qui est monasterij, res vsurpatur; & proprietas, quia absque superioris licentia, vt bene tradunt Corduba *sum. q. 109.* Nauar. *lib. 3. de reliq. c. 1. p. 3. in nouo edit. dub. 3. n. 181.* Sayro *in claui regia. lib. 9. c. 16. n. 21.* Atque idem euenit, etsi religiosus rem sic vsurpatam non alienet, sed sibi retineat, quippe id inuito domino, & absque superioris licentia efficit; & vtraque eadem malitia reperitur, si secularis concedat religioso eam rem quoad proprietatem, vel quoad vsum, quod eo ipso ea proprietas, & vsus acquiratur monasterio, & ideo inuito domino, & absque licentia ea vsurpet religiosus.

Dixi autem regulariter ita contingere, quia potest esse solum proprietatis peccatum in religioso, vt si secularis det illi aliquid ex lege, ne monasterio acquiratur, est proprietas, eo quod absque superioris licentia illam accipiat, non autem furtum, quia ex voluntate domini accipit; nec refert monasterium esse inuitum, eo quod nihil illi quæsitum sit. Similiter contingit reperiri solam proprietatis malitiam, quando religioso datur aliquid à vero domino, cuius acquirendi est incapax monasterium, vt si religioso Minorum deuitur annui redditus, erit proprietas, sed non furtum, quod ex voluntate domini acceperit, nec monasterio aliquid acquisitum sit, vtpote quod incapax acquirendi est, vt eius contradictio efficiat eam acceptionem esse furtum.

Similiter poterit contingere duplici titulo concurrere vtramque circumstantiam, ac necessario explicandam in confessione, vt si quis ex rebus conuentus, vel secularis etiam eius licentia interueniente, dummodo non apponat conditionem, ne acquiratur monasterio, & monasterium sit capax acquirendi, aliquid absque superioris licentia accipiat, & absque eadem id distribuat, erit duplex malitia furti, duplex etiam malitia proprietatis. Prior in acceptione, vt explicuimus num. 8. posterior autem in distributione, cùm iterum hæc absque superioris licentia, & inuito domino fiat. Sicut qui voto religionis adstrictus ducit vxorem, & consummat, peccat bis, scilicet, semel ducendo, & semel postea prima vice consummando. Si autem conditio adsit, ne acquiratur res monasterio, concurrit duplex proprietatis peccatum, alterum in acceptione absque licentia, & alterum in distributione, nisi dominus dederit, vt distribuat. At in neutro casu erit furtum, si secularis illius in vtroque voluntas concurrat, in eo autem, in quo non concurrerit, erit furtum: si verò monasterium sit incapax illius acquisitionis, erit in vtroque peccatum proprietatis, non autem furti in acceptione, quia ex voluntate domini; nec in distributione respectu monasterij, vtpote quod dominus non erat, nec respectu domini, qui est secularis, si ex eius voluntate fiat, iecus si contra eius voluntatem, quia ipsi res illa reddenda erat, eo quod etiam monasterium, & ipse religiosus incapaces acquirendi erant.

Tandem potest etiam contingere, vt sit peccatum solius furti in religioso, vt quando aliquid furatur, non sibi retinendum, aut habita superioris licentia ad furandum, vt explicuimus suprà. Et similiter si rem alienam non sibi vsurpet, sed perdat, vt segetes alienas comburendo, erit furtum, non tamen proprietas, cùm nil sibi vsurpet.

UNIVERSIDAD DE NAVARRA DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

114 Vtrùm autem debens aliquid monasterio satisfaciat, debitòque liberetur, si in religione profiteatur? Affirmant aliqui per tex. *l. 2. ff. de capitis diminutione*, ibi; *ceterùm sunt amissione civitatis, sine libertatis contingat capitis diminutio, cessabit hoc edictum, neque possunt his penetus contenuri*; iuncta doctrina Baldi *ibi, statim in princip.* vbi hæc ait. *Nota argumentum de ingresso monasterium, qui erat debitor monasterij, non videtur quod ingressu confunditur actio.* Atque ita docent Marcus Mantua *sing. 30. §. aliquis est debitor. numero 1. & 2.* Baeza *de inope debitore. c. 1. numero 67.* Limitant, si ingrediens non sit soluendo. Cæterùm existimo hoc esse verum, quando ratione huius religiosi bona aliqua comparauit monasterium sine ante, siue post professionem, hæreditate, donatione, vel industris, aut opera acquisita, ei debito soluendo sufficientia, quia, vt dicemus, huiusmodi bona non cedunt monasterio, donec monachus creditoribus satisfaciat. Quare sicut illis satisfaciendum esset aliis creditoribus, ita quoque solutum censetur monasterio illa capienti. Si autem nulla bona obuenerè monasterio, vel non sufficientia, non video cur monachus ille non teneatur satisfacere monasterio eo modo, quem numero 12. explicuimus, cùm oblatio personæ per professionem facta nil prorsus conferat ad satisfaciendum pecuniario debito, cùm nec ea tanquam quid spirituale, sit pretio æstimabilis, gratisque fiat ob Dei amorem. Non poterit tamen religiosus hic conuenti pro eo debito tanquam ciuiliter mortuus, sicut nec capite diminutus; & hoc est quod decidit *ex l. 4.*

115 Vltima conclusio. Religiosus non adhibens eam diligentiam in rebus sibi permissis conseruandis, quam homines communiter adhibere solent, sed culpa sua lata res illa deterioratur, aut perditur, peccat in votum paupertatis. Ratio est, quia hoc est proprium domini, posse rem illam consumere, ac deteriorem pro libito suo facere. Præterea, quia religiosus solum facti vsum habet in rebus sibi concessis, id est, iuxta vtendi in suam vtilitatem. Ergo inutiliter rem consumẽs peccat in paupertatis votum. Sic Leonardus *lib. 1. de iust. c. 41. dub. 9. n. 79. vers. 10.* vbi bene addit, non videri hoc ita seuerè interpretandum in religioso, vt hic teneatur ex culpa leui, quando rem in suam vtilitatem recepit, nempe non adhibens diligentiam, quam homines diligentes solent adhibere, sicut tenetur commodatarius in suam vtilitatem rem commodato recipiens, iuxta *cap. cum. de commodato. & l. in rebus. vers. hoc itaque. ff. commodati.* Quando autem interfuit ex culpa lata, an teneatur restituere, dicendum est, sicut diximus n. præcedenti de religioso alienante absque debita licentia, quia eadem est ratio.

CAPVT XX.

An vitium proprietatis in religioso, quo aliquid absque superioris licentia vsurpat, aut alienat, sit semper culpa lethalis, & duplex, culpa sacrilegij, & furti, ac quibus pœnis subiaceat?

SVMMARIVM.

An vitium proprietatis in quacunque leui quantitate sit mortale? refertur quædam sententia. num. 1.
Explicatur sententia authoris. num. 2.
Quando sit parua quantitas, & in comestibilibus excusans à mortali. num. 3.
An ea dem quantitas ad mortale sufficiens, satis quoque sit, vt peccatum proprietatis conseatur reseruatum? n. 4.
An sufficiat quantitas, quæ per se non sufficit ad mortale furtum sed sufficit ratione circumstantiæ personæ, aut damni secuti, & quid è contrà, quando ex se sufficeret ad mortale, at non sufficit ratione diuitiorum personæ? n. 5.
Quid quando necessaria quantitas sufficiens ad furtum mortale vsurpatur ad solum vsum temperantiæ? n. 6.
An semper peccatum proprietatis in religioso habeat malitiam duplicem, nempe furti, & sacrilegij? num. 7.
An possit esse peccatum proprietatis in religioso absque furto? n. 8.
An possit duplici titulo concurrere vtraque circumstantia, necessario explicanda in confessione? n. 9.
An possit esse solum peccatum furti in religioso? num. 10.
An religiosus iniuitus cum propria, sit in strepitu cum pecunia illa sepeliendus, & sepulcro in loco sacro, sit exhumandus? n. 11.
An sit à monasterio expellendus? n. 12.
An carat voce aliena, & passiua? n. 13.
An sit excommunicatus? n. 14.

TRiplex difficultas petitur. Prima est, quæ quantitas requiratur, vt ex fine licentia superioris vsurpata ad peccatum lethale deueniatur. Secunda est, an ad duas peccatorũ species, furti scilicet, & sacrilegij, simile peccatum pertineat. Tertia denique, quibusnã pœnis subiaciatur delinquens. Et quidem de prima valde rigidè loquuti sunt nonnulli, existimantque minimè posse crimen hoc ex materiæ paruitate esse veniale, quod sit cõtra votum maximè conducens ad status religiosi cõtestationem. Hi sunt Gerson *1. p. in responsis ad quæsita quæstionis, sibi propositas 9. penult. alphabeto 24. littera S.* explicãs esse mortale, licèt situm, aut acum absque expressa, aut tacita superioris licentia religiosus accipiat. D. Anton. *3. p. tit. 16. c. 1. §. 11. not. ab. 1.* Passarellus *super privilegia Minimorum. tract. §. 43. tit. de proprietate abdicanda. vers. verum quando.* Viualdus *candelabro sacramentorum. 4. p. c. 14. n. 68.*

Cæterùm verissima sententia est, posse hoc crimen, quod ex suo genere grauissimum mortale est aduersùs paupertatis votum, reddi veniale ex materiæ paruitate, quippe siue illud consideremus, quatenus furtũ est, eo quod res aliena vsurpetur absque domini licentia, siue quatenus sacrilegium est contra votum paupertatis, datur materiæ paruitas, culpa lethali liberans; ea enim & in furto, & in voti fractione datur. Atque ideo hãc partem sustinent Maioris *4. d. 38. q. 9. concl. 5.* Nauarr. *lib. 3. cons. in 1. edictione. tit. de regularibus. cons. 75. num. 18. in 2. tit. de status monachorum. cons. 3. n. 18.* Corduba *summa. q. 109.* Mẽdoza *in suis quodlibetis. q. 8. concl. vlt.* Viualdus *candelab. sacramentorum. 3. p. c. 14. n. 84.* Ludouicus Lopez *1. p. instruct. conscientiæ. c. 1 56. cãd. 5.* Graffis *1. p. decis. lib. 5. c. 5. n. 49.* Manuel *qq. reg. tom. 3. q. 29. nr. 10. concl. 8.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. c. 12. q. 6.* Rebellus *tractatu de iustitia. p. 1. lib. 3. q. 15. sect. 3. num. 12.*

Sed rursus difficultas est, quæ dicatur parua quantitas excusans à mortali. Qua in re communis, & verissima sententia est, eam quãtitatem necessariam esse, & sufficere, quæ necessaria est, & sufficit in hominibus secularibus ad constituendam materiam peccati mortalis furti. Quia hoc proprietatis peccatum se habet instar furti. Sicut enim in furto res vsurpatur inuito domino, ita in peccato proprietatis res vsurpatur inuito superiore, cui per votum paupertatis omnes suas actiones quoad recipiendum, retinendum, aut distribuendum aliquid pecunia æstimabile religiosus subiecit. Atque ita docẽt Nauarr. Corduba, Graffis, Rebellus, Manuel, Azor n. præcedenti allegati, & id videtur supponere Metina *lib. 1. summa. c. 10. fin.* ait enim reseruante superiore peccatũ proprietatis, vsurpantis duos argenteos, non censeri reseruatum minoris quãtitatis; & hic cùm supponat posse reseruare, videtur supponere esse mortale. Et Patet N. Generalis Claudius Aquauiua iussit, re cũ peritissimis consultata, ita obseruãdum in Societate Iesv. Dicunt autem Nauarr. *n. 19.* & Corduba sufficere vnum argenteũ, vt sit culpa lethalis, qui ia idem censent in furto. at Ludouicus Lopez censet esse paruam quantitatem, vnum argenteum, & Mendoza adhuc censet esse paruam, duplicem argenteum; & Rebellus n. præcedenti allegatus censet quantitatem hanc pensandam esse iuxta quantitatẽ petitam ad furtum mortale illiorum, quia nõ sunt Prælati credendi

credendi magis inuiti quoad rem clàm acceptam à religiosis, sed quoad solum modum, quàm parentes carnales eius filios suos, cùm non minus, sed magis subditos diligere debeant. Et ita non debent censeri inuiti quoad rem acceptam eiusdem quantitatis, in qua pater carnalis honestè conditionis inuitus non censeretur. Item, quia religiosi ius habent, vt ex eis bonis alantur à monasterio, sicut filij ex parentum bonis. Fateror tamen esse mortale, si tres, aut quatuor argenteos furentur. At neutrum credo. Non prius, quia filij non sunt voto paupertatis adstricti, nec eorum statum dedecet aliqua possidere, & sunt necessarij bonotum parentis hæredes, & ideo iure optimo præsumitur parentes non esse adeò inuitos quoad rem acceptam; & idcirco melius alij DD. absolutè tradidère, quantitatem pecuniæ ad mortale in materia furti, sufficere ad violandum paupertatis votum. In comestibilibus autem id placet, vt explicabo cap. sequenti numero 21. Non etiam placet posterius, quia, vt suo loco latius dicemus, tam hodie communior sententia est, exigi in Hispania furtum quadruplicis argentei ad mortale. Atque idem dicendum est ad mortalem religiosi proprietatem.

4 Absque fundamento autem addidit Corduba ibidem, quamuis quantitas vnius argentei satis sit ad proprietatem mortalem contra votum constituendam, non tamen satis esse, vt censeatur peccatum superiori reseruatum, quando transgressio voti paupertatis reseruatur. Quia ad eam reseruationem, sicuti in cæteris casibus reseruatis contingit, id solùm exigitur, vt peccatum mortale sit, sicut quando reseruatur incestus, furtum, &c. Atque ita dixit Clemens VIII. in motu proprio de casuum reseruatione pro regularibus, casu 4. numerans inter peccata quæ à superioribus religiosorum reseruari possunt, violationem voti paupertatis quæ sit mortalis.

5 Sunt tamen circa quantitatem hanc duo maximè obseruanda. Prius est, dum dicimus eam quantitatem exigi, & sufficere ad mortalem proprietatem contra votum, quæ sit est ad furtum mortale in secularibus, intelligi de materia sufficienti ex se ad furtum, seclusis personæ adiunctis quam committitur circumstantiis. Verbi gratiâ, furari acum à tartore, est quandoque lethale, occasione damni cessantis operarum tartoris, & ab homine paupere multo minorem quantitatem, quàm à diuite, & respectu Principis exigitur maior quantitas: at id acus furtum, aut rei paruæ à paupere, quod commissum à religioso esset in genere furti peccatum mortale, non esset mortale in genere proprietatis contra votum admissæ, & sic reseruato proprietatis peccato, non conseretur hoc reseruatum, et è contrà in genere furti, si, exempli causâ, esset veniale à Rege furari octo argenteos, at in genere peccati proprietatis esset mortale. Quippe furti malitia consurgit ex damno illato proximis, ac proinde quandoque maior, quandoque minor quantitas constituit illud mortale; at peccatum proprietatis solam vot, transgressionem respicit, qua inuito superiore aliquid sibi religiosus appropriat, & ideo, nec augetur, nec minuitur quantitas hæc petita ad mortale ex magnò, aut parvo damno illato, cùm in vtroque eueniat æquè actus dominij exerceatur, appropriando sibi aliquid absque superioris voluntate. Quamobrem dicendum est exigi, & sufficere eam quantitatem, quæ communiter seclusis in personæ circumstantiis satis esset ad mortale, quam diximus in Hispania esse quatuor argenteorum. Pro qua etiam doctrina fuit, quod communiter DD. neoterici tradunt tractantes de furto, qui dicunt excommunicationem latam in furantes, eos solos ligare qui furtum ex se lethale admisère, ac excusant id quod ratione solius personæ est tale, vt acus à tartore.

6 Posterius est, non semper quantitatem in se notabilem absque licentia accepeam satis esse ad mortale proprietatis peccatum. Quia res magni valoris potest ad solum breuissimi temporis vsum modici valoris vsurpari, reddenda statim; & ideo erit sola culpa venialis in votum.

Secunda difficultas est, an peccatum proprietatis in religioso habeat duplicem malitiam, alteram furti, & alteram sacrilegij? Breuiter respondetur, cõmunes vtraque malitia eam proprietatem vestiri; cùm si religiosus vsurpet aliquid de bonis monasterij, & tribuat alteri absque expressa, aut tacita licentia, manifestè est furtũ, quia contra domini voluntatem, qui est monasterij, res vsurpatur; & proprietas, quia absque superioris licentia, vt bene tradunt Corduba *sum. q. 109.* Nauar. *lib. 3. de reliq. c. 1. p. 3. in nouo edit. dub. 3. n. 181.* Sayro *in claui regia. lib. 9. c. 16. n. 21.* Atque idem euenit, etsi religiosus rem sic vsurpatam non alienet, sed sibi retineat, quippe id inuito domino, & absque superioris licentia efficit; & vtraque eadem malitia reperitur, si secularis concedat religioso eam rem quoad proprietatem, vel quoad vsum, quod eo ipso ea proprietas, & vsus acquiratur monasterio, & ideo inuito domino, & absque licentia ea vsurpet religiosus.

Dixi autem regulariter ita contingere, quia potest esse solum proprietatis peccatum in religioso, vt si secularis det illi aliquid ex lege, ne monasterio acquiratur, est proprietas, eo quod absque superioris licentia illam accipiat, non autem furtum, quia ex voluntate domini accipit; nec refert monasterium esse inuitum, eo quod nihil illi quæsitum sit. Similiter contingit reperiri solam proprietatis malitiam, quando religioso datur aliquid à vero domino, cuius acquirendi est incapax monasterium, vt si religioso Minorum deuitur annui redditus, erit proprietas, sed non furtum, quod ex voluntate domini acceperit, nec monasterio aliquid acquisitum sit, vtpote quod incapax acquirendi est, vt eius contradictio efficiat eam acceptionem esse furtum.

Similiter poterit contingere duplici titulo concurrere vtramque circumstantiam, ac necessario explicandam in confessione, vt si quis ex rebus conuentus, vel secularis etiam eius licentia interueniente, dummodo non apponat conditionem, ne acquiratur monasterio, & monasterium sit capax acquirendi, aliquid absque superioris licentia accipiat, & absque eadem id distribuat, erit duplex malitia furti, duplex etiam malitia proprietatis. Prior in acceptione, vt explicuimus num. 8. posterior autem in distributione, cùm iterum hæc absque superioris licentia, & inuito domino fiat. Sicut qui voto religionis adstrictus ducit vxorem, & consummat, peccat bis, scilicet, semel ducendo, & semel postea prima vice consummando. Si autem conditio adsit, ne acquiratur res monasterio, concurrit duplex proprietatis peccatum, alterum in acceptione absque licentia, & alterum in distributione, nisi dominus dederit, vt distribuat. At in neutro casu erit furtum, si secularis illius in vtroque voluntas concurrat, in eo autem, in quo non concurrerit, erit furtum: si verò monasterium sit incapax illius acquisitionis, erit in vtroque peccatum proprietatis, non autem furti in acceptione, quia ex voluntate domini; nec in distributione respectu monasterij, vtpote quod dominus non erat, nec respectu domini, qui est secularis, si ex eius voluntate fiat, iecus si contra eius voluntatem, quia ipsi res illa reddenda erat, eo quod etiam monasterium, & ipse religiosus incapaces acquirendi erant.

Tandem potest etiam contingere, vt sit peccatum solius furti in religioso, vt quando aliquid furatur, non sibi retinendum, aut habita superioris licentia ad furandum, vt explicuimus suprà. Et similiter si rem alienam non sibi vsurpet, sed perdat, vt segetes alienas comburendo, erit furtum, non tamen proprietas, cùm nil sibi vsurpet.

UNIVERSIDAD DE NAVARRA DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

21 Vltima difficultas est, quibus pœnis subiaceat religiosus proprietarius. Triplex est pœna. Prima, religiosus proprium habens tempore mortis inuentus, nec illud abiecerat, ea pœna plectitur; vt non in loco sacro sepeliri valeat. *cap. monachi, de statu monachorum.* sed in sterquilinio, cum pecunia per eum possessa, sepeliendus est. *c. cùm ad monasterium, eodem tit.* quinimò si in loco sacro sepultus fuerit, est extrahendus, si absque magno scandalo id fieri potest *cap. super quadam, eodem tit.* Quamuis autem attento litteræ rigore *d. c. cùm ad monasterium,* & exemplo D. Gregorij, quod ille textus affert, sit tota pecunia cum eo sepelienda, vt optimè aduertunt Cardinalis *eo. cap. cùm ad monasterium.* 3. *prohibemus. num.* 1. *numb.* 2. & Gallus 2. *parte decis. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 5. at æquitas solùm pecuniæ partem sepeliendam suadet, ne pecunia perdatur, vt aduertunt iidem; & sic solùm hanc partem sepeliri debere tradunt Ioannes Andreas *eo. cap. cùm ad monasterium. numero* 4. & ibi Hostiensis *numero* 7. Ancharanus *num.* 10. *numb.* 5. Abbas *num.* 15. Gregorius Lopez *l. 1. glos. 5. nu. 7. parte* 1. Hanc autem quantitatem dicunt Ioannes Andreas, Hostiensis, Ancharanus, Gregor. Lopez, debere esse triginta nummos, quod totidem Christus Seruator noster, ac Ioseph venundati sint. Sed nullum huius quantitatis solidum fundamentum inuenio; & ideo illam non esse necessariam existimo, sed satis esse aliquam illius pecuniæ partem cum eo sepeliri in signum perditionis, ac aliorum terrorem. Quod sic abiouit Abbas *eodem numero* 15. docuit, nec determinatè alicuius quantitatis meminit. Et hæc pœna non incurritur à dantibus sine licentia superioris, sed à possidentibus proprium, quia de his clarè loquitur textus, & dicemus in simili num. 24. fine.

22 Secunda pœna est, vt monachus habens proprium à monasterio expellatur. Sic habetur *eodem cap. cùm ad monasterium.* At optimè aduertit ibi Abbas *numero* 13. eam expulsionem correctam esse per *cap. pin. de regular.* quod expulsionem interdicit, iubetque eum religiosum aliàs expellendum deputandum in monasterij ergastulo, quò pœnitentiam agat.

23 Tertia pœna est, vt si religiosus proprium habens deprehensus fuerit, aut conuictus priuatus sit biennio voce actiua, & passiua, atque iuxta sui ordinis constitutiones puniendus. Habetur in Tridenti. *sessione* 25. *cap.* 2. *de regular. in fin.* quæ pœna apertè sententiam iudicis postulat, vt ea verba, *si inuenti deprehensus, aut conuictus fuerit*, denotant. Nec hæc pœna incurritur à dantibus aliquid absque superioris licentia, quamuis hi peccent in paupertatis votum, sed à retinentibus, vt bene docet Palacios 4. *disputat.* 58. *de iuramento* 1. *ad fin. in solutione ad* 9. quia Tridentinum de solis habentibus propriè loquitur.

24 Alia pœna à quibusdam additur, nempe, vt ille religiosus sit excommunicatus. Sic Spino *secundo testament. glos.* 12. *principali. numero* 15. ac pro se refert Felinum *cap. cùm M. numero* 26. *de constitu.* & Ludouicum Gomez *tractat. breuium. numero* 18. Sed neuter id dicit. Eiusdem sententiæ est Turrecrem. *cap. non dicatis. art.* 3. *numero* 6. *vers.* 12. *quæstione* 1. Ducitúrque, quod bona sua aliis non communicans indignus sit aliorum communione. Sed hæc pœna prorsus displicet, quod excommunicatio, & aliæ pœnæ infligendæ non sint vltra casus in iure expressos. Talis autem excommunicatio in iure non extat.

CAPVT XXI.

Qualiter peccet religiosus paulatim modica aliqua accipiens, aut expendens absque superioris licentia.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputandæ sint. n. 1.

An sit furtum mortale, ac ad restitutionem sub mortali obligans, quando quis paulatim ab eodem furatur minima, quando fuit animus multiplicandi furta 2 *numero* 2.

An peccet mortaliter retinendo, siu non restituendo, quando in singulis furtis non habebat animum amplius furandi, ac accessere iam ea furta ad notabilem quantitatem num. 3.

Quid quando vltimum furtum minimum committit complens notabilem quantitatem, nec habebat animum in singulis furtis furandi amplius, an peccet mortaliter in to vltimo rei minima furto? Refertur quædam sententia. numero 5.

Refertur sententia authoris. n. 6.

Quid si post illud minimum furtum complens notabilem quantitatem, furetur aliud minimum? n. 7.

An teneatur hic sub mortali totam quantitatem restituere, an potius solam mortalem euitet, restituendo id minimum, quo notabilis quantitas completur? Refertur quædam sententia. n. 8.

Explicatur sententia authoris. n. 9.

Quid si furta sint valde interpolata, an exigatur maior quantitas, & continuitas? n. 10.

Post num. 10. *continetur alia summaria.*

SOLVTIO huius quæstionis necessariò petit 1 præmitti quæstionem difficilimam de furtis minimorum, & ideo quatuor quæstiones disputandæ sunt. Prima est, quando quispiam ab eodem furatur paulatim minima, an peccet mortaliter, & teneatur restituere? Secunda, quando idem furatur hæc minima à diuersis. Tertia, quando plures furantur ab eodem minimè singuli paruam quantitatem, vbi etiam quando comprehendantur sub excommunicatione in furantes lata. Vltima, quid de religiosis sic minima recipientibus, vel expendentibus, vel vsurpantibus, ex monasterij bonis, vel aliunde absque superioris licentia.

QVÆSTIO prima. An peccet mortaliter ratione iniustæ acceptionis, qui per rerum minimarum furtum ab eodem domino reperitum accedit ad notabilem quantitatem, & teneatur sub mortali restituere? Verbi gratiâ, esto quinque argentei sint summa constituens mortale furti peccatum, quis furatus est quatuor sine intentione amplius furandi, postea verò furatus est vnum, quo furto accessit ad quantitatem requisitam ad mortale, dubitatur, an hoc vltimum furtum sit mortale, obligetque sub mortali restituere. Qua in re nemo dubitat singulas acceptiones fuisse mortales, quando in illis adfuit animus multiplicandi furta vsque ad notabilem quantitatem, quippe illa prauæ intentio mortalis est. 2

Secundò etiam est certum, hunc etiamsi non habuerit animum in singulis furtis furandi amplius, teneri sub mortali restituere, quandò peruenit ad notabilem quantitatem, atque ita peccare mortaliter retinendo totam illam quantitatem, vel habendo animum non restituendi, cùm opportunitas fuerit; & ita docent vniuersi authores citandi. Quare minus bene Emmanuel Gâ *summa. verb. furtum. numero* 8. ait quoddam probabiliter existimare non teneri sub mortali restituere, qui ab eodem minima furatur, etsi peruenerit ad magnam quantitatem; quippe neminem inuenio id censentem præter Nauarrum *libro* 3. *cons. in* 1. *editione. tit. de regularibus. cons.* 75. *numero* 27. *in* 2. *tit. de statu monachorum. consil.* 3. *numero* 27. *in ratione* 1. vbi expressè ait nullum teneri sub mortali restituere aliquid illorum, quæ solùm venialiter peccando furatus fuit. Cùm tamen ibi sentiat omnia rerum minimarum furta esse venialia, quamuis multiplicata constituant notabilem quantitatem; sed *in summa. cap.* 17. *Hispan. numero* 140. *Latin. numero* 139. expressè dicit, retentionem esse peccatum lethale. Nec id primum probabile est, sed alienum prorsus à veritate; nam velle retinere furtum notabilis quantitatis, est manifestum lethale peccatum, & nihil prorsus refert, siue vnica vice, siue pluribus summa illa furto capiatur, cùm in vtroque euentu notabilis quantitas vsurpetur, damnúmque notabile proximo inferatur. 3

4 Tertiò certum est, eam vltimam acceptionem non esse mortalem, quando furans non habebat animum amplius furandi, nec aduertit ad furta præcedentia, quæ commiserat, sed illorum immemor casu hoc vltimum admisit, quia tunc videtur se habere ad præterita sua minimorum furta, sicut quando multi furantur minima ex aliena vinea, singuli ignari aliorum furtorum: in quo casu est certum, vt dicemus, nullum peccare lethaliter. At cùm meminerit se notabilem quantitatem vsurpasse, tenebitur sub mortali restituere: quod cessat ignorantia mortali culpa liberans.

5 Punctus autem difficultatis eò pertinet, quando memor præteritorum furtorum rei minimæ, furatur rem quoque paruam, quia nouit complere notabilem quantitatem, an peccet lethaliter, dum id vltimum rei paruæ furtum perpetrat, quamuis nunquam in furtis illis minimis habuerit animum amplius furandi? Qua in re duplex est sententia. Prior sustinet non esse mortale. Dutitur primò, quia obiectum vltimi furti non est tota summa ad mortale petita: illa enim vltima acceptio sola est totum obiectum hic & nunc, reliqua verò iam præterierunt. Cùm ergo illa summa non sufficiat per se ad mortale, vltimum furtum non erit mortale. Secundò, quia ex peccatis venialibus quantumcunque multiplicatis non consurgit mortale. Cum ergo ea omnia furta leuia sint, & venialia, non consurget ex illorum multiplicatione culpa lethalis. Tandem, quia in pœnalibus, & odiosis non fit concentratio summarum, vt multa modica efficiant vnum sufficiens ad pœnam, vt docent Iason *l. 1. idem cum eodem. numero* 3. & 4. *ff. de iurisdict. omn. iudic.* & ibi Decius *numero* 1. & 16. Claudius *numero* 1. & 2. Farinacius *cons.* 78. *numero* 3. *volum.* 1. At constituere culpam lethalem, est satis pœnale, & odiosum; & ideo hanc sententiam tuentur Nauarrus *summa. cap.* 17. *Latin. numero* 139. *Hispan. numero* 140. & *libro* 3. *consiliorum. in* 1. *editione. tit. de regularib. consil.* 75. *numero* 27. *in* 2. *tit. de statu monachorum. cons.* 3. *numero* 27. *in ratione* 1. Vega *libro* 14. *in Concilium Tridentinum. cap.* 11. *fin.* Gallus 1. *parte decis. libro* 3. *cap.* 5. *num.* 51. & *lib.* 2. *cap.* 95. *numero* 18. Carbon *de restitutione. quæst.* 2. *fin.* Leonardus *lib.* 2. *de iustit. c.* 2. *dub.* 8. *à num.* 45.

6 Posterior sententia (cui tanquam longè probabiliori accedo) sustinet peccare mortaliter in illa vltima acceptione quantumuis rei minimæ, qua aduertitur ad notabilem furti quantitatem peruenire. Ducor primò, quia ea vltima acceptione posita, ponitur notabile proximi damnum, & ea ablata cessat. At quicumque sciens ex actu suo leui subsequi notabile proximi damnum, peccat mortaliter eum actum faciendo: ergo eo vltimo furto peccat lethaliter. Secundò, quia retinere, & actu vsurpare, idem peccatum est: ergo si retinere est mortale, vt fatentur contrarij, erit eadem culpa vsurpare. Et confirmatur, quod ideo retinere sit mortale, quia ea parua summa cum præcedentibus coniuncta efficit rei notabilis retentionem; sed similiter coniuncta cum præcedentibus efficit rei notabilis vsurpationem: ergo similiter ea vsurpatio erit mortalis. Tertiò, quia paruæ quantitates in materia furti in vnam coalescunt, vt probauimus *libro* 1. *huius tractatus. cap.* 4. *numero* 10. Tandem non obstant in contrarium adducta numero præcedenti. Non primum, quia etsi obiectum vltimæ acceptionis sit sola illa parua summa, est tamen materia sufficiès ad mortale, non per se solitariè sumpta, sed in quantum suppositis præcedentibus minimorum furtis, infert notabile damnum proximo. Nec obstat etiam secundum, quia non dicimus ex pluribus venialibus conflari peccatum mortale, sed id vltimum furtum esse mortale, quia suppositis præcedentibus infert notabile damnum. Nec etiam obstat vltimum, quia ea doctrina est tantùm vera quoad pœnam ordinariam in foro externo imponendam furto, quod leuius hoc modo furando redditur, & ideo minori pœna dignum sit; propter quæ hanc sententiam sustinent Maioris 4. *dist.* 15. *quæstione* 25. *columna* 2. *vers. ex illo sequitur.* Ioann. de Merina *C. de restitutione. quæstione* 10. §. *occurrit hic casus. vers. ad* 2. *rationem.* Sotus *libro* 5. *de iust. quæstione* 3. *artic.* 3. *ad* 3. *vers. sed aliud.* Mercado *libro* 3. *de contractibus. cap.* 4. *fol.* 129. Couarr. *libro* 1. *variarum. cap.* 3. *numero* 12. Corduba *summa. quæstione* 70. *punctu* 2. Barthol. à Medina 1. 2. *quæstione* 88. *artic.* 4. *ad fin. in solutione ad* 3. & ibi Vazquez *disputat.* 146. *cap.* 2. *numero* 5. & ibi Zumel. *artic.* 4. *dub. penult. vers. sed obiicies aliquis.* Aragon 2. 2. *quæstione* 66. *artic.* 6. *tabulam* 19. *vers. cæterum. fol.* 441. Salon *eodem artic.* 6. *controu.* 4. *concl. vnica.* Manuel *tomo* 1. *summa.* 2. *edictione. cap.* 150. *numero* 8. *concl.* 8. Valentia 2. 2. *disputatione* 5. *quæstione* 10. *punctu* 4. *ad finem.* Sayro *in clauis regia. libro* 9. *cap.* 25. *numero* 12. Petrus Ledesma 2. *tomo summæ. tractatu* 8. *cap.* 21. *in* 2. *difficultate circa quantitatem ad furtum mortale requisitam.* Ludouicus Lopez 1. *part. instruct. conscientia. cap.* 95. *columna* 2. *quæstione* 2. Nauarr. *libro* 3. *de restitutione cap.* 1. *part.* 1. *nona editione. dub.* 5. *à numero* 52. *vsque ad* 56. Rebellus *tractatu de iustitia. part.* 2. *libro* 1. *quæstione* 11. *sectione* 4. *numero* 10. qui bene hoc limitat *numero* 35. nisi dum vltimum furtum admittit, haberet animum saltem virtualem restituendi priora minima furta. Quod ego intelligo, si haberet animum statim restituendi, vt teneatur, quia tunc nullum est notabile damnum.

Quod autem si post minimum id furtum complens 7
notabilem quantitatem, aliud minimum furtum admittat? Rebellus *eadem sect.* 4. *numero* 18. refert aliquos tacito nomine dicentes esse solùm veniale; at melius ipse ait esse mortale, quod notabile damnum præcedens velit maius efficere.

Sed adhuc dubium est, an paulatim furans modica, ita vt accesserit ad notabilem quantitatem, ac proinde mortaliter peccaut, teneatur sub mortali totam summam restituere, an potius euitet mortale retentionis peccatum, restituendo illud modicum complens notabilem quantitatem ad furtum mortale petitam. Quidam existimant teneri hunc sub mortali integram summam restituere. Ducuntur, quia sub mortali tenetur quilibet notabile proximi damnum resarcire. At id tota summa, non autem vnica parte est illatum. Secundò, quia simul furans totam illam quantitatem, tenetur sub mortali totam restituere. Nihil autem refert sine simul, sine paulatim eius furtum admittatur. Tandem, quia aliàs fatendum esset teneri hunc sub mortali restituere leuem quantitatem, qualis est illa modica pars. Et ideo hanc sententiam tuentur Ioann. à Merina *C. de restitutione. quæstione* 10. §. *occurrit hic casus. vers. ad secundam casum.* Corduba *summa. quæstione* 70. *punctu* 2. *punto post principium.* & *vers. dixeque non sola.*

Cæterùm probabilius existimo euitari peccatum le- 9
thale illius retentionis, restituendo quamcumque il-

lius furti partem, qua restituta cessat notabilis quantitas ad furtum mortale petita. Ducor, quia tantùm tenetur quilibet sub mortali notabile proximi damnum auferre, quod restituta modica quantitate auffertur. Et confirmatur, quia ex vltima modica quantitate non accepta, non esset mortale furtum ratione parui damni proximo illati: ergo neque ea restituta, erit mortalis retentio, cùm maneat idemmet modicum damnum insufficiens ad mortalem culpam. Tandem, quia non obstant in contrarium adducta. Non primum, quia distinguenda est minor, tota summa coniuncta damnificat notabiliter, si copulatiuè intelligatur, neganda est; tunc enim verum esset ad dicere de qualibet parte: si autem intelligatur coniunctim, seu copulatim, est concedenda; est enim sensus, totam illam summam simul coniunctam inferre notabile damnum. Sicut hæc propositio, omnes Apostoli sunt duodecim, copulatiuè est falsa, sensus enim esset, singulos Apostolos esse duodecim; & copulatim est vera, sensus enim est, omnes simul esse duodecim. Quare non sequitur totam summam esse sub mortali reddendam, sed sufficiet eam reddere partem, qua reddita cessat quantitas summæ inferens notabile damnum. Nec obstat etiam secundum, quia eodem modo dicendum est euitari mortalem retentionis culpam, si pars illius summæ retenta non sit notabilis, & sufficiens ad mortale. Nec obstat tertium, quia quamuis leuis quantitas per se, & vt leuis est, non sit sub mortali restituenda, attamen vt coniuncta cum reliquis modicis acceptis notabilem quantitatem constituit, & consequenter notabile damnum infert, ac proinde sub mortali est reddenda. Et ideo hanc partem sustinent Alcozer *lib. de iudo. cap. 16. fin.* Nauarra *libro 3. de restitut. cap. 1. parte 1. in nona editione, dub. 8. à numero 67. vsque ad 71.* Rebellus *de iust. parte 1. lib. 4. quæstione 15. sect. 4. num. 39.* Sayro *in claui regia lib. 9. cap. 19. numero 25.* & fauet Aragon 2. 2. *quæstione 66. art. 6. casum 12. 19. vers. ceterum. fine* 441. vbi ait hunc teneri sub mortali saltem partem vltimo loco acceptam restituere.

10 Tamen id mouerim, quando furta minima sunt valde notabiliter interpolata, exige maiorem quantitatem, vt tam acceptio, quàm retentio sint lethalia, etiamsi aduertantur furta minima præterita. Sic docent Nauar. *sum. 1. ar. cap. 17. numero 139.* Graffis *1. part. decis. lib. 2. cap. 9. numero 19.* Rebellus *eadem sect. 4. num. 37.* & explicat exigi duplo maiorem, quàm simul accepta sufficeret. Atque exemplum huius adhibet Nauarr. vt si quis ab eodem furetur aliquot diebus vnius mensis res minimas, & post transacto alio, aut duobus mensibus totidem, & post aliquot alios totidem, ita quod in fine trium, vel quatuor annorum constaretur summa etiam duplo maior, quàm sit illa, quæ simul accepta induceret peccatum mortale, & obligationem sub mortali restituendi, nec accepto, nec retentio illa essent mortalia, si accipiendo parua, non adfuerit animus peruenendi ad eam notabilem quantitatem. Idem ducet Leonardus *lib. 2. de iustitia. cap. 12. dub. 8. numero 46.* vbi ait, si esset mortale auferre decem simul, vel habendo eum animum, licet modicum sit furtum, exigi quindecim, aut etiam viginti, vt sint mortalia acceptio, & retentio, quando ea modica furta longis interuallis perpetrarentur. Quia homines minus ægrè ferunt sibi auferri longo interuallo, & casu quædam minima, quàm eandem quantitatem simul, vel data opera, vel breui interuallo. Fauet etiam Manuel *1. tomo summ. 1. 2. lib. cap. 130. consil. 8. numero 8.* vbi dicens minutatim furantem peccare mortaliter, & teneri sub mortali restituere, dum peruenit ad notabilem quantitatem, addit, quando frequenter ita furatur. Immo tanta posset esse interpolatio, vt non videatur coniungi vnum furtum cum alio, nec vnum damnum cum alio, sed quodlibet illorum sit per se considerandum ad discernendum notabilem quantitatem ad furtum mortale, & restitutionem requisitam, ac si nullum aliud præcessisset, vt si sparium vnius anni inter quodlibet interuenisset; & ita viri docti à me consulti censuêre. Quamuis Rebellus *eadem quæstione 15. sect. 4. numero 37. vers. dictum est*, asserat continuari, etsi quatuor annis fiant. Ducor, quod tanta interpolatio non videatur moraliter loquendo coniungere quantitates illas; quis enim diceret puerum accipientem hoc anno ex vineis paruam quantitatem, & anno sequenti aliam modicam, & sic toto vitæ curriculo, peccasse mortaliter furtis minimis adeò interpolatis admissis? Quod & praxis confessariorum restatur: fatentem enim furtum minimum nullus confessarius prudens interrogat, an furta minima annis elapsis commiserit.

SVMMARIVM.

An furans à multis modica, habens animum sic multa furandi, peccet moraliter? Refertur quædam sententia. numero 11.

Explicatur sententia authoris. n. 12.

An peccet hic mortaliter in quouis furto minimo? numero 13.

Quid quando casu sic multa à diuersis furatur, non habens animum paulatim sic furandi? Refertur quædam sententia. num. 14.

Sententia authoris. n. 15.

Quid quando ea furta sunt ex diuersa negotij genere, aut interpolata? n. 16.

An exigatur maior quantitas ad furtum mortale commissum, respectu diuersorum dominorum? n. 17.

An si immemor priorum acceptionum furatur est, teneatur conscire notabilis quantitatis acceptæ restituere sub mortali? n. 18.

Post numerum 18. inuenies alia summaria.

QVÆSTIO secunda. An quando idemmet furatur à diuersis, à singulis minima, atque ad peccatum mortale insufficientia, at omnia simul furta constituunt sufficientem peccati mortalis materiam, peccet mortaliter? Hæc quæstio potest in duplici sensu discuti. Prior est, quando sic furans habuit animum furandi notabilem quantitatem, à singulis tamen minima. Posterior est, quando eo animo carens hæc furatus est. Et quidem in priori sensu aliqui censent eum esse culpæ mortalis immunem, & accipiendo, & retinendo. Ducuntur, quod nulli illorum inferatur notabile damnum, ac proinde nulla iniustitia sit lethalis. Sic tenet Angelus *in moralibus. cap. 5.* idem tenet cum quadam limitatione Ioannes à Medina *C. de restitutione. q. 10. §. accurrit hic casus. vers. ad 3. casum*, nempe quando accipiens esset pauper, nec in fraudem legis, gratiâ vacandi otio sic furaretur, sed quia aliàs non habet, vnde familiam sustentet. Et hanc sententiam dicit Nauarra *libro 3. de restitutione. cap. 11. parte 1. in nona editione dubio 6. numero 59. fin. & 57.* non adeò improbabilem aliquibus videri, & ipse eam probabilem videtur sentire, cùm contrariam solùm veriorem appellet; & Leonardus *lib. 2. de iust. cap. 12. dub. 7. numero 37.* ait posse hanc sententiam sustineri, si illius hominis conditio sit talis, vt alij teneantur ei succurrere.

Etenim dicendum est, peccare hunc mortaliter tam accipiendo, quàm retinendo, siue diues, siue pauper sit, dummodo extrema necessitate non laboret, in qua sola id licet. Ducor primò, quod septimum non furandi præceptum vetat non solùm notabile proximi damnum, sed etiam vsurpationem rei alienæ, & sic decimum Decalogi præceptum, quod est

septimi expositio, sic se habet; *Non concupisces rem proximi tui.* Et quamuis finis huius præcepti sit vitatio notabilis damni proximi, hoc specialis euentu cessat, quia tamen non cessat in communi, extra vis huius præcepti. Ergo accipiens quantitatem notabilem à pluribus, etsi nulli priuato notabiliter noceat, peccat mortaliter in hoc septimum præceptum. Secundò, quia etsi nulli priuato notabiliter noceat, nocet tamen notabiliter toti communitati. Quippe grauis ansa artes, & honesta exercitia contemnendi daretur vniuersis, si citra culpam lethalem, ac restituendi onus, integrum eis esset ditescere, furando à singulis minima. Et confirmatur, quia ratione huius damni communitatis esset absque dubio lethalis culpa, si ex nummorum aceruo à ciuibus alicubi deposito furaretur quispiam notabilem quantitatem, ita vt singulorum esset modica, quamuis singulis minimè notabiliter noceret. Et ex his patet solutio ad contrarium argumentum. Et ideo hanc partem tuentur Maioris *4. d. 15. quæst. 25. col. 5. vers. ad aliud vbi ponit.* Sotus *lib. 5. de iust. quæst. 5. art. 4. ad 3. vers. at verò.* Mercado *lib. 5. de contractibus. cap. 4. fol. 129.* Corduba *summa. quæst. 70. puncto 3. in 4 opinione.* Ludouicus Lopez 1. *part. instructori conscient. quæst. 3.* Aragon 2. 2. *q. 66. art. 6. col. antepenult. & seq.* & ibi Salon *controuers. 3. col. 2. ante vers. sed quæres.* Toledo *lib. 5. summa. cap. 16. n. penult.* Sayro *in claui regia. lib. 9. cap. 15. num. 27.* Valentia, Petrus Ledesma, Vazquez allegandi num. 73. Manuel *1. tom. summa in 2. edit. cap. 150. num. 2. ultimo.* Nauarr. *lib. 3. de restitut. c. 1. p. 1. in nona edit. dub. 6. à num. 57. vsque ad 62.* Leonardus *lib. 2. de iust. cap. 12. dub. 7. num. 36.* & contra Merinam explicant Corduba, Ludouicus Lopez, Aragon, Sayro, Manuel, Nauarra, hoc esse verum, siue furans hic diues sit, siue pauper.

13 Hinc deducitur, hunc peccare mortaliter illa intentione, & quouis externo furto minimo ex eius vi procedenti, quod singula externa furta procedant ex intentione mortifera, siutque eius executio. Sic Leonardus *eodem dubio 7. num. 36.* qui bene addit *num. 40.* in singulis furtis non committi nouum peccatum mortale, sed continuari iam cœptum. Quippe omnes hæ acceptiones, & detentiones acceptorum censentur vna continua executio illius prauæ voluntatis; sed committitur nouum peccatum veniale in singulis, & continuatur executio intentionis mortalis, ita vt quæcumque acceptio tanquam rei modicæ sit intrinsecè venialis, at denominatione extrinseca sit mortalis.

14 In posteriori sensu loquendo, nempe quando casu, & carens animo peruenienti ad notabilem quantitatem, furatus est quis minima à diuersis, an peccet mortaliter? Nauarr. allegatus numero 4. loquens consequenter ad sententiam suam, quam ibi retulimus, dicit hunc in nulla acceptione rei modicæ peccaturum mortaliter, siquidem id faceret in eodem furto commisso respectu eiusdem personæ; & quamuis tunc fateatur (vt ibi vidimus) hunc peccare mortaliter retinendo, & sic teneri sub mortali restituere: at quid sentiret in præsenti casu, non constat. Et enim diuersa ratio, quod ibi inferatur notabile damnum illi domino, hic verò nulli priuato domino inferatur. At Graffis, quem ibi pro eadem Nauarri sententia retulimus *part. 1. decis. lib. 2. cap. 95. n. 9.* dicit expresè esse veniale, sed teneri sub mortali restituere; & Toledo *lib. 5. summa. cap. 16. num. penult.* dicit nullam illarum acceptionum esse mortale, sed veniale. De obligatione verò restituendi non meminit.

15 At dicendum est, hunc peccare mortaliter ea acceptione, qua peruenit ad notabilem quantitatem memor priorum acceptionum, ac illa ad hanc quantitatem peruenit, & teneri sub mortali restituere, sicut idem numero 6. diximus de accipiente paulatim notabilem quantitatem ab eadem persona. Quippe etsi in hoc euentu non militet eadem ratio, respecta damni personæ priuatæ alicuius illati; at procedunt æquè aliæ rationes traditæ num. 12. nempe, quod hic transgrediatur septimum Decalogi præceptum, prohibens non solùm notabile proximi damnum, sed etiam vsurpari, ac retineri notabilem quantitatem alienam. At hic eam vsurpat, nec restituit, dum retinet: ergo peccat lethaliter, & vsurpando, & retinendo. Item, quia ille actus vltimus inducit inæqualitatem notabilem, inferque notabile damnum respectu communitatis, suppositis acceptionibus præcedentibus. Et ideo hanc partem sustinent Vazquez 1. 2. *quæst. 88. art. 4. disput. 146. cap. 2. num. 6. corollar. 4.* Valentia 2. 2. *disput. 5. quæst. 10. puncto 5. ad fin.* Petrus de Ledesma 2. *tom. summæ tractatu 5. cap. 21. in 2. difficultate circa quantitatem ad furtum mortale pertinet.* Rebellus *de iust. parte 1. lib. 5. quæst. 15. sect. 5. num. 43.*

Limitat autem Rebellus *ea sect. 5. num. 44.* quando ea furta committuntur non per magna interualla, & in eodem genere negotij, animo illis ditescendi, vt furantur modica vendentes minutatim vinum, aut alia, secus si in diuerso rerum genere, siue diuersis negotiis, nec animo ditescendi, diuersisque dolis, & per magna temporum interualla: tunc enim non esset mortale. At non approbo limitationem, quatenus petit animum ditescendi, aut in eodem negotio, aut in diuersis, quia non video quid hoc referat; approbo autem, quando essent magna interualla, iuxta ea quæ dixi *num. 10. vers. minimè tanta posset*, qua existimo tunc non continuari. 16

Exigitur autem maior quantitas ad mortale, quando quis multa à diuersis furatur, & eo maior, quo plures sunt domini, quia, vt bene ait Rebellus *ea sect. 2. n. 43.* quo in plures damnum diuiditur, eo minus, cæteris paribus, sunt inuiti. Vnde verisimile (inquit) est, non esse mortale, nec sub mortali ad restitutionem obligari simplicem furem, qui minorem quantitatem, quàm vnius aurei à tota communitate ciuitatis Ebora- 17
rensis, vel Conimbricensis, vel alterius non minus populosæ furaretur.

Quod si immemor acceptionum preteritarum esset, non peccaret mortaliter accipiendo, at posteà earum memor teneretur sub mortali restituere, vtaretque hoc mortale si partem modicam restitueret, qua restituta desineret esse notabilis quantitas, quam retinet, sicut idem diximus de accipiente ab eodem n. 3. & 7. 18

SVMMARIVM.

An quando plures furantur ab eodem notabilem quantitatem, at singuli modicum, peccent mortaliter, quando conuenerunt ex vna causa? n. 19.

Quid si non ex vna causa, & alter ignorat damnum ab altero illatum? n. 20.

Quid si non ex vna causa, at aliqui, aut quilibet nouit damnum ab altero illatum? Refertur quædam sententia. n. 21.

Explicatur sententia authoris. n. 22.

An si ex ingredientibus vinum aliqui notabile damnum inferant, qui posteà furatur modicum, peccet mortaliter accipiendo, vel posteà non restituendo? n. 23.

An peccet mortaliter non restituendo eam partem n. 24. quando cæteri non resarciunt damnum? n. 24.

An excusetur à mortali, si cæteri restituant partes, quibus restitutis cessat notabile damnum? n. 25.

An excommunicatio latæ sententiæ contra deuastantes vineam, vel hortum, comprehendat eos, qui minùs à furantibus furati sunt? Refertur duplex sententia. n. 26. & 27.

Explicatur sententia authoris. n. 28.

An possit Ecclesia excommunicationem ferre, quæ vetet comprehendere hos minima furantes? n. 29.

Post num. 29. inuenies summaria, quæ desiderantur.

QVÆSTIO tertia. An quando plures furantur ab eodemmet notabilem quantitatem, at singuli modicam, omnes peccent lethaliter, & accipiendo, & non restituendo, & an comprehendantur sub ea communica- 19

tione in furantes lata? Circa priorem partem constat omnes peccare mortaliter, & teneri sub mortali restituere in solidum, si ad id furtum concurrant vt vna causa, & consortes, quod vnusquisque sit causa totius damni.

20 Constat etiam neminem peccare mortaliter, quando non vt consortes, nec vt vna causa intulêre damnum, siue simul, siue seorsum ingressi sunt vineam, ad furandum illa minima, & alter furti alterius fuit ignarus, aut damni notabilis per omnes simul illati. Quia quandiu conscius non fuit, nequit liberè, & mortaliter continuare damnum, quod ipse inulit, cum præcedentibus; & ita fatentur omnes authores allegandi.

21 Tota ergo difficultas est, quando singuli non vt consortes, nec vt vna causa furati sunt ea minima, at quilibet conscius erat, aut aliquis illorum furti aliorum, & his minimorum furtis inferti damnum notabile proximo. Quidam censent omnes illos, qui conscij fuerunt, peccasse mortaliter, & teneri sub mortali restituere. Quod quilibet eorum cooperetur ad notabile proximi damnum, sitque eius partialis causa; nam licet quod quilibet furatur, sit in se minimum, at coniunctum cum partibus, quas scit alios furari, efficit notabilem quantitatem, inferrque notabile damnũ, non minus, quàm si vnus solus ea modica ab eodẽ furaretur, & ratione scientiæ huius suum damnũ continuatur cum aliis. Secũdò, quia omnes hi simul ad hoc damnum inferendum concurrant, nec sit maior ratio, quare vnus potiùs quàm alius sit illius reus, aut omnes, aut nullus damnari debent. Tertiò, quia aliàs posset dominus expoliari omnibus vineæ fructibus, nullo manente restitutioni obnoxio sub mortali. Hanc partem sustinent Maioris 4. *d.15.quæst.25.col.5.vers.ad primum dico. & quæst.26.n.2. arg.contra 2. conclusionem.* Metina *G. de restitutione. quæst. 10.§.occurris hic casus.vers.ad 1.casum.* Nauarr. *sum.Ethic. cap.17.num.151. vers.lo quarto.* Couar. *lib.2.variar. cap.3. num.12.* Martinus Ledesma 2.*p.4.quæst.18.art.8. quatuor columnis ante finem.* Corduba *summa. quæst. 70. punctio 1.* Ludouicus Lopez *1.p.instructorij conse.cap.93.§.1.dicto 2. & 3.* Sayro *de censuris lib.1.cap.9.num.9.* Manuel *1.tomo summæ.in 2.edit.c.150.num.7. concl.7.* Salon 2.2.*quæst.66. art.6.controu.5.col.2.vers.sed quæres.* Suarez *5.tomo in 3.p. disput.20.sect.2.num.3.* Petrus Ledesma *2.tomo summæ.tractatu 8.c.21 in 3.difficult. circa quantitatem ad furtum mortale pertinen.* Rebellus *de iust.p.1.lib.3.quæst.15.sect.5.num. 41.* limitant, nisi tempore omnino diuiso, vt post tres, vel quatuor menses. Angles *floribus.1.p.* vbi de restitutione, quando quis teneatur ad restitutionem. *artic.1. post difficult.7.dub.4.* Vazquez *1.2.quæst.88. art.4.disput.146. cap.2. num.5. & 6.* Nauarra *lib. 2. de restitutione.cap.1. in noua edit. num. 44.vers.ad secundum respondeo.* Vt autem hi excusentur à mortali, petunt aliqui ex his DD. vt ignorantia damni ab aliis illati fuerit inuincibilis, quia hic furans minima ignorauit, nec scire debuit aliorum furta; non enim erat verisimile alios similia furta perpetrasse. Sic Ioann. à Metina, Corduba, Ludouicus Lopez, Manuel, Sayro *n.10.*

22 Sed contraria sententia mihi plus placet, quæ dicit neminem horum peccare mortaliter, nec teneri sub mortali restituere. Ducor, quod quilibet infert parvum damnum, & ita ex hoc capite non peccat mortaliter, & nemini est causa, vel occasio furandi alia modica furta. Ergo ex eo quod alij furentur, non aggrauatur eius peccatum: non enim quilibet cooperatur simpliciter magno damno, sed in parua quantitate. Et præter ipsius intentionem est, vt illa cum aliis iungatur, & efficiat magnam quantitatem, nec verè consentit in totum damnum, quin potiùs ei displicet magnum inferri damnum. Confirmatur, quia aliàs ferè omnes furantes racemum vuarum ex vineis, aut pomum ex hortis, essent damnandi, tanquam culpæ lethalis rei, cùm ferè omnes verisimiliter sciant alios etiam furari, & modica omnium furta constituere notabilem quantitatem; cùm tamen nullus prudens confessarius putetur sibi pœnitentem furtum ex horto, damnet tanquam culpæ mortalis reum, nec interroget an norit alios similiter furatos fuisse. Confirmatur deinde, quia alioquin sciens alium abstulisse nouem, si auferat vnum, peccaret infinitè grauiùs quàm prior, cùm ille solùm venialiter deliquerit, hic autem mortaliter; supponimus enim decem esse quantitatem sufficientem ad peccatum mortale: hoc autem videtur absurdum; ergo. Probatur tandem, quia argumenta contraria non probant oppositam sententiam. Nam ad primum dic, quemlibet cooperari, & esse causam notabilis damni ad hunc sensum, quod est causa furti minimi, quod coniunctum cum aliis perpetratis à diuertis constituit notabilem quantitatem, & damnum; non tamen ad hunc sensum, quod furtum hoc verè influat, & causa sit notabilis huius damni, cùm præter intentionem suam, & per accidens euenat furtum aliorum, nec suum furtum complear notabile damnum, nec eo restituto cesset. Ad secundum concedo, nullum peccare lethaliter. Ad tertium dic, non esse inconueniens, vineam alterius esse omnino destructam, & nullum peccasse mortaliter, nec teneri sub mortali restituere, supposito id damnum notabile nullo furto particulari compleri, nec ex cuiusliber restitutione refarciri. Ita tenent quasi certum aliqui DD. quos tacito nomine refert Nauarra *lib.5.de restitut.cap.1.§.1.in noua editione.dub.4.num.49.* & quamuis ipse videatur ibi contrariam sententiam tenere, dicit enim priorem sententiam esse veriorem: at statim se explicat, dicens esse peccatum mortale in casu, quem explicabimus, & amplectemur num.23. nempe quando vltimò furans noluit suo furto compleri notabilem quantitatem ad furtum mortale petitam. Vnde extra illum casum, qui rarissimus, immo & moraliter impossibilis est, censet non peccare mortaliter, & melius *dubio 7.num.64.&.65.* vbi ait solùm esse mortale sic furari, & non restituere, quando postremo hoc furto completur notabilis quantitas. Et clarè videtur huius sententiæ Leonardus *lib.2.de iust. cap.12.dub.9.num.52.* Sotus *4.d.22.quæst.1.artic.2.colum. 10.vers.arguitur autem.* ait enim reddi iustas excommunicationes in hos minima furantes latas, etsi acceptio non fuerit mortalis ratione magni damni consurgentis, eo quod restitutio non fiat, & clarius *lib.4.de iust. quæst.7. art.3.colum.6.vers.dubium autem.* vbi ait expressè, nullum accipientem peccasse mortaliter, quando singuli modica acceperunt, ex quibus furris tota vinea deuastata est, nec factam fuisse vllius actionem ob damnum postea emergens lethalem; & solùm ait sub mortali teneri restituere, quando postea id iubentur sub pœna excommunicationis, quam iustam esse ait ad id damnum reparandum: quod idem censent Sotus, Bartbol. à Medina 1.2.*quæst.88.art.4.ad 3.* & Salon 2. 2. *quæst.2.art.7.controu.1.§.de participante.*

23 Quamuis autem daremus priorem sententiam esse veram, adhuc dicendum esset, si ex illis sic ingredientibus aliqui notabile damnum inferat, qui postea, aut cum illis simul, non tanquam vna causa furatur tem paruam, non peccare mortaliter accipiẽdo, nec non restituendo. Quia nec partialiter est causa illius notabilis damni, vtpote quod tempore sui furti illatum erat, nec sua parte restituta refaceretur. Item, quia cùm signari sint qui fuerint causa illius damni notabilis, non debet hic censeri causa partialis, aut consors illius, sicut in priori casu, in quo aut nemini, aut singulis id damnum tribui debet. Et ita tenent Vazquez 1.2. *quæst.88. art.4.disput.146.cap.2.num.5. & 6.* Nauarra *lib.5. de restitutione.cap.1.p.1.in noua editione.dub.4.n.49.*

24 Sed an in casu, quo hic excusatur à mortali acceptione, quod norit tam damnum notabile ab aliis illatum, peccet mortaliter non restituendo illam modicam partem, aliis non refarcientibus notabile id damnum?

Affirmat Nauarra *eodem dubio 4.numero 50.& 51.* ducturque, quod non sit eadem ratio acceptionis, & retentionis, quia in priori acceptione non fuere omnes hi pares, sed priores sunt, qui id damnum notabile intulêre: at in retinendo sunt omnes pares; tam enim damnificat non restituẽdo vltimus ablator, quàm priores, & ita in retinendo nullus est ordo; idque amplius affirmat, quia quando omnes priores ablatores ignari fuêre furti notabilis cõplendi aliorum furtis, non peccarunt mortaliter furãdo modica; at tenentur sub mortali restituere, quando norunt completam esse ab omnibus notabilem quantitatem; quia etsi quando illi receperunt, non damnificauerunt notabiliter, at modò non restituendo æquè damnificant. Ergo idem est in nostro casu. Verùm hoc displicet, & ita sentio, nec peccare mortaliter non restituendo: & ita videtur sentire Vazquez allegatus num.præcedenti, cùm absolutè dicat hunc non esse reum culpæ mortalis. Ducor autem, quia cùm constet à quibus sit damnum notabile illarum, & qui sub mortali teneantur id refarcire, nec id damnum cesset restituta modica huius parte, non est cur hic censendus sit par in retentione cum aliis, nec cur sub mortali obligandus sit restituere: nec est similis ratio, quando non constat à quibus id notabile damnum illarum sit, quia tunc vel omnes, vel nullus, cogendi sunt sub mortali partem suam modicam restituere, quia omnium eadem est ratio.

25 Præterea, quamuis daremus priorem sententiam esse veram, & omnes teneri sub mortali restituere, hoc intelligendum est, dum cæteri non restituunt partes suas, quibus restitutis cessat notabile damnum; si enim cæteri restituant, hoc partem suam modicam retinente, non peccat mortaliter, quia iam cessat notabile damnum, nec illud iarum partium retentione infertur. Et ita docet Nauarra *lib.5.de restitutione.c.1. part.1.in noua editione.dubio 4.fin.num.52.* quod est conforme doctrinæ quam amplexus sum n.7.

26 Tandem superest disputare de excommunicationibus, quæ feruntur in deuastantes vineas, vel hortos, an comprehendant hos, qui minima furati sunt, non vna causa. Et quidem tenendo hos omnes peccare mortaliter furando illa minima, & non restituendo, quando conscij fuêre notabilis damni ex illis subsequuti, vel solùm non restituendo, vbi de illo certiores facti sunt, planè videtur hos omnes illa excommunicatione ligari, si non restituant, quia in excommunicatione solius culpæ futuræ habetur ratio, & pro illa sola potest ferri excommunicatio. Sed hi peccant lethaliter retinendo in posterum illa minima furta; ergo comprehendentur illa censura non restituentes. Atque ita docent Martinus Ledesma 2.p.4.*quæst.18.art.8. quatuor columnis ante finem.* Corduba *sum.quæst.70.punctio 1.fin.* Suarez *5.tom.in 3.part.disput.20.sect.2.num.3. & 5.* Ludouicus Lopez *1.tom.instruct.conse.cap.95. quæst.1. dicto 3.* Salon 2.2.*quæst.66.art.6.controuers.3.col.3.* Manuel *1. tomo summæ.2.edit.cap.150.concl.7.num.7.* Sayro *de censuris.lib. 1.cap.9.num.10.* Henriquez *lib.13.de excom.cap.17.num.4.* Petrus de Ledesma *1.tom.summ.tract. 8.cap. 21.in 4.diff. circa quantitatem ad furtum mortale pertinen.*

27 At retentą nostra sententia, qua diximus num.22. nullum horum peccare mortaliter, nec accipiendo, nec etiam non restituendo, maior est difficultas. Quidam dicunt hos ligari excommunicatione, eamque esse iustam ratione damni notabilis inde consurgentis. Sic Sotus *4.d.22.quæst.1.art.2.col.10.vers.arguitur.& lib.4.de iustitia.quæst.7. art.3.colum.6.vers.dubium autem.* Barthol. à Medina 1.2.*quæst.88.art.4.ad fin.in solutione ad 3.* Salon 2. 2.*quæst.62.art.7.controuers.1.§. de participante.* Leonardus *lib.2.de iust.cap.12.dub.9.num.54.* Limitant Sotus priori illo loco allegato, & Sayro citatus num. præced. nisi tam modicum esset furtum alicuius ex illis, vt pro nihilo reputaretur. Vnde apertè sentiunt hunc ratione solius præcepti Prælati sub excommunicatione restitutionem præcipientis, teneri sub peccato mortali restituere: id quod expressè affirmat Leonardus *ex num.54.* Sicut iussus interesse publicis supplicationibus, vel confluere ad templum gratia edicti inquisitorium fidei audiendi, peccat mortaliter non confluendo ratione præcepti sub censura illa impositi, quod secluso eo præcepto ad id non teneretur. Ad iustitiam autem huius præcepti satis est graue proximi damnum illa restitutione refarciendum.

28 Primò tamen dico, hos qui nec accipiendo, nec retinendo peccarunt mortaliter, iuxta nostram sententiam, eo quod quilibet modicum furatus est, etiamsi sciat suo furto minimo compleri quantitatem ad mortale sufficientem, nequaquam ligari hac excommunicatione sic generaliter lata. Ducor, quia excommunicatio contra furantes, eos solos comprehendit, qui tenentur sub mortali restituere, vt cum receptissima omnium sententia tradit Nauarr. *cinter verba. in noua edit. conclus. 6. corol. 19. n. 54. & summa Latina, & Hispana. c.27.n.9.& summ. Lat.c.17.n.4. & c. finalis.n.11.& 14.9.6.* Sed nullus horum tenetur sub mortali restituere; ergo nullus eorum incurrit excommunicationem. Atque ideo hanc partem tuetur Nauar. *lib.5.de restit. c.1.p.1 in noua edit. dub.7.n.64.& 65.*

29 Secundò dico, posse Ecclesiam decernere talem excommunicationem, qua velit comprehendere hos minima furantes, etsi nec accipiendo, nec retinendo mortaliter deliquerint: & tunc ratione præcepti peccabunt mortaliter non restituendo. Quod constat ex ratione tradita n.23.& DD. ibi allegatis, & tenent etiam Nauarra n.præcedenti allegatus, & Suarez *5.tomo in 3.part. tem.disput.20.sect.2.n.6.* qui bene limitat hoc esse verum, etsi præceptum Prælati ecclesiastici non innitatur obligationi iustitiæ commutatiuæ, cuius est obligare ad restitutionem. Quia cùm hæc non astringat tunc sub mortali ad restituendum, nec superior ecclesiasticus potest intra huius virtutis latitudinem adiungere eam obligationem, eo quod materia non sit illius capax; sed oportet vt peculiarem obedientiæ obligationem addat. Ad hanc verò iustè imponendam ait desiderari, vt interueniat alia spiritualis ratio, quam per se respiciat spiritualis potestas, eique adeò grauis, vt satis sit ad grauem obligationem inducendam, vt si iudicet expedire ad communem Reipublicæ tranquillitatem, & vitanda peccata multa, vel spirituale damnum eius aduersus quem furta hæc perpetrata sunt.

SVMMARIVM.

An religiosus minima recipiens, vel expendens, vel vsurpans absque licentia ex bonis monasterij, vel aliunde, etiamsi sint ad emenda comestibilia, peccet mortaliter? n.30.

Quid si furta illa minima sint ex comestibilibus, atque ita ex bonis monasterij n.31.

Quid si religiosus haberet animum sic accipiendo paulatim hæc comestibilia n.32.

Quid si simul magnam horum quantitatem acciperet, vel haberet animum sic accipiendi n.33.

Quid si in religione illa sint determinata, quæ singulis religiosis ad victum danda sunt n.34.

Quid si hæc minima comestibilia acciperent ab externis? numero 35.

30 QVÆSTIO vltima. An religiosus minima recipiens, vel expendens, vel vsurpans ex monasterij bonis, vel aliunde, absque superioris licentia, peccet mortaliter contra paupertatem, quando peruenit ad notabilem quantitatem, sicut diximus hucusque de furantibus modica? Et quidem primò, si modica illa accepta, vel sic expensa sint peruniæ, idem censeo dicendum, & peccaturum religiosum mortaliter contra paupertatis votum, siue

siue accipiat ex monasterio, siue ab externis dantibus, quando peruenit ad quantitatem sufficientem ad constituendum peccatum mortale, quamuis nunquam habuerit animum plus quàm illud minimum, quod tunc accipiebat, vsurpandi. Quod nullam differentiæ rationem inueniam in hac acceptione, ac in furto, cùm & hoc casu accipiatur res inuito superiore, & teneatur religiosus restituere, si furto accepit; at si non furto, sed voluntate domini dantis, teneatur eam tradere monasterio. Et sic eodem modo loquitur Nauar. *lib. 3. cons. in 1. edit. tit. de regularibus, cons. 75. num. 17. in 2. tit. de statu monachorum. cons. 3. num. 27.* quo de furto, dicens esse probabile, religiosum hûc peccare mortaliter; at probabilius, non esse mortale, quodidem censet ipse in furto, vt ex ipso testimus n. 5. Atque hoc intelligo verum, etsi ad emenda comestibilia acceperit: quamuis enim in comestibilibus non continuetur, vt dicemus n. sequenti, at secus est in pecuniis.

31 Secundò, si modica sic ex monasterio accepta sint comestibilia, & ad proprium religiosi vsum accepta; existimo furta illa minima non continuari, & sic non esse mortale; quando peruenitur ad eam quantitatem notabilem. Ducor, quod furta hæc minima esculentorum commissa à famulis, & ancillis ad proprios vsus, etiamsi sensim peruenient ad hanc notabilem quantitatem, non sunt peccatum mortale, quod domini non ita inuiti sint in horum acceptione, & facilè concederent, si peterentur, nec tam rigidè velint hæc prohibere, vt docent Caietanus *summ. verb. furtum. numb.* 1. Nauarr. *summ. cap. 17. Latin. num. 138. Hispan. num. 139.* Sayro *in clauis regia. lib. 9. c. 15. n. 27. fin.* Banez 2. 2. *q. 66. art. 6. dub. penult. fin.* Nauarra *lib. 3 de restitut. c. 1. parte 3. in nouæ edit. dub. 6. n. 100.* Leonardus *lib. 2. de iust. c. 12. dub. 8. num. 48.* Quæ rationes similiter in religiosis militant; immo multo fortius, quia non instar famulorum, aut seruorum, sed tanquam filij ex monasterij bonis aluntur. Item, quia in hoc casu admitto sententiam, quam tuetur Rebellus *de iustit. p. 1. lib. 5. q. 15. sect. 3. n. 21.* vbi ait furta religiosorum ex bonis monasterij computanda instar furtorum, quæ à filijs committuntur. Atque ita in propriis terminis docet Graffis *1. p. decis. lib. 3. c. 5. n. 11.* & sententiam viri docti à me consulti. Dixi autem, quando ad proprium vsum; nam secus esset, si ad vendendum, vel dandum alijs, sicut Leonardus proximè allegatus limitat in similibus furtis famulorum, quia in hoc nulla est voluntas superiorum, sicc res illæ cedunt ad vsus religiosorum ad quos destinatæ sunt.

32 Immo idem credo, licèt religiosus hic haberet animum accipiendi paulatim hæc minima ad proprium vsum, quia in eo modo sic paulatim hæc accipiendi non est ita inuitus superior, quamuis Graffis allegatus n. præcedenti contrarium sentiat.

33 Quod si simul magnam horum esculentorum quantitatem in proprios vsus acciperet, aut haberet animum sic accipiendi, peccaret mortaliter contra votum paupertatis. At credo exigi multo maiorem horum comestibilium quantitatem, vt sit mortale, quàm in alijs rebus, ob rationes dictas duplici numero præcedenti. Quod si quæras, quanta debeat esse hæc quantitas, non potest in omnibus rebus, & in omni euentu præscribi; quia attenta rerum qualitate, & circumstantiis alijs, res hæc variatur, vt si sint res quæ solent accuratè custodiri ad peculiares necessitates, nec communiter cum hominibus expendantur, vt sunt saccaro condita, quæ vulgò conseruas appellant, minor quantitas sufficit ad mortale, quàm in alijs esculentis ad communem vsum destinatis. Insuper in his communibus esculentis maior quantitas exigitur, quando illorum est abundantia, eo quod ex conuentus fundo percipiuntur, quàm si esset penuria, eo quod emerentur. Quare hæc quantitas prudentis arbitrio taxanda erit.

Dicta autem triplici numero præcedenti limitatem, 34
nisi religio præ paupertate, aut alia ratione quia determinarum solùm daret religiosis; tunc enim perinde est inuitus superior quoad hæc comestibilia, sicut quoad reliqua. Quare quando accipiens paulatim peruenit ad notabilem quantitatem in alijs furtis sufficientem ad mortale, peccaret mortaliter, quia est omnino, & iustè inuitus superior, sicut in alijs furtis.

Tandem, quando religiosi acciperent absque supe- 35
rioris tacita, vel expressa licentia hæc minima comestibilia ab externis ea furantes, credo ea continuari, vt in aliarum rerum furtis, ita vt sit mortale non solùs furti, quãdo peruenitur ad notabilem rerum quãtitatem, sed etiam contra paupertatis votum. Quia superior est omnino inuitus, & conscius contradicet acceptioni, immo contradicere tenebatur; at si contradicente superiore acciperent, esset mortale, quando ad eam quantitatem peruenireturin. Si verò acciperent ex licentia dominorum, tunc existimo dicendum idem quod hactenus diximus de accipiente ex monasterio hæc comestibilia. Atque credo maiorem quantitatem exigi, vt simul accepta sit mortale, quàm quãdo accipitur ex monasterij bonis, quia hoc cedit in vtilitatem monasterij: minus enim hic ex bonis illius insumet; nec in hoc casu constituo differentiam, quam numero præcedenti constitui. Quippe cessat ratio differentiæ ibi tradita.

CAPVT XXII.

Qualiter religiosis habere peculium aliquod, seu redditus, ex licentia superioris liceat.

SVMMARIVM.

Peculium appellatur hic res aliqua immobilis, vt annuus redditus; & an hoc possit concedi, ita vt à superiore nequeat reuocari, vel quando conceditur à Papa, possit inferior reuocare, vel possit idem Prælatus reuocare, qui se non reuocaturum pollicitus est? n. 1.

An possit peculium hoc concedi religioso ad quoscumque vsus, siue necessarios, siue superfluos, vel si ad solos vsus necessarios nulla est iusta causa, quamuis à superiore reuocari possit? n. 2.

Quando concedatur à superiore reuocabiliter ex legitima causa, & ad vsus tantum honestos, & pios; & de hoc proponitur duplex quæstio disputanda. n. 3.

An hoc peculium possit licitè concedi religioso, stando iure communi antiquiori? Refertur quædam sententia, numero 4.

Explicatur sententia authoris. n. 5.

Soluuntur argumenta. n. 6.

Post n. 6. inuenies summaria, quæ desiderantur.

PRÆMITTENDVM est, non esse quæstionem de vsu 1
pecuniæ, aut rei alicuius mobilis ex legitima causa per superiorem concesso monachis: nullus enim dubitat hoc posse concedi, vt experientia ipsa testatur. Sed nomine peculij, de quo præsens est quæstio, intelligitur res aliqua immobilis, vt annui redditus ex fundo aliquo, aut pecunia in censum tradita percepti. Huius autem peculij triplex est genus. Primum est ita concessum religioso, vt nequeat à superiore reuocari. Et de eiusmodi peculio nulla est controuersia, sed omnes fatentur, nec à Pontifice concedi posse religioso manenti tali, vt late diximus suprà, vbi disputaui, an concessum à Papa possit ab inferiore reuocari, vel quando Prælatus promisit se non reuocaturum, possit licitè reuocare, vel quando non promisit.

Secundum peculij genus est, quod Prælatus potest 2
reuocare, & impedire; at conceditur religioso ad quoscumque vsus siue necessarios, siue superfluos, vel si solùm

solùm ad vsus honestos concedatur, nulla est iusta concessionis causa; & de hoc etiam nulla est controuersia: fatentur enim omnes nequaquam posse concedi religioso. Ratio prioris partis est, quia nullus Prælatus potest concedere religioso superfluum alicuius rei vsum, sed solùm honestum, & pium, vt diximus suprà. Posterioris autem partis ea est ratio, quia cùm hoc sit quoddam quasi proprietatis genus, paupertatemque religiosum aliquantulum dedecet, illamque aliquantulum labefactet, indiget iusta aliqua causa ad sui honestatem.

3 Vltimum peculij genus est, quod conceditur à superiore ex legitima causa, & ad solos vsus honestos, & pios religiosi, estque ad superioris nutum renocabile, & de hoc est totà controuersia. De illoque duplex est disputanda quæstio. Prior, an id liceat attento iure communi antiquo: Posterior, an id liceat attẽto nouo Concilij Tridentini iure?

4 QVÆSTIO prior. An attento iure communi antiquiori integrum sit religionum Prælatis, concedere religiosis peculium, id est, redditus annuos ad nutum superiorum reuocabiles, ad solos vsus honestos, & pios, idque ex causa legitima? Duplex est sententia. Prior negat. Ducitur ex *cap. Ioannes, de regularib.* ibi; *Mandamus ne liceat, quem monachum peculiare quippiam habere.* & ex *cap. monachi, de statu monachorum,* ibi; *monachis nec peculium permittantur habere. & cap. cum ad monasterium, eodem tit.* ibi; *Prohibemus ne quis monachorum proprium aliquo modo possideat.* Quod si aliquis dicat textus hos intelligi absque superioris licentia, manifestè falsitatis convincitur ex *d. cap. monachi, vers. qui verò.* vbi dicitur, peculium habentem, nisi ab Abbate fuerit ei pro iniuncta administratione permissum, ab altaris communione remouendum esse. Ergo apertè loquitur textus etiam cum licentia superioris non licere religioso non habenti administrationem, concedi peculium. Secundò, quia quicumque rei vsus contra superioris voluntatem religioso permissus aduersatur paupertatis voto; sed Pontifex est supremus religiosorum Prælatus: ergo quantumuis inferior Prælatus cum vsum religioso concedat, aduersabitur paupertatis voto, tanquam concessus contra supremi Prælati præcepum in dictis textibus impositum. Tertiò, quia religiosis interdicitur paupertatis voto habere proprium: at hujusmodi est peculium; est enim peculiare vsui religiosi illius, & sic non commune, sed proprium. Quartò, quia religiosus hujusmodi peculium ex superioris licentia obtinens, præcipuarum paupertatis vtilitatum iacturam faciet, quippe diuitiis fidet, augebitúrque auditas illarum, & à spiritualibus exercitijs facillimè negotio auocabitur, intentus earum administrationi, maximamque illas superflue expendendi ansam habebit, & non seruabitur æqualitas inter religiosos, aliis habentibus redditus, aliis autem paupertie oppressis. Et ideo hanc sententiam sustinent Theodoretus, quem refert, & sequitur Carthusianus *opusculo de reformatione claustralium. toto art. 13. 14. & 15.* Gerson *1. p. tract. contra proprietarios reg. D. Augustini. in 2. part. de habito 23. litera G. & H.* Pyrrinus *tractatu de dispensatione Ecclesia. concl. 2. corollar. 1.* Ioannes Mobanus *in compendio Theologiæ practica. part. 5. cap. 20. concl. 3. & 4.* Felinus *cap. cum At. numero 26. vers. eadem ratione sumis, de constitutionibus.* Tapia *authent. ingressi. verb. ipso ingressu. cap. 3. numero 54. C. de sacrosanct. Eccles.* & ambo referunt pro se Calderinum *tom. cons. 1. de regularib.* qui loquitur de solis mendicantibus, quibus redditus aliquos habere suis constitutionibus interdicitur. Quod non est ad rem. Huius etiam sententiæ videtur esse Glossa collata cum textu *de monachis, verb. administratione.*

5 Posterior sententia (cui tanquam multo probabiliori adhæreo) affirmat hujusmodi peculium iure communi antiquo permissum esse ex licentia superioris. Ducor primò, quod in paupertatis votum minimè delinquat, nec proprietarius sit rem aliquam ex licentia superioris; & ad eius nutum reuocabilem possidens, paratúsque eo reuocante dimittere, quia talis non vtitur rebus tanquam suis, sed vt alienis, cùm alieno superioris arbitrio ducatur. Secundò, quia *cap. monachis, de statu monachorum. vers. qui verò*, permittitur monachis pro administratione iniuncta peculium habere: ergo licitum est peculium ex causa legitima. Tertiò, quia *cap. sin. qui clerici, vel voucntes*, approbatur religionis professio habens adiunctam conditionem manendi in propria domo, cum omni sua substantia quoad vsum illius, cùm tamen esset irrita, si haberet conditionem voto paupertatis contrariam, vt explicuimus *libro* 5. Et ideo hanc sustinet Innocentius *cap. sin. numero 2. qui clerici, vel vouentes.* Ioannes Andreas *rep. non est obligatorium. 2. numero 6. de reg. iur. in 6.* Abb. *cap. quod quibusdam. numero 10. de fideiussorib. n. & cap. cum ad monasterium. numero 8. de statu monachorum. & cap. nisi essent. numero vltimo. de prebendis.* Angelus *verb. Abbas. numero 17.* & ibi Sylvest. *quæstione 3. numero 6. dicto 7.* Decius *cap. edocti. numero 3. de rescrip.* Turrecremata *cap. non dicatis. 12. quæst. 1. art. 2. numero 3.* Nauarr. *comment. 2. num. 14. & commen. 3. num. 27. de regularibus. & lib. 3. cons. in 2. edit. tit. de regular. cons. 10. num. 5. in 2. tit. de statu monach. cons. 14. num. 5.* Cordoba *summa. q. 54. opinione 2. fol. 141.* Greg. Lopez *l. 14. verb. proprio. tit. 8. p. 1.* Nauar. *lib. 3. de restitut. in nouæ edit. c. 1. p. 3. dub. 1. n. 163.* Ludouicus Lopez *1. p. instructionis conscientiæ. c. 14. col. 3. vers. ideo licet.* Azor *tomo 1. instit. moral. lib. 12. c. 9. quæst. 2. & 2. tom. lib. 8. c. 7. q. 11.* Manuel *2. tom. summa. c. 31. n. 3. omitto.*

Ad argumenta n. 4. proposita respondetur. Ad pri- 6
mum dico, omnes eos textus interdicere regulariter, & vniuersaliter concedi religiosis peculium propter eorum impotentiam, & leues causas, secus quando ex causis grauibus, & iustis. Ad secundum dic, vsum peculij concessum à Prælatis ex iusta causa, minimè aduersari legi Pontificiæ, vt explicuimus in solutione præcedenti. Ad tertium dic, peculium, cuius administratio ex superioris nutu semper pendet, non esse proprium, sed commune, cùm dominium eius maneat semper in monasterio, & solus facti vsus permittatur religioso. Ad vltimum fateor, eo peculio non minuam paupertatis vtilitatum iacturam fieri; at non ideo concluditur id voto paupertatis aduersari. Nam votens aliquid ob aliquem finem, non ideo voti transgressor est, quod finem illum non consequatur, sicut qui eximitur à superioris obedientia, manens immediatè Pontifici subditus, vix obedientiæ fructum obtinebit, nec tamen ideo dicetur voti obedientiæ transgressor.

SVMMARIVM.

An attento iure Tridentini liceat idem peculium? refertur quædam sententia. n. 7. 8. 9. & 10.

Explicatur sententia authoris. n. 11.

An possit ad peculium concedi ad vsum indeterminatus, & ita vt pecunia sine aquid ipsum religiosis, cuius est peculium. 12.

An possit concedi religioso primo administratio aliquorum bonorum stabilium, vel seni, ac de religione bene merito aliqui redditus quotannis? n. 13.

An licita sit religionum confoetuda, vt quotannis denuo religiosis certi redditus ad vsum, ac superiori volenti reformare sit obediendum? explicatur Tridentinum sess. 25. c. 1. de regularibus. n. 14.

An sit aduersum paupertatis votum resistere superiori volenti peculium auferre, aut non esse religiosum paratum ad abdicandum à se illud ad superioris nutum, & quando religioso necessaria non suppeditantur? n. 15.

An liceat maniali cuiusmodi aureos sibi à seculari traditos, alijs dare, vt sibi viuentes cursum saluas, & post mortem sibi restituantur? n. 16.

An peculium debeat esse moderatum iuxta status religiosi decentiam?

decemiam, & unde hæc decemia mittenda sit? numero 17.

Quo pacto culpa liberari valeant religiosi, reddituri magnos habentes, & an quando non liberantur, possit confessarius tacere? n. 18.

Qualiter liceat religioso habenti peculium, illud expendere, & an malè expendens teneatur restituere, vel ipse recipient, & qualiter ex illo, vel ex aliis occasione eius acquisitis eleemosynam, aut donationem facere liceat, & remittitur. n. 19.

Quæ sit iusta concedendi peculij monacho causa, & an minor causa exigatur, quando concedunt ex bonis monasterij, aut propria labore partis, aut cum facultate subveniendi cognatis, vel aliis? n. 20.

An sit iusta huiusmodi peculij concedendi causa, religiosum multa acquirere, aut emulisse monasterio, vel ex iusta causa extra illud vivere? n. 21.

An sit iusta causa habere religiosum administrationem bonorum monasterij, aut esse illius Prælatum? n. 22.

An sit iusta causa ad vitandas quærelas, & murmurationes religiosorum? n. 23.

An sit iusta causa, quando veri ditissimi volunt alias profitari, nisi reservato sibi peculio? n. 24.

An ad retinendum peculium sui sit licentia superioris illud concedentis, an potius licentia sit à successoribus confirmandam. n. 25.

An sit culpa præbere causam concedendi peculij, peccátque contra paupertatis votum Prælati religiosis denegantes necessaria, & subinde præbentes causam, vt illi peculium habeant, vel non curantes, vt vivantur in communi? n. 26.

An peccent subditi dantes ansam, vt illis permittantur peculia? n. 27.

Solvuntur argumenta. n. 28.

7 QVÆSITO posterior. An eiusmodi peculium, quod attento iure antiquo diximus religioso posse concedi, possit quoque attento nouo Tridentini decreto *sess. 25. cap. 2. de regularibus*, atque ita ius commune maneat incorrectum? Duplex est sententia. Prior sustinet, id iam non esse licitum, atque adeò correctum ius commune. Ducitur, quia id videtur clarè interdici in eo decreto ibi: *Nemini regularium, tam virorum, quàm mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia, cuiuscumque qualitatis fuerint, etiam quæ modo ab eis acquisita, tanquam propria, aut etiam nomine conventus possidere, vel tenere, sed statim ea superiori tradantur, & conventui incorporentur. Ne deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui regulari concedere, etiam ad vsumfructum, vel vsum, administrationem, aut commendam. Administratio autem bonorum monasteriorum, seu conventuum ad solos officiales eorumdem ad nutu superioris amovibiles pertineat; nihilum verò vsum ita superiores permittant, vt earum supellex statui paupertatis, quam professi sunt, conveniat, nihilque superfluum in ea sit.* Vbi pondero ea verba, *tanquam propria, aut etiam nomine conventus possidere*, vbi clarè interdicitur etiam tanquam aliena, & conventus propria possidere, sed iubet, ea statim conventui incorporari. Pondero etiam ea verba, *stabilia etiam ad vsum*. Et si intelligas de vsibus ad religiosi libitum, ac superfluis, vanum esset discrimen in eo decreto traditum inter bona stabilia, & inter mobilia, cùm hæc permitti concedat ea lege, vt statum paupertatis deceant. Secundò, quia Tridentinum ibi statuit administrationem bonorum conventus solis eius officialibus permittendam. Tertiò, ex eodem Trident. *eadem sess. 25. cap. 1. de regul.* ibi: *Præcipit, vt omnes regulares, tam viri, quam mulieres, ad regulæ, quam professi sunt, præscriptum vitam instituant, & componant*; & antea dixerat veterem regularem disciplinam iam collapsam esse instaurandam. At vniuersæ religionum regulæ, aut ferè vniuersæ in prima sui origine hæc peculia interdixêre. Quartò, quia id suadet ratio, qua ductum Tridentinum peculia hæc interdixit, quæ fuit tum ad extirpandos abusus ex huiusmodi peculiorum concessione subsequi solitos; tum etiam ob proprietatis speciem in hac peculij administratione latitantem. Tandem, quia cùm etiam attento iure communi antiquo res hæc decisa non esset, sed sub iudice (vt vidimus) non est cur gratiâ correctionis iuris vitandæ explicare id Tridentini decretum aliter quàm sonat, ac eius verba in sensum improprium retorquendo. Et ideo huius sententiæ sunt Palacios 4. d. 38. *disp. 1. ad fin. in solut. ad 9.* Corduba *summa. quæst. 54. fol. 147. versiculo tertiero digo.* Thomas Zerola *in praxi Episcopali. part. 1. verb. monialis. vers. ad 2.* Concilium *ibid.* afferitque ibi sic declarasse Cardinalium Congregationem Passarellus *in priuileg. fratrum Minorum. post cap. 43. tit. de proprietate abdicanda, paulo ante fin. vers. vbi est prius adnertendum.* Tapia *authent. ingressi. verb. ipso ingressu. cap. 3. numo. 55. C. de sacrosanct. Eccles.* Molina *tom. 2. de iust. disputat. 276. col. penult. vers. vtrum autem.* Manuel *qq. regul. tomo 3. quæst. 29. artic. 12. & tomo 2. quæst. 47. artic. 15. fin. & in summa. tomo 1. in 2. edit. cap. 90. num. 9. concl. 4. & tomo 2. cap. 31. num. 3. versiculo tertiero digo.* Leonardus *lib. 2. de iust. cap. 4. dub. 5. num. 50.* Nauarra *lib. 3. de restitutione. cap. 1. in noua editione. part. 3. dub. 1. numero 163.* Ludouicus Lopez *1. part. instructorij conscientiæ. cap. 155. colum. 3. versiculo tertiò addimus.* Azor *tomo. 1. inst. moral. lib. 12. cap. 9. quæst. 2.* Valentia *2. 2. disput. 1. quæst. 4. puncto 3. col. 2. carol. 4.* Vega *2. tomo summæ. cap. 32. casu 19.*

Hanc sententiam temperant Valentia, Vega numero 8 præcedenti allegati, & Manuel *1. tomo summæ in 2. edit. cap. 90. numero 9. concl. 4.* nisi monasterium ita pauper sit, vt ex communibus redditibus nequeat religiosis satis prouidere; tunc enim licebunt peculia: & idem ait forsan esse verum Manuel *qq. reg. tomo 2. quæst. 47. art. 15. fin.* subditus se id non asserere.

Secundò limitât Corduba, Nauarra *num. 165. & 166.* 9 Ludouicus Lopez numero 7. allegati, & Manuel *2. tomo summæ. c. 55. num. 3. vers. lo tertero digo*, vt tunc non liceat, quando id peculium concederetur religiosis ad vsus indeterminatos, & vagè, relinquendo illis administrationem, & dispositionem; secus quando ad vsus determinatos, tunc enim liceret.

Tertiò temperant, nisi census vitalitij permittantur 10 religiosis pro alimentis, & vsibus necessariis, nulla illis administratione concessa, sed solis conventus officialibus. Atque ita pecuniæ inde perceptæ non debent apud ipsos religiosos peculium habentes esse, sed in potestate publici officialis à superiore ad id munus destinati, quem in monialium monasteriis *la bolsera* appellant. Quia quandiu sunt in potestate eiusmodi officialis, censentur esse in superioris potestate; & ideo huiusmodi peculium non interditur in eo Tridentini decreto. Sic limitant Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium. verb. paupertas, ad fin.* Nauarra *libro 3. de restitutione. cap. 1. part. 1. in noua editione. dub. 1. numero 161. vers. tertio existimo. & numero 168. corollar.* 2. Leonardus *libro 2. de iust. cap. 4. dub. 5. numero 51.* Sed immeritò allegatur pro hac limitatione Corduba *summ. quæstione 54. vers. lo 2. digo que licitamente. fol. 147.* quia non agit de redditibus annuis, sed de pecuniis in eleemosynas datis alicui moniali; & de eisdem solis loquuntur etiam Ludouicus Lopez *1. p. instruct. consc. cap. 155. col. 3. vers. 2. consuetudo.* & Manuel *2. tom. summ. cap. 31. in 3. vers. lo segundo digo.*

Posterior sententia sustinet in eo decreto nihil no- 11 ui iuris induci, sed solùm confirmari statuta iure antiquo *cap. monachi. & cap. cum ad monasterium, de statu monachorum*, quæ regularibus peculia interdicebant. Quare sicut illa intelligi diximus numero 5. & 6. de peculio concesso ad vsus quoscumque etiam profanos, & superfluos, vel è quibus vsus licitos non adest iusta concedendi causa, aut cóceditur irreuocabiliter à superiore; ita de eodẽ peculij genere intelligi debet decretũ Tridentini. Et ideo licitũ erit hodie peculiũ ex iusta causa religiosis cõcessum ad vsus licitos, & honestos, & reuoca

reuocabile ad superioris nutum, sicut iure antiquo id licitum esse probauimus numero 5. Ducitur hæc sententia, quia verba Tridentini non habent maiorem vim contra peculium, quàm verba Concilij Lateranensis relata *cap. monachi, de statu monachorum*, nisi quod expressiùs prohibeant id peculium. Sed non obstanti eo decreto licitum erat peculium cum prædictis conditionibus, vt numero 5. probauimus: ergo erit quoque licitum non obstante prædicto Tridentini decreto. Secundò, quia absque fundamento sufficienti non est inducenda iuris correctio, ac noua obligatio imponenda. At nulla ratio cogit, vt constabit ex argumentorum solutione, vbi ea omnia Tridentini verba explicabuntur. Tandem, quia hæc sententia est vsu confirmata, cùm in omnibus monialium conuentibus, ac multis vitorum videamus peculia à religiosis possideri ex superioris licentia; & id sit valde necessarium, quia monasteria non suppeditant necessaria religiosis, vt vitam mediocriter, & iuxta suum statum transigant. Et ideo hæc sententia plus mihi placet, quam amplectuntur Nauarr. *comment. 2. numero 15. & 18. de regularib. & libro 3. consil. in 1. edit. de regularib. cons. 20. numero 6. in 2. tit. de statu monach. cons. 14. numero 6.* Fuluius Pacianus *cons. 36. à numero 99. vsque ad 102. tit. 1.* Graffis *1. part. decis. libro 3. cap. 5. numero 53.* Emmanuel Sà *in summa. verb. religio. numero 48.* Vega *2. tomo summ. cap. 86. casu 5.* Manuel *qq. reg. tom. 2. quæst. 125. art. 4. fin. & tom. 5. quæst. 29. art. 10. initio.*

12 Nec existimo faciendam vim in eo, an superior destinet vsus in quos id peculium expendendum sit; sed potest illud concedere ad vsus religiosi indeterminatè, quia tacitè intelligitur de vsibus licitis, & honestis religioso, sicut fatentur Nauarra *libro 3. de restitut. cap. 1. part. 1. in noua editione. dub. 1. numeris 166. & 167. corollar.* 3. Leonardus *libro 2. de iust. cap. 4. dub. 5. numero 37.* Manuel *2. tomo summ. cap. 31. numero 3. mis.* posse superiorem concedere religioso facultatem expendendi aliquos nummos in vsus suos indeterminatè, quod ea absoluta concessio intelligatur ad vsus licitos; nec etiam refert si nummos ex illis redditibus annuis procedentes retineat religiosus cui peculium concessum est, apud se, sine apud publicum officialem ad id deputatum à superiore, cum in vtroque casu possideat nomine superioris à quo habet licentiam, & nomine conventus, cuius est peculij illius dominium.

13 Hinc deducitur primò, hodie licere ex iusta causa concedere cuicumque religioso, licèt non sit officialis ordinis, administrationem aliquorum bonorum stabilium nutu superioris amouibilem, quia Tridentinum *sess. 25. cap. 1. de regularib.* quod videtur id interdicere, non induxit iur notum, vt numero præcedenti probauimus, sed tantùm interdixit id absque iusta causa fieri. Sic Nauarr. *comment. 2. numero 15. & 18. de regularibus.* Quare neque est correctum per Tridentinum, quod iure communi licebat, nempe, vt monachis senibus, & de religione benemeritis concedantur aliqua bona ab ipsis administranda, ea conditione, vt certam pensionem reddant monasterio, & ex reliquo viuant, idque impendant in vsus honestos; quamuis Azor *tomo 1. inst. moral. libro 12. cap. 9. quæstione 2.* fateatur id esse iure communi permissum, & correctum esse per Tridentinum: sed loquitur consequenter ad suam sententiam defendentem, ius commune quoad religiosorum peculia correctum esse.

14 Secundò deducitur, liciam esse aliquarum religionum consuetudinem, in quibus ex superiorum licentia certi annui redditus cuilibet religioso assignantur ad victum, & vestitum, ita vt si deest aliquid, ipsi quærant; si autem superest, applicent pis, & religiosi vtibus, dummodo religiosi non excedant limites licentiæ illis concessæ, & parati sint reformationi legitimæ faciendæ obtimperare. Sic Nauarr. *comment. 1. num. 26. & 27. & 32. de regularib.* Tapia *authentic. ingressi. verb. ipso ingressu. cap. 3. numero 45. & 59.* Manuel *2. tomo summ. cap. 31. numero 2. concl. 2.* & addunt optimè Nauarr. *to. 2. numero 32.* & Manuel *eo. numero 2.* non obstare huic consuetudini Tridentinum *sess. 25. cap. 1. de regul.* quatenus statuit, vt omnes regulares ad regulæ quam professi sunt, præscriptum vitam instituant, & componant. At omnes regulæ omnium religionum, etiam earum, quæ laxissimæ sunt, præscribunt, vt regulares viuant regulariter absque proprio, non solùm quoad dominium, sed etiam quoad vsum peculiarem, & omnia habeant communia; quia respondetur, eam consuetudinem, & statutum quamuis sint ante Tridentinum introducta, non debeti reproba iudicari, donec superiorum reformatio accedat, & ad priorem regulæ observantiam reducatur. Quippe ea Tridentini verba, *vitam suam instituant, & componant*, significant, prius esse vitam instituendam, & componendam, quàm teneantur priuati religiosi obseruare: neque enim instituere, & componere pertinet ad priuatos, sed ad superiores. Addit autem bene Nauarr. *eodem comment. 5. n. 33.* peccare Prælatos non reformantes, & inferiores legitimæ reformationi resistentes. Tunc autem ait numero 36. fore reformationem legitimam, quando non vnum, vel alterum solùm reformare vult, sed si præcipiat omnibus opportunè eam reformationem; si enim ex abrupto præciperet antequam institueret officia, & instrumenta vitæ communi necessaria, non opportunè præciperet, & integrum esset religiosis appellare adiecta excessus modi debiti reformationis causa. Hæc Nauarr. ibi, & bene.

Tertiò deducitur, esse contra paupertatis votum, 15 si religiosus superiori volenti concessum sibi peculium reuocare resistat, aut paratus non sit à se ad eius nutum abdicare. Quia tunc est proprietas, cùm aliquid retinente superiore possidere velit. Sic Nauarra *libro 3. de restitutione. cap. 1. part. 3. in noua editione. dub. 1. numero 160. & 161.* Manuel *quæstionum reg. tomo 5. quæstione 29. artic. 12.* Leonardus *libro 2. de iustitia. cap. 4. dub. 5. numero 31. & 32.* Qui bene hoc limitat, modò aliunde satis illi religioso prouideatur; nec enim superiore iubente renetur dimittere, nisi constaret alia ratione ex communi pemu illi prospectum fore. Quod si (inquit) à superiore legitimo alia ratio certa institueretur, per quam iuxta formam vitæ communis necessitatibus religiosorum satis consuleretur, non esset illi integrum huic reformationi resistere, etsi priorem viuendi formam in ingressu inuisisset. Quod ex dicti numero præcedenti satis constat; intellige autem Nous teneri subditum obedire, nisi quando superior auferat superflua, relictis necessariis iuxta paupertatem religiosam.

Quartò deducitur eius quæstionis decisio, an mo- 16 nialis, cui externus centum aureos ad suum libitum expendendos concessit, possit ex superioris licentia alicui seculari eos tradere, vt censum sibi quotannis soleat, dum vixerit, atque eo defuncto centum illos aureos sibi retineat? sic enim distinguendum est. Si ita concessi sunt centum illi aurei, vt concedens noluerit dominium in monasterium transferri, sed omnino cedere in monialis vsum, & eadem monialis acceptantis mens fuerit, est licitum ex superioris licentia eos tradere modo prædicto seculari illi, quia nullatenus sunt monasterij: si autem ita dati sunt, vt dominium in monasterium transierit, nequit monasterium absque consensu Prouincialis, aut Generalis absque cõsentiu consensu id efficere. Quod bona illa monasterij sint, nec in ea distributione res eius vtiliter agatur, nisi secularis ille de monasterio benemeritus esset; tũc enim cùm donatio illa nõ gratiosa, sed remuneratoria sit, ac cõsequẽter in monasterij vtilitatẽ cedat, poterit ex Prouincialis licentia

licentia fieri. Sic docent Corduba *summa. quæstione 54. dub. vltim. à fol.159. usque in finem.* Ludouicus Lopez *1.p. instructorij conscientiæ.cap.155.col. penult. & libro 2.de contractibus. cap.* 40.*fol.3.& 4.* Vega *2.tomo summæ.cap.32. casu* 19. Manuel *1. tomo summæ. in 2.editione.cap.90. numero* 8.*& 9.concl.5.& 4.& quæstionum regul. tomo 2.quæstione* 47.*art.15.* Et quamuis Manuel *eo.cap.90.numero 9.* & Vega ibidem dicant hodie attento Tridentino non licere monali iis redditibus frui, loquuntur iuxta suam sententiam, qua tenent ius commune correctum esse per id decretum. At sustentando nostram, dicendum est hodie etiam licere.

17 Quintò deducitur, peculium concessum religioso debere esse moderatum, tum quia Tridentinum *sess. 25.cap.2.de regularib.* interdicit mobilia superflua concedi regularibus, nedum peculium rei stabilis superfluum, tum etiam, quia nulla superioris licentia potest religiosus res ad vsus sibi concessas expendere superflue, vt diximus suprà. Dicuntur autem in præsenti superflua, quæ ad statum religiosi habentis peculium minimè sunt necessaria, vt constat ex *cap.exiit. vers.insuper, de verb.significat.6.* Potest autem contingere, vt eadem prorsus res substantia religioso vnius religionis superflua sit, at alterius religionis religioso etiam in eodem gradu constituto necessaria, & licita, quod decentia status spectanda sit secundùm communem studiosorum virorum illius status vsum: at Magistri, vel Prælati vnius religionis strictioris viliores supellectilem, habitum, & cibum, quàm Magistri, vel Prælati alterius laxioris habere solent. Quinimò in eadem religione aliqua supellex esset contra votum paupertatis religioso laico, vel simpliti sacerdoti, quæ non esset talis alicui Prælato, aut Magistro ordinis; quia personæ illius status iure optimo ampliori supellectili potiri solent. Quare *d. cap. exiit* rationem qualitatis personarum, conditionis, locorum, varietatis temporum, & nonnullarum aliarum circumstantiarum, habendam esse ad hanc status decentiam metiendam decernitur. Quare ex eis verbis constat decentiam status religiosorum etiam eiusdem ordinis, & gradus, in diuersis prouinciis diuersimodè metiendam esse, quod etiam constat ex *Clement.exiui. vers.præterea, de verborum significatione*, quis in prouinciis diuisimis, aut affluentibus iis, aut aliis rebus, quidam cibus & vestitus reputantur vilia, quæ in aliis pretiosa existimarentur; & idem respectu diuersorum temporum.

18 Sextò deducitur, qualiter hac superfluitatis culpa liberari valeant religiosi amplissimos redditus habentes. Possunt enim primò liberari, quod ratione dignitatis personæ pluribus egeant, iuxta dicta num. præcedenti: vel secundò, quando regula poster dici relaxata, & paupertas eo modo intellecta, præualuisseque iam consuetudo. Tertiò, quia pars illorum redditum expenditur in conuentus bonum, & monialium pauperum illius, aut aliorum pauperum eleemosynas: alia autem in licitos ipsius religiosi vsus. Vel tandem, quia religiosus ille multa sua arte comparauit monasterio, aut multa bona in illud attulit, qua ratione æquum est, vt plura sibi concedantur in eleemosynas, & capellanias instituendas, iuxta ea quæ diximus ex Nauarro, & Ludouico Lopez. Quod si causæ ex excusantes non concurrant, prorsus latet, quo pacto culpa liberi euadere queant. At quando ipsi sunt in bona fide, nec de hoc rogant confessarium, nec spes est fore, vt admonitio prosit, potest confessarius tacere, ac ipsos absoluere, dummodo bene ex superioris licentia expendant, vt probaui *libro 2.de matrim.disputat.38. num.9.*

19 Septimò deducitur, non licere religioso habenti ex legitima superioris licentia peculium, id pro libito suo in quosuis vsus expendere, sed teneri in vsus honestos, ac aliter accipientem teneri restituere, etiamsi de superioris licentia det, vt probaui suprà. Et an ipsemet religiosus teneatur restituere, diximus ibi; qui autem sint hi vsus pij, & honesti, diximus suprà. Qualiter autem ex hoc peculio, & ex aliis occasione eius acquisitis, absque alia licentia quàm vtendi illo, liceat eleemosynam, aut donationem facere, diximus.

20 Quod si petas, qualis censeatur causa iusta peculij concedendi monacho; respondetur, eam esse duplicem, nempe necessitatem, aut vtilitatem grauem, priuatam, aut publicam. Priuata est, vt pro victu, vel vestitu religiosi, quando monasterium necessaria illi non suppeditat, vel ad emendos libros spirituales, vel quibus discat, aut animus recreetur honestè. Publica autem, vt ad libros emendos ad docendum, & conionandum, &c. Atque ita docent Vmbertus, quem refert, & sequitur Turrecremata *cap. non dicatis.12. quæst. 1.art.2.num.5.& 4.* D.Antoninus *3.p. tit.16.cap.2.§.11. notab.5.* Tapia *authent.ingressi. verb.ipso ingressu.cap.3.num. 51.& 52.C.de sacrosanct. Eccles.* Nauarr. *comment.2.num.14. corollar.13.de regularib.* Passarellus *in compendio priuilegiorum fratrum Minimorum.post cap.43. tit.de proprietate abdicanda, paulo ante finem.* Graffis *2.part. decis.lib.3.cap.19. numero 28.& 29.* Et tandem bene concludit Nauarrus *ibid. numero* 25. arbitrio prudentis relinqui, quæ sit iusta causa, & considerandam esse personam, locum, finem, in quem conceditur, tempus, & quantitatem rei concessæ, & id genus alia. Quare existimo maiorem causam desiderari ad concedendum peculium ex monasterij rebus, aut proprio labore comparatis, quæ subinde monasterio acquirantur, quàm ex rebus concessis à secularibus. Quia in prioribus plus læditur monasterium, & maior quoque causa exigitur ad concedendum peculium, cum facultate subueniendi amicis, famulis, vel cognatis pauperibus, quàm sine hac facultate. Quia in priori euentu amplior distributio concediturￚ

21 An verò sit iusta causa, quando religiosus ille multa acquirit religioni, aut multa illi contulit, diximus suprà; & an sit quoque iusta causa, quando iustè est extra monasterium, diximus etiam suprà.

22 Præterea est iusta causa, quando religiosus bona monasterij administrat, vt constat ex *cap.monachi, de statu monach.* vbi Innocentius *paulo post princip.* explicat, vt quia est vestiarius, vel eleemosynarius. Quare vniuersaliter videtur licere vniuersis religiosis munera religionis obeunibus destinare salarium ad nutum superioris reuocabile tanquam peculium, vt vel sic diligentiùs munere suo fungantur. Et ita in aliquibus religionibus est vsu receptum, vt aliquibus pro vestibus sibi peculiariter assignatis potiantur.

23 Similiter est iusta causa diuidendi bona monasterij religiosis, assignatis cuilibet certis, & determinatis portionibus per illos administrandis, quod est quoddam peculij genus, quando tepescente spiritu oriuntur discordiæ, inuidiæ, murmurationes ex communi religiosorum victu, & vestitu, eo quod ex ipsis parca videantur. Vel quando religiosi res communes prodigè, & superfluè expendunt, atque ideo certam pecuniam illis præscribere opus est, vt accuratiùs eam seruent, ne sibi necessaria deficiant. Et sic docet Nauarr. *comm.3.n.29.de regularibus.*

24 Item iusta causa est magna monasterij vtilitas, vt si occurrant vir, aut fœmina ditissimi in aliquo monasterio egenti profiteri volentes, non aliter quàm reseruato sibi aliquo peculio. Quippe id licebit, vt suis diuitiis egestati illius monasterij subueniant. Qua ratione fuit permissum à Pio V. cuidam nobili fœminæ, vt sibi bona retinens profiteretur in domo propria, vt refert Nauarr. *comment.2.numero 16.de regularib.* se consuluisse. Idem quoque iure communi concessum est *c. final. qui clerici, vel vouentes.*

Tandem

25 Tandem duo supersunt explicanda. Prius est, an ad retinendum peculium illud sit semper à superioribus successoribus petenda licentia? Id enim videtur, quia superior primò illam concedens videtur pro solo sui officij tempore potuisse concedere, cùm vltra id tempus potestate careat. Sed optimè sic distinguit Manuel *99.regul. tom. 2.quæstione 125.art.5. fin.* Si id peculium ad vitam religioso concessum esset quasi vnum legatum, fas est prioris superioris concedentis licentia ad expendendum per totam vitam, nisi à successore reuocetur. Quia cùm sit vnum, satis est initio concessionis adfuisse potestatem in concedente. Si autem sint quasi plura legata, est necessariò petenda à successoribus confirmatio prioris licentiæ. Quia quolibet anno est diuersum legatum. Quando autem sit vnum legatum, & quando plura, habes explicatum suprà. Quibus addo; casu quo sint plura legata, sufficit licentia Prælati, qui erat initio illius anni, ad expiendum illius anni legatum, licèt statim cesset eius officium. Quia quodlibet legatum cedit, & acquititur initio cuiuslibet anni, vt habetur *l. in singular.8.ff. de annuis legatis.*

26 Posterius est, an culpæ reus sit dans causam, vt religiosis permittatur peculium? Et breuiter dicendum est, Prælatum religionis non ministrantem necessaria subditis, cùm commodè præbere possit, & sic peculiis causam præbentem, peccare mortaliter. Quod clarè sentire videntur Diuus Anton. *3. p. tit.16. cap.1. §.11. ad fin.* & Sylvester *verb. religio. 6. quæstione 7. fin.* vbi dicunt non esse in turo statu Prælatos non adhibentes diligentiam debitam, vt in communi vita transigatur, quàdo id commodè, & sine magno scandalo fieri potest. Posset autem aliquis existimare, hoc peccatum in superioribus non esse contra votum paupertatis; quia habere peculia religiosos ex licentia superioris concessa ex iusta causa, non est contra votum paupertatis. Atque in hoc casu adest iusta causa habendi peculia. Quare cùm subditi non peccent contra paupertatis votum, nec ipse superior peccabit contra illud, sed erit peccatum iniquæ dispensationis. At reuera existimo esse peccatum contra paupertatis votum. Nam sicut qui tenetur seruis impedimenta auferre, quò sacro commodè in festis interesse valeant, nec aufert, eius peccat est reus, quod perpetrarent seruii non audientes, si possent: ita Prælatus hic peccabit contra votum paupertatis, vtpote qui culpa sua præbet ansam, vt subditi peculia habeant, quibus violaretur id votum, nisi ea causa concurrente excusarentur. Nec obstat tunc subditos non delinquere in hoc votum: satis enim est fore, vt aduersus id delinquerent ablata illa causa; sicut etiam serui illi liberi sunt ab omissionis sacri culpa, stante illo domini impedimento, & tamen dominus ea culpa omissionis sacri non liberatur, præbens iniquè eam omissionis causam. An verò peccent in idem votum dantes peculiis causam, admittendo plures religiosos quàm ex redditibus conuentus, & eleemosynis consuetis ali valeant, dicemus cap. sequenti.

27 Similiter etiam peccant mortaliter subditi dantes peculiis causam resistendo vitæ communi, cùm illis necessaria ministrentur, vt docent Diuus Antoninus, & Sylvester numero præcedenti allegati; & similiter quando grauiter murmurando, & magnas querelas fundendo, & peccatum est contra paupertatis votum. Quippe illa licentia tanquam metu extorta eos minimè excusat, vt diximus suprà: secus autem quando iustam peculij sibi concedendi causam præbent, vt sua industria, & labore comparando multa bona religioni, &c. Quia hæ posteriores actiones sunt ex se iustæ, & reddunt religiosum concessione sibi peculij dignum. Priores verò sunt iniustæ, nec reddunt peculio dignum, sed cogunt vt concedatur.

28 Ad argumenta n.7. proposita respondetur. Ad primum, & secundum dic ea verba Tridentini intelligenda esse iuxta ius commune antiquum, vt ea omnia ita sint, nisi causa legitima adsit concedendi peculij, & administrationis ad vsus honestos, manenti facultate in superiori reuocandi liberè. Ad tertium constat ex dictis numero 14. vbi id Tridentini decretum exposuimus. Ad quartum dico, ea omnia vitari concesso peculio cum limitationibus prædictis. Ad vltimum dic, etsi non omnino certum esset, licere id peculium attento iure antiquo, at esse quasi certum, quod satis est, ne absque causa vrgenti inducamus correctionem, ac nouam obligationem.

CAPVT XIII.

Qualiter peccent Prælati religionum dantes peculio habendo causam, plures admittendo, quàm qui ex redditibus monasterij, ac consuetis eleemosynis sustentari valent.

SVMMARIVM.

Proponuntur decreta quibus hoc interdicitur. num.1.
Explicatur differentia inter hæc decreta; & an idem sit non posse absque penuria, & non posse commodè sustentari? numero 2.
Quale peccatum sit contrauenire his decretis, plures admittendo. num.3.
An valeat professio si plures admittantur? num.4.
Qualiter hæc seruentur in monasteriis monialium, & an computanda sint peculia, quæ speciales moniales habent, & quod manuum labore comparant? num.5.
Qualiter hæc decretum obliget in monasteriis virorum. numero 6.

29 ANSAM huius disputationis tribuunt varia iuris decreta, quæ circa hoc extant. Nam *cap. vnic. §. sane, de statu regular. in 6.* sic dicitur; *Iubemus ne in monasteriis ordinum non mendicantium aliqui recipiantur de cætero in fratres, nisi quos poterunt de ipsorum monasteriorum bonis, siue prouentibus absque penuria sustentari, si secus illum fuerit, irritum decernimus.* Quod idem non irritando professionem decretum est de omnibus monasteriis & virorum, & mulierum in Concilio Arelatensi IV. capite 8. sub Leone III. quod celebratum est anno 813. & in Concilio Moguntino. capite 19. quod sub eodem Pontifice, & eodem anno celebratum est, & vtrumque habetur *tom. 3. Conciliorum. in noua editione. & cap. 1. de institutionibus* idem decretum est de omnibus monasteriis monialium, & virorum, ibi; *Non amplius suscipiantur in monasteriis monachorum, aut clericorum, sed etiam puellarum, quam quæ se regere de bonis Ecclesiæ absque penuria possint.* Et tandem idem nouissimè decreuit Tridentinum de omnibus virorum, & mulierum monasteriis *sessione 25. cap. 4. de regularib.* ibi; *In monasteriis, & domibus virorum, quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, si tamen numerus constituatur, vel non posset conseruari, qui vel ex redditibus prouenit, ac in posterum conseruatur, qui vel ex consuetis eleemosynis commodè possint monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commodè possint sustentari.* Et Pius V. in motu proprio edito anno 1566. incipienti; *Circa pastoralis officij*, sic inquit; *Et ne propter monialium numerum exorbitantem clausuræ obseruatio violetur, inhærentes similiter constitutioni Bonifacij VIII. & Concilij Tridentini, monialibus, & illarum superioribus, & ordinariis debitis inhibendo præcipimus, ac*

licentia fieri. Sic docent Corduba *summa. quæstione 54. dub. vltim. à fol.159. usque in finem.* Ludouicus Lopez *1.p. instructorij conscientiæ.cap.155.col. penult. & libro 2.de contractibus. cap.* 40.*fol.3.& 4.* Vega *2.tomo summæ.cap.32. casu* 19. Manuel *1. tomo summæ. in 2.editione.cap.90. numero* 8.*& 9.concl.5.& 4.& quæstionum regul. tomo 2.quæstione* 47.*art.15.* Et quamuis Manuel *eo.cap.90.numero 9.* & Vega ibidem dicant hodie attento Tridentino non licere monali iis redditibus frui, loquuntur iuxta suam sententiam, qua tenent ius commune correctum esse per id decretum. At sustentando nostram, dicendum est hodie etiam licere.

17 Quintò deducitur, peculium concessum religioso debere esse moderatum, tum quia Tridentinum *sess. 25.cap.2.de regularib.* interdicit mobilia superflua concedi regularibus, nedum peculium rei stabilis superfluum, tum etiam, quia nulla superioris licentia potest religiosus res ad vsus sibi concessas expendere superflue, vt diximus suprà. Dicuntur autem in præsenti superflua, quæ ad statum religiosi habentis peculium minimè sunt necessaria, vt constat ex *cap.exiit. vers.insuper, de verb.significat.6.* Potest autem contingere, vt eadem prorsus res substantia religioso vnius religionis superflua sit, at alterius religionis religioso etiam in eodem gradu constituto necessaria, & licita, quod decentia status spectanda sit secundùm communem studiosorum virorum illius status vsum: at Magistri, vel Prælati vnius religionis strictioris viliores supellectilem, habitum, & cibum, quàm Magistri, vel Prælati alterius laxioris habere solent. Quinimò in eadem religione aliqua supellex esset contra votum paupertatis religioso laico, vel simpliti sacerdoti, quæ non esset talis alicui Prælato, aut Magistro ordinis; quia personæ illius status iure optimo ampliori supellectili potiri solent. Quare *d. cap. exiit* rationem qualitatis personarum, conditionis, locorum, varietatis temporum, & nonnullarum aliarum circumstantiarum, habendam esse ad hanc status decentiam metiendam decernitur. Quare ex eis verbis constat decentiam status religiosorum etiam eiusdem ordinis, & gradus, in diuersis prouinciis diuersimodè metiendam esse, quod etiam constat ex *Clement.exiui. vers.præterea, de verborum significatione*, quis in prouinciis diuisimis, aut affluentibus iis, aut aliis rebus, quidam cibus & vestitus reputantur vilia, quæ in aliis pretiosa existimarentur; & idem respectu diuersorum temporum.

18 Sextò deducitur, qualiter hac superfluitatis culpa liberari valeant religiosi amplissimos redditus habentes. Possunt enim primò liberari, quod ratione dignitatis personæ pluribus egeant, iuxta dicta num. præcedenti: vel secundò, quando regula poster dici relaxata, & paupertas eo modo intellecta, præualuisseque iam consuetudo. Tertiò, quia pars illorum redditum expenditur in conuentus bonum, & monialium pauperum illius, aut aliorum pauperum eleemosynas: alia autem in licitos ipsius religiosi vsus. Vel tandem, quia religiosus ille multa sua arte comparauit monasterio, aut multa bona in illud attulit, qua ratione æquum est, vt plura sibi concedantur in eleemosynas, & capellanias instituendas, iuxta ea quæ diximus ex Nauarro, & Ludouico Lopez. Quod si causæ ex excusantes non concurrant, prorsus latet, quo pacto culpa liberi euadere queant. At quando ipsi sunt in bona fide, nec de hoc rogant confessarium, nec spes est fore, vt admonitio prosit, potest confessarius tacere, ac ipsos absoluere, dummodo bene ex superioris licentia expendant, vt probaui *libro 2.de matrim.disputat.38. num.9.*

19 Septimò deducitur, non licere religioso habenti ex legitima superioris licentia peculium, id pro libito suo in quosuis vsus expendere, sed teneri in vsus honestos, ac aliter accipientem teneri restituere, etiamsi de superioris licentia det, vt probaui suprà. Et an ipsemet religiosus teneatur restituere, diximus ibi; qui autem sint hi vsus pij, & honesti, diximus suprà. Qualiter autem ex hoc peculio, & ex aliis occasione eius acquisitis, absque alia licentia quàm vtendi illo, liceat eleemosynam, aut donationem facere, diximus.

20 Quod si petas, qualis censeatur causa iusta peculij concedendi monacho; respondetur, eam esse duplicem, nempe necessitatem, aut vtilitatem grauem, priuatam, aut publicam. Priuata est, vt pro victu, vel vestitu religiosi, quando monasterium necessaria illi non suppeditat, vel ad emendos libros spirituales, vel quibus discat, aut animus recreetur honestè. Publica autem, vt ad libros emendos ad docendum, & conionandum, &c. Atque ita docent Vmbertus, quem refert, & sequitur Turrecremata *cap. non dicatis.12. quæst. 1.art.2.num.5.& 4.* D.Antoninus *3.p. tit.16.cap.2.§.11. notab.5.* Tapia *authent.ingressi. verb.ipso ingressu.cap.3.num. 51.& 52.C.de sacrosanct. Eccles.* Nauarr. *comment.2.num.14. corollar.13.de regularib.* Passarellus *in compendio priuilegiorum fratrum Minimorum.post cap.43. tit.de proprietate abdicanda, paulo ante finem.* Graffis *2.part. decis.lib.3.cap.19. numero 28.& 29.* Et tandem bene concludit Nauarrus *ibid. numero* 25. arbitrio prudentis relinqui, quæ sit iusta causa, & considerandam esse personam, locum, finem, in quem conceditur, tempus, & quantitatem rei concessæ, & id genus alia. Quare existimo maiorem causam desiderari ad concedendum peculium ex monasterij rebus, aut proprio labore comparatis, quæ subinde monasterio acquirantur, quàm ex rebus concessis à secularibus. Quia in prioribus plus læditur monasterium, & maior quoque causa exigitur ad concedendum peculium, cum facultate subueniendi amicis, famulis, vel cognatis pauperibus, quàm sine hac facultate. Quia in priori euentu amplior distributio concediturￚ

21 An verò sit iusta causa, quando religiosus ille multa acquirit religioni, aut multa illi contulit, diximus suprà; & an sit quoque iusta causa, quando iustè est extra monasterium, diximus etiam suprà.

22 Præterea est iusta causa, quando religiosus bona monasterij administrat, vt constat ex *cap.monachi, de statu monach.* vbi Innocentius *paulo post princip.* explicat, vt quia est vestiarius, vel eleemosynarius. Quare vniuersaliter videtur licere vniuersis religiosis munera religionis obeunibus destinare salarium ad nutum superioris reuocabile tanquam peculium, vt vel sic diligentiùs munere suo fungantur. Et ita in aliquibus religionibus est vsu receptum, vt aliquibus pro vestibus sibi peculiariter assignatis potiantur.

23 Similiter est iusta causa diuidendi bona monasterij religiosis, assignatis cuilibet certis, & determinatis portionibus per illos administrandis, quod est quoddam peculij genus, quando tepescente spiritu oriuntur discordiæ, inuidiæ, murmurationes ex communi religiosorum victu, & vestitu, eo quod ex ipsis parca videantur. Vel quando religiosi res communes prodigè, & superfluè expendunt, atque ideo certam pecuniam illis præscribere opus est, vt accuratiùs eam seruent, ne sibi necessaria deficiant. Et sic docet Nauarr. *comm.3.n.29.de regularibus.*

24 Item iusta causa est magna monasterij vtilitas, vt si occurrant vir, aut fœmina ditissimi in aliquo monasterio egenti profiteri volentes, non aliter quàm reseruato sibi aliquo peculio. Quippe id licebit, vt suis diuitiis egestati illius monasterij subueniant. Qua ratione fuit permissum à Pio V. cuidam nobili fœminæ, vt sibi bona retinens profiteretur in domo propria, vt refert Nauarr. *comment.2.numero 16.de regularib.* se consuluisse. Idem quoque iure communi concessum est *c. final. qui clerici, vel vouentes.*

Tandem

25 Tandem duo supersunt explicanda. Prius est, an ad retinendum peculium illud sit semper à superioribus successoribus petenda licentia? Id enim videtur, quia superior primò illam concedens videtur pro solo sui officij tempore potuisse concedere, cùm vltra id tempus potestate careat. Sed optimè sic distinguit Manuel *99.regul. tom. 2.quæstione 125.art.5. fin.* Si id peculium ad vitam religioso concessum esset quasi vnum legatum, fas est prioris superioris concedentis licentia ad expendendum per totam vitam, nisi à successore reuocetur. Quia cùm sit vnum, satis est initio concessionis adfuisse potestatem in concedente. Si autem sint quasi plura legata, est necessariò petenda à successoribus confirmatio prioris licentiæ. Quia quolibet anno est diuersum legatum. Quando autem sit vnum legatum, & quando plura, habes explicatum suprà. Quibus addo; casu quo sint plura legata, sufficit licentia Prælati, qui erat initio illius anni, ad expiendum illius anni legatum, licèt statim cesset eius officium. Quia quodlibet legatum cedit, & acquititur initio cuiuslibet anni, vt habetur *l. in singular.8.ff. de annuis legatis.*

26 Posterius est, an culpæ reus sit dans causam, vt religiosis permittatur peculium? Et breuiter dicendum est, Prælatum religionis non ministrantem necessaria subditis, cùm commodè præbere possit, & sic peculiis causam præbentem, peccare mortaliter. Quod clarè sentire videntur Diuus Anton. *3. p. tit.16. cap.1. §.11. ad fin.* & Sylvester *verb. religio. 6. quæstione 7. fin.* vbi dicunt non esse in turo statu Prælatos non adhibentes diligentiam debitam, vt in communi vita transigatur, quàdo id commodè, & sine magno scandalo fieri potest. Posset autem aliquis existimare, hoc peccatum in superioribus non esse contra votum paupertatis; quia habere peculia religiosos ex licentia superioris concessa ex iusta causa, non est contra votum paupertatis. Atque in hoc casu adest iusta causa habendi peculia. Quare cùm subditi non peccent contra paupertatis votum, nec ipse superior peccabit contra illud, sed erit peccatum iniquæ dispensationis. At reuera existimo esse peccatum contra paupertatis votum. Nam sicut qui tenetur seruis impedimenta auferre, quò sacro commodè in festis interesse valeant, nec aufert, eius peccat est reus, quod perpetrarent seruii non audientes, si possent: ita Prælatus hic peccabit contra votum paupertatis, vtpote qui culpa sua præbet ansam, vt subditi peculia habeant, quibus violaretur id votum, nisi ea causa concurrente excusarentur. Nec obstat tunc subditos non delinquere in hoc votum: satis enim est fore, vt aduersus id delinquerent ablata illa causa; sicut etiam serui illi liberi sunt ab omissionis sacri culpa, stante illo domini impedimento, & tamen dominus ea culpa omissionis sacri non liberatur, præbens iniquè eam omissionis causam. An verò peccent in idem votum dantes peculiis causam, admittendo plures religiosos quàm ex redditibus conuentus, & eleemosynis consuetis ali valeant, dicemus cap. sequenti.

27 Similiter etiam peccant mortaliter subditi dantes peculiis causam resistendo vitæ communi, cùm illis necessaria ministrentur, vt docent Diuus Antoninus, & Sylvester numero præcedenti allegati; & similiter quando grauiter murmurando, & magnas querelas fundendo, & peccatum est contra paupertatis votum. Quippe illa licentia tanquam metu extorta eos minimè excusat, vt diximus suprà: secus autem quando iustam peculij sibi concedendi causam præbent, vt sua industria, & labore comparando multa bona religioni, &c. Quia hæ posteriores actiones sunt ex se iustæ, & reddunt religiosum concessione sibi peculij dignum. Priores verò sunt iniustæ, nec reddunt peculio dignum, sed cogunt vt concedatur.

28 Ad argumenta n.7. proposita respondetur. Ad primum, & secundum dic ea verba Tridentini intelligenda esse iuxta ius commune antiquum, vt ea omnia ita sint, nisi causa legitima adsit concedendi peculij, & administrationis ad vsus honestos, manenti facultate in superiori reuocandi liberè. Ad tertium constat ex dictis numero 14. vbi id Tridentini decretum exposuimus. Ad quartum dico, ea omnia vitari concesso peculio cum limitationibus prædictis. Ad vltimum dic, etsi non omnino certum esset, licere id peculium attento iure antiquo, at esse quasi certum, quod satis est, ne absque causa vrgenti inducamus correctionem, ac nouam obligationem.

CAPVT XIII.

Qualiter peccent Prælati religionum dantes peculio habendo causam, plures admittendo, quàm qui ex redditibus monasterij, ac consuetis eleemosynis sustentari valent.

SVMMARIVM.

Proponuntur decreta quibus hoc interdicitur. num.1.
Explicatur differentia inter hæc decreta; & an idem sit non posse absque penuria, & non posse commodè sustentari? numero 2.
Quale peccatum sit contrauenire his decretis, plures admittendo. num.3.
An valeat professio si plures admittantur? num.4.
Qualiter hæc seruentur in monasteriis monialium, & an computanda sint peculia, quæ speciales moniales habent, & quod manuum labore comparant? num.5.
Qualiter hæc decretum obliget in monasteriis virorum. numero 6.

29 ANSAM huius disputationis tribuunt varia iuris decreta, quæ circa hoc extant. Nam *cap. vnic. §. sane, de statu regular. in 6.* sic dicitur; *Iubemus ne in monasteriis ordinum non mendicantium aliqui recipiantur de cætero in fratres, nisi quos poterunt de ipsorum monasteriorum bonis, siue prouentibus absque penuria sustentari, si secus illum fuerit, irritum decernimus.* Quod idem non irritando professionem decretum est de omnibus monasteriis & virorum, & mulierum in Concilio Arelatensi IV. capite 8. sub Leone III. quod celebratum est anno 813. & in Concilio Moguntino. capite 19. quod sub eodem Pontifice, & eodem anno celebratum est, & vtrumque habetur *tom. 3. Conciliorum. in noua editione. & cap. 1. de institutionibus* idem decretum est de omnibus monasteriis monialium, & virorum, ibi; *Non amplius suscipiantur in monasteriis monachorum, aut clericorum, sed etiam puellarum, quam quæ se regere de bonis Ecclesiæ absque penuria possint.* Et tandem idem nouissimè decreuit Tridentinum de omnibus virorum, & mulierum monasteriis *sessione 25. cap. 4. de regularib.* ibi; *In monasteriis, & domibus virorum, quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, si tamen numerus constituatur, vel non posset conseruari, qui vel ex redditibus prouenit, ac in posterum conseruatur, qui vel ex consuetis eleemosynis commodè possint monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commodè possint sustentari.* Et Pius V. in motu proprio edito anno 1566. incipienti; *Circa pastoralis officij*, sic inquit; *Et ne propter monialium numerum exorbitantem clausuræ obseruatio violetur, inhærentes similiter constitutioni Bonifacij VIII. & Concilij Tridentini, monialibus, & illarum superioribus, & ordinariis debitis inhibendo præcipimus, ac*

ea mandamus, ut plures in earum monasteriis recipiant, & admittant, siue recipi, & admitti permittant, quam ex proprijs redditibus ipsorum monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commodè sustentari possint. Hæc sunt decreta de hac re edita. Rationes verò huius prohibitionis sunt: quia status religiosus debet esse à curis secularibus liber. At necessariis ad sustentationem deficientibus, debent religiosi curis secularibus valdè implicari, quò necessaria comparare valeant. Insuper egestas coget illos dedecentia statum religiosum exercere, gratiâ victus comparandi. Insuper magnum æs alienum mutuò acceptum conflare cogentur ad sustentandos religiosos, quod postea soluendo non erunt, ac subinde creditoribus iniuria irrogabitur. Præterea non ita liberè munia spiritualia obire poterunt excipiendo confessiones, & prædicando, cùm eleemosynæ per importunitatem extortæ libertatem hanc impediant, fugabuntúrque importuna hac extortione pœnitentes, & tandem moniales familiaritate virorum turpi vtentur, necessitate quærendi victus instigante.

2 Prius ergo quàm meam in hac re sententiam proferam, exponam quid suprà ius antiquum addatur in hoc Tridentini decreto, habent enim se tanquam excedens, & excessum. Nam *d. c. vnic.* §. *sane*, reddebatur irrita professio monialis receptæ in monasteria non mendicantium, vltra eas quæ ex redditibus monasterij, & consueris eleemosynis absque penuria sustentari possunt, vt constat ex illis verbis, *si secus aliam fuerit, irritum decernentes*; & docent Glossa *eo. cap. vnic.* §. *sane. verb. irritum*, & ibi Dominicus *numero* 3. Francus *init. notabil.* 3. Antonius *cap.* 1. *numero* 2. *de institutionib.* & ibi Abbas *numero* 4. Cardinalis *fin.* Ancharanus *numero* 1. Imola *numero* 1. Ananias *numero* 3. Syluester *verb. religio* 7. *quæst.* 16. *dicto* 1. Azor *tom.* 1. *institut. moralium. lib.* 13. *c.* 9. *quæst.* 1. At reliqua decreta non irritant professionem. Insuper in *eo. c. vnic.* de solis monasteriis monialium, nec de omnibus illis erat sermo, sed de solis monasteriis monialium non mendicantium. At reliqua decreta, & Tridentinum loquuntur de vniuersis monialium, & virorum monasteriis. Postremò in *eo. c. vnic.* & in reliquis decretis præcipiebatur ne admitterentur plures quàm ex redditibus, & consueris eleemosynis, atque penuria sustentari possent, non autem dicebatur commodè. Atque est latum discrimen inter posse sustentari absque penuria, & posse commodè sustentari. Nam absque penuria dicuntur moniales non posse sustentari, quando oportet eas mendicare ad necessaria vitæ comparanda. Commodè autem dicuntur non posse sustentari, quando etsi eas non oportet ad necessaria vitæ acquirenda mendicare, at nequeunt sustentari attentis religionis consuetudine, & personarum dignitate. Atque ita tradunt Glossa *eodem c. vnic.* §. *sane. verb. absque penuria*, & ibi Dominicus *numero* 4. Francus *numero* 1. Glossa *c.* 1. *verb. absque penuria*, *de institutionib.* & ibi Abbas *numero* 4. Cardinalis *fin.* Imola *numero* 3. atque optimè docet Abbas *eodem cap.* 1. *numero* 2. habendam quoque rationem aliorum onerum, ad quæ tenetur monasterium, vt instaurationis ædificiorum, &c. Quod omnes hi sumpsêre ex prædictis redditibus, & eleemosynis faciendi sint. At Tridentinum hanc difficultatem abstulit, præcipiens ne plures admittantur quàm ex redditibus commodè sustentari valent.

3 His ergo præmissis prima conclusio sit. Decretum hoc obligat sub mortali. Constat, quia est præceptum de materia graui, & valde necessaria ad conseruandum status religiosi bonum progressum, vt constat ex his quæ num. 1. attulimus.

4 Secunda conclusio. Quamuis attento iure antiquo professio monialis receptæ in monasterio non mendicantium vltra numerum earum quæ ex redditibus monasterij, & consuetis eleemosynis absque penuria sustentari valerent, esset irrita, vt probauimus num. 2. At hodie id decretum quoad hoc locum non habet, quia consuetudine abrogatum est, cùm compertum sit plures sæpe admitti, nec vnquam nostris temporibus auditum sit in controuersiam verti valorem professionis, nedum illam irritari.

5 Tertia conclusio. In monasteriis monialium communiter obseruatur hoc præceptum, quia non admittuntur absque dote competenti ad commodam monialis admissæ sustentationem. Quare monialis admissa non grauat monasterium, nec illud pauperius reddit, immo valde subleuat, quod illa dote soluat monasterium æs alienum, quod contraxerat, vel emat necessaria ad sustentationem, nullo nouo mutuo accepto, & sic conseruetur monasterium, quod aliàs vlteriùs progredi nequiret ære alieno, aut pauperiate pressum. Quod si monasteria cõmuniter pauperrima sint, nec tot moniales absque penuria, nedum commodè ali valeant, non nouæ huius monialis admissioni, sed superioris vitæ sumptibus præsent rei familiaris difficultas accepta referenda est. Adde ferè omnes moniales redditus peculiares ad vsum suum concessos habere ex superioris licentia, manuúmque labore pecunias comparare, quæ etsi recepta quorundam monasteriorum consuetudine in solos peculiares monialis lucrantis vsus cedant, sicut & peculia prædicta, nec monasterium pariora alimenta iis tribuat, quàm cæteris monialibus prædicto subsidio destitutis; manifestum tamen est iis subleuari monasterium ad debitam monialium sustentationem, tum quia labore manuum comparata, & redditus ex peculiis illis vsque tunc acquisitos, potest monasterium peculiaribus monialibus auferre, ac in communes vsus omnium vertere, si egestate prematur, non obstante clausula apponi solita, vt peculia illa amittantur statim ac monasterium ea vsurpare tentauerit, quia ea clausula intelligenda est de redditibus in posterum percipiendis, vt diximus suprà. Insuper si monasterium ea egestate premeretur, vt omnium monialium indigentiæ prospicere nequiret, posset iure optimo, ac deberet parcius tribuere monialibus prædictos redditus, vel aliunde necessaria habentibus. Tandem, quia his redditibus habitis à peculiaribus monialibus, virantur damna quæ status religiosus ob nimiam paupertatem subire cogitur. Atque ideo Nauarr. *tractatu de redditibus ecclesiastic. in* 1. *editione. quæst.* 1. *numero* 100. *in nouissima. quæstione* 1. *monito* 62. *numero* 2. fateretur posse monialem cum dote competenti ad sustentationem admitti, quamuis expletus esset numerus earum, quas monasterium est alendo. Item Paulus Fus. *de visitatione, & regimine Ecclesiarum. lib.* 2. *cap.* 18. *numero* 20. Lælius Zecchius *de Repub. ecclesiastic. de regular. c.* 3. *numero* 15. *vers.* 9. *fin.* Gutierrez *quæst. canon. lib.* 1. *c.* 32. *numero* 65. Quamuis Nauarr. *cons.* 4. *numero* 46. *vers. ex præfato tamen. de regularib.* hoc non approbet, quia eo magis crescit necessitas monasterij dotibus illis sufficientibus traditis creditoribus, & personis alendis multiplicatis. Sed respondetur, nihil hoc vrgere, cùm ex aliis bonis etiam exæstuendum esset, quod creditoribus confertur; & ita aut fame premerentur, aut famam amitterent, quod tempore statuto non esset monasterio vnde solueret, quod magnum inconueniens est.

6 Vltima conclusio. Quamuis id decretum non ita strictè seruetur in virorum monasteriis, cùm passim videamus plures in ea admitti, quàm ex redditibus, & consuetis eleemosynis ali commodè valeant, ac proinde ferè omnia illa egestate nimia premantur; non tamen ideo superiores admittentes damnandi sint, si iusta aliqua causa ducantur. Erit autem iusta, ne monasteria sufficienti religiosorum numero destituta corruant, nec ministeriis ex religioso suo instituto debitis satisfaciendo sint. Quippe cùm rarò viri maturæ ætatis, ac sufficienti doctrina præditi in religiones ad religiosum institutum cooptari petant, sed soli pueri in religione educandi, erudiendique, & hi quidem pauci sint, & non admissi repescant, si monasteria non admitterent maiorem religiosorum numerum, quàm in præsenti alere valeant, iis continuò morbo, senectute, ac morte deficientibus, vt quotidie accidit, deficerent monasteria. Et licèt non sit sufficiens numerus, sufficiè tamen adiuncta consuetudine, quæ etsi hoc decretum non omnino abrogarit, temperauit tamen, vt hac sola causa, aut alia simili existente non obliget.

CAPVT XXIV.

An religiosis integrum sit ex eleemosynis emendicatis viuere, an potiùs labori corporali teneantur incumbere, quo victum sibi comparent?

SVMMARIVM.

Refertur duplex hæreticorum error. num. 1.
Explicatur quando labor corporalis sit in præcepto. numero 2.
Hoc præceptum non singulos, sed solam communitatem obligat. num. 3.
Religiosis integrum est labori corporali vacare. n. 4.
An teneantur religiosi magis quàm laici labori corporali incumbere? num. 5.
An religiosis liceat ex eleemosynis emendicatis viuere? numero 6.
Explicatur, quales eleemosynarum quæstores improbentur in Tridentino sess. 21. *c.* 9. *de reformatione. n.* 7.
Vsus eleemosynarum est illicitus religioso vitam otiosam, & religiosis alibus destitutam transigenti. num. 8.
Explicatur, quale peccatum sit hoc. num. 9.
An hi religiosi teneantur restituere? num. 10.
An liceat diuitibus mendicare relictis diuitiis? num. 11.
An liceat illis diuitias retinendo, mendicare ad tempus causâ peregrinationis? num. 12.
Quid si alio fine honesto mendicent? n. 13.
Quid si mendicent, vt eas eleemosynas pauperibus erogent? numero 14.
Quid si cupiditatis gratiâ, aut otiositatis mendicent? numero 15.
Quale peccatum sit hoc fine mendicare; & remissiuè, an diuites sic mendicantes teneantur restituere, & cur? numero 16.
An teneantur diuites ad eleemosynas erogandas eligendis voluntariam paupertatem? num. 17.

1 DVplex hæreticorum error in hoc extat. Primus est Psallianorum, siue Messalianorum, de quibus meminêre Historia Tripartita *libro* 7. *cap.* 10. & Diuus Augustinus *lib. de hæresibus, in hæresi* 57. qui negarunt religiosis licere labori corporali incumbere. Secundus est Wicleffi dicentis teneri religiosos labori corporali incumbere, nec ipsis integrum esse mendicare.

2 Vt tamen res hæc explicetur, oportet præmittere, laborem corporalem ad tria potissimùm ordinari posse, nempe vel ad quærendum victum; vel secundò ad otium tollendum, carnémque reprimendam, & eam spiritui subiiciendam; vel tandem ad comparanda aliqua, quibuis eleemosynæ pauperibus suppeditentur. Atque ita si aliquod laboris corporalis incumbẽdi præceptum extaret, ex horum finium ad quos ordinatur necessitate deducendum est. Quod ex quæ ad aliquem finem ordinata sunt, non sunt sub præcepto per se loquendo, & seclusa lege humana aliqua, qualis de hoc labore non reperitur, nisi quatenus ad eum finem sunt necessaria. At fines laboris corporalis absque eo obtineri possunt: victus enim aliunde haberi potest; otium aliis exercitiis vitari potest: caro potest domari ieiuniis, & oratione; eleemosynam nullus erogare tenetur, nisi ita indigente proximo, vt aliter ei subuenire nequiret, in quo casu per accidens tenerentur laborare religiosi, sicut & laici, ad subueniendum necessitati extremæ proximi. Ex quibus colligitur, incumbere labori corporali non esse per se, & ex natura sua sub præcepto, sed solùm aliquando per accidens, vbi propriæ indigentiæ, & victui, aut extremæ proximi indigentiæ aliter prospici nequit. Atque ita docent D. Thomas 2. 2. *quæstione* 187. *art.* 5. *corpore.* Metina *C. de pœnitentia, tractatu de eleemosyna. quæst. de eleemosyna danda sanis voluntariam paupertatem assumentibus.* Nauarr. *comment.* 2. *num.* 37. *de regular.* Ledesma 2. *p.* 4. *quæst.* 15. *articulo* 8. *dubio* 1. Angles *floribus.* 1. *p. quæst.* 8. *de eleemosyna. difficultate* 1. Valentia 2. 2. *disputatione* 10. *quæstione* 5. *puncto* 2.

3 Hinc deducitur, absolutè loquendo, solam communitatem præcepto labori corporali vacandi astringi, quia cùm labor singulis necessarius non sit, sed eo opus sit ad communitatem conseruandam, non singuli, sed tota communitas eo præcepto ligatur, sicut præceptum conseruandæ naturæ matrimonio inito non singulos, sed communitatem obligat. Atque ita docet D. Thomas *eo articulo* 3. *ad* 1. Valentia *eodem puncto* 2. qui optimè addit executionem horum præceptorum non pertinere ad singulos, sed potiùs ad communitatis Rectores, quibus integrum est necessitate imminenti particulares personas obligare ad eiusmodi præcepta implenda.

4 His præmissis prima conclusio sit. Religiosis licitum est labori corporali vacare. Hæc est contra primum errorem relatum numero 1. aduersùs quem scripsit D. Augustin. librum, quem de operibus monachorum inscripsit. Atque is error manifestè conuincitur, tum exemplo D. Pauli, qui manuum suarum operibus sibi, atque suis victum quandoque comparabat, vt ipsemet testatur *Actuum* 28. *quoniam & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ*: tum etiam ratione naturali, docente nil minus quàm laborem ab hominibus alienum esse. Nec is religiosis obstat, quin rebus spiritualibus, & orationi vacent, ad perfectionemque progressus faciant; immo maximè interdum iuuat.

5 Secunda conclusio. Non magis tenentur religiosi labori corporali incumbere, quàm laici, nisi illi, qui peculiari sui ordinis regula ad id astringuntur. Constat ex dictis numero 2. vbi probauimus solùm extare præceptum laboris corporalis assumendi, quando is ad finem, ad quem ordinatur, necessarius est, & ibi probauimus finem laboris corporalis tam à religiosis, quàm à laicis posse absque eo labore regulariter comparari: atque ideo in solo raro casu, in quo obtineri nequit, qui æquè in vtrisque reperitur, obligare æquè vtrosque id præceptum. Atque ita docent omnes DD. eo. numero 2. allegati, & D. Thom. *opusc.* 19. *c.* 5. Manuel *qq. regular. tom.* 3. *q.* 5. *art.* 1.

6 Tertia conclusio. Sanctè, & laudabiliter religiosi ex eleemosynis emendicatis viuunt. Hæc est aduersùs secundum errorem relatum numero 1. Eique diffinita in Concilio Constantiensi. sectione 8. & in Bulla Martini V. & à Leone X. contra articulos Lutheri, & à Nicolao III. *c. exiit qui seminat. de verborum significat. in* 6. vbi asserit mendicitatem Apostolorum exemplo confirmatam esse; & hanc eruditè probant ex multis, & soluunt contraria Castro *contra hæreses, verb. mendicitas*, & &

& Thomas Vualdensis *lib. 4. destruatio fidei antiquæ c. 3. & 4.* Quod inter alia optimè confirmat, quia Christus *Marc. 9.* pollicetur præmium iis, qui aquæ potum petentibus suo nomine dederint. At illi in primis censendi sunt nomine Christi petere, qui non causa vacandi otia, sed vt vestigiis Christi inhæreant, ac liberiùs spiritualibus rebus, & proximorum saluti incumbant, voluntariam paupertatem ex eleemosynis emendicatis viuendo elegêre.

7 Quod si opponatur Tridentinum *sessione 22. de reformatione c. 9.* damnans eleemosynarum quæstores, eósque penitus exterminandos decernens; respondent optimè, & latè probantes Nauarrus *lib. 3. consiliorum in 1. editione, de regular. tito consil. 79. in 2. libro 5. tit. de pœnitentiis, & remissionib. tota consil. 33.* Manuel *comm. 1. summ. in 2. editione c. 202. numero 4. & 9. regular. tom. 1. quæstione 50. num. 7.* non ibi damnari religiosos suo victui, vel quoscunque pauperibus eleemosynam emendicantes, sed eos solos eleemosynarum quæstores, qui prædicando, aut publicando indulgentias concessas iis, qui manus adiutrices porrigunt locis quorum sunt quæstores, & quibus eleemosynam petunt, quærunt eleemosynas; idque colligitur ex *c. cum ex eo, de pœnitentiis, & remissionib. & Clement. abusionibus, eodem tit.* Idem interdicentia collocantur in capitibus tractantibus de indulgentiis, & de abusu quæstorum in eis publicandis, & in Tridentino *eodem cap. 9. in fin.* interdicitur per quæstores hos indulgentias publicari, permissa earum publicatione deputatis per ordinarium.

8 Quarta conclusio. Per accidens est quandoque illicitus vsus eleemosynarum religiosis, nempe si ab actibus religiosis desisterent, vellentque sua culpa in religione otiosam vitam ac inutilem transigere, quia ex eleemosynæ à fidelibus conferuntur, vt religiosi liberiùs religiosis actibus insistant, & spe eorum bona opera participandi, ac hoc fine, & spe defraudant prædicti religiosi suos benefactores. Atque ita docent D. Thom. 2. 2. *quæst. 187. art. 4. corp. paullo post princip.* & ibi Caietanus *dub. 2.* Ledesma 2. *part. 4. quæst. 15. art. 8. fol. 135. column. 2.* Angles *sferibus. 1. part. tractat. de eleemosyna. quæst. 9. de mendicitate, difficultate 4.* Valentia 2. 2. *disput. 10. quæst. 5. punctis 3.* qui optimè notat non solam cessationem ab actibus religiosis, & otiositatem, esse peccatum, sed etiam ipsum eleemosynarum accipiendarum vsum tunc esse illicitum contra gratitudinis obligationem. Quod clarè significant DD. allegati, cùm vsum ipsum illicitum appellant. Et ratio est, quod religiosi eleemosynas accipere debeant animo benefactoribus gratificandi, faciendo illos bonorum operum participes. Quare cùm otiosam, & religiosis actibus destitutam vitam agunt, peccant eas vsurpando, & defraudando benefactores ea spe, & beneficio.

9 Quod si petas, quale peccatum sit hoc, Caietanus allegatus in num. præcedenti, vt Corduba *in regulam D. Francisci, cap. 6. quæst. 13.* dicunt in duplici casu esse mortalem ingratitudinem. Prior est, si religiosus ab eis actibus desistat ex formali beneficij eleemosynarum contemptu, quia in hoc casu grauis est deformitas, & ingratitudinis mortalis peccatum committitur, vt testatur D. Thom. ab omnibus receptus, 2. 2. *quæst. 107. art. 3.* Posterior est, quando quis citra contemptum ab actibus religiosis sub culpa lethali obligantibus abstinet. Et quidem prior casus verissimus est, cùmque admittit Valentia num. præceden. allegatus: sed de posteriori merito dubitat. Nam si intelligatur de speciali ingratitudinis peccato, necessarium est, vt id committatur adesse speciale præceptum virtutis gratitudinis: nec satis est consurgens ex aliis virtutibus præceptum reperiri, vt de se constat. At quando beneficij accepti contemptus abest, non est speciale gratitudinis præceptum sub mortali obligans, sed ex aliis virtutibus id præceptum consurgit. Non ergo hinc peccabitur mortaliter contra gratitudinem: sed id solùm mortale reperietur, quod virtuti hinc obligans violatur. Et concludit Valentia forsitè dici posse probabilius, contingere speciale ingratitudinis lethale peccatum per horum actuum circa conseptum omissionem, quando religiosus ferè nunquam benefactorum memor est, & notabiliter esset in religiosis obseruantis negligens, ita vt nullas, aut vix aliquas curaret. Sed existimo non esse ingratitudinem mortalem, sed venialem in posteriori casu, etiamsi religiosus ille benefactorum semper immemor esset, ac in obseruantiis regularibus ita negligens, vt vix vllam curaret, quia non inuenio speciale gratitudinis præceptum ad ea sub mortali obligans, sed sub solo veniali: atque id satis indicat Caietanus, dum in posteriori hoc casu peccatum illud appellat ingratitudinem materialem. Extra hos autem casus bene ait Caietanus hunc eleemosynarum vsum in religioso otioso, & desistente à religiosis actibus, esse veniale ingratitudinis peccatum.

Hinc deducitur, religiosos hos minimè teneri, quæ ex eleemosynis in propetios vsus consumunt, restituere, tum quia non peccant contra iustitiam, eo quod nullum pactum cum damnibus eleemosynas meatur, ac proinde nulla iustitiæ obligatio consurgat, sed sola gratitudinis, quæ vinculum restituendi adimperauit; tum etiam quod conferentium eleemosynas intentio non sit ingratis nihil donare. Atque ita docent Caiet. *eodem lib. 2.* & Valentia *eodem punctis 3. fin.* Angles *d. q. 9. diff. 5.* 10

Quinta conclusio. Non tantùm est licitum mendicare relinquentibus diuitias, vt in religionem migrent, sed etiam eas relinquentibus in sæculo, paupertatem imitatione Christi eligendo. Ducor, quod hoc sit optimum medium ad superbiam exterminandam, atque paupertatem Christi imitandam: præterea, quia D. Hieronymus in Epistola ad Oceanum commendat Fabiolam, eo quod diuitiis pro Christo effusis optaret mendicare. Tandem idem probat factum Eliæi 3. *Reg. 19.* quod commendat D. Ambrosius *lib. 1. de offiis. cap. 10.* & refertur *cap. Dominus. d. 86.* qui relictis omnibus, vt liberiùs disciplinæ prophetiæ vacaret, ex eleemosynis viuebat. Atque ita docent D. Thom. 2. 2. *quæst. 187. art. 5. corp.* Metina *C. de pœnitentia, tractatu de eleemosyna. quæst. de eleemosyna danda sanis voluntariam paupertatem assumentibus.* Nauarrus *comm. 2. num. 37. de regular.* Ledesma 2. *p. 4. q. 15. art. 8. dub. 2.* 11

Sexta conclusio. Integrum quoque est diuitibus retinendo diuitias, induere ad tempus deuotionis causâ in aliqua peregrinatione personam pauperis, atque ex eleemosynis in ea emendicatis viuere. Quod probat vsus Ecclesiæ habentis, vt peregrinationes hæ viuendo ex eleemosynis emendicatis, & in pœnitentiam sacramentalem iniungantur, & voto promittantur. Cùm neutrum fieri posset, si id illicitum esset. Nec obstat, hos peregrinos non esse verè pauperes, sed diuites, atque ita videri facto ipso mentiri, profitendo mendicitate se pauperes, idque in verorum pauperum præiudicium; quia reuera dù hi absque pecuniis peregrinantur mendicando, sunt verè pauperes peregrini, ac proinde nec facto mentiuntur, nec eis eleemosynis indigni sunt. Atque ita docent Caietanus 2. 2. *quæst. 187. art. 5. dub. 2.* Nauarrus *comment. 2. num. 37. de regular.* Angles *sferibus. 1. p. tractatu de eleemosyna. quæst. 8. difficult. 1.* Manuel *qq. regum. 3. quæst. 3. art. 1.* Valentia 2. 2. *disput. 10. quæst. 5. punctis 4.* Atque ob hanc causam ait Nauarr. ibi à se innumeros diuites excusatos à culpa Compostellam ac Romam peregrinationem capessentes, ac vtentes cibis, qui pauperibus peregrinis triduo alendis sunt ibi destinati. Addúntque bene Nauarr. & Manuel ibidem cum Calderino per ipsos allegato, hoc quoque Sacerdotibus licere: quod hic peregrinandi modus statum eorum non dedeceat.

Septima

13 Septima conclusio. Quod si diuites hi non causâ peregrinandi mendicent, sed habentes in promptu, quibus alantur, ex eleemosynis emendicatis viuant, vt superbiam frangant, carnemque domêt, est ex se, & regulariter vituperabile, eo quod iis eleemosynis veros pauperes defraudent, nec actus consonet personæ. At posset esse laudabile, vt in hoc casu speciali, quando aliter superbiam exterminare nequirent. Atque ita docent Caietanus, & Valentia numero præcedenti allegati. Additque bene Valentia ex Caietan. teneri tunc hos diuites eleemosynas emendicatas veris pauperibus restituere, aut tantundem ex suis bonis erogare, quia verè non sunt pauperes, vt iustè eleemosynas sibi capere possint.

14 Octaua conclusio. Licitum quoque est his diuitibus emendicare, quando eleemosynas illas, aut tantundem de suis bonis erogant pauperibus. Quod actum propriæ abiectionis exercentes, quærant veris pauperibus eleemosynas, quod re vera est non sibi, sed iis emendicare; & ita docent Caietanus, & Valentia ibidem.

15 Nona conclusio. Mendicare cupiditatis aggregandi opes, & otiositatis causâ, est vituperabile. Quia finis est malus, & vita otiosa est Reipublicæ noxia, atque adeò iustè hi tanquam vagabundi puniuntur. Atque ita docent D. Thom. 1. 2. *quæstione 187. art. 5.* & ibi Caietan. *dub. 2.* Medina, Ledesma allegati num. 11. Angles, & Valentia allegati num. 12. Manuel 1 *sum. summ. in 2. edit. c. 202. fine.*

16 Quod si petas, quale peccatum sit ex hac causâ mendicare; Caietanus *eod. art. 5. dub. 3.* & Manuel num. præcedenti allegati dicunt esse veniale, si verè ille mendicans sit pauper. Quod nullam iniuriam irroget, sed cupiditati, & otiositati indulgeat; secus si verè esset diues, quia tunc fraudulenter eleemosynas extorqueret. Sed priorem partem bene approbat Valentia num. præced. allegatus, quando finis esset vita otiosa: secus (inquit) quando finis esset diuitias aggregare; nam id regulariter esset mortale, quia regulariter hoc fine mendicans habet animum petendi quoque eleemosynas, postquam sufficientem victum habuerit, vt sic congreget diuitias. Quare ratione huius intentionis peccabit quoque mortaliter, perinde ac si factus diues emendicaret, nec hoc est contra Caietanum, qui loquutus est præcisè, & formaliter ex vi solius finis congerendi diuitias. Quando autem hi diuites restituere teneantur, & cui, pertinet ad tractatum de restitutione.

17 Id demum obseruandum est, non teneri diuites ad eleemosynas erogandas volentibus pauperem vitam imitatione Christi transigere, si nullis operibus in proximorum vtilitatem vacent, vt confessionibus audiendis, concionibus, &c. Quia voluntarium est illis in ea paupertate viuere, & possunt operibus manuum suarum victum quærere, etsi diuitias dimiserint. Sic tradunt Medina *C. de pœnit. tractatu de eleemosyna. q. de eleemosyna danda sanis pauperiem voluntariam assumentibus.* Ledesma 2. *p. 4. q. 15. art. 8. fine.* Quod tamen intelligo verum, quando hi possunt nunc aliter viuere; si enim verè dimissis opibus sunt iam pauperes, nec possunt operibus manuum suarum viuere, erit de ipsis eadem ratio, ac de aliis pauperibus.

CAPVT XXV.

Qualiter religio, aut religiosus ipse, etsi ordinis Minorum sit, capax sit hæreditariæ successionis ex testamento, vel ab intestato.

SVMMARIVM.

Exceptis Minoribus, & Capucinis possunt alij religiosi hæredes institui. n. 1.

An mendicantes possint institui, vt immobilia retineant? num. 2.

Quid de nouitiis ordinis Minorum? n. 3.

Minores obseruantia, & Capucini sunt incapaces hæreditatis succedanæ, siue ex testamento, siue ab intestato. numero 4.

An possint institui per fideicommissum vniuersale ita vt si non valet iure testamenti, valeat iure codicilli? n. 5.

An si de facto instituantur fratres Minores hæredes, valeat testamentum, & ad quos hæreditas illa pertineat? numero 6.

An hi teneantur in foro conscientiæ soluere æstimationem fratribus Minoribus? Refertur quædam sententia. n. 7.

Sententia authoris; & quid importet dictio nullatenus. numero 8.

An si hæredes soluant æstimationem fratribus Minoribus, possint hi accipere? n. 9.

An si instituantur hæredes fratres Minores hac adiecta clausula, vt hæreditas vendatur, & pretium in necessaria fratribus cedat, valeat institutio? Refertur quædam sententia. num. 10.

Explicatur sententia authoris. n. 11.

Quid si quis instituat hæres cum onere, vt hæreditatis venditæ pretium conuertat in fratrum Minorum vsum? num. 12.

An Ecclesia fratrum Minorum, vel alterae, vel Guardianus Ecclesiæ possit hæres institui? Refertur quædam sententia. num. 13.

Sententia authoris. n. 14.

An valeat institutio fratris Minoris grauati, vt alteri hæreditatem restituat? n. 15. Et ibidem remissiue, an si instituatur, & tempore mortis testatoris sit capax, valeat; vel quid si tunc non erat frater Minor, & post sit frater Minor, vel tempore mortis sit iam capax, vel instituatur in tempus, in quo dicitur, & est capax?

An valeat consuetudo, vt fratres Minores immobilia, ac reditus possideant? n. 16.

Quis succedat in bona fratrum Minorum, qui ante professionem non disposuêre? Referuntur varia sententia. num. 17. 18. 19. & 20.

Explicatur sententia authoris. n. 21.

Quis succedat in bona, quæ fratres Minores lucrantur post professionem, & an sit necessaria licentia Papæ, vt monasterium his bonis vtatur? Refertur quædam sententia. n. 23.

Sententia authoris. n. 24.

1 NON disputamus de legatis, quia de his erit sermo cap. seq. nec disputamus de religiosis è Societate Iesv, quia de his dicemus infrà: sed de capacitate aliorum religiosorum, vt valide hæredes instituantur. Quæ in te constat apud omnes posse non solùm monasteria, sed etiam ipsos religiosos, exceptis fratribus Minoribus de obseruantia, & Capucinis, hæredes à quolibet institui, non vt sibi acquirant, sed monasterio. Probatur ex *l. fin. §. hoc etiam. C. de Episcopis, & clericis*, vbi decernitur, quoslibet tales religiosos esse successionis capaces; ac proinde succedere ex testamento, & ab intestato parentibus: nec posse exhæredari ab eis ratione ingratitudinis in sæculo admissæ. Ergo sunt etiam capaces cuiuscumque alterius successionis hæreditariæ, si à quocumque hæredes instituantur. Quia si hæc successio voto paupertatis repugnaret, idem esset de successione paterna, ac proinde illius quoque incapaces essent. Id etiam constat ex *Iregia 2. ti. 3. q. 6.* vbi expresè deciditur, religiosum posse institui hæredem, & tradunt Iason *tract. ingressium. n. 8. C. de sacrosanct. Eccles.* Bertrandus *consil. 206. num. 5. & cons. 3. num. 12. in fine. volum. 3. in posteriori parte.* Nauar. *comm. 2. n. 43. de regul.* Iulius Clarus dicens neminem de hoc dubitare *lib. 5. excepti. §. testam. q. 29. fin.* Spino *speculo testam. glos. 12. principali, n. 17.* Molina *tom. 1. de iust. diss. 140. col. 8. vers. non solum bona. & diss. 154. paulo post princip.* Manuel *qq. reg. tom. 2. q. 77. art. 1.*

Et quam

2 Et quamquū olim controuertebatur inter DD. an religiosi mendicantes essent capaces huius successionis hereditariæ respectu immobiliū, vt ea retinerent, & cōmunis sententia erat esse capaces, non vt ea retinerent, sed vt venderent, pretiumque in vtilitatem monasterij expenderent. At post Trid. id illis concessum est, non solùm vt vendant, sed etiam vt retineant immobilia bona, ne incommoda patiantur, quæ ex frequenti victus emendicatione solent subortiri: de quo non semel in hoc opere diximus.

3 Secundò etiam constat, nouitios cuiuscunque ordinis Minorum posse hęredes institui, ac succedere in hęreditatem paternam ex testamento, & ab intestato. Quia sola professione reddūntur incapaces, quam nondum emisere; & affirmat Bartol. *tractat. Minoricarum. libro 4. distinct. 1. c. 3. n. 3.* Corduba *in reg. D. Francisci cap. 6. quæst. 11. puncto 1.*

4 Tertiò constat, etiam Minores de obseruantia professos, & Capucinos, qui perfectè eorum regulam obseruant, & excipiuntur in Trident. *sess. 25. de regularib. cap. 3.* dum religiosis conceditur posse habere bona in cōmuni, esse prorsus incapaces successionis cuiuscūque hęreditariæ siue ex testamento, siue ab intestato. Atque eandem incapacitatem habere quoque eorum monasteria constat ex *Clem. exiui. §. cum enim, de verb. significat.* ibi; *Quia igitur in successionibus transire non solum vsus res, sed etiam dominium sui temporis in hęredes, fratres autem prædicti nihil sibi in speciali acquirere, vel eorum ordini possunt, etiam in communi, declarando dicimus, quod successionum huiusmodi, quæ etiam ex sui natura indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia, & immobilia se extendunt, considerata sui puritate voti, nullatenus sunt capaces*; & ita affirmant vniuersi DD. allegandi. Quare minus bene Franciscus Aretinus, qui tenet, nec improbat *authent. de ecclesiasticis titulis, §. si quis autem. col. 2. n. 8.* & Angelus quos meritò cum Nicolao de Vbaldis reprehendit Quesada *in suis qq. variis. c. 21. n. 25.* dixēre posse monachum Franciscanum hęredem à parentibus institui, nec esse incapacem, sed admitti Ecclesiam Romanam in eam hęreditatem.

5 Quare nec per fideicommissum vniuersale possunt hęredes institui, vt si iubeat testator hęrede instituto decedente hęreditatem deuenire ad fratres Minores, quia vniuersalis fideicommissarius est hęres. *l. qui quadringenta. & l. si filius. §. quod cum eo ff. ad Trebellian.* Atque ita docent Bartol. *tractatu Minoricarum. lib. 1. distinct. 2. cap. 1.* Bald. *auth. ingressi. n. 49. C. de sacrosanct. Eccles.* Ancharanus Clementi *exiui. n. 8. de verb. signif.* Iason *l. 1. n. 99. ff. de legat. 1.* Corduba *in reg. D. Francisci. c. 6. q. 11. puncto 1.* Duenas alios referens *reg. 381. ampliat. 1. n. 1.* Manuel *qq. reg. tom. 2. q. 78. art. 2. ex fen el.* An verò possint institui, ita vt si non valeat iure testamenti, valeat iure codicilli, & melioti modo quo potest; Bart. *tract. Minoricarum. lib. 1. difficultate 2. c. 3. n. 15.* & Rosella *verb. legare. n. 23.* Sylvest. *verb. testament. 1.* dicunt valere institutionem, quia quando ob hęredis conditionem non tenet testamentum, hęc clausula operatur fideicommissum, ac proinde vt hęredes ad quos peruenit hęreditas, vinculantur rogati per fideicommissum restituere instituto. At dicendum est similiter eos esse incapaces huius institutionis, quod effectus huius clausulæ sit, vt conuertatur institutio in fideicommissum vniuersale, cum quo habet similitudinem, & non in fideicommissum particulare. At hi sunt incapaces fideicommissi vniuersalis, & fideicommissum particulare potest eis relinqui, vt bene Iason, & Manuel ibidem, & constabit ex dicendis cap. seq. vbi de legato agemus.

6 Quod si de facto Minorum monasterium, aut aliquis eorum hęres instituatur nullo substituto, aut cohęrede signato, erit irritum testamentum, eo quod hęres capax institutus non sit, ac hęreditas pertinebit ad successores ab intestato. *l. si in metallum. ff. de his quæ pro non scriptis habentur. & l. 1. C. de hęred. institut. & l. nec enim. ff. de re militari.* Si autem substitutus aliquis, aliūsve cohęres designatus sit, valebit vtique testamentum, substituto adeunte hęreditatem, ad quem priori loco illa pertinet, vel adeunte cohęrede, cui portio illa relicta Minoribus accrescit: quando autem non est substitutus, aut ille non vult adire testamentum, erit nullum. *l. 1. in principio, versibus itaque. C. de caduc. tollen.* Atque ita docent Bartol. *tractatu Minoricarum. lib. 1. distinct. 1. c. 2.* Bald. *auth. ingressi. in noua edit. n. 46. & 47. C. de sacrosanct. Eccles.* Alciatus *consil. 53. n. 9. lib. 9.* Rosella *summ. verb. legare. n. 22.* Sylvest. *verb. testamentum. 1. q. 6.* Camill. Borellus alios allegans *consil. 17. n. 13. vsque ad 18. volum. 1.* Manuel *qq. reg. tom. 2. q. 78. art. 5. & tom. 3. q. 69. art. 10.* Spino *specul. testament. gloss. 12. principali. num. 15. & 16.* Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium. verb. hęreditas. in suis annotationibus, initio;* Sed quatenus hi DD. tradunt testamentū fore nullū substituto, aut cohęrede nō instituto, aut illis non adeuntibus, verum dixēre, attento iure communi. Quippe attento huius regni Castellæ iure, erit solùm nullum quoad illius hęredis institutionem; at quoad reliqua in eo contenta sustinebitur, vt constat ex *l. 1. regia. tit. 4. lib. 5. noua recopilat.* vbi deciditur ad valorem testamenti opus non esse hęredis institutione, cuius contrarium iure communi caurum erat; & sic bene aduertit Molina *tom. 1. de inst. disp. 154. ad finem.*

Sed circa hoc sunt nonnullæ difficultates. Prima est, 7
an hi hęredes ab intestato, aut substitutus, aut cohęres, ad quos peruenit dicta hęreditas relicta fratribus Minoribus institutis, teneantur in foro conscientiæ æstimationem eius soluere dictis fratribus? Quidam asserunt teneri venientes ab intestato, & cohęredes voluntatem defuncti sollicitè inuestigare, & si præmissa diligentia sunt certi, voluisse testatorem suum testamentum valere iure directo, scilicet testamenti tantùm, posse retinere in foro conscientiæ. Quippe ea voluntas importat, vt hęres institutus hęreditatem capiat suo iure à seipso. *l. sed esti sub conditione. §. final. ff. de hęred. instit.* & si ipse institutus à se capere nequit, vt alijad quos deuenit, non teneantur ei restituere. At fratres Minores instituti hęredes sunt incapaces succedendi proprio iure. Si verò certi sunt voluisse testatorem valere suum testamentum iure codicilli, & omni modo, quo potuit valere, tunc tenentur restituere fratribus æstimationem illius hęreditatis. Quia quando quis est incapax capiendæ rei sibi relictæ absque proprio delicto, sed ob personæ conditionem, tenetur hęres ad æstimationem. *l. apud Iulianum. §. fin. di. & l. fig. ff. de legat. 1.* vbi id communiter annotatur. Si autem neutrius certi esse valeant, nec ad alterutram partem animum applicent, sed remaneant in eo quod ius præsumit, possunt retinere. Quia tamen vix reperiretur quispiam nolens suum testamentum valere omni modo quo melius potest, rutius est in foro conscientiæ non retinere. Sic tradunt Bart. *tract. Minoricarum. lib. 1. distinct. 1. c. 3. n. 7. & 8. & distinct. 2. c. 3. n. 15.* dicitque ita sensisse multos magistros in Theologia, Ancharanus *reg. possessor male fidei. n. 19. de reg. iur. in 6.* Rosella *summ. verb. legare. n. 23.* Sylvest. *verb. testamentum. 1. q. 6.* Manuel *qq. reg. tom. 3. quæst. 69. art. 10.* & idem tenet loquens de hęredibus ab intestato, dicens absolutè eos teneri restituere hanc æstimationem, Alciat. *consil. 53. n. 9. lib. 9.* Subdunt autem Bart. *ea distinct. 1. c. 3. num. 8.* & Rosella *eodem n. 23.* certum esse, substitutum non teneri ad eam restitutionem, quod voluntas testatoris signantis substitutum ea esse præsumitur, vt instituto non adeunte, eo quod non vult, aut non potest, ipse substitutus admittatur. *l. cum proponas. C. de hęred. institut.*

Cæterum tenendum est, nullatenus teneri hos ad 8
soluendam illius hęreditatis æstimationem fratribus Minoribus, sed posse tutissima conscientia eam retinere. Ducor primò, quod forum externum nulli præsumptioni innitens, sed soli veræ incapacitati hęredis instituti, ita iudicabit. Ergo idē dicendum est in foro interno.

Quippe

Quippe vtrumque mint mè discrepat, quando istud nulla falsa præsumptione ducitur, vt probauimus *lib. 1. huius tractatu. c. 10. n. 18.* Et confirmatur, quia quando lex disponit super rem certam, & aliqua ratione ducitur, est iusta in foro conscientiæ, & hęres est tutus, vt tradit Bald. *l. penult. §. illo. n. vnico. C. de necessariis seruitis hęredibus,* & alij, quos refert, & sequitur Antonius Gomez *tom. 1. variar. c. 12. n. 46.* Secundò, ex *Clem. exiui. de verb. significat.* cuius verba ita tulimus *n. 4.* ibi; *nullatenus sunt capaces*: ergo nec capaces erunt æstimationis. Quippe vnus percipiendæ successionis modus est eius æstimationem recipere; argum. *l. si domus. §. confitetur. ff. de legat. 3.* Si ergo fratres Minores nec hoc modo sunt capaces, nec hęredes tenebuntur eis æstimationem dare. Et confirmatur, quia dictio (*nullatenus*) inducit nullum esse actum ipso iure, vt ex multis probauimus *lib. 6. de matrim. disp. 32. num. 7.* ac excludit omnem modum peruenienti ad rem prohibitam, vt optimè tradunt Gloss. *Clem. 2. verb. nullo modo, de excu. & qualitate,* & ibi Imola *num. 19. & 35.* Abbas *cap. non magnopere. n. 5. ne clerici, vel monachi.* Natar. *summ. c. 27. n. 201.* Atque nec consensus partium potest aliquid tunc in contrarium operari, vt tradunt Imola *in Clem. 2. n. 20.* Felinus multa cumulans *c. cum accessisset. n. 7. & 8. de constitut.* Tandem, quia num. 5. probauimus hos fratres esse incapaces succedendi, quamuis testator explicet velle se, vt testamentum valeat iure codicilli, & meliori modo quo potest. Ergo neque in hoc casu tenentur hęredes æstimationem eis soluere. Et ex his patet solutio rationis contrariæ; tunc enim hęredi incapaci non ex proprio delicto reddenda est æstimatio, quando ille non est omnino incapax, qualiter sunt fratres Minores. Et ideo hanc partem sustinent Bald. *auth. ingressi. in noua edit. n. 48. & 49. C. de sacrosanct. Eccles.* Cardinalis *cons. 102. n. 2. dub. 2.* & *Clem. exiui. n. 11. q. 2.* & ibi Ancharanus *n. 8. de verb. significat.* Gualdensis *de arte testandi. cit. 1. cautela 11. n. 1.* Duenas *reg. 381. ampliat. 5. n. 5.* Quesada *qq. variis in it. c. 11. n. 16.* Spino *speculo testamentorum. gloss. 12. principali. n. 15. & 16.* Sorbus *in compend. priu. Mendicantium. verb. hęreditas, in suis annotationibus. vers. sed quibusdam.* Manuel *qq. reg. tom. 2. q. 78. ar. 2.* Et quamuis *art. 2.* dicat posse retinere hęredes hanc hęreditatem, nisi officio Iudicis petatur; sed statim *art. 4. init.* se explicat, dicens hęreditatem Minoribus relictam non posse peti officio Iudicis, sed legatum particulare: & faciunt Felinus *c. in præsentia. n. 50. de probationib.* Barbatius *c. ua nos. n. 10. de testament.* vbi dicunt Minoribus institutis hęredibus perinde prorsus esse, ac si mortuus instituretur: ac mortuo instituto manifestum est hęredes ad quos hęreditas peruenit, nil prorsus teneri restituere. Et idem Felin. *ubi n. 12. vers. 1.* & Decius *ibi. in noua edit. n. 169.* clarè dicunt Minores esse incapaces successionis, etiam quoad hoc, vt eis debeatur æstimatio. Pro eadem sententia sunt DD. quos cap. sequenti referemus, dicentes legatum Minoribus relictum, quando adiicitur modus eorum instituto contrarius, non deberi in foro conscientiæ: & idem dicunt, quando res immobilis, cuius Minores non sunt capaces, ipsis legatur.

9 Hinc deducitur, hęredibus volentibus soluere æstimationem præfictam tanquam verè fratribus Minoribus debitam, non posse fratres illam capere, quod verè debita non sit. Atque ideo solutio illa non est voluntaria, vtpote quæ ex errore procedit; & ita docent Sorbus num. præcedenti allegatus, Manuel *qq. reg. tom. 2. q. 78. art. 2.*

10 Secunda difficultas est, an fratribus Minoribus institutis hęredibus adiecta clausula, vt hęreditas vendatur, & in necessaria illis pretium cedat, valeat institutio? Quidam aiunt institutionem hanc non valere quoad priotem partem, vtpote quæ est personarū incapacium; valere tamen quoad posteriorem partem. Ducuntur, quia si testator omissa priori parte iussisset posteriorem, valeret vtique, vt dicemus num. 12. Sed hic concurrunt duo præcepta, prius inutile, posterius autem vtile, & vnum potest ab altero separari: ergo reiecto inutili, valebit vtile. argum. *Liber scriptura. ff. de condit. & demonstrat. & l. nua sub conditione, quæ extrinsecus. ff. de condition. instit.* Et ideo hanc partem sustinent Bart. *tract. Minoricarum. lib. 1. distinct. 5. c. 2. n. 40. & 31.* Imola *l. Lucius, la vltæ. 4. ff. de hęredib. institu.* Guido Pap. *decis. 327. n. 1.* & 2 atque se vidisse semper ita obseruari, & ita iudicari in illa Curia Parlamenti Delphin. Sorb. *in compend. priu. Mendicantium. verb. hęreditas, in suis annotationibus. vers. quæritur enim num possint.* Manuel *qq. reg. tom. 2. q. 78. art. 4.*

Sed verior sententia est, institutionem prorsus non 12
valere. Ducor primò, quia Pontifex *Clement. exiui. §. cum enim, de verb. significat.* dum fratres Minores omnino incapaces successionis reddit, solùm considerat, ius hęredis quocunque modo ex natura sua esse vniuersale, atque obligare hęredem ad onera hęreditati annexa, & illius transferre dominium, saltem breui tempore; quæ omnia in hac institutione reperiuntur, cùm nullus aliūs hęres sit præter ipsos fratres Minores institutus. Secundò, quia etsi in ea institutione sit duplex præceptum, posterius adiicitur tanquam modus priori accessorius: ergo destructo priori principali, quod irritum esse constat, corruet quoque accessorium. arg. *l. alimenta. §. Seia. ff. de alimend. legat.* Tertiò, quia etiam vtu illo pio, ac licito non expresso, intelligitur tacitè, vt expressè habetur *c. exiui. §. & quia. & §. sequenti. de verb. signif. in 6.* Sed eo modo non expresso esset irrita institutio; ergo & illo expresso erit quoque irrita. Nec valet solutio Bartoli respondentis, etsi ad legatum sufficiat tacita voluntas, ad institutionem tamen hęredis exigi expressam, & ideo eo modo non expresso, sed tacite intellecto corruere institutionem, secus autem eo expresso. Hæc (inquam) solutio non valet, quod fauore piæ causæ instituta valeat institutio solo nutu facta, vt tradit communior opinio, quam referunt, & sequuntur Tiraquellus *de priuil. leg. pia causa, priuilegio 8. n. 1. & 3.* Cottar. *c. cum tibi. n. 6. de testamentis.* Quartò, quia si expressa pietatis causa efficit eam institutionem validam, valebit quidem ea semper. Quippe in ea fratrum Minorum institutione adest semper pietas, & solùm corruit ratione incapacitatis instituti. Tandem, quia etsi singularia fratribus legata valeant modo licito in eis expresso, vt constat ex *d. c. exiui. §. ad hęc quia fratres*, diuersum tamen longè est in hęreditate, & iure vniuersali. Quia vniuersale hęreditatis ius semel in aliquo radicatum, nequit ab eo separari, nec connerti in aliquem materialem vsum, quamuis enim hęres totam hęreditatem vendat, ac dissipet, manet semper hęres. *l. Imperat. ff. ad Trebell. l. esti lege. §. quod autem. ff. de petitione hęreditatis.* At fratres Minores sunt huius iuris retinendi incapaces. Et ideo hanc sententiam tuentur Bald. *auth. ingressi. in noua edit. n. 50. vsque ad 53. C. de sacrosanct. Eccles.* Cardin. *cons. 102. n. 2. dub. 1.* & *Clem. exiui. n. 11. q. 2. de verb. signif.* & ibi Anchar. *n. 4. q. 1.* Felinus *c. in præsentia. num. 52. vers. 2. de probationib.* & ibi Decius *in noua edit. n. 169.* Montalbus *l. 10. verb. si a bene ait. 5. lib. 1. fori.* Additionator *ad Guidonem Pap. decis. 127. fin.* Gualdensis *de arte testandi. cit. 1. cautela 11. n. 1.* Anton. Gabriel *in mea edit. tom. 3. communium opinionum. concl. 1. n. 1. & 4.* Dueñas alios referens *reg. 381. ampliat. 8. n. 8.* explicans, siue hęreditas illa sit opulenta, siue modica. Quod *Clem. exiui. §. cupientes. vers. ac licet. eis*, distinguens an magni valoris, an parui sit res Minoribus relicta, loquitur in legatis. Corduba *in reg. D. Francisci. c. 6. q. 11. puncto 1.* Atque eiusdem etiam sententiæ sunt clarè communiter DD. eam inter fratres Minores, & reliquos Mendicantes differentiam attento iure antiquo agnoscentes, vt hi essent capaces succedendi in bona immobilia, non vt retineant, sed vt vendant, & pretium in proprias necessitates expendant; illi autem essent vtriusque incapaces. Hi sunt Felinus *ea c. ex præsentia. n. 51. & 52.* & ibi Decius *in noua edit. n. 170.* Berolus *n. 140.* Parisius *num. 180.*

idem

idem Decius *cons.499.n.5.vol.4.* Guillelmus Benedictus *c.Raynutius.verb.& vxorem,in princ.num.217. de testamentis.* Vbald. *de succ. sunt ab intestato*, vbi de successione regularium.*p.2.n.6.* Iulius Clarus *lib.3.receptarum.§.testamentum.q.29.n.3.* & passim diferimen hoc tradunt Doctores.

14 Quod si non ipsi Minores instituantur hæredes, sed alius cum eo onere, vt hereditatem vendat, ac pretium in fratrum necessitatem conuertat, absque dubio valeret. Quia tunc fratres hi non succedunt in aliquod defuncti ius, nec sunt veri hæredes, ac proinde nec in eos transeunt onera hæreditati annexa. Atque ita tradunt Cardinalis *ex Clement. exiui. num.11.q.2.* Anton. Gabriel *eadem tract.1.num.4.* Corduba *eodem quæstio 8.* Sorbus *in compendio priuil. Mendicantium.verb. hereditas, in suis annot. vers. si autem fratres.* Manuel *qq.reg.tom.2.quæst.78. art.4.fin.* Leonardus *lib.2.de inst.c.19.dub.5.num.14.* Definitione autem quam apponunt Sorbus, & Manuel, nempe duminodo quantitas sit moderata, videbimus cap. sequenti.

15 Tertia difficultas est, an Ecclesia fratrum Minorum possit hæres institui? Affirmant Bart. *tract. Minoritarum.lib.1.distinct.4.q.1.n.26.& l.ciuitatibus.125. in princip. num.1.& 3.ff.de legat.1.* Abbas *cons.65.n.4.lib.1.* Antonius Cucus *lib.2.instit.maiorum.tit.3.num.37.* Manuel *qq.reg. tom.2.q.78.art.5.* & dicit esse satis probabile Sorbus *in compendio priuileg. Mendicantium.verb. hereditas.in suis annot.vers. sed cum fratres.* Ducuntur, quod Ecclesia verè huius institutionis capax sit; sed Ecclesia fratrum Minorum est de iure, & proprietate Ecclesiæ Romanæ, vt habetur *Clement. exiui, de verb. signif.* ergo hæreditas illi relicta valet, tanquam relicta capaci. Atque idem dicit Bartol. *eodem lib.distinct.6.cap.1.si institutatur altare fratrum Minorum,* aut Guardianus Ecclesiæ, vel altaris fratrum Minorum, quamquis ille Guardianus esset frater Minor: secus, inquit *c.2.si institutatur Guardianus fratrum Minorum.* Quia in priori casu est perinde ac institui Ecclesiam fratrum Minorum, quæ institutionis huiusmodi est capax: in posteriori autem est institui conuentum fratrum Minorum, qui incapax est. Atque de custode altaris tenet idem Bald.*c. tua nouum.num.13. vers. quæro numquid laicus de iudiciis.*

16 At verius est, nec eam fratrum Minorum Ecclesiam posse validè hæredem institui, quia Ecclesia religionis fratrum Minorum non succedit in bona in ea profitentium, nec de illis antea disponentium, nec Ecclesia Romana, sed hæredes ab intestato, vt dicemus infrà. Ergo neutra Ecclesia succedit alicui ex institutione in testamento. Quia æqua est vtriusque ratio; cum ideo non succedat in illa bona, quod medium sit incapax, nempe professio in ordine Minorum. Et confirmatur, quia ideo Ecclesiæ Romanæ acquiritur legatum licitè relictum fratribus Minoribus, quod illius legati capaces sint, Ergo cùm successionis hæreditariæ sint incapaces, eam non acquirent Ecclesiæ Romanæ, quippe illi acquiri debet medio organo capaci. Et ideo hanc sententiam tuentur Bart. se expressè retractans *l. vnic. in fin. C. de conditoribus.lib. 11.* & ibi Platea *fin.* Iacobus Rebuffus *ibi.num. 4.* Bald. dicens priorem sententiam esse falsam *authent. ingressi, in nouaedit.num.35.C.de sacrosanct. Eccles.* Ancharanus *Clem.exiui.num.6.& 7.de verb. signific.* Ioan. de Lignano, Capra, Troylus, quos refert, & sequitur Quelada *in suis qq.aurig.c.22.num.19.* Angelus *authen.de ecclesiasticis titulis.§.si quis autem.al 2.num.8.& auth.vt de terminis non sit numerus in princ.n.1.* Anton.Gabriel *in nouaedit.tom.1.communis opinionum.tit.de hæredib.instituend.concl. 1.num.2.* Montalbus *l.10.verb.ni a bona.tit.5.lib.5.fori.* Serena conscientiæ *q.17.* Corduba *in reg.D.Francisci.c.6.q. 11.punct.1.* Sorbus n.præcedenti allegatus, Azor *tomo 1. instit.moral.lib.12.c.22.q.15.* Quare eadem ratione minus verum est, posse institui altare Minorum, aut Guardianum Ecclesiæ, vel altaris ipsorum, vt bene reprobant Bald. & Ancharanus ibidem. Nec potest directè, nec per fideicommissum, aut via substitutionis institui, vt bene ait Sorbus, sicut nec ipsi fratres Minores possunt aliquo ex his modis institui.

Quarta difficultas est, an si frater Minor instituatur 15
hæres, grauerúque de hæreditate restituenda cuidam tertio, cogatur, aut possit adire, vt hereditatem restituat? Antam dubitandi præbet *l. cogi.16.§. si qui solidum.ff. ad Trebell.* ibi; *Si qui solidum capere non possunt ex asse hæredes institui, & rogati solidum restituere, adire hæreditatem, & restituere cogentur, cum nil sit oneris apud eos remansurum.* Vbi Gloss. *verb.oneris*, explicat, id est, emolumenti *l.nam quæd. 14.§.qui compulsus ff.ad Trebell.* ibi; *Qui compulsus hæreditatem adiit, sicut cæteris commodis caret, ita hoc quoque casu caret, ne possit pœnitendo quærere retinere.* Breuiter dico, quamuis in reliquis succedendi incapacibus sit specialis difficultas, de qua agunt DD. cum Gloss. *l.eam quam. 14. C. de fideicommissis*, & specialiter est consulendus ibi Padilla *a num.121.* ac quando quispiam est incapax rationemortis plusquàm ciuilis, qualis est frater Minor, nequit adire. Quia caret nomine, & quouis principio, vt sit hæres, & omnia, quæ in iure consistunt, sunt illi interdicta. Quare institutio habetur pro non scripta, perinde ac si homo mortuus institueretur. Et ita docent Bald. *ea l. tam quam.n.18.* Quesada *d.c.12.num.17.* Corduba *c.6.reg.q.11.quæstio 2.paulo post principium.* Quid autem si frater Minor instituatur hæres, & tempore mortis testatoris sit capax, an valeat; vel quid si tunc non erat frater Minor, vel post sit frater Minor, vel iam capax sit tempore mortis, vel instituatur in tempus, in quo erit capax, dicemus infrà, vbi de transitu religiosi ab vna religione in alteram egerimus.

Quinta difficultas est, an consuetudine induci va- 16
leat, vt fratres Minores bona immobilia in communi possideant? Et quidem si de aliis Mendicantibus sit sermo, quibus hoc non ex voto, sed ex suis constitutionibus est interdictum, constat posse id consuetudine induci. Quia hæc potest derogare iuri ecclesiastico generali, nedum priuatis horum constitutionibus. Atque ita docet Abbas *cons.27.fin.volum.1.* Ancharanus *cons.56.num.6.& 7.* Azor Iarius probant *tom.1.instit.moral.lib.12.cap.23. quæst.8.* nec de hoc aliquis dubitat. At quoad fratres Minores videtur id non posse fieri. Quia, vt optimè ait Azor *ea. quæst.8 fin.* consuetudo vim habere nequit contra promissa substantialibus religionis votis, cùm ex iure naturali, diuino obligent, aduersus quod nullæ sunt consuetudinis vires. At paupertas solemni voto à fratribus Minoribus promissa est, vt nec in communi, nec in particulari dominium alicuius rei habeant. Et ita hanc partem sustinent Fulgos. *tract. 105. ad finem.vers. non obstat.* Capitulus *cons.98.num.4.vol.1.* Quesada *in suis quæstionibus variis.cap.12.num.16.* & satis innuit Ancharanus *ea.cons.56.num.6.* an valeret consuetudo, vt acquirere possint immobilia quoad vsum, non vt ea retineant, sed vt vendant, vt bene docet Nicolaus de Vbaldis *de successione ab intestato*, vbi de successione regularium, *p. 2.num.6.* Quia etsi capere immobilia, vt retineant, sit contra paupertatem ab ipsis promissam, non tamen ei aduersatur, ea capere vendenda ad conuertendum pretium in proprios vsus. Verùm te hæc bene perpensa, existimo probabilius esse, posse consuetudine legitimè præscripta induci, vt fratres Minores habeant bona immobilia in communi. Ducor, quod ipsi non expressè voto paupertatis promiserunt se non habituros bona hæc in communi, sed solam paupertatem promiserunt iuxta suas constitutiones. Cùm ergo consuetudo possit derogare constitutionibus illis tanquam iure humano inductis, poterit inducere, vt nec pauperias illa excludat habere bona immobilia in communi, qui enim vouet, vel iurat seruare aliquam constitutionem, tandiu tenetur illam seruare, quandiu consuetudine non est abrogata.

Item,

Item, quia ius ecclesiasticum hoc potuit inducere, sicut potuit in reliquis Medicantibus; nempe hoc nõ est contra paupertatem ex se, siquidem reliquæ religiones vouent paupertatem, & possunt hæc immobilia possidere: sed est contra modum paupertatis constitutionibus præscriptum. Ergo consuetudo ad hoc satis est.

17 Vltima difficultas est, quis succedat in bona, quæ fratres Minores habebant, quando ipsi ante professionem non disposuêre? Qua in re sunt variæ sententiæ. Prima dicit succedere Ecclesiam Romanam, quia ex natura professionis fratres Minores dedicant se & sua religioni; at quia ea est incapax, acquirentur ea bona Ecclesiæ Romanæ, cui ordo Minimorum subest. Sic Iacobus de Arena *l.fin. numero 6. C. de Episcop. & cleric.* Signorolus *authent.ingressi.numero 8. C.de sacrosanct. Eccles.* Angelus *summa.verb. monasterium.numero 5.* & Iacobus Butrigarius *authent.si qua mulier.oppositi.1. C.de sacrosanct.Eccles.* dicit posse ad libitum teneri, acquiri Ecclesiæ Romanæ, aut venientibus ab intestato, & Bellamera *c.in præsentia.num.20.de probationib.* relinquit dubium cogitandum, an Ecclesiæ Romanæ, an potiùs venientibus ab intestato acquirantur.

18 Secunda sententia ait, acquiri Cameræ Episcopali. Hanc referunt, & videntur sequi, eo quod illam referũt in vltimo loco, Innocentius *cap.in præsentia. num. 6. de probat.* & ibi Hostiens. *num.9.* Anchar. *num.23.*

19 Tertia sententia docet, bona hæc haberi quasi derelicta, & ideo fore primi occupantis. Hanc refert Innocent.n. præcedenti allegatus fuisse aliquorum.

20 Quarta sententia tenet, succedere in ea monasterium, exclusis hæredibus ab intestato, quod debet ea vendere, vt in proprias necessitates expendat. Sic tenet Speculator *tit.de statu monachorum §. vnic.num.7.quæst.3.* & loquens de vsufructu, quem frater Minor habebat in seculo, tenet Guido Pap. *decis.545. num.vnic.* atque Armilla *verb.hereditas.num.8.* dicit se credere, habere fratres Minores priuilegium succedendi in hæc bona, & Tabiena *ibi.quæst.12.num.13.* dicit fortè illos habere hoc priuilegium, & idem *verb.legatum.1.quæst.4.num.5.fin.* ait fratres Minores habere priuilegium habendi bona stabilia, ac ea Bononiæ, ac plerisque aliis in locis habere. Et potest probari, quia Sixtus V. id indulsit fratribus Minoribus, vt refert compendium Mendicantium *verb. hereditas.§.3.* & Clemens IV. vt refert Manuel *qq.reg. tom.2.q.78.art.6.* Sed dic priuilegium hoc non intelligi de fratribus Minoribus obseruantiæ, vt ab eodem Sixto, & aliis Pontificibus est declaratum, vt docent compendium Mendicantium, & Manuel ibidem, & Corduba *in reg.D.Francisci.c.6.q.7.punctu 1.*

21 Vltima, & verissima sententia est, succedere hæredes ab intestato. Ratio est, quia cùm hi per professionem se spolient omni dominio, & possessione, nec transeant hæc in monasterium, vtpote quod est cuiuslibet successionis ex testamento, & ab intestato incapax, vt diximus num.4. sequitur, vt ea ad hæredes ab intestato illius professi deuoluenda sint, ne dominò destituta maneat, perinde ac deuoluerẽtur, si ille ante professionem intestatus in seculo obiret. Et ideo hanc sustinent Archidiacon. *cap. quia ingredientibus.19. quæst.3. numero 2.* Federicus *cons.26.numero 1.* Bart. *tract. Minoritarum.lib.4. dist.1.cap.1.& 2.* Ant. *cap.in præsentia.numero 25. ad finem probat.* & ibi Abb. *numero 62.* Cardinalis *ad fin.* Decius *in nouaedit. numero 26.* Parisius *num.174.* Felin. *num.50.* Imola *num.21.* Beroius *num.539.* Mastrius *num.74.* Henricus *num.14.* Bald. *auth.ingressi.in nouaedit. num.38. C.de sacrosanct.Eccles.* & ibi Paulus *num.4.* Salycetus *fin.* Iason *fin.* Additionator *ad Bart.num.11.verb.fratrum Minorum.* Idem Salycetus *auth.ingressi.num.5. eod.§.6. C.de sacros. Eccles.* & ibi Iason *num.24.* Imola *l.1.numero 18.ff.de testamentis.* Decius *cap.2.in nouaedit.num.91. de iudiciis.* & *cons.497.num.1.vol.4.* Romanus *singulare 439. num.1.* & *cons.296.num.7.* Ferrerius *verb.de testamentis.in 6. num.68.* Rosellus *d.auth.ingressi.n.23.* Alexand. *l.si quis mihi. 24. §.ferunt.n.6.ff.de acquirend.hæreditate.* Fortunius *l.quilibet. §. & quid si tamium.n.73.ff.de lib. & posth.* & ibi Crotius *num.28.* Ruinus *num.4.* Nicolaus de Vbaldis *de success.ab intest.* vbi de successione regularium.*2.9.num.9.* Redoanus *de spoliis eccles.quæst.8.in princip.num.28.* Guillelm. Benedictus *c.Raynutius.verb.& vxorem,in princip.num.25.& decis.2.fin.* Gratus *cons.68. num.13.vol.1.* Montalbus *l.10. verb.ni a bona.tit.5.lib.5.fori.* Angelus *verb.hæres.num.13.* Sylu. *verb.hæreditas.1.quæst.7.n.10.dicto 5.* Quamuis enim hi duo videantur cõtrarium sentire; limitant enim hoc, nisi imploratione officij Iudicis vellent dicta bona vendere, & in suas necessitates conuertere, tunc enim dicunt eos successuros: verùm vterque addit (vt dictum est.) Atque idem Angelus *verb.hæreditas.n.17.* ad quem locum se remittit, & idem Sylu. *eadem quæst.7.num.10. dicto 1.* dixerant hoc, nempe posse dicta bona capere, vt vendant, non habere verum in fratribus Minoribus, sed in aliis Mendicantibus, Iulius Clarus *lib.3.receptar.§.testamentum.quæst.28.num.7.* Angulo *de meliorat.ian. l.1.gloss. 3.num.22.* Villalobos *in suis communibus opinionib.iur. littera M.verb.monachus.num.182.* Alcanius Clemens *de patria potestate.cap.vlt.num.75.* Armilla *verb.hæreditas.n.19.* Tabiena *verb.hæres.quæst.9.num.10.* Lælius Zecchius *de Repub.Christ.tit.de regular.cap.3.num.14.limit.9.* Leonardus *lib.2.de inst.cap.41.dub.10.numero 86.* Sorbus *in compend.priuileg. Mendicantium. verb. hereditas, in suis annotationibus.§.penult.* Rebellus *tract.de inst.2.part.lib.1.quæstione 8.sect.5.numero 51.* Molina *tomo 1.de iust.disput.139. col.1.vers.tam professi.* & *disputat.140. init.* Limitationem verò, quam nonnulli DD. ex his citatis adhibent, videlicet, nisi essent illis bona relicta sub conditione, vt si decesserint sine liberis, restituantur, quia tunc videntur succedere pauperes, videre poteris in illis, quæ ad *cap. in præsentia* ipsi tradunt.

Succedent autem hæredes ab intestato in prædicta 22
bona ab ipso professionis die in ordine Minorum, quia ea professio est tanquam mors naturalis; & ita docent Baldus, Paulus, Salycetus, Decius, Parisius, Nicolaus de Vbaldis, Iul. Clarus, Redoanus allegati numero præcedenti

Sed quid dicendum de bonis, quæ acquirit frater 23
Minor post professionem, vt donatione, legato, suis operis? Videntur enim ea monasterio non acquiri ex *cap.exiui.§.ad hæc cum fratres.de verb.significat.in 6.* ibi; *Ad hæc cum fratres ipsi nil sibi in speciali acquirere, vel eorum ordini possint etiam in communi.* Pro qua parte sunt Richardus *4.d.45.artic.4. quæstione 2.* & Azor *tom.1. inst. moral. lib.12.cap.10. quæst.finali.* vbi dicunt legatum relictum monacho acquiri religioni, quando est succedendi capax. Atque expressiùs Nauarr. *libro 5.cons.tit.de regul.in priori edit.tom cons.75.in posteriori, tom cons.85.* vbi ait, fratrem Minorem apostatam multa suis operis comparantem nihil acquirere monasterio, sed Sedi Apostolicæ, cui acquiruntur fratribus Minoribus relicta; ac proinde Prælatum Minorum debere hoc manifestare Pontifici, vt disponat an in conuentus vsum, an in alium ea bona conuertenda sint; & Bertrandus *cons.227. numero 5.volum.7.* tenet expressè non ea acquirere fratres Minores suo monasterio, etiamsi propria industria acquirant.

Cæterùm dicendum est, ea acquiri immediatè mo- 24
nasterio quoad vsum, & cõmeditatem, sicut in aliis religionibus acquiruntur religioni quoad dominiũ. Quod bene tradunt Federicus *cons.12.n.1.* Antonius *c.in præsentia.n.25.de probationibus.* Abb. *cons.63.n.6.lib.2.* Molina *tom.1.de inst.disp.140.col.13.vers.contra vero.* & *col.12.vers. idem dicendum est.* Leonardus *lib.2. de inst.cap.41.dub.11. num.88.* Nec obstat textus in contrarium adductus: quia intelligit hos nihil acquirere quoad dominium monasterio, eo quod incapax quoque dominij sit; & ideo statim subdit ille textus, cui acquiratur dominium. At hoc

non

non impedit commoditatem, & vsum illius rei acquiri monasterio: & hoc idem significant DD. in contrarium citati. Nec probo quod ait Nauar.n. præced. allegatus, nempe esse necessarium Pontificis licentiam, vt monasterium his bonis vti valeat, ea conuertendo in proprios vsus. Quippe sicut nec indiget ea licentia, vt vtatur legatis sibi relictis, & aliis bonis, quæ habet, quamuis solum vsum facti illorum habeat, & dominium sit apud Pontificem summum, vt probauimus hoc lib. suprà; ita nec ad vtendum illis bonis, cùm similiter vsum & commoditatem illorum acquirat. Cui autem hæc bona acquirantur, quando hæ transierat à monasterio capaci ad hoc incapax, diximus suprà.

CAPVT XXVI.

Qualiter religio ipsa, aut religiosus, etsi sit ordinis Minorum, capax legati percipiendi sit.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputanda sint. n. 1.
An omnibus religionibus succedendi in communi capacibus possit legari? n. 2.
Legatum relictum pro monialis, & famula, qualiter debeatur monalteria. n. 3.
An legatum relictum cum onere admittendi quandam monialem, valeat? refertur quædam sententia. n. 4. & 5.
Explicatur sententia authoris. n. 6.
Quæ cautela adhiberi possit, vt euitentur opiniones. n. 7.
An legatum religiosi relictum sub ea conditione, vt partem det pauperibus, sit conditionale? n. 8.
Post num. 8. inueniis summaria quæ desiderantur.

1 DVPLEX quæstio tractanda inuoluitur. Prior est de religionibus succedendi capacibus; posterior de incapacibus, & in neutra tractamus de Societate IESV, quia de illa est habendus specialis sermo cap. sequenti.

2 Prior quæstio. An religionibus habentibus bona in communi, ac earum religiosis possit legari? Qua in re manifestum est, non solùm ipsi religioni, sed religiosis quoque ipsis posse validè, & licitè legari. Quod vniuersi fatentur; & constat, quia & religio, & religiosi ipsi singulares possunt hæredes institui, vt probauimus cap. præcedenti, numero 1. Ergo & potest ipsis legari. Quippe regula certissima est, iis omnibus posse legari, qui possunt hæredes institui, vt expressè habetur *inst. de legatis §. legari. & l. regia 1. tit. 9. n. 6.*

3 Hinc deducitur, legatum annuum relictum monialis pro se, & pro vna famula, deberi monasterio quoad partem monialis, licèt non quoad partem famulæ; quia nequit famulam habere. Sic allegato Mariano Socino *cons. 10. quæstione 6. vers. verum. volum. 1.* tenet Nauarr. *comment. 2. numero 38. de regularib.* Azor *tomo 1. institut. moralium. lib. 11. cap. 8. quæstione 2. fin.* Manuel *qq. regular. tomo 3. quæstione 16. art. 9. ad finem.* Qui bene quoad partem famulæ hoc moderatur, quando monasterium non permittit famulas, secus vbi permittuntur; debebitur enim etiam pars famulæ, & si quinque monialibus concedatur vna famula, debèbitur ex eo legato pro famula pars stipendij huic moniali correspondens. Addiquæ non esse improbabile, deberi monasterio aliquid ex eo legato pro famulis toti monasterio inseruientibus necessariis ad onera monialium subleuanda. Sed hoc non placet; quia legans non intendit prospicere famulis conuentus communibus, sed huius monialis.

4 Quod si legatum relictum sit vxori, dum vitam vidualem seruare, debeat ipsi ingredienti religionem, & acquirat religio, quia pietas videtur implera testatoris intentio, quæ est, ne matrimonium carnale ineat. Sic Baldus *l. fin. in fine principij. C. de Episcopis, & clericis.* Sed specialis difficultas est, si legatur aliquid monasterio cum hoc onere, vt teneatur quotannis, aut vna vice monialem recipere. Quidam dicunt eam conditionem esse simoniacam, ac proinde monasterium non teneri eam implere. Ducuntur, quod temporale illud legari præmium promittatur pro religionis ingressu, qui spiritualis est; & ita est simoniacum, iuxta *cap. non satis, de simonia.* Præterea, quia offerre munera ea lege, & pacto, vt recipiens aliquid spirituale efficiat, est simonia, vt tradunt multi, quos retuli *libro 1. de matrimonio. disputatione 39. numero 1.* Et ideo hanc sententiam sustinent Bartolus *l. Titio centum. §. Titio centum. el 1. numero vnico. ff. de condit. & demonstrat.* referens ita consuluisse quendam magnum Doctorem, & *l. 2. ad finem. C. de institutionib. & substitutionib.* vbi ait sic fuisse consultum per Præcuperium de S. Miniato, & ferè per omnes, & *l. vxorem. §. hæres, in fine. ff. de leg. n. 3.* Arctinus *l. Titia, in principio. numero 5. ff. de verborum obligatione.* Imola *eodem §. Titio centum. numero 4. & l. ille autem. numero 3. ff. de hæred. instituit.* vbi Angelus *numero 1.* Alexander *eodem l. 2. numero 4.* & ibi Decius *numero 10. in nouæ editione.* Ananias *cap. non satis, ad finem, de simonia.* Campegius *de dot. parte 1. quæst. 42.* Crassus *de successione §. legatum. quæst. 55. fin.* Brunorus *in suo compendio. litera M. verb. monasterium.* Limitant autem Angelus *ea l. ille autem. numero 1.* & ibi Imola *numero 3.* Campegius *ead. quæstione 42.* nisi monasterium sit pauper; tunc enim aiunt prædictum legatum valere, quod tunc non tanquam admissionis pretium, sed alimentorum causà censeatur relictum. Cum qua limitatione idem sequitur Gregorius Lopez *l. 12. verb. porque. tit. 7. parte 1.* Eandem sententiam sequitur Bald. cum alia limitatione *l. fin. numero penultimo. C. de sponsalibus,* dicens illicitum esse hoc legatum, quando incipit à conditione, vt, si quædam monialis admissa fuerit, lego talem rem: secus si incipiat à supplicatione, vt, supplico monialibus, vt quandam admittant, & ea admissa lego talem rem pro alimentis.

5 Rursus inter hos Doctores est controuersia, an dato legatum id turpe esse, ac simoniacum, valeat legatum reiecta conditione? Quidam affirmant, atque ita moniales posse capere id legatum, non implendo grauamen, quia cùm ea conditio turpis sit, reiicitur à legato, & institutione, eaque pura manent. Sic Doctor ille magnus relatus à Bartolo *eo §. Titio centum. numero vnic.* Bartolus *l. 2. ad finem. C. de institut. & substitut. & l. vxorem. §. hæres, in fine. ff. de legat. 3.* Crassus *eodem §. legatum. quæst. 55. in fine.* Aliis autem placet, vtrumque vitiari, nempe legatum, & conditionem, & sic nec monasterium posse capere legatum, nec conditionem implere. Ducuntur, quod quando conditio ex se non est turpis, sed honesta; at est turpe illa inuitare, conditio non reiicitur, sed vitiat legatum, tanquam turpe, vt notatur *l. ille. ff. de hæred. instituit.* At sic contingit in hoc euentu, conditio enim, vt admittatur monialis, est de se licita, & honesta: turpitudo autem versatur in legato, quatenus medio illo lucro inuitat ad conditionem seruandam. Sic tenent Bartolus sibi contrarius *eodem §. Titio centum. numero vnic.* & ibi Imola *num. 4.* Decius, Arctinus, Ananias allegati n. præcedenti.

6 Cæterùm multo verius est, eam conditionem esse honestam, & omnino seruandam, nullumque vitium ei legandi formæ inesse. Ducor, quia spe præmij obtinendi allicere ad spiritualia, sit ab omni labe simoniæ liberum, ac licitum vt laicimè multis allegatis probaui *lib. 1. de matrim. disputatione 39. numero 4.* Item, quia nullus damnat legata cum onere faciendi quotannis tot sacra, cùm tamen hoc onus sit spirituale. Præterea, quia frequentior sententia habet in tractatu de simonis, integrum esse monasterio, siue pauperi, siue diuiti petere dotem, quod & praxis obseruat. Quia ea dos ad alimenta monialis admissæ petitur, & non tanquam pretium rei spiritualis. Tandem, quia non est pactum recipiendæ monialis, sed onus adiectum rei suæ, quod cum illa transit in monasterium. Atque ita hanc sententiam tradunt Baldus *l. 1. num. 2. C. de institut. & substitut. & l. Titia, in fine principij. ff. de verb. obligat. & l. vnic. num. 42. quæstione 5. C. de his, quæ pœnæ nomine.* Fulgosius *ea. l. 1. num. 4.* Iasos *l. 2. num. 3. C. de institut. & substitut.* Paulus *d. l. 1. num. 2. & l. Titio centum. §. Titio centum. el 1. num. 4. fin.* vbi & Cumanus *in fine. ff. de condition. & demonstrat.* Ripa *l. in quartam. num. 154. ff. ad l. Falcid.* Guillelmus Benedictus *cap. Raynutius. verb. cuidam Petro num. 13. de testamentis.* Villalobos *in communibus opinionibus. tit. M. verb. monachus. numero 186.* Riminaldus *cons. 477. à num. 25. & 36.* Surdus *cons. 295. à num. 3. per totum. volum. 2. de alimentis. tit. 9. quæstione 27. numero 4.* Caualloz *in suis communibus. quæstione 439. numero 10. & triplici sequenti.* Galganettus *de condit. & demonstrat. parte 2. cap. 5. quæst. 9. num. 2.*

7 Vt tamen euitentur opiniones, consultius erit sic legare; si moniales talem receperint, lego eis centum pro alimentis. Sic Barr. *eo §. Titio centum. fin.* Decius, & Campegius allegati n. 4. Quamuis nec in hoc casù valere, nisi monasterium sit pauper, affirmet Imola *eodem §. Titio centum. num. 4. fin.* Alexander *l. 2. n. 4. C. de institut. & substitut.*

8 Præterea est difficultas, an legatum monacho relictum sub ea conditione, vt certam partem diuidat inter pauperes, sit conditionale, ac proinde ea pecuniæ parte non distributa amittatur? Breuiter dico non esse conditionale, sed modale, & ideo non amitti: tum quia illa verba (*sub conditione*) solam conditionis figuram habent, cùm natura conditionis sit ante eius existentiam suspendere acquisitionem. *l. cedere diem. ff. de verborum significatione.* Sed in hoc euentu testator voluit legatum illud prius monacho acquiri, at cum prædicta obligatione; & ita sustinent Cardinalis, Ancharanus, Dominicus, Franeus, Barbatius, vt eos refert, & sequitur Menchaca *de successionum progressu. lib. 3. §. 27. numero 15.* Quamuis minus bene Bartolus, & alij, quos ibi refert, dicant esse legatum conditionale.

SVMMARIVM.

Verum conuentui fratrum Minorum possit legari? numero 9.
Verum cuicumque fratri Minori possit legari n. 10.
Quid si legatum sit immoderatum? n. 11.
An sit contra votum paupertatis, accipere Minores id legatum immoderatum? n. 12.
An valeat prædictum legatum immoderatum, & quid faciendum, & quorum sit arbitrari quando sit immoderatum? num. 13.
An repugnet mendicitati seruare victualia, vel si superflua sint, cum aliis commutare? n. 14.
Quatupliciter potest legari Minoribus. n. 15.
An valeat legatum rei immobilis, quando explicatur eam vendendam, ac Minoribus æstimationem dandam? numero 16.
Quid si explicetur modus illicitus, nempe vt retineant? numero 17.
An tunc legatum sit omnino caducum, ita vt nec æstimatio debeatur? n. 18.
An liceat Minoribus habere hortos, aut vineas, vt fructibus vescantur, habeantque vinum ad bibendum, & vt locent, aut fructus vendant, nutrire oues, asinos, porcos, vaccas, apes, columbas? n. 19.
An valeat legatum domus ad habitandum, aut sibi construendum Ecclesiam, fratribus Minoribus? Refertur duplex sententia. n. 20. & 21.
Explicatur sententia authoris. n. 22.
Quid si id legatum fiat aliis Mendicantibus? n. 23.
Quid si legetur aliquid Minoribus pro vsu tunc non necessario, aut superfluo? n. 24.
Quid si legatis vsus non sit conueniens fratri Minori specialiter, cui legatur? n. 25.
Quid si legetur fratri Minori ea lege, vt superiore molestante perdat legatum, vel dantes superiori molestia? n. 26.
An valeat legatum rei immobilis relictæ Minoribus nullo expresso modo? Refertur quædam sententia. n. 27.
Sententia authoris. n. 28.
Per quos ea res vendi debeat, vt fratribus tradatur. numero 29.
An in venditione illius rei, & generaliter cuiuscumque ecclesiasticæ ex necessitate facta exigatur solemnitas petitæ ad rei ecclesiasticæ alienationem? n. 30.
An in venditione rei immobilis relictæ aliis Mendicantibus, exigatur prædicta solemnitas? n. 31.
An si necessario vendenda statim res illa immobilis, ac pretio sit opprimenda expediunda, & cuius sint fructus illi medij temporis; & an heres existens in mora teneatur aliquid restituere; & quid si emptor non inueniatur? n. 32.
An fratres Minores sint capaces census illis relicti? numero 33.
An sint capaces annuorum reddituum, quantumuis exiguis sint, & quando hæreditate, aut alius heres graueatur, vt quotannis Minoribus certum quantitatem tribuat? n. 34.
Quid si legatum annuum ad alimenta, sit ad modicum, vel ad longum tempus? Refertur quædam sententia. numero 35.
Sententia authoris. numero 36. Vbi quid si sit ad alimenta hoc legatum annuum, vel sit legatum vsufructuarium?
Quale dicatur modicum tempus, & quale longum. Referuntur varia sententia. n. 37. & 38.
Sententia authoris. n. 39.
Quid si legatum relinquatur ad vitam cuiusdam fratris Minoris? n. 40.
An sint capaces fratres Minores legari annui relicti ad concernentia cultum diuinum? Refertur quædam sententia. numero 41.
Sententia authoris. n. 42.
An sint capaces anniuersariorum relictorum ipsis in perpetuum? Refertur quædam sententia. n. 43.
Sententia authoris. n. 44.
An sint capaces legati annui pro studio? Refertur quædam sententia. n. 45.
Sententia authoris. n. 46.
An sint capaces legati annui pro infirmorum necessitatibus? num. 47.
An hæc legata annua, & anniuersaria, quorum fratres Minores non sunt capaces, debeantur in foro conscientiæ ab herede? Refertur quædam sententia. n. 48.
Sententia authoris. n. 49.
An heredes teneantur tunc facere id eum impleri, & possit dari eleemosyna illa Minoribus, vt impleant? numero 50.
An quod impleto onere superest, possint sibi retinere? numero 51.
An possint Minores accipere hanc eleemosynam, tanquam ab herede debitum, vel sponte datum? n. 52.
An liceat illis admittere eleemosynas annuas, quas gabellarij, aut alij fiscalis inbentur quotannis illis elargiri? numero 53.
An ex consuetudine dandi liberaliter Ecclesiæ, aut pio loco aliquid decimæ præscribatur ea eleemosyna, & quid de fratribus Minoribus? n. 54.
An liceat Minoribus inducere fideles, vt hæc anniuersaria illis relinquant? n. 55.
An liceat illis compositionem facere cum heredibus graueatis ad legata annua? n. 56.
An legatum annuum voto promissum liceat fratribus Minoribus accipere? & quid si graueatur heres à testatore, vt id votum impleat? n. 57.

non impedit commoditatem, & vsum illius rei acquiri monasterio: & hoc idem significant DD. in contrarium citati. Nec probo quod ait Nauar.n. præced. allegatus, nempe esse necessarium Pontificis licentiam, vt monasterium his bonis vti valeat, ea conuertendo in proprios vsus. Quippe sicut nec indiget ea licentia, vt vtatur legatis sibi relictis, & aliis bonis, quæ habet, quamuis solum vsum facti illorum habeat, & dominium sit apud Pontificem summum, vt probauimus hoc lib. suprà; ita nec ad vtendum illis bonis, cùm similiter vsum & commoditatem illorum acquirat. Cui autem hæc bona acquirantur, quando hæ transierat à monasterio capaci ad hoc incapax, diximus suprà.

CAPVT XXVI.

Qualiter religio ipsa, aut religiosus, etsi sit ordinis Minorum, capax legati percipiendi sit.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputanda sint. n. 1.
An omnibus religionibus succedendi in communi capacibus possit legari? n. 2.
Legatum relictum pro monialis, & famula, qualiter debeatur monalteria. n. 3.
An legatum relictum cum onere admittendi quandam monialem, valeat? refertur quædam sententia. n. 4. & 5.
Explicatur sententia authoris. n. 6.
Quæ cautela adhiberi possit, vt euitentur opiniones. n. 7.
An legatum religiosi relictum sub ea conditione, vt partem det pauperibus, sit conditionale? n. 8.
Post num. 8. inueniis summaria quæ desiderantur.

1 DVPLEX quæstio tractanda inuoluitur. Prior est de religionibus succedendi capacibus; posterior de incapacibus, & in neutra tractamus de Societate IESV, quia de illa est habendus specialis sermo cap. sequenti.

2 Prior quæstio. An religionibus habentibus bona in communi, ac earum religiosis possit legari? Qua in re manifestum est, non solùm ipsi religioni, sed religiosis quoque ipsis posse validè, & licitè legari. Quod vniuersi fatentur; & constat, quia & religio, & religiosi ipsi singulares possunt hæredes institui, vt probauimus cap. præcedenti, numero 1. Ergo & potest ipsis legari. Quippe regula certissima est, iis omnibus posse legari, qui possunt hæredes institui, vt expressè habetur *inst. de legatis §. legari. & l. regia 1. tit. 9. n. 6.*

3 Hinc deducitur, legatum annuum relictum monialis pro se, & pro vna famula, deberi monasterio quoad partem monialis, licèt non quoad partem famulæ; quia nequit famulam habere. Sic allegato Mariano Socino *cons. 10. quæstione 6. vers. verum. volum. 1.* tenet Nauarr. *comment. 2. numero 38. de regularib.* Azor *tomo 1. institut. moralium. lib. 11. cap. 8. quæstione 2. fin.* Manuel *qq. regular. tomo 3. quæstione 16. art. 9. ad finem.* Qui bene quoad partem famulæ hoc moderatur, quando monasterium non permittit famulas, secus vbi permittuntur; debebitur enim etiam pars famulæ, & si quinque monialibus concedatur vna famula, debèbitur ex eo legato pro famula pars stipendij huic moniali correspondens. Addiquæ non esse improbabile, deberi monasterio aliquid ex eo legato pro famulis toti monasterio inseruientibus necessariis ad onera monialium subleuanda. Sed hoc non placet; quia legans non intendit prospicere famulis conuentus communibus, sed huius monialis.

4 Quod si legatum relictum sit vxori, dum vitam vidualem seruare, debeat ipsi ingredienti religionem, & acquirat religio, quia pietas videtur implera testatoris intentio, quæ est, ne matrimonium carnale ineat. Sic Baldus *l. fin. in fine principij. C. de Episcopis, & clericis.* Sed specialis difficultas est, si legatur aliquid monasterio cum hoc onere, vt teneatur quotannis, aut vna vice monialem recipere. Quidam dicunt eam conditionem esse simoniacam, ac proinde monasterium non teneri eam implere. Ducuntur, quod temporale illud legari præmium promittatur pro religionis ingressu, qui spiritualis est; & ita est simoniacum, iuxta *cap. non satis, de simonia.* Præterea, quia offerre munera ea lege, & pacto, vt recipiens aliquid spirituale efficiat, est simonia, vt tradunt multi, quos retuli *libro 1. de matrimonio. disputatione 39. numero 1.* Et ideo hanc sententiam sustinent Bartolus *l. Titio centum. §. Titio centum. el 1. numero vnico. ff. de condit. & demonstrat.* referens ita consuluisse quendam magnum Doctorem, & *l. 2. ad finem. C. de institutionib. & substitutionib.* vbi ait sic fuisse consultum per Præcuperium de S. Miniato, & ferè per omnes, & *l. vxorem. §. hæres, in fine. ff. de leg. n. 3.* Arctinus *l. Titia, in principio. numero 5. ff. de verborum obligatione.* Imola *eodem §. Titio centum. numero 4. & l. ille autem. numero 3. ff. de hæred. instituit.* vbi Angelus *numero 1.* Alexander *eodem l. 2. numero 4.* & ibi Decius *numero 10. in nouæ editione.* Ananias *cap. non satis, ad finem, de simonia.* Campegius *de dot. parte 1. quæst. 42.* Crassus *de successione §. legatum. quæst. 55. fin.* Brunorus *in suo compendio. litera M. verb. monasterium.* Limitant autem Angelus *ea l. ille autem. numero 1.* & ibi Imola *numero 3.* Campegius *ead. quæstione 42.* nisi monasterium sit pauper; tunc enim aiunt prædictum legatum valere, quod tunc non tanquam admissionis pretium, sed alimentorum causà censeatur relictum. Cum qua limitatione idem sequitur Gregorius Lopez *l. 12. verb. porque. tit. 7. parte 1.* Eandem sententiam sequitur Bald. cum alia limitatione *l. fin. numero penultimo. C. de sponsalibus,* dicens illicitum esse hoc legatum, quando incipit à conditione, vt, si quædam monialis admissa fuerit, lego talem rem: secus si incipiat à supplicatione, vt, supplico monialibus, vt quandam admittant, & ea admissa lego talem rem pro alimentis.

5 Rursus inter hos Doctores est controuersia, an dato legatum id turpe esse, ac simoniacum, valeat legatum reiecta conditione? Quidam affirmant, atque ita moniales posse capere id legatum, non implendo grauamen, quia cùm ea conditio turpis sit, reiicitur à legato, & institutione, eaque pura manent. Sic Doctor ille magnus relatus à Bartolo *eo §. Titio centum. numero vnic.* Bartolus *l. 2. ad finem. C. de institut. & substitut. & l. vxorem. §. hæres, in fine. ff. de legat. 3.* Crassus *eodem §. legatum. quæst. 55. in fine.* Aliis autem placet, vtrumque vitiari, nempe legatum, & conditionem, & sic nec monasterium posse capere legatum, nec conditionem implere. Ducuntur, quod quando conditio ex se non est turpis, sed honesta; at est turpe illa inuitare, conditio non reiicitur, sed vitiat legatum, tanquam turpe, vt notatur *l. ille. ff. de hæred. instituit.* At sic contingit in hoc euentu, conditio enim, vt admittatur monialis, est de se licita, & honesta: turpitudo autem versatur in legato, quatenus medio illo lucro inuitat ad conditionem seruandam. Sic tenent Bartolus sibi contrarius *eodem §. Titio centum. numero vnic.* & ibi Imola *num. 4.* Decius, Arctinus, Ananias allegati n. præcedenti.

6 Cæterùm multo verius est, eam conditionem esse honestam, & omnino seruandam, nullumque vitium ei legandi formæ inesse. Ducor, quia spe præmij obtinendi allicere ad spiritualia, sit ab omni labe simoniæ liberum, ac licitum vt laicimè multis allegatis probaui *lib. 1. de matrim. disputatione 39. numero 4.* Item, quia nullus damnat legata cum onere faciendi quotannis tot sacra, cùm tamen hoc onus sit spirituale. Præterea, quia frequentior sententia habet in tractatu de simonis, integrum esse monasterio, siue pauperi, siue diuiti petere dotem, quod & praxis obseruat. Quia ea dos ad alimenta monialis admissæ petitur, & non tanquam pretium rei spiritualis. Tandem, quia non est pactum recipiendæ monialis, sed onus adiectum rei suæ, quod cum illa transit in monasterium. Atque ita hanc sententiam tradunt Baldus *l. 1. num. 2. C. de institut. & substitut. & l. Titia, in fine principij. ff. de verb. obligat. & l. vnic. num. 42. quæstione 5. C. de his, quæ pœnæ nomine.* Fulgosius *ea. l. 1. num. 4.* Iasos *l. 2. num. 3. C. de institut. & substitut.* Paulus *d. l. 1. num. 2. & l. Titio centum. §. Titio centum. el 1. num. 4. fin.* vbi & Cumanus *in fine. ff. de condition. & demonstrat.* Ripa *l. in quartam. num. 154. ff. ad l. Falcid.* Guillelmus Benedictus *cap. Raynutius. verb. cuidam Petro num. 13. de testamentis.* Villalobos *in communibus opinionibus. tit. M. verb. monachus. numero 186.* Riminaldus *cons. 477. à num. 25. & 36.* Surdus *cons. 295. à num. 3. per totum. volum. 2. de alimentis. tit. 9. quæstione 27. numero 4.* Caualloz *in suis communibus. quæstione 439. numero 10. & triplici sequenti.* Galganettus *de condit. & demonstrat. parte 2. cap. 5. quæst. 9. num. 2.*

7 Vt tamen euitentur opiniones, consultius erit sic legare; si moniales talem receperint, lego eis centum pro alimentis. Sic Barr. *eo §. Titio centum. fin.* Decius, & Campegius allegati n. 4. Quamuis nec in hoc casù valere, nisi monasterium sit pauper, affirmet Imola *eodem §. Titio centum. num. 4. fin.* Alexander *l. 2. n. 4. C. de institut. & substitut.*

8 Præterea est difficultas, an legatum monacho relictum sub ea conditione, vt certam partem diuidat inter pauperes, sit conditionale, ac proinde ea pecuniæ parte non distributa amittatur? Breuiter dico non esse conditionale, sed modale, & ideo non amitti: tum quia illa verba (*sub conditione*) solam conditionis figuram habent, cùm natura conditionis sit ante eius existentiam suspendere acquisitionem. *l. cedere diem. ff. de verborum significatione.* Sed in hoc euentu testator voluit legatum illud prius monacho acquiri, at cum prædicta obligatione; & ita sustinent Cardinalis, Ancharanus, Dominicus, Franeus, Barbatius, vt eos refert, & sequitur Menchaca *de successionum progressu. lib. 3. §. 27. numero 15.* Quamuis minus bene Bartolus, & alij, quos ibi refert, dicant esse legatum conditionale.

SVMMARIVM.

Verum conuentui fratrum Minorum possit legari? numero 9.
Verum cuicumque fratri Minori possit legari n. 10.
Quid si legatum sit immoderatum? n. 11.
An sit contra votum paupertatis, accipere Minores id legatum immoderatum? n. 12.
An valeat prædictum legatum immoderatum, & quid faciendum, & quorum sit arbitrari quando sit immoderatum? num. 13.
An repugnet mendicitati seruare victualia, vel si superflua sint, cum aliis commutare? n. 14.
Quatupliciter potest legari Minoribus. n. 15.
An valeat legatum rei immobilis, quando explicatur eam vendendam, ac Minoribus æstimationem dandam? numero 16.
Quid si explicetur modus illicitus, nempe vt retineant? numero 17.
An tunc legatum sit omnino caducum, ita vt nec æstimatio debeatur? n. 18.
An liceat Minoribus habere hortos, aut vineas, vt fructibus vescantur, habeantque vinum ad bibendum, & vt locent, aut fructus vendant, nutrire oues, asinos, porcos, vaccas, apes, columbas? n. 19.
An valeat legatum domus ad habitandum, aut sibi construendum Ecclesiam, fratribus Minoribus? Refertur duplex sententia. n. 20. & 21.
Explicatur sententia authoris. n. 22.
Quid si id legatum fiat aliis Mendicantibus? n. 23.
Quid si legetur aliquid Minoribus pro vsu tunc non necessario, aut superfluo? n. 24.
Quid si legatis vsus non sit conueniens fratri Minori specialiter, cui legatur? n. 25.
Quid si legetur fratri Minori ea lege, vt superiore molestante perdat legatum, vel dantes superiori molestia? n. 26.
An valeat legatum rei immobilis relictæ Minoribus nullo expresso modo? Refertur quædam sententia. n. 27.
Sententia authoris. n. 28.
Per quos ea res vendi debeat, vt fratribus tradatur. numero 29.
An in venditione illius rei, & generaliter cuiuscumque ecclesiasticæ ex necessitate facta exigatur solemnitas petitæ ad rei ecclesiasticæ alienationem? n. 30.
An in venditione rei immobilis relictæ aliis Mendicantibus, exigatur prædicta solemnitas? n. 31.
An si necessario vendenda statim res illa immobilis, ac pretio sit opprimenda expediunda, & cuius sint fructus illi medij temporis; & an heres existens in mora teneatur aliquid restituere; & quid si emptor non inueniatur? n. 32.
An fratres Minores sint capaces census illis relicti? numero 33.
An sint capaces annuorum reddituum, quantumuis exiguis sint, & quando hæreditate, aut alius heres graueatur, vt quotannis Minoribus certum quantitatem tribuat? n. 34.
Quid si legatum annuum ad alimenta, sit ad modicum, vel ad longum tempus? Refertur quædam sententia. numero 35.
Sententia authoris. numero 36. Vbi quid si sit ad alimenta hoc legatum annuum, vel sit legatum vsufructuarium?
Quale dicatur modicum tempus, & quale longum. Referuntur varia sententia. n. 37. & 38.
Sententia authoris. n. 39.
Quid si legatum relinquatur ad vitam cuiusdam fratris Minoris? n. 40.
An sint capaces fratres Minores legari annui relicti ad concernentia cultum diuinum? Refertur quædam sententia. numero 41.
Sententia authoris. n. 42.
An sint capaces anniuersariorum relictorum ipsis in perpetuum? Refertur quædam sententia. n. 43.
Sententia authoris. n. 44.
An sint capaces legati annui pro studio? Refertur quædam sententia. n. 45.
Sententia authoris. n. 46.
An sint capaces legati annui pro infirmorum necessitatibus? num. 47.
An hæc legata annua, & anniuersaria, quorum fratres Minores non sunt capaces, debeantur in foro conscientiæ ab herede? Refertur quædam sententia. n. 48.
Sententia authoris. n. 49.
An heredes teneantur tunc facere id eum impleri, & possit dari eleemosyna illa Minoribus, vt impleant? numero 50.
An quod impleto onere superest, possint sibi retinere? numero 51.
An possint Minores accipere hanc eleemosynam, tanquam ab herede debitum, vel sponte datum? n. 52.
An liceat illis admittere eleemosynas annuas, quas gabellarij, aut alij fiscalis inbentur quotannis illis elargiri? numero 53.
An ex consuetudine dandi liberaliter Ecclesiæ, aut pio loco aliquid decimæ præscribatur ea eleemosyna, & quid de fratribus Minoribus? n. 54.
An liceat Minoribus inducere fideles, vt hæc anniuersaria illis relinquant? n. 55.
An liceat illis compositionem facere cum heredibus graueatis ad legata annua? n. 56.
An legatum annuum voto promissum liceat fratribus Minoribus accipere? & quid si graueatur heres à testatore, vt id votum impleat? n. 57.

An fratres Minores im aliquod comparent, ergo legata illis modo licito relicta, an hæredes illis obligentur? numero 58.

Potest Syndicus civitatis, aut quilibet de populo petere, vt hæc legata fratribus Minoribus solvantur. numero 59.

Potest etiam ex suo vacuo officio Iudex ad hoc compellere. numero 60.

Hic Iudex est ecclesiasticus, aut secularis. n. 61.

Possunt fratres Minores hoc Iudicis officium implorare. numero 62.

Potest Syndicus Minorum hoc petere. n. 63.

9 QVÆSTIO posterior. An religiones incapaces succedendi in communi, vt Minorum de obseruantia, & Capucinorum, sint capaces legati, & similiter earum religiosi singulares? Videtur enim pars negans: quia qui nequit hæres institui, non est capax legati. §. *legari. instit. de legat. & l. regia 1. tit. 9. parte 6.* At hæ religiones, & religiosi nequeunt hæredes institui, vt diximus numero 1. ergo nec eis potest legari. Cæterum est certissimum, posse religiosi Minorum legari; quippe hoc expresè diffinitum est *cap. exiit. §. ad hæc quia fratribus, de verborum significatione, in 6.* Nec obstat ratio in contrarium adducta; quia ea regula verum habet in iis qui ob iuris communis prohibitionem instituì hæredes nequeunt: iis enim similiter legati nequibit, secus de iis qui ob solum paupertatis votum incapaces sunt hæreditariæ successionis, quales sunt fratres Minores; quippe potest id votum ex vouentium intentione, & statutis solam hæreditariæ successionis capacitatem excludere, non autem legati; & sic de facto contingit in fratribus Minoribus.

10 Sicut autem tota fratrum Minorum communitas capax est, vt ipsi legetur; sic quilibet frater Minor est similiter capax, & in solis illis casibus, quibus illa est incapax, erit quoque hic. Ratio est aperta, quia sicut quilibet frater Minor est incapax proprij, & hæreditariæ successionis, similiter quoque est incapax tota communitas: & ideo si capacitas legati esset contra paupertatem fratris singularis, esset quoque contra paupertatem totius communitatis. Præterea, quia legatum est quædam donatio à defuncto relicta ab hærede præstanda. §. *legatum. instit. de legat. & l. regia 1. tit. 9. parte 6.* At frater Minor est capax, vt sibi donetur: ergo vt legetur. Sic colligitur ex *extrauaganti 1. vers. verò vt circa sepulturam, de priuilegiis*, ibi; *De quibuscunque verò relictis præfatis fratribus in communi, vel singulis, volumus defendentium voluntatibus*; & docent Bartolus dicens ita decreuisse Benedictum Papam, cuius verba refert *tractatu Minoricarum. libro 2. distinctione 3. cap. 1. numero 28. & cap. 2. num. 31. & l. seruos. ff. numero 3. ff. de aliment. legat.* Imola *cap. 2. num. 41. de testamentis*, & ibi Ancharanus *num. 30.* Parisius *cap. in præsentiarum. 175. & 178. de probat.* Manuel *qq. reg. tom. 2. quæst. 125. art. 6.*

11 Hæc tamen limitanda sunt, modò id legatum non sit tantæ quantitatis, vt præsumatur fieri in fraudem, id est, relinqui hæreditatem sub nomine legati. Constat ex *Clementin. exiui. §. cupientes, vers. nec licet. ei, de verborum significatione.* ibi; *Nec licet. eis valorem hæreditatum talium, vel tantam earum partem, quod præsumi posse hoc in fraudem fieri, quasi sub modo, & forma legati sibi dimitti fecere, vel sic dimissa recipere. quia potius ista sic facere ab ipsis simpliciter prohibemus.* Atque ita docent omnes; si tamen fratribus Minoribus sumptuosè ædificantibus legentur expensæ necessariæ ad ædificium, Baldus *authent. ingressi in vnoa edit. num 59. C. de sacros. Eccles.* hoc vtrinque disputat, & concludit *num. 60.* de hoc cogitandum, & fieri vt de facto, quando relinquitur pro ædificio totum exigi.

12 Ex verbis autem ex prædicta Clementina citatis duo colliguntur. Prius est; fratres acceptando tale legatum magnæ quantitatis, non faciunt contra paupertatis votum, sed contra iuris prohibitionem, quod re vera non sunt hæredes, nec in ius defuncti succedant. Sic Corduba *in reg. D. Francisci. c. 6. q. 11. punct. 1.* At hoc non credo, quia cùm dominium omnium bonorum ad Minores pertinentium, sit apud Pontificem, solo facti vsu ipsis relicto ex eius licentia, quam in hoc casu denegat, ipsi acceptando hoc legatum, vsurpant illius vsum contra voluntatem veri domini, & legitimi superioris: ergo delinquunt in paupertatis votum.

13 Posterius est; Pontifex non irritat valorem prædicti legati magnæ quantitatis, nec libertat hæredes solutione huius legati, sed limitat receptionem à fratribus faciendam; vult enim fratres non recipere legatum, quod in hæredis fraudem fieri præsumitur. Quod tunc cuenit, quando esset tanta quantitas, vt eius receptio magis saperet thesaurizare, quàm imminentibus necessitatibus prospicere. Quare tunc ex quantitate illa legata dabitur fratribus quod imminens necessitas postularit; residuum verò tunc fratres nequeunt admittere, & si nunquam superuenerit necessitas, nunquam admittere poterunt. At id poterunt alia necessitate superuenienti. Quia nequit thesaurizatio præsumi, nec in fraudem, cùm id solùm recipitur, quod imminenti necessitati subleuandæ opus est. Sic Bartolus *tractatu Minoricarum. libro 2. distinctione 1. cap. 1. numero 4. 5. 6.* Manuel *qq. reg. tom. 2. quæstione 126. art. 1.* Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium. verb. legatum, in suis annotat. vers. sed si quæras.* Ministri autem, & custodes simul, vel separatim arbitrauti sunt, quando hæc quantitas sit immoderata, attenta personarum, & temporum qualitate, varietate, & conditione locorum, & aliis circumstantiis, vt expresè habetur *cap. exiit. §. insuper, nec vtensilia, de verborum significatione, in 6.* & bene tradit Bortolus *eadem distinctione 1. cap. 1. numero 3.* qui bene ait *cap. 2. numero 8.* idem dicendum esse, quando in diuersis testamentis diuersa legantur, quorum quodlibet non est immoderatum, at tota quantitas simul est immoderata. Quare Guardianus, & conuentus nequibunt arbitrari, quæ sit quantitas immoderata, sed supradicti Prælati, vt bene ait Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium. verb. legata, in suis annotationibus. vers. quando ergo pecunia.*

14 Non repugnat tamen mendicitati seruare victualia, quando timetur fore, vt alio tempore haberi nequeant. Sic Cardinalis *Clement. exiui. numero 16. de verborum significatione.* Sylvester *verb. legatum. 2. quæst. 3. dicto 1. fin.* Rosella *verb. legata. num. 21. fine.* Nec repugnat etiam paupertati Minorum recipere triticum, & alias res superabundantes, id est, vltra eorum necessitatem, vt per Syndicum commutentur pro aliis rebus necessariis, vel vendantur ad has coëmendas. Sic enim concessit Leo X. cuius verba refert Manuel *qq. reg. tom. 1. q. 26. art. 4.* Et quamuis collector compendij pri[illegiorum Mendicantium. *verb. commutatio. numero 5.* dicat cauendum esse omnino ab hac concessione, quod sit contra declarationem Nicolai III. & relaxet paupertatem Minorum: at meliùs Corduba *in annotationibus circa eum locum compendij*, & Manuel *eod. art. 4.* aiunt non esse contra prædictam paupertatem, quando concurrit duplex conditio, quam illa Leonis X. concessio petit. Prior est, quod illa superabundantia petatur ad habenda alia necessaria, quę absque pecunia haberi nequeunt. Posterior, vt ea commutatio, aut venditio fiat per Syndicum.

15 Quò autem res hæc exactiùs intelligatur, oportet præmittere, tripliciter posse Minoribus fratribus legari. Primò, explicando modum licitum, ac ipsis iuxta eorum constitutiones permissum, vt si illis legetur vinea, vel alia res immobilis, explicando vt ea vendatur, ac pretium in necessitates fratrum conuertatur. Secundo modo, quando explicatur modus ipsis illicitus, vt vinea, vt eam excolant, aut alia res immobilis, vt eam retineant. Tertio modo, quando absolutè legatur illis res immobilis, nullum illius vsum explicando.

16 Quando ergo exprimitur modus licitus, constat valere legatum, & rem esse vendendam, vt fratribus æstimario detur. Ita deciditur expresè *c. exiit. §. ad hæc quia fratribus. vers. si verò modum, de verborum significat. in 6.* & docent vniuersi.

17 Quod si exprimatur modus non illis permissus, vt si legetur illis vinea, vt ab eis excolatur, vel alia res immobilis, vt ab ipsis retineatur, debent fratres Minores per omnem modum abstinere à receptione talis legati. Habetur expresè *eodem §. ad hæc quia fratribus*, & tradunt omnes.

18 Sed potest dubitari, an tunc id legatum sit omnino caducum, ac proinde possit illud retinere hæres, an æstimationem teneatur fratribus dare, aut in alium vsum sit conuertendum. Videtur enim deberi fratribus æstimationem, quia æstimationis sunt capaces, & ille modus tanquam iure impossibilis reiicitur à legato. *l. abstinere. ff. de condit. & demonstr. & l. reprehendenda. C. de institut. & substitut.* Præterea, quia quando modus legato adiectus impleri nequit, conuertendus est in alium modum possibilem. *l. legatum. ff. de vsu fructu legato.* Et ita valere legatum reiecta conditione, loquens de fratribus Prædicatoribus, quibus tunc etiam interdictum erat retinere immobilia, asserit D. Anton. *3. part. tit. 16. cap. 1. §. 12. nu. 7.* & in fratribus Minoribus tenet Menochius *cons. 1014. numero 29. & sequentib. volum. 11.* Cæterùm dicendum est, nec tunc deberi æstimationem, nec eam posse recipi à fratribus tanquam debitam. Constat, quia *d. §. ad hæc quia fratrib.* dicitur sic; *à tali legato, & eius receptione per omnem modum fratres abstineant.* At modus legati recipiendi est æstimationem recipere. *l. si domus. §. qui confitetur. ff. de legat. 1.* & *l. non dubium. §. fin. ff. de legat. 3.* Atque ita docent Bart. *tractatu Minoricarum. libro 1. dist. 2. cap. 1. numero 9.* Anchar. *Clem. exiui. numero 17. de verb. signif.* Manuel *quæstionum reg. tomo 2. quæstione 126. artic. 1.* Sorbus *in compendio priuilegiorum Mend. verb. legata, in suis annotationibus. vers. idem dicendum est.* Immo id legatum prorsus non valet, sed est caducum, & sic non est conuertendum in alium vsum. Probatque optimè Bald. statim allegandus; quia quando legatum capit substantiam ex modo, sicut sunt relicta Minoribus, quia ex se sunt rei immobilis relictæ incapaces, & ratione solius modi iis liciti, capaces redduntur, nunquam fit conuersio in alium vsum, sed modus vitiat legatum; secus autem quando legatum non capit substantiam ex modo, quia nimirum absque illo modo potest impleri. Quia tunc reputatur ac duplex præceptum, alterum substantiæ legati, & alterum modi; & ideo si modus non tenet, debet conuerti in alium similem, iuxta *d. l. legatum.* Et per hoc respondetur ad contraria; atque ita colligitur ex Bart. proximè allegato, & docent Federicus *cons. 175.* Bald. *authentic. ingressi, in quia editione. cap. 58. & 59. C. de sacrosanct. Eccles.* Abb. *cap. in præsentia. numero 63. de probationib.* Corneus explicans posse hæredem retinere *cons. 217. numero 4. volum. 4.* & *cons. 117. numero 9. volum. 2.* Nauart. *libro 3. consilio de testamentis. in 1. edizione. cons. 14. numero 5. in 2. cons. 8. numero 5.* Manuel *eo. artic. 1. §. vltim.* Sorbus *ibidem. vers. sed est aduertendum.* Quare non placet concordia, quam affert Corduba *in reg. D. Francisci. c. 6. q. 11. punto 1. ad fin.* vbi ait Minores qui non acceptarunt priuilegium Martini IV. de Syndico, non posse acceptare tale legatum, secus de iis qui id priuilegium acceptarunt; quia priuilegium fuit, vt Syndicus omnia legata, quæ ad pecuniâ reduci possunt, distrahat, & cõuertat in fratrũ necessitates. Sed hoc non placet, quia debet intelligi, quãdo modi regulæ cõtrarius nõ est expressus.

19 Ex his infertur, licere Minoribus habere hortos ex quibus olera victui necessaria colligant, dummodo nil fructuum inde perceptorum vendant, aut locent, & vineam aliquam possidere in vsum ægrotantium, aut ex morbo conualescentium, vel vt fratres animi recreandi gratiâ in eam ad tempus se recipiant. Habetur expresè *Clement. exiui. §. licet verò, de verb. signif.* & docent omnes. At non licet dictis fratribus vineas habere, vt inde vinum sibi necessarium ad bibendum habeant. Quia hoc appropinquat redditibus, vel illorum possessioni, ac vtui. Sic Corduba *in reg. D. Francisci. cap. 6. quæstione 10. puncto 2.* & sic refert *ibi, in 3. punct.* in quodam suo Capitulo generali iussum esse omnes vineas diuelli, ex quibus fratres vinum suo potui colligebant. Addit autem *puncto 2.* non esse illis interdictum habere vineas ad vuas edendas, sicut nec habere hortos ad edenda olera, cæterosque fructus, vt dicitur *eo §. licet verò.* Dicit etiam *ea quæstione 10. puncto 2.* non esse illis licitum nutrire agnos, oues, vt fratres carnes edendas habeant, aut nutrire gallinas, & columbas, porcos, vaccas, apes ad suum vsum, siue illa ipsi nutriant, siue secularibus nutrienda tradant, nisi quando ratione necessitatis prudenter iudicaretur talia esse moderatè nutrienda pro aliquali necessitatum leuamine, ne adeò molesti secularibus sint; at licet nutrire gallinas pro infirmis.

20 Secundò deducitur, quid in ea quæstione dicendum sit, an valeat legatum, quando fratribus Minoribus legatur domus ad habitandum, aut ibi construendam Ecclesiam? Quidam censent legatum non valere, sed esse inutile, quod ipsis interdictum sit noua loca acceptare *cap. 1. de religiosis domibus.* & *cap. 1. de excessibus Prælatorum, in 6.* & cùm legatum hoc capiat substantiam ex modo, illeque sit impossibilis, vitiabitur iuxta dicta numero 17. Atque ita docent Federicus *cons. 175. vso instrument. per iuram* Bald. *authent. ingressi. in nouæ editione. numero 59. C. de sacrosanct. Eccles.* Anchar. *Clement. exiui. numero 19. de verb. signif.* Gualdens. *de arte testandi. tit. 6. cautela 62. num. 1.* Quare ait *numero 2.* cautelam esse, vt valeat legatum, si adiiciatur conditio, vt si is modus impleri nequeat, conuertatur in alium licitum: & *tit. 1. cautela 11. fin.* dicit similiter esse inutile legatum pecuniæ Minoribus ad nouum locum emendum, in quo debeat construi noua Ecclesia; & cautelam esse, vt valeat apponi conditio, obtenta priùs Romani Pontificis licentia. Duenas *reg. 381. ampliat. 2.* dicens inutile esse id legatum, quamuis sit pecuniæ ad locum illum emendum, aut construendum.

21 Alij censent id legatum valere, non vt obseruetur præceptum testatoris, sed vt conuertatur in alium vsum, iuxta *l. legatum. ff. de vsufructu legato.* Quare tunc solus modus legato adiectus, illud vitiat, quando continet specialem impossibilitatem, contrariam regulæ, & institutio fratrum Minorum, qualis non est hæc; quia idem interdictum est omnibus Mendicantibus *cap. 1. de priuilegiis in 6.* Sic Bart. *tractat. Minoricarum. lib. 2. dist. 2. cap. 1. numero 9.* & *cap. 2. numero 12.* Manuel *qq. reg. tom. 2. quæst. 126. art. 1. ad finem.* Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium. verb. legata, in suis annotationibus. vers. & idem dicendum est.*

22 Verùm sic distinguendũ est. Si Minores non egeant ea domo, vt proprium domum, aut Ecclesiam extendant, & vt eum illa continuent, vel vt inhabitent, aut Ecclesiam in ea ædificent, non valet legatum. Et in hoc casu est vera prior opinio relata numero 19. ob eius rationem. Quippe fratres Minores nequeunt habere Ecclesias, aut domos separatas à propria habitatione, sicut nec possessiones, aut redditus, aut parochias alias. Si verò egeant ad prædictos vsus, vt Ecclesia, aut domus extendatur, ac ex vtraque vnica construatur, valet legatum, quippe tunc non est modus regulæ contrarius. Sic tradit Corduba *in reg. ab*

D.Francisci.cap.6. quæst.11. punctis 2.dub.1. ad finem, qui addit, in quadam sua Congregatione declaratum esse, licere fratribus hospitari in domo relicta alicui, vt ibi hospitentur Minores, alimentaque illis præbeantur.

23 Quatenus autem *ex cap.1 de priuileg.in 6.*interdicitur omnibus Mendicantibus noua loca acquirere, id habebat verum attento antiquo eorum statu, quando eis non erat permissa bonorum immobilium possessio. At cùm hodie omnibus illis sit permissa, exceptis Franciscanis de obseruantia, & Capucinis,in Trident.*sess.25. cap.2.de regularibus*, cessat in reliquis ea prohibitio. Sic Manuel *qq.regul.tom.2.quæst.125.art.1.fin.*

24 Tertiò deducitur, si legetur Minoribus aliquid pro certo vsu, explicando vsum superfluum,non valere legatum: quia est modus contrarius eorum professioni. Sic Bart.*in tract.Minoricarum.libro 2. dist.3.cap.3.fin.* Manuel *quæstionum reg.tomo 2. quæstione 126.ad finem.* Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendic.verb.legata.vers.sed est aduertendum.* Si verò non explicetur vsus superfluus, sed absolutè legetur pro vsu aliquo licito,vt pro induendis hoc anno fratribus, & eo anno non sit necessarius: sed esset superfluus, eo quod decenter omnes essent induti, & duplices habere vestes, repugnet eorum statui, valet vtique legatum, quia vsus in se est licitus, nec repugnans regulæ Minorum; sed tantùm ex suppositione, quod habeant alias vestes,est illicitus: & tunc si esset eleemosyna data à viuenti, conuertenda esset in alios vsus fratrum, de licentia donantis, & si renuat, celebretur ipsi, vt habetur *cap.exiit.§.quia verò puritas.de verb.significan 6.* At si est legatum, non habet hoc locum: quia licèt viuens posset reuocare donationem;at hæres nequit legatum reuocare,vt probauimus hoc libro suprà.Quare tale legatũ validum est,ac debet conuerti in alias fratrum necessitates. Sic Bart. *eodem lib.2.dist.3.toto cap.2.* Manuel *ibidem*, Sorbus *in compendio priuileg. Mendic.verb legata,in suis annotationibus.vers. sed si aliquid legatum.* Addit Manuel conuertendum id legatum in alium vsum,authoritate ordinarij.Sed Bart. *eodem lib.2.dist.2. cap.3.* & Sorbus *ibid. vers.sed dicas per quem*, dicunt de consensu custodis, & hæredis, & si discordent, consulendum Iudicem, & eius sententiæ standum. Et quamuis non explicent,quis Iudex sit ille, clarum est, futurum ordinarium ecclesiasticum, ad quem hæc commutatio spectat.

25 Quartò deducitur, quid dicendum de legato facto alij fratri Minori, cui vsus illius legati conuenire nequit,vt si legerur Biblia fratri Minori cæco. Bald. *auth. ingressi.in noua editione.numero 58.C.de sacrosanct. Eccles.*& Anchar. *Clement.exiui. numero 28. de verb.significa.* aiunt non valere legatum. Ducuntur, quia cùm vsus illius legati nequeat illi conuenire, non est tacitè illi legatus vsus licitus. Sed quod attinet ad hoc exemplum lapsi sunt hi Doctores, quia potest cæcus ille vti eo libro audiendo alium sibi legentem, & ita est vsus licitus conueniens illi: sicut de quocumque alio deuotionis libro diceremus.Quare aptius exẽplum esset,si fratri Minori laico legaretur Biblia, aut opera Scoti, & adhuc contra Baldum sentio valere legatum, & conuertendum in alium vsum, vt bene docent Corduba *in regul. D.Francisci.c.6.quæstione 11. puncto 2.dub.2.* Manuel *qq.reg.tom.2.quæst.126.art.1.§.vltimo.*Sorbus *eo verb. legata.vers.sed est aduertendũ.*Immo etsi expressisset testator modum non conuenientem illi laico,valeret adhuc legatum,vt si dixisset,lego ei hos libros,vt literis vacet, conuertendumque esset pretium illorũ librorum venditorum in alium vsum ei fratri permissum,vel in vsum aliorum, vt bene ait Corduba ibidem. Et ratio est,quia etsi modus expressus non sit aptus illi laico, est tamen conueniens statui fratrum Minorum. At *c. exiit.§. ad hæc quia fratribus,de verborum significan 6.*tunc dicitur legatum non valere, quando modus legato adiectus est contrarius statui Minorum, vt constat ex exemplis ibi adductis, scilicet quando legatur vinea ad eam excolendam.

Vltimò deducitur, quid dicendum, quando legato 26
facto cuidam fratri Minori adiicitur conditio, vt superior permittat eum fratrem illo frui,& eo non permittente amittatur legatum. Quidam dicunt id legatum non valere,sed haberi tanquam non scriptum,quia modus repugnat statui eorum.Sic Bald. *l.vnica. num.44.C. de his quæ pœnæ nomine relinquuntur.*Angel.*l.Lucius Titius. 78.§.tres gradus.num.2.ff.ad Trebellian.*Cæterùm nullam statui illorum repugnantiam video,vt legatum non debeat valere, quando aliàs iuxta dicenda numeris sequentibus valeret legatum annuum relictum Minoribus; quia in hoc euentu solus facti vsus ex superioris licentia illi fratri Minori relinquitur, & semper est ab ipso reuocabilis, & solùm amittẽtur,ipso reuocante licentiam, fructus in posterum percipiendi. Et ideo siue dicatur in legato, ea lege, vt permittat superior eum religiosum eo legato frui, siue sub pœna amittendi, siue donec patiatur superior ipsum frui, siue ea lege, vt retineat, velit, nolit superior, exilium quod attinet ad legati,& conditionis valorem,aut non valorem, idem prorsus dicendum quod diximus suprà de legato similiter relicto aliis religiosis.

Tandem, quando legatum rei immobilis fit fratri- 27
bus Minoribus vltimo modo, nempe nullum explicando vsum, sed absolutè illis legatur quoddam prædium,an valeat legatum, & debeatur res illa vendi, & pretium in fratrum necessitates cedat, non est modica difficultas. Quidam censent id legatum esse nullum, & ita neque quoad æstimationem deberi. Ducuntur, quod ius resistat prædictis fratribus; sunt enim rei immobilis incapaces. Et quando legatum est ratione solius alicuius causæ licitæ validum,& absque illa esset ipso iure irritum, ratione incapacitatis personæ, cui relinquitur, si hæc simpliciter, & non expressa illa causa, non conuertitur in causam licitam, sed manet irritum, sicut constat in legato facto deportatis, & damnatis ad metallum, quod est nullum ipso iure, nec conuertitur in alimentorum causam, pro qua sunt capaces legati acquirendi. *l.si in metallum.ff. de his quæ pro non scripto habentur. & l. si deportatis seru. in princip. de legat. 3.* Cùm ergo fratres Minores sint incapaces legati rei immobilis, nisi vt ea vendatur, & non adiecta sit hæc causa, legatum illius erit omnino irritum, nec in causam licitam conuerteretur. Atque ita docent Bart.*l.vnic. fine.C.de conductoribus libro 11.* & ibi Platea *fine.*Iacobus Rebuffus *numero 4.*Angel.*cons.224.num.1. & 2.*Anchar. *cons.199. fin.* addens posse hæredem tuta conscientia non soluere. Imol.*cap.2.numero 42. de testamentis.* Aretin.*§.constat.numero 11.quem legit in l. Africanus.ff. de legat.1.* Quamuis concludat articulum esse valde dubium in decidendo, & meliùs cogitandum. Cuman.*eodem §. constat, in fine, quem legit in l.cum seruus.ff.eod.tit.* Gualdensis *de arte testandi.tit.1.cautela 11.numero 2.*Et in hanc partem, quamuis dicat rem esse dubiam, magi inclinat Mantica *de coniect.vltim.voluntatis libro 9.tit.9.numero 13.* & huius sententiæ videtur manifestè Azor *tom.1.inst.moral.lib.12.cap.23. quæst.11.* ait enim reliquis Mendicantibus præter Franciscanos integrum esse recipere bona stabilia testamento legata,non vt retineant, sed vt vendant.

Cæterùm nullatenus placet mihi hæc sententia, sed 28
existimo legatum valere, ac deberi æstimationem. Ducor ex *cap.exiit.§. ad hæc quia fratribus.vers.si verò modum, de verb.significan 6.* vbi Pontifex triplicem legandi modum distinxit, adhibens exemplum in re immobili, & descendens ad tertium modum, quando ea absque modi expressione legatur, hæc ait. *Si verò fratribus ipsis generaliter aliquid absque vllo modi expressione legetur, in hoc legato sic indeterminatè relicto, in omnibus, & per omnia intelligi, ac seruari volumus, & in perpetuum præsenti constitutione sub mo-*

iubemus, quod suprà in pecunia,seu eleemosyna fratribus indeterminatè oblata, vel missa voluimus, ac expressimus obseruari, videlicet, vt sub modo licito fratribus intelligatur esse relictum; ita quod nec legans merito, nec fratres ipsi effectu relicti fraudentur. Quare non obstat ratio contraria, tum quia quicquid sit in eo speciali casu propter dispositionem legum volentium sic punire damnatos illos, id non potest habere locum in nostro casu, cùm fratres Minores non sint incapaces rei stabilis propter delictum aliquod, sed ratione suæ professionis, & cùm habeamus expressam iuris Canonici decisionem, qua declaratur id legatum reputari modo licito factum, ac valere. Tum etiam, quia, vt optimè ait Aretinus numero præcedenti allegatus, si quantitas legati relicti damnatis illis,esset alimentis eorum proportionata,fortè posset dici legatum illud interpretandum in dubio relictum ad alimenta,& sic valere. Secundò, quia cùm res immobilis legatur simpliciter, non repugnat verbis, vt præsumatur relicta eo modo, qui ad legati valorem necessarius est, quia semper in dubio ea præsumptio capienda est, vt faueat actus valori, eo vel maximè quod hic de causa pia, & religione agatur, in quo euentu in dubiis opinionibus præferenda est Ecclesiæ fauens, vt probauimus suprà. Tandem, quia verba simpliciter prolata intelliguntur in dubio iuxta conditionem personæ, ad quam diriguntur, vt diximus in quæstione, vtrùm valeat legatum sub conditione, vt monasterium illi non se intermiscear. Cùm ergo verba huius legati rei immobilis diriganturad fratres Minores, qui nullatenus sunt illius capaces, nisi vt pretium eius venditæ recipiant, sic intelligenda erunt verba illius legati. Et ideo hanc partem sustinent Bart. *tractatu Minoricarum.lib.2. dist.4. cap.1 n.19. & l.fideicommissa.§.si seruo.in fin.ff. de legat.3.*& *l.apud Iulianum.40.*in aliis incipit, *Africanus.§.constat n.4.* qui §. in aliis ponitur post *l.41.ff.de legat.1.*& ibi Paulus *num.4.* Alexand.*numero 10.*Imol.*eod.§. fin.quem legit in l.cum seruus.ff.eod.tit.*Abb.*cap.in præsentia. numero 63. de probationib.*& ibi Paris. *numero 265.*Florian.*l. extera.§. si duobus. ff.de legat.1.*Cardin.*cons.66.numero 3.*& *cons.102. numero 2.dub.2.*Corn.*cons.117.num. 8. 9. & 10. volum.2.*& *cons. 217.numero 4.volum.4.* Ananias *cons.30. numero 39.* Manuel. *qq. speciel. testam.glos. 12.principalis. numero 39.* Manuel. *qq. regular. tomo 2. quæstione 126.artic.1.* Sorbus *in compend. priuileg. Mend. verb. legata, in suis annotat. vers. idem dicendum.*

29 Nec debent fratres in suis venditionibus interuenire, sed id per hæredes faciendum est, cùm apud eos sit rei illius dominium.Possunt etiam id executores facere;& quamuis aliàs ad bona vendenda exigatur specialis permissio testatoris. *Lalio.ff.de alimentis, & cibaria legat.* & *l. penult.C.quando decreto opus non est.*id tamen fallit in hoc casu,eo quod legato illi ea semper cõditio inest,vt vendatur.Possunt etiã id efficere Episcopus,& Iudex secularis ex proprio officio,præcedenti tamẽ mora hæredis, vel executoris,qui pis moniti non vendũt *auth. de ecclesiasticis titulis.§.si quis autem.* quæ omnia docet Bart. *tractatu Minoricarum.lib.2. dist.4. tuo c.3.*vbi concludit solùm his fratribus licere, supplicare hæredi, vel executori contra iudicium,vt votum testatoris impleant.Hoc tamen non tollit, quin possint Iudicis officium implorare,vt suo officio cogat implere.

30 Nec in hac venditione exigitur solemnitas inre petita ad rei ecclesiasticæ alienationem, quod in alienatione necessario non exigatur solemnitas aliqua, vt si ingrediens religionem iussit in suo testamento bona aliqua sua stabilia vendi, vt optimè tradit Lapus *in noua edit. allegatione 25. numero 4.* & ibi Mandosius *in addit. verb. solemnitate.* Rebuffus *de alienatione rerum ecclesiastic. à num. 29.* Et hac ratione ducti tenent in nostris terminis hanc partem Baldus *authent.si quæ mulier.num.15.fine. C.de sacrosanct.Eccles.* Decius *cap.in præsentia. in noua edit. num.271.de probationibus,*& ibi Felinus *num.5.vers.5.*vbi etiam refert Guillelmum de Cuneo.Corneus *cons. 107. num.11.vol.2.*Roland. *cons.25.n.7.vol.1.* Nauarr. *commen. 2.n.50.de regularib.*Gregor. Lopez *l.63.verb.ut essa mosma. tit.18.p.5.*

Quamuis autem DD.prædicti idem asserant de bonis 31
stabilibus relictis aliis Mendicantibus, dicentes ea posse vendi absque prædicta solemnitate, loquuntur attento iure antiquo, quo erant stabilium bonorum incapaces, & ideo tanquam necessitate coacti ad ea vendenda non tenebantur obseruare solemnitates petitas in rei ecclesiasticæ alienatione. At cùm hodie sint capaces bonorum stabilium attento Trident. *sess. 25. cap.3. de regularib.* non coguntur stabilia sibi relicta vendere, & subinde nec ea semel per acceptationem effecta propria possunt alienare absque prædictis solemnitatibus. Quod optimè aduertit Nauarr. num.præcedenti allegatus.

Non tamen opus est,vt statim res illa immobilis fra- 32
tribus Minoribus relicta vendatur, sed potest opportunitas temporis expectari, ne vili pretio vendatur, vt bene tradit Azor *tom. 1.institut. moralium. lib. 12.cap.23. quæst. 11.* & si emptor nullatenus inueniatur, tenentur fratres Minores eam ab se abiicere, vel dare in eleemosynam, cùm nullatenus retinendi sint capaces. Sic Abbas *cap. recolentes. fin. de statu monachorum.* Quod si quæras, cuius sint fructus rei illius stabilis, dum non venditur, in nullo authore inueni, sed credo eos esse hæredum. Ducor, quod dominium illius est apud hæredem, vt rectè ait Bartol. *tractatu Minoricarum. lib. 2. distinct.4.cap.3.num.25.* ergo & fructus,cùm proprium sit domini, vt ipsum sequantur fructus. *l. & ex diuers. 36. §.1.ff.de rei vendicatione*, & docet Menochius alios allegans *de præsumptionibus.lib.3.præsumpt.30.n.55.*Et quamuis peccet si sit in mora vendendi gratiã fructuum sibi percipiendorum; at non tenetur gratiã huius morę aliquid restituere. Quod nullum lucri cessantis, aut damni emergentis detrimentum sequutum ex mora Minoribus fuerit. Quippe illis non res ipsa, sed eius pretium debebatur; at pretium non poterant negotiationi exponere, sed expendendum erat. Si verò ex tali mora detrimentum pateretur res illa in pretio, tenetur hæres in mora culpabili existens, id detrimentum fratribus refarcire; quia in eo iniustè damnum intulit.

Potissima autem difficultas est de legato annuorum 33
reddituum relicto fratribus Minoribus, an valeat. Et vt clarè procedamus, prius agendum erit de capacitate eorum ad eos redditus ipsis relictos acquirendos,& postea agemus, an id legatum sit prorsus irritum, atque ideo hæres possit tuta conscientia illud retinere, nec in alium vsum conuertendum sit. Agendo ergo de capacitate fratrum Minorum ad eos redditus sibi legatos acceptandos, præmittendum est primò, non verti in quæstionem, quando non per modum annuorum reddituum relinquuntur, vt quando relinquitur census quidam fratribus Minoribus; huius enim legati sunt capaces, atque deberur illis æstimatio: sicut etiam numero 27. diximus valere legatum cuiuscunque rei immobilis, & deberi æstimationem, quia tunc nullos redditus habent Minores. Nam, vt bene aduertit Bartolus *tractat. Minoricarum. lib. 2. distinctione 6.cap.1.numero 33.* legatum annuum non interdicitur fratribus ratione rei legatæ,sed ratione modi à testatore expressi, scilicet quod annuatim detur, qui modus eorum regulæ repugnat. Cùm ergo in simplici census legato non reperiatur hic modus, erunt capaces illius, quod bene aduertit Abbas *cap.in præsentia.num.63.de probat.*Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium.verb.legata. in suis annotationibus. vers.si vero aliquid annuum, seu aliquis redditus.*

Difficultas autem eò pertinet, quando annui reddi- 34
tus legantur fratribus Minoribus, iubente testatore

quotannis tantam quantitatem illis tribui, vel per alias temporum diuisiones, vt quotidie, vel tertio quoque mense, vel tertio quoque anno. Ratio verò dubitandi est, quod modus huius legati paupertati Minorum aduersetur. Quippe sunt annuorum redditum incapaces, vt constat ex *Clemen. exiui. §. cùmque annui redditus, de verborum significat.* ibi. *Cùmque annui redditus inter immobilia censeantur à iure, ac huiusmodi redditus obtinere pauperatis & mendicitatis repugnet; nulla dubitatio est, quod prædictis fratribus redditus quoscumque, sicut & possessiones vel earum etiam vsum cùm eis non reperiatur concessus, recipere, vel habere conditione considerata ipsorum non licet.* Ex qua dictione vniuersali (*quoscumque*) colligitur, eos esse incapaces, cuiuscunque redditus annui, quantumuis exigui, vt optimè docent Fulgosius *cons.* 164. & Decius *cap. in præsentia, in noua editione num.* 273. *de probationibus*, quos refert, & sequitur Tiraquellus *tractatu de iudicio in rebus exiguis num.* 148. *vers.* 5. Quesada *in diuersis quæst. iuris c.* 22. *num.* 29. Corduba *in reg. D. Francisci. cap.* 6. *quæstione* 11. *puncto* 3. Colligitur etiam eos esse incapaces redditum perpetuorum, ad quos dandos fratribus Minoribus solent testatores grauare hospitale, vel alium hæredem ab ipsis institutum. Quod fatentur vniuersi DD. allegandi, cùm veri redditus annui sint, modusque reliquendi aduersetur eorum regulæ.

31 Prima igitur difficultas est, quando legantur fratribus Minoribus annui redditus ad modicum tempus, an modus hic aduersetur paupertati fratrum Minorum, atque adeò non sint huiusmodi legati capaces? Quidam aduersari affirmant, & ideo eos non esse capaces. Ducuntur ex vniuersali annuorum reddituum prohibitione relata n. præced. quippe quamuis hi modico tempore durent, adhuc tamen sunt annui redditus. Præterea, quia quando eadem prohibitionis ratio, quæ in bonis stabilibus reperitur, vendicat sibi locum in annuis redditibus ad modicum tempus legatis, computentur hi inter bona immobilia. At in hoc casu militat eadem ratio, quæ est, ne tollatur mendicitas. Et ideo hanc partem sustinent Bartol. *tract. Minoritarum. lib.* 2. *distinct.* 6. *cap.* 3. *n.* 35. Socin. *in tractatu de oblationibus in libello* 8. *quæst.* 7. *num.* 7. *fine.* Manuel *quæstionum regularium tomo* 2. *quæstione* 126. *art.* 3.

36 At multo verius est, eos capaces esse huiusmodi legati, secus quando est ad longum tempus. Ducor quoad priorem partem, quod id moraliter censetur legatum vnius eleemosynæ soluendæ eo tempore succellitur, atque adeò per hoc non tollitur, sed subleuatur mendicitas, sicut non tolleretur tota ex summa simul relicta; & ex hoc patet solutio ad contraria. Quoad posteriorem autem, quia sicut locatio rei immobilis ecclesiasticæ, vel eius fructuum venditio ad longum tempus æquipollet alienationi ipsius. *Clement. 1. ad finem de rebus Eccles. non alienand.* sic à simili receptio redditum ad longum tempus æquipollet possessioni rei immobilis, quæ paupertati Minorum repugnat. Atque ideo hanc partem sustinent Federicus *cons.* 12. *n.* 5. Anton. *cap. in præsentia n.* 25. *de probat.* Abbas *cons.* 66. *n.* 6. *lib.* 2. Cardinalis *Clement. exiui num.* 13. *de verb. significat.* & ibi Ancharanus *num.* 11. & *cap.* 1. *n.* 50. *de testamentis.* & ibi Imola *num.* 42. Ananias *num.* 10. quidam consulens, cuius consilium habetur tacito nomine post consilium 12. Federici; Gualdensis *de arte testandi. tit.* 1. *cautela* 11. *num.* 1. *fine.* Rosella *summa. verb. legatum. num.* 21. Angelus *verb. legatum.* 1. *n.* 5. Sylvester *verb. legatum.* 2. *quæstione* 3. *dicto* 1. Tabiena *verb. legatum.* 1. *quæst.* 4. *num.* 5. Sorena conscientiæ *quæst.* 20. Corduba *in reg. D. Francisci. cap.* 6. *quæst.* 11. *puncto* 3. Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendicantium. verb. legata, in suis annotationibus. vers. si verò aliquid annuum non perpetuum.* Emmanuel Sà *summa. verb. religio. numero* 57. Et iuxta hanc distinctionem intelligendi sunt Doctores aliqui absolutè dicentes legatum annuum pro alimentis fratrum Minorum valere. Hi sunt Bart. *l. seruos ad custodiam. num.* 2. *ff. de alimentis. & cib. leg.* Paris. *cap. in præsentia. num.* 278. *de probationib.* Bald. Imol. & Romanus, quos refert, & sequitur Redoan. *de sportis ecclesiastic. quæst.* 8. *in princip. num.* 17. & alij quos refert Dueñas *reg.* 381. *limit.* 1. Anton. Gomez *tomo* 1. *variarum. cap.* 12. *numero* 46. Crassus *de successionib. §. legatum. quæstione* 9. *fin.* intelligendi enim sunt quando id legatum est ad modicum tempus; & ita Dueñas, & Quesada *quæstionibus diuersis iuris. cap.* 22. *numero* 31. limitant, nisi id alimentorum legatum sit quid annuum, intellige annuum ad longum tempus. Et eodem modo erit verum quod tradit Quesada *in suis quæst. variis iuris. cap.* 22. *numero* 25. & 22. vbi air fratres Minores non esse capaces vsusfructus sibi relicti; quo d quid iuris contineat vsusfructus: at Minores sunt omnis iuris incapaces. At esse capaces huius legati asserit Ananias *consil.* 50. *numero* 6. Sed sic distinguendum est: si sit ad modicum tempus, sunt capaces, quia reputatur quid mobile, & quod iuris acquiritur Ecclesiæ Romanæ, sicut in aliis legatis, solo vsu facti relicto Minoribus; secus si sit ad longum tempus, quia computatur inter immobilia. Limitat Sorbus *ibid. vers. modicum autem tempus*, quando id legatum esse minimum, quia si esset ita magnum, vt superesset toto illo tempore ad consulendum necessitatibus fratrum, non posset acceptari, quia eo tempore non viuerent in spe Dei, & ita repugnaret eorum statui. Sed hoc intelligendum est iuxta id quod diximus de legato, quod quando tale est, magnum censetur.

Rursus inter hos DD. est controuersia, quale dicatur modicum tempus. Nam Ancharanus, Imol. & ille consulens allegati numero præced. aiunt in hoc dicendum idem quod notatur *Clem.* 1. *gloss. fin. de rebus Eccles. non alienand.* quæ diuersas refert sententias, & eam videtur sequi, vt sit quinquennium, vt ait Lapus *allegat.* 80. *num.* 1. Diuersas etiam refert sententias Mandosius *in signatura gratiæ. tit. licentia, fine indultus locandi redditus beneficiorum. vers. quod sit modicum tempus.* 37

38 At potissimùm est duplex sententia. Prior ait modicum tempus esse decennium, & infra, & longum tempus, quod est vltra decennium. Sic tradunt Ananias, Angelus allegati num. 35. Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendic. in verb. legata. vers. modicum autem tempus.*

39 Posterior ait, quæ est communis, & tenenda, modicum tempus esse, quod est infra decennium: at longum tempus esse decennium, & vltra. Quam sustinent Lapus *allegat.* 50. *in noua edit. in fin.* Cardinalis *ex Clem. exiui. num.* 13. Matth. de Afflict. alios referens *tractatu de iure prohiam. in notabili* 8. *num.* 25. Alexand. *cons.* 17. *lib. instrumento in principio. & n.* 1. *vol.* 4. Paris. *cons.* 98. *præsupponendum. num.* 5. *vol.* 4. Boër. *decis.* 214. *num.* 4. Mandosius *in addit. ad allegationem* 80. *Lapi.* Rosella, Sylu. & Corduba allegati n. 31. Addit Corduba, vel si legentur annui redditus tertio quoque anno vsque ad 10. annos dandi. Sed hoc non credo, quia iam est magnum tempus, vtpote quod decennium exceda.

40 Non dicetur autem legatum annuum perpetuum, vt sic Minores non sint illius capaces, quando legatum relinquitur ad vitam alicuius fratris Minoris. Ducor, quia etsi sit perpetuum respectu illius monachi, cui relinquitur, non est perpetuum simpliciter. Perpetuitas enim simpliciter debet attendi respectu religionis, cui immediatè id legatum acquiritur. Quare cùm tempus centum annorum attendatur in relictis Ecclesiæ, aut ciuitati. *l. fin. C. de sacrosanct. Eccles.* non dicentur redditus illi annui perpetui, nisi ad centum annos sint. Nec etiam dicentur fieri ad longum tempus, quia nil certius morte, nec incertius eius hora. Atque ita cùm quotidie possit legatum id extingui, non dicetur fieri ad longum tempus. Et hanc partem tenent Federic. Anton. Abbas allegati numero 35.

41 Secunda difficultas est, an repugnent paupertati fratrum Minorum redditus perpetui deputati non ad ipsorum victum, sed ad certum diuini cultus vsum, vt ad frumentum, vel vinum necessaria materiæ consecrationis, oleum pro lampadibus, ornamenta altarium, calices, &c. Quidam negant, quod text. *Clem. exiui. §. cùmque annui redditus, de verb. significat.* indistinctè interdicat annuos redditus Minoribus; & vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus. Sic Azor *tom.* 1. *institut. moralium. lib.* 12. *c.* 23. *quæst.* 15.

42 Sed communis, & verior sententia est, id legatum non aduersari eorum paupertati, & ideo non esse cur non valeat. Quod mendicitas fratrum Minorum in eo versatur, vt quotidie alimenta mendicent, quorum nomine sola veniunt corpori necessaria, vt esus, potus, habitatio, vestes. *l. legatis. ff. de aliment. & cibar. leg.* Quæ mendicitas hoc legato non tollitur, vtpote quod non in hæc cedere debeat, sed in necessaria cultui diuino. Atque ideo hanc partem sustinent Federicus *cons.* 12. *n.* 4. & alius consulens, cuius consilium tacito nomine authoris refertur ibi post id consilium 12. Anton. *c. in præsentia. num.* 25. *de probationib.* & ibi Mantua *num.* 78. Abb. *cons.* 63. *num.* 4. *lib.* 2. Cardinalis *Clem. exiui. num.* 13. *de verb. significat.* & ibi Ancharanus *n.* 18. & *num.* 21. idem Ancharanus *c.* 2. *num.* 30. *de testamentis.* & ibi Imol. *numero* 42. Ananias *num.* 20. idem Ananias *cons.* 50. *a numero* 3. *vsque ad* 5. Bald. *auth. ingressi, in noua editione. num.* 19. *C. de sacrosanct. Eccles.* Rosella *verb. legare. num.* 21. Angel. *verb. legatum.* 1. *num.* 5. *fine.* Sylvester *verb. legatum.* 2. *q.* 3. *dicto* 1. Tabiena *verb. legatum.* 1. *q.* 4. *num.* 5. Nauarrus *lib.* 3. *consiliorum. tit. de test. mentis. in* 1. *editione. consil.* 13. *numero* 3. *in* 2. *cons.* 9. *num.* 3. Serena conscientiæ *quæst.* 20. Corduba *in reg. D. Francisci. c.* 6. *quæst.* 11. *puncto* 3. Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendic. verb. legata, in suis annotationibus.* Federic. tamen, Menoch. *cons.* 1014. *num.* 36. & 37. *vol.* 11. Emmanuel Sà *summa. verb. religio enim. num.* 57. Ribadeneira *de instituto Societatis* 1 2 1 v. *cap.* 23. *fol.* 191. Manuel *qq. reg. tom.* 2. *quæst.* 126. *art.* 5. & à fortiori hoc tenent Bart. & DD. quos c. 14. num. 13. retulimus, dicentes posse Ecclesiam fratrum Minorum hæredem institui.

43 Tertia difficultas est, an anniuersaria perpetua relicta Minoribus, repugnent eorum paupertati, vt si hæres iubeatur à testatore largiri quotannis fratribus Minoribus certam quantitatem, vt sacra, vel alia officia diuina fiant pro testatore? Antonius Cucus *lib.* 3. *instit. maiorum. tit.* 1. *num.* 36. & *triplici seq.* & Manuel *qq. reg. tom.* 2. *q.* 126. *art.* 4. censent legata hæc non repugnare paupertati fratrum Minorum, quia hoc nil aliud est quàm iubere ea sacrificia fieri, & stipendium debitum persolui; & sic non reputatur legatum fratribus relictum, sed stipendium sacrificiorum; & idem tenet Ribadeneira *de instituto Societatis* 1 2 5 v. *c.* 23. *fol.* 191. & possunt referri pro hac parte Paludanus in epistola ad Magistrum ordinis Prædicatorum, quem referunt, & approbant Angelus *verb. legatum.* 1. *num.* 5. Sylvester *verb. legatum.* 2. *quæst.* 3. *dicto* 2. Tabiena *verb. legatum.* 1. *quæst.* 4. *num.* 5. vbi aiunt non esse contra instituum Minorum hoc legatum, nisi quando possidetur tanquam redditus, & proprietas, exigendo etiam in iudicio, secus quando per modum eleemosynæ petitur extra iudicium. Sed cùm postea idem dicant de aliis annuis redditibus, nil speciale videntur agnoscere, eo quod relinquantur tanquam stipendium sacrificiorum. Sed quamuis satis confusè loquantur, videntur agere de obligatione hæredis in conscientia ad ea legata soluenda, de qua non agimus in præsenti, sed agemus à numero 48. & ita confundunt eam hæredis obligationem cùm capacitate fratrum, respectu talium legatorum.

44 Et ideo dicendum est prorsus de hoc legato, ac de aliis legatis annuis perpetuis relictis fratribus Minoribus, quorum diuinus numero 43. eos non esse capaces. Ducor, quod id legatum sit verè annuorum redditum, & perpetuum, tollatque omnino fratrum mendicitatem, cùm id in victu, & vestitu eorum expendendum sit. Vnde verè est legatum annuum fratribus factum pro victu, & vestitu. Atque ita docet Ancharanus *Clem. exiui. num.* 21. *fin. &* 22. *eod. de verb. signif.* Nauarrus *lib.* 3. *consiliorum. tit. de testamentis. in* 1. *editione. cons.* 14. *à num.* 3. *in* 2. *cons.* 8. *à num.* 3. Corduba *in reg. D. Francisci. c.* 6. 4. 11. *puncto* 4. *not. ab.* 2. vbi affert decisionem cuiusdam Capituli generalis Minorum hoc statuentis, cuius verba referam num. 48. & Surd. *de alimentis. tit.* 3. *quæst.* 4. *num.* 13. dicit se vidisse ordinationem fratrum Minorum, vt nequeant recipere titulo legati illius, nisi à sponte dantibus absque prædicti oneris obligatione. Azor *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 12. *c.* 23. *quæst. vltima.* Sorbus *in compendio priuilegiorum Mendic. verb. legata, in suis annotationibus. vers. ex quibus colligit.*

Quarta difficultas est, an legatum annuum pro studio fratrum Minorum repugnet eorum mendicitati? Quidam censent non repugnare, & sic validum esse, probatque Abbas statim allegandus ea ratione, qua nos vt sumus numero 41. ad probandum non repugnare legatum factum ad cultum diuinum; quippe cùm hi redditus non sint pro alimentis, sed pro literis addiscendis, non repugnat eorum mendicitati. Sic Abb. *cons.* 65. *per totum. lib.* 2. & dicit ita sentire Glossam *Clem. dudum. verb. indirectè, de sepulturis.* vbi ait legatum monacho pro libris emendis valere; quamuis loquatur de fratribus Prædicatoribus. Decius *cap. in præsentia, in noua editione. num.* 274. *de probationibus*, & ibi Paris. *num.* 175. Felinus *c. cum dilecta. num.* 10. *vers. & suas, de rescriptis.* Ruin. *cons.* 101. *num.* 12. *vers. præterea illa lex.* Rebuff. alios referens *de priuilegiis scholasticorum, priuileg.* 135. Horatius Lucius *de priuileg. scholasticorum, priuilegio* 92. Redoanus *de sportis ecclesiast. quæst.* 8. *in princip. num.* 16. Menoch. *cons.* 114. *num.* 38. *volum.* 11. & *n.* 34. & 35. & limitat hoc *numero* 34. modò administratio non sit penes fratres, sed penes seculares. Sed contrarium tenet Quesada *in diuersis qq. iuris. c.* 22. *numero* 23. Quia illi sunt verè annui redditus. 45

Sed ego sic distinguendum existimo. Si redditus illi annui legentur ad libros, & reliqua studio necessaria coëmenda, valet legatum, nec repugnat mendicitati, & hoc probat ratio adducta: secus si sit ad alimenta necessaria studentibus, quia cùm sit legatum pro alimentis, tollit mendicitatem. Et ita clarè videtur sentire Abb. *eo. cons.* 63. *num.* 1. & ita explicat Antonius Cucus *lib.* 3. *instituutorum. tit.* 1. *num.* 39. 46

Nec credo verum quod ait Ananias *cons.* 50. *à num.* 3. *vsque ad* 5. Manuel *qq. reg.* 1. *tom. q.* 126. *art.* 4. *fin.* vbi dicunt non repugnare paupertati Minorum legatum annuum factum pro necessitatibus infirmorum, quasi non ipsis fratribus, sed loco deputato infirmis fiat, vt quando fit fabricæ Ecclesiæ, quia non video cur non tollat mendicitatem, cùm deseruiat in necessariis infirmorum alimentis, & medicinis, quæ nomine etiam alimentorum comprehenduntur. 47

Quinta difficultas est, an in casibus in quibus exhiccauimus num. 35. 43. 45. & 46. fratres Minores non esse capaces legati annui, quod hæres, aut hospitale, vel quicunque alius grauatus à testatore est ipsis dare, teneatur hæres in foro conscientiæ implere voluntatem testatoris, soluendo fratribus Minoribus quotannis eam quantitatem? Duplex est sententia. Prior affirmat illum teneri, quia stat quëpiam nullum prorsus ius habere ad aliquam rem, & consequenter alterum nõ esse illi obligatũ; & tamen hunc esse obligatum respectu alterius, vt constat in voto, quo quis soli Deo promisit certam eleemosynam elargiturum Xenodochio; tunc enim secundum communiorem, & veriorem opinionem nullatenus obligatur Xenodochio, vtpote quod ex illo voto nullum ius in re, vel ad rem acquirit; at obligatur respecta Dei, cui soli ex illo voto acquisita est obligatio ad soluendum? 48

soluendam illam eleemosynã Xenodochio. Ergo quamuis fratres Minores eum hæredem obligatum sibi non habeant ad eam eleemosynam quotannis sibi soluendam, nec ius aliquod in re, vel ad rem acquirant, non liberatur hæres obligatione soluendi, sed tenebitur vtique soluere, non ex obligatione; aut iure monasterio acquisitis, sed ex obligatione in ordine ad testatorem, qui eam sibi imposuit. Secundò, quia si quispiam voto se astrinxisset dandæ in perpetuum quotannis fratribus Minoribus certæ eleemosynæ, absque dubio teneretur elargiri, non obstante incapacitate annorum redditum, quæ inest fratribus Minoribus, quia illa obligatio nõ est respectu illorum, sed respectu solius Dei; & ideo non repugnat mendicitati fratrum Minorum. Ergo similiter dicendum est de prædicto legato annuo. Et ideo hanc partem tenent Angelus *verb. legatum. 1. num. 5.* Sylvester *verb. legatum. 1. quæst. 3. dicto 3.* Tabiena *verb. legatum. 1. quæst. 4. num. 5.* Manuel *qq. reg. tom. 2. quæst. 126. ar. 4.* Et hæc sententia probabilis est, illique fauet Lara *l. si quis à liberis. §. verum. num. 14. ff. de liber. agnoscend.* vbi ait posse fratres Minores petere alimenta ipsis relicta officio Iudicis implorato: si enim nullatenus essent debita, non posset Iudex suum impertiri officium.

49 Posterior sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo) affirmat hoc legatum esse prorsus nullum, & inutile. Ducor primò, quia *Clem. exiui. §. cùmque annus redditus, de verborum significat.* decidit Pontifex non licere fratribus recipere annuos redditus illis relictos; nec loquitur de obligatione spontanea, qua hæres sponte sua, & absque aliqua obligatione illos redditus daret Minoribus: hoc enim pacto illis recipere non esse interdictum, nemo ambigit; sed sicut quamcumque aliam eleemosynam, liberaliter datam possunt admittere, ita & hanc. Nec loquitur etiam de receptione ex obligatione, & iure acquisitis per ipsos fratres, sunt enim incapaces omnis iuris, omnisque obligationis sibi acquirendæ, etiamsi modo licito fieret legatum, vt dicemus num. 58. Et ita si de hac sola receptione loqueretur, nullum prorsus discrimen esset inter receptionem legati sub modo licito, & sub modo illicito relicti: cùm enim ad neutrum possint Minores ius habere, vel alterum sibi obligare, nulla potest conueniens discrimis ratio inter vtrumque reperiri, nisi dicamus hæredem astringi in foro conscientiæ ad soluendum legatum modo licito Minoribus relictum, non ex obligatione illis acquisita, sed obligatione in ordine ad testatorem qui illam imposuit, sicut in voto dicebamus n. præced. ad legatum autẽ modo illicito nullatenus teneri, quãuis possit liberaliter dare. Secundò, quia Pontifex ibidem ait, legatum annuorum redditum Minoribus relictum, continere expresè modum contrarium eorum regulæ, & paupertati; at legatum sub tali modo expresso est prorsus inutile, nullaque illius soluendi obligatio adest, vt probauimus numero 17. Ergo idem dicendum est de hoc legato. Nec obstat prima ratio contraria, quia quamuis eo modo habere redditus, non repugnet paupertati Minorum, at testator non eo modo relinquit, sed vt cuicumque alij personæ. Et Pontifex *in eo §. cùmque annuus redditus*, hanc legati formam declarauit esse contrariam statui Minorum, qua declaratione tenemur stare, dum in huiusmodi legato non explicat testator modum licitum, nẽpe, vt in ordine ad se ipsum solum teneatur hæres eam eleemosynam dare. Ad secundam autem rationem constabit ex dicendis n. 56. Et ideo legatum esse irritum tradunt Bart. *tract. de Minoricarum. lib. 1. dist. 6. r. 1. n. 32.* & 33. addẽs nec deberi æstimationẽ. Abb. *c. in præsentia. n. 63. de probationib. & c. nouit. el 2. n. 2. de excessibus Prælatorum.* Bald. *auth. ingressi, in noua edictione. n. 59. C. de sacros. Eccles.* Anchar. *c. 1. numero 40. de testam.* & ibi Imol. *num. 42.* Rosella *in summa. verb. legare. num. 19.* & *num. 20.* addens solum posse recipere fratres, quando merè valet hæres dare. Armilla *verb. legatum. num. 7.* Nauart. *lib. 3. consiliorum. tit. de testamentis. in 1. editione. cons. 14. num. 8. in 2. cons. 8. num. 8.* explicans nec æstimationem deberi, sed haberi legatum pro non scripto: loquiturque de annuis redditibus cum onere faciendi sacra, & alia diuina officia; & Quesada *diuersis qq. in ric. c. 12. n. 9.* ait enim nec æstimationem tunc deberi, & idem quod Quesada dicit etiam Sorbus *in compend. priuileg. Mendic. verb. legatũ, in suis annotationibus. 2. vers. si vero aliquid annuum, seu aliquis redditus.* Corduba *in reg. D. Francisci. c. 6. quæst. 11. puncto 4. mobili 2.* affertque duplex Capitulum generale sui ordinis, alterum celebratum Assisij anno 1526. verba sunt hæc. *Decernitur ac præcipitur, quod fratres nullo modo recipiant aliqua legata perpetuo relicta aliquibus personis, vel hospitalibus, vel aliis domibus, vt doni fratribus certam eleemosynam simpliciter, vt ipsi dicant certa officia, vel Missas; immo quod Guardianus, vel Præses faciat protestationem iuridicam, & authenticam ei, qui implere tenetur testatoris voluntatem, quod nolunt eas eleemosynas ex vi illius legati, nec volunt obligari ad illa officia, vel Missas, & quod si volunt legatarij, transferant ad alium locum: si tamen facta ista protestatione legatarius præfatus voluerit ex sua mera voluntate dare eleemosynas illas, & committere fratribus dicta officia, & Missas, possint fratres cum bona conscientia recipere.* Alterum autem celebratum Burgis anno 1523. cuius hæc sunt verba. *Declaratur quod ad perpetua legata petenda non possunt fratres recurrere, nisi per modum eleemosynæ absque alicuius debiti allegatione, immo cum declaratione scripta, & sigillata hæredibus, vel commissariis facienda, quod soliciet fratribus non licet ita petere, nisi humiliter per modum eleemosynæ.* Et Surdus *de aliment. tit. 3. quæst. 4. num. 13.* dicit esse illis interdictum ex suorum patrum ordinationibus, nec posse recipere, etiamsi sint annuersaria titulo legati illius, sed ab hærede sponte sua danti.

50 Monuerim tamen, hospitale, aut hæredem, cui id legati onus relictum est, vt fratres Minores ea sacra facerẽt, teneri facere ea sacra celebrari, & si fieri potest, in Ecclesiis, & altaribus à testatore designatis. Constat ex *l. 1. §. pro secundo. C. de caducis tollend.* vbi deciditur, legatũ caducũ pertinere ad hæredẽ: at hũc teneri implere onus licitum ei adiunctum. Nec enim ferendus est commodum admittens, at onus illi impositum reiiciens. At non tenetur facere ea fieri per fratres Minores: quod ea obligatio fuerit nulla; at potest merã suã voluntare committere Minoribus ea facienda, sicut posset committere cuicumque alij sacerdoti, vt decidit generale Minorum Capitulum allegatum numero præced. Possetque Pontifex dispensare, vt hoc legatum daretur Minoribus. Quæ omnia docet Nauart. *lib. 3. consiliorum. tit. de testamentis, in 1. edit. cons. 14. & in 2. cons. 8. à num. 8. vsque in fin.* Menochius *consilio 1014. n. 4. vol. 11.*

51 Addit autem Nauart. *in fine illius consilij*, si quid ex ea eleemosyna superetur, soluto Missarum stipendio, esse piè interpretandum, vt detur aliis monasteriis pauperibus. Quia videtur testator voluisse, nullam illius eleemosynæ partem remanere hæredi. Sed bene ait Nauart. eam esse piam interpretationem; nam verè ad id non tenetur hæres, sed potest sibi retinere. Quia quando legatum est caducum, & irritum, non est necessariò in alium vsum conuertendum, sed cedit hæredi: at numero 48. probauimus id legatum esse caducum, & irritum. Quare cùm sola oneris implendi obligatio hæredi maneat, quicquid legati impleto onere superfuerit, cedet ipsi.

52 Ex his deducitur primò, non posse Minores adimere hanc eleemosynam, tanquam ab hærede debitam; si enim hic soluit, non liberè dat, sed ex errore, quo se obligatum putat: sed solùm quando sua sponte dat, certior factus se non astringi. Constat ex Capitulo generali Minorum allegato numero 48. & docent Nauarrus & Surdus allegati numero 49. Quare non approbo quod ait Quesada *in diuersis qq. iuris. a numero 36. vsque in fine*, vbi ait, mera sponte dante, non licere accipere, quia cui interdictum est exigere, interdicitur quoque sponte datum

datum recipere, vbi in vtroque eadem est ratio, vt ibi latè probat. Sed minus bene hoc ait, & constabit etiam ex dicendis num seq. Quia non est eadem ratio in vtroque casu; nam quando alter est obligatus, tollitur mendicitas, quæ fuit causa prohibitionis, non autem tollitur, quando sponte dat, quia potest sæpè renocare, hòcque constabit magis ex dicendis num. sequenti.

53 Secundò deducitur, licere fratribus Minoribus recipere eleemosynas annuas, quas à Principibus aliquando gabellarum exactores, aliiue famuli iubentur fratribus Minoribus quotannis dare. Quod ea largitio sit omnino liberalis ex parte Principis iubentis, ab ipsòque ad nutum reuocabilis, quamuis famulus ex Principis præcepto teneatur dare. Sicque docent D. Antoninus *3. p. tit. 16. c. 1. §. 12. notab. 9.* Rosella *in summa. verb. legare. num. 20.* Sylvester *verb. legatum. 2. q. 5. fine.*

54 Et quamuis ex consuetudine soluendi liberè aliquid Ecclesiæ, aut piæ causæ, decennio inducta præscribatur ius cogendi in posterum ad solutionem, nullo alio probato, aut allegato titulo, vt per *conuenient. el 1. de testib.* tradunt Bart. Abb. Felin. & alij, quos refert, & sequitur Tiraquel. *tract. de præscription. §. 1. glos. 4. num. 84. vers. 41.* At fallit in fratribus Minoribus; quamuis enim centum annorum spatio aliqui annui redditus eis soluantur, non præscribunt: quod nullum ius, aut possessionem acquirant, sed illius sint incapaces. Sic allegato Bald. *cons. 207. in quadam colum. 2.* tradit Manuel *qq. reg. tom. 2. q. 126. art. 2. fine.*

55 Tertiò deducitur, non licere fratribus Minoribus inducere fideles ad hæc anniuersaria, seu legata annua illis relinquenda, tum quia non sunt eorum capaces; tum etiam, quia esto essent, sapit nimiam bonorum temporalium cupiditatem, à qua eos prorsus alienos decernit Pontifex *Clem. exiui, de verb. signif.* & proinde id non licere docet Bart. *tract. Minoricarum. lib. 1. distinct. 2. cap. 2. num. 12.* Farinerius Generalis ordinis Minorum, quem referunt, & sequuntur Angel. *verb. legatum. 1. n. 5.* Sylvest. *verb. legatum. 1. quæst. 3. dicto 3.* Tabiena *verb. legat. 1. q. 4. num. 5.* Quamuis minus bene contradicat Manuel, dicens id esse licitum *qq. reg. tom. 2. q. 126. art. 4. column. vlt. coral. 4.*

56 Quando autem legata annua sunt permissa fratribus Minoribus, est integrum ipsis non perse, sed per Syndicos nomine Sedis Apostolicę transigere cum hæredibus, vt certa summa pecuniaria semel data, liberi à prædicta obligatione in posterum euadant. Sic enim concessit illis Clemens VII. cuius verba refert Manuel *qq. reg. tom. 2. q. 126. art. vlt.*

57 Demum infertur, diuersum esse in voto, quo quis Deo se obligaret ad elargiendam quotannis in perpetuum certam eleemosynam fratribus Minoribus; absque dubio enim tenerctur non ex aliqua obligatione, aut ex iure Minoribus inde acquisitis, sed ex obligatione fidelitatis, & religionis acquisita Deo per votum illud, & ita fratres poterunt accipere eam eleemosynam, non vt sibi debitam, sed vt debitam Deo, quod Pontifex non interdixerit illis eleemosynam annuam voto promissam recipere, sed legato relictam, vt constat ex verbis relatis num. 48. Nec recipere hãc eleemosynam sine aliqua actione, aut iure, repugnat eorũ mendicitati. Atque idem erit dicendum, si vouens ille grauet suum hæredem ad illam eleemosynam quotannis dandam fratribus: quia etsi testator non grauaret, tenebatur hæres ad eam, sicut ad cætera realia defuncti vota; atque adeò præceptum testatoris nullam vim nouam adiecit, & ideo illi non capient tanquam legato relictam, quod est illis interdictum, sed tanquam voto debitam.

58 Vltima difficultas est, quibus mediis consulatur fratribus Minoribus, vt hæres velit, nolit, soluat illis legata, modo licito eis relicta, & quorum sunt capaces. Et quidem præmittendum est, pro nulla re temporali competere fratribus Minoribus actionem ad petendum. Constat ex *Clem. exiui. §. cupientes. vers. cùmque dilectionis fratres, de verb. signif.* ibi; *pro nulla re temporali possunt in iudicio reperiri.* Nec vllum ius, aut obligatio ipsis fratribus acquiritur, vt constat ex *2. exiit. §. cæterùm non in eadem regula, de verb. signific. in 6.* ibi; *In ipsa pecunia nihil omnino fratres iuris habeant, nec administrationem, seu dispensationem, vel contra personam nominatam, vel non nominatam ab eis, cuiuscumque conditionis existat, actionem, persecutionem, aut aliquod aliud ius interesse, qualitercumque persona prædicta in cõmissione huiusmodi se habeat.* Quod optimè explicat Bart. *libro 2. Minoricarum. distinct. 7. c. 2. n. 38.* & 39. dicens obligationem posse tripliciter considerari. Primo modo propriè, & strictè, prout est iuris vinculũ, quo quis ex necessitate astringitur. *instit. de obligat. in princ.* & huiusmodi obligatio exigit duo extrema, alterũ obligatum, alterum verò, cui obligatio acquiratur, & de huiusmodi obligatione loquendo, nec hæres, nec alius fratribus Minoribus obligatur, quippe qui ratione arctissimæ pauperteris, & suæ regulæ neminẽ sibi obligarum habent. Secundo modo potest sumi obligatio largè, & impropriè, qua quis in se ipso tenetur, licèt is, cui tenetur, nullum ius erga illum habeat, & hoc modo est hæres obligatus ad danda relicta modo licito Minoribus, quorũ ipsi capaces sũt; quippe ex præcepto testatoris ad id tenetur, quãuis fratres Minores sint omni iure ad id legatum destituti, nec illum sic obligatum habeant. Sicut contingit in obligato ex voto ad dandam eleemosynam Xenodochio, qui ante Xenodochij acceptationem nullo modo ipsi tenetur, quasi Xenodochium aliquod ius comparet, sed tenetur soli Deo, cui promissio facta est. Tertio modo potest considerari respectu ciuitatis, quia ius ad legata recuperanda pauperibus relicta acquiratur ciuitati. *l. si cui. & l. ciuitatibus. ff. de legat. 1.* cùm Reipublicæ interest pauperes sustentari. *l. priuilegia. C. de sacros. Eccles.*

59 Ex quo deducitur, triplici medio consuli posse fratribus Minoribus aduersus hæredem, nẽ legato ad quod ille tenetur, defraudentur. Primum medium est, vt ciuitas, seu Syndicus eius petat hoc, quia ei cõpetit obligatio, & actio, vt diximus numero præcedenti. Sic Bart. *tract. Minoricarum. lib. 2. distinct. 7. a. 3. num. 41. & l. ciuitatibus. 125. in princip. num. 5. ff. de legat. 1.* collector compendij Mendicantium *verb. hæreditas. num. 6.* dicens sic factum fuisse in ciuitate Barbasti regni Aragonis. Manuel *qq. regular. tom. 2. q. 78. art. 1.* Sorb. *in compend. priuileg. Mendic. verb. legata, in suis annotationib. ad fin.* quamuis contrarium tenent Anchar. *Clem. exiui. num. 17. de verb. signif.* Immo quilibet de populo hoc poterit petere. *l. in prouinciali. §. fratrum. & l. sequenti. ff. de oper. non. nunt.* & *authen. de ecclesiast. titulis. §. si quis autem.* Sic Bart. vtroque loco, collector compendij Mendicantium, & Manuel ibidem, Corduba *in reg. D. Francisci. c. 6. q. 11. puncto 4.* Redoanus alios referens *de spoliis ecclesiast. q. 8. in princip. num. 55.*

60 Secundum medium est. Potest Iudex ex suo mero officio, nemine petente, compellere hæredem vt adimpleat, quia interest Reipublicæ, ne quis sua re malè vtatur. *§. sed hoc tempore. instit. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* atque vt voluntas testatoris impleatur; accideréque nonnunquam pium defunctorum propositum defraudari, vt dicit text. *l. nulli. C. de Episc. & cleric.* Atque ita docent Bart. *d. l. ciuitatibus, in princip. num. 7.* Abb. *c. nos quidem. num. 5. de testamentis.* Anchar. *d. Clem. exiui. n. 16.* Angel. *verb. legatum. 2. num. 15.* idem Bart. Speculator, & Ioan. Andreas, quos referunt, & sequuntur collector priuilegiorum Mendicantium, Corduba, & Manuel allegati n. præcedenti, & constat ex verbis textus, quem num. sequenti allegabimus.

61 Iudex autem hic est tam ecclesiasticus, quàm secularis. *c. exiit. §. ad hæc quia fratribus. vers. si vero modum. de verb. signif. in 6.* ibi; *Et etiam Prælati, & seculares, quibus de iure, vel consuetudine promisso ista cõpetere, cum expedierit,* se

se ex officio suo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimplendas. Et ita docent Bartolus, Abbas, Angelus, Corduba, Sorb. allegati n. præced. idem Bart. *tract. Minoritarum lib.2.distinct.7.c.3.num.41.*

62 Sed difficultas est, vtrùm ipsis fratribus Minoribus integrum sit hoc Iudicis officium implorare extra iudicium? Quidam nomine Ioannes Philippus relatus à Corduba *eodem punctо 4.* id negat, quod fratres Minores nil iuris habeant siue in iudicio, siue extra. Sed omnino tenendum est, licitum esse fratribus Minoribus denunciare Iudici, vt ex officio suo compellat; quippe hoc non faciunt quasi habentes aliquid iuris in tale legatum, sed admonendo Iudicem extraiudicialiter, vt ille ex officio suo cogat. Atque ita docent Bart. *d.l. cuiitatibus, in princip.num.5.* D. Bonauentura *in reg. D. Francisci.c.4. post solutionem ad 4.* Abb. *cin presentia.n.63.de probat.* Nicolaus de Vbaldis *de success.ab intestato.* vbi de successione regularium. *2.p.n.9.* Redoanus *de stolis ecclesiast.quest.8.in princip.num.47.* Horatius Lucius *l.1. num.18. ff. de iurisdit.omn.Iud.* Angel. *verb.hereditas.n.17.* Sylvester *verb. hereditas.1.quest.7.dubio 1.n.10.* Cordub. *in reg. D. Francisci.c.6.quest.11.punctо 4.* Manuel *qq.reg.2.tom.quest.126. art.4 fin.* Sorbus allegatus num.58.

63 Vltimum medium est, vt Syndicus Minorum petat nomine Ecclesiæ Romanæ; quippe possunt fratres vti Syndico ad hoc, dummodo aliæ debitæ circumstantiæ concurrant. Sic Corduba *in reg. D. Francisci.c.4.quest.16. punctо 2.statim in princip.* Manuel *qq.reg.2.tom.q.78.art.1.* Sorbus allegatus num.58.

CAPVT XXVII.

De paupertate Societatis IESV, & an possit illa, eiusve religiosi hæredes, aut legatarij instituti; & quæ sint huic paupertati peculiaria?

SVMMARIVM.

Collegia, & domus probationis Societatis IESV possunt hæredes instituti, & habere quoscumque annuos redditus, & possessiones. num.1.

Religiosi illius sotie votis biennij astricti possunt hæredes, & legatarij instituti. num.2.

An domus professæ Societatis IESV, aut earum Ecclesiæ possint habere redditus, aut bona stabilia? n.3.

An possessio domibus professis permissa, possit aliis locari, aut ex illa possint domus professæ fructus aliquos percipere, aut vendere, aut ex illis sustentari, aut permittere colono, vt hæc ad suam vtilitatem faciat? n.4.

An liceat domui professæ vendere partem illorum fructuum necessariam cultura illius possessionis, aut conuenire cum colono, vt partem illius sibi colat in pretium cultura reliquæ partis? n.5.

An domus professa possit habere redditus exiguos, aut ad modicum tempus, & quale dicatur modicum tempus? n.6.

An liceat habere hos redditus applicatos sacristiæ, aut fabricæ Ecclesiæ? n.7.

An hæres iussus à testatore dare hos redditus domui professæ, teneatur in foro conscientiæ eos dare? Proponuntur probantia partem negantem. n.8.

Explicatur sententia authoris; & an alio competat religiosis Societatis IESV ad huiusmodi redditus recuperandos, vel ad praficiendum secularem, qui administret? n.9.

Quo remedio possint cogi hæredes soluere. n.10.

An religiosi Societatis IESV peccent contra paupertatis votum, si incitent ad huiusmodi annuos redditus Societati professæ relinquendos? n.11.

An possit domus professa innari redditibus Collegiorum, vel professi, aut coadiutores formati sustentari in Collegio, aut ab ipsis aliquid accipere? n.12. & 13.

An Collegia Societatis, aut domus professa succedant in bona suorum religiosorum, & quis succedat illis ab intestato, & a quo tempore? n. 14.

An domus professa possit hæres, aut legataria instituta siue in bonis mobilibus, siue immobilibus? n. 15.

An possint hæredes instituti, vel donationem recipere à suis religiosis? n.16.

An rem stabilem sibi relictam teneatur domus professa statim vendere, vel possit expectare opportunitatem, & in venditione illius rei stabilis sit necessario aliqua solemnitas obseruanda, & quid si emptorem non inuenias? n.17.

An domus professa habeat in communi dominium bonorum mobilium, & immobilium, quibus vtitur, & rei stabilis sibi relictæ, & actionem ad illa in iudicio repetendi? Referuntur probantia partem negantem? n.18.

Explicatur sententia authoris. n.19.

An teneatur hæres rem stabilem domus professæ relictam illi, statim tradere, vt vendat? n. 20.

An teneatur fructus illius ei tradere? n. 21.

An dum non inuenitur opportunitas vendendi, integrum sit domui professæ rem illam conducere? n. 22.

Quod dicatur modicum tempus. n. 23.

An professi Societatis IESV, & coadiutores formati sint incapaces hæreditariæ successionis, & si instituantur hæredes, debeatur æstimatio; vel quid fieri de hæreditate illa, & an omnia dicta de fratrum Minorum incapacitate, sint etiam de his dicenda? n. 24.

An possint esse legatarij? n. 25.

An illud legatum, & reliqua per professos, aut legatos votis biennij, aut votis mutuitatis acquirantur Collegio, aut domui professæ, in quibus habitant, & possint mutuitis etiam inuitis auferri? n. 26.

Quid si hæreditati, aut legato relicto apponatur modus constitutionibus contrarius, vti legetur domui professæ res stabilis retinenda? n. 27.

Quod si religiosi Societatis IESV eliminentur aliquidem lege, vt non se intromittat monasteriorum, sed illi eo fruuntur? num. 28.

In quibus excedat paupertas fratrum Minorum paupertatem domus professæ Societatis IESV, & in quibus ab hac excedatur. n. 29.

Etsi alij religiosi possint assumi ad Episcopatum, & aliqua beneficia, non tamen id possint religiosi Societatis IESV, & vouent professi se non consensuros sua electioni, nisi obedientia cogantur? n. 30.

Astringuntur hi voto non consentiendi relaxationi paupertatis. num.31.

Ligati votis biennij retinent ad tempus dominium bonorum suorum, non tamen administrationem. Et qualiter de illis disponere possint, & quando teneantur dimittere beneficia ecclesiastica, & qualiter. n. 32.

Collegia Societatis IESV, in quibus nec nostri legunt, nec scholasticos alunt, an possint ex redditibus sustentari? numero 33.

An in Societate IESV sit contra votum paupertatis dare munuscula magnatibus, aut habere iumentum ad equitandum? num. 34.

An teneantur religiosi Societatis IESV pedestres iter agere? num.35.

An hi mendicare iussu, aut inde sustentari, peccent contra votum paupertatis professionis? n.36.

Collegia Societatis quando nequeant eleemosynas recipere? numero 37.

Administratio immobilium in Societate IESV, & eorum alienatio ad quem pertineat, & cuius licentia possit impani super eis census. num 38.

An possit censor absque vlla licentia super hoc bona maioratus impani, ad redimendum alium ex licentia legitima impositum? n. 39.

Alienare mobilia non pretiosa, aut pretiosa, ad quem pertineat. num. 40.

Dare mandatum procuratorium procuratori, cuius sit in Societate, & an consultores, & alij habeant suffragium? numero 41.

An posse consuetudine induti, vt domus professa Societatis habeant bona immobilia in communi? numero 42.

1 PRIMA conclusio sit. Collegia, & domus probationis Societatis IESV possunt institui hæredes, & habere quoscumque annuos redditus sibi in perpetuum relictos. Constat, quia possident bona stabilia in communi, & annuos redditus, idque ex sua primæua institutione, vt expressè dicitur in prima Bulla Pauli III. qua confirmauit institutum Societatis IESV, & in 1. Iulij III. & in Bulla Pij V. & in Bulla *ascendente*, Gregorij XIII. & *in constitutionibus eiusdem Societatis, in examine. c. 1. §. 4.* & *parte 4. cap.2. §.5.* & *parte 6. cap.2.§.1 in declarat. littera A.*

2 Secunda conclusio. Possunt similiter hæredes institui, & legatarij, qui in Societate IESV sola biennij vota emisere. Quod bene docet Molina *tom. 1. de iustitia.disputatione 159. col.3. vers. illi qui finito.* Et constat, quia cæteros religiosos religionum habentium in communi bona, posse hæredes, & legatarios instituti, diximus duplici cap.præced.numero 1. ergo à fortiori prædicti religiosi Societatis IESV. Quippe illi nullius dominij acquirendi, aut retinendi capaces sunt; hi autem acquirunt, & retinent ad tempus dominium suorum bonorum, quamuis non habeant illorum administrationem absque superioris licentia, vt habetur expressè in Bulla *ascendente*, Gregorij XIII. & *in constitutionibus Societatis p.4.c.4 §.5.in declarat.littera E.* & *p.6.c.2.§. 11. in declarat.littera H.*

3 Tertia conclusio. Domus professæ Societatis IESV nequunt habere, nec in particulari, nec in communi redditus vllos, aut bona stabilia, vt possessiones, præter eam possessionem, quæ ad habitationem, vel vsum fuerit necessaria, aut valde conueniens, qualis est hortus, quò recreandi animi gratiâ se aliquando religiosi recipiant, vt constat ex Bulla Iulij III. prima, qua confirmauit institutum Societatis IESV, ibi; *sic vouent singuli, & vniuersi perpetuam paupertatem, vt non solum priuatim, sed nec etiam communiter possint professi, aut vlla eorum domus, aut Ecclesia ad aliquos prouentus, redditus, possessiones, sed nec ad vlla bona stabilia, præter ea quæ opportuna erunt ad vsum proprium, & habitationem, retinenda sint aliquod ciuile acquirere, rebus sibi ex charitate donatis ad necessarium vsum contenti.* & habetur *in constitutionibus Societatis IESV. p.6. c.2.§.5.*

4 Talis autem possessio Societati professæ permissa, nequit aliis locari, nec debet habere fructus, qui redditum loco esse possint, cuiusmodi essent, si vini, vel olei, vel tritici prouentus dicta possessio ferret; vel si fructus, aut olera inde percepta vendeterentur. At integrum est domui professæ vti fructibus, & oleribus illius ad suam sustentationem. Quod si colonum aliquem, vel secularem hominem haberet, qui illi horto colendo præesset, potest ei permitti, vt ad suam priuatam vtilitatem quod videretur conuenire ex dictis faceres, dummodo tunc nec ad domus, nec ad particulares personas Societatis, vtilitas interim aliqua proueniret. Hæc expressè habentur *in constitutionibus Societatis IESV. parte 6.c.2.§.5.* & ibi, *in declarat. littera I.*

5 Ex quibus deducitur primò, non licere domui professæ vendere ex illis fructibus ad comparandas expensas necessarias illi horto colendo; nec conuenire cum horti illius cultore, vt aliquam fructuum partem sibi sumat, aut partem horti in suum commodum colendam in culturæ reliquæ partis stipendium: tum quia absolutè interdicitur fructuum venditio, aut terræ illius locatio; tum etiam, quia solùm conceditur permittere cultori horti aliquam in suum commodum partem colere, aut aliquos fructus percipere, dummodo nulla inde vtilitas domui professæ redundet. At vtique redundaret, si hoc esset stipendium culturæ horti, & sic expensis in eo colendo non indigeret. Et sic explicuit Pater N. Generalis Claudius Aquauiua die 4. Septembris anno 1589.

Secundò deducitur, quantumuis exiguos redditus domui professæ omnino interdici. Constat ex dictis numero 3. vbi generaliter, & indistinctè redditus interdici probauimus, & clariùs Gregor. XIII. in sua Bulla *ascendente* sic ait; *in domibus vero professorum, quæ nullos omnino redditus habere possunt.* Quod idem dicitur *parte 6. constitut. c.2.§.2.* quantumuis exigui sint redditus; & ideo ob similem prohibitionem diximus c.præced. num. 33. fratres Minores esse incapaces redditiuum quantumuis exiguorum. Et sicut ibi à numero 34. vsque ad 39. diximus illos esse capaces redditiuum ad breue tempus, vt minus decennio relictorum, non autem relictorum ad longum tempus: ita idem dicendum est de domibus professis, siquidem eamdem prohibitionem in hoc habent quam fratres Minores. 6

Tertiò deducitur, nec integrum esse Societati IESV habere hos redditus applicatos sacristiæ, aut fabricæ Ecclesiæ. Constat ex verbis Iulij III. quæ retulimus numero 3. & ex *constitutionibus Societatis IESV. parte 6. c. 2. §. 2. & §. 5. & §. 6. & §. 1. in declarat. littera A.* explicando votum, quod in Societate IESV emittunt professi, non assentiendi relaxationi paupertatis eius, dicitur tunc relaxari paupertatem, & iri contra hoc votum, quando admitterentur redditus, aut possessiones in proprium vsum, vel ad sacristiam, vel ad fabricam Ecclesiæ, vel ad aliquem alium finem domus professæ. 7

Sed quid si hi annui redditus Societati professæ relinquantur, an hæres grauatus illos dare quotannis teneatur in conscientia soluere domui professæ, & illa possit illos accipere ex præcedenti obligatione iniuncta à testatore hæredi? Videtur enim pars negans vera, tum quia ob similem prohibitionem capiendi annuos redditus, diximus c.præced. numero 48. & 51. nec hæredem teneri soluere, nec fratres Minores posse capere solutos non propria sponte, sed ex testatoris obligatione; tum etiam, quia *in constitutionibus Societatis IESV. parte 6.cap.2.§.6.* agendo de eleemosynis his perpetuis annuis Societatis, vel eius Ecclesiæ, aut fabricæ relictis, sic dicitur: *si aliquis sponte sua eas relinquerit, nullum ius ciuile ad eas petendas in iudicio acquiratur, sed cum ad id charitas propter Deum eos moueri, tunc eas elargiantur.* Ergo videtur relinqui libertas hæredi largiendi. 8

Cæterùm existimo teneri hæredem in foro conscientiæ ad soluendum, & sic posse domum professam accipere ab hæredè soluente ex vi illius obligationis. Ducor, quia constitutiones Societatis IESV non omnino prohibent hos redditus accipere, sed solùm ius aliquod ciuile ad eos recuperandos acquirere, & administrationem illorum habere, vt constat ex verbis citatis num. præcedenti. Nec obstant vltima illa verba, quia non referuntur ad hæredem soluturum; sed interdictum ibi est nostris, inducere aliquos ad has eleemosynas perpetuas elargiendas Societati, & ideo subditur relinquendos illos suæ deuotioni, vt tunc elargiantur quando charitas Dei eos ad elargiendum induxerit. Et *6.p.constit.c.2.§.2.* sic dicitur; *in domibus, vel Ecclesiis, quæ à Societate ad auxilium animarum admittentur, redditus nulli, ne sacristiæ quidem, aut fabricæ applicati haberi possint, sed neque vlla alia ratione, ita vt penes Societatem eorum sit vlla dispensatio.* & ibi, *in declarat. littera B.* sic dicitur: *si aliquis ex fundatoribus domorum, vel Ecclesiarum vellet redditus aliquos ad fabricæ vsum relinquere, dummodo nec dispositio eorum ad Societatem pertineat, nec sit vnde ei competat actio in illos,* 9

se ex officio suo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimplendas. Et ita docent Bartolus, Abbas, Angelus, Corduba, Sorb. allegati n. præced. idem Bart. *tract. Minoritarum lib.2.distinct.7.c.3.num.41.*

62 Sed difficultas est, vtrùm ipsis fratribus Minoribus integrum sit hoc Iudicis officium implorare extra iudicium? Quidam nomine Ioannes Philippus relatus à Corduba *eodem punctо 4.* id negat, quod fratres Minores nil iuris habeant siue in iudicio, siue extra. Sed omnino tenendum est, licitum esse fratribus Minoribus denunciare Iudici, vt ex officio suo compellat; quippe hoc non faciunt quasi habentes aliquid iuris in tale legatum, sed admonendo Iudicem extraiudicialiter, vt ille ex officio suo cogat. Atque ita docent Bart. *d.l. cuiitatibus, in princip.num.5.* D. Bonauentura *in reg. D. Francisci.c.4. post solutionem ad 4.* Abb. *cin presentia.n.63.de probat.* Nicolaus de Vbaldis *de success.ab intestato.* vbi de successione regularium. *2.p.n.9.* Redoanus *de stolis ecclesiast.quest.8.in princip.num.47.* Horatius Lucius *l.1. num.18. ff. de iurisdit.omn.Iud.* Angel. *verb.hereditas.n.17.* Sylvester *verb. hereditas.1.quest.7.dubio 1.n.10.* Cordub. *in reg. D. Francisci.c.6.quest.11.punctо 4.* Manuel *qq.reg.2.tom.quest.126. art.4 fin.* Sorbus allegatus num.58.

63 Vltimum medium est, vt Syndicus Minorum petat nomine Ecclesiæ Romanæ; quippe possunt fratres vti Syndico ad hoc, dummodo aliæ debitæ circumstantiæ concurrant. Sic Corduba *in reg. D. Francisci.c.4.quest.16. punctо 2.statim in princip.* Manuel *qq.reg.2.tom.q.78.art.1.* Sorbus allegatus num.58.

CAPVT XXVII.

De paupertate Societatis IESV, & an possit illa, eiusve religiosi hæredes, aut legatarij instituti; & quæ sint huic paupertati peculiaria?

SVMMARIVM.

Collegia, & domus probationis Societatis IESV possunt hæredes instituti, & habere quoscumque annuos redditus, & possessiones. num.1.

Religiosi illius sotie votis biennij astricti possunt hæredes, & legatarij instituti. num.2.

An domus professæ Societatis IESV, aut earum Ecclesiæ possint habere redditus, aut bona stabilia? n.3.

An possessio domibus professis permissa, possit aliis locari, aut ex illa possint domus professæ fructus aliquos percipere, aut vendere, aut ex illis sustentari, aut permittere colono, vt hæc ad suam vtilitatem faciat? n.4.

An liceat domui professæ vendere partem illorum fructuum necessariam cultura illius possessionis, aut conuenire cum colono, vt partem illius sibi colat in pretium cultura reliquæ partis? n.5.

An domus professa possit habere redditus exiguos, aut ad modicum tempus, & quale dicatur modicum tempus? n.6.

An liceat habere hos redditus applicatos sacristiæ, aut fabricæ Ecclesiæ? n.7.

An hæres iussus à testatore dare hos redditus domui professæ, teneatur in foro conscientiæ eos dare? Proponuntur probantia partem negantem. n.8.

Explicatur sententia authoris; & an alio competat religiosis Societatis IESV ad huiusmodi redditus recuperandos, vel ad praficiendum secularem, qui administret? n.9.

Quo remedio possint cogi hæredes soluere. n.10.

An religiosi Societatis IESV peccent contra paupertatis votum, si incitent ad huiusmodi annuos redditus Societati professæ relinquendos? n.11.

An possit domus professa innari redditibus Collegiorum, vel professi, aut coadiutores formati sustentari in Collegio, aut ab ipsis aliquid accipere? n.12. & 13.

An Collegia Societatis, aut domus professa succedant in bona suorum religiosorum, & quis succedat illis ab intestato, & a quo tempore? n. 14.

An domus professa possit hæres, aut legataria instituta siue in bonis mobilibus, siue immobilibus? n. 15.

An possint hæredes instituti, vel donationem recipere à suis religiosis? n.16.

An rem stabilem sibi relictam teneatur domus professa statim vendere, vel possit expectare opportunitatem, & in venditione illius rei stabilis sit necessario aliqua solemnitas obseruanda, & quid si emptorem non inuenias? n.17.

An domus professa habeat in communi dominium bonorum mobilium, & immobilium, quibus vtitur, & rei stabilis sibi relictæ, & actionem ad illa in iudicio repetendi? Referuntur probantia partem negantem? n.18.

Explicatur sententia authoris. n.19.

An teneatur hæres rem stabilem domus professæ relictam illi, statim tradere, vt vendat? n. 20.

An teneatur fructus illius ei tradere? n. 21.

An dum non inuenitur opportunitas vendendi, integrum sit domui professæ rem illam conducere? n. 22.

Quod dicatur modicum tempus. n. 23.

An professi Societatis IESV, & coadiutores formati sint incapaces hæreditariæ successionis, & si instituantur hæredes, debeatur æstimatio; vel quid fieri de hæreditate illa, & an omnia dicta de fratrum Minorum incapacitate, sint etiam de his dicenda? n. 24.

An possint esse legatarij? n. 25.

An illud legatum, & reliqua per professos, aut legatos votis biennij, aut votis mutuitatis acquirantur Collegio, aut domui professæ, in quibus habitant, & possint mutuitis etiam inuitis auferri? n. 26.

Quid si hæreditati, aut legato relicto apponatur modus constitutionibus contrarius, vti legetur domui professæ res stabilis retinenda? n. 27.

Quod si religiosi Societatis IESV eliminentur aliquidem lege, vt non se intromittat monasteriorum, sed illi eo fruuntur? num. 28.

In quibus excedat paupertas fratrum Minorum paupertatem domus professæ Societatis IESV, & in quibus ab hac excedatur. n. 29.

Etsi alij religiosi possint assumi ad Episcopatum, & aliqua beneficia, non tamen id possint religiosi Societatis IESV, & vouent professi se non consensuros sua electioni, nisi obedientia cogantur? n. 30.

Astringuntur hi voto non consentiendi relaxationi paupertatis. num.31.

Ligati votis biennij retinent ad tempus dominium bonorum suorum, non tamen administrationem. Et qualiter de illis disponere possint, & quando teneantur dimittere beneficia ecclesiastica, & qualiter. n. 32.

Collegia Societatis IESV, in quibus nec nostri legunt, nec scholasticos alunt, an possint ex redditibus sustentari? numero 33.

An in Societate IESV sit contra votum paupertatis dare munuscula magnatibus, aut habere iumentum ad equitandum? num. 34.

An teneantur religiosi Societatis IESV pedestres iter agere? num.35.

An hi mendicare iussu, aut inde sustentari, peccent contra votum paupertatis professionis? n.36.

Collegia Societatis quando nequeant eleemosynas recipere? numero 37.

Administratio immobilium in Societate IESV, & eorum alienatio ad quem pertineat, & cuius licentia possit impani super eis census. num 38.

An possit censor absque vlla licentia super hoc bona maioratus impani, ad redimendum alium ex licentia legitima impositum? n. 39.

Alienare mobilia non pretiosa, aut pretiosa, ad quem pertineat. num. 40.

Dare mandatum procuratorium procuratori, cuius sit in Societate, & an consultores, & alij habeant suffragium? numero 41.

An posse consuetudine induti, vt domus professa Societatis habeant bona immobilia in communi? numero 42.

1 PRIMA conclusio sit. Collegia, & domus probationis Societatis IESV possunt institui hæredes, & habere quoscumque annuos redditus sibi in perpetuum relictos. Constat, quia possident bona stabilia in communi, & annuos redditus, idque ex sua primæua institutione, vt expressè dicitur in prima Bulla Pauli III. qua confirmauit institutum Societatis IESV, & in 1. Iulij III. & in Bulla Pij V. & in Bulla *ascendente*, Gregorij XIII. & *in constitutionibus eiusdem Societatis, in examine. c. 1. §. 4.* & *parte 4. cap.2. §.5.* & *parte 6. cap.2.§.1 in declarat. littera A.*

2 Secunda conclusio. Possunt similiter hæredes institui, & legatarij, qui in Societate IESV sola biennij vota emisere. Quod bene docet Molina *tom. 1. de iustitia.disputatione 159. col.3. vers. illi qui finito.* Et constat, quia cæteros religiosos religionum habentium in communi bona, posse hæredes, & legatarios instituti, diximus duplici cap.præced.numero 1. ergo à fortiori prædicti religiosi Societatis IESV. Quippe illi nullius dominij acquirendi, aut retinendi capaces sunt; hi autem acquirunt, & retinent ad tempus dominium suorum bonorum, quamuis non habeant illorum administrationem absque superioris licentia, vt habetur expressè in Bulla *ascendente*, Gregorij XIII. & *in constitutionibus Societatis p.4.c.4 §.5.in declarat.littera E.* & *p.6.c.2.§. 11. in declarat.littera H.*

3 Tertia conclusio. Domus professæ Societatis IESV nequunt habere, nec in particulari, nec in communi redditus vllos, aut bona stabilia, vt possessiones, præter eam possessionem, quæ ad habitationem, vel vsum fuerit necessaria, aut valde conueniens, qualis est hortus, quò recreandi animi gratiâ se aliquando religiosi recipiant, vt constat ex Bulla Iulij III. prima, qua confirmauit institutum Societatis IESV, ibi; *sic vouent singuli, & vniuersi perpetuam paupertatem, vt non solum priuatim, sed nec etiam communiter possint professi, aut vlla eorum domus, aut Ecclesia ad aliquos prouentus, redditus, possessiones, sed nec ad vlla bona stabilia, præter ea quæ opportuna erunt ad vsum proprium, & habitationem, retinenda sint aliquod ciuile acquirere, rebus sibi ex charitate donatis ad necessarium vsum contenti.* & habetur *in constitutionibus Societatis IESV. p.6. c.2.§.5.*

4 Talis autem possessio Societati professæ permissa, nequit aliis locari, nec debet habere fructus, qui redditum loco esse possint, cuiusmodi essent, si vini, vel olei, vel tritici prouentus dicta possessio ferret; vel si fructus, aut olera inde percepta vendeterentur. At integrum est domui professæ vti fructibus, & oleribus illius ad suam sustentationem. Quod si colonum aliquem, vel secularem hominem haberet, qui illi horto colendo præesset, potest ei permitti, vt ad suam priuatam vtilitatem quod videretur conuenire ex dictis faceres, dummodo tunc nec ad domus, nec ad particulares personas Societatis, vtilitas interim aliqua proueniret. Hæc expressè habentur *in constitutionibus Societatis IESV. parte 6.c.2.§.5.* & ibi, *in declarat. littera I.*

5 Ex quibus deducitur primò, non licere domui professæ vendere ex illis fructibus ad comparandas expensas necessarias illi horto colendo; nec conuenire cum horti illius cultore, vt aliquam fructuum partem sibi sumat, aut partem horti in suum commodum colendam in culturæ reliquæ partis stipendium: tum quia absolutè interdicitur fructuum venditio, aut terræ illius locatio; tum etiam, quia solùm conceditur permittere cultori horti aliquam in suum commodum partem colere, aut aliquos fructus percipere, dummodo nulla inde vtilitas domui professæ redundet. At vtique redundaret, si hoc esset stipendium culturæ horti, & sic expensis in eo colendo non indigeret. Et sic explicuit Pater N. Generalis Claudius Aquauiua die 4. Septembris anno 1589.

Secundò deducitur, quantumuis exiguos redditus domui professæ omnino interdici. Constat ex dictis numero 3. vbi generaliter, & indistinctè redditus interdici probauimus, & clariùs Gregor. XIII. in sua Bulla *ascendente* sic ait; *in domibus vero professorum, quæ nullos omnino redditus habere possunt.* Quod idem dicitur *parte 6. constitut. c.2.§.2.* quantumuis exigui sint redditus; & ideo ob similem prohibitionem diximus c.præced. num. 33. fratres Minores esse incapaces redditiuum quantumuis exiguorum. Et sicut ibi à numero 34. vsque ad 39. diximus illos esse capaces redditiuum ad breue tempus, vt minus decennio relictorum, non autem relictorum ad longum tempus: ita idem dicendum est de domibus professis, siquidem eamdem prohibitionem in hoc habent quam fratres Minores. 6

Tertiò deducitur, nec integrum esse Societati IESV habere hos redditus applicatos sacristiæ, aut fabricæ Ecclesiæ. Constat ex verbis Iulij III. quæ retulimus numero 3. & ex *constitutionibus Societatis IESV. parte 6. c. 2. §. 2. & §. 5. & §. 6. & §. 1. in declarat. littera A.* explicando votum, quod in Societate IESV emittunt professi, non assentiendi relaxationi paupertatis eius, dicitur tunc relaxari paupertatem, & iri contra hoc votum, quando admitterentur redditus, aut possessiones in proprium vsum, vel ad sacristiam, vel ad fabricam Ecclesiæ, vel ad aliquem alium finem domus professæ. 7

Sed quid si hi annui redditus Societati professæ relinquantur, an hæres grauatus illos dare quotannis teneatur in conscientia soluere domui professæ, & illa possit illos accipere ex præcedenti obligatione iniuncta à testatore hæredi? Videtur enim pars negans vera, tum quia ob similem prohibitionem capiendi annuos redditus, diximus c.præced. numero 48. & 51. nec hæredem teneri soluere, nec fratres Minores posse capere solutos non propria sponte, sed ex testatoris obligatione; tum etiam, quia *in constitutionibus Societatis IESV. parte 6.cap.2.§.6.* agendo de eleemosynis his perpetuis annuis Societatis, vel eius Ecclesiæ, aut fabricæ relictis, sic dicitur: *si aliquis sponte sua eas relinquerit, nullum ius ciuile ad eas petendas in iudicio acquiratur, sed cum ad id charitas propter Deum eos moueri, tunc eas elargiantur.* Ergo videtur relinqui libertas hæredi largiendi. 8

Cæterùm existimo teneri hæredem in foro conscientiæ ad soluendum, & sic posse domum professam accipere ab hæredè soluente ex vi illius obligationis. Ducor, quia constitutiones Societatis IESV non omnino prohibent hos redditus accipere, sed solùm ius aliquod ciuile ad eos recuperandos acquirere, & administrationem illorum habere, vt constat ex verbis citatis num. præcedenti. Nec obstant vltima illa verba, quia non referuntur ad hæredem soluturum; sed interdictum ibi est nostris, inducere aliquos ad has eleemosynas perpetuas elargiendas Societati, & ideo subditur relinquendos illos suæ deuotioni, vt tunc elargiantur quando charitas Dei eos ad elargiendum induxerit. Et *6.p.constit.c.2.§.2.* sic dicitur; *in domibus, vel Ecclesiis, quæ à Societate ad auxilium animarum admittentur, redditus nulli, ne sacristiæ quidem, aut fabricæ applicati haberi possint, sed neque vlla alia ratione, ita vt penes Societatem eorum sit vlla dispensatio.* & ibi, *in declarat. littera B.* sic dicitur: *si aliquis ex fundatoribus domorum, vel Ecclesiarum vellet redditus aliquos ad fabricæ vsum relinquere, dummodo nec dispositio eorum ad Societatem pertineat, nec sit vnde ei competat actio in illos,* 9

quamuis id illis curæ esset, vt in, cui tale munus commissum est, suum officium faceret, & sic in rebus similibus, non est id à paupertate Societatis alienum. Ecce quàm clarè in constitutionibus sola administratio, & actio denegantur, nec absoluitur hæres ab ea obligatione. Atque hunc modum annuorum red dituum non aduersari mendicitati, satis probauimus cap. præced. numero 58. Quare non est simile de fratribus Minoribus, quia, vt probauimus ibi numero 48. est illis interdictum omnino admittere huiusmodi legata, quod non reperitur in nostra Societate. Et Menochius *cons.* 1014. *numero* 58. *vol.* 11. dicit; cùm sola administratio, & dispositio denegetur Societati, poterit Societas præficere sæcularem, qui id administret pro fabrica. Quod tamen ego iudico non esse verum.

10 Et quamuis actio non competat nostris ad huiusmodi legata recuperanda, poterit tamen ciuitas, aut eius Syndicus, aut quilibet de populo agere, vt ea soluantur, tanquam pauperibus relicta; vel vterque Iudex ex officio cogere hæredem; sicut de fratribus Minoribus, quibus omnis actio, & administratio sunt similiter interdicta, diximus cap. præced à num. 58. vsque ad 61. hæc media competere.

11 Præcipitur etiam religiosis Societatis, ne quempiam incitent ad has eleemosynas perpetuas domibus professis, aut earum Ecclesiis relinquendas, vt constat ex 6. *part. constitut. cap.* 2. §. 6. ibi. *Ob maiorem ædificationem nullus de Societate debet, nec potest, quamquam ad eleemosynas perpetuas domibus, vel Ecclesiis eiusdem Societatis relinquendas insigare.* Quod præceptum adeò rigidè intellexit quidam doctissimus è nostra Societate, vt crediderit obligare sub mortali. Ducitur, quod hoc pertineat ad votum paupertatis, atque grauissimis verbis interdicatur, qualia sunt illa, *nec debet, nec potest.* At ego existimo ad nullam culpam obligare, nedum ad mortalem. Ducor, quòd cùm exhortatio illa non sit actus aliqua ratione supponens dominium, non est contra votum paupertatis. Item, quia ipsa constitutio solùm id interdixit gratiâ maioris ædificationis; ergo non ratione voti paupertatis, nec tanquam præceptum. Nec obstat ea verborum grauitas, quia *in eisdem Societatis constitutionibus. part.* 6. *cap.* 5. habetur, nullas constitutiones, aut ordinationes Societatis ad culpam etiam venialem obligare, nisi superior præcipiat aliquid in nomine Domini, vel in virtute obedientiæ. Quibus verbis constitutio hæc non vtitur.

12 Nec potest domus professa Societatis iuuari bonis Collegiorum, sed eleemosynis sustentari debet; nec potest Generalis Societatis dispensare, vt Collegiorum bonis iuuetur. Cùm tamen quod minimum est, pro nihilo reputetur, non interdicitur, quin integrum sit Rectori Collegij professum die aliquo iuuitare, vel quid modicum ad viaticum illi per suum Collegium transeunti elargiri. Similiter possunt Collegia supplere aliquos sumptus faciendos per domum professam, si ipsa domus professa non faceret, vt professis missis ex domibus professis ad Collegia stare vestes, & viaticum. Similiter fas est, vt professi in domibus professis habitantes adeant Collegiorum hortum gratiâ recreationis sumendæ, vel valetudinis pristinæ recuperandæ, dummodo expensis Collegij, quandiu in domibus professis sunt, non alantur; & idem de similibus potest iudicari. Hæc habentur *in constitutionibus. 4. p. c.* 2 §. 5. *& in declarationib. littera I. & 6. p. c.* 2. §. 3. *& in declarationib. littera D.*

13 Nec possunt professi, nec coadiutores formati diu in Collegijs habitare, quamuis dum aliò iter facientes per Collegia transeunt, possint die aliqua, aut tempore congruo in eis moram trahere. Possunt etiam in Collegijs diu habitare, eo quod eis vtiles sint ad quæstus Societatis ministeria obeunda, vel vt Collegiorum gubernationi præsint: at cùm eis vtiles esse desierint, sunt ad domos professas habitandi gratiâ redituri. Possunt etiam in Collegijs habitare, quando necessarium, & conueniens communi bono id videretur; vt si aliquis professus ex Generalis licentia edendi in lucem libros causâ in Collegium se reciperet. Hæc habentur *in constitutionibus. 6. parte. cap.* 2. §. 3. *& 4. & in declarationib. littera C.* Item, quando senio, aut morbo confecti laborare nequeunt, possunt in Collegijs habitare, obtenta tamen Generalis licentia. Sic concessit Iulius III. in Bulla 2. concessa Societati IESV.

Quarta conclusio. Nec Collegia Societatis, nec Societas professa succedunt in aliqua bona suorum religiosorum, vt probauimus suprà. In ordine Minorum professis absque aliqua bonorum suorum dispositione præuia, succedunt ab ipso professionis die hæredes ab intestato, ac si tunc naturaliter morerentur; ita emittentibus professionem solemnem, aut vota coadiutorum formatorum in Societate IESV, nec præmissa bonorum suorum dispositione, succedunt ex tunc hæredes ab intestato, ac si naturaliter obirent. Quod cùm religio non sit capax succedendi, nec ipsi amplius sint capaces dominij retinendi, vt dicemus infrà, succedent statim venientes ab intestato, vt bene docet Molina *tom.* 1. *de iust. disput.* 139. *col.* 3. *vers. tam professi. & disput.* 140. *initio.* 14

Quinta conclusio. Domus professæ Societatis IESV possunt à quocumque hæredes institui, siue bonorum mobilium, siue stabilium, & à fortiori quodcumque huiusmodi legatum possunt recipere, non vt bonum illud stabile retineant, sed vt vendant, & pretium in suos necessarios vsus conuertant, nisi res illa stabilis sit necessaria, aut valde conueniens ad habitationem, aut recreationem nostrorum; illam enim possunt retinere. Quod bene docet Molina *tom.* 1. *de iustitia. disput.* 195. *columna* 2. *vers. i regula proposita.* & probatur, quia iure communi, vt constat, nullibi interdicitur domus professas Societatis hæredes institui; immo regula generalis est, posse quamcumque religionem hæredem institui, nisi peculiariter excipiatur, vt religio Minorum exempta est *in Clement. exut. de verb. signif.* vbi huiusmodi institutionis redditur incapax. Nec in suis constitutionibus hoc ipsi interdicitur: nam 6. *parte constitutionum. cap.* 2. §. 12. vbi de hac re est sermo, solùm statuitur, professos particulares, aut coadiutores formatos esse successionis hæreditariæ incapaces, & nec domos professas, nec earum Ecclesias, nec Collegia eorum nomine succedere. Quod non est omnino excludi domos professas ab hæreditaria successione: sed à sola successione ratione personarum. Quod apertè constat, quia idem statuitur ibi de Collegiis, quæ tamen constat capacia esse, vt hæredes instituantur, vt probauimus numero 1. Immo cùm particularis exceptio fit, ne domus professa ius habeat succedendi ex persona suorum religiosorum, firmat regulam in aliis casibus non exceptis, vt possit scilicet hæres institui. Item quia, vt constat ex dictis num. 5. integrum est domibus professis recipere quamcumque rem stabilem, non vt retineant, præter necessariam, aut valde conuenientem ad habitationem, vel recreationem, sed vt vendant, vbi nulla fit distinctio, siue ea titulo legati, siue titulo hæreditatis relinquatur.

Quamuis autem nec Societas professa, nec Collegia ius habeant nomine suorum religiosorum succedendi, vt habent cæteræ religiones, præter Minorum: at postquam religiosi, dum ante professionem, & vota coadiutorum formatorum de eis sitio donatione, siue testamento disponunt, hæredem domum 15 16

domum professam, aut Collegium Societatis instituere. Constat, quia, vt diximus numero præcedenti, integrum est iuxta nostras constitutiones eis aliquid relinquere, nec distinguitur, an titulo hæreditatis, aut legati, aut donationis; nec domus professa reperitur huius institutionis incapax, sed solius iuris succedendi nomine suorum religiosorum, vt numero præcedenti diximus.

17 Et quamuis rem illam stabilem non necessariam ad habitationem, vel recreationem teneatur domus professa quamprimùm vendere, atque eius retinendæ sit incapax, potest tamen expectare opportunum vendendi tempus, ne cogatur viliori, quàm par est, pretio vendere; vt expresè habetur *in constitut. part.* 6. *c.* 2. §. 5. *in declarat. littera E.* Quod idem probauimus c. præced. numero 51. de re stabili relicta fratribus Minoribus. Nec in eius venditione exigitur licentia Generalis, nec aliæ solemnitates in nostris constitutionibus, aut iure communi petitæ ad alienationem rei immobilis ecclesiasticæ, qualis est hęc, sicut c. præced. n. 29 idem probauimus in venditione rei immobilis relictæ fratribus Minoribus, cùm vtraque venditio ex legis necessitate fiat. Quod si non inueniret emptorem, faciendum est idem, quod de fratribus Minoribus diximus cap. præced. numero 51. quia eadem prorsus est ratio.

18 Sed dubium speciale est, an domus professa dominium habeat in communi bonorum siue mobilium, siue immobilium sibi relictorum, & ius ciuile ad ea in iudicio repetenda. Et videtur non habere dominium immobilium: quia *part.* 6. *constitut. c.* 2. §. 5. *in declarat. littera E.* sic dicitur; *Aliarum rerum mobilium, vt pecuniarum, vel librorum, vel ex eis, quæ ad vsum, & vestitum pertinent, potest in communi Societas proprietatem ad vsum suum habere.* Ergo à contrario sensu nequit immobilium dominium habere, aut ius ciuile ad ea repetenda in iudicio. Et Molina *tom.* 1. *de iustitia. disput.* 195. *col.* 2. *vers. à regula proposita*, sic ait: *Bona immobilia, quorum dominium domus professæ habere non possunt, si ipsis relinquantur, vendi debent.*

19 At dicendum est, domos professas habere in communi dominium, non tantùm bonorum mobilium, sed etiam stabilium sibi relictorum, quæ ad habitationem, aut recreationem sunt necessaria, aut valde conuenientia, & ius ciuile ad ea repetenda: insuper habere etiam dominium cuiuscumque alterius rei stabilis sibi relictæ, & ius ciuile ad eam repetendam, non vt retineant illam, sed vt vendant. Solumque excipitur legatum annuum perpetuum, aut ad longum tempus, vel quacumque alia temporis diuisione, vt singulis mensibus, tertio quoque anno, &c. quod est annuus redditus: huius enim Societas nec dominium acquirit, nec ius ciuile ad illud recuperandum. Probatur ex constitutionibus. *parte* 6. *cap.* 2. §. 5. *in declarat. littera E.* ibi; *Quia, vt in literis Apostolicis dicitur, non est habituta Societas ius ciuile ad rem vllam stabilem, nisi ad ipsius habitationem, & vsum esset opportuna; quicquid stabile sibi datum fuerit, teneatur vendere.* Vbi clarè datur ius ciuile ad rem stabilem necessariam ad vsum, aut habitationem; & clariùs in literis Apostolicis Iulij III. in prima eius Bulla, qua Societatis institutum confirmauit, ad quas constitutio illa se remittit, ibi; *Sed nec ad vlla bona stabilia, præter ea, quæ opportuna erunt ad vsum proprium, & habitationem, retinenda ius aliquod ciuile acquirere.* Vbi ad redditus omnino ius ciuile denegatur, eorumque dominium: ad alia verò stabilia, si sint necessaria ad vsum, aut habitationem, conceditur ius ciuile, & dominium; si verò necessaria non sint, hæc denegantur, non absolutè, sed ad ea retinenda. Habet ergo ad ea vendenda ius, & dominium, & *eadem 6. part. constitutionum. c.* 2. §. 6. solùm denegatur absolutè, & omnino Societati professæ ius ciuile ad eleemosynas perpetuas, quæ quidem redditus sunt. Quia is relinquendi modus acquisito à Societate iure ciuili repugnat mendicitati, quam domus professa profitetur. Quare dum constitutio Societatis relata numero præcedenti pro contraria parte, dicit domos professas habere in communi dominium bonorum mobilium, noluit excludere prorsus immobilia, sed explicuit ea, quorum omnino, & semper domus professa habet dominium, & ius ciuile ad retinendum, & vendendum, ad differentiam bonorum stabilium, quorum, si ad vsum necessaria sint, habet dominium, & ius ciuile ad ea retinenda; si verò non sint ad hoc necessaria, habet dominium, & ius ciuile non ad retinenda, sed ad vendenda.

Hinc deducitur primò, teneri hæredem rem hanc 20
stabilem domui professæ relictam illi tradere, vt vendat; nec est hæredis eam vendere, sed domus professæ, quæ ad hunc effectum acquirit illius dominium, sicut quilibet alius legatarius acquireret absolutum illius dominium.

Secundò deducitur, teneri eam reddere domui 21
professæ cum fructibus ex ea perceptis, casu quo cuilibet alij legatario ad id teneretur. Quia non minus acquirit ius, & dominum illius, vt sibi tradatur vendenda, & dum non venditur, ad fructus, quàm quilibet alius legatarius.

Sed specialis difficultas est, an dum non inueni- 22
tur opportunitas emptoris, integrum sit domui professæ rem illam stabilem locare alicui, & similiter quando est necessaria ad habitationem, liceat id, dum non adest opportunitas aptandæ illius habitationis? Videtur enim id non licere, quia esset habere interim annuos redditus Domus professa Societatis IESV Toletana consuluit de hoc P. N. Generalem, quæ quasdam domos emerat necessarias aptandæ habitationi domesticæ; & si emptio differretur, amitteretur occasio emendi, alio eminente, nec tunc suppetebant pecuniæ necessariæ ad aptandas domos emptas habitationi, an integrum esset interim eas domos locare. Et respondit Pater N. Generalis hoc anno 1607. mense Ianuarij, non licere conducere, nec alias res stabiles Societati relictas, dum non se offert opportunitas vendendi, & percipere eos redditus; sed aduersari paupertati domuum professarum, quando id longo tempore duraturum est, secus quando modico. Cuius ratio esse potest, quia retinere redditus modico tempore, non repugnat paupertati nostræ, nec fratrum Minorum; secus longo tempore, vt diximus num. 6.

Atque videtur dicendum, sicut ibidem diximus, hoc 23
modicum tempus reputari id quod est minus decennio; & ita tenuêre viri doctissimi nostræ Societatis à me consulti.

Sexta conclusio. Professi, & coadiutores formati, 24
siue spirituales, siue temporales Societatis IESV, sunt omnis successionis hæreditariæ, siue ex testamento, siue ab intestato incapaces, ex mente Pontificum, qui confirmarunt institutum Societatis (vt suprà diximus) & vruntur iisdem verbis, quibus vtitur *Clement. exut.* §. *cum enim, de verborum significat.* reddens incapaces fratres Minores successionis hæreditariæ. Quare sicut diximus cap. præced. non valere institutionem Minorum, nec deberi æstimationem in foro conscientiæ, etsi instituantur, vt vendant hæreditatem, & tunc pertinere hæreditatem ad substitutum, vel cohæredem, vel venientes ab intestato: ita idem prorsus dicendum est, si instituatur hæres aliquis professus, aut coadiutor formatus Societatis IESV, cùm perinde sit incapax, ac fratres Minores. Atque ita quæcumque c. præced. tradidimus circa incapacitatem fratrum Minorũ, vt hæredes instituantur, & quod ibi remissim

num. 15. & reliquis circa hos etiam dicendum est.

25 Non sunt tamen legati incapaces, sed in eisdem casibus, & eodem prorsus modo, quo Societas professa est capax legati, sunt quoque ipsi capaces, vt de fratribus Minoribus diximus c. præced. n. 9. quia tantùm interdicitur, eos hæredes institui. Quod non excludit posse esse legatarios, quandoquidem religio fratrum Minorum, & ipsi nequeunt hæredes institui; at legari ipsis optimè potest.

26 Id autem legatum acquireretur domui professæ, aut Collegio, vbi professus ille habitarit, sicut & alia ipsis donata, aut alio modo acquisita, non obstante paupertatis voto.

27 Quod si hæreditati relictæ domibus professis, aut legato illis, aut professis aut coadiutoribus formatis relicto apponatur modus contrarius constitutionibus, vt si sit rei stabilis non necessariæ ad vsum, vel ad habitationem, ex lege, vt domus professæ, aut professi, coadiutoresve formati eam debeant retinere, id legatum erit caducum, nec conuerteretur in alium vsum; sicut de fratribus Minoribus diximus c. præced. numero 17. Quia eadem prorsus militat ratio, cum rei prædictæ immobilis nõ sit domus professa capax, nec professi, aut coadiutores formati, nisi ratione modi liciti, aut expressi, aut tacitè intellecti, nempe ad vendendum, & participandum pretium.

28 Si autem prædictis professis, aut aliis religiosis Societatis legatum aliquod relinquatur ea lege, vt permittat superior religiosum eo legato frui, vel donec permittat superior, aut velit, nolit superior; existimo idem dicendum, quod diximus de legato sub simili forma relicto fratri Minori c. præced. num. 25.

29 Ex omnibus dictis colligitur, paupertatem fratrum Minorum habere se ad paupertatem domuum professarum Societatis IESV tanquam excedentem, & excellam: partim enim excedit, & partim excedituR. Excedit enim in hoc, quod ordo Minorum nullius rei potest habere dominium, nec in particulari, nec in communi, vt diximus hoc lib. suprà. Item non habet actionem ad quæcunque bona sibi relicta, vt diximus c. præcedenti. Item nequit hæres institui, vt diximus suprà. Et si quid annuum perpetuum, vel ad longum tempus relictum est, ita est incapax, vt nec in foro conscientiæ teneatur hæres id soluere, vt probauimus c. præcedenti. At domus professa Societatis habet dominiũ in communi aliquarum rerum, & actionem ad aliquas res sibi relictas, vt probauimus hoc cap. Item potest hæres institui, vt probauimus hoc cap. Tandem legatum annuum sibi relictum tenetur hæres in foro conscientiæ soluere, vt probauimus hoc cap. At exceditur, quod Ecclesia fratrum Minorum est capax legati annui relicti ad cultum diuinum, vt probauimus c. præced. secus de Societate professa, vt probauimus hoc cap. Item potest religio Minorum recipere stipendia pro Missis, concionibus, & aliis ministeriis, quod nullatenus possunt domus professæ, aut Collegia, aut domus probationis Societatis, vt c. sequenti latius explicabimus. Item constabit ex aliis, quæ num. sequentibus explicabimus, in quibus est peculiaris paupertas Societatis IESV.

30 Demum superest explicare alia, in quibus versatur peculiaris paupertas religiosorum omnium Societatis IESV. Primò, alij religiosi possunt assumi ad Episcopatum, ex superiorum suorum licentia, & iuxta multos ad beneficium curatum, vt dicemus c. 29. num. 35. & 37. At religiosi Societatis IESV nequeunt ad beneficium admitti siue simplex, siue curatum, vt constat ex Congregatione 1. generali. canone 2. Et si sint professi trium, vel quatuor votorum, emittunt votum nullius dignitatis procurandæ, aut acceptandæ, nisi cogenti Pontifice.

31 Secundò, alij religiosi non astringuntur voto aliquo non consentiendi relaxationi paupertatis, iuxta eorum constitutiones ab ipsis promissæ. At professi trium, vel quatuor votorum in Societate IESV eo voto astringuntur.

Tertiò, quamuis alij religiosi, vtpote qui solemne paupertatis votum emittunt, reddantur incapaces dominij acquirendi, & retinendi: at in Societate non redduntur incapaces, nisi qui solemni professione, aut simplicibus coadiutorum formatorum votis astricti sunt. Cæteri autem qui sola biennij vota emisêre, retinent ad tempus dominium bonorum, quæ in seculo habebant, aut in quod tanquam necessarij hæredes successêre; at non habent liberam illorum dispositionem, sed parati esse tenentur ad abdicandum se bonis illis, quando superiori videbitur, & ex ipsius licentia, & non aliter, vt expressè dicit Greg. XIII. in sua Bulla, *ascendente*, qua institutum Societatis confirmat, & habetur *in constitut. 4. p. c. 4. §. 5. in declarat. littera E.* & *6. c. 2. §. 11. in declarat. littera E.* Nec possunt tunc quomodocũque disponere, sed tenentur in pauperes disponere, vt virum spiritualem decet, & hoc pro sua deuotione, eligendo hos, aut illos, & si voluerint disponere in consanguineos, id fieri debet iudicio vnius, vel duorum, vel trium virorum, qui doctrina, & pietate commendentur, quos vnusquisque cum superioris approbatione elegerit, & eis acquiescere debent. Hæc habentur *in constitutionibus Societatis, in examine. c. 4. §. 1. 2. & 3. & 3. p. c. 1. §. 7. in declarat. littera G.* Illi autem viri debent esse è Societate, nisi superiori iustas ob causas videretur horum aliqui extra Societatem eligendi, vt dicitur *in examine. cap. 4. §. 3. in commentario. littera A.* Quod si velint Societati bona ea, aut partem applicare, debent liberè in Generalis manus renunciare, vt iudicet cui Societatis loco expediat ea applicare; & sic habetur *3. p. constitut. cap. 1. §. 9.* Si verò velint applicare particulari Societatis loco, Generalis est iudicare, an id tolerandum sit, vt habetur *eodem §. 9. in declarat. littera H.* Quo pacto autem debeat applicare Generalis, habetur 2. Congregatione generali. canone 3. Quod si ecclesiasticum beneficium habebant in seculo, id relinquere debent post primum nouitiatus annum, quandocunque superiori visum fuerit, vt habetur *in examine. eodem c. 4. §. 5.* Et quamuis in prima Congregatione generali. canone 1. cautum sit, ne cogantur dimittere ante professionem, nisi iubente Generali, vel Prouinciali post primum nouitiatus annum: at in quinta Congregatione generali. canone 5. cautum est, vt relinquatur finito probationis biennio, antequam biennij vota emittant. Hæc autem resignatio fieri debet vel ei qui contulit, vel alioqui dignis viris, quibus hæc beneficia instrumenta sint ad Dei obsequium, conferri curando, vel vt ad pia opera applicentur: quod si consanguineis conferenda esse viderentur, id non facient, nisi ab vno, duobus, vel tribus (vt de aliorum bonorum dispositione dictum est) iudicetur id ad maius Dei obsequium fore. Quare erit contra votum paupertatis bona distribuere, vel iis se abdicare, absque superioris facultate, vt expressè habetur in 5. Congregatione generali. canone 7. & cùm ibi dicatur absolutè, post emissa tria vota, & eadem forma emittantur tempore nouitiatus, idem est dicendum de nouitiis, qui illa emisêre. Similiter erit contra idem votum non illis se abdicare ordinante superiore, vel de illis disponere aliter quàm in prædictis constitutionum locis decretum est.

Quartò, Collegia Societatis etiam absque sufficienti dotatione fundata, in quibus nec nostri legunt, nec scholasticos alunt, non possunt ex propriis redditibus ali, sed debent ex eleemosynis viuere, & fructus debent per publicam personam conseruari, vt plenè fundentur. Sic habetur in secunda Congregatione generali. canone 7. Sed postea rigor hic temperatus est in 3. Congre-

Congregatione generali. canone 6. his verbis. *Collegia, in quibus propria Collegiorum munia non exercentur, vel quæ inchoata quidem, sed non plenè constituta sunt, vel quia ædificia necessitas non patiuntur nostros legere, nec scholasticos illic alit, Præpositus generalis iudicabit, an, & quandiu ex eleemosynis, vel redditibus viuere debeant, & faciet quod in Domino expedire iudicauerit.*

34 Quintò, videtur esse contra votum paupertatis dare minuscula magnatibus ad res maiores obtinendas. Quod interdicitur *6. parte constitut. cap. 2. §. 9.* Item habere iumentum ad vsum alicuius è Societate ad ordinariè equitandum, siue is superior, siue subditus sit, nisi id fieret propter aduersam valetudinem continuam, vel necessitatem vrgentem propter publica negotia; id enim interdicitur *eodem cap. 2. §. 14. & in declarat. littera F.* At neutrum credo esse contra paupertatem, si ex superioris licentia fiat. Quia prius non interdicitur ob paupertatem, sed ad vitandam ambitionem. Posterius autem solùm interdicitur ob maiorem paupertatis perfectionem: & ideo constitutio hanc rationem reddit ibi; *vt modo consuetudo debitæ paupertati procedatur.*

35 Sextò, in Congregatione tertia generali. canone 12. superioribus imponitur cura, vt cùm nostri iter agunt, aut totum iter, aut eius partem, habita virium ratione pedites conficiant. Quod etiam præcipit D. Franciscus cap. 3. suæ regulæ. At in Societate ponitur, vt pertinens ad perfectionem, non tamen vt obligatorium.

36 Septimò, quamuis *6. parte constitutionum. cap. 2. §. 10.* præparatio ad mendicandum iniungatur nostris, quoties à superiore iussi mendicare fuerint, tanquam paupertati consonum, id tamen ad maiorem paupertatis perfectionem est, & ideo qui iussus à superiore renuerit mendicare, non paupertatis, sed obedientiæ violatæ reus erit. Quia per paupertatis votum non dedicat homo actiones suas Deo, sed solas res externas pecunia æstimabiles. At esset reus voti paupertatis violati, si iussus ex eleemosynis emendicatis viuere, aliunde sustentaretur. Quia tunc bonis temporalibus inuito superiore vteretur.

37 Octauò, Collegia Societatis IESV, quæ præter præceptores possunt alere duodecim scholasticos ex suis redditibus, nequeunt eleemosynas, aut dona oblata admittere. Sic habetur *4. parte constitut. cap. 2. §. 6.* & ibi *in declarat. littera G.* dicitur; *si beneficiores essent, qui professionem aliquam, aut redditus dare vellent, admitti possent ad ampliorem scholasticorum, ac præceptorum numerum alendum.* & Pater N. Generalis Claudius Aquauiua anno 1595. mense Aprilis misit ad nos huius constitutionis declarationem his verbis, *Non potest admittere eleemosynas alicuius momenti, hoc est, nisi sint res parui pretij, & raro, & à personis non vulgaribus oblata, quarum timeatur offensio, si non admittantur.* Quod si hodie aliqua Collegia eleemosynas maioris momenti recipiunt, id non est contra hanc declarationem, quia non habent redditus necessarios ad præceptores, & scholasticos alendos.

38 Nono, administratio reddituum, & immobilium bonorum Collegiorum Societatis IESV non pertinet ad ipsos collegiales, sed ad solum Generalem, & ad eum cui ipse commiserit. Sic habetur *4. part. const. cap. 2. §. 5. & in declar. littera C.* Vnde ad venditionem, & alienationem rei immobilis, & ad imponendum censum super huiusmodi bona, exigitur licentia Patris N. Generalis, cui soli id licet, vt constat ex *9. p. constit. cap. 3. §. 5.* & ex multis literis Apostolicis relatis in compendio nostrorum priuilegiorum *verb. alienatio*; quæ Patris N. Generalis facultas sufficit data literis patentibus.

39 Excipe tamen, nisi census imponatur ad redimendum alium, ita vt minores redditus soluat Societas; tunc enim potest hic nouus census imponi absque Generalis licentia, vt si Societas pecuniam in annuos redditus acceptam habeat cum nexu soluendi quotannis mille pro quatuordecim millibus, potest census eiusdem quantitatis accipere cum onere soluendi quotannis mille pro sexdecim, aut quindecim millibus, ad priorem redimendum. Quod in hoc tantùm abest vt grauentur Collegij bona, vt potius exoneretur Collegium tanta redditiuum quantitate, & minorem soluat. Et sic respondit Pater N. Generalis Claudius Aquauiua anno 1590. ad ea de quibus per Bæthicam prouinciam consultus est. Immo potest absque prædicta licentia census eiusdem quantitatis, ex quo totidem redditus soluat, accipere ad redimendum priorem, conueniendo tempore acceptionis ad hoc accipi; & erunt similiter obligata Societatis bona posteriori huic censui, sicut erant priori accepto cum licentia Generalis. Quia in hoc nullatenus grauantur bona Collegij, sed idem prorsus grauamen remanet, & solus creditor mutatur, qui est dans pecuniam censui; sicut in simili possessor maioratus potest ad redimendum census super bona maioratus ex regia licentia impositum, alium eiusdem quantitatis censum imponere absque regia licentia, ad redimendum priorem, quando tempore acceptionis conuenitur, vt ad effectum hunc accipiatur, & erunt in perpetuum bona maioratus eodem modo huic posteriori obligata, quo erant priori, vt optimè probat Molina *libro 1. de primog. cap. 10. numero 26. & 27.*

40 Decimò, alienare mobilia non pretiosa conceditur omnibus superioribus, auditis tamen suis consultoribus. Sic concedit Pater N. Generalis in compendio nostrorum priuilegiorum *verb. alienatio. §. 4.* vbi addit idem concedi omnibus superioribus, quando pretiosa mobilia non excedunt centum ducatorum valorem. Si verò illum excedant, modò non excedant valorem ducentorum ducatorum, conceditur solis Prouincialibus alienatio, in vtilitatem tamen domorum, aut Collegiorum: & dummodo pretium rerum ad Ecclesiam pertinentium, non nisi in ipsius Ecclesiæ ornamenta expendatur.

42 Tandem ad concedendum procuratori mandatum procuratorium non oportet Capitulum Collegij, vel domus cogere, sed solus Rector Collegij, aut Præpositus domus professæ potest illud dare, quia in nostra Societate religiosi particulares etiam domus consultores non habent ius suffragij, nec eorum requiritur consensus, sed solus Præpositi, ac Rectoris est, definire, vt habetur *9 part. constitutionum. cap. 6. §. 14.* & regula 14. officij Rectoris, & confirmauerunt expressè Pius V. anno 1568. in Bulla, quæ incipit, *Innumerabiles*, & Gregor. XIII. anno 1575. in Bulla incipienti; *Ad perpetuam rei memoriam*, ibi *sic enim in huiusmodi congregationibus peculiari, ac proprio dicta Societatis procedendi modo.* Qui modus est, vt Rector consultorum sententias audiens definiat quid expedire censuerit, vt constat ex regula Rectoris, & ex constitutione allegata.

42 An verò possit consuetudine induci, vt domus professæ habeant bona immobilia in communi, eadem est quæstio, ac de fratribus Minoribus: & idem prorsus dicendum est, quod de illis diximus cap. 25. numero 16.

* * *

CAPVT XXVIII.

Pro quibus ministeriis interdictum sit Societati IESV stipendium accipere, & an id accipere aduersetur voto paupertatis?

SVMMARIVM.

Pro quibus ministeriis religiosi Societatis IESV *nequeant stipendium accipere; & an in hoc dispensare possit Generalis? num. 1.*

An interdicatur nostris eleemosynas à recipientibus spiritualia oblatas gratis recipere? n. 2.

An liceat pro rebus necessariis, & emenda bestia ad eundem aliquò causâ exercendi ministeria spiritualia aliquid recipere, vel pro nostrorum sustentatione, qui in illis versantur? num. 3.

An possit Societas admittere obligationem dandi confessarij, concionatoris, lectoris Theologiæ, aut artium liberalium? num. 4.

An sit contra votum paupertatis in Societate promissa, recipere stipendium pro spiritualibus? Refertur quædam sententia. num. 5.

Sententia authoris. n. 6. & 7.

Quando sit parvitas materiæ recipere hoc stipendium pro spiritualibus, utrum sit mortale? n. 8.

An licitum sit stipendium hoc accipere, quando religiosus Societatis IESV *extra conventum habitat, cum licentia acquirendi pecuniæ, & conuertendi in suos vsus? numero 9.*

An si recipiat eas pecuniæ, teneatur restituere danti, vel tradere superiori? Refertur quædam sententia. numero 10.

Sententia authoris. num. 11. Et ibi, quid si sola nouitiatus votaemisit?

An si non restituat eas pecuniæ, nec tradat superiori, aut aliàs acquisitas absque licentia, & expellatur à Societate liber à votis, teneantur eas tradere, etiamsi nouitius exiuisset votis emissis? n. 12.

Quid si superior dederat licentiam acquirendi eas pecuniæ, & expendendi in proprios suos, & nondum expenderat, aut si expenderat, erat tamen sibi nouitiatus vnus ligatus? numero 13.

An religiosis Societatis IESV *licitum sit pascere, vt quis det eleemosynam pauperi, & ipsi faciant sacra? Proponuntur probantia id licere. n. 14.*

Sententia authoris. n. 15.

An possint conuenire cum clerico, vt recipiat Missas? numero 16.

An possint promittere sacra iis, qui liberaliter pecuniæ illas dederunt, vel quando liberaliter fecerunt sacra, possint pecuniæ liberaliter datas recipere? n. 17.

An possint religiosi facere sacra ad quæ ex testamento hæredes tenentur, aut capellani ex suis capellaniis, aut confratrumtues, aliæve loca pia tenentur ex onere sibi iniuncto, ita vt pecuniæ in hoc expendendas sibi retineant? n. 18.

An si executores testamenti velint, eas pecunias sibi retinere, aut clerici primati, qui pecuniæ ad hoc receperit, possit religiosus Societatis IESV *ea sacra facere? numero 19.*

An si hic religiosus ea sacra faciat, maneatne liberi à restitutione? n. 20.

An religiosus Societatis possit facere sacra, ad quæ aliqui ex voto tenentur, sine promisserint stipendium dare, sine non? remissiuè. n. 21.

An indiscretam licentia præditi religiosi, vt sacra ab hæredibus, capellanis, operibus pijs, & ex voto debita faciant? numero 22.

An si religiosus Societatis IESV *ante ingressum recepe-*

rit stipendium pro sacris faciendis, nec fecit, possit religiosus iam factus illa sacra facere, tenetque illa præferre aliis, quæ in religione iniunguntur, & possint alij religiosi Societatis eum adiuuare ea sacra faciendo? numero 23.

Quid si clericus secularis recipit stipendium pro sacris, nec possit illa facere, nec stipendium restituere? numero 24.

An si religiosus factus recepit stipendium pro sacris faciendis, & illud consumpsit, nec sit soluendo possit hæc sacra facere? num. 25.

HAc in re præmittendum est, pro quibus ministeriis nequeant religiosi Societatis IESV stipendium accipere: deinde difficultates aliquas circa hanc prohibitionem tractabimus. Et quidem pro ministeriis spiritualibus, quæ Societas exercere potest, interdicitur cuicumque illius religioso stipendium aliquod accipere, vt constat ex *examine. c. 1. §. 3.* ibi; *Ad hunc finem multis consequendum tria vota in ea, obedientiæ, paupertatis, & castitatis emittuntur. Sic paupertatem accipiendo, vt nec velit, nec possit reditus vllos ad suam sustentationem, nec quidquam aliud habere. Quod non tantùm in particulari de vnoquoque, sed etiam de Ecclesiis, & domibus Societatis professis est intelligendum. Nec etiam, quantumuis aliis sit licitum, pro Missarum sacrificiis, vel prædicationibus, vel lectionibus, vel vllius Sacramenti administratione, vel quouis alio pio officio ex eis, quæ iuxta suum institutum Societas potest exercere, stipendium vllum, vel eleemosynam, quæ ad compensationem huiusmodi ministeriorum dari solet, ab alio, quàm à Deo possunt admittere.* Idem interdicitur *6. part. constitutionum. c. 2. § 7. & in declarationib. littera G. & part. 10. §. 1.* Quod adeò interdicitur, vt nec ipsi Præposito generali Societatis in hoc dispensare integrum sit, vt expresè habetur in §. Congregatione generali Societatis IESV. canone 1.

1

Hinc deducitur primò, non interdici eleemosynas aliquas accipere, quas recipientes à nostris spiritualia, vt quibus ministrantur Sacramenta, vel pro quibus sacra fiunt, &c. elargiuntur nostris liberaliter, & in signum gratitudinis, quamuis ea spiritualia non recipientes minimè elargirentur: quia cùm hæ eleemosynæ ex nullo inito pacto, nullaque obligatione, sed ex mera gratitudine, & liberalitate conferantur, nullam compensationis, aut stipendij pro spiritualibus receptis rationem inducunt. Et sic habetur *6. parte constit. c. 1. §. 6. & in declarationib. litt. G.* & constat in verbis examinis citatis num. præcedenti, vbi solæ eleemosynæ interdicuntur, quæ in stipendium, aut compensationem spiritualium dantur.

2

Secundò deducitur, non interdici recipere aliquid ex pacto pro emendis equo, ac aliis necessariis ad eundum aliquò causâ exercendi ministeria spiritualia, vel pro sustentatione religiosorum Societatis IESV, qui in illis ministeriis versantur, quia expensæ hæ non petuntur pro rebus ipsis spiritualibus, sed tantùm petuntur pro requisitis ad spiritualia exercenda. Constat ex praxi Societatis; solet enim petere reditus necessarios ad fundanda Collegia, in eisque disciplinas docendas, & sustentationem eorum qui in missionibus versantur.

3

Tertiò deducitur, non integrum esse nostris aliquam Collegij dotationem admittere, per quam ad eundum concionatorem, aut confessarium, aut aliquem Theologiæ lectorem Societas obligetur, nisi quando hæc obligatio docendæ Theologiæ non esset principalis, sed accessoria admissioni alicuius Vniuersitatis; quippe Societas Vniuersitatem aliquam admittens, potest ex consequenti obligari ad ordinarias illius lectiones, quamuis inter illas aliquæ Theologiæ essent. Sic habetur 4. *parte constitut. cap. 7. §. 3. conclusa declarat.*

4

declarat. littera E. vbi duo animaduertenda sunt. Prius est, ex illius contextu colligi non posse vt obligatorium, & tanquam pertinens ad Societatis paupertatem, non admittere obligationem dandi concionatoris, confessarij, aut lectoris Theologiæ, sed vt melius, magisque conducens ad Societatis finem, qui est gratis dare spiritualia. Constat ex verbis illius constitutionis ibi; *Non canonici*, &c. Item, quia aliud est recipere pro spiritualibus, & aliud pro obligatione assignandi certi ministri ad spiritualia conferenda: nam absque simoniæ labe non potest pretium pro spiritualibus recipi; at potest vtique pro obligatione ministrandi spiritualia in aliquo oppido. Posterius est, non interdici in ea constitutione admittere Societatem obligationem docendi Grammaticam, & alias artes liberales; & ita quotidie admittit huiusmodi obligationes.

5 His præmissis, difficultates aliquæ circa hanc constitutionem disputandæ sunt. Prima difficultas est, an recipere aliquid pro ministeriis spiritualibus sit contra votum paupertatis in Societate IESV promissæ, non solùm sit contra eius constitutiones? Quod magni momenti est scire; quippe si solùm sit contra constitutiones, cùm illæ ad culpam non obligent, nulla videtur culpa id stipendium recipere ex superioris licentia, cùm sola constitutionis ad nullam culpam obligantis transgressio adsit. Si verò id voto paupertatis opponatur, cùm huius transgressio sit mortalis, erit quoque mortale id stipendium accipere. Aliqui viri docti è Societate sentiunt hoc non aduersari voto paupertatis, sed ad solam maiorem ipsius perfectionem spectare. Ducuntur, quod id stipendium recipere non aduersetur ex se paupertati, nec ex vi voti comprehendatur sub voto paupertatis, cùm cæteræ religiones paupertatem voueant, & licitè id stipendium recipiant: nec etiam ex vi constitutionis comprehendatur sub voto paupertatis, quia hæc intentio nusquam apparet. Nec obstat *in examine. cap. 1. §. 3.* dici hanc esse paupertatem, quam profitetur Societas IESV, vt non recipiat stipendium pro spiritualibus: nam vel intelligitur hanc esse paupertatem iuxta constitutiones, ita vt non amplius obliget, quàm ipsæ obligant; & cùm ipsæ ad nullam culpam obligent, nec illa obligabit ad culpam: vel intelligitur non de ipsa paupertate essentiali, quam ipsa Societas vouit, sed de paupertatis perfectione, quæ non cadit sub voto. Quæ quidem expositio probari potest ex constitutionibus. *parte 10. §. 5.* vbi huiusmodi paupertas tanquam cadens sub consilio videtur proponi, ibi; *Refert plurimum ad conservationem*, &c. & clarius in quinta Congregatione generali canone 1. Vbi Congregatio vehementer omnibus commendat exactissimam illius gratissimæ constitutionis obseruationem, tanquam ad maiorem ædificationem, & paupertatis nostræ sinceritatem, ac puritatem retinendam pernecessariam, quæ habetur *in examine. cap. 1. §. 3. & p. 6. cap. 1. §. 7.* ne pro ministeriis Societatis stipendium, vel eleemosyna vlla in compensationem admitti possit.

6 Cæterum multo verius est, paupertatem hanc comprehendi sub voto, & ideo esse mortalem voti illius transgressionem, accipiendo stipendium pro rebus spiritualibus. Ducor, quod *in examine, cap. 1. §. 3.* cuius verba retulimus numero 1. ferè expresè hoc dicatur; cùm enim asseratur ibi tria substantialia vota emitti in Societate, obedientiæ, paupertatis, & castitatis, statim deuenitur ad paupertatem sub eo voto comprehendam declarandam: decisuque sic paupertatem accipiendam, vt nec domus professa, nec eius Ecclesia possit reditus vllos habere, nec etiam possint religiosi Societatis stipendium aliquod pro rebus spiritualibus recipere. Quæ verba neutram prioris sententiæ expositionem possunt admittere. Non priorem, quia constitutiones Societatis IESV non obligant ad culpam, nisi quatenus continent vota Societatis. Hæc autem constitutio continet votum paupertatis, & plicant qualiter ea intelligatur, dum iuxta constitutiones promittitur. Nec etiam posteriorem, quia cùm dicatur ibi sic paupertatem promissam accipiendam, non possunt ea verba intelligi de sola paupertatis perfectione non cadentis sub voto: falsum enim esset dicere, sic paupertatem promissam accipiendam, cùm paupertas promissa sit illa sola quæ sub voto cadit. Rursus, quia ibi duo affirmantur comprehendi sub illa paupertate. Prius est, ne domus professæ redditus habeant. Posterius, quod cum dictione (*etiam*) quæ continuatiua est, & sub eodem prorsus verborum tenore, subiungitur, ne Societas pro rebus spiritualibus stipendium accipiat. Sed prius apertè cadit sub paupertatis voto: ergo & posterius. Quippe ineptè, & valde æquiuocè, magnamque errandi occasionem præbendo coniungerentur hæc duo cum dictione continuatiua, ac eodem verborum tenore, quæ tam disparia essent inter se, vt alterum ad essentialem voti paupertatem sub mortali obligatione pertineret; alterum autem ad eius perfectionem sub solo consilio secundam. Nec obstat paupertatem hanc in aliis locis allegatis commendari tanquam valde necessariam ad maiorem ædificationem, quia commendatio hæc indifferens est ad res consilij, & ad res præcepti: quare non arguit paupertatem hanc esse sub solo consilio; nam eodem modo posset commendari exacta voti paupertatis obseruatio, tanquam pernecessaria ad ædificationem, & bonum Societatis nomen conseruandum. Et ideo hanc partem sustinent viri Societatis IESV doctissimi, & vltra illos Nauarra *libro 5. de restitutione, cap. 1. parte 5. dubio 2. in nona editione, numero 170.* Manuel *quæstionum regul. tomo 1. quæstione 29. articulo 13.* Quare male hoc limitauit 2. *tomo summæ, cap. 51. numero 8.* dicens hoc habere verum, si edens constitutionem illam haberet intentionem obligandi sub mortali, quia hoc nihil est dicere; cùm tota hæc difficultas contendat, an constitutio illa exprimat in hoc paupertatem sub voto cadentem, & proinde obligantem sub mortali. Atque eiusdem sententiæ est apertè Henriquez *libro 9. de Euchariſtia, cap. 22. numero 3. in commento, littera P.* ait enim esse mortale: & licèt non explicet esse contra votum paupertatis, vt refert pro se Petrum Nauar. hic allegatum, qui dicit esse contra paupertatis votum; nec alia ratione posset esse mortale, immo nec veniale, cùm constitutiones extra vororum materiam ad nullam culpam obligent.

7

Quicquid tamen sit de his opinionibus, etiam si priorem amplectamur, existimo esse necessario discendum, alia via esse peccatum mortale contra paupertatis votum, recipere in Societate IESV stipendium illud pro rebus spiritualibus absque Romani Pontificis facultate, vel Congregationis generalis Societatis. Quia quæcumque pecuniæ acceptio absque facultate superioris potentis eam facultatem concedere, est contra paupertatis votum, cùm perinde sit recipere absque licentia, ac recipere absque licentia potentis eam concedere. At nullus alius superior Societatis potest hanc licentiam concedere, vt dicitur in quinta Congregatione generali Societatis IESV. canone 1. Ergo quæcumque alia via stipendium hoc accipiatur, erit contra paupertatis votum, tanquam quid temporale acceptum absque licentia veri superioris eam dare potentis.

Verabitur in hoc discrimen, quia si dicamus iuxta nostram posteriorem sententiam, esse eam stipendij acceptio

ceptionem contra paupertatis votum in Societate promisse, quasi hæc paupertas specialiter promittatur, tunc paruitas materiæ ad excusandum à mortali non est spectanda ex paruitate rei temporalis acceptæ in stipendium, non enim ex ea prouenit hæc culpæ ratio, sed quia accipitur pro re spirituali: sed mensiranda est ex paruitate rei spiritualis, vt si pro minima oratione dicenda hoc stipendium receperetur, esset leuis materia, & ideo sola venialis receptio ex hac parte. Si verò res spiritualis sit grauis momenti, vt facere sacrum, audire confessionem, recipere stipendium esset mortale contra id votum, quamuis stipendij quantitas, qualis communiter est quæ datur pro vno sacro faciendo, non esset sufficiens ad peccatum mortale constituendum, si pro alia re, aut gratis absque licentia reciperetur. Quamuis adeò exiguum esse stipendium posset, vt eius receptio reputaretur quasi nihilum, & sic non constitueret mortalem stipendij receptionem, sed venialem. At si dicamus esse solùm mortalem hanc receptionem, eo quod sit receptio pecuniæ absque legitima superioris licentia, commensurandæ erit hæc quantitas quoad paruitatem, & magnitudinem, vt vel sic mortale iudicetur, aut veniale ex quantitate stipendij recepti, eo prorsus modo quo quælibet alia pecunia recepta absque superioris licentia, iudicaretur magna, vel parua ad constituendum mortale, vel veniale. Quod si dicas, iuxta priorem dicendi modum non posse dari paruitatem materiæ, sicut non datur in simonia, quippe mortalis simonia est recipere quantumuis paruum pretium pro re spirituali, quantumuis modica, eo quod huius vitij malitia ex rei spiritualis venditæ iniuria spectetur. Si ergo violatio voti paupertatis consurgat stipendio recepto pro re spirituali, nequibit similiter paruitas materiæ dari. Sed respondeo, longè diuersam esse rationem, quod per simoniam grauissima inferatur iniuria rei spirituali, eam æstimando pretio, quæ nullo æstimabilis est. Et ideo cùm magnitudo huius iniuriæ inueniatur in quacumque re spirituali, & quocumque pretio, non datur paruitas materiæ. At recipiendo stipendium sustentationis pro re spirituali, nulla ibi irrogatur iniuria, vtpote quod secluso contrario voto licitè recipi posset, sed peccatum est ea receptio ratione voti paupertatis, quo religiosi Societatis Iesv astringuntur. Cùm ergo in omni voti transgressione possit dari paruitas materiæ, poterit quoque dari in hac. Atque ideo dari materiæ paruitatem affirmat Henriquez *libro 9. de Eucharistia, cap. 22. num. 3 in commento, littera P.*

9 Hinc deducitur, nec licitum esse religioso Societatis Iesv, quamuis ex legitima licentia extra religionem habitet, cum facultate acquirendi pecunias, & conuertendi in vsus necessarios, recipere stipendium pro sacris faciendis; sed id esse contra votum paupertatis, quia ea licentia acquirendi pecunias intelligitur modo Societati permisso, qualis non est hic: nec superior potest ad hanc pecuniæ acquisitionem licentiam concedere, quamuis expressè id velit, vt diximus numero 7. & sic expressa licentia minimè releuaret ab hoc peccato. Et ideo à fortiori non est præsumendum, hanc licentiam concedi in ea generali licentia acquirendi pecunias. Et sic docent Nauarra *libro 5. de restitutione, cap. 1. parte 3. dubio 2. in nona editione, à numero 171. vsque ad 175.* Manuel *quæstionum regal. tomo 3. quæstione 29. artic. 13. & tomo 2. summæ. cap. 31. num.* 8.

10 Secunda difficultas est, an si prædicti religiosi stipendium accipiant pro rebus spiritualibus, vt pro sacris faciendis, teneantur id restituere? Quidam censent minimè teneri, sed posse expendere in proprios vsus, si licentiam superioris habeant ad aliqua sic expendenda: quod si ea licentia careant, teneri ea superiori tradere, sicut alia per ipsos acquisita. Ducuntur, quod acceptio hæc non opponitur iustitiæ, ex cuius sola violatione consurgit restituendi nexus, cùm sacra illa à religiosis facta id stipendium mereantur: sed sola est obligatio voti, cuius transgressio peccatum mortale est, at non obligat ad restituendum; tenentur autem, quando licentiam expendendi non habent, tradere superiori, non lege iustitiæ, sed voti, quo astringuntur ad nihil retinendum, vel expendendum absque superioris licentia. Sic Nauarra *eodem. cap. 1. parte 3. in nona editione. numero 179. & 180.* Henriquez *libro 9. de Eucharistia. cap. 22. numero 3. in commento. littera P.* & priorem partem, nempe, hos non teneri restituere, docet Manuel *eodem cap. 31. numero* 8.

11 Verum dicendum est, hos non teneri restituere, loquendo de restitutione propriè, & in rigore, quia hæc ex sola iustitiæ violatione oritur. At non possunt expendere in alias res, in quas expendendi pecunias licentiam habebant, nec tradere superiori, sed tenentur reddere danti. Ratio est, quia nec superior potest accipere pecunias, sic contra Societatis institutum, & votum paratus, nec Generalis licentia expendendi ad has extenditur. Quare voluntas interpretatiua est, vt hæ reddantur danti, vt vel sic satisfiat voto, & instituto faciendi gratis sacra. Quod si contraria esset voluntas superioris: at voluntas debita est, & conformior constitutionibus, & voto, in quibus ipse dispensare nequit, vt reddantur danti, & sic necessario reddendæ sunt, velit, nolit superior. Præterea, quia sicut qui promisit Deo se gratis pro pauperibus patrocinaturum, & pretium recipit, tenetur pretium reddere, non ex lege iustitiæ, & via restitutionis, sed ex voti obligatione, quod adhuc impleri potest; reddito enim pretio danti, patrocinium fit gratis, sicut votum obligat: sic religiosi Societatis Iesv cùm voto paupertatis astringantur exercere gratis ministeria spiritualia, si pretium recipiant, manent astricti eo voto ad reddendum danti pretium, cùm adhuc votum implere possint, reddito enim danti pretio, verè gratis exercebunt. Atque idem intelligo, si hic solis nouitiatus voris in Societate ligatus esset, ob rationem numero sequenti fine tradendam.

12 Sed maior difficultas est, si religiosus hic non reddat eas pecunias danti, & postea dimittatur è Societate à votis absolutus, an teneatur adhuc reddere danti? Et similis difficultas est, si absque licentia donatione aliqua acquisiuit in religione pecunias etiam animo acquirendi earum dominij, an teneatur expulsus à Societate, & sic liber à votis, eas superiori reddere? Videtur enim ad neutrum teneri, quia ad neutrum obligatus est iustitiæ lege, sed voti; hæc autem iam extincta est. Sed existimo in vtroque casu teneri, in priori reddere danti, in posteriori autem reddere superiori. Ducor, quod cessatio illa obligationis votorum fit quoad futura, non tamen quoad præterita ex voto debita: at ex voto debebat ille vtrumque non obstante peccato, quod contra illud admisit, vt diximus n. præcedenti. Ergo ea voti obligatio adhuc manet, sicut siquis voueat se non lusurum sub pœna largiendi pauperibus, quoties luserit, centum aureos; & postquam aliquoties luserit, impetrauit voti dispensationem, tenetur quidem ad quantitatem ex voto debitam, quoties luserat, quia absoluta illius voti dispensatio tantùm extenditur ad obligationem futuram. Atque idem dicerem, etsi ille emisisset

emisisset votum tempore nouitiatus, & adhuc tempore nouitiatus exiret. Quia quoad substantiam voti paupertatis est idem cum voto paupertatis post biennium emisso, & solùm differt, quod per vota emissa tempore nouitiatus nullum ius pascendi acquirit Societas, at acquirit postea.

13 Quod si superior concesserat licentiam acquirendi eas pecunias, ac expendendi in proprios vsus, adhuc existimo teneri hunc à Societate expulsum reddere danti in eodem priori casu. Quia nequit eam licentiam concedere, & sic perinde est, ac si non concessisset. In posteriori autem casu existimo teneri dare superiori, si nondum eas expendit, vel si expendit, & res, in quam expensæ sunt, extat, teneri rem illam extantem ei dare. Quia ea licentia fuit ad expendendum in religionis vtilitatem, qualiter non expenditur eo egresso è Societate. Hinc tamen exciperem, si non fuit licentia ad expendendum in vtilitatem Societatis, vt si fuit ad dandum consanguineo pauperi, vel aliis pauperibus; tunc enim non teneretur dare superiori, sed eisdem quibus dandæ erant. Nullum enim ius sibi retinendi comparauit. Atque idem credo, etsi ille ea vota tempore nouitiatus emisisset, ob rationem num. præcedenti in fine traditam.

14 Tertia difficultas est, an religiosis Societatis Iesv integrum sit inire cum aliquo pactum faciendi sacra pro illo cum onere, vt stipendium det pauperibus, vel cuicumque alij; vel pacisci cum aliquo, vt sacra facienda capiat, sibique stipendium retineat, & ipsi sacra faciant, vel facere sacra in testamento relicta, vel ad quæ capellani tenentur, vel confraternitates aliquæ, locaue pia, quæ cum onere faciendi aliquot sacra, redditus aliquos annuos accepêre, vel ad quæ aliqui ex voto tenentur? Et videtur in omnibus his casibus id integrum esse religiosis Societatis Iesv: quippe nullum stipendium ipsi recipiunt, quod solùm est ipsis interdictum.

15 Prima tamen conclusio sit. Contra votum paupertatis est, si religiosi Societatis Iesv pactum ineant cum aliquo, vt stipendium det consanguineo pauperi, vel cuicumque alij, & ipsi faciant sacra. Quia reuera pecunias illas suo sacro sibi acquirunt, & dant pauperi illi, & ita non possunt dici gratis facere sacra illa, quod constitutiones Societatis, iuxta quas paupertas vouetur, petunt. Et ita docent Nauarra *libro 3. de restitut. cap. 1. part. 3. dub. 2. in nona editione. num. 170.* Manuel *qq. reg. tom. 3. quæst. 29. art. 13. & tom. 2. summæ. cap. 31. num.* 3. quamuis in hoc posteriori loco cum limitatione, quam num. 6. improbauimus. Immo duplici nomine peccant hi contra paupertatis votum, altero, quia recipiunt stipendium pro sacris, altero verò, quia absque licentia in alium transferunt.

16 Secunda conclusio. Idem prorsus est dicendum, quando hi cum quodam conuenirent, vt reciperet sibi, vel alij stipendium pro sacris faciendis, & ipsi faciant, quia eadem ratio conclusionis præcedentis militat, cùm hi reuera suo sacro stipendium illud alteri dandum acquirant.

17 Tertia conclusio. Si alter liberè pecunias aliquas religioso Societatis elargiretur, non esset voti paupertatis hic liberaliter promittendo sacra, quia reuera gratis dantur, & absque aliqua ab altero obligatione imposita. Sic Nauarr. *num. 171. & Manuel eodem art. 13.* allegati num. 16. Et eadem ratione si absque pacto religiosus Societatis Iesv promitteret liberaliter alicui sacra, & ille in signum gratitudinis liberaliter largiretur illi aliquam eleemosynam, nullam imponendo obligationem, sed merè gratis, liceret recipere; quia eadem militat ratio. Sic Manuel 2. *tomo summæ. c. 31. n. 8.*

18 Quarta conclusio. Possunt religiosi Societatis Iesv facere sacra gratis, quæ in testamento facienda relicta sunt, etiamsi testator iuberet eleemosynam consuetam dari, & similiter sacra ad quæ capellani ratione capellanizarum tenentur, & ad quæ confraternitates, vel alia loca pia tenentur quotannis facienda, ob annuos redditus illis cum eo onere relictos; quamuis hæredes, & capellani illi, & loca pia pecunias illas in hoc expendendas sibi retineant, dummodo religiosi hi nullum stipendium pro his sacris recipiant, nec paciscantur, vt aliis detur. Ratio est, quia hæredes illi, capellani, & loca pia non acquirunt dominium illius pecuniæ, ratione horum sacrorum, sed ratione tituli hæreditarij, legatarij, aut capellaniæ, & solùm virtute eorum sacrorum eximuntur onere illis titulis annexo faciendi ea sacra, & sic merè gratis ea fiunt, quamuis per accidens alij eximantur obligatione pecunias expendendi, vt illa fiant. Et confirmatur, quia religiosis Societatis Iesv integrum est concionari, quamuis concionibus illis sit destinata eleemosyna à testatoribus, vel ab aliis, qui festa aliqua cum concione habenda instituerunt, dummodo religiosi hi stipendium illud non capiãt; quod quotidie in Societate fit. Ergo idem dicendum est de sacris, quia non minus interdictum est pro concionibus, quàm pro sacris stipendium recipere. Nec obstat testatorem iussisse dari stipendium, siue solitum, siue solito maius pro illis concionibus, aut sacris, quia re vera prima, & per se testatoris intentio est, vt sacra illa, vel conciones fiant; & accessoria, & per accidens est iussio retributionis stipẽdij, siue ordinarij, siue maioris. Quare inuento gratis faciente sacra, vel conciones, eximuntur ab ea eleemosyna danda tanquam accessoria, & onere iniuncto principali obligationi; & ita sensêre doctissimi viri Societatis à me consulti. 19

Quinta conclusio. Si tamen executores testamenti peterent à religioso Societatis Iesv, vt ea sacra faceret, quò ipsi eas pecunias sibi retinerent, non existimo esse integrum huic religioso ea facere, sed esse contra votum paupertatis. Atque idem credo quando clerici priuati pecunias ad Missas faciendas reciperent, ac peterent à religioso Societatis Iesv, vt eas faceret. Quia cùm nec executores illi, nec clerici ius aliquod, aut titulum habeant eas pecunias sibi comparandi, nisi mediantibus sacris factis per hunc religiosum, hæc sacra ius illud, & titulum retinendi conferunt; ac proinde idem est, ac si religiosus ille stipendium illud acciperet, & illis daret. Sicut si in fauorem mercede conducti ad portandas Hispalim literas, quispiam eas portaret gratis, censeretur eam mercedem suo labori debitam, ac eo solo partam, sibi acquirere, & donare illi conducto. 20 Vide tamen limitationem huius num. 14.

Sed dubium esse potest, an si religiosus Societatis Iesv faciat ea sacra, quæ hucusque diximus eum non posse facere ratione stipendij ab alio ob ea accepti, possit alius tuta conscientia id stipendium retinere. Et videtur posse, quia suo intuitu sunt reuera facta illa sacra stipendio accepto debita. Sed existimo sic distinguendum: aut religiosus Societatis Iesv ignorat stipendium illud pro eis Missis recipi, & tunc censeo non posse alterum tuta conscientia retinere, quia id stipendium acquirere non potest, nisi ex intentione faciendi sacrum, in illius stipendij compensationem, quia gratuita donatione non fit solutio rei debitæ; at religiosus Societatis Iesv tantùm abest vt velit suo sacro stipendium alicui acquiri, peccans contra suum paupertatis votum, vt potiùs præsumatur oppositum velle; & sic contra eius voluntatem acquiretur eius stipendium. Si autem sciat id stipendium recipi; at ignorat sibi interdictum esse facere sacrum, vt alter id stipendium recipiat, existimo quoque alterum retinere non posse. Quia quod ex ignorantia, & errore procedit, est inuoluntarium, & sic non censetur id velle, vt peccans contra suum votum acquirat alteri stipendium. Si autem sciret se peccare, & adhuc fecit illa sacra, si religiosus ille solis biennij votis ligatus sit, potest alter tuta conscientia stipendium retinere, quia cùm hic solo voto simplici pauper, sacris

tatis ligatus sit, fuit capax illius stipendij sibi acquirendi, & transferendi in alium; quamuis in vtroque contra votum paupertatis deliquerit, vt diximus num. 15. nec iniuriam irrogat danti pecunias, nec superiori religionis, cùm illi non teneretur illas tradere, vt diximus num. 11. Et quamuis ibi dixerimus teneri reddere danti, id tamen est ex sola lege voti, quæ non impedit translationem dominij in alterum. Si autem ille religiosus professus, aut coadiutor formatus sit, existimo alterum non posse tuta conscientia retinere, quia acquirit ex huius tacita acceptatione, & donatione illi facta, vt diximus num. 15. At religiosi hi sunt incapaces dominij acquirendi, & transferendi in alterum. In omnibus autem his casibus, in quibus diximus alterum non posse tuta conscientia id stipendium retinere, debet illud in alia sacra expendere, vel danti reddere.

21 Vtrùm autem religiosi Societatis IESV possint facere sacra, ad quæ aliqui ex voto tenentur, siue promiserint stipendium dare, siue non, diximus *libro 4. huius tractatus c. 11. n. 55.*

22 In omnibus autem casibus, in quibus diximus posse religiosos Societatis IESV facere sacra, siue voto ab aliis promissa, siue debita ab hæredè, vel opere pio, vel capellano, nulla superioris licentia indigent, vt faciant ea sacra. Ratio est, quia integrum est illis, sacra quæ supersunt factis illis ad quæ religionis instituto obligantur, offerre pro quocumque, nulla superioris licentia petita.

23 Quarta difficultas est, an si quisquam ad Societatem admittatur aliquo sacrorum onere grauatus, quæ omiserat, stipendio pro illis recepto, possit religiosus iam factus facere, & reliqui religiosi adiuuare ea sacra facientes? Et quidem si adhuc sit nouitius, nec votis ligatus, non dubitarem, quin possit, & teneantur ea sacra facere, cùm adhuc nullum impedimentum habeat. Difficultas autem est, postquam votis ligatus est, siue nouitij, siue biennij, siue solemnibus. P. N. Generalis Claudius Aquauiua consultus de hac re respondit, hos eo sacrorum onere grauatos non esse admittendos in Societatē, donec suæ obligationi satisfecerint, nisi magnis dotibus perditi sint, & tunc si soluendo stipendium sint, clericis secularibus, vt faciant ea sacra, esse vtique soluendum, quod si soluendo non sint, posse illos ea sacra facere, & inter cæteros Societatis religiosos eadem facienda distribui per superiores. Hæc P. N. Generalis; & addo teneri hunc ea sacra facere, quia non potuit voto se obligare in præiudicium obligationis ex iustitia priùs ortæ, & credo teneri postponere Missas, quæ ex nostri institutio obligatione fiunt à nostris, quia illæ omnes ad nullam culpam obligant, vt dicemus numero 30. & obligatio iustitiæ præponenda est, eo vel maximè, quod ille religiosus fuerit in mora obligationi huic iustitiæ satisfaciendi.

24 Ex hac declaratione deducitur, integrum quoque esse nostris facere sacra, ad quæ clerici priuati stipendio iam recepto tenentur, quæ ipsi clerici facere nequeunt, nec stipendium vt alij faciant, habent, eo quod plurima sint, & si quotidianum Missæ stipendium non recipiant, carent victu. Constat, quia ea declaratio Patris N. Generalis non est dispensatio, cùm ipse dispensare nequeat ne nostra sacra gratis omnino fiant; sed verè declarat censeri sacra gratis fieri, quando est moralis impossibilitas dandi stipendij, vt illa fiant, propter paupertatem obligari ad illam, nec illud stipendium receptum potest moraliter restitui.

25 Sed quid si religiosus Societatis IESV stipendia pro Missis faciendis recepit, & illa expendit, nec est soluendo, an possit illa sacra facere? Et quidem si cùm adhuc esset nouitius, & nondum votis ligatus, recepit id stipendium, dicendum est prorsus idem quod diximus num. 23. de receptis ab ipso dum esset secularis. Quia cùm tunc non sigetur vllis Societatis statutis, est perinde ac si esset secularis. Sed difficultas consistit, quando iam vota emiserat, siue tempore nouitiatus, siue postea, & ideo ratione voti paupertatis tenetur ad sacra facienda. In quo euentu existimo nouitium illum teneri ea sacra facere. Quia iam non facit, vt stipendium nouum acquirat, sed vt satisfaciat obligationi ex iustitia contractæ, cui aliter non est satisfaciendo: nam si bona haberet, ex quibus satisfaceret, teneretur illud stipendium reddere danti, aut alij sacerdoti facturo sacra. Et existimo hunc teneri ea sacra præferre aliis, ex religionis nostræ præscripto faciendis, ob rationem traditam numero 23. Potuit enim validè hanc obligationem in se suscipere, & præiudicare Societati, quamuis illicitè contra vota fecerit, cùm per illa nullum prorsus ius Societas in eius voluntatem acquisierit. Si verò ea sacra recepit post vota biennij à se emissa, existimo quoque teneri ea facere, postquam tamen satisfecerit Missis ex nostræ religionis instituto à se faciendis, & posse ea sacra inter reliquos nostræ Societatis distribui. Ducor vt existimem illum posse, & posse inter nostros distribui, ex dictis num. 23. & 24. Quia non est nouum stipendium acquirere, sed liberari obligatione, qua moraliter est impossibile aliter liberari, & est sicut adiuuare clericum pauperem Missis onerarum. Vt autem teneatur, ducor, quia religiosus malè recipiens, & expendens pecunias alienas, tenetur lege iustitiæ satisfacere eo modo quo satisfaciendo fuerit, vt diximus suprà. At hic potest ea sacra facere, quibus prædictæ obligationi satisfaciat; ergo tenetur. Ducor etiam ad sentiendum has Missas postponendas esse iis, quæ ex religionis præscripto faciendæ sunt, quia cùm per ea vota ius acquisierit Societas in eius religiosi voluntatem, non potuit huic iuri contracto à se inito derogare.

CAPVT XXIX.

Qualiter regularis capax sit beneficij, aut pensionis, & qualiter beneficia vacent, pensionésque extinguantur religionis professione.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputanda sint. n. 1.
An beneficia vacent professione religionis? n. 2.
An vacent nouitiatu, & quid de fructibus tunc perceptis faciendum; & an vacent votis biennij, aut coadiutorum formatorum in Societate IESV? remissiuè. n. 3.
An vacant beneficia ingredientis religionem, vt sit illius conuersus? n. 4.
An vacent beneficia professione equitum militarium? n. 5.
Quis dispensare valeat cum religioso, vt retineat beneficium, quod ante professionem habebat? n. 6.
An si dispensetur cum religioso, vt obtineat beneficium aliquod, possit obtinere, si sibi conferatur beneficium antea à se possessum, quod ratione professionis vacarat; vel si esset eius generis, vt posset sibi post professionem absque dispensatione conferri, posset absque dispensatione illud sibi collatum acceptare? n. 7.
An pensiones extinguantur professione, sicut & beneficia? numero 8.
Quid si professio sit equitum militarium? n. 9.
Quid de votis biennij, aut coadiutorum formatorum Societatis IESV? n. 10.
Post numerum 10. inuenies alia disputanda summaria.

SEXTVPLEX est quæstio disputanda. Prima. An beneficia antea habita vacent, pensionésque extinguantur professione? Secunda. Quando dicatur beneficium regulare, & quando seculare. Tertia. An religiosus sit incapax vtriusque beneficij, siue id sit simplex, siue curatum, siue Episcopatus, aliaue dignitas, & quid de pensione? Quarta. Qui comprehendantur nomine religiosorum in hac prohibitione. Quinta. An beneficium, vel pensio semel religioso collata possint illi per suum superiorem auferri? Vltima. An beneficium seculare possit per Episcopum vniri loco religioso, & illius iam vniti sit capax regularis?

2 QVÆSTIO prima. An beneficia antea habita vacent, pensionésque extinguantur professione? Certum est quæcumque beneficia antè habita vacare professione religionis tacita, vel expressa. Constat ex *cap. beneficium, de regularib. in 6.* vbi deciditur, beneficia ingredientis religionem conferenda non esse ante professionem tacitam, vel expressam. Ergo à contrario sensu possunt conferri statim, ac nouitius profiterur. Huius autem vacationis duplicem assignat rationem Staphyleus *de literis gratis, tit. de variis modis vacationis, in secto vacationis modo. num. 1. & duplici sequenti.* Prior est, quod beneficium dicatur proprium habentis illud, ab illóque possideri. *cap. si tibi absenti, de prebendis, in 6.* at religiosus nil possidere, nilque proprium habere potest. Posterior, quod per professionem moriatur mundo: quare sicut morte naturali vacant beneficia, ita etiam hac morte ciuili. Sed prior ratio minimè placet, quia non est opus habere verum beneficij dominium: possessionem autem, & titulum ex superioris legitima licentia habere, non re pugnat paupertatis voto. Quare melior est posterior ratio, cui tanquam congruenti innititur decisio textus hanc vacationem inducentis.

3 Hinc fit, beneficia minimè vacare nouitiatu, vt latè diximus suprà, vbi etiam diximus quid de fructibus nouitiatus tempore perceptis faciendum, & an vacent per vota biennij, aut coadiutorum formatorum in Societate IESV.

4 Secundò fit, ingredientis monasterium, non vt fiat religiosus, sed solùm monasterij conuersus, non vacare beneficia, sed ea ab illo retineri, donec mutato animo verè profiteatur; quia interim non est verus religiosus, nec mundo mortuus. Sic Staphyleus *eodem 6. vacationis modo. num. 15.*

5 Tertiò fit, nec beneficia vacare professione equitum militarium D. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, quos vulgò Commendatores appellamus, & similium, qui non solemnem professionem emittunt. Quia non modica inter Doctores controuersia est, an hi sint verè religiosi, vt diximus *lib. 4. cap. 16. num. 11.* tum etiam, quia esto sint verè religiosi, non emittunt vota solemnia, per quæ incapaces reddantur. Atque ideo num. 15. probabo eos esse capaces beneficij secularis acquirendi, secus autem dicerem de equitibus militaribus D. Ioannis, quippe cùm illi solemnem professionem emittant, est consequenter dicendum, eorum professione beneficia vacare.

6 Quod si quæras, quis dispensare valeat cum religioso, vt retineat id beneficium; Staphyleus *in eo. 6. vacationis modo, à num. 5. vsque ad 13.* re latè disputata in eam partem inclinat, vt possit Episcopus dispensare. Ducitur, quia potest Episcopus dispensare, vt regularis licentia Abbatis præmissa ac quirat quodcumque beneficium seculare, dummodo concurrat necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ: ergo à fortiori, vt retineat, cùm multo difficilius sit de nouo acquirere, quàm acquisita retinere: multa enim retineri valent, non autem acquiri, vt constat ex *c. 1. & toto tit. de corpore vitiato.* Cæterùm hanc sententiam de solo beneficio curato admitto, cuius acquirendi dicemus esse capacem religiosum num. 35. & num. 37. At cùm beneficij simplicis acquirendi sit incapax, nisi ex Pontificia dispensatione, vt dicemus num. 75. ita & illius retinendi. Quod etiam constat, quia minus repugnat religioso pensio, quàm beneficium simplex, siquidem pensio est ius ad solam quandam partem reddituum beneficij, nec cogit religiosum exire claustro, sicut cogit beneficium. Et tamen num. 8. probabimus indigere professum dispēsatione Pontificia ad retinendam pensionem: immo, vt dicemus n. sequenti, si sit beneficium curatum, potest denuo sibi conferri post professionem absque dispensatione aliqua.

7 Hinc deducitur, non esse approbandum, quod tradunt Flaminius *de resignatione beneficiorum lib. 3. quæst. 15. num. penult.* & Maiolus *lib. 3. de regularitate. cap. 6. num. 2.* nempe dispensationem Pontificiam à professo obtentam acquirendi alienius beneficij secularis, non extendi ad beneficium antea habitum, quod per eius professionem vacabat, nisi id specialiter in dispensatione exprimatur. Ducuntur, quod vltra generalem prohibitionem, qua religiosis interdicitur habere beneficium seculare, extat specialis redeundi ad habitum beneficium ante professionem, *cap. post transactionem, de renunciatione,* & referunt pro se Innocentium, Hostiensem, & Abbatem *ibidem. num. 22.* Sed hoc approbandum minimè est, quippe nec textus, nec Doctores illi id probant; illo enim textus editus est ad explicandum Concilium generale Constantinopolitanum, quod interdicebat dimittenti Episcoparum gratiā transeundi ad religionem, ad dignitatem ita dimissam redire post professionem. Explicatque is textus id intelligi, quādo ob crimen aliquod gratiā agendæ pœnitētiæ, ea dignitas dimissa est; secus si ob alias causas. Et ideo Innocentius *ibi. num. 5.* Hostiensis *num. 7.* Ioannes Andreas *num. 9.* asserunt eam prohibitionem non extēdi ad alia beneficia Episcopatu inferiora, quod hæc ob religionis ingressum dimittere liceat, non autē Episcopatum. Abbas autem *ibi. num. 22.* tantùm dicit transeuntem ab Episcopatu ad religionem, non posse post professionem assumi etiam ad alias inferiores dignitates, eo quod præsumatur crimen. Quare cùm nec textus, nec Doctores faueant prædictæ sententiæ, immo oppositum dicant, nec alicubi reperiatur specialis illa prohibitio redeundi ad beneficiū antea habitum; sed sola generalis acquirendi beneficij secularis, non est cur dispensatio ad acquirendum beneficium seculare non extendatur ad illud. Immo si esset beneficium curatum, cùm ad acquirenda beneficia curata non opus sit dispensatione, vt probauimus suprà, consequenter dicendum est, absque dispensatione aliqua posse idem beneficium eidem religioso post professionem conferri, quia nulla extat prohibitio, vt diximus.

8 Tandem dubitatur, an pensiones extinguantur professione. Rebuffus *de pacificis possessoribus. num. 137. vers. vltima concluse*, quamuis initio dixisset pensionem extingui possessione, sicut morte naturali; at postea dicit non extingui, sed monasterium gaudere illa, dum monachus ille naturaliter vixerit, sicut nec vsusfructus antea à monacho habitus extinguitur professione. Sed Gygas *de pensionib. quæst. 17. à num. 5. vsque ad 7.* docet extingui pensionem, libertūque manere beneficium illa grauatum ab onere illius soluendæ, nisi Romanus Pontifex dispenset, vt ea pensio retineatur. Idem supponit Paulus Æmilius *in decis. Rota Romana. part. 1. decisione 223. num. 1.* vbi ait posse monachum ex dispensatione retinere pensionem: idque probat Gygas duplici ratione. Prior est, quia dum *cap. beneficium, de regularib. in 6.* dicitur beneficia vacare per professionem, beneficium accipitur largè, vt diximus suprà. At latè sumpto *beneficij* vocabulo, venit nomine illius pensio, vt latè probat idem Gygas *eodem tractatu. quæst. 18. à num. 11.* & Monaldus *cons. 159. num. 22. vol. 2.* vbi alios refert. Posterior autem est, quia beneficia vacant per contractum matrimonij, quasi assumpto statu incompatibili. Et hæc sententia est verissima in iis casibus, in quibus pensiones extinguūtur per cōtractum matrimonij, quod explicuimus *lib. 7. de matrimonio. dist. 44. à num. 2. vsque ad 7.* nempe, quando pensiones collatæ sunt titulo clericali, vt loco beneficij, quod, vel cuius ius ad rem quis resignauit, quamuis nullo spirituali onere adiecto sint constitutæ, ac si

tatis ligatus sit, fuit capax illius stipendij sibi acquirendi, & transferendi in alium; quamuis in vtroque contra votum paupertatis deliquerit, vt diximus num. 15. nec iniuriam irrogat danti pecunias, nec superiori religionis, cùm illi non teneretur illas tradere, vt diximus num. 11. Et quamuis ibi dixerimus teneri reddere danti, id tamen est ex sola lege voti, quæ non impedit translationem dominij in alterum. Si autem ille religiosus professus, aut coadiutor formatus sit, existimo alterum non posse tuta conscientia retinere, quia acquirit ex huius tacita acceptatione, & donatione illi facta, vt diximus num. 15. At religiosi hi sunt incapaces dominij acquirendi, & transferendi in alterum. In omnibus autem his casibus, in quibus diximus alterum non posse tuta conscientia id stipendium retinere, debet illud in alia sacra expendere, vel danti reddere.

21 Vtrùm autem religiosi Societatis IESV possint facere sacra, ad quæ aliqui ex voto tenentur, siue promiserint stipendium dare, siue non, diximus *libro 4. huius tractatus c. 11. n. 55.*

22 In omnibus autem casibus, in quibus diximus posse religiosos Societatis IESV facere sacra, siue voto ab aliis promissa, siue debita ab hæredè, vel opere pio, vel capellano, nulla superioris licentia indigent, vt faciant ea sacra. Ratio est, quia integrum est illis, sacra quæ supersunt factis illis ad quæ religionis instituto obligantur, offerre pro quocumque, nulla superioris licentia petita.

23 Quarta difficultas est, an si quisquam ad Societatem admittatur aliquo sacrorum onere grauatus, quæ omiserat, stipendio pro illis recepto, possit religiosus iam factus facere, & reliqui religiosi adiuuare ea sacra facientes? Et quidem si adhuc sit nouitius, nec votis ligatus, non dubitarem, quin possit, & teneantur ea sacra facere, cùm adhuc nullum impedimentum habeat. Difficultas autem est, postquam votis ligatus est, siue nouitij, siue biennij, siue solemnibus. P. N. Generalis Claudius Aquauiua consultus de hac re respondit, hos eo sacrorum onere grauatos non esse admittendos in Societatē, donec suæ obligationi satisfecerint, nisi magnis dotibus perditi sint, & tunc si soluendo stipendium sint, clericis secularibus, vt faciant ea sacra, esse vtique soluendum, quod si soluendo non sint, posse illos ea sacra facere, & inter cæteros Societatis religiosos eadem facienda distribui per superiores. Hæc P. N. Generalis; & addo teneri hunc ea sacra facere, quia non potuit voto se obligare in præiudicium obligationis ex iustitia priùs ortæ, & credo teneri postponere Missas, quæ ex nostri institutio obligatione fiunt à nostris, quia illæ omnes ad nullam culpam obligant, vt dicemus numero 30. & obligatio iustitiæ præponenda est, eo vel maximè, quod ille religiosus fuerit in mora obligationi huic iustitiæ satisfaciendi.

24 Ex hac declaratione deducitur, integrum quoque esse nostris facere sacra, ad quæ clerici priuati stipendio iam recepto tenentur, quæ ipsi clerici facere nequeunt, nec stipendium vt alij faciant, habent, eo quod plurima sint, & si quotidianum Missæ stipendium non recipiant, carent victu. Constat, quia ea declaratio Patris N. Generalis non est dispensatio, cùm ipse dispensare nequeat ne nostra sacra gratis omnino fiant; sed verè declarat censeri sacra gratis fieri, quando est moralis impossibilitas dandi stipendij, vt illa fiant, propter paupertatem obligari ad illam, nec illud stipendium receptum potest moraliter restitui.

25 Sed quid si religiosus Societatis IESV stipendia pro Missis faciendis recepit, & illa expendit, nec est soluendo, an possit illa sacra facere? Et quidem si cùm adhuc esset nouitius, & nondum votis ligatus, recepit id stipendium, dicendum est prorsus idem quod diximus num. 23. de receptis ab ipso dum esset secularis. Quia cùm tunc non sigetur vllis Societatis statutis, est perinde ac si esset secularis. Sed difficultas consistit, quando iam vota emiserat, siue tempore nouitiatus, siue postea, & ideo ratione voti paupertatis tenetur ad sacra facienda. In quo euentu existimo nouitium illum teneri ea sacra facere. Quia iam non facit, vt stipendium nouum acquirat, sed vt satisfaciat obligationi ex iustitia contractæ, cui aliter non est satisfaciendo: nam si bona haberet, ex quibus satisfaceret, teneretur illud stipendium reddere danti, aut alij sacerdoti facturo sacra. Et existimo hunc teneri ea sacra præferre aliis, ex religionis nostræ præscripto faciendis, ob rationem traditam numero 23. Potuit enim validè hanc obligationem in se suscipere, & præiudicare Societati, quamuis illicitè contra vota fecerit, cùm per illa nullum prorsus ius Societas in eius voluntatem acquisierit. Si verò ea sacra recepit post vota biennij à se emissa, existimo quoque teneri ea facere, postquam tamen satisfecerit Missis ex nostræ religionis instituto à se faciendis, & posse ea sacra inter reliquos nostræ Societatis distribui. Ducor vt existimem illum posse, & posse inter nostros distribui, ex dictis num. 23. & 24. Quia non est nouum stipendium acquirere, sed liberari obligatione, qua moraliter est impossibile aliter liberari, & est sicut adiuuare clericum pauperem Missis onerarum. Vt autem teneatur, ducor, quia religiosus malè recipiens, & expendens pecunias alienas, tenetur lege iustitiæ satisfacere eo modo quo satisfaciendo fuerit, vt diximus suprà. At hic potest ea sacra facere, quibus prædictæ obligationi satisfaciat; ergo tenetur. Ducor etiam ad sentiendum has Missas postponendas esse iis, quæ ex religionis præscripto faciendæ sunt, quia cùm per ea vota ius acquisierit Societas in eius religiosi voluntatem, non potuit huic iuri contracto à se inito derogare.

CAPVT XXIX.

Qualiter regularis capax sit beneficij, aut pensionis, & qualiter beneficia vacent, pensionésque extinguantur religionis professione.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputanda sint. n. 1.
An beneficia vacent professione religionis? n. 2.
An vacent nouitiatu, & quid de fructibus tunc perceptis faciendum; & an vacent votis biennij, aut coadiutorum formatorum in Societate IESV? remissiuè. n. 3.
An vacant beneficia ingredientis religionem, vt sit illius conuersus? n. 4.
An vacent beneficia professione equitum militarium? n. 5.
Quis dispensare valeat cum religioso, vt retineat beneficium, quod ante professionem habebat? n. 6.
An si dispensetur cum religioso, vt obtineat beneficium aliquod, possit obtinere, si sibi conferatur beneficium antea à se possessum, quod ratione professionis vacarat; vel si esset eius generis, vt posset sibi post professionem absque dispensatione conferri, posset absque dispensatione illud sibi collatum acceptare? n. 7.
An pensiones extinguantur professione, sicut & beneficia? numero 8.
Quid si professio sit equitum militarium? n. 9.
Quid de votis biennij, aut coadiutorum formatorum Societatis IESV? n. 10.
Post numerum 10. inuenies alia disputanda summaria.

SEXTVPLEX est quæstio disputanda. Prima. An beneficia antea habita vacent, pensionésque extinguantur professione? Secunda. Quando dicatur beneficium regulare, & quando seculare. Tertia. An religiosus sit incapax vtriusque beneficij, siue id sit simplex, siue curatum, siue Episcopatus, aliaue dignitas, & quid de pensione? Quarta. Qui comprehendantur nomine religiosorum in hac prohibitione. Quinta. An beneficium, vel pensio semel religioso collata possint illi per suum superiorem auferri? Vltima. An beneficium seculare possit per Episcopum vniri loco religioso, & illius iam vniti sit capax regularis?

2 QVÆSTIO prima. An beneficia antea habita vacent, pensionésque extinguantur professione? Certum est quæcumque beneficia antè habita vacare professione religionis tacita, vel expressa. Constat ex *cap. beneficium, de regularib. in 6.* vbi deciditur, beneficia ingredientis religionem conferenda non esse ante professionem tacitam, vel expressam. Ergo à contrario sensu possunt conferri statim, ac nouitius profiterur. Huius autem vacationis duplicem assignat rationem Staphyleus *de literis gratis, tit. de variis modis vacationis, in secto vacationis modo. num. 1. & duplici sequenti.* Prior est, quod beneficium dicatur proprium habentis illud, ab illóque possideri. *cap. si tibi absenti, de prebendis, in 6.* at religiosus nil possidere, nilque proprium habere potest. Posterior, quod per professionem moriatur mundo: quare sicut morte naturali vacant beneficia, ita etiam hac morte ciuili. Sed prior ratio minimè placet, quia non est opus habere verum beneficij dominium: possessionem autem, & titulum ex superioris legitima licentia habere, non re pugnat paupertatis voto. Quare melior est posterior ratio, cui tanquam congruenti innititur decisio textus hanc vacationem inducentis.

3 Hinc fit, beneficia minimè vacare nouitiatu, vt latè diximus suprà, vbi etiam diximus quid de fructibus nouitiatus tempore perceptis faciendum, & an vacent per vota biennij, aut coadiutorum formatorum in Societate IESV.

4 Secundò fit, ingredientis monasterium, non vt fiat religiosus, sed solùm monasterij conuersus, non vacare beneficia, sed ea ab illo retineri, donec mutato animo verè profiteatur; quia interim non est verus religiosus, nec mundo mortuus. Sic Staphyleus *eodem 6. vacationis modo. num. 15.*

5 Tertiò fit, nec beneficia vacare professione equitum militarium D. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, quos vulgò Commendatores appellamus, & similium, qui non solemnem professionem emittunt. Quia non modica inter Doctores controuersia est, an hi sint verè religiosi, vt diximus *lib. 4. cap. 16. num. 11.* tum etiam, quia esto sint verè religiosi, non emittunt vota solemnia, per quæ incapaces reddantur. Atque ideo num. 15. probabo eos esse capaces beneficij secularis acquirendi, secus autem dicerem de equitibus militaribus D. Ioannis, quippe cùm illi solemnem professionem emittant, est consequenter dicendum, eorum professione beneficia vacare.

6 Quod si quæras, quis dispensare valeat cum religioso, vt retineat id beneficium; Staphyleus *in eo. 6. vacationis modo, à num. 5. vsque ad 13.* re latè disputata in eam partem inclinat, vt possit Episcopus dispensare. Ducitur, quia potest Episcopus dispensare, vt regularis licentia Abbatis præmissa ac quirat quodcumque beneficium seculare, dummodo concurrat necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ: ergo à fortiori, vt retineat, cùm multo difficilius sit de nouo acquirere, quàm acquisita retinere: multa enim retineri valent, non autem acquiri, vt constat ex *c. 1. & toto tit. de corpore vitiato.* Cæterùm hanc sententiam de solo beneficio curato admitto, cuius acquirendi dicemus esse capacem religiosum num. 35. & num. 37. At cùm beneficij simplicis acquirendi sit incapax, nisi ex Pontificia dispensatione, vt dicemus num. 75. ita & illius retinendi. Quod etiam constat, quia minus repugnat religioso pensio, quàm beneficium simplex, siquidem pensio est ius ad solam quandam partem reddituum beneficij, nec cogit religiosum exire claustro, sicut cogit beneficium. Et tamen num. 8. probabimus indigere professum dispēsatione Pontificia ad retinendam pensionem: immo, vt dicemus n. sequenti, si sit beneficium curatum, potest denuo sibi conferri post professionem absque dispensatione aliqua.

7 Hinc deducitur, non esse approbandum, quod tradunt Flaminius *de resignatione beneficiorum lib. 3. quæst. 15. num. penult.* & Maiolus *lib. 3. de regularitate. cap. 6. num. 2.* nempe dispensationem Pontificiam à professo obtentam acquirendi alienius beneficij secularis, non extendi ad beneficium antea habitum, quod per eius professionem vacabat, nisi id specialiter in dispensatione exprimatur. Ducuntur, quod vltra generalem prohibitionem, qua religiosis interdicitur habere beneficium seculare, extat specialis redeundi ad habitum beneficium ante professionem, *cap. post transactionem, de renunciatione,* & referunt pro se Innocentium, Hostiensem, & Abbatem *ibidem. num. 22.* Sed hoc approbandum minimè est, quippe nec textus, nec Doctores illi id probant; illo enim textus editus est ad explicandum Concilium generale Constantinopolitanum, quod interdicebat dimittenti Episcoparum gratiā transeundi ad religionem, ad dignitatem ita dimissam redire post professionem. Explicatque is textus id intelligi, quādo ob crimen aliquod gratiā agendæ pœnitētiæ, ea dignitas dimissa est; secus si ob alias causas. Et ideo Innocentius *ibi. num. 5.* Hostiensis *num. 7.* Ioannes Andreas *num. 9.* asserunt eam prohibitionem non extēdi ad alia beneficia Episcopatu inferiora, quod hæc ob religionis ingressum dimittere liceat, non autē Episcopatum. Abbas autem *ibi. num. 22.* tantùm dicit transeuntem ab Episcopatu ad religionem, non posse post professionem assumi etiam ad alias inferiores dignitates, eo quod præsumatur crimen. Quare cùm nec textus, nec Doctores faueant prædictæ sententiæ, immo oppositum dicant, nec alicubi reperiatur specialis illa prohibitio redeundi ad beneficiū antea habitum; sed sola generalis acquirendi beneficij secularis, non est cur dispensatio ad acquirendum beneficium seculare non extendatur ad illud. Immo si esset beneficium curatum, cùm ad acquirenda beneficia curata non opus sit dispensatione, vt probauimus suprà, consequenter dicendum est, absque dispensatione aliqua posse idem beneficium eidem religioso post professionem conferri, quia nulla extat prohibitio, vt diximus.

8 Tandem dubitatur, an pensiones extinguantur professione. Rebuffus *de pacificis possessoribus. num. 137. vers. vltima concluse*, quamuis initio dixisset pensionem extingui possessione, sicut morte naturali; at postea dicit non extingui, sed monasterium gaudere illa, dum monachus ille naturaliter vixerit, sicut nec vsusfructus antea à monacho habitus extinguitur professione. Sed Gygas *de pensionib. quæst. 17. à num. 5. vsque ad 7.* docet extingui pensionem, libertūque manere beneficium illa grauatum ab onere illius soluendæ, nisi Romanus Pontifex dispenset, vt ea pensio retineatur. Idem supponit Paulus Æmilius *in decis. Rota Romana. part. 1. decisione 223. num. 1.* vbi ait posse monachum ex dispensatione retinere pensionem: idque probat Gygas duplici ratione. Prior est, quia dum *cap. beneficium, de regularib. in 6.* dicitur beneficia vacare per professionem, beneficium accipitur largè, vt diximus suprà. At latè sumpto *beneficij* vocabulo, venit nomine illius pensio, vt latè probat idem Gygas *eodem tractatu. quæst. 18. à num. 11.* & Monaldus *cons. 159. num. 22. vol. 2.* vbi alios refert. Posterior autem est, quia beneficia vacant per contractum matrimonij, quasi assumpto statu incompatibili. Et hæc sententia est verissima in iis casibus, in quibus pensiones extinguūtur per cōtractum matrimonij, quod explicuimus *lib. 7. de matrimonio. dist. 44. à num. 2. vsque ad 7.* nempe, quando pensiones collatæ sunt titulo clericali, vt loco beneficij, quod, vel cuius ius ad rem quis resignauit, quamuis nullo spirituali onere adiecto sint constitutæ, ac si

ac si pensio conceddatur laico pro re in defensione Ecclesiæ utiliter gesta, vel gerenda, vel etiam clerico in minoribus, vel in sacris constituto, pro ministerio in re temporali; vel ex tenore literarum assignationis pensionis apparet, mentem Pontificis esse, pensionem illam durare toto vitæ pensionarij tempore, etiamsi in posterum vt laicus se haberet: sicut huiusmodi pensio etiam non extinguitur per contractum matrimonij, vt ibidem probauimus, ita nec per professionem religionis; quia multo magis repugnat status matrimonij pensioni, quàm professio. In iis autem casibus, in quibus non extinguitur pensiones, succedit monasterij succeddēdi capax in eas, dum monachus naturaliter viuit. Si autem sit succedendi incapax, vt religio Minorum, adhuc existimo pensiones has non extingui, sed pertinere, dū monachus ille viuit, ad hæredes ab ipso institutos; & nullis institutis, ad hæredes ab intestato, ad quos pertinent reliqua illius bona. Ducor, quod huiusmodi pensiones sunt quasi census ad vitam illius concessi in stipendium rei illius temporalis gestæ: at census ad vitam alicuius constituti non cessant professione in ordine capaci, sed sola morte naturali.

9 Sicut autem num. 5. diximus vacare beneficia professione equitum militarium D. Ioannis, non autem equitum aliorum ordinum; sic pensiones sola professione equitum D. Ioannis extinguūtur in his casibus, in quibus extinguuntur professione aliorum ordinum.

10 Per vota autem biennij Societatis IESV nullæ pensiones extinguuntur, sed durant, donec religiosus ille vel professionem solemnem, vel votum coadiutorum formatorum emitat, per quæ redditur incapax cuiuscumque iuris acquirendi, aut retinendi, quod non contingit in votis biennij. Constat, quia nec illis biennij votis vacant beneficia, vt probauimus cap. 27. num. 32. & quamuis ibi diximus iuberi hunc religiosum resignare ea beneficia ante vota biennij, at de pensionibus nulla fit ibi mētio. Et ita praxis Societatis hodie habet, vt retineant prædicti religiosi pensionem vsque ad solemnem professionem, vel vota coadiutorum formatorum; at de illa iuxta superiorum præscriptum, & non aliter disponant, quia Societas IESV non succedit in bona suorum religiosorum.

SVMMARIVM.

Omnia beneficia præsumuntur secularia. n. 11.

Dicenti beneficium esse regulare, incumbit onus id probandi. num. 12.

Non dicitur beneficium regulare eo quod spectet ad collationem, vel præsentationem regularium, vel sit vnitum religioni. num. 13.

Beneficium regulare dicitur, quando in eius fundatione actum est, vt per regulares administretur. n. 14.

Item, quando legitimè præscriptum est, vt per regulares administretur, sicut seculare, quando per seculares. n. 15.

Quanti temporis præscriptio requiratur, vt beneficium seculare transeat in regulare. n. 16.

Quid vt regulare transeat in seculare. n. 17.

An quando non tractatur de mutanda beneficij natura, sed de eius vsu, an sit seculare, an regulare, exigatur tanti temporis præscriptio? n. 18.

An præscriptio hec titulum exigat? n. 19.

An præscribatur titulus beneficij, an sola status eius mutatio? num. 20.

An exigatur ad hanc præscriptionem, vt possidens sit institutus in eo beneficio? n. 21.

An exigatur, vt sit institutus tanquam rector, an potiùs sufficiat, si tanquam vicarius, aut clericus conductitius? numero 22.

An exigatur, vt sit institutus tanquam regularis, & vt gubernet more regularis, & an institutus in parochiali beneficio seculari, faciat transire in regulare hac præscriptione? n. 23.

Quid si ex dispensatione concedatur regulare beneficium seculari, aut è contra, an possessione quadragenaria fiat regulare, vel seculare? n. 24.

An desideretur vt conferens habeat animum mutandi status illius beneficijn. 25.

An desideretur bona fides in possidentin. 26.

An capella fundata in monasterio præsumatur regularis? num. 27.

Post numerum 27. inuenies alia summaria.

QVÆSTIO secunda. Quando dicatur beneficium regulare, & quando seculare. Hac in re præmittendum est, omnia beneficia præsumi esse ex sua institutione secularia, vt optimè docent Francus *c. cùm de beneficio. n. 5. vers. si verò Papa, de præbendis, in 6.* & ibi Dominicus n. 10. Probus *additione ad Mon. ch. abi. num. 5.* Milis *in suo repertorio. verb. beneficium. num. 9. vers. beneficia omnia.* Rebuffus *praxi beneficiorum, in proœmio. iii. quotuplex sit beneficium. num. 3.* Ludouicus Gomez *tract. expectatiuarum. num. 106.* Staphyleus *de literis gratiæ, in forma expectatiuarum. forma 10. num. 2.* Thomas Zerola *praxi Episcop. 2. part. verb. beneficium. vers. 19.* Hojeda *de incompatib. benefic. in præfat. num. 6.* Mascard *de probat. cap. 172. à num. 1.* Gonzalez *in reg. 8. Cancel. gloss. 7. num. 2.* 11

Ex quo fit, vt dicenti beneficium esse regulare, incumbat onus id probandi, cùm iuris præsumptio ei aduersetur. Sic docent Rebuffus *num. 4.* & Milis allegari n. præcedenti. 12

Nec satis est ad hoc, quod beneficium regulare dicatur, quod ad regularium collationem, vel præsentationem spectet: quia beneficia secularia vtrumque ius possunt præscriptione, aut alio titulo acquirere; & potest etiā contingere, vt neutrū ius in regularia habeant. Et sic docent Felinus *cap. in nostra. corollar. 40. num. 44. notab. 7. de rescriptis.* Selua beneficiorum *3. p. q. 11. n. 129.* Nec satis etiam est, vt sit regulare, quod sit vnitum religioni, nisi per literas vnionis, vel consuetudinem præscriptam factum sit regulare. Sic Nauart. *lib. 3. cons. in 2. editione. tit. de statu monachorum. cons. 11. num. 4.* Thomas Zerola *praxi Episc. 2. p. verb. beneficium. dubio 12.* Gonzalez *in reg. 8. Cancel. gloss. 8 n. 37.* 13

Bifariam ergo contingit beneficium esse regulare. Priori modo, quando in eius fundatione statutum est id per regulares administrādum, vt docent allegato Lapo Dominicus *d. c. cùm de beneficio. n. 9.* & ibi Francus *n. 9. vers. 2. intellige.* Rebuffus *praxi beneficiorum, in proœmio. iii. quotuplex sit beneficium. num. 5.* & *in concord. tit. de collationibus. §. volumus. verb. regularia.* Hojeda *de incompatibilitate beneficiorum. p. 1. c. vltimo. n. 91.* Azor *tom. 2. instit. moralium. lib. 3. cap. 26. q. 1.* & omnes. Hoc autem statutum non potest per Abbatem fieri, sed per Episcopum, nisi Abbas ille iurisdictione quasi Episcopali præditus sit; vt bene tradunt Lapus, Dominicus, & Francus ibidem. 14

Posteriori modo dicitur beneficium regulare, quod tempore ad legitimam præscriptionē sufficienti ab vno, vel pluribus regularibus institutis in eo rectoribus pacificè, & continuò gubernatū est, etiamsi antea, vel post seculares quandoque in eodem ministrauerint: sicut seculare dicitur id quod iuxta eumdē modū per seculares gubernatū est, vt vtrumque expresè deciditur *c. cùm de beneficio, de præbendis in 6.* Dum autem dicitur huius præscriptioni non obstare etiāsi antea, vel pòst religiosi, aut seculares in eo beneficio ministrarint, intellige quando ante inceptam præscriptionem: nam si post inceptam id contigerit, intertumperet vtique præscriptionē. Textus enim petit tempus continuū ibi, *continuo, & pacificè*, sicut Glossa *ibidem, verb. ante.* & dum dixit textus, *vel post*, intelligitur, dum tamen administratio illa post completam præscriptionem non durarit alio quadragenario tempore, quippe administratio præcedētis temporis extinguitur præscriptione illa quadragenaria sequenti: administratio autem prædictam præscriptionē subsequēs, non 15

non auferet ius ex ea præscriptione acquisitum, nisi tanti temporis sit, quantum satis est ad nouam aliam præscriptionem indipendam. Sic Glossa *ibidem. verb. post.* & ibi Francus *n. 6.* Felinus *c. in nostra. corolla. 40. n. 41. paulo post principio. de rescriptis.* Selua beneficiorum *3. p. q. 11. n. 125.*

16 Quare sex desiderantur conditiones, vt beneficium proprium naturam mutans fiat ex seculari regulare, vel ex regulari seculare. Prima est, vt tempore ad legitimam præscriptionem à iure petito administratum sit id beneficiū per seculares, vt fiat seculare, vel per regulares, vt fiat regulare. Hoc autem tempus, quādo beneficium seculare debet trāsire in regulare, dicunt omnes esse quadragenarium, quia præscriptio legitima aduersùs Ecclesiam est regulaliter quadragenaria; vt expresè habetur *c. ad aures. & c. de quarta, de præscriptionib.* Et ideo Ancharanus *cons. 126. per totum* probat Ecclesiam probari non curatam si spatio quadragenario tanquam non curata collata sit, & docent Glossa *c. cùm de beneficio. verb. iuxta modum. de præbendis in 6.* Felinus *c. in nostra. coroll. 40. n. 43. notab. 4. de rescriptis.* Rebuffus *in concord. tit. de collationibus. §. volumus. verb. regularia. in 4. requisito.* Selua beneficiorum *3. p. q. 11. n. 127.* Hojeda *de incōpatib. beneficiorum. p. 1. c. vltimo. n. 92.* Staphyleus *de literis gratiæ*, vbi de formis expectatiuarū, *in forma 8. n. 4.* Ludouicus Gomez *in tractatu expectatiuar. num. 68.* Milis *in repertorio. verb. beneficium. n. 9. vers. beneficia omnia.* Azor *2. tom. institut. moralium. lib. 3. cap. 26. q. 3.* Manuel *qq. reg. tom. 2. quæst. 55. art. 1.* Gonzales *in reg. 8. Cancel. glossa 7. n. 8.*

17 Sed difficultas est, an eadem quadragenaria præscriptio desideretur, vt beneficium regulare trāsear in seculare? Quidam enim censent satis esse decennalem præscriptionem. Ducuntur, quod cùm omnia beneficia iure cōmuni præsumātur secularia, vt diximus n. 11. cōsuetudo restituens beneficia ad primæuum suū statum, satis est si decennalis sit, vtpote quæ iuri cōmuni cōsonat. Sic tenuit maior pars auditorum Rotæ, vt habetur *in decisionibus Rotæ, sub titulo de præbendis. in antiquis decisione 31. n. 1. in nouis decisione 2. n. 1.* vbi id limitatur, nisi ex adiuncto probaretur id beneficiū antea fuisse gubernatum per regulares quadraginta annis, vel sic fuisse in sua primæua institutione fundatum. Quia in priori casu illa prior præscriptio quadragenaria non tollitur, nisi alia quadragenaria præscriptione, vt notatur *c. accedentibus, de excessibus Prælatorum.* in posteriori autē id beneficium est ex primæua institutione regulare. Alij censent ad hāc quoque mutationem exigi præscriptionē quadragenariam, quia textus *d. c. cùm de beneficio*, loquitur eodē prorsus modo de præscriptione in vtroque euentu, petens præscriptionem legitimam; immo priùs loquutus est de beneficio seculari, dicens exigi, vt seculare sit, fuisse administratum per seculares tempore sufficienti ad legitimē præscribendū; & postea descendens ad explicādum quando sit regulare, sic ait: *Prioratus, qui per religiosos iuxta modū præmissum est solitus gubernari.* Ergo si in priori parte intellexit textus de præscriptione decennali, in posteriori quoque de eadē intellexit, vel in vtraque de quadragenaria. Quippe id sonāt ea verba, *iuxta modum præmissum*, atque ita docent Glossa *ubi. verb. legitima.* Felinus, Selua beneficiorū, Hojeda, Azor n. præcedenti allegati, Cardinalis *Clem. vnic. in princip. n. 18. q. 19. de suppl. neglig. Prælat.* Gonzalez *ea glossa 7. n. 36.* Alij cōcordant vtrāque sententiam, vt hæc posterior sit vera regulariter: prior autem quando in fauorem insignitorum aliquo gradu concessa est prouisio beneficij secularis; tunc enim sufficit præscriptio decennalis, vt censeatur seculare. Sic Rebuffus, Ludouicus Gomez *n. 105.* Staphyleus *n. 3.* vbi eos allegati n. præcedenti. Sed mihi placet omnino secunda sententia, vt eadem quadragenaria præscriptio ad vtrumque mutationem exigatur: nec video sufficiens prædictæ restrictionis fundamentum.

18 Sed dicta duplici n. præcedēti intelligūtur, quādo probaretur beneficium esse regulare, aut è contra seculare; secus autē si contraria qualitas non probaretur, quippe tunc sufficit fuisse beneficium illud vltimo loco per seculare possessum, vt seculari debeatur, vel per regulare, vt regulari; quia cùm tūc non probetur mutatio naturæ beneficij, neque illius qualitas, sed vsus, attenditur vltimus beneficij status. Sic docēt *citata decisione Rotæ, & alios* Felinus, Selua beneficiorū *ibid.* hoc habere verū, etsi præsens vsus non duraret decennio, & ideo alteri incūbere probare contrariū statum præscriptum. Adūque vterque id fallere, vbi probaretur alius status præcedēs, vel sequens denotans beneficium esse regulare: quia etiamsi ille non esset quadragenarius, debet præsens esse quadraginta annorū, nisi probetur olim ab initio fuisse seculare, & hodie etiam dicatur esse tale, licēt interuenerit mutatio regularis naturæ non præscriptæ quadraginta annis; tunc enim satis est probare præsentem statum secularem sola præscriptione quadragenaria; quod si ille medius status regularis non compleuisset præscriptionem quadragenariam, dicunt non recedendum ab eo per præsentem statum non similem.

Quod si petas, an præscriptio hæc legitima exigat quoque titulum, sic distinguendum est. Si præscribatur secularis beneficiorum status, nō exigitur titulus, quod præscriptio hæc sit iuri communi conformis, quo attento (vt diximus n. 11.) præsumuntur omnia secularia. Si verò præscribatur status regularis, est opus titulo, aut præscriptione rēporis immemorialis, si agatur de diœcesani præiudiciosi; autē de sola impetrantis id beneficium tanquam seculare expulsione tractetur, satis est præscriptio quadragenaria absque titulo. Sic tradunt Dominicus *eodem cap. cùm de beneficio. n. 10.* & ibi Ancharan. *n. 1. notab. 4.* Francus *n. 9.* 19

Dum autem dicitur præscribi beneficium, non est intelligendum de ipso beneficij titulo; is enim præscriptione non acquiritur, sed solus beneficij status, vt ex regulari transeat in seculare, vel è contrā. Sic Felinus *c. in nostra. coroll. 40. n. 44. notab. 6. de rescript.* Selua beneficiorum *3. p. q. 11. n. 129.* 20

Secunda conditio petita ad hanc præscriptionem est, vt possidentes id beneficium sint in eo institui; si enim de facto absque vlla institutione possiderent, non haberet locum hic transitus. Constat ex *d. c. cùm de beneficio*, ibi. *Quod tanto tempore ab vno, vel pluribus institutis in eo rectoribus.* & docent Glossa *ibi. verb. institutis.* Dominicus *n. 7.* Rebuffus *in concordat. tit. de collationibus. §. volumus. verb. regularia. in primo requisito.* Hojeda *de incompatibilitate beneficiorum. p. 1. c. vltimo. num. 92.* Accipitur autem largè institutio pro collatione, aut alia prouisione, vt bene docent Rebuffus, & Hojeda ibidem. 21

Tertia conditio est, vt sint in eo beneficio institui rectores, vt constat ex verbis textus *c. cùm de beneficio* allegatis n. præcedenti. Quare non sufficeret, si non vt rectores, sed tanquam vicarij, vel conductitij clerici administrassent. Sic Glossa *ea cap. cùm de beneficio. verb. institutis*, & ibi Dominicus *n. 7.* Francus *n. 3. vers. in glossa 2.* 22

Quarta conditio est, quò transeat beneficium in regulare, vt administretur à regularibus tāquam regulare: secus si gubernetur tanquam seculare, & instar secularium clericorum, vt si regularis præficiatur Ecclesiæ curatæ seculari, prout de iure eum præfici posse dicemus n. 35. non transibit in regularem administratione quadragenaria; quia præficitur illi nō vt regularis, sed instar cuiuslibet clerici secularis. Atque ita docent Federicus *post cons. 136.* in quadam repugnatione cuiusdam consulentis. *n. 4.* Lapus, & Ioannes de Lignano, quos referunt, & sequuntur Ancharanus *c. cùm de beneficio. fin. de præbendis in 6.* & ibi Dominicus *n. 9.* Frācus *n. 9. vers. 2. intellige.* Felinus *c. in nostra. coroll. 40. n. 41. notab. 2. de rescriptis.* Selua beneficiorum *3. p. q. 11. n. 125.* 23

Ex quo deducitur, non præscribi statum beneficij, vt fiat regulare, quādo seculare regulari cōfertur ex dispēsatione, nec etiā vt sit seculare, quādo regulare cōfertur 24

seculari ex dispēsatione, etsi possideatur spatio quadragenario, quia cùm speciali indulto ea possessio sit, nō inuat præscriptionem. Præterea, quia non conferuntur eis ea beneficia, vt iure tituli habeant, sed potiùs iure administrationis, & commendæ. Præterea, quia non conferuntur animo mutandi status beneficiorum, quod exigi dicimus n. sequenti. Sic Rebuffus *praxi beneficiorum, vt proximo. tit. quotuplex sit beneficium n.5. & in concordat. tit. de collationibus. §. volumus. verb. regularia, in 4. requisito.* Hojeda *de incompatib. benefic. p.1. c. vltimo. n.32.* Azor *tom.2. institut. moral. lib.3. c.26. q.3.*

25 Quinta cōditio est, vt cōferens animo, & intentione beneficium cōferat, vt valet imprimere illū statū beneficio, quē exprimit, & ideo in collatione debet dicere regulari, cōfero tibi beneficiū seculare, & seculari, cōfero tibi regulare. Atque ita docet Felinus *c. in nostra. coroll. 40. n.41. notab. 2. de rescriptis.* Selua beneficiorū *3. p. q. 11. n. 123.* Rebuffus *in eo 4. requisito.* & Hojeda allegati n. precedēti.

26 Vltima cōditio est, vt id beneficiū regulare possideatur bona fide à seculari, & seculare à regulari, quia possessor malæ fidei nullo tempore præscribit *c. vigilanti. de præscriptionib. in. & regul. possessor. de regulis iuris, in 6.* Sic tradūt Dominicus *c. cùm de beneficiis. n. 6. & 9. de præbēdis, in 6.* & ibi Frātus *n.3. fin. & n.9.* Rebuffus *in concordat. eo verb. regularia, in 2. requisito.* Hojeda *eodem n.92.*

27 Tandem si capellæ sint fundatæ in monasterio, præsumuntur regularia beneficia, nisi per seculares teneri solitæ sint. Sic Rebuffus *praxi benefic. in proximo. tit. quotuplex sit beneficium n.6.*

SVMMARIVM.

Beneficium regulare an possit dari seculari, aut nouitio, vel volenti ingredi in religionem? n.28.

An regulare vnius ordinis possit dari regulari alterius ordinis, aut eiusdem ordinis, sed alterius monasterij, & acceptans maneat inhabilis, vt aliàs ei conferatur; & an possit in hoc legatus Pontificis dispensare? n.29.

An Pontifex soleat concedere regularibus gratiam ad beneficium alterius ordinis assequendum absque transitione? n.30.

An possint ex licentia suorum Prælatorum permutare beneficia regularia diuersorum ordinum? n.31.

An regulares nouitij sint capaces Episcopatuum? n.32.

Quid de aliis prælaturis inferioribus? n.33.

An regulares sint capaces beneficij secularis curati? refertur quædam sententia n.34.

Explicatur sententia authoris, & soluuntur contraria n.35.

Quid si specialiter in constitutionibus interdicatur, vt in religione Societatis Iesv? n.36.

An religiosi mendicantes capaces sint beneficij curati? n.37.

Quid de his qui ex conuentibus ad non mendicantes, vel de quibusuis religiosis ad aliam religionem licitè translatis? n.38.

An exigatur ad hoc necessitas Ecclesiæ? n.39.

An exigatur regularem illū apтū esse prædicandi officio? n.40.

Quid si illa Ecclesia non sit curata alia, sed habituū? n.41.

Quid si est consuetudo quadragenaria, vt regatur per seculares? n.42.

Quid si monasterium in loco illo populum subiectum habeat? & explicatur c. 1. de capellis monachorum. n.43.

An ad electionem religiosi mendicantis ad prælaturam exigatur concors omnium eligentium sententia, siue vna, siue plures electiones fiant: ad electionem verò aliarum religiosorum sufficiat maior pars? n.44.

An compositio sint voces illorū, qui sunt excōmunicati suspensi, vel irregulares; an ea vice priuati iure eligendi, aut nunquam vocem in electione habuēre, quia sunt nouitij, aut non habent ordinem, aut ætatem petitam ad electionem, aut eorum qui sunt absentes, aut iuri eligendi renunciarunt? n. 45. & 46. & explicatur ibi Clem. quod circa, de elect.

An hoc intelligatur de sola passiua religiosorum electione, an etiam de altiua? n.47.

Quid si religiosus ille erat ad parochum, aut Episcopum, an si ita ad prælaturā promouendus seruanda sint prædicta n.48.

An prædicta sint quoque seruāda, quando religiosus eligitur in Prælatum sui ordinis, an in solis prælaturis extra illū? n.49.

Quid si non eligatur ad prælaturam, sed ad beneficium simplex, vt canonicatum, aut aliud officium? n.50.

An hæc quoque locum habeāt in præsentatione regularium ad prælaturas? n.51.

An electio mendicantis in discordia facta conualescat concordantibus postea electoribus, & quid si prius facta in concordia, postea discordet? n.52.

An opus sit electionem in concordia fieri, quando mendicans est legitimè translatus ad non mendicantes? n.53.

Quid si electio fiat non mendicantis à dimidia parte, vel fiat à minori, sed saniori, & an referat fiat diuersa electiones fiant diuersis temporibus, sint vnico? n.54.

Quando dicatur præsentatio fieri in discordia, & quando non à minori parte, vt vel sit valtua, siue plures patroni præsentent iure collegij, siue iure singulari. n.55.

An in electione regularis ad Ecclesiam parochialem habeant locū hucusque dictæ, & nomine Prælatorū qui veniāt? n.56.

An exigatur licentia superiorum, vt monachus acceptare possit quamcumque prælaturam, aut beneficium, etsi illud imperret à Pontifice, & possit absque licentia procuratorem constituere ad imperrandum à Pontifice? n.57.

Quid ad acceptandum summum Pontificatum? n.58.

An sufficiat licentia Generalis ad acceptandum beneficium, si quod ipse religioso conferatur, vel ad id præsentetur? n.59.

Quid si licentia sit ad tale beneficium, quando vacaret, vel electus fuerit? n.60.

Quid si iam electus erat, & nesciebat Prælatus? n.61.

An si cum prædicta licentia irrita consentiat religiosus, incurrat pœnas statutas contra consentientem electionis absque superioris licentia? n.62.

An si simul religiosus consensit suæ electioni absque licētia, conualescat ea electio, si postea licentia obtineatur? n.63.

An ex legitima licentia promotus ad parochiam, vel prælaturam indigeat nouā licētia, vt ad alium promoueatur? n.64.

Quis superior possit concedere consentiendi licentiam regularibus? num.65.

An desideretur simul Episcopi licentia, & illius sit visitare, & approbare? n.66.

Quis superior possit in Societate Iesv eam concedere? n.67.

An si superior denegat licentia, sit cōpellendus eam dare? n.68.

Quis superior compellet, & dabit licentiam? n.69.

An possit superior absque consensu regularis acceptare electionem, aut illi renunciare: aut subditus renūciare absque consensu superioris? n.70.

An superior possit cogere illū ad acceptandum? remissiuè. n.71.

An religiosus sit capax dignitatis in Ecclesia collegiali? Refertur quædam sententia. n.72.

Sententia authoris. n.73.

An sit capax canonicatus in Ecclesia cathedrali, & aliorū beneficiorū simplicium secularium? Refertur quædā sententia. n.74.

Sententia authoris n.75.

An possit Episcopus, aut legatus à latere in hoc dispensare? num.76.

An possit Episcopus dispensare, vt regularis habens beneficium parochiale, habeat simul aliud simplex? n.77.

Quis possit dispensare, vt regularis possit simul duo sui ordinis beneficia habere? n.78.

An si regularis habens parochialē Ecclesiam petat à Pontifice aliam sibi commendari, teneatur dimittere priorem? n.79.

An si dispēsetur cum regulari, vt simul cum regulari beneficia habeat aliud, possit id ordinarius sibi conferre? n.80.

An si dispensetur cum regulari, vt habeat beneficiū, possit virtute illius dispensationis habere simplex? & quid si dispensetur cum regulari ad regularia alterius monasterij beneficia, an possit habere illa siue curata, siue simplicia? n.81.

An valeat dispensatio cum monacho facto Episcopo, vt obtineat Abbatiam secularem cæcio monachatu? n.82.

An valeat impetrare beneficij secularis motu proprio concessa regulari, vel regularis seculari, non facta mentione qualitatis beneficij? n.83.

An possit regularis esse coadiutor Episcopi, aut in alio beneficio? num.84.

An regularis possidens beneficium seculare, si spolietur, possit agere de spolio? n.85.

An regularis possidens triennio beneficium seculare, aut secularis regulare, incurrat regula de triennali? Refertur quædam sententia. n.86.

Explicatur sententia authoris, & an mortuo eo possessore possit id beneficium seculare dari alij regulari, vel id regulare alij seculari? n.87.

An ea regula de triennali inuat in foro etiam conscientiæ? refertur quædam sententia. n.88.

Sententia authoris. n.89.

An exigatur bona fides in hac triennij possessione? refertur opinio. n.90.

Sententia authoris n.91.

An regularis sit capax pensionis? refertur duplex sententia. n. 92. & 93.

Est incapax pensionis super beneficio seculari, absque Papæ dispensatione. n.94.

Idem de pensione super beneficio regulari. n.95.

An sit necessaria iusta causa, vt Pontifex concedat pensionem, siue beneficiorum dominium? n.96.

An pensio absque iusta causa per Pontificem concessa valeat? num.97.

Quid si monacho absque iusta causa concedatur? n.98.

An possit Prælatus regularis obligare monachum, cui beneficium regulare confert, vt soluat pensionem quotannis alij monacho? Et explicatur quot modi sint pensionum, & an fructus percepros possit Prælatus expendere, vel qui supersunt eo amoto à beneficio? n.99.

Post numerum 99. inuenies alia summaria.

28 QVÆSTIO tertia. An religiosus sit incapax vtriusque beneficij, siue sit curatum, siue simplex, siue dignitas, aut Episcopatus, & quid de pensione? Duo in hac quæstione comperta sunt. Prius est, seculare esse incapacē beneficij regularis, idque solis regularibus dari posse, vt probauimus hoc libro suprà, vbi etiā tractauimus, an regulare possit nouitio conferri, aut volenti religionem ingredi.

29 Immo nec religiosus vnius religionis est capax beneficij regularis alterius religionis, immo nec beneficiorū regularium alterius monasterij eiusdem ordinis: quippe id grauiter interdicitur *cap. cùm singula. §. prohibemus, de præbendis, in 6.* adeò vt acceptans fiat per illum textū ineligibilis, & inhabilis, vt ei aliàs conferatur. Atque ita docet Rebuffus *praxi beneficiorum. tit. de dispēsatione cum regularibus n.2. & duplici sequēti.* Nauar. *comm. 4. n.23. init.* Manuel *qq. regul. tom.1. q.34. art.8.* Gonzalez *reg. 8. Cancell. gloss.8. in 96. vsque ad 110.* Quod si opponas, textū illū decernere tantùm vt hic sit ineligibilis, & appellatione electionis non venire collationē. Respondet optimè Rebuffus ibi, nomine electionis in eo textu cōprehendi quēcumque modū collationis illius beneficij. Quare quāuis regulariter nomine electionis non veniat collatio, fallit, nisi ut eadē ratio, vt contingit in hoc casu; mentio autē electionis facta est, quia frequentiùs fiebat electiones in monasteriis. *c. monachi, in fin. de statu monachorum.* Nec potest in hoc legatus Pontificis dispensare absque speciali commissione, vt bene ait Rebuffus *ibid. n.2.* quia textus ille dicit, *absque Sedis Apostolicæ licentia.*

30 Immo nec Pontifex solitus est cōcedere regularibus gratiā assequendi beneficij alterius ordinis, nisi transferendo illos ad id monasterium, ad cujus collationē beneficium assequuntur, vt testantur Ludouicus Gomez *in tract. expectiuarum. n.69.* Staphyleus *de literis gratiæ,* vbi de formis expectatiuarum, *in forma 8. n.6.*

31 Hinc deducitur, non integrum esse duobus religiosis diuersorum ordinum permutare beneficia regularia de licentia suorum Prælatorum, quia neuter est beneficij alterius capax. Sic Bellemera *tract. de permutat. beneficiorum p.2. q.11. num.2.* habetur *tomo 13. tractatuum. p.2.*

Posterius, quod in hac re constat, est, posse regulares ad Episcopatum assumi, etsi nouitij sint. Constat ex *c.1. 18. q.1. cap. si Abbatem. c. si religiosus. c. quorundam, de elect. in 6. Clem. 1. in fin. de elect.* Vtrum autē desideretur licētia superioris, dicemus à n.57. & an electio illa debeat fieri in cōcordia, vel non, à minori numero, dicemus à n.44. 32

Immo quamuis aliqui (vt refert Gloss. *Clem. 1. verb. secularis, de elect.*) quos sequitur Bonifacius *ibi n.65.* dicant non esse idem de aliis prælaturis inferioribus Ecclesiarum secularium, nisi (vt inquit Bonifacius ibi) ex Episcopi dispēsatione; verius tamē est posse absque dispensatione aliqua; quia militat ratio gubernationis animarum reperta in Episcopatu. Atque ita docent ibi Gloss. & ibi Imola *n.4. & 41.* Ioann. Andreas *c. si religiosus, statim in princip. de elect. in 6.* & ibi Ancharan. *num.2.* Francus *n.1. notab.2.* Dominicus *n.6.* Excipe tamen omnes religiosos mendicātes, qui ad Ecclesias cathedralibus inferiores absque Pontificis licentia postulari nequeunt, vt expresè habetur extrauag. *dispēdiis, de postulatione Prælator.* & docet Lapus, quem referūt, & loquuntur Francus *c. quorundam. num.2. notab.3. de elect. in 6.* & ibi Dominicus *§. volumus. num.6.* Quare non approbo differentiam, quam statuit Corduba loquens de fratribus Minoribus, inter vtrumque forum, dicens, eos posse in foro externo, non autem in interno his prælaturis præfici absque Pontificis licentia, propter altitudinem sui status. Verùm hæc differentia nullibi probatur, quia si id est interdictum, in neutro foro licet, & cùm id sit generale omnibus mendicantibus, non est cur confugiat ad altitudinem status Minorum. Sed non mirum si id dixerit, quia non meminit prædictæ extranagantis. 33

His, quæ certiora sunt, præmissis, nonnullæ sunt difficultates disputandæ. Prima difficultas est, an regulares sint capaces beneficij curati secularis? Quidam negant. Ducuntur, quod textus prohibentes beneficia secularia conferri regularibus, loquuntur vniuersaliter, & solus Episcopatus reperitur exceptus: ac ratio cui innituntur, nēpe, ne homines diuersę professionis sint simul, militat quoque in beneficiis curatis. Itē, quia per professionem moritur mundo, & per assumptionem ad Ecclesiam curatam resuscitatur. Ergo vt resurgat actus ciuiles exercens, indiget dispensatione. Potest insuper probari, quia Paulus IV. edidit Bullam, qua omnes regulares priuauit beneficiis secularibus quibuscumque per ipsos acquisitis, vt refert Mandosius *de signatura gratiæ. verb. dispensatio monachorum pro obtinen. benef. vers. bodie non solum.* Et ideo hanc partem tuentur Innocentius *c. quod Deus timorem, paulo post princ. de statu monachor.* Archidiaconus *c. cùm singula. n.3. vers. Ecclesiis, de præbendis, in 6.* quidam iurisperitus, cuius consilii tacito nomine habetur post consilium 136. Federici, Alexander *consil. 70. n.13. vol.5.* Rebuffus *praxi beneficior. tit. de dispens. cum regularib. n.5. & de pacificis possessor. n.259. vers.27. decis.* Rotæ *in antiquis 28. in nouis 485. n. vnic. de præbendis.* Bellamera *decis. 713. per totam.* Staphyleus *de literis gratiæ,* vbi de formis expectatiuarū, *in forma 8. n.9. & 10. & tract. de variis modis vacationis in 6. n.5. & tit. de qualitate, & de statu beneficiatorum. cap. incipiens primo quod sit legitimus.* Ludouicus Gomez *tract. expectatiuar. n.70.* Bonifacius *Clem. 1. n.45. & 65. de elect.* Mandosius *de signatura gratiæ. verb. dispensatio monachor. pro obtinendis beneficiis.* Menchaca *de successionum creatione. lib.3. §.12. n.177. fin.* Flaminius *de resignationibus benefic. lib.4. §.n.4. & 5.* Tapia *authent. ingresse. verb. sua. c.6. n.58. C. de sacrosanctis Eccles.* Manuel *qq. regular. tom.1. q.34. art.3.* At dicunt Innocentius, Alexand. Bonif. decisio Rotæ, Bellamera *num.3.* Staphyleus in duobus vltimis locis ex ipso citatis, Flaminius, sufficere ad hoc Episcopi dispensationem, & hac non præmissa dicunt Rotæ decisio, & Bellamera collationem fore irritam; & cū hac Episcopi dispensatione, & non aliter tenet idem Gonzalez *reg. 8. Cancel. gloss.7. n.52.* 34

35 At frequentissima sententia, à qua existimo non recedendum, attento iure communi (nam num.72. dicemus quid iure nouo) ait nullam exigi dispensationem, vt regularis obtinere possit beneficium seculare curatum. Probatur ex *cap. quod Deo timorē, de statu monachor. ibi*; & per antiquos canones etiam monachi possunt ad Ecclesiarum parochialium regimen in presbyteros ordinari, ex quo debēt prædicationis officium, quod priuilegiarum est, exercere; quia non dicitur posse fieri, quod remedio extraordinario, quale est dispensatio, indiget, vt optimè tradit Innocentius *cap. pastoralis num.2. verb. renuntiatum, de causa posses. & propriet.* vbi eius additionator ait hoc dictū esse notabile, & amplecti à Cardinali *cons.*57. Idem colligitur ex *cap. in parochia.16.q.1.* vbi Gelasius Papa iubet monachum ad beneficium parochiale præsentatum admitti ab Episcopo, & nullatenus verbo *dispensationis* vtitur, quasi voluerit dispensare; & ideo ita commune videtur explicare, idque fauore curæ animarum indultum est. Nec obstat in contrarium adducta, quia iam ostendimus esse textum excipientem beneficia curata ab ea generali prohibitione. Nec obstat etiam Bulla Pauli IV. in contrarium adducta, quia, vt refert ibidem Mídosius *vers. penult.* redacta est ad ius commune per Pium IV. Et ideo hanc partem tuentur Glossar. *1. verb. monasteriali, dist.55. & d. c. in parochia. verb. num. & c.2. verb. maiorem, d.58. & 16.q.1. in sum. fin. cap. cum singula. verb. canonici, in fin. de preb. n.14. in 6. & Clem. vnica. verb. secularibus, de supp. negl. Prælat. & d.c. quod Dei timorem. verb. regimen.* Hostiensis *ibi n.8.* Ioann. Andre *n.14.* Antonius *n.11.* Ancharanus *n.6. & 11.* Abbas *n.7. & 8.* Card. *n.5.q.1. & n.7.q.5.* Ananias *num.6.8. & 9.* vbi Card. Henricus *n.15.* idem Hostiensis *summa. tit. de statu monach. num. 4. & cap. super eo, paulo post princip. de regularib.* vbi Abbas *num.3.* idem Abbas *c. finali, num.4. de cler. ægrot.* vbi Card. *n.9.q.10.* idem Abbas *c. finali, seu c. Deus, in fin. de vita & honest. clericor.* vbi Ioan. Andr. *fin.* Anchar. *fin.* Antonius *fin.* Card. *n.vnic. vers. quæro de præsuca.* Imola *n. penult.* Henric. *n. penult.* Federicus *cons.*129. *casus talis est.* Testator *n.13. & cons.*136. *factum tale est per totum.* Archidiacon. *16.q.1. in sum. fin. & c. finali, n.2. d. 58.* & ibi Dominicus *n.2.* idem Dominicus *c. cum de beneficio, n.9. de preb. in 6.* & ibi Anchar. *fin.* Francus *n.9. vers. 2. intellige.* idem Francus *c. beneficium, n.1. de regul. in 6.* idem Card. *Clemen. 1. n.25.q.27. de elect.* & ibi Anchar. *n. finali.* Imola *n.46.* idē Anchar. *c. si religiosus, n.3. de elect. in 6.* idem Card. *Clement. vnic. in princ. n.4. not.5. & opp.6. & n.19.q.2. de suppl. negl. Prelat.* Præpositus *c. present. ad finem. d.55.* Felinus *c. in nostra coroll.40. n.vltim. notab.10. de rescrip. & c. causam quæ. n.5. ad fin. de iudiciis.* Rochus *de iure patronatus. verb. honorificum. q.4. n.13.* Lambertin. *de iure patron. n.n. lib.2. part.1. q.7.a.19. n.13. vsque ad fin.* vbi id latissimè probat, alios quoque textus afferens, & *art.10. n.10.* Bertrachinus *tract. de Episcop. lib.1. in princ. q.39. fin. num.72.* Selua beneficiorum *3. p. q.11. n.155. & q.70. n.6. & 7.* Corasius *de beneficio, p.5. c.5. n.13.* (habetur *tom.15 tract. p.2.*) lex regia *25. tit.7. p.1.* & ibi Gregorius Lopez *verb. Eclesiar.* Rosella *in summa. verb. monachus. num.4.* & ibi Angelus *num.3.* Tabiena *num.4. quæst.3.* Armilla *num.5.* Sylues. *verb. religio.7. quæst.4. & 6.* Couarru. *cap.2. de testamentis. num.5.* Nauarr. *lib.3. consil. in 2. edizione. tit. de statu monach. cons.12. n.4. & reto consil.12.* Gambar. *de authoritate legati de latere. lib.8. cap. vltimo. num.21. & 22.* Antonius Cucus *lib.3. instit. maior. tit.1. num.14. & duplici sequuti.* Villalobos *in suis communibus opinionibus, littera M. verb. monachus. num. 165.* Monaldus *cons.69. num.4. volum.1.* Thomas Zerola *praxi Episcopali, part.1. statu in princ. verb. beneficium. vers. 5. fin. & 8. art.2. verb. regularem. vers.4.* Emmanuel Sà *summa. verb. religio. num.32.* Graffis *in suis decisionibus. part.2. lib.3. cap.20. n.6.* Azor *tom.1. instit. moral. lib.12. cap.19. quæst.13. & tom.2. lib.3. cap.2. quæst.8.* Manuel *qq. regular. tom.3. quæst.13. art.2. & tom.1. quæst.34. art.4.* Leonard. *lib.2. de iust. cap.41. dub.12. num.98.*

Hæc autem sententia multipliciter temperanda est. 36
Primò, nisi specialibus religionis alicuius constitutionibus interdicatur religiosis illis promoueri ad beneficia: tunc enim standū est constitutionibus. Sic Leonardus num. præcedenti fine allegatus. Quare religiosi Societatis Iesu ad nullum beneficiū promoueri possunt, quia id specialiter est ipsis interdictum, vt diximus c.5.

Secundò temperatur, nisi religiosi sint mendicantes, 37
quippe ij non sunt capaces beneficij curati habendi, sed solius Episcopatus. Probant authores huius sententiæ ex *Clem.1. de regular. §. ad Prioratus*, & ex *c. cum ad monasteriū, de statu monach.* & *Clem. exiui, de verb. signif.* Sic tenēt Rebuffus *de pacificis possessoribus. n.258. vers.18.* Imola *cap. cum dilectus. fin. de clericis non residentibus.* Duenas *regula 381. ampliat.4.* Manuel *qq. regul. tom.1. q.34. art.5.* & dicit ita sentire antiquos interpretes *in regul.13. Cancell.* Innocentius VIII. & refertur à Duenas pro hac sententia Federicus *cons.161. quidam religiosus.* sed falsò; tantùm enim agit ibi de religioso mendicanti transiato ad non mendicantem, an comprehendatur sub prohibitione *Clem.1. de regular.* prohibentis hos translatos ad beneficia curata assimi; & dicit non prohiberi, de cuius veritate statim agemus. Refertur etiam ab eodem Guillelmus Benedictus *c. Raynutius. verb. & vxorem. preludio 4. n.218. de testam.* qui non apertè id sentit, sed solùm id supponit; hæc enim ait. *Mendicantes ad beneficia ecclesiastica secularia, & administrationes extra eorum professionem, & regulam, etiam per Papam dispensantè assumere non debent.* Confert etiam quod tradunt idem Rebuffus, & alij, docentes non posse hos mendicantes esse vicarios Episcoporum, quod retulimus suprà. Cæterùm, sicut ibi dixi hos posse esse Episcoporum vicarios, ita & nunc sentio posse hos esse parochos absque vlla dispensatione. Ducor, quia textus, & authores allegati num.35. id generalizet, & distinctè tradunt de regularibus, & nullibi reperitur hæc exceptio. Quippe textus *d. Clem.1. §. ad Prioratus*, agit expresè de mendicantibus licitè translatis ad non mendicantes, quos, ne facilè, & leuiter procurent hunc transitum, reddit inhabiles ad quæcumque curata, & administrationes. Quare potiùs est pro hac sententia, quasi supponens eos non transeuntes, sed in propria mendicantium religione manentes esse horum capaces. Nec id etiam probat *d. c. cum ad monasterium*, cùm nec verbum de hoc habeat. Minus etiam id probat *d. Clem. exiui*, quia non de omnibus mendicantibus agit, sed de solis fratribus Minoribus, nec his interdicit beneficia curata habere, sed solos redditus annuos. Nec obstat parochos factos habituros hos redditus, quia ea prohibitio intelligitur, dum intra monasteria sunt, subiectique regulæ Minorum; secus quando ad beneficia curata promouentur. Sicut nec ob id interdicitur illis promotio ad Episcopatum, cùm tamen redditus ampliores sint habituri. Et ideo hanc partem tenent Rochus *de iure patronatus. verb. honorificum. quæstione 4. numero 13.* Lambertinus *eodem tract. lib.1. part.1. quæst.7. art.19. num. 21.* Leonardus *lib.2. de iustitia. cap.41. dub.12. num.98.* & hoc supponit esse verum in foro externo Cordubа *in regul. D. Francisci. cap.2. quæstione 20. punctu 2.* vbi ait fratres Minores non posse in foro conscientiæ absque Pontificis licentia promoueri ad beneficia curata propter altitudinem sui status. Quam differentiam inter vtrumque forum, tanquam fundamento carentem non approbo, sed in vtroque foro id licere credo, quia etiam status aliarum religionum altior est statu parochorum: & ideo his integrum est ad religionem transire. Nec hæc maior altitudo obstat, quin possint alij religiosi præfici Ecclesiis curatis secularibus propter animarum bonum.

An verò mendicantes transeuntes ad religionem 38
non mendicantium, vel quicumque religiosi translati ad aliud monasterium, sint capaces beneficiorum curatorum, vel simplicium, diximus suprà n.16.

39 Tertiò limitatur, dummodo concurrat necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ curatæ secularis, cui regulares præficiendi sunt. Quippe, etsi olim opus esset necessitatem Ecclesiæ concurrere, vt constat ex *cap. present. §.5. d.* quod est Gelasij Papæ, vbi conceditur in graui Ecclesiæ necessitate, eo quod ministri idonei deficiant, præfici parochos: at hodie satis est necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ, vt constat ex *c. pro vtilitate. 16.q.1.* Exigi autem hanc necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ, inde studetur, quod hæc iuris concessio dimanarit fauore boni animarū, cui prospicere monachorū munus est. Ergo exigitur saltem animarum vtilitas, vt illarum regimini regulares relicto monasterio præficiātur. Atque ita docent Glossa *c. quod Dei timorē. verb. regimen, de statu monachorū. & 16.q.1. in summa, fine.* Rochus *de iure patronatus. verb. honorificū. q.4. n.13.* Rosella *in summa. verb. monachus. n.4.* Sylu. *verb. religio.7.q.3.* Bomb. *c. Clem.1. de elect. n.45. & 65.* Greg. Lopez *l.25. verb. Eclesiar. tit.7. p.1.* Couarr. *c.2. num.5. de testamen.* Manuel *qq. regular. tom.1. q.34. art.5. vnica.* Leonardus *lib.2. de iust. c.41. dub.12. num.97.* Et iuxta hoc temperandi sunt Host. *summa. tit. de statu monach. num.4.* Abbas *c.1. num.5. de capellis monachorum.* Lambertinus *de iure patronatu. lib.2. p.1. q.7. art.19. num.23.* & Azor *tom.1. institut. moralium. lib.12. c.19. quæst.1. ad fin.* vbi videntur exigere necessitatem Ecclesiæ, dum dicunt exigi, non reperiri ministros seculares idoneos. Sed dicendum est, etsi tales reperiantur, sufficere si Ecclesiæ vtile sit regulares ei præfici; quamuis Glossa *d. c. cum pro vtilitate. verb. vtilitate.* & *c. in parochia. verb. cum. 16. quæst.1.* nil speciale dicat esse in hoc circa regulares Ecclesiæ curatæ præficiendos, sed eodem modo posse præfici, ac clericos seculares. Sed limitatio prædicta tenenda est.

40 Hinc deducunt aliqui, monachum ineptum officio prædicandi, non posse tuta conscientia præfici Ecclesiæ seculari curatæ, quod textus *c. quod Dei timorem, de statu monach.* hoc indulgens regularibus, ait hoc esse priuilegium officij prædicandi: & Glossa penultima *c. monacho vagantes. 16. quæst.1.* ait transiatum ex monacho ad prælaturam secularem non peccare, si transferatur, vt prosit, secus si vt præsit. Atque ita in propriis terminis tenent Anton. *c. non est. num.4. de voto. & d. c. quod Dei timorem. num.12.* & ibi Ananias *num.9.* & satis id significant Abbas *eo c. quod Dei timorem. num.3.* Rosella *verb. monachus. num.4.* Sylues. *ex verb. religio.7. quæ §.1.* vbi copulatiuè petunt, vt regularis ille sit aptus officio prædicandi, & curæ. Sed Rochus *de iure patronatus. verb. honorificum. quæst.4. num.13.* dubitat de hoc, atque se id confirmate, eo quod animarum cura in multis aliis versetur. Et ideo dicendum est, si regularis ille ad alia parochorum ministeria aptus sit, quamuis ad prædicandum ineptus, nil obstare quominus licitè possit ei Ecclesiæ curatæ præfici ob rationem dictam. Nec obstat *c. quod Dei timorem*, quia intelligitur id esse priuilegium prædicationis, id est, animarum curæ, & doctrinæ, cui parochi incumbunt, etsi non concionentur. Et ita in propriis terminis tenet Lambertinus *de iure patronatus. lib.2. p.1. quæst.7. art.19. num.22.* quod etiam apertè sentiunt Abbas *cap. non est. num.9. de voto.* & Angles *summa. verb. dispensatio. num.3.* vbi disiunctiuè dicunt, si non est aptus officio prædicandi, vel curæ.

41 Quartò limitatur, dummodo Ecclesia illa, cui regularis præficitur, sit actu curata; secus si solo habitu. Quare cùm tunc esset exercitium curæ animarum, cuius fauore priuilegium hoc indultum est, cessat quoque hoc priuilegium. Atque ita docent Anchar. *c. quod Dei timorem. num.11. de statu monach.* & ibi Ananias *n.9.*

42 Quintò limitatur, dummodo non sit præscriptio quadragenaria, vt ea Ecclesia curata regatur per clericos seculares cum regularium exclusione. Præualebit enimvero præscriptio, ne possit regularibus dari: secus si tantùm sit, vt regatur per seculares, cùm enim tunc regulares exclusi non sint, poterit vtique ei præfici regularis. Sic docent Card. *Clem. vnic. in princip. num.19.q.21. de suppleu. negleg. Prelat.* Felinus *c. in nostra. coroll.40. n.vltim. notab.10. de rescript.* Selua beneficiorum *3. p.q.11. num.133.* At subdit bene Card. è conuerso, secus fore, quia si per 40. annos instituti fuerint soli regulares, nequeunt deinceps seculares, quia iam transiit in regulares, iuxta dicta suprà.

Sextò limitatur, nisi monasterium in loco illo habeat 43
populum sibi subiectum; tunc enim nequit exercere cura per monachos, sed debet præfici illi clericus secularis, vt expresè habetur *c.1. de capellis monachor.* & docent Angelus *verb. monachus. n.5.* & ibi Armilla *n.6.* Tabiena *n.4.q.1. fine.* Sylues. *verb. religio.7.q.7.* Greg. Lopez *l.25. verb. Eclesiar. tit.7. part.1.* Manuel *qq. regul. tom.1. quæst.34. art.4.* Sed Abbas *eo c.1.* rem latè disputat ad huius textus rationem reddendam; videtur enim rationi dissonare, vt cùm monasterium non habet populum, possit regularis esse parochus, non autē cùm illum habet, quia magis repugnat instituto regulari in priori casu, quàm in posteriori; quippe in priori oportet egredi monasterio, in posteriori autem non, & concurrit fauor animarum, & maior monasterij obligatio, ad prospiciendum illi. Et ita concludit *ibi. n.5.* dicens idem significare ibi Glossam *verb. monach.* hunc textum loqui secundùm iura antiqua, & considerato mero regularium statu. Nam regularitet non debent præfici curæ Ecclesiæ secularis; sed ratione necessitatis institutum fuit, vt illi præfici valeant: & sic textus intelligitur, quando ea necessitas non concurrit. Vel secundò dicitur posse intelligi, ne monachus instituatur ab Abbate; quippe cùm cura animarum non sit illi monasterio collata, sed Episcopo incumbat, Episcopi est parochum illi præficere, concessa tamen licentia per Abbatem regulari præficiendo. Atque vterque intellectus mihi placet.

Septimò limitatur à quibusdam, nisi religiosi mendi- 44
cantes eligantur ad id beneficium parochiale in discordia, aut alij religiosi à minori eligentium numero. Idque probant ex *c. quærendum, de elect. in 6.* Sed vt huius limitationis veritas examinetur, oportet præmittere quid in eo textu decidatur, & deinde ad veritatem huius limitationis descendemus. Deciduntur ergo in eo textu duo. Prius est, ne religiosi mendicantes etiam suorum Prælatorum licentia obtenta, consentire electioni, postulationi, seu prouisioni de se in discordia factis ad aliquam extra suum ordinē administrationē, prælaturamve possint: quod si consenserint, nullum ius eis acquiet, sed omnia fore irrita. Posterius est, ne alij religiosi nō mendicantes valeant consentire etiam de suorum Prælatorum licentia electionibus, postulationibus, prouisionibus, aut vocationibus à minori parte numeri factis ad prælationes quasliber; quod si consenserint, nullum ius acquiri, sed omnia fore irrita. Quod si petas, quæ sit ratio diuersitatis inter vtramque electionem in hoc textu statutæ, nimirum, vt ad valorē electionis religiosi mendicantis desideretur concors omnium eligentium vox, ita vt non valeat, tanquam facta in discordia, siue vna sola, siue duæ, siue plures celebratæ sint aliquo ex electoribus contradicente, vt bene docent Glossa *eo c. quærendum. verb. in discordia. el 1.* & ibi Dominicus *in fin. principij.* Bertrachinus *tract. de Episcop. lib.2. p.1. q.47. n.65.* at verò ad valorē electionis religiosi non mendicantis sufficiat maior electorum pars, quantumuis minor contradicat. Rationem huius diuersitatis optimè tradit Lambertin. *de iure patronatus. lib.2. p.1. q.7. ar.20. n. penul.* quia mendicantes, vtpote qui regulam, & paupertatem arctiora profitentur, multo magis à litibus abstinere debent, vt Deo, ministerisque proximorum liberiùs vacent? Et ideo, quia ex eligentium discordia possunt lites suborirі, statuit iure optimo Pontifex illorum electionem debere esse concordi omnium eligentium sententia, vt validè fiat, et ad non petit ad electionem non mendicantium, sed solùm maioris partis electorum vocem.

Opuscula Tr. Sanchez pars III.

45 Pro intelligentia ergo huius textus notanda sunt quædam vtrique casui communia, & deinde quædam peculiaria alterutrius, & tandem examinabimus veritatem limitationis prædictæ. Primò ergo circa vtrumque casum obseruandum est, potuisse olim iure optimo alicui videri non computandos in electorum numero excommunicatos, suspensos, irregulares, vel potestate eligendi ea vice priuatos, quia cùm hi omnes voce eligendi careant, est perinde prorsus, ac si electores non essent: & ideo quamuis hi contradicât, cæteris omnibus legitimis electoribus consentientibus, erit electio religiosi mendicantis concors, & valida; & si maior pars horum legitimorum electorum consentiat in electione mendicantis, erit electio facta à maiori parte, & proinde valida, quamuis non esset maior pars, si cõputandi essent prædicti exclusi. Et ita sentit Glossa *eo c. quorundam. verb. an discordia. el 2. in princip.* & *verb. numero.* Sed dicendũ prorsus est, eas voces computandas esse, vt electio sit cõcors, & vt fiat à maiori parte, quia id hodie decisũ est *in Clem. quod circa. de elect.* ibi; *quod circa religiosorum electiones super discordia, & minoritate numeri, Bonifacianæ constitutiones cauetur, de discordia, & numeri minoritate, quæ in facto, non in fictione, vel iuris effectu consistunt, debere intelligi declaramus.* Id est, cõputandi sunt in numero, qui de facto sunt electores, quamuis fictione iuris reputentur, quasi præsentes non essent, ac eorum vox sit irrita, ac proinde carens iuris effectu. Atque ita notarunt Glossa *eo c. ita quorundam. verb. in discordia. el 2. fin.* Archidiac. *ibi. n. 6. & 7.* Dominicus *ibi. §. volentes. ad fin. & §. circa. n. 2.* & ita intelligi hanc *Clem. quod circa*, docent Glossa in illa verba, *quæ in facto*, & ibi Imola *n. 13.* Anton. Cucus *lib. 4. instit. maiorum. tit. 1. n. 164.* Manuel *qq. regular. tom. 2. q. 55 art. 2.*

46 Diuersum tamen est dicendum de vocibus absentiũ, qui vocati ad electionem non venerunt, vel qui iuri eligendi renunciarunt, vel qui nullo modo habent vocem, eo quod non habeant ordinem, vel ætatem requisitam, vt in electione vocẽ habeant, vel sunt nouitij, &c. Quia priores sunt absentes, aut ratione renunciationis ius non habent, posteriores autem non faciunt numerum, vtpote qui nec de iure, nec de facto vocem vnquam habuẽre, & sic nequeunt dici iuris fictione priuati, de quibus solis loquitur textus, cùm nunquam vocem habuerint. Atque ita docent Glossa *eadem Clem. quod circa, verb. quæ in facto.* & ibi Cardin. *n. 9. q. 12.* Imola *n. 13. & 14.* Bonifacius *à n. 26. vsque ad 30.*

47 Secundò obseruandum est, vtrumque casum intelligi de electione passiua regularium, qua nempe ipsi ad prælaturas eliguntur, non autem de actiua, qua ipsi eligunt. Quare si mendicans haberet ius eligendi non mendicantem, vel quicumque religiosi secularem in hac actiua electione, non opus esset concordia omnium vocum, quia non eligitur mendicans: nec in illa secularis electione exigitur plusquàm iure alio communi de electionibus statutum est; quia non loquitur decisio prædictorum textuum in hac electione. Quod si obiicias *d. Clem. quod circa*, loqui indistinctè ibi; *quod circa religiosorum electiones.* Respondeo, eum textum editum esse ad declarandam constitutionem Bonifacianam, vt expressè ibi dicitur, contentam *in d. c. quorundam. de elect. in 6.* At hoc apertis verbis loquitur de electionibus passiuis regularium ibi; *electioni de se facta.* & paulo inferiùs, *electionibus de se factis.* at lex interpretans aliam recipit omnes declarationes, & restrictiones legis declaratæ (vt latè probauimus *lib. 7. de matr. disp. 46. n. 11.*) Atque ita docẽt Glossa *ea Clem. quod circa. verb. elect.* & ibi Cardin. *n. 1. notab. 1.* Imola *n. 10.*

48 Tertiò obseruandũ est, vtrumque casum habere verũ in religioso iũ parocho, aut Episcopo creato; si enim ad aliã prælaturã promoueatur, indiget concordi omnium electione, si sit ex ordine mendicantium: si autem sit ex aliis ordinibus, indiget maiori electorum parte. Atque priorem partem de religioso mendicanti tradũt Glossa *eo c. quorundam. verb. mendicantium*, & ibi Auctiar *fin.* Dominicus *§. volentes. n. 6. vers. gloss. super verb. mendicantium.* Anton. Cucus *lib. 4. institu. maiorum. tit. 1. num. 164.* Manuel *qq. regul. tom. 2. q. 55 art. 2.* Posteriorem autem de regulari non mendicanti docent Gloss. *eod. c. quorũdam. verb. Prælatorum*, & ibi Archid. *fin.* Francus *n. 5.* Dominicus *§. circa. n. 3. paulo post principium.* Bertrachinus *in tract. de Episcopo. lib. 2. p. 1. q. 38. n. 66.* & constat ex eo textu ibi; *cuiuscumque conditionis, vel status existant.*

Quartò obseruandum est, textum *d. c. quorundam*, in priori casu, dum mendicantibus interdicit acceptare electionem ad prælaturas, nisi omnes eligentes concordent, non loqui de prælaturis proprij ordinis, sed extra illum. Quare dum eliguntur in Prælatos proprij ordinis, non desideratur ea concordia, sed statur olim dispositis in iure communi. Constat ex illis verbis ibi; *extra administrationem sui ordinis.* Sic Glossa *ibi. verb. ordinis*, & *verb. alios.* Anchar *n. 1. notab. 1.* Dominicus *n. 2.* & omnes. At in posteriori casu, dum ad electionem in Prælatum petit in non mendicantibus non esse minorem electorum partem, non constat inter Doctores, an loquatur textus de solis prælaturis extra proprium ordinem, an potiùs etiam comprehendat proprij ordinis prælaturas. Quibusdam enim placet, solas prælaturas extra proprium ordinem contineri. Ducuntur, quod textus in priori casu expressè loquutus fuerat de prælaturis extra proprium ordinem. At cùm descendit ad posteriorem casum, vtitur hac dictione, *quoque*, quæ continuat, ibi; *circa alios quoque religiosos.* Secundò, quia dicit textus; *etiamsi super hoc licentia intercesserit suorum Prælatorum.* At quando religiosus eligitur ad sui ordinis prælaturam, nulla licentia exigitur. Tertiò, quia ex institutionis proœmio mens legislatoris colligitur, & intellectus totius decreti, illúdque limitatur, vt ex multis probauimus *lib. 2. de matr. disp. 37. n. 3. in 2. ratione.* At in prefatione expressè ait Põtifex se intendere prouidere contra religiosos, qui extra proprij ordinis administrationẽ ascendere molluntur. Ergo de hoc solo ascensũ intelligendus est totus textus. Nec obstat in posteriori casu dixisse textum, *ad prælationes quasliber*, quia illa dictio vniuersalis limitanda est iuxta textus proœmium, vt intelligatur de quibuslibet prælationibus extra proprium ordinem: eo vel maximè quod longè diuersa sit ratio de vtrisque prælationibus, quia facilior est promotio in proprio monasterio, quàm alieno, vt notatur *c. post translationem, de renunciatione.* Et ideo hanc partem, quæ satis probabilis est, tenent Monachus *eo cap. quorundam*, & ibi Archid. *n. 6.* Oldradus *eoo cons. 103.* Paulus, quem refert, & sequitur Decius *cons. 323. n. 5. & 2. vol. 4.* Cæterùm verius est comprehendi quoque prælationes proprij ordinis, quia non absque mysterio, cùm textus in priori parte limitauit prohibitionem ad prelaturas extra proprium ordinem, cùm descendit ad posteriorem partem, expressit prælationes quasliber. Nec obstant contrariæ rationes. Non prima, quia satis est dictionem illam (*quoque*) continuare qualitatem religiosorum, vt scilicet textus in vtraque parte de religiosis loquatur, licèt casus quoad alia varientur. Idque constat; nam in priori parte loquutus est de religiosis mendicantibus, in posteriori autem de non mendicantibus. Nec obstat secunda ratio, quia cùm textus de omnibus prælaturis loquatur, & ad prælaturas extra proprium ordinem sit necessaria proprij Prælati licentia, satis est id additum in his verificari, eo vel maximè, quod quandoque ad electionem intra proprium ordinem acceptandam, desiderabitur licentia mediati superioris, iuxta diuersarum religionum constitutiones. Nec obstat etiam tertia, quia id intelligendum est, quando non constat ex textu contrarium, vt hic contingit. Et ideo hanc partem sustinent Glossa *eo cap. quorundam. verb. quasliber.* & ibi Ioannes Andreas *ad finem.* Ancharanus *num. 4.* Francus *numero 4.* Dominicus *ibi. §. circa. numero 2. fine.* Antonius Cucus *lib. 4.*

lib. 4. inst. maior. t. 1. n. 164. Manuel *qq. reg. tom. 2. q. 55. ar. 2.*

50 Quintò obseruandum est, textum in vtroque casu non loqui de electione regularis ad canonicatum, vel aliud beneficium simplex, vel officium. Quare in hac electione seruandum est, quod alias ius commune disposuit. Atque ita docet Ioannes Andreas *eo cap. quorundam. num. 2. vers. quod videtur contra.* & ibi Francus *num. 1. notab. 5.* Dominicus *ibi. §. circa. num. 2. vers. quod si isti religiosi.* Lambert. *de iure patronatus. lib. 2. parte 1. q. 7. art. 20. n. 1.*

51 Sextò obseruandum est, textum in vtroque casu habere locum, etiam in præsentatione regularium ad dictas prælaturas. Quare vt valeat præsentatio, si sit religiosi mendicanti, debet esse in concordia omnium patronorum; si autem sit non mendicantis, debet fieri à maiori patronorum parte (qualiter autem sit computanda hæc maior pars, dicemus n. 55.) quia, etsi textus præsentationis non meminerit, at meminit prouisionis, cuius nomine venit etiam præsentatio, vt docet Glossa *Clem. fin el. verb. prouisioni.* & ibi Card. *n. 11. q. 7.* Imola *ibi. n. 10. de electione.* Item, quia in eo textu *d. c. quorundam*, expressa ratio in vtroque casu, nempe ne lites oriantur, æquè militat in præsentatione, immo multo magis, quia frequentior est præsentatio, quàm electio. Atque ita tenent Francus *eo c. quorundam. n. 4.* & ibi Dominicus. *§. circa. num. 3.* Lambertinus *de iure patronatus. lib. 1. p. 1. q. 7. art. 20. i n. 6. vsque in fin.* vbi in fine concludit, omnia dicta, & dicenda circa electiones horum regularium, quæ præsentationi quoque illorum accommodari possunt, dicenda quoque esse de præsentatione.

52 Septimò circa priorem casum, nempe electionem mendicantis ad prælaturam in discordia factam, obseruandum est, eam prius in discordia factam non reddi validam omnibus electoribus postea concordantibus, quia initium spectandũ est, vt constat ex illis verbis textus *d. c. quorundam*, ibi; *in discordia celebratur*, & ibi; *in discordia de se facta.* Item, quia speciale est in electione Pontificis, vt satis sit concordia superueniens. *c. licet, de electione.* & in electione monialium *c. in omnibus. §. si autem, eodem tit. in 6.* & ita docent Ioannes Monach. *eo c. quorundam.* & ibi Archidiaconus *num. 3. vers. in discordia.* Ioannes Andreas *n. 1 fin.* Ancharan. *num. 3. vers. item nota.* Francus *n. 4.* Dominicus *ibi. §. volentes. n. 4.* Cardinal. *Clem. quod circa. n. 5. q. 5. de electione.* & ibi Bonifacius *num. 1.* & è contrà non noceret discordia superueniens electioni in cõcordia factæ; quia ius per priorẽ illam electionem legitimã nequit ob casum superueniẽtem infringi. Sic Archid. Dominicus, Cardinalis *n. 4. q. 1.* Bonifacius *ibidem.*

53 Octauò circa eumdem casum obserua, si mendicans transeat legitimè ad non mendicantes, & ibi ex dispensatione legitima eligatur ad prælationem extra ordinem, nec opus esse electionem in concordia omnium electorum fieri, sed satis esse maiorem partem: quia iam ille est verè non mendicans, & tanquam talis eligitur. Sic Francus *eo c. quorundam. n. 4. vers. in glossa. verb. mendicantium.*

54 Nonò obserua circa posteriorem casum, nẽpe, quando non mendicans eligitur ad prælaturam, sufficere solùm electionem fieri à dimidia electorum parte; quia textus *d. c. quorundam* petit, non fieri à minori parte numeri: at media pars non dicitur minor. Atque ita docẽt Ioan. Andr. *ibi. n. 2.* Francus *n. 1. notab. 5.* Dominicus *ibi. §. circa. n. 2.* Sed hoc reprobat Lambert. *de iure patronatus. lib. 2. parte 1. quæst. 7. art. 20. num. 8. fin.* quod nullibi dicatur valere electionem à dimidia eligentium parte factam. Item, quia tunc procedit ratio textus; cùm enim vota sint paria, oriuntur lites, & merita eligentium conferuntur. Quare concludit exigi maiorem partem. Verùm hæc ratio solùm concludit, quando alius haberet pro se aliam dimidiam partem; cùm enim tunc suffragia essent æqualia, non sufficeret, nec essent conferenda eligentium merita. At vbi nullus alius haberet totidem suffragia, esset vera opinio prior; quia tunc non est locus litibus. Nec sufficeret etiam partem minorem esse saniorem, cùm textus non numerũ esse partem petat. Sic Glossa *ibi. verb. numero.* Dominic. *eodem n. 2.* Nec refert siue diuersæ electiones fiũt diuerso contextu, siue vnico. Sic Ioann. Andr. & Dominicus *ibidem.*

55 Decimò circa vtrumque casum dubium est, qualiter computanda sit maior pars patronorum, ne regularis non mendicans dicatur præsentatus à minori parte, etsi non valeat præsentatio ad prælaturas, & quando dicatur præsentatio facta in concordia, vt valeat præsentatio regularis mendicantis. Et quidem quando præsentatio ad prælaturas est regularis mendicantis, necessariò debent omnes patroni consentire, vt valida sit, siue præsentent plures illi patroni, vt collegium quoddam, siue vt singulares: quia vno solo discrepante, non dicitur facta præsentatio in concordia, ac litibus ostium aperitur. Atque ita tanquam certum tradit Lambert. *de iure patronatus. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 20. num. 8.* Si verò sit præsentatio religiosi non mendicantis ad prælaturas, si plures illi præsentent, vt collegium, exigitur præsentationem fieri à maiori parte respectu omnium, nec sufficit esse maiorem respectu minorum partium. Verbi gratiã, illi patroni præsentantes, vt collegium, sunt decem; si quatuor ex illis præsentent hunc religiosum, alij verò sua suffragia diuersis præstẽt, ita vt nullus alius totidem habeat, hic præsentatus habebit quidem maiorem partem respectu aliorum præsentatorum, at non maiorẽ respectu omnium patronorum, & ideo hęc præsentatio nõ subsistet, sed valore carebit, quia est instar electionis, ad cuius valorem maior pars collegij desideratur. Si verò præsentent iure singulari, seu vt sigulares, sufficit maior pars respectu aliorum præsentatorum, id est, plura suffragia habere quàm illos, etsi non sit maior pars patronorum. Et ideo in exẽplo posito valeret illa præsentatio, si illis non iure collegij, sed iure singulari competeret præsentatio. Quare dum textus *d. c. quorunda* petit, ne præsentatio fiat à minori parte numeri, intelligitur de minori respectu omnium patronorum iure collegij præsentantium: quia quando minor pars præsentat, non dicitur collegium præsentare, quod in maiori suffragiorum parte cõsistit. Quando autẽ præsentant iure singulari, intelligitur de minori respectu aliorum, qui ab aliis patronis præsentantur. Quare sufficiet, si hoc respectu sit maior, quia ad legitimam præsentationem hoc sufficiebat iure antiquo, vt notant omnes *c. queniam.* & *c. nubis, de iure patron.* Ne ergo iura illa absque ratione sufficienti dicamus per hunc textum corrigi, est sic interpretandus. Præterea, quia ratio huius decisionis, vt in eius proœmio dicit idem textus, est vt notorie constet iustitia præsentanti, & sic litibus obuiam eatur. At quoties hic habet plura suffragia, quàm alij, constat notorie eius iustitia, & defectus iuris aliorum, cùm ad legitimam præsentationem hæc maior pars iure communi sufficiat, vt diximus. Ergo tunc valebit præsentatio. Atque ita vtramque partem docent Francus *d. cap. quorundam. numero 4.* & ibi Dominicus *§. circa. n. 3.* Lambert. *eodem art. 20. num. 8.*

56 His ergo præmissis disputanda est veritas limitationis, quam ex mente quorundam adhibuimus n. 44. nempe, vt religiosus mendicans non possit eligi, aut præsentari ad beneficium parochiale in discordia, nec non mendicans à minori parte numeri, iuxta dispositionem *d. c. quorundam. de electione.* Quidam ergo approbant prædictam limitationem, dicentes decisionem *prædicti c. quorundam* habere locum in electione, aut præsentatione horum religiosorũ ad beneficiũ parochiale. Hoc supponunt Ioannes de S. Georgio, quẽ refert, & sequitur Dominicus *eo c. quorundam. §. circa. num. 3.* & ibi Francus *numero 4.* Anchar. *numero 3. notab. 5.* dum quærunt an valeat electio religiosi mendicantis ad beneficium parochiale facta à minori parte, quasi tanquam constans reliquentes illum textum locum habere in beneficio

parochiali; & tenet in propriis terminis Lambert. *de iure patronatus lib.2.p.1.quæst.7.art.20.num.2.* idque probat, quod omnia disposita in prælaturis, & magnis beneficiis, locum quoque habeant in beneficiis curatis, licèt contrarium sit in aliis beneficiis simplicibus, & minoribus. Sed hæc ratio parum probat, quia textus *c.quorundam* non loquitur de magnis beneficiis, sed de solis prælaturis. Sed melius probaret, quia parochi nomine Prælaturum comprehenduntur, vt docent Innocentius *c.1.num.1.de summa Trinitate.* & *c.quoniam.num.4. vt lite non contestata.* Hostiensis *c. cùm ad Ecclesiarum.n.1. de officio ordinarij.* Idque ex eo textu probatur, quatenus decidit excommunicationes à parochis latas obseruandas esse, & idem probat *c.cùa.de cleric.egrot.ibi.* de sacerdote, qui in parochiali Ecclesia prælationis fungitur officio. Sed hæc sententia mihi duplicet, existimoque decisionem *c.quorundam* minimè locum habere in electione ad beneficium parochiale, quod is textus de sola electione ad prælaturas loquatur: & cùm sit exorbitans à iure antiquiori, non extendendus est vltra verborum proprietatem. At parochi dicuntur largè, & impropriè Prælati, quod præsint in foro animæ suis ouibus. At propriè Prælati dicuntur, qui iurisdictionem ordinariam in vtroque foro habent, vt optimè docent Abbas *eo c.cùm ad Ecclesiarum.n.2.* Angelus, Sylvester, Tabiena, Armilla *verb.Prælatus, statim in princip.* Idque probant ex *cap.2.de iudiciis, in ista glossa finali,* vbi decernitur Prælatos esse Iudices ordinarios, & *Clem.dudũ.verb. ab olim.de sepulturis,* vbi sigillatim fit mentio de parochis, & Prælatis, quasi diuersi sint. Nec obstat id *c.cùm ad Ecclesiarum,* quia, vt ait Abbas *n.2.* parochus ille non excommunicabat ex vi officij parochialis, sed quia ex prescriptione, vel priuilegio habebat iurisdictionem in foro externo. Nec obstat etiam *c.1.de cleric. egrot.* nec doctrina Innocentij, & Hostiensis; appellant enim parochos largè, & impropriè Prælatos. Præterea, quia ratio textus *cap. quorundam,* in cuius proœmio explicata, nempe, ad euitandam religiosorum ambitionem, obuiandumque litibus, non æquè procedit in beneficiis parochialibus, ac in prælaturis: quippe maior ambitio est in prælaturis, eo quod multo amplior sit iurisdictio, grauioresque lites gratiâ illas acquirendi oriuntur.

57 Vltimò limitatur principalis sententia, vt regulares sint capaces beneficij secularis parochialis, dummodo priùs obtineant superioris licentiam. Constat ex *c.religiosus.in princip. de electi. in 6.* ibi; *si religiosus electionem de se ad prælationem aliquem extra suum monasterium, vel suam Ecclesiam celebrata, sui superioris, qui dare ipsam valeat, non petita, & obtenta licentia, præsumpserit consentire, consensus sic præscriptus non teneat, & in pœnam præsumptionis illius electio eadem ipso facto viribus euacuetur omnino.* Et reddit rationem textus, quod monachus non habeat velle, aut nolle; & in fine eiusdem textus deciditur hanc licentiam posse concedi à superiori absque consensu: & quamuis textus loquatur de electione ad prælaturam; at ratio in ipso explicata apertè probat exigi quoque licentiam Prælati, vt regularis acceptare possit quodcumque beneficium, cùm similiter non habeat velle, aut nolle. Id supponunt Doctores, dum quærunt (vt referemus n. 64.) an qui semel est parochus, possit iterum absque superioris licentia ad aliud beneficium parochiale assumi; & expresè exigi licentiam ad quodcumque beneficium acceptandum tradit Francus *eo c. si religiosus, in princip. ante numer.1. notab.1.* Cardin. *Clem.finali.numero 11.quæst.8. de electi.* Manuel *qq.regular. tom.2. quæst. 54.art.5.* Idque constat ex *cap.1.d.58.* quod est D. Gregorij lib.7.epist.8. ibi; *Nullus ad ecclesiasticum officium ex monasterio producatur monachus, nisi quem Abbas loti conuentus propria voluntate obtulerit Episcopo.* Non tamen opus est licentia ad impetrandum beneficium à Pontifice, quia est supremus religiosorum Prælatus, & consequenter nec ad constituendum procuratorem ad impetrandum ab illo, quia quod quis potest per se, potest per alium. *regul.quæq.de regulis iuris, in 6.* Mihi *in repertorio verb.religiosus.num.4.vers.religiosus non potest consentire electioni.*

Immo multi Doctores existimant exigi quoque licentiam Abbatis, vt religiosus consentire possit promotioni de se ad summum Pontificatum factæ. Sic tradunt Glossa *c. quam sit. 2.verb. ad ordinandum.18. quæst.2.* Ioan. Andreas *c. Ioannes.num.18. de regular.* Abbas *cap finali.num.3. de voto.* & *c. quod Dei timorem.num 2. de statu monach.* Dominicus *cap.2.num.2. d.58.* Francus *cap. si religiosus, in princip. ante numer. 1. notabili 1. de electi. in 6.* Beronus *c. Raynutius. num.*381. *de testamentis.* Bonifacius *Clem. finali. num.* 30. & 31. *de electi.* Rochus *de iure patronatus, verb. honorificum. quæst.4. num.* 15. Lambert. *eodem tractatu. lib.2.parte 1.quæst.7.art.19.num.22.* Faber *in definitionibus Senatus Sabaudiæ.tom.1.lib.1.tit.3.de Episc. & clericis, definitione* 33. Bertachinus *in suo repertorio. verb. licentia, in fine.* Villadiego *de orig. & dignit. Cardinalium. quæst.5.num.*33. (habetur *tomo* 13. *tract.part.*2.) Rosella *summ.verb. monachus.num.6.* Sylvester *verb.religio.7.q.9.* Gregor. Lopez *l. 22. verb. Eglesias.tit.7.parte* 1. Graffis *in suis decis.2. parte.lib. 3.cap.20. num.* 1. Manuel *qq.reg. tom.1.q.54.art.3. initio.* Emmanuel Sà *summ.verb. religio. num.* 63. Addúntque Glossa, & Bonifacius ibidem, si absque licentia accepter, teneri eum ad monasterium redire, & à semetipso compellendum, sicut tenetur alij iustitiam ministrare: atque Villadiego addit, nullum ius in Pontificatum per eum acquiri, donec superioris consensus accedat. Cæterum his non assentior, sed existimo, nulla illum indigere licentia, vt huic electioni consentiat. Ratio est, quia (vt notat *cap.licet.de electi.*) contra Pontificem à duabus Cardinalium partibus electum nulla exceptio præter hæresim opponi valet. Ergo nec defectus licentiæ superiorum. Nec obstat, religiosum non habere consensum: quia id est ex iuris fictione, consensum enim naturalem habet, qui ad hoc sufficiens est, eo quod reliqua iuris impedimenta sublata sint. Item, quia electio in Pontificem est ipsius confirmatio, & sic absoluit eum à iugo monasticæ professionis. Atque ita docent Card. *c.licet numero 12.quæst.28 de electi.* & *Clem. finali.quæst.1.num.6.eodem tit.* & ibi Anchar.*num.2.notab.* 2. Imola *ibi.fin.* Felinus *c.cùm 1.* & *à fin.de sententia, & re iudic.* Sylvester *sum.verb. votum.3.quæst.* 4. Rosella *verb. votum.2.ad finem.* Pignolotus *ad tit.ad Romanum, singulari 106.in nova edit.in fin.* Barbatius *de præstantia Cardinalatus.quæst.1.numero 2.num.* Rosellus *de potestate Imperatoris, & Papæ.c.79.numero* 54. Pacianus *de probat.lib.2.c.54.numero* 112.

Nec sufficit licentia generalis concessa per superiorem regulari, vt consentiat suæ electioni, quandocumque electus fuerit, vt constat ex *Clem. finali, de electi.* ibi; *cum concessa religioso à superiore suo licentia, vt electioni, vel prouisioni (si quam de ipso contigerit fieri) suum dare possit assensum, ambitiosus vitio viam parit, nullum eam existere voluimus formitatis.* Nomine autem prouisionis intelligitur etiam præsentatio ad beneficium, cuiuscumque alius prouidendi modus, vt constat ex iis, quæ diximus n. 31. & docent Glossa *ibi. vel beneficium.* Cardinal. *numero 11. quæst.7.* & ibi Imola *numero* 10.

Atque quamuis in hoc textu videntur reprobari sola licentia generalis, nec videatur eadem ratio de speciali: quippe euenire posset præfici religiosum illum alicui Ecclesiæ, cùm tamen id non expediret, & petita licentia ad illam specialem denegaretur. At idem dicendum est de speciali licentia, vt si Prælatus concedat regulari, vt possit accepare, si eligatur ad talem Ecclesiam forte vacantem, quia fuisset eadem ambitionis ratio. Et ita docent Glossa *c.1. Clement. finali. verb. si quam.* & ibi Paulus, quem referunt, atque sequuntur Cardin. *ibi. quæst.* 10. *num.* 13. Imola *numero* 11. Bonifacius *numero* 16.

Similiter

61 Similiter non valet licentia, etsi tunc electio facta esset eius religiosi ignaro superiore: sed debet dari licentia consentiendi tali electioni, quæ de ipso est facta in tali Ecclesia. Sic Glossa *ibi. verb. nullius*, & ibi Paulus, Cardin. *quæst.11.num.14.* Imola *num.*22. Bonifacius *num.* 27. qui bene addit *num.* 28. sufficere licentiam ad eam dignitatem sub conditione, si iam religiosus esset electus ad illam.

62 Si autem consentiat religiosus suæ prouisioni virtute talis licentiæ, quam diximus duplici num præcedenti esse inualidam, iuxta decisionem *d. Clement. finalis*, non euadent pœnas statutas *c. si religiosus, in princip. de electi. in 6.* quas retulimus num. 57. quia cùm ea licentia sit prorsus irrita, est perinde ac sine aliqua licentia consentire: & ita tradunt Glossa *eadem Clem. finali. verb. firmitatis*, & ibi Cardin. *q.*12.*n.*15. Imola *ibi.n.*12.

63 Nec electio, cùm religiosus absque legitima licentia consentit, vires assumet, post consensum illo licentiam obtinente. Quia cùm electio illa fuerit nulla, conualescere nequit. *regul.non fiat mutatur, de regulis iuris, in 6.* & sic tradit Dominicus *cap. si religiosus, in princip.num.8.de electi.in 6.*

64 Quod si religiosus semel ex legitima superioris licentia ad beneficium parochiale translatus sit, & postea ad aliud promoueatur; Imola *Clement.1.num.41.de electi.* ait non exigi licentiam superioris regularis, vt ad hoc beneficium promoueatur: quod exemptus sit ab obedientia superioris, manetque Episcopo subiectus; non posse tamen illum trasire ad aliam parochiam absque Episcopi licentia, sicut nec posset clericus secularis. Et concludit posse etiam dici exigi licetiam Abbatis, quod non sit ab eius obedientia omnino absolutus, sed quoad solam priorem parochiã; vnde ait exigi licentiam Abbatis, vel Episcopi. Sed Anchar. *c.si religiosus.n.vltim.de electi.in 6.* ait non exigi licentiam Abbatis. Idem tenet Lapus ibi, prout refert Francus *ibid.in princ.num.3.vers.quod autem.* de religioso iam electo ad prælaturam, & qui eligitur ad aliam: quamuis ipse Francus dubitans relinquat cogitandum. Sed existimo in neutro casu exigi licentiam superioris monasterij: quod semel effectus Prælatus, aut parochus, sit ab eius obedientia absolutus, vt probauimus, vbi de voto obedientiæ. Nec exigitur licentia Episcopi, nisi in solis casibus, in quibus ea esset necessaria ad clerici secularis promotionem; quia nullo alio speciali subiectionis modo Episcopo subditur, quàm alij seculares beneficiati. Et hoc satis innuit Imola proximè allegatus.

65 Discordant etiam Doctores circa superiorem religiosi, à quo obtinenda est licentia, vt religiosus consentiat suæ electioni. Archidiaconus *c.si religiosus.ante num. 2.vers.extra summ.de electi.in 6.* ait non quemcunque religiosi superiorem posse eam licentiam concedere, idque significari in illis verbis eius textus; *Is cuius imperio se subiecit.* non autem explicat quis sit hic superior. Aliqui autem sic distinguunt: si regulares professionem emittant in manibus Prælati immediati conuentus, ita vt nomine suo is recipiat professionem, potest ille hanc licentiam concedere: secus si professio emittatur in manibus Generalis totius ordinis, vel immediatus nomine Generalis eam recipiat; tunc enim solius Generalis erit eam licentiam concedere. Sic Calderinus *conf. 1.num.vnic.de regular.* Dominicus *eo c.si religiosus, in principio.num.7.* & *c.quorundam.§.volentes.num.5.de electi. in 6.* Francus *eadem c. quorundam.num.2.notabili 4.* Sed verius est hanc licentiam posse dare Prælatum immediatum conuentus, nisi aliud in religionis illius constitutionibus præscribatur, quod hic sit verus superior, cui etiam religiosus ille se subiecit; & sic non est cur huic ea potestas denegetur, vbi aliud non est specialiter in ea religione statutum. Et ideo hanc partem tenent Lapus, & Paulus *eo c.si religiosus*, vt eos refert ibi Dominicus proximè allegatus, eamdem tenent Ioan. Andrè. *ibi n.2.init.* Ancharanus *ibi.num.3.fin.* Francus *ibi.in princip.num.1.notab.3.* Dominicus *c.1.ante num.1.d.58.* Idem Ancharanus *Clem.finali.num.1.notab.2.de electi.* & ibi Cardin. *quæst.2.&* 4.*num.6.&* 7. Imola *q.2.num.4.* Bonifac. *num.* 30. & 33. Limitat hoc Card. vt intelligatur quoad religiosos non mendicantes: nam mendicantibus ait solum Generalem posse concedere hanc licentiam. Dicitque id probari *in cap.quorundam, in 1.vers.nos.de electi.in 6.* qui textus id nullo modo probat; tantùm enim decidit non licere mendicantibus consentire suæ electioni in prælaturas in discordia factæ, quamuis accedat consensus sui Generalis; quod non est dicere solius Generalis esse concedere consentiendi licentiam, quando electio esset concorditer facta. Et ideo dicendum est, etiam fratribus mendicantibus posse hanc licentiam concedere Prælatum immediatum conuentus, nisi aliud in eorum constitutionibus caueatur, præterquàm ad prælaturas cathedralium Ecclesiarum inferiores, ad quas exigitur licentia Pontificis, vt diximus num. 33. & quoad fratres Franciscanos refert Manuel *qq.regular.tom.2.q.55.art.2.* priuilegium Alexandri III. illis concessum, vt solus Generalis, aut Prouincialis possit illis concedere hanc licentiam.

Sed si petas, an simul Episcopi licentia desideretur, est ita distinguendum. Si beneficium pleno iure subsit monasterio, non exigitur authoritas Episcopi, vt religiosus ad illud promoueatur, sed sufficit licentia Prælati regularis, vel illius cum conuentu: si autem non sic monasterio subsit, desideratur præter Prælati consensum, authoritas Episcopi, vt promoueatur. Sic tradunt Rosella *verb.monachus.num.*4. Sylvester *verb.religio.7.quæst.*5. Antonius Cucus *lib.3.iustit.maior.tit.1.num.*154. Manuel 93. *regular.tom.3.q.*53.*art.*2. Leonardus *lib.2.de iustitia.cap.*41. *dub.*12.*num.*98. *vers.vbi notandum.* Dicitur autem in priorimembro, *vel illius cum conuentu*, quia quando pertinet iurisdictio illius Ecclesiæ ad solum Abbatem, tunc sat est illius licentia; quando autem ad ipsum cum conuentu, tunc vtriusque desiderabitur, vt bene docent Rosella, & Sylvest. ibidem. Atque in priori casu Episcopi est regularem illum præpositum à suo Prælato beneficio parochiali examinare, & visitare, vt constat ex Trident. *sess.7.c.7.&* 8. *de reformat.* & *sess.*24.*c.*3.*&* 18. *de reformat.* nisi Prælatus ille regularis habeat ibi iurisdictionem quasi Episcopalem: quia cùm hic actus sit iurisdictionis Episcopalis, & non ordinis, competet ei Prælato regulari. Nec in hoc casu loquitur Trident. vt etiam vsus ipse confirmat, & bene docet Leonardus ibidem.

In Societate Iesv nequit Generalis electioni de se factæ in Episcopatum consentire absque licentia Societatis, quam ipsa minimè præstabit, sicut nec Generalis, quando aliquis ex particularibus eligitur, nisi compellat præceptum Pontificis, vt habetur 9. *parte constitut. cap.*4.§.3.& *c.*5.§.6. *fin.* Quod tamen intelligendum est quantum ad eos Episcoparus, quibus honor, & opes annectuntur: quippe ad acceptandos his destinatos, & quibus non honor, sed onus, non opes, sed paupertas maxima inest, quales sunt Patriarchatus, & Episcopatus Æthiopiæ, & similes, posset Præpositus generalis Societatis licentiam cõcedere, vbi acceptare referret multum ad Dei obsequium: de his enim verificatur illud Pauli 1.ad Tim.3. *qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Quem locum explicans D.Greg. 1.*parte pastoralis.cap.*8. sic ait: *Tunc laudabile fuit Episcopatum quærere, quando per hunc dubium non erat, quemquam ad supplicia grauiora peruenire, & cùm qui plebibus præerat, primus ad martyrium ducebatur.* Quod similiter in prædictis Episcoparibus contingit.

Quod si superior religiosi non iusta causa ductus deneget licentiam illi, vt suæ electioni consentiat, est cogendus per suum superiorem ad prædictam licentiam dandam. *arg ex c.nullus, de iure patron.* vbi deciditur, Episcopo absque iusta causa nolente consentire decimas offerri,

offerti, consulendum Pontificem, vt ipsum cogat. Sicque docent Gloss. *c. quam sit. verb. ad ordinandum.* 18. *q.* 2. Innocent. *c. post translationem. num.* 2. *de renunc.* & ibi Hostiensis *num.* 4. & *c. quod Dei timorem. num.* 8. *de statu monach.* & ibi Ioan. Andreas *num.* 14. Abbas *num.* 12. Henricus *num.* 5. *fin.* Ancharanus *c. si religiosus. num.* 4. *de electi. in* 6. & ibi Dominicus *in princip. num.* 9. Gambara *de authoritate legati à latere. lib.* 8. *c. vltim. num.* 13. Lambert. *de iure patronat. lib.* 2. *p.* 1. *q.* 7. *art.* 19. *num.* 13. Rochus *eodem tract. verb. honorificum. quæst.* 4. *num.* 13. Rosella *in summa. verb. monachus. n.* 6. Sylvester *verb. religio.* 7. *quæst.* 9. Gregor. Lopez *l.* 25. *verb. Eglesiae. tit.* 7. *p.* 1. Antonius Cucus *lib.* 3 *instit. maior. tit.* 1. *num.* 154. Manuel 99. *regular. tom.* 1. *quæst.* 34. *art.* 5. *initio.* Leonard. *lib.* 2. *de institut. c.* 41. *dub.* 12. *num.* 97. Et quamuis Glossa, Anchar. & Gambara videantur dicere solam necessitatem Ecclesiæ sufficere ad hanc coactionem: ac dicendum est sufficere necessitatem, vel vtilitatem, vt bene docent Abbas, Rochus, Rosella, Sylvester, Gregor. Lopez, Manuel, Leonardus ibidem; quia vt iure eligatur religiosus, satis est necessitas; aut vtilitas Ecclesiæ, vt probauimus num. 59. quare alterutra concurrenti, iniuriam irrogat superior prædictam licentiam denegans. Quare non est audiendus Francus *in c. si religiosus, in princ. n.* 3. *ad fin.* vbi ait hanc totam Doctorum doctrinam esse prorsus superfluam, & sine vtilitate aliqua: quia si superior nolit consentire, electus est statim ipso facto priuatus omni iure sibi competenti ex ea electione, & statim potest ad aliam electionem procedi, vt tradit Glossa *c. quam sit. verb. obtinere, in fin.* & *verb. facultatem, de electi. in* 6. ac constat ex eo textu, vbi dicitur, religioso non obtinenti facultatem intra tempus ibi præscriptum, integrum esse electoribus procedere ad aliam electionem; ac proinde compulsio erit vana ac superflua. Sed respondetur, textum intelligi, quando per religiosum electum staret, eo quod esset in mora obtinendæ licentiæ, ac ea iniustè denegata, confugiendi ad superiorem, vt compellat. Atque ita aliqui, vt refert ibi Glossa *verb. obtinere*, dicunt religiosum debere obtinere, quantum est ex parte sua: & licet Glossa hos non sequatur, illam tamen bene explicat ibi Dominicus §. *nisi forsan. n.* 2. dicens Glossam velle, vt hic electus debeat instare coram superiore, vt compellat Prælatum consentire. Quæ manifestè loquitur, quando religiosus est in mora huius compulsionis petendæ: quia iniquum esset illum absque aliqua sua culpa, suo iure priuari.

69 Sed rursus dubitant Doctores, quis superior Prælatum illum iniustè denegantem licentiam compellet, eamque dabit. Glossa *c. si religiosus in princ. verb. obtenta, in fin. de electi. in* 6. dicit solum Pontificem posse hanc licentiam tunc dare: quia *c. nullus, de iure patronatus*, dicitur Pontificem consulendum, quando Episcopus iniustè denegat licentiam offerendi decimas; & Lapus relatus ibi à Dominico *num.* 8. dicit solum Papam posse licentiam dare, quamuis fateatur posse Prælatum illum à quouis suo superiore compelli. Et Dominicus *ibi. n.* 9. vtitur hac distinctione: si constet superiorem habere iustam denegandæ licentiæ causam, tunc nequit compelli, nisi per solum Pontificem; nec alius superior poterit eam licentiam dare: aut constat superiorem non habere iustam causam, & tunc potest eius superior non solùm dare licentiam, sed etiam compellere: aut non subest iusta causa respectu Ecclesiæ ad quam eligitur, quia multi sunt æquè idonei, & tunc inferior Pontifice potest compellere, & solus Pontifex poterit dare eam licentiam: & idem quando est dubium, an subsit iusta causa ex parte Ecclesiæ. Cæterùm existimo posse illius superiorem adiri, vt eum Prælatum compellat, quando iniustè denegat licentiam, & si adhuc nolit, posse illum superiorem eam dare: quia ex quo Abbas est negligens in hac licentia concedenda, potestas deuoluitur ad immediatum eius superiorem, etiam in extraiudicialibus, iuxta textum, & ibi notata. *c. quanquam, de electi. in* 6. & *c. Romana, de suppleu. neglig. Prælat. eodem lib.* & sic docent Imola relatus ibi à Dominico *num.* 8. Lambert. & Rochus allegati numero præcedenti. Nec obstat *d. c. nullus*, quia in eo speciali casu deciditur consulendum Pontificem: quare non est trahendus textus ille ad alios casus.

70 Tandem, sicut regularis nequit acceptare electionem de se factam inscio superiori, ita nec illi renunciare. Constat ex ratione reddita *in c. si religiosus, in princip. de electi. in* 6. quia scilicet religiosus non habet velle, aut nolle; & ita docent ibi Francus *num.* 3. Ancharanus *ibi. num. vltim.* Imola *cap. Raynutius n.* 71. *de testament.* Sed hoc non credo, quia superior non potest cogere regulares ad acceptanda beneficia secularia, aut Episcopatus, vt dicemus remissiuè num. seq. & sic dicendum est, religiosum habere nolle in iis, in quibus non tenetur obedire. Ex quo deducitur, solum Abbatem non posse acceptare absque consensu regularis electi: quia nequit superior efficere actum respicientem personam monachi, pendentemque à personali eius voluntate, absque illius consensu, & in quo nequit ipsum cogere. Sic Imola *ibid.* Bartholomæus Socinus *l.* 1. *num.* 20. *ad fin. de vulgari.* Aretinus *cap. in præsentia. num.* 89. *de probat.* Qua ratione nec solus Abbas potest renunciare illi electioni absque monachi consensu, vt docent Imola, & Bartbol. Socinus *ibidem.*

71 Vtrùm autem possit superior obligare regularem ad acceptandum, satis diximus cùm de voto obedientiæ supra egimus, vbi partem negantem approbauimus. Hæc autem sunt attento iure antiquo dicta: nam hodie nullus regularis est capax beneficij curati absque Pontificis dispensatione; quia ita obseruari videmus, & insuper etiamsiit quædam declaratio congregationis Concilij Trident. cuius verba sunt hæc: *Sanctissimus Dominus noster Gregorius XIII. voluit litere canonicis regularibus, etiam de licentia sui Generalis, absque permissu summi Pontificis assumere curam animarum etiam ad tempus, multòque minus beneficium curatum ad tempus.* & Mandosius *in praxi signaturæ gratiæ in de dispensationibus monachorum pro obtinendis beneficiis*, ait hodie non dispensari cum monacho ad beneficium curatum. Et quamuis Bulla Pauli IV. *Postquam diuina bonitas*, data 13. Kalend. Aug. anno 1558. disponens priuari quibuscumque beneficis etiam curatis regularem, qui absque Apostolica dispensatione ea obtinuerit, sit redacta per Pium IV. in sua Bulla, *Sedis Apostolicæ solertia*, sub data 3. Non. Aprilis, anno 1560. ad terminos iuris communis: at praxis obseruat, quod sine Apostolica dispensatione regulares tralia beneficia obtinere non valeant, præsertim stante decreto Gregor. XIII. à congregatione relato, nec etiam in commendam.

72 Secunda principalis difficultas est, an possit regularis præfici Ecclesiæ collegiali seculari, quæ non habet propriè curam animarum, sed impropriè, qualis est illa, quam præfectus Collegij habet in pertinentes ad suum collegium. Et quidem si agamus de canonicatu, aut alio quolibet beneficio simplici, aut alias quilibet dignitate, præter supremam illius Ecclesiæ, fatentur Doctores vtriusque sententiæ allegandæ non posse regularem absque dispensatione ad ea promoueri, quod ea omnia sint omnino beneficia simplicia; & constabit magis ex dicendis num. 75. & 76. vbi idem dicemus de omnibus beneficiis simplicibus, & explicabimus, quis possit dispensare. Difficultas autem est de suprema illius Ecclesiæ dignitate. Quidam posse negant, quod fauore curæ animarum indultum sit regularibus, vt ad beneficia parochialia promoueri valeant, vt diximus n. 55. At hæc dignitas est verè beneficium simplex, nullam animarum curã habens. Et hæc sententia est satis probabilis, quam sustinent Hostiensis *summa. tit. de statu monach. n.* 6. Ioan. Andreas *cap. quod Dei timorem. n.* 16. *de statu monach.* & ibi Anchar. *n.* 12. Henriq. *num.* 9. Ananias *in fin.* Calderinus (vt illum

(vt illum refert Abbas num. sequenti allegandus) Cardinalis *Clem. 1. num.* 14. 17 *fin. de electi.* Lapus, quem refert ibi Imola *num.* 44. Bonifacius *num.* 65. Armilla *sum. verb. monachus, num.* 4. Villalobos *in communibus opinionib. littera M. verb. monachus. num.* 169. Subdunt autem Ioan. Andr. & Ancharanus posse in hoc Episcopum de sui Capituli consensu dispensare. Immo Henricus *eo num.* 9. ait hodie solum Episcopum dispensare; & non posse, nisi Episcopo dispensante, tenet Gonzalez *in reg.* 8. *Cancell. glossa* 7. *num.* 31. & *reg.* 42. *Cancell.* generaliter prohibente, nedum titulum talium beneficiorum regularibus concedi. Hæc omnia Gonzalez *in regul.* 8. *Cancell. glossa* 7.

73 At verius est, posse regularem absque dispensatione aliqua ad eam dignitatem promoueri, vt illi Ecclesiæ collegiali præsit tanquam præpositus: quia eadem videtur esse ratio, ac de Episcopo, cùm eligatur ad curam eorum, qui ad collegium pertinent: & sicut Episcopus cum suo Capitulo constituit vnum corpus, ita hic cum suo. Atque in hanc partem magis inclinat Glossa *Clem. 1. verb. secularis, de electi.* quamuis dicat opus esse Pontificia declaratione. In hanc etiam inclinat Ancharanus *ibi. n. vltim.* & tenent Ioan. de Lignano, & Paulus ibi, prout eos refert ibi Cardin. *num.* 24. *quæst.* 27. dicens se ita consuluisse Florentiæ, Imola *num.* 46. & 47. Abbas *cap. quod Dei timorem. num.* 5. *de statu monach.* & ibi Cardin. *num.* 5. *quæst.* 7. Dominicus *cap. finali. num.* 2. *d.* 38. Præpositus *cap. priscis, paulo ante finem. d.* 55. Selua beneficiorum 3. *part. q.* 70. *num.* 4. Rosella *sum. verb. monachus. num.* 4. & ibi Tabiena *num.* 4. *quæst.* 3. Sylvest. *verb. religio.* 7. *quæst.* 6. Gregg. Lopez *l.* 25. *verb. Eglesiae. tit.* 7. *part.* 1. Antonius Cucus *lib.* 3 *instit. maior. tit.* 1. *num.* 156. Monald. *consil.* 69. *num.* 1. *vol.* 2. Graffis *in suis decis. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 26. *num.* 7. Azor *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 12. *c.* 19. *q.* 13. Manuel 99. *regular. tom.* 3. *q.* 53. *art.* 2. & *tom.* 1. *quæst.* 34. *art.* 4. & dicit esse probabilem, Leonardus *lib.* 2. *de instit. c.* 41. *dub.* 12. *n.* 99. Sed sicut hodie est correctum in curatis, vt dixi num. 71. etiam in his, vt Gonzalez ait *ea glossa* 7. *n.* 51.

74 Tertia principalis difficultas est, an regularis sit capax aliorum beneficiorum simplicium secularium? Quidam dicunt eum esse capacem canonicatus in Ecclesia seculari. Probant ex *cap. Deus qui, de vita, & honestate cleric.* vbi supponitur monachos esse canonicos, nec id reprehenditur, sed solùm iubentur gratiã vitandi scandali conformari in habitu cum aliis, & ex *c. quorundam. d.* 74. vbi idem supponitur à D. Gregor. nec reprehenditur. Et ideo hanc partem sustinent Hugo, quem refert, & sequitur Glossa *eo c. Deus qui, fin.* & *c.* 12. *verb. maurem. d.* 38. Matth. relatus à Cardinal. *Clem. 1. numero* 24. *quæstione* 27. *de electi.* Bertachinus *tract. de Episcopo. lib.* 1. *inst. quæst.* 39. *num.* 67. *fine.*

75 Sed contraria sententia est vertissima, asserens nullus beneficij simplicis secularis esse capacem regularem. Probatur ex Concilio Hispalensi II. *c.* 9. & refertur *c. non ita aliiont.* 16. *q.* 7. ibi; *in vno, eodemque officio non debet disparare esse professio.* & *c.* D. Hieronymo ad Ripariũ presbyterum, & refertur *c. monachus*, 16. *quæst.* 1. ibi; *monachum non decenit, sed plangentis habet officium.* & *cap. super eo, de regularib.* ibi; *nec amplius in Ecclesiis secularibus debent assumi, ne contra votum, quod Deo fecerunt, vanitate prædentur.* & ex *cap. quod Dei timorem, de statu monach.* vbi in curæ animarum fauorem indulgetur posse regulares ad beneficium parochiale assumi; ergo licuit de beneficiis simplicibus; & ex *c. cum de beneficio, de præb. in* 6. vbi decidit virtute promissionis factæ per Pontificẽ clerico seculari de aliquo beneficio, non posse illi conferri beneficium regulare, sed seculare: & sic videtur ẽ contrà dicendum de beneficio seculari respectu regularis; & *Clem. unica, de suppl. neglig. Prælat.* ibi; *beneficia alia quæ cõferuerunt per seculares clericos, gubernari, secularibus clericis, & c. conferen. de.* Nec obstant contraria, quia bene respondet ad ea Abbas statim allegandus, Ecclesias, de quibus in illis textibus est sermo, fuisse regulares. Et ideo hanc partem sustinent Glossa *c. quorundam. verb. Syracusana. d.* 74. & *d. unic. verb. secularibus.* & ibi Card. *in princ. n.* 4. *opinione* 6. Archidia. *c. finali. n. unic. d.* 38. & ibi Dominicus *n.* 2. Federicus *cons.* 119. *casus talis est.* Testator *n.* 3. & *cons.* 136. *factum tale est, ad finem.* Hostiensis *c. inter quatuor, fin. de reiudic. dam.* & *d. c. super eo, paulo post princip.* vbi Abbas *n.* 3. Anchar. *fin.* idem Hostiensis *d. c. Deus qui, in fin.* & ibi Ioan. Andr. *fin.* Anton. *fin.* Baldus *fin.* Abbas *fin.* Card. *n. unic. vers. quare de prælatis.* Imola *fin.* Henr. *n penult.* idem Abbas *c. quod Deo timorem. n.* 5. & 7. *de statu monach.* & ibi Card. *n.* 7. *q.* 5. & *Clem.* 1. *num.* 24. *q.* 27. *de electi.* & ibi Imola *num.* 47. Anchar. *num. final.* & *cap. si religiosus. n.* 3. *de electi. in* 6. vbi Ioan. Andreas *statim in principio.* Francus *in princip. n.* 1. *not. ab.* 2. Dominic. *in princip. num.* 6. Præpositus *c. priscis, paulo ante finem. d.* 55. Felinus *c. causam quæ. num.* 5. *ad fin. de iudic.* Selua beneficiorum 3. *p. quæst.* 70. *num.* 3. Milis *in repertorio. verb. beneficium. num.* 9. *vers. beneficia consueta.* Gambara *de authoritate legati à latere. lib.* 6. *num.* 253. & *lib.* 8. *c. vltim. num.* 29. Corasius *de beneficiis. 3. p. c.* 5. *num.* 13. Rochus *de iure patron. verb. honorificum. quæst.* 4. *num.* 13. Lambert. *eodem tract. lib.* 2. *p.* 1. *q.* 17. *art.* 19. *num. penult.* & *art.* 20. *num.* 1. Angelus *sum. verb. religiosus. num.* 37. & *verb. monachus. num.* 4. Sylvester *verb. religio.* 7. *quæst.* 5. Rosella *verb. monachus. num.* 1. & 4. & ibi Armilla *num.* 4. & 5. Tabiena *num.* 3. & 4. *quæst.* 2. & 3. Rebuffus *praxis beneficiorum. tit. de dispensat. cum regular. numero* 7. Nauarr. *comm.* 4. *num.* 13. *inst. de regular.* Greg. Lopez *l.* 25. *verb. Eglesiae. tit.* 7. *p.* 1. Couarr. *c.* 2. *num.* 3. *de testamen.* Villalobos *in communibus opinionib. littera M. verb. monachus. num.* 169. Flaminius *de resignat. beneficiar. lib.* 4. *quæst.* 5. *num.* 1. & 2. Hojeda *de beneficiis. p.* 1. *quæst. vltima. num.* 96. Antonius Cucus *libro* 3. *instit. maior. tit.* 1. *num.* 156. Graffis *in suis decis. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 20. *num.* 11. Emmanuel Sà *sum. verb. religio. num.* 32. Azor *tom.* 1. *instit. moralium. lib.* 12. *c.* 19. *quæst.* 13. & *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *q.* 22. Manuel 99. *regular. tom.* 1. *quæst.* 34. *art.* 4. & *tom.* 3. *quæst.* 53. *art.* 1. Monald. *cons.* 69. *n.* 1. *vol.* 1.

76 Nec potest Episcopus in hoc dispensare, quia nullibi id illi conceditur. Atque ita docent Abbas *c. super eo. n.* 3. *de regular.* allegato Calderino, & *c. quod Dei timorem. n.* 5. *de statu monachor.* & ibi Card. *num.* 5. *quæst.* 7. Anchar. *c. Deus qui, in fin. de vita, & honestate clericor.* Gambara *de authoritate legati à latere. lib.* 6. *num.* 253. Rosella *verb. monachus. num.* 4. & ibi Tabiena *num.* 4. *quæst.* 3. Armilla *n.* 5. Præpositus, Milis, Sylvester, Selua beneficiorum, Antonius Cucus, Hojeda, Corasius, Graffis, Emmanuel Sà allegati numero præced. Mandosius *in signatura gratiæ. tit. dispensat. monachor. pro obtinendis beneficiis. vers. & quod beneficia consueta.* Flaminius *de resignat. benefic. lib.* 4. *q.* 5. *num.* 3. Manuel 99. *regular. tom.* 3. *quæst.* 53. *art.* 2. Azor *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 12. *c.* 19. *quæst.* 14. *fine.* Quare non est audiendus Staphyleus *de literis gratiæ. tract. de variis modis vacationis, in* 6. *vacationis modo. num.* 5. vbi ait posse in hoc Episcopum dispensare. Nec etiam audiendus est Gambara *de officio, & potestate legati. lib.* 8. *c. vltimo. numero* 28. dicens posse in hoc dispensare legatum à latere. Idque solùm probat, eo quod hic sit superior exemptorum. Quæ ratio nullius est momenti; deberet enim probare, quemcumque superiorem posse in hoc dispensare. Et ideo expresè hoc ad solum Pontificem pertinere tradunt Milis, Sylvester, Hojeda, Mãdosius, Antonius Cucus, Emmanuel Sà, Manuel *ibid.* & videntur sentire cæteri Doctores id negantes Episcopo. Et ratio est, quia legatus à latere ex sua potestate ordinaria, nisi aliud ei specialiter committatur, tantùm potest circa dispensationes in tota sua prouincia, quæ potest Episcopus in sua diœceli, vt probauimus *lib.* 8. *de matrimonio. disp.* 9. *num.* 25.

77 Hinc deducitur, minus posse Episcopũ dispẽsare, vt religiosus promotus ad beneficium parochiale, habeat simul beneficium simplex: quia vitra inhabilitatem ad beneficiorum

beneficium simplex, concurrit aliud impedimentum, quod est beneficiorum pluralitas, quæ quidem in regularibus specialem incompatibilitatem habet, vt diceimus num. 82. Atque ita re latè vtrinque disputata sutinent Ioann. Andr. *regul. quæ à iure, a numero 5. usque in fin. de regulis iuris in 6.* & *c. si religiosus. num. 1. de elect. in 6.* vbi Anchar. *num. 5.* Dominicus *in princip. num. 6.* Francus *eodem princip. num. 1. notab. 2.* idem Dominicus *c. finali. num. 1. d. 58.* Graffis *2. p. decisionum lib. 3. c. 20. num. 12.*

78 Nec potest Prælatus monachum habilem facere ad duo sui ordinis beneficia. Constat ex *c. cum singula, in princip. de prebend. in 6.* ibi. *Prohibemus, ne aliqui religiosi pluribus Prioratibus, aut Ecclesiis absque Sedis Apostolicæ authoritate præesse præsumant, nisi vnus ex eis ab aliis dependeat, vel ad vnicem sint annexi.* Quare, etsi religiosus possit habere vnum beneficium regulare, at duo habere nequit; immo nec cum vno beneficio potest simul habere capellam, aut pensionem, vel portionem regularem; quia quodlibet beneficium est incompatibile monacho cum primo. Atque idem dicendum est, etiamsi duo beneficia vellet habere, nisi ea beneficia dependerent ab vno, & eodem monasterio, quia tunc nō subest diuersis, sed vni soli; aut nisi essent connexa, vel vnita, in quibus casibus nulla est opus dispensatione, vt constat ex *d. c. cum singula.* Et ita docent Rebuffus *praxi beneficior. tit. de dispensatione cum regularibus facta, num. 8. 9. & 10.* Nauart. *comm. 4. num. 23. init. de regularibus.* Manuel *99. regular. tom. 1. quæst. 34. ar. vbim.* Azor *tom. 1. institut. moral. lib. 12. c. 22. fine.* Addunt Rebuffus *num. 9.* Nauart. Manuel ibidem, nec Pontificem solitum esse dispensare, vt regularis duo sui ordinis beneficia in titulum retineat, sed vt vnum in titulum, & alterum in commendam.

79 Quod si regularis habens parochialem Ecclesiam, petat alteram sibi commendari, & Pontifex in signatura dicat, fiat, vel conceditur, vt petitur, in titulum, tenebitur dimittere priorem, & habebit posteriorem in titulum: quod absque expressa dispensatione nequeat duas Ecclesias in titulum habere. Sic Rebuffus *praxi beneficiorum. tit. de dispensatione cum regularibus facta, numero 12. & 13.* & Manuel *99. regular. tom. 1. q. 34. art. 9.*

80 Verùm si dispensetur cum regulari, vt simul cum Prioratu, vel alio regulari beneficio possit habere aliud seculare simplex, aut curatum, si sibi legitimè conferatur, nequibit ordinarius commendare beneficium seculare illi, quia non datur beneficium seculare in commendam regulari etiam à Pontifice, nisi expressè sit in signatura concessum. Nec in titulum ordinarius dare potest, quia duo non dantur in titulum regulari, nisi in dispensatione exprimatur. Rebuffus *ibidem, numero 14. & 15.* Manuel *ibidem.*

81 Nec si dispensetur à Papa cum regulari ad beneficium seculare curatum, poterit virtute illius dispensationis obtinere simplex: quia multo difficilius, & maius est, regularem obtinere beneficium seculare simplex quàm curatum, quippe huius est capax absque dispensatione, vt diximus num. 35. Quare dispensatio operabitur tunc ad tollendas diuersas huius capacitatis opiniones. Illius autem est incapax, nisi ex sola Pontificis dispensatione. Sic Felinus *cap. postulanti. num. 8. versande dicit. de rescriptione.* Chassaneus *consil. 39. n. 61.* Rebuffus *praxi benefic. tit. de commenda. n. 47.* Mandosius *in signatura gratiæ. tit. dispensat. monachorum pro obtinendis beneficiis. vers. non modum est.* Subdit autem Rebuffus *eo num. 47.* secus esse si dispensetur cum monacho ad regularia alterius monasterij beneficia: quia possunt ei conferri tam regularia cum cura, quàm sine illa, quod ex persona sua sit illorum capax.

82 Ex his deducitur primò, subreptitiam esse dispensationem, si regularis etiam Episcopus factus impetraret dispensationem Abbatiæ alterius ordinis, tacta monachatus qualitate: quia specialiter est regularibus interdicta hæc pluralitas, vt diximus n 78. & ideo oportebat, vt Pontifex de ea qualitate certior factus dispensaret in hac speciali prohibitione. Et ita docet Rebuffus *responsi 14. lib. 1.* vt eum refert, & sequitur Manuel *99. regular. tom. 2. q. 58. art. 5.*

83 Secundò deducitur, impetrationem beneficij regularis factam à seculari, vt valida sit, indigere expressione qualitatis beneficij, & personæ impetrantis, quod sit specialis incapacitas in seculari ad beneficium regulare. Sic Baldus *l. fideicommissa. §. si seruo. num. vnic. ff. de legat. 3.* Felinus *c. in nostra. coroll. 40. num. 41. init. de rescript.* Selua beneficiorum *3. p. q. 11. num. 122.* Hojeda *de incompatibilitate beneficiorum. 1. p. q. vltima n. 95.* Atque eadem ratione erit subreptitia impetratio beneficij secularis à regulari facta, non expressa Pontifici qualitate beneficij, & impetrantis. Sic Felinus *eodem coroll. 40. num. 44. notab. 8.* Selua beneficiorum *eadem quæst. 11. num. 127.* Flaminius *de resign. benefic. lib. 4. q. 5. num. 4.* Atque hæc procedunt, etsi in ea concessione adsit clausula, *motu proprio:* quod hæc clausula non suppleat personæ inhabilitatem, nec operetur, quando tacetur qualitas intrinseca beneficij, vt probauimus *lib. 8. de matrim. disp. 21. num. 49. & duplici sequenti.* Atque ita docent Baldus, Felinus *eo num. 41. init.* Selua beneficiorum *eo num. 122.* Hojeda, & Flaminius locis allegatis.

84 Tertiò deducitur posse regularem constitui coadiutorem Episcopi, aut parochi ex sola superioris sui licentia: quippe cùm vtriusque officij principalis sit capax absque dispensatione, erit subinde coadiutoris vtriusque, seu in vtroque; tunc enim vtriusque munere fungetur. Sic Abbas *c. finali. n. 4. de cleric. egrot.* & ibi Cardin. *q. 10. num. 9.* & *Ciem. 2. q. 17. n. 18. de rescript.* Azor *tom. 2. instit. moralium. lib. 3. c. 1. q. 8.* & è contrà nequibit absque dispensatione creari coadiutor in eo beneficio, cui principaliter absque dispensatione præesse nequit. Sic Abbas ibidem, Cardin. *eodem c. finali. n. 9. q. 11.*

85 Quamuis autem regularis sit incapax beneficij secularis, si tamen illud possideat ex titulo aliquo colorato, si spolietur possessione, est ante omnia restituendus, donec audiatur, ac vitium tituli probetur, quod regularis non sit omnino incapax huiusmodi beneficiorum, vt sunt laici, sed sit incapax tituli, non autem possessionis. Quare hac spoliatus, est restituendus. Sic tradunt Felinus *c. in nostra. coroll. 40. num. 40. notab. 6. de rescriptis.* Selua beneficiorum *3. p. quæst. 11. num. 128.* Staphyleus *de literis gratiæ. tit. de variis modis vacationis, in 6. vacationis modo. num. 7.* & refert decisionem Rotæ.

86 Sed tandem dubitabis, an regularis possidens titulo colorato beneficium seculare simplex, aut secularis regulare pacificè per triennium, iuuetur regula Cancellariæ de triennali, & sic possit postea id beneficium retinere. Sic autem habet ea regula de triennali: *ordinant Dominus noster, quod si quis quæcumque ecclesiastica beneficia, qualitacumque sint absque simoniaco ingressu, ex Apostolica, aut ordinaria collatione, aut electione, & electionis huiusmodi confirmatione, seu præsentatione, & vt fuerunt illorum, ad quos beneficiorum huiusmodi collatio, provisio, electio & præsentatio, seu quæuis alia dispositio pertinet, per triennium pacificè possederit, dummodo in beneficiis, si dispositioni Apostolicæ ex aliqua reservatione generali in corpore iuris clausa reservata fuerit, se non intruserit, super huiusmodi beneficiis taliter possessis molestari nequeat, seu non impetrationes ipsis de beneficiis sic possessis factas irritas, & inanes censeri debere decreuit, antiquas lites super illis motas penitus extinguendo.* Azor *tom. 2. instit. moral. lib. 7. c. 35. q. 1.* sustinet hos non iuuari hac regula, & sic quantumuis pacificè triennio possederint, posse molestari, refertque pro se Rebuffum *de pacificis possessoribus, qui a num. 162.* satissimè probat regulam illam solos eos iuuare, qui aliàs beneficiorum eorum sunt capaces. Quare cùm hi beneficiorum illorum incapaces sint, iuuari nequeunt hac regula.

87 Sed quicquid sit de illius generalis fundamenti veritate,

veritate, quod non habet paucos contradicentes, eo quod in regula illa soli simoniaci in beneficio acquirendo, & intrusi excipiantur; & ideo contradicunt Rebuffus, Philippus Probus *addit. ad Cosmam, Pragmaticæ sanctio tit. de pacificis possessoribus, super verb. molestari, glossa 3.* Ludouicus Gomez *regula de triennali. quæstione 26.* dicens ita quotidie seruari in Rota sine aliqua dubitatione, & *quæstione 27. & 28.* Parisius *cons. 96. numero 2. volumine 4.* Nauart. *cap. si quando excessui. 10. numero 9. de rescriptis.* Quicquid (inquam) sit de huius fundamenti veritate, esto demus esse verum, adhuc dicendum est, illum regularem, & secularem triennio pacificè possidentes iuuari hac regula, & ita deinceps non posse molestari. Et ratio est, quia, vt diximus numero 85. hi non sunt omnino horum beneficiorum incapaces, sed solius tituli veri: quare cùm titulum coloratum habeant, iuuantur possessione dicta triennali, cuius capaces sunt; & ita in propriis terminis sustinet Rebuffus *ex tract. de pacificis possessoribus. numero 159. & numero 159.* Quod si opponatur *cap. cum de beneficio, de prebendis, in 6.* vbi quadragenaria præscriptio petitur, vt beneficium sit regulare, aut seculare; respondet optimè Rebuffus *eo numero 159.* eam quadragenariam præscriptionem exigi, vt alteretur natura beneficij transeundo ex seculari in regulare, vel è contrà: secus autem vt possessor retinere valeat; ad id enim sola triennalis præscriptio sufficit: & ideo si non fuerit dicta quadragenaria præscriptio, mortuo illo triennali possessore, non poterit id beneficium seculare dari iterum regulari, nec regulare seculari.

88 Sed maior difficultas est, an hi iuuentur triennali ea possessione in foro conscientiæ: Quidam asserunt eam regulam in solo foro exteriori procedere denegando in illo actionem. Ducuntur ex verbis regulæ ibi; *super huiusmodi beneficiis taliter possessis molestari nequeat..* nec in ea regula dicitur, vt liceat retinere. Ergo manifestè sola actio in foro externo denegatur. Sic tradunt Cosmas, Pragmatica sanctio *tit. de pacificis possessoribus. verb. triennio, & verb. molest. ari.* Couarr. *regul. possessor. 2. p. §. 10. n. 10. concl. 7.*

89 Sed multo vetior sententia est, turum esse in vtroque foro possessorem hunc triennalem. Ducor, quod illud triennium statutum sit in illa regula ad legitimam beneficij præscriptionem. At legitima præscriptio tutum reddit in vtroque foro possidentem. Secundò, quia ea regula edita est ad lites, scrupulosique possidentium vitandos. At si solùm procedit in foro externo denegando actionem, neutrum vitabitur. Non scrupuli, quia possessor scrupulis vrgebitur, an prior titulus fuerit legitimus, cùm possessione triennali se non iuuari in foro conscientiæ nouit. Non lites, quia etsi iure actionis nihil possit intentari contra possidentem; at via denunciationis euangelicæ tanquam iniustus possessor, & proinde in peccato lethali constitutus, poterit denunciari Prælato. Nec obstat ratio contraria, quia ex intentione statuentis regulam illam colligitur apertè sensum illorum verborum esse, vt talis possessor nullatenus molestari valeat, eo quod prius tituli vitium abolearur pacifica illa triennali possessione, qua verus titulus, tanquam legitima præscriptione acquiritur. Et ideo hanc partem sustinent Glossa antiqua, quæ est Guillelmi de Monte ferrato *regul. de triennali*, Philippus Probus *addit. ad Cosmam*, Pragmatica sanctio *tit. de pacificis possessoribus. super verb. colorarum. glossa 13.* Rebuffus latè probans *de pacificis possessoribus, a numero 7. vsque ad 18.* affirmans ita teneri à Prætorijs Gallicanis, quæ Parlamenta vocantur. Ludouicus Gomez *regul. de triennali. quæstione 42.* Nauarrus *libro 3. consil. in 1. editione. tit. de prebendis. consil. 41. fin. & iste 42. in 2. tit. de parochis. consil. 2. fin. & tit. de prebendis, iste consil. 30.* Azor *tomo 2. institutionum moralium libro 7. cap. 35. quæst. 9.*

90 Sed adhuc restat disputandum, an exigatur bona fides in hoc possidente triennio ad prædictam præscriptionem. Quidam negant exigi. Ducuntur, quia per hanc regulam aliquid de nouo inducitur vltra ius commune. At nihil operaretur, nec de nouo induceret, si ad eam exigeretur bona fides. Item, quia regula tantùm petit titulum coloratum, & duos casus malæ fidei excipit, scilicet simoniacum, & intrusum in beneficium vacans apud Sedem. Item, quia in temporalibus in præscriptione agitur de maiori præiudicio, cùm per præscriptionem verum ius, & dominium acquiratur: & sic non mirum quod requiratur bona fides. At per hanc regulam tantùm acquiritur possessio ad vitam possidentis duratura. Sic Ludouicus Gomez *reg. de triennali. quæstione 42.* & dicit bis in Rota sic esse decisum; & ait hanc exceptionem etiam mala fide post triennij possessionem reddere tutum etiam in foro conscientiæ possidentem: quia Papa ad vitandas lites, & scrupulos hoc potuit facere; immo & dare verum ius, & dominium propter plenissimam in beneficialibus potestatem, quam habet. Idem Couarr. *reg. possessor. 2. part. §. 10. numero 10.* at dicit non reddere tutum in conscientia.

91 Sed verius est exigi bonam fidem, quia non est credibile velle Papam fauere peccanti, ac malæ fidei possessori. Item, quia regula generalis est, malæ fidei possessorem nullo tempore præscribere. *cap. possessor. de regulis iuris, in 6.* quod etiam in spiritualibus procedit, vt bene Glossa *cap. contingit de dolo, & contum. verb. constituatur.* Nec obstant contraria: nam ad primum dico, requisita bona fide aliquid de nouo induci, quia ea regula seclusa posset possessor post triennium molestari, nec vitium tituli delebitur. Nec obstat etiam secunda ratio, quia poterat esse bona fides in iis duobus casibus, nempe, si possessor ille existimaret validum esse beneficij titulum, non obstante illo peccato, & adhuc simoniacus, & intrusus ratione exceptionis huius non iuuabuntur hac regula. Et ideo hanc partem sustinent Guillelmus, quem refert Ludouicus Gomez *ea quæstione 42.* affirmatque Rotam re sæpius disputata, nunc in hanc, nunc in alteram partem inclinasse. Rebuffus *de pacificis possessoribus. num. 28.* Nauarr. *lib. 3. consil. in 1. edit. tit. de prebendis. cons. 41. fin. in 2. tit. de parochis. cons. 2. fin.*

92 Vltima difficultas est, an regularis sit capax pensionis habendæ? Quidam asserunt posse licitè monacho constitui pensionem ex sui Abbatis consensu, non vt habeat tanquam propriam, sed pro suis necessitatis vsibus: & probant ex *cap. nisi, de prebendis*, vbi alteri ex electis in Priorem monasterij soluitur pensio ex fructibus Capituli, & Prioratus. Præterea, quia quamuis seruus proprij habendi incapax sit, potest tamen ex permissione domini peculium aliquod habere. *l. 4. de manumiss.* & *l. quam Tuberonis, ff. de peculio.* Sic docent Innocentius *ea cap. nisi. numero vnic. paulo post princip.* & ibi Hostiensis *numero 4.* Ioannes Andreas *numero 3.* Antonius *numero 12.* Ancharanus *numero 7. opposit. 3.* Cardinalis *numero 5. opposit. 1.* Gambara *de authorit. legati à latere. numero 260. & 273.* Sed tantis confusè loquuntur; & apertè videntur loqui, idque eorum rationes probant, de peculio concesso per Abbatem regulari, vt inde necessariis sibi proficiat, de quo non est præsens quæstio, quia satis de hoc egimus *cap. 12. & 14.* Sed præsens quæstio est de vera, & propria pensione, quia est ius quoddam certæ partis redditum ex beneficio alterius exigendæ. At clarè videtur tenere hanc partem Gygas *de pensionibus. quæstione 15. fin. a princip.* vbi ait integrum esse

regulari habere annuam pensionem super fructibus monasterij, vel beneficij ex sui Abbatis licentia, dummodo ad nutum eius sit reuocabilis: secus quando irreuocabilis esset; tunc enim ait exigi Pontificis licentiam.

93 Alij dicunt religiosum non esse capacem pensionis huius propriè dictæ absque Pontificis authoritate. Probant, quia religiosus est incapax habendi proprij, & vsusfructus in aliqua re. Sic Azor *tomo 2. institutionum moralium libro 8. cap. 7. quæst. 11. & tomo 1. libro 12. cap. 9. quæst. 9.*

94 Prima tamen conclusio sit. Regularis est incapax pensionis obtinendæ super beneficio seculari siue simplici, siue curato, absque Romani Pontificis dispensatione. Ducor primò, quia quidquid sit de iure, quo attento, multi Doctores affirmant posse pensiones per episcopum ex iusta causa constitui, quos refert, & sequitur Gygas *de pensionibus. quæstione 6. numero 2. & 3.* & alij multi, quos refert Azor *2. tomo institutionum moralium. libro 8. cap. 6. quæstione 1.* at attento Romanæ Curiæ vsu, propriæ, & veræ pensiones, quibus beneficia ipsa onerantur ad certam redditium partem alteri dandam, sola Pontificia authoritate concedi possunt, vt testantur Sotus *libro 9. de iustitia. quæstione 7. art. 2. columna 2. vers. 2. conclus.* Toledo *libro 5. summæ. cap. 83. numero 1.* Aragon *2. 2. quæstione 100. artic. 4. solut. 1122. columna 2. conclus. 3.* Ludouicus Lopez *1. parte instruct. conscientiæ. cap. 303. columna 7. vers. pro restitutione.* Manuel *2. tomo summæ. cap. 65. numero 6.* Azor dicens exploratissimum esse, & extra omnem controuersiam *eodem cap. 6. quæstione 1. vers. extra omnem controuersiam.* Secundò ducor, quia incapax beneficij, est incapax quoque pensionis, vt probauimus *libro 2.* vbi an hæretici pensiones amittant, egimus. Sed regularis est incapax beneficij secularis simplicis, nisi Pontifex dispenset, vt diximus numero 75. ergo erit quoque pensionis super illo constituræ: & ita tenet Thomas Zerola *in praxi Episcopali. parte 1. verb. beneficium, statim in princip. vers. 5.* & quamuis sit capax beneficij curati secularis, id tamen contingit ex indulgentia iuris fauore curæ animarum, qui cùm non reperiatur in pensione constituenda, non erit capax pensionis super beneficio curato.

95 Secunda conclusio. Nec etiam est capax pensionis super beneficio regulari sui monasterij constituræ absque Pontificis dispensatione. Ducor ex ratione priori conclusionis præcedentis, & ex *Clementina vnic. de supplenda negligen. Prælatur.* vbi decernitur, beneficia hæc regularia non posse ab Abbatibus suis beneficiis vniri, nec nouis pensionibus onerari. Item, quia Archidiaconus *cap. finali. numero 2. de officio ordinarij, in 6.* ait non posse Abbatem imponere pensionem super Prioratu habente bona distincta à bonis monasterij, vel habente ius spirituale annexum; & Bonifacius *Clement. vnic. §. eadem. numero 2. de supplen. negligen. Prælatur.* ait non posse imponi ab Abbate nouam pensionem beneficio sibi subdito.

96 Tertia conclusio. Iusta causa est necessaria, vt licitè pensio constituatur. Hanc statuo contra multos iurisperitos, quos refert, & sequitur Gygas *de pensionibus. quæstione 6. numero 7.* & quos refert Pinellus infrà allegandus, dicentes Pontificem posse ad libitum de fructibus cuiuscumque beneficij disponere, eo quod sit beneficiorum dominus, vt probat textus *cap. 2. de prebendis, in 6.* & *Clementina 1. in fin. vt lite pendent.* vbi dicitur, Pontificem habere summam, & liberam potestatem in beneficialibus. Probatur nostra conclusio primò, quia verissima sententia habet, Pontificem non esse dominum beneficiorum, ac eorum fructuum, sed dispensatorem, quod constat ex illo D. Paulo 1. ad Corinth. *4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Insuper, quia si esset dominus, posset cuiuis etiam indignissimo beneficia conferre, nec esset acceptor personarum. Et ideo cum non esse dominum teneat D. Thomas *2. 2. quæstione 100. artic. 1. ad 7.* & *quæstione 63. artic. 1. ad 1.* vbi & Caietanus, Gabriel *lectione 18. in canonem Missæ.* Gerson *2. parte. alphabeto 24. littera T.* Sotus *libro 3. de iustitia. quæstione 6. artic. 2. ad 5.* Medina *quæstione 3. de restitutione. cap. 11. vers. verum.* Pinellus plurimos referens *rubric. C. de rescindend. vendit. 1. parte. numero 29. & 30.* Sarmiento *libro 1. solitarum. cap. 8. numero 15.* Corduba *libro 1. quæstionarij. quæstione 21. puncto 2.* Nec obstant textus in contrarium adducti, quia (vt optimè explicat Azor *tomo 2. institutionum moralium. libro 6. cap. 12. quæstione 7.*) sensus est, vt sit administratio Pontificis libera, id est, non adstricta canonibus, & legibus scriptis, quales habent cæteri Præsules. At eam habet legibus iuris naturalis, vel diuini alligatam; sicut ipse Pontifex legibus ecclesiasticis solutus est, non autem naturalibus, vel diuinis. Et ideo nostram conclusionem sustinent Victoria *lectione 1. de simonia. numero 50.* Sotus *libro 9. de iustitia. quæstione 7. artic. 2. ad finem.* Nauarr. *de reddituib. eccles. quæstione 3. numero 21.* Alaba *de Concilio. 2. parte. §. 21.* Corduba proximè allegatus, Toledo *libro 5. summæ. cap. 83. numero 5.* Azor *tomo 2. institutionum moralium. libro 8. cap. 5. quæst. 8.*

97 Sed maior difficultas est, an ea pensio absque iusta causa per Pontificem concessa sit valida, ac proinde possit tuta conscientia teneri? Toledo *n. præced.* allegatus negat, loquitúrque vniuersaliter de quocumque pensionario. Ducitur, quod dispensator, seu œconomus nequeat validè absque iusta causa disponere. At probabilius est, factum tenere, ac proinde possidentem esse tutum: atque sic loquentes generaliter de pensionariis, vltra iurisperitos relatos *n. præcedenti*, docentes etiam licitè id posse Pontificem, tradunt Corduba *libro 1. quæstionarij. quæstione 18. col. antepenultim. ad 2. argument.* & *quæstione 21. puncto 2. ante dubium 1.* Azor *tomo 2. instit. moral. libro 8. cap. 6. quæstione 8.* qui id probat; nam dando absque iusta causa non peccat contra ius naturale irritans factum, sed contra iura humana interdicentia beneficium cum diminutione conferri. At facta à Pontifice contra ius humanum, valida sunt.

98 Quamuis autem hoc ita sit in cæteris pensionariis, at in religioso est specialis ratio, vt dicamus eum non esse tutum in conscientia, retinendo pensionem è Pontifice sibi concessam, quando constaret deesse legitimam causam. Quod bene docet Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 9. quæst. 9.* quod sit quædam relaxatio voti paupertatis iure diuino naturali obligantis: vbi etiam bene subdit esse iustam huius concessionis causam, si religiosus ille vir sit, cuius opera Romanus Pontifex vti velit; aut de Ecclesia benemeritus, aut senio confectus, & grauiè valetudinem trahens. Similiter erit iusta causa paupertas, vt in immensum affirmat Toledo *lib. 5. summæ. cap. 85. n. 4. in 7. causa.* quod bona Ecclesiæ etiam pauperibus obtineant. Huiusmodi autem paupertas esset, si magna indigentia religiosus ille premeretur, monasterio non suppeditante sibi necessaria. Quod si deductis victui necessariis superesset aliquid illi ex redditibus pensionis, bene docet Azor ibi expendendum in opera pia: quippe, etsi id in Pontificia facultate minimè existimatur, at cum non detur illi, nisi ad victum necessarium, videtur tacitè intellectum, vt quod superest, expendat in vsus pios, quos malauerit. An verò possit à Prælato postea auferri, dicemus numero 114.

Vltima

99 Vltima conclusio est. Si loquamur de impropria pensione, quæ scilicet non imponitur beneficio, sed ipsi beneficiario, existimo posse Prælatum regularem conferentem monacho beneficium regulare, imponere illi ex iusta causa pensionem soluendam alteri monacho eiusdem monasterij ad nutum suum reuocabilem. Atque in hoc casu intelligo loquutos Doctores relatos numero 92. ad cuius intelligentiam obseruandum est (vt optimè explicat Azor *tomo 2. institutionum moralium. libro 8. cap. 6. quæstione 1. vers. extra omnem controuersiam*) aliud esse ipsi beneficiario pensionem imponere, aliud verò ipsi beneficio. Quippe in priori casu beneficium non est eo onere affectum, sed persona; & ideo translato beneficio in alium, cessat onus. At in posteriori imponitur beneficio id onus; atque ideo in quemcumque eum illo transit, dum pensionarius superstes est. Hoc supposito, probatur conclusio: quia etsi Episcopi nequeant iure pensiones beneficiis imponere; at possunt ex iusta causa imponere ipsi beneficiario, vt ex multis probat ibi Azor. Ergo similiter id poterit Abbas conferens beneficium regulare suo religioso. Insuper, quia cùm religiosus ille maneat sub Abbatis obedientia, atque ex licentia tacita ipsius expendat eius beneficij fructus, potest Prælatus ex iusta causa illi imponere, vt partem fructuum det monasterio, aut alij religioso. Et hoc idem tanquam probabile, & rationi satis consonum admittit etiam Leonardus *libro 2. de iustitia. cap. 41. dubio 11. numero 94.* aliis verbis, ait enim: *Etsi nequeat Prælatus regularis imponere pensionem his beneficiis, ac vbi inferior fructus aliquos percepit, quos in suæ Ecclesiæ commodum non erat impensurus, non est à ratione alienum, vt Prælatus de illis possit statuere, vel præscribere modum expendendi*; quamuis dicat contrarium esse probabilius, quod non credo. Similiter bene ait ibi, vbi religiosus amotus fuerit, eum non habere amplius administrationem; vnde si quid pecuniæ secum attulerit ad monasterium, subest dispositioni Prælati. Hæc ibi.

SVMMARIVM.

An nouitij sint capaces beneficij secularis, & pensionis? numero 100.

Quid de religiosis Societatis IESV, qui sola biennij vota emiserè? n. 101.

Quid de militibus commendatarijs? Refertur quædam sententia. n. 102.

Sententia authoris. n. 103.

Post numerum 103. inuenies alia summaria.

100 Quarta quæstio est. Qui comprehendantur nomine religiosorum, vt incapaces sint beneficij secularis, & pensionis. Et quidem si de nouitiis religionis agamus, satis dictum est suprà, vbi an vacet tyronis beneficium.

101 De religiosis autem Societatis IESV, qui etiam sola vota biennij emiserunt, non potest esse dubium, quin etiam sint incapaces beneficium seculare, & pensiones obtinendi, instar aliorum religiosorum: quia etsi solis votis simplicibus astricti sint, non sunt tamen minus religiosi quàm professi cuiuscumque religionis. At prohibitio omnes religiosos comprehendit. Vtrùm autem possint habere beneficium curatum, cujus alij religiosi sunt capaces, diximus numero 36. & vtrùm beneficia, vel pensiones, quæ antea habebant, vacent iis votis, diximus numero 3.

102 De militibus autem commendatarijs S. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, & D. Ioannis, & aliis huiusmodi militibus difficultas est. Nauarr. *libro 3. consiliorum. tit. de regularibus, in 1. editione. consil. 27. numero 9. in solutione ad 2. in 2. consil. 10. numero 9. eadem solutione ad 2.* clarè supponit hos omnes esse incapaces beneficij secularis, & pensionis, sicut alios religiosos. Idem supponunt Mandosius *de signatura gratiæ. tit. dispensatio monach. pro obtinendis beneficiis, in fin.* Manuel *quæstionum regularium tomo 1. quæstione 54. art. 5.* dicunt enim his non solere concedi dispensationem ad obtinenda beneficia secularia, seu regularia alterius ordinis: & Gambara *de officio, & potestate legati. libro 6. numero 244.* refert hæc te discussa in Rota maiorem partem in ea fuisse sententia, vt equites D. Ioannis sint pensionis incapaces. Ratio autem est, quia hi omnes sunt religiosi, & maximè milites D. Ioannis, cùm tria vota solemnia instar aliorum religiosorum emittant. Et Gonzalez *in regula 8. Cancellariæ. glossa 8. numero 41.* dicit non posse religiosis S. Ioannis conferri beneficia secularia, & citat Lambertinum *de iure patronatus. 2. parte. lib. 1. quæstione 7. art. 5. & 6.*

103 Cæterùm existimo, hos omnes esse capaces beneficij secularis, & pensionis, nec prohibitionem de his intelligi. Ducor, quia etsi religiosi sint, non omnino mutant statum, & retinent proprios redditus. Atque ita loquens de militibus D. Ioannis, & de pensione, siue ea sit beneficium, siue quid temporale, docet Gambara *eodem libro 6. numero 269.* & refert *numero 254.* in illa consultatione Rotæ aliquos fuisse huius sententiæ: & Azor *tomo 1. institutionum moralium. libro 13. cap. 3. quæstione 2. ad fin.* ait, eos qui tria substantialia religionis vota emittunt, sed paupertatis ita laxæ, vt iuxta suæ regulæ professionem proprium habere possint, esse capaces beneficij secularis, & pensionis.

SVMMARIVM.

Beneficium aliud perpetuum, aliud manuale. Beneficia secularia sunt communiter perpetua, & verò manualia: è contrà autem de beneficiis regularibus. numero 104.

An in impetratione beneficij regularis, aut secularis, vt valida sit, oporteat exprimere, an ad sit manuale, aut perpetuum? n. 105.

Beneficium manuale an sit propriè beneficium, & comprehendatur sub Pontificia beneficiorum reservatione, vel concesso alicui beneficio? n. 106.

An beneficia manualia vacent superiore renuente, aut per mortem possidentis? n. 107.

Beneficia manualia quando sint collativa, & quando electiua; & an possint à solo Abbate absque conuentu conferri? num. 108.

Quotupliciter beneficium, & pensio, seu peculium possit à monacho possideri n. 109.

An quando hæc ex concessione Abbatis absque vlla Pontificia confirmatione possidentur à religiosis, possint absque vlla causa ad nutum Abbatis auferri? Proponuntur probantia partem negantem. n. 110.

Explicatur sententia authoris n. 111.

Quid si collata sint ab Abbate cum conuentu? numero 112.

An hæc essent morte concedentis absque alia reuocatione; & quid si essent concessa ad beneplacitum? n. 113.

An regularis possit iuxta regula de triennali, ne possit ab Abbate spoliari ea beneficia? n. 114.

An possit petere restitutionem, si ab Abbate, aut ab alio spolietur? n. 115.

Cur religiosi dicantur iure administrationis, & tanquam sibi commendatis obtinere beneficia regularia. n. 116.

An consuetudine induci possit, vt beneficia regularia sint perpetua, ita vt Abbas non possit monachum reuocare? numero 117.

Quid si illa beneficia regularia sint electiua? n.118.

Quid si non sunt plene iure subiecta Abbati? n.119.

Quid si id beneficium regulare sit curatum? n.120.

Quid si conferatur regulari tanquam seculare? n.121.

Quid si id beneficium sit ex se perpetuum? n. 122.

Quoties est perpetuum, datur restitutio contra Abbatem spoliantem. n.123.

An quando Abbas concessit monacho beneficium manuale, aut peculium pro toto tempore vitæ suæ, possit ad libitum reuocare? n.124.

Quid si promisit non reuocare? n.125.

Quid si promissionem iureiurando stabilitus? n.126.

Quid si est statutum Abbatis cum conuentu, vt non reuocetur, vel vt à filio Abbatis non reuocetur, & an Abbas ex statuto ligari possit? n. 127.

Quid si iuramentum ei statuto addatur? n.128.

Quid si ea beneficij, aut peculij concessio confirmetur à Pontifice? Refertur quædam sententia. n. 129.

Sententia authoris. n. 130.

Alia remissiuè circa hanc confirmationem. n.131.

Quando Pontifex confirs beneficium, aut peculium iure deuoluto ad ipsum ob Abbatis negligentiam, an integrum sit Abbati ad nutum reuocare? Refertur quædam sententia. num. 132.

Sententia authoris. n.133.

Quid quando non iure deuoluto, sed propria potestate? refertur duplex sententia. n.134. & 135.

Sententia authoris. n.136.

An hoc fullat in monachis S. Benedictis n.137.

Quid si Papa confirat. beneficium expressè, dicens vt duret toto tempore vitæ? n. 138.

Quid si institutioni, aut confirmationi illi superueniat. nouum delictum, reuocatione dignum, aut noua iusta reuocandi causa? n.139.

Quid si Pontifex beneficium manuale conferat. clerico seculari? n.140.

An beneficium manuale collatum in perpetuum, redeat. ad pristinam manualis naturam, postquam vacauerit? numero 141.

An regularis, cui beneficium manuale collatum est, aut confirmatum à Papa ex certa scientia, maneat. omnino exemptus ab Abbatis obedientia in reliquis? n.142.

An sufficiat confirmatio, aut collatio beneficij illius manualis facta à Pontifice motu proprio, vt reuocari nequeat ad nutum Abbatis? n. 143.

Quando dicantur hæc fieri ex certa scientia Pontificis, ac in dubio, cui onus probandi incumbat. n. 144.

Post numerum 144. inuenies reliqua summaria, quæ desiderantur.

104 QVÆSTIO quinta. An beneficium, vel pensio semel regulari legitimè collata possint ei per Abbatem suum auferri? Vt clarè procedamus, præmittenda sunt aliqua. Primò præmittendum est, beneficia in duplici esse genere. Quædam sunt perpetua, quia scilicet semel collata nequeunt auferri, nisi ex legitima causa. Quædam autem dicuntur manualia, quia possunt ad nutum conferentis auferri, & ideo non dicuntur perpetua. Hoc autem est discrimen inter beneficia secularia, & regularia, quod illa sunt suapte natura, & regulariter perpetua. *cap. præcepto. dist. 55. c. venient, cum ibi notatis, de filiis presbyterorum.* Hæc autem suapte natura, & regulariter manualia, quod ad sui Prælati nutum possunt auferri, vt dicemus n. 111. Atque ita optimè docent Rebuffus *de pacificis possessoribus. n.279.* Cassadorus *decis. 4. n.2. & 3. de prebendis.* Selua beneficiorum *3. p. q. 68. n.1.* Nauar. *comm. 4. de regular. n.15. vers. 3.* Azor *tomo 2. inst. moral. lib. 3. c. 28. q. 15. & 16.* qui *hæc q.16.* bene ait, quandoque beneficia secularia esse præter sui naturam manualia, & ad nutum conferentis reuocabilia: Quod idem supponunt Rebuffus, & Cassadorus, in eo quod ex ipsis referemus n. sequenti. Ere contrà quandoque regularia sunt perpetua, vt supponunt idem Rebuffus, & Cassadorus.

105 Hinc deducitur, in impetratione vnionis beneficij, vel in titulum, aut commendam regularis manualis non esse opus exprimere Pontifici id manuale esse; seeus autem si beneficium esset seculare, & manuale: esset enim impetratio subreptitia, si non exprimeretur id manuale esse. Ratio est, quia, vt optimè probat Felinus *cap. in nostra. coral. 4. numero 14. de rescriptis*, non oportet exprimere Pontifici qualitates, quæ iure communi beneficio insunt; sed illas solas, quæ de facto ratione consuetudinis, vel alia ratione insunt: quod ea quæ sunt iuris, non præsumantur latere Pontificem, sed ea sola, quæ sunt facti. *cap. 1. de constitutionibus, in 6.* Cùm ergo iure communi beneficia regularia sint manualia, & beneficia secularia, perpetua, non oportet has qualitates exprimere: oportet autem si beneficium seculare esset manuale, cùm ea qualitas non de iure insit. Atque ita docent Rebuffus *de pacificis possessoribus. numero 279. & 182.* Cassadorus *decisione 4. de prebendis, per totam.* Similiter si beneficium regulare sit perpetuum, oportet in impetratione, vt valida sit, eam qualitatem exprimere, vt bene ait Cassadorus *ea decisione 4. numero 5.* & constat eadem ratione, quia illa qualitas est præter ius.

106 Sed quæres, an manuale beneficium sit propriè, & verè beneficium. Azor *tomo 2. institutionum moralium. libro 3. cap. 26. quæstione 12.* sustinet esse verè, & propriè beneficium ecclesiasticum, quod cætera habeat beneficio conuenientia, præter id, quod est posse ad nutum reuocari: nec natura beneficij petit id esse omnino perpetuum, & ad nutum irreuocabile, sed satis est nie ad certum tempus conferatur. Sed verius est, non esse propriè beneficium, quod natura beneficij proprie, & simpliciter est, vt sit perpetuum. Atque ita docent Calderinus *consil. 26. numero vnic. de prebendis*, Ludouicus Gomez *tit. de gratia expectatiuarum. numero 94.* Staphyleus *de literis gratiæ. tract. de formis expectatiuarum, in nona forma. numero 29.* Manuel *quæstionum regularium tomo 1. quæstione 34. art. 2.* Anastasius Germonius *de indultis Cardinalium. §. regularia. numero 40.* Ex quo inferunt Calderinus, Ludouicus Gomez, Staphyleus ibidem, in reseruationibus beneficiorum, quas facit Pontifex, non claudi beneficia manualia, quod sola censeatur reseruare, quæ verè, & propriè beneficia dicuntur. Similiter inferunt Staphyleus, & Ludouicus Lopez ibidem, secularem impetrantem beneficium à Pontifice, non posse virtute huius gratiæ obtinere beneficium manuale, quamuis id seculare esset, quia non est propriè beneficium.

107 Vacant autem huiusmodi beneficia manualia, quoties superior reuocat collationem, vt docet Federicus *tractatu permutationum, quæstione 16.* Item per mortem possidentis, vt docet Glossa *Clementina 2. verb. per electionem, de rescriptis.* & vtrumque docet Milis *in suo repertorio. verb. beneficium. num. 9. vers. beneficia manualia licet ad nutum.*

108 Secundò supponendum est, beneficia regularia esse duplicia, quædam collatiua, quædam electiua. Collatiua dicuntur, quæ instar secularium conferuntur authoritate superioris: electiua autem, quæ per electionem canonicam suffragiis electorum conferuntur, accedente Prælati confirmatione. Quod bene docet Azor *tomo 1. institutionum moralium. libro 12. cap. 22. quæstione 8.* qui *quæstione 9.* disputat, an quando collatiua sunt, pertineat collatio ad solum Abbatem,

Abbatem, an potiùs ad ipsum cum conuentu; & duas refert opiniones: alteram sustinentem ad solum Abbatem pertinere; alteram autem ad Abbatem, & conuentum, quam dicit esse veriorem: & refert Doctores vtriusque sententiæ, sed minus legitimè, quia non tractatur de promotione ad beneficium, sed de admissione ad professionem, de qua re nos egimus *lib. 5. cap. 4. num. 65.* Et ideo censeo standum esse statutis & consuetudinibus cuiuslibet religionis; vbi autem de his non constaret, dicendum est idem, quod diximus de admissione ad professionem, scilicet, eam de iure pertinere ad Abbatem cum consensu maioris partis conuentus, vt ibidem probauimus.

109 Vltimò supponendum est, beneficium, & pensionem aliquam, seu peculium posse tripliciter à monacho possideri. Primò, ex sola sui Abbatis concessione. Secundò, ex concessione Abbatis, accedente Romani Pontificis confirmatione. Vltimò, ex collatione ipsiusmet Pontificis. De quibus tribus modis est seorsum triplex difficultas agitanda.

110 Prima ergo difficultas est, an cùm beneficium regulare confertur à Prælato, aut pensio aliqua, seu peculium regulari, possint absque aliqua iusta causa ad solum concedentis nutum reuocari? Videtur enim pars negans probari ex *c. cum ad monasterium. vers. sales autem, de statu monach.*; *nec aliqui committatur aliqua obedientia perpetuò possidenda, tanquam in sua sibi via locetur, sed cùm oportuerit amoueri, sine contradictione qualibet reuocetur.* & *Clement. vnic. §. præmissa, de supplenda negligentia Prælatorum*, ibi; *libere possint ad claustrum cum oportuerit, reuocari.* In quibus locis non datur Prælato libera reuocandi potestas, sed cùm oportuerit: quod verbum non liberam facultatem importat, sed prudens arbitrium. Atque ita hanc partem tuetur Glossa, vt illam refert Imola n. sequenti allegandus.

111 Cæterùm dicendum est, nullam tunc exigi causam, sed posse ad libitum Abbatis reuocari. Quod constat ex illis verbis *d. cap. cum ad monasterium, perpetuò possidenda*: nam quod nequit absque legitima causa auferri, dicitur omnino perpetuum, beneficia enim secularia, quæ perpetua sunt, possunt etiam ex causa legitima auferri: & ex illis verbis *d. Clem. vnic. liberè.* Non enim potest aliquid liberè fieri, cùm causa legitima desideratur; & verbum (*oportet*) in vtroque textu positum solam honestatem importat. Et ideo hanc partem sustinent Glossa *Clement. 2. verb. per electionem, de rescriptis.* Lapus *allegatione 26. fin.* Federicus *tuo consilio 154.* Abbas *cap. præsentali. numero 6. de precariis.* Cardin. *Clement. vnic. §. præsentali. numero 6. de precariis.* Cardin. *Clement. vnic. §. præmissa. numero 4. opposit. vnic.* & ibi Imola *numero 44.* Bonifacius *numero 2.* idem Cardin. *cap. ad nostram, in fin. de confirmatione vtili.* & ibi Decius *in nona editione. numero 33.* & *cap. doceri. num. 18. de rescript.* Bellemera *cap. porrecta. numero 6. quæst. 4. de confirmat. vtili.* Felinus *cap. per tuas. num. 4. de maior. & obed.* Milis *in suo repertorio. verb. beneficium. num. 9. vers. beneficia manualia licet per Papam.* Selua beneficiorum *3. part. quæst. 68. num. 1.* Rebuffus *de pacificis possessoribus. num. 273.* Ludouicus Gomez *tract. de gratiæ expectatiuarum. n. 94.* Staphyleus *de lit. grat. tract. de formis expectatiuarum. in 9. forma. num. 29.* Nauarr. *comm. 4. num. 22. vers. ex quibus facile, de regular. & numero 23. vers. 4. & lib. 3. consil. 1 edit. tit. de regular. cons. 10. numero 11. in 3. tit. de statu monach. cons. 14. num. 12.* Leonard. *lib. 12. de instit. cap. 41. dub. 12. num. 98.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 9. quæst. 8. & cap. 22. quæst. 10. & tom. 2. lib. 3. cap. 26. quæst. 2. 13. & 14.* Manuel *qq. regular. tom. 2. quæst. 34. art. 2.* & omnes Doctores, quos infrà referemus, qui petunt confirmationem, aut collationem Pontificiam ex certa scientia, vt hæc facultas denegetur Prælato.

112 Quod est verum, quamuis collatio spectet ad Abbatem, & conuentum, sitque necessaria Episcopi confirmatio: potest enim solus Abbas reuocare, quia non mutatur natura beneficij. Sic late probans Federicus *tuo eo cons. 134.* & loquens de peculio concesso per Prælatum cum conuentu, tenet Decius *cap. doceri, in nona editione. num. 18. de rescriptis.*

113 Quamuis autè possint hæc ad Abbatis nutum reuocati, non censentur reuocata per Abbatis mortè, sed opus est reuocatione: quia per solam mortem reuocatio non inducitur. *c. si delegatus. §. de offic. deleg. in 6.* & notat Bartol. *l. mores. n. 17. ff. de iurisdict. omnium iudicum*, cum tradè rationem, quod reuocatio contrariae priori voluntatem petat. At præsumitur quis non expressè reuocans decedere in priori voluntate. *c. maiores, de baptismo.* Et ideo ita docent Abbas *c. finali. n. 6. de precariis.* Decius *c. ad nostra, ad fin. de confirm. vtili.* Felinus *c. per tuas. n. 4. de maior. & obed.* Rebuffus *de pacificis possessor. n. 276.* Secus autè esset si concessio esset ad beneplacitum Abbatis: quippe beneplacitum expirat morte concedentis. *c. si gratiosè, de rescript. in 6.* ac proinde concessio hæc tunc expiraret. Atque ita docent Abbas ibidem, & Ioann. Andre. *c. porrecta. n. 3. de confir. vtili.*

114 Ex hac sententia deducitur primò, regularem non posse iuuari pacifica possessione triennali talis beneficij, ne molestari possit, iuxta *regul. de triennali*, cuius meminimus à n. 86. vsque ad 91. quod nó molesteturab Abbate reuocãte collationẽ defectu legitimi tituli: in quo euentu procedit regula de triennali: sed quia ea est beneficiorum regularium natura, vt possint ad nutũ superioris reuocari. Et ita docent Rebuffus *de pacificis possessoribus. n. 274.* Anastasius Germonius *de indultis Cardin. §. regularia beneficia. n. 37.*

115 Secundò deducitur, spoliatum regularem huiusmodi beneficiis ab Abbate absque iusta causa, non posse agere de possessorio contra illum, petendo se ad pristinam possessionem restitui: quia Abbas spoliando nullam irrogauit iniuriam, sed vsus est iure suo. Sic Baldus *l. cum affirmes. 8. fine C. de liberali causa.* Felin. *c. per tuas. n. 4. de maior. & obedientia.* Rebuffus *de pacificis possessoribus. n. 274.* Nauarr. *comm. 3. n. 65. vers. addo 8. de regular.* & *lib. 5. cons. in 1. edit. tit. de regular. cons. 20. n. 11. in 2. tit. de statu monach. cons. 14. n. 12.* Anastasius Germonius *eodem §. regularia beneficia. n. 50.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. c. 11. q. 9.* Quod si reuocaretur ex malitia, vt ratione mali animi, & odij, posset vtique implorare officium superioris, & impedire huius reuocationis effectum, vt bene docent Innocent. *c. finali. n. 3. de officio ordin. in 6.* & ibi Ioan. And. n. 2. Dominicus *in princ. n. 9.* Francus *in princ. n. 5.* Cardin. *Clem. vnic. §. præmissa. n. 4. opposit. vnic. de supplenda negligentia Prælatorum.* & ibi Bonifacius n. 3. Imola n. 44. Bellemera *c. porrecta. n. 6. q. 4. de confirmat. vtili.* Milis *in repertorio. verb. religiosi. n. 4. 2. vers. religiosi si sunt manuales.* Selua beneficiorũ *3. p. q. 68. n. 1.* Rebuffus *n. 275.* Nauar. vtroque loco, Anastasius Germonius, & Azor proximè allegati, Leonard. *lib. 1. de bullis c. 41. dubio 12. n. 98.* Minus tamen bene dixit Milis ibidem posse hoc officium implorare, quãdo spolium est sine causa, aut ex cuidẽti malitia: minus etiam bene dixit Manuel *qq. regular. tom. 1. q. 34. art. 2.* posse hoc officium implorare, quando absque causa spoliatur, quia, vt diximus, id solùm potest, quando ob malum animum. Præsumetur autem (vt optimè ait Nauarrus *eo comm. 2. n. 65. vers. addo etiamò*) is malus animus, quando Prælatus aeculatus à regulari, vel dum contra eum inquiritur ad instantiam illius regularis, spoliatur eum beneficio. Vnde concludit ferè semper Galliæ Parlamenta restituere regulares spoliatos; quia rarò accidit, vt spolientur, nisi ob indignationem. Et hæc sunt vera, quamuis Decius *c. ad nostram, in nona edit. num. 23. de confirmat. vtili*, dicat communiter teneri in Italia etiam spoliatum ex Abbatis malitia non posse agere contra illum. Si tamen tertius quidam monachum illum spoliaret, posset vtique contra illum agere, petens se restitui: quod tertius ille iure spoliandi careat. Sic Baldus, Felinus, Rebuffus *n. 274.* Nauarr. *eo n. 65. vers. addo etiam.* Azor proximè allegati.

116 Tertiò deducitur, religiosos dici iure, & ratione administrationis beneficia regularia retinere, & vt sibi commendata, non eo quod titulis careant, sed quia possunt ad nutum Abbatis remoueri. Sic Azor *tom.2. instit.moral.lib.3.c.26.q.2.*

117 Quartò deducitur, quamuis consuetudo memoriam hominum excedens sit, quod superior non reuocarit beneficium illud regulari collatum, adhuc posse auferri, quia aut superior nunquam abstulit, & non potest ob id dici inducta consuetudo: quia ex actibus meræ facultatis, seu ex non vsu non habente in se actum tacitum, dispositioni iuris contrarium, non inducitur consuetudo, vt notatur *cap. Ioannes, de clericis coniugatis*, aut superior voluit remouere, & ob possidentis potentiam non habuit effectum; & non potest dici inducta consuetudo, cum sit contra votum obedientiæ. *arg.cap.cum non liceat, de præscriptionibus. & cap. cum inter vos, de consuetudine.* Sic tradunt Abbas *cap. ad nostram, numero penult.de confirmat. vtili.* & ibi Decius *in noua editione.numero* 21. & 22. Rebuffus *de pacificis possessoribus. numero* 277. Anastasius Germonius *de indultis Cardinal. §.regularia beneficia.numero* 51. quamuis Milis *in suo repertorio.verb. religiosus. numero* 4. *vers.religiosus non potest consentire electioni*, dicat posse hac consuetudine beneficia manualia fieri perpetua. Ducitur, quia status beneficij potest mutari spatio quadragenario, *cap. cum de beneficio, de prabendis in* 6. Præterea, quia Antonius *cap. porretta, ad fin.de confirmat.vtili*, dicit beneficium perpetuum posse fieri ex consuetudine temporale. Ergo è contrà temporale potest fieri ex consuetudine perpetuum. Sed neutra ratio obstat. Non prior, quia ex consuetudine mutatur status beneficij ex regulari in seculare, & è contrà; non autem, vt ex manuali fiat perpetuum, propter rationem dictam. Nec etiam obstat posterior ratio, quia vt beneficium perpetuum fiat temporale, potest esse consuetudo habens actum iuris dispositioni contrarium, cùm non sit circa actus meræ facultatis; secus autem vt temporale sit perpetuum, quia est circa actus meræ facultatis.

118 Hæc tamen sententia, vt regularis possit ad nutum Abbatis priuari beneficio, limitatur primò, vt intelligatur de beneficiis regularibus collatiuis. Quippe si electiua sint, nequit absque legitima causa remoueri, sed ea beneficia sunt perpetua, vt habetur *cap. 2. ad finem, de statu monachor.* & docent Cardinal. *Clemen. vnica. §. præmissa. numero 4. oppositione vnic. de supplendis neglig. Prælat.* & ibi Imola *numero* 44. Milis *in repertorio. verb. religiosus.num.4. vers.religiosus autem.* Cassadorus *decis.* 4. *num.*3.4.5. *de prabendis.* Anastasius Germonius *de indultis Cardinal.§. regularia beneficia. numero* 51. & 52. Azor *tomo 2.instit.moral.lib.3.cap.26.quæst.*15. & *tom.1.lib.*12. *cap.*22.*quæstione* 10. Quare minus bene Selua beneficiorum 5.*part. quæst.*68 *num.*2. dicit etiam tunc posse religiosum ad nutum Abbatis priuari.

119 Secundò limitatur, quãdo beneficium id regulare est subiectum ordini pleno iure; nam si nõ subiiciatur pleno iure, sed solo ordinario, saltem quoad institutionem, & destitutionem, nequit ille religiosus ab Abbate remoueri, & reuocari ad claustrum: quod non fit Abbati religiosus subiectus, nec possit illi aliquid præcipere de pertinentibus ad illam Ecclesiam, sed petere pensionem annuam, si quæ iure in monasterij fauorem imposita sit, iuxta *cap.de monachis*, & *cap. auaritiæ, de prabend.* Sic Nauarr.*comm.2.num.* 6. *corol.7.de regularib.* Leonard. *lib.2.de institut.c.41.dub.12.n.*98.

120 Tertiò limitatur, nisi id beneficium regulare sit parochiale; tunc enim nequit ad nutum Abbatis auferri: quia eo ipso quod habet curam animarum, constituitur beneficiarius consensu, & authoritate Episcopi, cuius est animarum curam committere, & Ecclesiis habentibus animarum curam idoneos ministros præficere.*cap.de monachis.16.quæstione*,1. Et ita docent Cardinal.*Clemen. vnic.* §. *præmissa. numero* 4.*oppositione vnic.de statu monachorum*, & ibi Imola *numero* 44. Ancharanus *numero* 13. Federicus *cons.*154. *numero* 2. Aretinus, quem refert, & sequitur Felinus *cap.per tuas.numero* 4.*de maior. & obed.* Cassadorus *decis.* 4. *numero*3.4. 5. *de prebend.* Azor *tomo* 2.*instit.moral.lib.*3.*cap.*26. *quæstione* 15. Sed idemmet Azor *tomo* 1.*instit. moral.libro* 12. *cap.*22. *quæstione* 10. dicit adhuc posse ad nutum Abbatis reuocari: secus si id beneficium curatum esset seculare. Quare sic distinguendum censeo: si illud beneficium curatum regulare subsit pleno iure monasterio, tunc potest regularis ille ad superioris nutum reuocari: atque in hoc casu est vera hæc posterior sententia. Si autem non subsit pleno iure, est vera prior sententia: quia in priori casu nullatenus est necessaria authoritas Episcopi ad eam collationem; secus in posteriori casu, vt num. 66. probauimus.

121 Quartò limitatur, quando præficitur beneficio tanquam monachus, secus si præficeretur tanquam clericus secularis, vt contingit, quando præficitur Ecclesiæ seculari curatæ, vel quando beneficio simplici seculari ex legitima dispensatione: tunc enim nequit per Abbatem reuocari. Sic Abbas *cap.*2.*numero* 3.*not.* 2.*de statu monach.* Rebuffus *de pacificis possessoribus. numero* 171. ita dicens se consuluisse in quodam consilio incipienti,*nobilis Rodulphus.* Nauarr. *comm.*2. *num.*65. *vers. addo* 3.*de regularib.*

122 Vltimò limitatur, nisi beneficium id regulare non sit manuale, sed suapte natura perpetuum; nequit enim regularis tunc remoueri ad Prælati sui nutum. Sic docent Dominicus *cap.final.in principio.numero* 9. *de offit.ordin.in* 6. & ibi Francus *numero* 3. Selua beneficiorum 3. *part. quæstione* 69. *numero vltimo.* Rebuffus *numero* 280. & Nauarr.allegati n.præcedenti. Et ratio est, quia talis collatio intelligitur facta iuxta illius beneficij qualitatem: & sic ait Rebuffus in Gallia omnia ferè beneficia regularia esse huiusmodi, & sic vix posse ad nutum Abbatis auferri.

123 Atque in omnibus his euentibus dictis, & dicendis, in quibus beneficium nequit ad Abbatis nutum auferri, sed censetur perpetuum, si regularis spolietur ab Abbate, potest contra ipsum agere de spolio: quia cùm Abbas careat spoliandi iure, competit aduersùs eum ius petendæ restitutionis. Et sic docent Felinus *cap. per tuas.num.*4. *de maior. & obed.* Nauarr.*comm.*2. *numero* 65. *vers.addo* 8.*de regularibus.* Alphonsus Villaguta *de extensione legum*, vbi de extensione legis pœnalis, in materia conatus,*conclus.*5.*n.*134.

124 Sed specialiter dubitatur, an si Abbas concedat monacho beneficium regulare manuale, aut peculium aliquod, explicans, vt eo fruatur toto vitæ suæ tempore, aut promittens se non reuocaturum, sit integrum ei reuocare. Et quidem, quando nulla interfuit promissio non reuocandi, sed absolutè concessit prædicta pro toto vitæ suæ tempore, credo posse Abbatem reuocare: quod in hoc euentu sola eo tempore fruendi licentia concessa sit; & licentia religioso cui essa potest ad libitum reuocari. Sic Decius *c.ad nostram, in noua editione. n.*19. *de confirmatione vtili.* Selua beneficiorum 3.*p.q.* 68. *n.*1. & omnes Doctores n.sequenti allegandi.

125 Sed maior difficultas est, si Abbas promisit regulari illi se non reuocaturum. Qua in re communiter Doctores censent adhuc integrum esse Abbati reuocare, tum quia inter Abbatẽ, & religiosum nulla intercedere potest obligatio, sicut nec inter dominum, & seruum, vt sustinent multi Doctores, quos retulimus suprà: tum etiam, quod ea promissio tanquam iuri communi contraria, disponenti nihil concedendum monacho, quod reuocari nequeat ad nutum superioris, est omnino irrita. Atque ideo hanc partem sustinent Archidiaconus *cap.final. num.*2. *fin. & 3. tim.de officio ordinarij, in* 6. Ioann.Andreas *ibi.num* 1 *fin.& n.*2 *tim.* Dominicus *ibi. in princip.*

*in princip.n.*9. Francus *in princ.num.*1. idem Archidiaconus *c.cum passeris.1.q.7.num.*1. & ibi Bellemera *n.* 2. Federicus *cons.*154.*n.*1. & 159.*n.*2. Abbas *c.cum inter R.n.* 2.*cauiab.3.de elect.& c.ad nostram.n.*9. *de confirmatione vtili.& c.cum ad monasterium.n.*11. & 12. *de statu monachor.* Iason *ambus.in repetit.n.*37 *C.de sacrosanct.Eccles.* Rebuffus *de pacificis possessoribus.n.*274 Selua beneficiorum 5.*parte.* 9.69.*num.*1. Euerardus *in suis topicis, loco à seruo ad monachum.n.*2. Rosella *in summ.verb. Abbas.num.*10. & ibi Angelus *n.* 17. Sylueſter *q.*5.*n.*6. *dicto* 7. Tabiena *q.*4.*n.*10. *fin.* Antonius Cucus *lib.*3.*instit. maior.tit.*3.*n.*112. Surdus *de alimentis. tit.*8.*priuilegio* 79.*num.* 5. Azor *tomo* 1. *instit. moral.lib.*12.*c.*9.*q.*8. Sed huic communi sententiæ contradicunt Nauarrus *lib.*3.*consilior.in* 1. *editione. tit. de regularib.cons.*20.*n.*12.13. & 14. *in* 2. *tit. de statu monachorum.cons.*14.*n.*12.13. & 14. & Manuel *qq. regular. tom.*3.*q.* 29.*art.*9. dicentes validam fore reuocationem; at Prælatum reuocando absque iusta causa peccaturum: quia etsi non ciuiliter, obligatur tamen naturaliter sua promissione religioso, sicut dominus seruo, vt ex multis probaui suprà. Sed prior sententia multò magis placet; quamuis enim fateat ex promissione Abbatis cum monacho oriri obligationem naturalem: at in hoc casu ea oriri nequit, eo quod huiusmodi promissio tanquam iuri contraria sit irrita.

126 Sed quid si Abbas promissionem illam non reuocandi iureiurando stabiliuit? Abbas *cap. ad nostram. numero* 10. *de confirmat. vtili*, & Rebuffus numero præcedenti allegatus asserunt reuocationem fore validam; sed non explicant, an Abbas incidat in periurium. Et quidem dicendum est, in illud incidere reuocando absque vera causa; quia etsi peccarit promittendo contra iuris dispositionem, at non peccat non reuocando postea concessionem, quia nullo iure iubetur reuocare; & sic obligat iuramentum iuxta regulam vulgarem, quoties impleri potest absque dispendio salutis æternæ. Et ita in simili docent Abbas, & alij, quos referemus numero 131. & in alio simili etiam tradunt communiter Doctores, asserentes promissionem non reuocandi testamenti esse irritam, tanquam iuri contrariam, volenti id vsque ad mortem esse reuocabile: at si promissio iureiurando firmetur, valere reuocationem, reuocantem autem esse periurum.

127 Dubitant amplius Doctores, quid si Abbas cum conuentu statutum ediderit, vt ex concessio beneficij, aut peculij monachis facta nequeat absque consensu conuentus, vel etiam cum illo? Et quidem dicendum est, id statutum non obstare, quominus ipse Prælatus possit reuocare, quia nec id statutum potuit esse in præiudicium Abbatis successoris, nec ipsemet Abbas potuit sibi legem imponere, à qua non liceat sibi recedere. *l.si quis, in principio. ff. de legat.*3. & *l. nemo potest.ff. de pactis.* & *l. legatum.de officio Præsidis.* & tradunt Federicus *cons.*159. *numero* 1. Abbas *c. cum ad monasterium.numero* 11. *de statu monach.* Rebuffus *de pacificis possessoribus.numero* 278. Angelus *summa. verb. Abbas. num.* 24. & ibi Sylueſter *quæstione* 4.*numero* 7. *vers. & tertiò.* Emmanuel Sà *verb. religio. numero* 66. Manuel *qq.statuorum regularium tomo* 1. *quæstione* 29. *artic.* 9. Limitant Federicus, & Rebuffus, nisi id statutum sit authoritate Episcopi confirmatum. Verùm hæc limitatio tenebit veruum, quando monasterium est subiectum Episcopo: si autem sit exemptum, exigetur confirmatio superioris Abbate illo, nt Abbas possit reuocare. At poterit superior ille, qui confirmauit, reuocare propter rationes dictas, & iuxta ea quæ dicemus numero 138.

128 Inuito si id statutum iureiurando stabilitum sit, valebit vtique renocatio sine iusta causa facta: at reuocans erit periurus, vt in simili probauimus numero 126. fin. & docent Ioannes Andreas *regul. non est obligatorium, in fin.de regulariuus, in* 6. & ibi Francus *in fin.* Abbas; Angelus, Sylueſter, Manuel numero præcedenti allegati.

129 Secunda difficultas est, an si concessioni eius beneficij manualis regularis, aut peculij facta ab Abbate accedat Pontificis confirmatio, sit adhuc integrum Abbati reuocare ad nutum suum, sicut antea licebat? Quidam negant posse, quia cùm authoritas Pontificia accesserit, videntur ligatæ inferioris manus. Sic tradunt Archidiaconus *c.finali.num.*3.*de offic.ordin in* 6. & ibi Ioan.Andreas *num.*3.& *c.cum inter R.n.*13.*de electis.& c.porretta, in fin.de confirmat. vtili.* vbi Hostiensis *n.*2. Anton. *n.*2. idem Ioan.Andr. *c.cùm.n.*3.*de prabend.* vbi Innocentius *n. vnic. paulo post princ.* Anton. *num.*12. Abbas *num. vltim.* Gambara *de officio, & potestate legati.lib.*6.*num.*166. Euerardus *in suis topicis loco à seruo ad monachum.num.*1. Nauarr. *lib.* 3. *consil. in* 1. *edizione. tit. de regularibus. consil.* 20. *numero vltim. in* 2. *tit. de statu monach. consil.* 14. *numero vltimo.* Surdus *de alimentis. tit.* 8. *priuilegio* 79. *numero* 5. Azor *tomo* 1.*institut.moralium.lib.*12.*cap.*9.*quæst.*8. & *tom.*2.*lib.*3. *c.*26.*quæst.*15.

130 Sed præcedens sententia, vt vera sit, limitanda est, vt intelligatur, quando Pontifex ex certa scientia confirmat, secus quando simpliciter: quod per simplicem confirmationem non censetur velle rei naturam variare, atque ita ex beneficio, & peculio ad nutum Prælati reuocabilibus constituere rem ab illo irreuocabilem. Et ita temperant Glossæ *c.porretta.verb.confirmantur, de confirmat. vtili*, & ibi Abbas *num.*4. Cardinalis *in fine.* Decius *in noua edit.num.*8. idem Abbas *c. ad nostram. num.*6 *de confirmat. vtili*, & ibi Decius *in noua edit.n.*9. & *c.docteri.n.*18. *de rescript.* Federicus *tractat.permutationum. quæst.*17. Hostiensis *c.nisi.num.*4. *de preben.* & ibi Cardinalis *num.* 5. *opposit.* 3. Felinus *c.per tuas.n.*4. *de maior. & obed. & c.constitutus. n.*10. *de rescript.* Imola *Clem.vnic.n.*42.*fin.de suppl.negligen. Prælat.* Milis *in repertorio.verb.beneficium.n.*9.*vers.beneficia manualia licet per* 3.*cap.num.* Selua beneficiorum 3.*p.q.*68.*n.*1. Rebuffus *de pacificis possessoribus.n.*279. Gygas *de pensionib. q.*15.*n.*3. & *duplici sequenti.* Azor *tom.*1.*instit.moral.lib.*12.*c.* 22.*q.*10. & *tom.*2.*lib.*8.*c.*7.*q.*11. Manuel *qq.regular. tomo* 1. *q.*34.*art.*2.

131 Alia autem communia confirmationi, & collationi Pontificiæ, dicemus n.138.139.141.142.143.144.

132 Vltima difficultas est, quando Pontifex ipse confert id beneficium manuale, aut peculium religioso, an possit Abbas ad nutum reuocare? Et quidem dupliciter potest Pontifex conferre. Priori modo, ex potestate conferendi deuoluta ad ipsum aditum allegata Abbatis negligentia. Posteriori modo, quando ex sua potestate, seu proprio iure confert, absque aliqua Abbatis negligentia. Et quidem quando ex potestate deuoluta, Decius *c.ad nostram, in noua edit.num.*16. *de confirmat. vtili*, quamuis dubius, in eam partem inclinat, vt non integrum maneat Abbati ad nutum reuocare. Ducitur, quia ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisus est impugnare. *regul.cum ex eo.* 38. *de regulis iuris, in* 6. Cùm ergo Abbas suæ negligentia impugnare nisus sit eam collationem, non dicitur inde fructum consequi, vt possit ad nutum reuocare. Secundò, ex doctrina Bartoli *l. vbi acceptum.*30.*n.*30.*ff.de iudiciis*, vbi ait Bartolus, cœpto alicubi iudicio, nec actori, nec reo fas esse alium Iudicem adire, nisi reus citatus fuerit contumax, quia tunc potest actor alium Iudicem adire; nec reo licebit allegare alibi iudicium esse cœptum, vt pote qui illud non comparendo tempsit. Sic ergo cùm Abbas tẽpserit collationẽ illã facere, nequibit suũ pristinũ reuocandi ad libitũ ius allegare, ne huic iuri illa collatione Pontificia præiudicet.

133 At dicendum est, nullatenus alterari naturam illius beneficij, aut peculij, & ideo integrum esse Abbati reuocare, se si ipsemet contulisset. Probatur ex *Clem.vnic. c.vers.præmissa, de supplen. neglig. Prælatorum*, vbi expressè habetur, posse superiorem ad nutum reuocare, quando per deuolutionem conferitur ab Episcopo authoritate

Apostolica, ibi; *libere possunt ad claustrum, cùm oportuerit, reuocari.* Et tradit rationem Glossa *ibi verb. reuocari*, quia nec prius, nec aliter confert supplens, quàm negligens debetur conferre, cùm non tanquam principalis, sed tanquam subrogatus ipsius conferat, vt constat ex eodem textu ibi; *negligentiam super hoc suppleant eorumdem.* Nec obstant adducta in contrarium. Non prius, quia non comparat Abbas fructum aliquem ex sua negligentia, sed tantùm retinet ius, quod habebat, cùm id sublatum non sit per illam collationem Pontificis. Nec etiam posterius, quia nullo modo est simile: cùm enim iudicium constare debeat ex actore, & reo, non potest dici omnino cœptum ex parte actoris, quando reus noluit comparere, & ideo fas est illi alium Iudicem adire, non autem huic, ne ex sua contumacia commodum reporter. At Abbas nullatenus contulit, nec Pontifex confert, vt principalis, sed nomine Abbatis, vices eius supplens. Et ideo hanc sententiam sustinet Glossa *eo verb. reuocari*, & ibi Card. *num. 4. opposit. vnic.* & *cap. nisi, num. 5. opposit. 3. de prebendis*, Lapus *allegatione 9. n. 4.* & ibi Mandosius *in additionib. litera E.* Anton. *c. porrecta. n. 2.* & ibi Cardin. *ad fin. de confirmat. vtili*, & ibi Imola *n. 2. vers. quid autem. & c. per tuas, fin. de maioritate, & obed.* vbi Felinus *n. 3. & 4.* Abbas *c. ad nostram. n. 7. de confirmat. vtili*, Dominicus *c. final. in princip. n. 9.* Imola *c. de officio ordinarij, in 6.* & ibi Francus *in princip. n. 3.* Milis *in suo repertorio, verb. beneficium. n. 26. vers. beneficium manuale.* Selua beneficiorum *3. part. quæst. 69. num. vltim.* Mandosius *de priuilegiis ad instar, glossa 6. num. 4.* Alphonsus Villaguta *de extensione legum*, vbi de extensione legis pœnalis in materia conatus, *conclus. 5. n. 133.*

114 Quando autem non iure deuoluto, sed iure proprio cõferet Põtifex, est triplex sententia. Prima ait, adhuc esse integrum Abbati reuocare ad libitum, quia cùm Pontifex concurrat in beneficiorum collatione cum omnibus ordinariis, *c. 2. de prebendis, in 6.* non videtur simpliciter conferendo voluisse beneficij naturam alterare. Atque in dubio ratio ipsa ita præsumere cogit in fauorem Abbatis, propter votum obedientiæ subditi. Hanc sustinent Lapus *allegat. 26. fin.* limitans, nisi Pontifex expresè contrarium præciperet, Abbas *c. ad nostram. n. 7. & 8. de confirmatione vtili*, limitans, nisi Pontifex expresè contulerit regulari, vt dum vixerit, retineat, Anton. *c. per tuas, fin. de maioritate, & obedientia*, Alphonsus Villagura relatus n. præcedenti: & facit, quod notat Federicus *tract. de permut. beneficiorum, q. 17.* vbi ait permutantes beneficia manualia authoritate Põtificis remoueri posse, vt prius poterant.

115 Secunda sententia absolutè docet, non posse remoueri ad nutum Abbatis, quia (vt inquit Decius statim allegãdus) Pontifex conferens simpliciter beneficium manuale, non censetur eius naturam variare ad eum effectum, vt vbi illud beneficium iterum vacarit, desinat esse manuale, prout priùs erat. Variat tamen quoad hunc effectum, vt reuocatio illius debeat per Pontificem fieri, eo quod in illud semel manum apposuerit, iuxta doctrinam Abbatis *cap. postulastis. num. 10. de clerico excommunicato ministrante*, vbi dicit; si Papa contulisset beneficium alicui, quamuis aliàs posset Episcopus in nullitate dispensare; at ex quo Papa semel manum apposuit, nequit Episcopus. Ergo cùm etiam in hac collatione manum apposuerit Pontifex, interdicta erit inferiori reuocatio. Et ideo hanc sustinent Baldus *cap. illud, in fin. de maioritate, & obedientia* Archidiac. *cap. finali. num. 3. de officio ordinarij, in 6.* & ibi Ioann. Andre. *num. 3.* Dominicus *in princ. num. 9.* Francus *in princ. num. 3.* Anton. *c. porrecta. num. 2. de confirm. vtili*, & ibi Cardinalis *ad fin.* Imola *num. 2. vers. quid autem.* Lapus *allegatione 9. num. 4.* idem Card. *Clement. vnic. §. præmissa. num. 4. opposit. vnic. de supplenda negligentia Prælatorum.* & ibi Anchar. *num. 13.* idem Imola *c. per tuas, fin. de maioritate, & obed.* Barbatius *cap. cum dilecti, in fin. de donationibus.* Ananias *c. excommunicamus. Clem. 1. §. quia verò. n. 4. de hæret.* Paulus Delcazar *in quæst. per eum dispensata, incipienti, religioso*, vt eum refert, & sequitur Decius *c. ad nostram. n. 16. & 17. de confirmat. vtili.* & *c. cum accepissent. n. 47. de const.* Selua beneficiorum *2. p. q. 69. n. vltim.* Mandosius *de priuilegiis ad instar, glossa 6. n. 4.* Azor *tom. 2. inst. moral. lib. 3. c. 26. q. 15.*

116 Vltima sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo) est inter vtramque media, dicens primam, vt possit Abbas reuocare, veram esse, quoties Pontifex simpliciter confert: secundam autem, vt non possit, quando Pontifex confert ex certa scientia. Prior pars probatur rationibus primæ sententiæ. Posterior autem rationibus secundæ; quia tunc censetur manum apponere Pontifex, quasi volens id negotium sibi reseruari. Atque ita docent Federicus *cons. 88. paulo ante fin.* Archid. *c. si monachus. 16. q. 1. n. 2.* & ibi Bellemera *n. 2.* Cardinal. *c. misæ. 5. oppos. 3. de prebend.* Felinus *c. constitutus. num. 10. de rescrip.* & *cap. per tuas. num. 4. de maior. & obedientia.* Milis *in repertorio, verb. beneficium. n. 9. vers. beneficia manualia licet per Papam.* Additionator *ad Decium. d. c. cùm accessissent. n. 47. verb. remouari.* Rebuffus *de pacificis possessorib. n. 279. 280. 281.* Nauar. *cons. 1. n. 6. corol. 7. de regular.* Azor *tom. 1. inst. moral. lib. 12. c. 21. q. 10.*

117 Fallit hoc in religiosis, de quibus est hodie prouisum in extrauag. *Romani* Benedicti XII. vbi est determinatum, quod habentes beneficia in ordine monachorum nigrorum S. Benedicti ex collatione, prouisione, vel ordinatione Sedis Apostolicæ, vel legatorum, seu executorum, vel prouisorum eiusdem Sedis, vel per literas prædictorum, subsint in omnibus, & per omnia suis Prælatis, & possint ab eis reuocari, prout si ea haberent à suis Abbatibus. Sic allegato Lapo tradunt Dominicus *cap. final. in princip. n. 9. de officio ordinarij, in 6.* & ibi Francus *in princip. numero 3.* Rebuffus *de pacificis possessoribus. num. 280.*

118 Secundò fallit, quando Pontifex confert beneficium manuale regulari expresè dicens, vt retineat toto vitæ suæ tempore: cùm enim tunc constet de expressa Pontificis voluntate, vt concessio duret ad monachi vitam, non potest inferior contrarium disponere reuocando. Atque ita docent Innocentius *cap. cùm inter R. statum in princip. de elect.* & ibi Abbas *n. 2. num. 3. & c. ad nostram. n. 7. de confirmat. vtili.* vbi Decius *in noua editione. n. 11.* Felinus *c. constitutus. n. 10. de rescript. & c. per tuas. n. 4. de maioritate, & obedientia.* Rebuffus *de pacificis possessorib. num. 281.* Alphonsus Villaguta *de extensione legum*, vbi de extensione legis pœnalis in materia conatus, *conclus. 5. n. 133.* Immo Innocentius, Decius, Rebuffus ibidem dicunt, nec Pontificem posse tunc ex sua ordinaria potestate absque causa concessionem illam reuocare. Quod minimè credo: non enim mens Pontificia videtur, naturam illius beneficij manualis in perpetuum mutare in suæ potestatis præiudicium, sed solas inferiorum manus videtur ligare. Sicut enim quando ipse Abbas ad tempus vitæ concedit, censetur exemptum, nisi interim reuocauerit; ita cùm Pontifex concedit, censetur eadem exceptio apposita. Atque ideo Innocentius *cap. nisi, numero vnic. paulo post princip. de prebendis*, & ibi Ioannes Andreas *numero 3.* Hostiensis *numero 4.* Cardinalis *numero 5. opposit. 2.* dicentes beneficium manuale reddi perpetuum, & irreuocabile ad nutum Abbatis, dum à Pontifice confirmatur, asserunt manere Pontifici liberam potestatem.

119 Tertiò fallit, nisi sic institutus, aut confirmatus Papa delictum priuatione dignum committat: tunc enim quantumcumque in perpetuum sit collatum beneficium, poterit ab Abbate priuari illo, quia per illam Pontificis collationem, aut confirmationem solùm respectu præterntorum est præclusa via inferioribus, atque ideo de viribus illius collationis, aut confirmationis cognoscere nequeunt: secus respectu delicti de nouo superuenientis; quia confirmatio, seu

priuilegium non extenditur ad non cogitata, vt in simili notatur *c. cùm inter P. de renunciatione*, & *c. suggestum, de decimis.* Præterea, quia aliàs confirmatio, seu collatio illa præstaret exceptionem ab ordinariis, quod est absurdum. Atque ita docent Glossa *c. 1. verb. de quæstione, paulo post princip. de confirmat. vtili.* Quamuis enim videatur oppositum dicere ibi; *sed certè non est verum*: at ea verba non referuntur ad hoc, sed ad aliud membrum, quod ibi posuerat, vt notant Doctores statim allegandi; Anton. *ibi. num. 6.* Abbas *num. 8. & 10.* Cardin. *statim in princip.* Imola *num. 4. fine* Decius *in noua edit. num. 57. & 58.* Idem Anton. *c. porrecta. n. 2. eodem tit.* & ibi Abbas *n. 4.* & *c. ad nostram. n. 6. eodem tit.* Imola *eodem c. porrecta. n. 2. vers. quid autem.* & *Clem. vnic. n. 4. fin. de suppl. neglig. Prælator.* & *c. per tuas, fin. de maioritate, & obed.* vbi Felinus *num. 3. & 4.* idem Decius *c. cùm accessissent, in noua edit. n. 47. de constitutionibus.* Baldus *c. illud. num. 2. de maioritate, & obed.* Milis *in repertorio, verb. beneficium. numero 26. vers. beneficium manuale*, Alphonsus Villaguta *de extensione legum*, vbi de extensione legis pœnalis in materia conatus, *conclus. 5. num. 133.* Et quamuis Doctores videantur loqui specialiter ratione delicti noui superuenientis: at similiter potest reuocari ab Abbate, si alia iusta reuocandi causa superueniat, vt optimè docet Decius *dicto c. 1. num. 57. & 58. de confirmat. vtili.*

140 Quartò fallit, nisi beneficium regulare manuale conferatur per Pontificem clerico seculari: tunc enim semper censetur pleno iure, & in perpetuum ei concessum, atque ideo non potest absque legitima causa ei auferri. Sic Rebuffus *de pacificis possessoribus. n. 279. fine.*

141 Quamuis autem in prædictis casibus beneficium illud manuale transferatur ex collatione, aut confirmatione Pontificis in perpetuum, non tamen perdit omnino naturam manualis, sed vbi semel vacarit, redit ad pristinam beneficij manualis naturam, & sic est deinceps ad nutum superioris reuocabile. Atque ita docent Antonius *c. porrecta. num. 2. de confirmat. vtili*, & ibi Imola *num. 2. vers. quid autem.* Lapus *allegat. 9. num. 4.* & ibi Mandosius *in additionib. lit. G.* Felinus *c. in nostra. corol. 40. num. 45. not. ab. 9. de rescriptis.* Selua beneficiorum *3. p. q. 11. num. 131.* Rebuffus allegatus num. præced. Milis *in repertor. verb. beneficium. num. 26. vers. beneficium manuale.*

142 Et quamuis regularis ille, cui beneficium manuale collatum est ex certa scientia, vel confirmatum à Papa, sit ab Abbatis iurisdictione exemptus in hoc, vt nequeat ab illo ad libitum remoueri, aut de viribus illius collationis, aut confirmationis cognosci: in reliquis tamen manet ius superioris illius illæsum, & ita permutatio, & renunciatio illius beneficij eius authoritate fieri debet. Et ita docent Abbas *c. ad nostram. num. 6. de confirmat. vtili*, & *c. porrecta num. 4. eodem tit.* Decius *eo c. ad nostram, in noua edit. num. 11.* Milis *in repert. verb. religiosus. num. 4. vers. religiosus non potest consentire.* Rebuffus *de pacificis possessoribus. num. 281.*

143 Demum duo obseruanda sunt. Prius est, non sufficere collationem illam, aut confirmationem beneficij illius manualis fieri motu proprio à Põtifice, vt deinceps nequeat ad nutum superioris reuocari: sed opus est hæc fieri ex certa scientia, quia etsi motus proprius tollat defectum subreptionis, at non supplet defectum intentionis, quæ in dubio est nolle beneficij illius naturam variare. Et sic docent Imola *c. constitutus. num. 11. de rescriptis*, & ibi Felinus *num. 10.* & *c. per tuas. num. 4. de maioritate, & obedientia.*

144 Posterius est, quando dicantur collatio, & confirmatio ex certa Pontificis scientia fieri. Et primò sic fieri dicuntur, quando apponitur clausula, *ex certa scientia*: quod ex se constat, & docent Glossa finalis *Clem. 2. de rescript. & c. statuimus. verb. literarum, eodem tit. in 6.* Decius *c. porrecta, in noua edit. num. 15. de confirmat. vtili*, & omnes. Secundò fit collatio, & confirmatio ex certa scientia, quando Pontifex dicetur, *non obstante c. porrecta.* argum. *c. vnico. de excessibus Prælat. in 6.* & *ex c. nonnulli, cum ibi notatis, de rescript.* Et ita docent Antonius *ex c. porrecta. num. 2.* Ioan. Andr. *num. 3.* Hostiensis *ad fin.* Abbas *fin.* Decius latiùs probans *num. 14.* Felinus *c. constitutus. n. 10. de rescript.* Tertiò fit ex certa scientia, quoties emanat secunda iussio, ea enim habet vim clausulæ *ex certa scientia.* Sic Anton. Ioan. Andr. Hostiensis, Abbas, Felinus ibidem. Quartò, quando totus rei confirmatæ tenor exprimitur Pontifici, & ipse postmodum confirmat. *c. penuli. de confirmat. vtili.* Sic Decius *eodem n. 15.* Abbas *c. 1. num. 6. de confirmat. vtili.* Vltimò, quoties ex narratis Pontifici comprehenditur concessionem esse factam ex certa ipsius scientia. Ratio est, quia in hoc sola Principis voluntas attenditur; & cùm in tali voluntate declaranda non sit data certa forma, sufficit quocumque modo colligatur. *l. certum. ff. si certum petatur.* Atque ita colligitur ex Glossa *c. pastoralis. §. præterea. verb. ex certa scientia, de officio delegat.* & alios referens tradit Decius *eo c. porrecta. numero 15.* Et tandem in dubio incumbit onus probandæ certæ scientiæ impetranti, quia est præsumptio contra illum; facit *cap. ex nostrum, vt ecclesiastica beneficia*, & *l. sine. C. de probat.* Sic Innocentius *eo c. porrecta. num. vnic.* Hostiensis *ad fin.* Ioan. Andr. *num. 3.* Abbas *fin.* Decius *in noua edit. num. 9. & 10.* Milis proximè allegatus.

SVMMARIVM.

Quid sit vnio beneficiorum, & quando temporalis, quando perpetua sit. n. 145.
Quotuplex fiat vnio. num. 146.
An Episcopus possit vnire Ecclesiæ, & beneficia suæ diœcesis, quamuis nondum consecratus sit? numero 147.
An possit vnire loco religioso, quamuis Ecclesia, aut beneficium nondum vacent? n. 148.
Quid si collatio deuoluatur ad Papam ratione negligentiæ Episcopi? n. 149.
Quid si beneficia sint reseruata? n. 150.
Quid si beneficia sint exempta à iurisdictione Episcopi? numero 151.
Quid si vnio non sit perpetua, sed ad vitam? n. 152.
An vicarius Episcopi possit vnire? n. 153.
Quid si habeat ex speciali commissione potestatem conferendi beneficia cum clausula generali? num. 154.
An Capitulum sede vacante hoc possit? n. 155.
An Archiepiscopus hoc possit? n. 156.
An delegatus possit referrer quædam sententia. n. 157.
Proponitur sententia authoris. n. 158.
An Abbates, & alij Prælati inferiores hoc possint? Referuntur quædam sententia. n. 159.
Explicatur sententia authoris. n. 160.
An requiratur causa iusta, & qualis ad hanc vnionem? numero 161.
An requiratur cognitio illius causæ? n. 162.
An citandi sint omnes, quorum interest? n. 163.
An exigatur consensus Capituli, quando vnit Episcopus? numero 164.
An ie consensus debeat necessariò præcedere? n. 165.
An quando vnit legatus à latere, exigatur consensus Capituli? num. 166.
An si illa Ecclesia sit subiecta Prælato inferiori, exigatur eius, & sui Capituli consensus, & Capituli Ecclesiæ cathedralis? num. 167.
An quando vnit Episcopus, exigatur consensus patroni? numero 168.
Quid quando vnit legatus à latere? n. 169.
An satis sit consensus patroni, atque Prælati illius inferioris subsequi? n. 170.
An consensus rectoris, seu possidentis beneficium nondum vacans, vel si illud vacet, defensoris illius, exigatur illius citandi, vt vnio recte fiat? n. 171.
An in vnione hac facienda exigatur tractatus? n. 172.

Quando defectu harum conditionum vnio sit irrita. numero 173.
An si impetretur ex falsa causa, sit ipso iure irrita? referuntur quædam sententiæ. num. 174.
Explicatur sententia authoris. n. 175 176. 177.
Explicatur quid Tridentinum circa has vniones decreuerit. num. 178.
An Episcopus possit examinare vniones, ac illarum effectum impedire, non obstante præscriptione; & si appelletur ab Episcopo in casibus, in quibus Tridentinum ipsi concedit, vt tanquam delegatus Sedis Apostolicæ procedat, sic necessario ad Pontificem appellandum? num. 179.
An attento iure antiquo, etiam Trident. integrum sit Episcopis vnire beneficia diuersarum diœcesium? n. 180.
An Episcopus possit vnire beneficia non sola potestate ordinaria, sed etiam delegata concessa per Trident. & an possit alterutram eligere, aut in parte vnam, & in parte alteram; & ad quem tunc appellabitur; & in dubio vtram potestatem eligere censeatur? n. 181.
An si Episcopus potestate hac delegata vniat beneficia, desideretur consensus Capituli? Proponuntur probantia non desiderari. n. 182.
Explicatur sententia authoris. n. 183.
An beneficia curata possint ab Episcopo vniri monasterijs, aut piis locis, aut beneficiis simplicibus, attento Tridentino? n. 184.
An Tridentinum concedens Episcopis vnionem absque consensu patroni ecclesiastici, derogarit iuri communi? n. 185.
An ea potestas sit delegata? Et explicatur, quando concessio facta alicui rei iure ordinario sibi competentis censeatur potestas ordinaria, aut delegata. num. 186.
An Tridentinum derogarit potestati Episcoporum in vniendis beneficiis secularibus religioni? n. 187.
An beneficia secularia sic vnita, statuto Episcopi possa deseruiri per regulares? n. 188.
An possit Episcopus ex iis beneficiis, quæ vnire potest, reddere aliquod manuale, & ad nutum amobile, quod erat perpetuum? num. 189.
An monasterio monialium possit vniri beneficium parochiale in temporalibus, & spiritualibus? n. 190.
Explicatur decretum Tridentini sess. 7. c. 7. de reformat. quando integrum sit Episcopo in beneficio parochiali vnito monasterio, aut cuicumque operi pio, vicarium perpetuum, aut temporalem instituere. num. 191.

145 QVÆSTIO vltima. An beneficium seculare possit Episcopus vnire religioni, sitque illius semel vniti capax religiosus? In quæstione hac præmittemus, quid iure communi antiquo liceret Episcopo circa has beneficiorum vniones; deinde, quid per Concilij Trident. decreta correctum sit: & tandem explicabimus, quid in præsenti quæstione censendum sit. Prima ergo difficultas est, quid iure communi antiquo liceret Episcopis circa has beneficiorum vniones. Et primò quidem præmittendum est ex Rebuffo *praxi beneficiorum. tit. de vnionibus beneficiorum. num. 1. & sequentib.* & Hojeda *de incompatibilitate beneficiorum 2. p. c. 3. n. 1. & 2.* quid, & quotuplex sit vnio. Est enim plurium beneficiorum, seu Ecclesiarum à legitimo superiore facta annexio. Dicitur, beneficiorum, seu Ecclesiarum, vt nomine Ecclesiarum comprehendantur Episcopatus; nomine autem beneficiorum quæcumque alia beneficia maiora, vel minora, regularia, vel secularia, & dignitates. Hæc autem vnio quandoque est perpetua, quandoque autem temporalis. Perpetua est, vt notant ibi Rebuffus *n. 7. & 8.* & Hojeda *eodem n. 1.* quando exprimitur, vt perpetuò duret, vt constat ex *c. exposuisti, de prebendis*, ibi; *de capellis in perpetuum annexendis*: vel quando dicitur, ad perpetuam rei memoriam, vel ad beneplacitum Sedis Apostolicæ. *c. si gratiosè, de rescript. in 6.* vel si concedatur contemplatione Ecclesiæ. *c. 1. ne sede vacante.* & quando est perpetua, solet in ea dici, *in perpetuum vnimus.* Temporalis autem est, vt notant Rebuffus *ibi. n. 9. & 10.* & Hojeda *eodem num. 1.* quando conceditur ad tempus, vt ad vitam eius, in cuius fauorem fit, & tunc dicitur fauore personæ fieri, mortéque eius expirat, argum. textus, & eorum quæ notant Doctores *c. quoniam Abbas, de officio delegati.* Atque in dubio dicit vterque author præsumi vnionem fieri potiùs contemplatione Ecclesiæ, quàm personæ, quod Ecclesiæ potiùs fauendum sit, eiusque necessitati, aut vtilitati in his vnionibus consulatur.

Secundò præmittendum ex Rebuffo *ibid. à num. 11.* 146
vsque ad 15. & Hojeda *ibid. n. 2.* vnionem hanc triplicitèr fieri posse. Primo modo, vt ex duobus beneficiis vnum fiat, vt probatur ex *c. decimas, ad fin. 16. quæst. 1.* aut si ex duabus parochiis fiat vnica. Secundo modo, vt Ecclesia vna alteri subiiciatur, & tunc vnita erit accessoria, fruetúrque priuilegiis principalis cui vnitur. *c. recolentes, in fin. de statu monach.* Tertio modo fit vnio duarum Ecclesiarum, vtraque manente Episcopatu, vel parochiali, vt priùs erat, & tunc vtraque Ecclesia erit principalis, fruetúrque quælibet suis priuilegiis, & habebit sua statuta, idque operabitur vnio, vt idem sit Episcopus, aut parochus vtriusque. Quem autem effectum habeat diuersitas huiusmodi vnionum ad beneficij impetrationem, quidve in ea narrandum sit, consulantur Doctores prædicti, & Azor *1. tom. instit. moral. lib. 6. c. 28. q. 20.* non enim ad rem præsentem facit.

His præmissis, prima conclusio sit. Episcopus, stando 147
in iure communi antiquo, potest vnire beneficia, & Ecclesias suæ diœcesis. Constat ex *c. sicut vnire, de excess. Prælat.* ibi; *Sicut vnire Episcopatus, & potestati subiicere aliena, ad summum Pontificem pertinere dignoscitur: ita Episcopi est Ecclesiarum sua diœcesis vnio, & subiectio eiusdem.* & *c. exposuisti, de prebendis*, & fatentur vniuersi Doctores. Atque id potest Episcopus confirmatus, quamuis nondum consecratus sit, quippe hoc est iurisdictionis, & bene docet Marianus Socinus *eo c. sicut vnire. art. 3. num. 53. & 54. quæst. 10.*

Quod quidem nõ tantùm est verũ, si velit vnire Eccle- 148
siam secularẽ seculari; sed etiam potest vnire religioni alicui Ecclesiam, seu beneficium suæ diœcesis. Constat ex *Clem. 2. de rebus ecclesi. non alienandis*, ibi; *Si vna Ecclesia alteri Ecclesiæ, seu dignitati alicui, vel prebendæ per Episcopum suo cõsentiente Capitulo vniatur, aut religioso loco donetur, nequaquam id poterit impugnari.* & ex *c. consultationib. de donat.* vbi expressè deciditur, Ecclesias, seu beneficia nondum vacantia posse donari ab Episcopo Ecclesiis, aut religiosis locis, quamuis antequam vacent, non possint dari priuatis personis; & *c. pastoralis eodem tit.* vbi deciditur, Episcopum conferentem Ecclesiam loco religioso ex consensu patroni, conferre ius, quod in illam Ecclesiam habebat, patronum autem suum ius patronatus; & ex *c. vnic. de iure patronatus, in 6.* vbi deciditur, patronum posse Ecclesiam sui iuris patronatus ex consensu Episcopi loco religioso donare. Quod si opponatur *c. illud de iure patronatus*, vbi laicus contulerat Ecclesiam vacantem loco religioso, & decidit textus collationem esse irritam, tum quia sine authoritate Episcopi facta est; tum etiam, quia erat Ecclesiæ fondum vacantis. Respondet ibi Abbas *num. 7.* intendisse laicum illum conferre Ecclesiam illam nondum vacantem, vt ex tunc valeret in præiudicium rectoris legitimè possidentis. Nam si vellet absque eius præiudicio, vt à tempore vacationis frueretur illa locus religiosus, valeret vtique cum consensu Episcopi, vt constat ex *d. c. consultationibus.* Idem disponitur Concil. Tolet. III. c. 4. & refertur *c. si Episcopus. 12. quæst. 2.* ibi; *Si Episcopus vnam de parochiis Ecclesiis suis monasterio dicare voluerit, vt in ea monachorum regulariter congregatio viuat, hoc de consensu concilij sui habeat licentiam faciendi.* & tradit ibi Glossa *verb. si Episcopus*; & idem habetur *c. si ad audientiam. el 2. de Eccles. ædific.* & ibi Glossa *verb. indulgemus*, & ibi Abbas *n. 2.* Atque ita hanc vnionem loco religioso posse fieri per Episcopum docent Glossa *ea Clem. 2. statim in prin-*

pio.

pio. vers. nota quod Episcopus. & *verb. dantur.* Cardinalis *ibi. in princip. num. 4. notab. 4. & num. 11. quæst. 7.* Anchar. *num. 4. not. 4.* Imola *num. 2. & 3. not. 2. & 3.* Bonifacius *num. 4.* Calderinus *cons. 5. num. 1. de rebus Eccles. non alienand.* Hostiens. *c. nouit. num. 7. de his quæ sunt à Prælat.* Anton. *c. tua. num. 9. eodem tit.* Abbas *dicto c. consultationibus. num. 4.* vbi Imola *num. 1. notab. 1.* Henr. *num. 1.* Marianus Socinus senior *c. sicut vnire. art. 4. q. 4. n. 61. & 62. de excessibus Prælat.* Felinus *c. in nostra. coral. 40. num. 42. notab. 3. de rescript.* Sapia *addit. ad Abbatem. d. c. sicut vnire. numero 2. verb. vnire.* Selua beneficiorum *3. p. q. 11. num. 126.* Azor *tom. 2. inst. moral. lib. 6. c. 28. quæst. 19.* & ad idem facit Gregor. Lopez *l. 3. tit. 12. p. 1.* vbi dicit posse Episcopum fauore religionis Ecclesiam secularem transformare in regularem. Quod quidem verum habet, quamuis monasterium illud exemptum sit, vt bene tradunt Calderinus, Marianus Socinus *ibidem*, Cardinalis *d. Clem. 2. in principio. num. 11. q. 7.*

149 Secundò eadem conclusio tenet verum, quamuis collatio illius beneficij ob Episcopi negligentiam deuoluta esset ad Papam, quod alio iure deuoluatur, alio autem vniatur. Deuolutio enim concernit titulum, impeditque ne illud Episcopus in titulum dare valeat; vnio autem respicit proprietatem. Atque ita tenent Antonius *c. sicut vnire. num. 10. de excessibus. Prælat.* & ibi Abbas *num. 6.* Anchar. *num. 5.* Federicus, quem refert, & sequitur Marianus Socinus senior ibi rẽ hac latè disputata *à num. 67. vsque ad 70.* idem Abbas *c. consultationibus. fin. de donationib.* Boërius *decis. 346. ad finem.* Azor *tom. 2. instit. moral. lib. 6. c. 28. q. 15.*

150 Tertiò habet verum, quamuis beneficia illa reseruata sint à Pontifice, dummodo ex huiusmodi vnione præiudicium non fiat expectanti authoritate Apostolica beneficia illa. Quare hæc vnio effectum non habebit, nisi post expectantis mortem, vel donec illo beneficio priuatus sit: quia sicut dum alter possidet beneficium, non obstante illa possessione, potest per Episcopum vniri, non vt statim habeat effectum in possidentis præiudicium, sed postquam illud dimiserit. *Clem. 2. de rebus Eccles. non alienand.* ita beneficia hæc reseruata poterit Episcopus vnire, vitato expectantis præiudicio. Atque ita docent Abbas *eo c. sicut. num. 7.* & ibi Anchar. *num. 5.* Cardin. *num. 3. quæst. 3.* Marianus Socinus senior *ibi. art. 4. quæst. 6. num. 64.* Gambata *de authoritate legati. lib. 5. tit. de potestate legati in vniendo. num. 63.* Boërius *decis. 346. ad finem.* Rebuffus *praxi beneficior. tit. de vnionib. beneficior. num. 31.* vbi Parisium, & quandam Rotæ decisionem allegat, Hojeda *de incompatib. beneficiorum. p. 2. c. 3. num. 7.* Azor *eodem c. 28.* quamuis Lapus *allegat. 26. n. 1. fin.* contrarium teneat, quod in duplici casu est verum. Prior est, quando reseruatio non solam collationem respectu tituli concernebat; sed reseruabat Pontifex certam Ecclesiam suæ dispositioni; tunc enim ea verba generalia impedirent prorsus Episcopi dispositionem circa id beneficium. Sic Abbas *eodem c. sicut vnire. num. 7.* Azor *eodem q. 16.* Posterior est, si reseruatio beneficij esset perpetua respectu collationis; illius à Romano Pontifice semper facienda, vt contingit in prima dignitate post Pontificalem cuiuscumque Ecclesiæ cathedralis, quæ reseruata manet semper per regulam tertiam Cancellariæ; tunc enim Episcopus non potest vnire, quia per eam reseruationem auferitur omnino Episcopis potestas de ea præbenda disponendi. Sic Hojeda *ibid.*

151 Hæc tamen conclusio dupliciter temperanda est. Priùs, nisi beneficia illa essent exempta à iurisdictione Episcopi; tunc enim nequiret Episcopus ea vnire, vtpote quæ suæ dispositioni subiecta non sunt: & ideo tunc vnio permanebit ad Pontificem. Sic docent Rebuffus *eo tit. de vnionib. beneficior. n. 22.* Hojeda *eodem c. 3. n. 7.*

152 Posteriùs temperatur, dummodo vnio sit perpetua. Si enim sit temporalis, est interdicta Episcopo, quia vniones ad vitam beneficiorij sunt odiosæ, tanquam introductæ contra formam iuris communis, aut saltem præter illam. Quippe per hanc vnionem temporalem fit, vt duo beneficia concedantur vni, absque ille ab altera Ecclesia toto tempore vitæ. Præterea, quia per talem vnionem non Ecclesiis, sed personis prouiditur. Tandem, quia talis vnio est nomine tenus: at re ipsa est quædam iuris relaxatio. Atque ita docent Dominicus *cons. 38.* vt eum refert, & sequitur Staphyleus *de iuere gratia. tit. de modis prouisionis. num. 19.* Azor *tom. 1. inst. moral. lib. 6. c. 28. q. 17.*

153 Secunda conclusio. Generalis vicarius Episcopi non potest beneficia vnire, nisi specialiter sibi ab Episcopo committatur. Constat, quia nec beneficia conferre valet, quod minus est. Atque ita docent Marianus Socinus alios allegans *c. sicut vnire. art. 3. num. 43. & dubiis sequentib. q. 8.* Dominicus *cons. 38. num. 10.* Parisius *cons. 40. n. 1. & 2. vol. 4.* Rebuffus *praxi beneficiorum. tit. de vnionib. beneficior. num. 37. & tit. de forma vicariatus. num. 102.* Anton. Cucus *lib. 1. instit. moral. tit. 8. num. 106.* Hojeda *de incompatibilitate beneficior. p. 2. c. 3. n. 7. vers. non est etiam omittendum.* Sbrozius *de vicario Episcopi. lib. 1. q. 113.* latè probans *à num. 2. vsque ad 8.* Azor *tom. 2. instit. moral. lib. 6. c. 28. quæst. 10.* Quare non est audiendus Hieronymus Gabriel *cons. 200. n. 3. volum. 1.* vbi docuit, hoc posse vicarium ex suo officio.

154 Sed quid si vicario illi data esset potestas conferendi beneficia cum generali clausula? Aliqui, vt refert Azor num. præcedenti allegatus, affirmant posse tunc vicarium vnire. Sed iure optimo contrarium tenent ibi Rebuffus *praxi beneficior. tit. de forma vicariatus. num. 102.* Parisius, & Sbrozius *à n. 9. vsque in fin.* vbi eos allegat n. præced. quod clausula generalis secuta post specialia in mandato expressa, includit consimilia, non autẽ maiora, vt tradit bene Socinus *cons. 113. ad fin. vol. 4. cons. 95. n. 10. vol. 1.* At vnire beneficia est quid maius, quàm conferre, cùm illud nequeat Episcopus absque Capituli consensu, vt dicemus numero 164. at hoc regulariter potest ipse solus.

155 Tertia conclusio. Capitulum sede vacanti potest vnire ea beneficia, quæ potest Episcopus, dummodo per eam vnionem iurisdictioni Episcopali nihil detrahatur; quod ea, quæ sunt iurisdictionis in Capitulum transeãt. *c. vnic. de maior. & obed. in 6.* Hæc autem vnio est iurisdictionis. Atque ita docent Imola *Clem. 1. num. 31. de statu monach.* & ibi Card. *5. ad hæc. num. 4. quæst. 6.* Bonifacius *eodem 5. num. 19.* Marianus Socinus senior *c. sicut vnire. art. 3. num. 40. quæst. 6. de excessib. Prælat.* Castalopus *de vnionib. ecclesiasticis. a. 3. num. 19.* Perusinus *de vnionibus. c. 5. num. 26.* Rebuffus *praxi beneficior. tit. de vnionib. beneficior. num. 36.* Hojeda *de incompatibilitate beneficiorum. 2. p. c. 3. num. 7. vers. similiter Capitulum.* Azor *tom. 2. instituit. moral. lib. 6. c. 29. q. 9.* Quod si obiicias, Capitulũ non habere potestatem conferendi beneficia: ergo nec vniendi, cum duo beneficia connectere nequeat, nisi vnum conferens cõ Ecclesiæ cui connectit. Respondet bene Azor, non bene id sequi, quia beneficium nondum vacans conferri nequit, cùm tamen valeat vniri. *Clem. 2. de rebus Eccles. non alienand.* Item non est idem iuris de conferendo, quod de coniungendo, quia conferre est voluntatis, & libertatis: at vnire est necessitatis, cùm vnio fieri non debeat, nisi ob Ecclesiæ necessitatem, aut vtilitatem. Nec audiendus est Antonius Cucus *lib. 1. instit. moral. lib. 6. c. 29. q. 9.* Quod si obiicias, Capitulũ non habere potestatem conferendi beneficia: ergo nec vniendi, cum duo beneficia connectere nequeat, nisi vnum conferens cõ Ecclesiæ cui connectit. Respondet bene Azor, non bene id sequi, quia beneficium nondum vacans conferri nequit, cùm tamen valeat vniri. *Clem. 2. de rebus Eccles. non alienand.* Item non est idem iuris de conferendo, quod de coniungendo, quia conferre est voluntatis, & libertatis: at vnire est necessitatis, cùm vnio fieri non debeat, nisi ob Ecclesiæ necessitatem, aut vtilitatem. Nec audiendus est Antonius Cucus *lib. 1. instit. moral. lib. 6. c. 29. q. 9.* Quod si obiicias, Capitulũ non habere potestatem conferendi beneficia: ergo nec vniendi, cum duo beneficia connectere nequeat, nisi vnum conferens cõ Ecclesiæ cui connectit. Respondet bene Azor, non bene id sequi, quia beneficium nondum vacans conferri nequit, cùm tamen valeat vniri. *Clem. 2. de rebus Eccles. non alienand.* Item non est idem iuris de conferendo, quod de coniungendo, quia conferre est voluntatis, & libertatis: at vnire est necessitatis, cùm vnio fieri non debeat, nisi ob Ecclesiæ necessitatem, aut vtilitatem. Nec audiendus est Antonius Cucus *lib. 1. instit.*

156 Quarta conclusio. Archiepiscopus vnire potest beneficia in sua diœcesi, cùm in ea eandem iurisdictionem exerceat, quam Episcopus in sua. At nequit vnire beneficia in diœcesi Suffraganeorum. Quod constat ex

eo c.

UNIVERSIDAD DE NAVARRA

cap. sicut vnire, in fin. de excessibus Prelat. Item, quia non habet iurisdictionem aliquam in diœcesi Suffraganeorum, præter eam, quæ in aliquibus casibus in iure expressa est, inter quos hic non numeratur. Sic Abbas *eo. c. sicut vnire. num.* 4. & ibi Marianus Socinus senior *art.* 3. *quæst.* 4. *num.* 35. Rebuffus *praxi beneficior. tit. de vnionibus beneficiorum. num.* 29. & 50. Hojeda *de incompatibilitate beneficiorum. 2. p. c. 1. num.* 7. Azor *tom.* 2. *institutionum moral. lib.* 6. *c.* 28. *q.* 7. & omnes.

157 Sed de legato à latere, an possit vnire beneficia prouinciæ suæ legationis, non modica est inter Doctores controuersia. Quidam id posse negant. Ducuntur ex *c. final. de confirmat. vtili*, vbi non approbatur vnio facta per legatum de latere. Deinde, quia legatus hic nequit iuri Episcoporum derogare, vt constat ex *eo. cap. finali*; at hæc vnio fieri nequit absque prædicta derogatione; auferetur enim Episcopo in perpetuum ius illius beneficij conferendi. Et ideo hanc partem sustinent Innocent. *eo. c. fin. n. ad fin.* Antonius *ibi. num. vltim.* Hostiens. *num.* 1. Ioan. Aude. *num.* 1. Federic. *iure conf.* 195. atque Marianus Socinus senior *c. sicut vnire. art.* 3. *quæst.* 3. re latissimè disputata *n.* 9. *usque ad* 34. concludit quæstionem esse satis dubium, & eam indecisam relinquit.

158 Cæterum verius est posse, absque præiudicio tamen Episcopi: quia potest in sua prouincia quidquid Episcopi in suis diœcesibus, vt probatur *lib.* 8. *de matrimonio. disp.* 9. *num.* 15. Cum ergo possit Episcopus vnire, poterit & legatus à latere. Nec obstant contraria. Non primum; quia vnio, de qua in illo textu mentio fit, præiudicabat iuribus Episcopi; importabat enim plenam exemptionem in temporalibus, & spiritualibus. Nec etiam obstat secundum; quia ad præiudicium debet intelligi excepto hoc iure conferendi: huic enim iuri conferendi sæpe derogat legatus à latere conferendo ex beneficia, vnde habet locum in aliis iuribus Episcopi; non enim per hanc vnionem et auferetur potestas visitandi, corrigendi, excommunicandi in iis, quæ ad illas Ecclesias pertinent. Atque ita docent Speculator *tit. de legato. §. nunc videndum. num.* 4. *vers.* 5. dicens sortè hoc ita esse, & Ioan. Andr. *ibi in ad hæc. verb. forte*, dicit absque dubio ita esse; Abbas *c. sicut vnire. num.* 5. *de excess. Prælat. & de finali. numero* 8. vbi Card. *n.* 1. Imola *in fin.* Decius *à num.* 19. *vsque ad* 23. Bellemera *decis.* 512. *num.* 1. Staphyleus *de iuris grauis. tit. de modis prouis. n.* 20. Gambara *de offic. & potest. legati. lib.* 5. vbi de potestate legati in vniendo beneficia. *num.* 40. & *sequentib.* decisio Rotæ, Brnellus, & Guido Pap. quos refert, & sequitur Rebuffus *in praxi beneficiorum. tit. de vnionib. benefic. à num.* 22. Hojeda *de incompatibilitate beneficiorum. 2. p. c.* 3. *n.* 7. *versic. iuris legatus.* Azor *tom.* 2. *institut. moral. lib.* 6. *c.* 28. *q.* 8. At legatus qui non est à latere, nequit vnire; & in hoc est vera præcedens opinio: quia nequit conferre beneficia. *c. v. de offic. legatorum* 6. at per vnionem magis præiudicatur Episcopo, quàm per vnicam collationem. Et sic docet Abbas *eo. c. finali. n.* 8.

159 Rursus est difficultas, an Abbatibus, atque aliis Prælatis, Episcopo inferioribus, inregium sit hanc vnionem facere? Multi negant, quantumcumque habeant Ecclesias pleno sibi iure subiectas, nisi hoc vniendi ius ex priuilegio aliquo Pontificio, aut legitima præscriptione acquisierint. Ducuntur ex *c. sicut vnire. de excess. Prælat.* vbi hoc dicitur esse proprium Episcoporum. Ita docent Glossa *Clem.* 1. §. *ad hæc. verb. ordinarios, de statu monach.* & ibi Zenzelinus, & Lapus, vt eos refert, & sequitur Imola *ibi. num.* 31. Bonifacius *eodem* §. *ad hæc. n.* 8. Glossa *Clem.* 2. *verb. Episcopum, de rebus Eccles. non alienand.* vbi Imola *num.* 9. Bonifacius *in princip. num.* 12. Calderinus *cons.* 9. *num. vnic. de rebus Eccles. non alienand.* Innocentius *d. c. sicut vnire. num. vnic.* & ibi Ioann. Andr. *num.* 1. Anton. *num.* 1. Anchar. *num.* 3. *vers.* 3. Card. *num.* 3. *opposit.* 2. Archidiaconus. *c. cum singula. vers. annexi, de prebend. in* 6. & ibi Ioan. Andr. *quæst. post princip.* Anchar. *num.* 3. *vers.* 4. Dominicus *in princip. num.* 8. Francus *in princ. num.* 4. Rebuffus *d. tit. de vnionibus beneficiorum. num.* 32. & 54. Staphyleus num. præcedenti allegatus, Hojeda *d. c.* 5. *num.* 7. *vers. denique inferiores.* Azor *d. c.* 28.

At verius est posse, quando ita plenè subiectas sibi 160
Ecclesias habent, vt iurisdictione quasi Episcopali in eis fungantur: quia in Prælati possunt in suis diœcesibus omnia ad iurisdictionem spectantia, quæ possunt in suis Episcopi, vt probauimus *lib.* 8. *de matrimonio. disp.* 2. *n.* 11. Cùm ergo hæc vnio sit iurisdictionis, poterit ab his Prælatis fieri. Item, quia non est propria Episcoporum, quasi consecrationi illorum annexa; tunc enim fieri non posset ab Episcopo confirmato, nondum tamen consecrato: cuius contrarium diximus num. 147. fin. sed est propria iurisdictionis Episcopalis. Cùm ergo hæc reperiatur in his Prælatis, iis quoque vniendi potestas concedenda erit. Sic docent Abbas *eo. c. sicut vnire. n.* 3. & ibi Marianus Socinus senior *art.* 3. *num.* 41. & 42. Card. *Clem.* 1. §. *ad hæc, de statu monach.* & *Clem.* 2. *in princip. n.* 10. *quæst.* 6. *de rebus Eccles. non alienand.* Additionator *ad Innocent. eo. c. sicut vnire. vers. ad Abbates.*

Superest tractare, quæ conditiones iure requirantur 161
ad hanc vnionem per Episcopos, & alios Prælatos dictos faciendam. Ducuntur ergo primò causa iusta, quæ in hac parte est necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ, vt expressè habetur *c. exposuisti, de prebend.* & *c.* 1. *de rebus Eccles. non alienand. in* 6. Necessitas est quando præbenda, cui vnio facienda est, caret sufficientibus redditibus ad alendum ministrum. Et ita docent Doctores, probantque text. *d. c. exposuisti*, ibi; *de redditibus prebendarum suarum nequeunt sustentari.* & *c. vnic. in* 6. *q.* 3. & *c. post quæ. in* 6. *q.* 1. *Clement.* 1. §. *ad hæc, de statu monach.* & Trid. *sess.* 21. *c.* 5. *de reformat.* ibi; *propter eorum paupertatem.* Quare similiter erit causa iusta vniendi loco religioso, quod ille indigens sit redditibus ad ministrorum sustentationem. Quod optimè docuit Hostiensis *c. nouit. n.* 7. *de his, quæ fiunt à Prælat.* cuius sententiam referunt Glossa *Clem.* 2. *verb. consentiente, de rebus Eccles. nõ alienand.* & ibi *Card. num.* 6. *opposit.* 1. Imola *n.* 9. Bonifacius *in princ. num.* 20. & tantum refutant in eo, quod dixit ibi Hostiensis non esse tunc necessarium Capituli consensum. Quare manifestè videntur admittere eam causam tanquam iustam. Similiter est iusta causa necessitis, si Ecclesia sit destructa ab hostibus, vel desolata. *c.* 2. *de religiosis domibus*, vel propter populi decrementum, vt *c. ad audientiam. el* 2. & *c. final. eodem tit.* Item, quando Ecclesiæ sunt vicinæ, & restant pauci de populo, aliis mortuis, vt probatur *c. & temporis. in* 6. *q.* 2. & *c. final. verb. hostilitatis. 25. quæst. vltima.* Vtilitas autem est, quando propter fructuum tenuitatem non inueniuntur clerici idonei ad deseruiendum, vt probatur *d. c. exposuisti*, vbi notant scribentes, & *c. 1. ne sede vacante*, ibi; *ne plus fauisse personæ, quàm Ecclesiæ videretur.* Ita docent Rebuffus *praxi beneficiorum. tit. de vnionibus beneficior. num.* 39. Hojeda *de incompatibilitate benefic. p.* 2. *c.* 3. *n.* 8. Azor *tom.* 2. *institut. moral. lib.* 6. *c.* 28. *q.* 13. Insuper est causa iusta, vt diuinus cultus augeatur, vt colligitur ex *c. ex vnire, de contributis, ib.* & eam causam videtur approbare Trident. *sess.* 14. *de reform. c.* 9.

Hinc deducitur, exigi clausæ cognitionem in huiusmodi vnione facienda. Et sic ordinarius vnionem faciens, debet priùs inquirere, & cognoscere de causa vnionis. argum. text. *Clem. final. de rebus Eccles. non alienand.* & si Papa illam facit, exigitur, vt etiam de causa inquiratur in partibus: aliàs vnio reuocabitur, vt disponitur *regul. Cancell.* 21. *alias* 2. *de vnionib.* & sic docent Rebuffus *praxi beneficiorum. de vnionibus benefic. num.* 43. & 44. Hojeda *de incompatibilitate benefic. p.* 2. *c.* 3. *num.* 9. 162

Secunda conditio est, vt citentur hi omnes, quorum 163
interest in vnione facienda, vt probatur *in Clem.* 1. §. *ad hæc, de statu monach.* Non tamen est necessitò vocanda plebs, licèt videatur quodammodo sua interesse, quia interdum laborat cõtra sua propria commoda; si tamen causam

causam iustam impedientem vnionem allegarit, audiri deberet. Sic Rebuffus *praxi beneficiorum, in regul. Cancell.* 21. *de vnionibus. glossa* 19. *num.* 1. 11. & 12. Hojeda *d. c.* 5. *num.* 9.

164 Tertia conditio est, vt accedat consensus Capituli Ecclesiæ cathedralis, si vnio per Episcopum facienda sit, vt expressè decidit *Clem.* 2. *de rebus Ecclesiæ non alienand.* & tradunt omnes. Quod si canonici consentire nollent, & iusta causa vnionis faciendæ subesset, possent compelli, vt bene probant Rebuffus *d. reg.* 21. *Cancell. glossa* 11. *num.* 3. Marianus Socinus senior *c. sicut vnire. art.* 6. *concluf.* 1. *num.* 92. Azor *d. c.* 28. *quæst.* 12. Addit Marianus Socinus alios allegans, existenti iusta contradicendi causa, contradictionem vnius sat esse ad impediendam vnionem.

165 Sed circa hanc conditionem duplex est difficultas. Prior est, an consensus ille præcedere debeat, an potiùs satis sit, si postea accedat: Et communiter Doctores respondent, satis esse si postea accedat, argumento textus *c. cum nos*, & *c. cura, de iure patronatus*, & tradunt Alexander, Socinus, Bellemera, quos referunt, & sequuntur Boërius *decis.* 345. *num.* 3. & 4. Rebuffus *d. regula* 21. *Cancell. glossa* 11. *n.* 20. & 21. Hojeda allegatus num. præcedenti. Addit Hojeda optimè, aliis citatis, in dubio præsumi consensum hunc interuenisse ex temporis diuturnitate.

166 Posterior est, an in vnione hac à legato de latere facienda exigatur consensus Capituli? Quidam aiunt eum non requiri, quod ille nullum consortium cum Capitulo habeat, vt habet Episcopus. Sic Boërius *decis.* 513. *num. vnic.* Gambara *de offic. & authoritate legati. tit. de potestate eius ad vniendas beneficia. num.* 58. Hojeda *eodem cap.* 3. *num.* 9. Cæterùm sic distinguendum est cum Mariano Socino seniore *cap. sicut vnire. art.* 6. *conclus.* 14. *num.* 115. *de excessibus Prelat.* Si eam vnionem faciat, vt Pontificia commissione, in qua consensus Capituli mentio non fiat, non exigetur is consensus, quia tunc non vnit vt ordinarius, sed vt Pontificis delegatus. Quare sicut Pontifex potest absque consensu Capituli vnire, ita & ipse. Si autem id faciat ex sua potestate ordinaria, indiget consensu Capituli, quia tunc non amplioremin beneficiis vniendis habet potestatem, quàm Episcopus. Si ergo hic indiget consensu Capituli; ergo & ille.

167 Insuper, si Ecclesia sit subiecta Abbati, aut alij inferiori Prælato, non potest Episcopus eam vnire absque illius consensu, vt bene tradunt Cardin. *Clem. tit.* 1. §. *ad hæc. num.* 1. *opposit.* 1. & 2. *de statu monach.* Hericus *c. sicut vnire. num.* 3. *de excessibus Prelat.* & ibi Marianus Socinus senior *art.* 4. *quæst.* 1. *num.* 62. qui optimè vt *art.* 6. *num.* 95. *concl.* 4. exigi quoque consensum clericorum constituentium Capitulum, cum eo Prælato inferiori; & *concl.* 5. *num.* 96. bene etiam dicit exigi quoque consensum Capituli Ecclesiæ cathedralis.

168 Præterea, si Ecclesia sit iuris patronatus, exigitur consensus patroni; vt Episcopus eam vnire possit: quippe præiudicium fit iuri præsentandi competenti patrono per vnionem illam; & ideo, vt ea fata sit, exigitur patronum consentire: & constat ex *cap. suggestum, de iure patronatus*, & docent Anchar. *Clem.* 1. §. *ad hæc. num.* 35. *quæst.* 27. *de statu monach.* & *c. sicut vnire. n.* 5. *de excessibus Prælat.* Hostiensis, Paulus, Card. quos refert, & sequitur Marianus Socinus senior *eo c. sicut vnire. art.* 6. *concl.* 8. *num.* 98. Boërius *decis.* 345. *num.* 4. *fine.* Rochus *de iure patronatus. verb. honorificum. num.* 8. Lambertinus alios allegans *de iure patronatus. lib.* 3. *quæst.* 6. *tito art.* 1. Rebuffus *praxi beneficior. regula* 21. *Cancell. de vnionibus. glossa* 11. *num.* 6. Couarr. alios allegans *quæstionibus prælic. cap.* 36. *num.* 11. Nauarr. *lib.* 3. *cons. tu* 1. *edictorum. tit. de iure patronatus. cons.* 3. *num.* 2. dicens aliàs vnionem fore nullam. Hojeda *de incompatib. beneficiorum. p.* 2. *c.* 3. *num.* 9. Flaminius *de resignatione beneficiorum. lib.* 2. *quæst.* 4. *n.* 11. Azor *tom.* 2. *institut. moralium. lib.* 6. *c.* 28. *quæst.* 12. Et quamuis aliqui ex his Doctoribus limitatè loquantur, nempe quando ius patronatus est laicorum, siue seculare; sic Anchar. Boërius, & Azor; imò aliqui expressè dicant non desiderari consensum patroni ecclesiastici, vt ex Thoma Fastoli refert Lambertinus *eo art.* 2. *num.* 1. at dicendum est neutri patrono posse Episcopum præiudicium inferre, & ideo vtriusque consensum exigi, vt bene docent Lambertinus *ubi eo art.* 2. & Couarrun. *eodem numero* 11. Quare iure optimo alij Doctores citati indistinctè loquuntur de patronis.

Quod si vnio hæc à legato à latere fiat, exigitur quoque consensus patroni, si ius patronatus sit seculare; si autem sit ecclesiasticum, potest illi derogare, ac proinde absque eius consensu vnionem facere, vt constat ex *c. cum dilectus, de iure patronatus.* & *c. dilectus, de officio legati*, & docent Imola *c. final. in fin. de confir. vtili*, Gambara *de officio, & authoritate legati. lib.* 5. *tit. de potestate illius, qui ad vniendum beneficior.* Lambert. *eodem q.* 6. *art.* 1. *n.* 4. *vers. & idem dicerem.* & *art.* 2. *num. penultim.* Rebuffus *praxi beneficior. tit. de vnionibus. num.* 18. Azor *eodem q.* 12. Non tamen potest derogare, quando ius patronatus est mixtum, partim seculare, & partim ecclesiasticum, ob fauorem & gratiam laici patroni, ne laici à fundandis, vel dotandis Ecclesiis facilè auocentur. Sic Gambara, & Azor ibidem. Addit etiam Azor, cùm patronus est laicus non iure fundationis, vel dotationis Ecclesiæ, sed sola consuetudine, vel præscriptione, aut priuilegio, posse huic patronatui derogari per legatum à latere.

Sicut autem diximus num. 165. consensum Capituli non necessariò præcedere debere, sed satis esse, si vnionem subsequatur: ita similiter dicendum est, satis esse subsequi consensum patroni, & Prælati illius inferioris, suique Capituli, quorum consensum diximus triplici numero præcedenti exigi. Nam Rebuffus & Azor allegati eo numero 165. vniuersaliter dicunt satis esse consensum eorum, quorum interest, subsequi.

Non tamen exigitur consensus rectoris, siue possessoris beneficij ab Episcopo vniendi, aut si vacet, defensoris illius beneficij; sed illis non citatis potest Episcopus vnire, vt expressè decidit *Clem.* 2. *de rebus Eccles. non alienand.* & tradunt vniuersi. Et ratio est, quia etsi beneficium illud nondum vacans alteri vniatur, nullum possessori illius damnum infertur, eo quod vnio illa non fortitura sit effectum, donec ipse morte, vel alio modo dimiserit beneficium. *c. consuluisti, de donationib.* Quod si dicas præiudicium generare, quia impeditur, ne cum alio permutari valeat, vel in gratiam alterius illi renunciari. Respondent Rebuffus *praxi benefic. regul. Cancell.* 21. *de vnionibus. glossa* 11. *n.* 9. & 10. Hojeda *de incompatibilitate beneficior. p.* 1. *c.* 3. *n.* 9. Azor *d. c.* 28. *q.* 12. id præiudicium non esse considerabile, eo quod permutatio illa, & resignatio pendeant à voluntate superioris, & sint modi extraordinarij comparandi beneficia. Quare id præiudicium cedere debet vtilitati communi, ob quam vnio beneficiorum fit.

Nec etiam exigitur in hac vnione solemnis tractatus iure in rei ecclesiasticæ alienatione petitus, quamuis vnio sit quodammodo alienatio: quod hic tractatus minimè paratur, sed solius Capituli consensus, *Clem.* 2. *de rebus Eccles. non alienand.* nec hæc vnio rationem veræ alienationis subeat. Atque ita docent Boërius *decis.* 545. *num.* 2. dicens sic decisum esse in Rota, Rebuffus *eodem glossa* 11. *num.* 2. Hojeda *eodem c.* 3. *num.* 9. Azor *eodem c.* 28. *quæst.* 12. idem habetur *in prælectibilibus Rotæ Romanæ. tit. de vnione. num.* 8. (habentur *in nouissimis decisionibus Rotæ. tom.* 2.) Quare minus bene Abbas *cons.* 106. *num.* 3. & 4. *lib.* 1. dicit tractatum exigi.

Quod si quæras, quando defectu solemnitatum petitarum sit vnio iure ipso irrita. Respondeo, in triplicem casu

casu esse ipso iure irritam. Primus est, quando non citantur ij, quorum interest, quos necessariò citandos esse diximus. Secundus est, quando non præmissa causæ cognitione vnio fit. Vtrumque docent Rebuffus *praxi benefic. in reg. 21. Cancell. de vnionib. gloss. 9. vnic.* Azor *tom. 2. instit. moral. lib. 6. c. 28. q. 14.* Tertius est, cùm non exprimitur vtrus valor beneficij vniendi, & eius cui vnio fit, vt expresè habetur *reg. 21. Cancell. de vnionib.* & tradit ibi Rebuffus à *glossa 5. vsque ad 9.*

174 Sed nō modica difficultas est, an si in cæteris seruetur debita forma, sit vnio irrita, eo quod ex falsa causa sit impetrata? Quidam censeruntesse irritam, quia cùm per errorem, & deceptionem concessa sit, deficit manifestè concedētis voluntas, & intentio; quippe nihil ita voluntarium tollit, ac error. *l. si per errorem. 15. ff. de iurisdict. omnium iudicū.* Hanc sustinent Abbas *c. sicut vnire. n. 6. de excessib. Prælat. & cons. 107. n. 7. vol. 1.* Decius *cons. 235. n. 3. & 4. vol. 2.* Boërius *decis. 345. n. 1. fin. Felinus c. cum sæpe. el 2. n. 2. fin. vers. & ista conclusio de iudicio.* Quod quidem dicunt Abbas *eo cons. 107. n. 7.* & Felinus *eo c. cum sæpe. n. 3.* verum habere, licēt addatur clausula, *motu proprio*; quod hæc clausula non supplear defectum intentionis.

175 Sed verius est prædictam vnionem non esse ipso iure irritā, sed irritandam ope exceptionis. Ducor, quia cùm vnio cōcedatur ex causa necessaria, magis concernit iustitiā, quàm gratiam. Id autē distat inter rescripta gratiæ, & iustitiæ, quod illa per subreptionē obtenta sint ipso iure irrita; quare quicquid virtute eorum factū fuerit, est nullius prorsus momēti: hęc autem valida sint, donec ope exceptionis elidātur, id est, donec aduersarius, contra quem impetrata sunt, excipiat, allegans ea esse subreptitia. Quare processus virtute illorum factus valebit, si de subreptione non excipiatur, vt latè probaui *lib. 8. de matrim. disp. 21. n. 5. & duplici sequenti.* Et ideo hāc partem tenent Oldrad. *cons. 261. fin.* Guido Pap. *cons. 154. vers. 2. præmissa.* neque variis vicibus decisum est in Rota, vt refert Boërius *decis. 345. statim in princip.* & hic habetur *in practicabilibus Rotæ Romanæ tit. de vnione n. 20.* habentur *in nouissimis decisionibus Rotæ tom. 2. in fin.*) & hāc opinionem dicit Felin. *c. postulasti. n. 3. de rescript.* prætaliter; propter Rotæ authoritatem. Eandem tenent Marianus Socinus senior *c. sicut vnire. art. 1. n. 144. de excessib. Prælat.* & ibi Sebastianus Sapix *addicionibus ad Abbatē. n. 3. vers. subsellas.* Milis *in repertorio. verb. vnio. n. 6. fl. ait in princ.* Rebuffus *praxi benefic. in regul. Cancell. 21. de vnionib. glossa 5. fin. & glos. 9. casu 2.* Azor *tom. 2. instit. moral. lib. 6. c. 28. q. 14.* Ex quo deducitur, non posse id beneficium impetrari tanquam vacans, donec vnio illa irriretur. Sic Oldradus ibidem, Rebuffus *ea glossa 9. casu 2.*

176 Hæc tamē sententia cēperatur dupliciter. Priùs, vt intelligatur de vnionibus factis per inferiores Pontifice: nam facta à Pontifice ex falsa causa allegata, est ipso iure irrita; quod in rescriptis Pontificiis intelligatur semper clausula, si preces veritate nitātur. *c. 1. de rescript.* Sic Cardinalis *cons. 96.* vt eum refert, & sequitur Rebuffus *eadē glossa 5. fin.* Milis n præced. allegatus, Staphyleus *de literis gratiæ*, vbi de vi, & effectu clausularū. *§. 7. & vltimo scientum est. n. vbi.* Bellemera *decis. 617. fin.* & sic decisum est in Rota, vt refert Cassadorus *decis. 1. fin. de vnionibus.* Et in hoc casu est vera sententia cōtraria allegata n. 174. quod sublimitat Milis; nisi vnio illa esset cōcessa motu proprio à Pontifice; tunc enim ait non esse ipso iure irritam. Sed meritò contrarium tenent Staphyleus *eo n. vltim.* & alij, quos allegaui n. 174. propter rationem ibi traditam.

177 Posteriùs limitatur, nisi falsa causa allegata esset necessitas Ecclesiæ, quæ verè nō suberat; tūc enim erit irrita vnio etiam ab inferioribus facta, eo quod in casu illicito facta sit. Sic Milis allegatus n. 175. Verūm displicet prorsus limitatio; nā cùm vnio semper fieri debeat ex iusta necessitatis, ac vtilitatis Ecclesiæ causa, semper fit in casu illicito, ea non existente vera; ac proinde semper deberet esse irrita. Ac proinde Rebuffus *ea regul. Cancell. 21. de vnion. ib. casu 2.* explicat, quādo vnio sit cassanda, & nō sit irrita, vt quando falsò allegatur paupertas Ecclesiæ.

Hactenus explicuimus, quæ iure communi antiquo, circa has vniones statuta sunt, superest explicare, quid iure nouiori. Secunda ergo difficultas est, quid per Cōcilij Tridentini decreta sit immutatū. Et primò quidem ponemus, quæ circa has vniones illud decreuerit: deinde explicabimus, in quibus correxerit antiquiora iura. Varia sunt circa hoc decreta in Trident. nam *sess. 7. c. 6. de reform.* sic dicitur. *Vniones perpetuæ à quadraginta annis citra factæ, examinari ab ordinariis, tanquam à Sede Apostolica delegatis possint, & quæ per subreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, irrita declarentur: illæ verò, quæ à dicto tempore citra concessæ nondum in toto, vel in parte sortitæ sunt effectum, & quæ deinceps ad eiusmodi instantiam fient, nisi ex ex legitimis, aut aliis rationabilibus causis, coram loci ordinario vocatis, quarum interest, verificandis factas fuisse constiterit, per subreptionem obtentæ præsumantur: ac propterea nisi aliter à Sede Apostolica declaratum fuerit, viribus omnino careant.* Hi autem quadraginta anni computandi sunt à die qua Tridentinum authoritate Apostolica est promulgatum, vt rectè docet Azor *tom. 2. instit. moral. lib. 6. c. 28. q. vltim.* Quia ex tunc habet vim obligandi decretum. Et *eadem sess. 7. c. 7. de reformat.* sic decernitur: *Beneficia ecclesiastica curata, quæ cathedralibus, collegiatis, seu aliis Ecclesiis, vel monasteriis, beneficiis, seu Collegiis, aut piis locis quibuscumque perpetuò vnita & annexa reperiuntur, ab ordinariis locorum annis singulis visitentur; qui solicite prouidere procurent, vt per idoneos vicarios, etiam perpetuos, nisi ipsis ordinariis, pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertia parte fructuum, aut maiori, vel minori, arbitrio ipsorum ordinariorum, portiont, etiam super certa re assignanda, ibidem deputandæ animarum cura laudabiliter exercentur: appellationibus, priuilegiis, exemptionibus, etiam cum Iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuscumque in præmissis minimè suffragantibus.* Ex quo fit (vt bene docet Azor ibidem) vt in huiusmodi vnitis Ecclesiis Episcopus possit vicarios perpetuos, aut temporales constituere, ipsosque examinare, & approbare: de cuius decreti intellectu vide quæ dicam num. 190. Et *sess. 14. c. 9. de reformat.* sic decernitur: *Beneficia omnia diœcesis, etiamsi parochialia Ecclesiæ, vicariæ perpetuæ, aut simplicia beneficia, seu præstimonia, aut præstimoniales portiones fuerint, & ratione augendi cultum diuinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia quæcumque de causa, alterius diœcesis beneficio, aut monasterio, seu Collegio, aut loco etiam pio perpetuo non vniantur.* Et *sess. 21. c. 5. de reformat.* sic statuitur: *Possint Episcopi etiam ea quam Sedis Apostolicæ delegati, iuxta formam iuris, sine tamen præiudicio obtentorum, facere vniones perpetuas quarumcumque Ecclesiarum parochialium, & baptismalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis, propter eorum paupertatem, & in cæteris casibus à iure permissis, etiamsi dictæ Ecclesiæ, vel dictæ beneficia essent generaliter, vel specialiter reseruata, aut qualitercumque afficia.* Et *sess. 24. cap. 13. de reform. at.* sic decernitur: *Ecclesiæ parochiales monasteriis quibuscumque, aut Abbatiis, seu dignitatibus, sint præbendis Ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ, sine aliis beneficiis simplicibus, aut hospitalibus, militiisve non vniantur: & quæ vniæ sunt reuidentur ab ordinario iuxta aliàs decretum in eadem Synodo sub felicis recordationis Paulo III. quod etiam in vnitis ab eo tempore citra æquè observetur.* Hoc decretum habetur *eadem Synodo. sessione 7. de reformat. cap. 6.* cuius verba proximè retulimus. Et tandem *eadem sess. 24. cap. 15. de reformat.* sic deciditur: *In Ecclesiis cathedralibus, & collegiatis insignibus, vbi frequentes, adeòque tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, vt sustinendo decenti canonicorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant, liceat Episcopis cum consensu Capituli, vel aliquot simplicia beneficia, non tamen regularia ijs vnire, vel si hac ratione prouideri non possit, aliquibus ex ijs suppressis cum patronorum consensu, si de iure patronatus laicorum sint, quorum fructus*

& prouentus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eos ad pauciorem numerum reducere, ita tamen, vt eos superfint, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiæ commodè valeant respondere.

179 Hinc deducitur primò, aut correctum esse, aut saltem auctum ius commune per Tridentinum *sess. 7. c. 6. de reformat.* posset enim possessor beneficij vniti se tueri præscriptione illa ferè quadragenaria, ne Episcopus de illius valore cognosceret, vel ne integrum vnionis effectum impediret: aut si adhuc Episcopus instaret, cùm solam potestatem ordinariam ad id haberet, liceret possessori sic vexato ad Archiepiscopum, cuius ille Episcopus Suffraganeus est, appellare. At hodie attento hoc Tridentini decreto, non potest se illa præscriptione tueri, quominus liceat Episcopo vnionem petperuam à quadraginta annis citra factam examinare, & si nondum integrum effectum sortita sit, impedire, nisi constet ex legitimis causis factam esse; & si possessor velit appellare, nequit ad Archiepiscopū, sed ad solum Pontificem, quia in eo decreto conceditur Episcopo, vt tanquam delegatus à Sede Apostolica procedat in ea causa. At à delegato ad solum delegantem est appellandum. *c. super quæstionem. 8. porro de officio delegati.* Et ideo nec legatus à latere potest in ea causa delegata se intromittere. *c. suduisti, de officio legati.* & docent omnes, & in propriis terminis docet Henriquez *lib. 10. de sacrament. ordinis. c. 28. fin.* dicens in omnibus casibus, in quibus Tridentinum concedit Episcopis, vt tāquam delegati Sedis Apostolicæ procedant, ad solum Pontificem appellari posse.

180 Secundò deducitur, per Tridentinum *sess. 14. c. 9. de reform.* correctū esse ius antiquum, quippe eo attēto integrum erat Episcopo vnire beneficiū suæ diœcesis cū altero alienæ diœcesis, accedente consensu Episcopi illius, vt bene tradit Marianus Socinus senior *c. sicut vnire. art. 4. n. 13. n. 80. & art. 6. consil. 11. 12. & 13. n. 101. 103. & 104. de excessibus Prælatorū.* At attento hoc Tridentini decreto, nulla ratione licet vnire beneficia diuersæ diœcesis.

181 Tertiò deducitur, in Tridentino *sess. 21. c. 5. de reformat.* dum conceditur Episcopos facere quorumcumque beneficiorum vniones, etiamsi illa reseruata sint, confirmari ordinariam Episcoporum authoritatem, quā poterant vnire Ecclesias, & beneficia suæ diœcesis, etiamsi illa reseruata essent, vt diximus num. 147. & 150. augeriquè hanc potestatem. Nam attento iure antiquo, poterant sola potestate ordinaria: at attento Trident. possunt quoque potestate delegata, vt constat ex iis verbis eius decreti, *possint Episcopi, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegati.* Quare licebit Episcopis vtraque potestate procedere, vt constat ex *c. significauit, de corpore vitiato, & c. nisi de prebendis*, vt bene docent Innocentius *c. cum ex officij. num. 1. de præscriptione*, & ibi alij Doctores, Abbas *à num. 18. vsque ad 26.* Felinus *ibid. n. 22.* Alciatus *l. 1. §. si quis simpliciter. num. 31. ff. de verbor. obligat.* Oldradus, Cald. Bald. Alexand. quos refert, & sequitur Molina *lib. 2. de primog. cap. 10. numero 74. & 75.* Et quando procedit vtraque authoritate, ad solum Pontificem appellari potest, vt magis dignum trahat ad se minus dignum, *ei quod in dubio, de consecrat. Ecclesiæ. & c. si duo, de officio delegati. n. 6.* & docet Abbas *eo num. 18. & c. si duo, de officio delegati. n. 6.* Felinus *n. 24.* Poterit etiam eligere alterutra potestate procedere, vt constat ex *c. dilectus. el 2. de præbendis*, vbi dicitur, Episcopo iusso à Pontifice conferre beneficium certæ personæ, & conferente alteri sua potestate ordinaria, valere collationem: ac proinde potuit validè vti potestate ordinaria, non obstante delegata ex iussu illo acquisita. Et ita docent Innocentius *ea. n. 3.* Abbas *n. 18. & 23.* Felinus *n. 23.* Antonius *eo c. cum ex officij. num. 8.* qui omnes rectè dicunt posse in parte potestate ordinaria, & in parte potestate delegata vti. Erit autem effectus, vt aduertit ibi Abbas & Antonius *n. 8.* diuersus quoad appellationem; nam qua parte procedit vt ordinarius, appellabitur ad Archiepiscopum; qua autem vt delegatus, ad solum Pontificem. Quod si semel elegit procedere vna via, an possit retrocedere eligendo alteri viam, disputat optimè Felinus *eo n. 23.* & concludit non posse. Quod si non constet qua potestate procedat, aliqui cēsent præsumi potestate ordinaria procedere: quia ordinaria iurisdictio est fauorabilior, delegata autem odiosa. Sic Federicus *cons. 130. pactum est tale, ad fin.* Bobadilla relato Alciato (cuius locum non potui inuenire) *in sua politica. lib. 1. c. 11. n. 30.* quæ adeò ait Federicus processum illum non valiturum, si antè de potestate ordinaria non valeret. At multo verius est, censeri potestate delegata procedere: quod probat *l. 3. ff. de militari testam.* vbi habetur, non præsumi militem testantem eligere viam, qua suum testamentum corruat. Item, quia in dubio potiùs debemus interpretari rem, vt valeat, quàm vt pereat. *c. Abbate, de verb. significat.* Item, quia cùm ad maiorē vim actus, illiūsque maiorem firmitatem conducat mirum in modū vsus potestatis delegatæ, vt à solo supremo Principe possit per appellationem infringi, est potiùs præsumendus huius potestatis vsus, quia in dubio præsumitur actus fieri iuxta facultatem, quæ maiorem firmitatem præber actui, vt cum Abbate & Baldo tradit Greg. Lopez *l. 6. verb. que non la pudiese. q. 2. tit. 1. p. 6.* & alij multi, quos refert, & sequitur Molina *lib. 1. de primog. c. 2. n. 15.* & alter Molina Societatis Iesv *tom. 3. de iust. disp. 582. n. 2.* & sic tradunt Antonius *eo c. cum ex officij. n. 8. fin.* Abbas *n. 31.* Felinus allegans Ioan. Andreā, Dominicum, & alios *n. 31.* Decianus *præt. crim. lib. 4. c. 15. n. 24.* Ex qua doctrina colligitur, censeri actum factum ordinaria potestate, quando hoc esset vtilius, & firmius valori actus, vt rectè docent Greg. Lopez, & Molina Societatis Iesv ibidem. Quare iure optimo *eadem disp. 582. n. 1. fin.* impugnat alterum Molinam *lib. 1. de primog. c. 2. n. 16.* dicentem, cum qui potest facere actum ex iure communi, ac ex peculiari priuilegio, censendum esse facere ex iure communi, nisi actus non posset valere absque priuilegio, quia tunc ex priuilegio factus censebitur. Quippe dicendum est, si ex parte fuit necessarium priuilegium, & ex parte non, censendum factum ex iuris facultate, quoad id ad quod non erat necessarium priuilegium, & vtilius erat fieri ex iuris facultate. At censebitur factus ex priuilegio, quatenus ad valorem actuvid necessarium erat.

182 Sed potissima difficultas est, an attento hoc decreto Tridentini, integrū sit Episcopis vnire beneficia absque sui Capituli consensu, quod vtens sua potestate ordinaria nequibat, sed is cōsensus erat necessarius, vt diximus n. 164. Et videtur nō desiderari eum consensum ex doctrina Mariani Socini senioris *c. sicut vnire. art. 6. consil. 14. n. 105. de excessib. Prælat.* vbi ait legatū à latere vnientem beneficia indigere consensu Capituli, quando ordinaria sua potestate vniret; secus si haberet delegatam, & illa vtēs vniret. Ergo similiter cūm Episcopus vtens delegata per Tridentinū vniendi potestate sibi concessa vnit, non indigebit consensu Capituli, quo indigebat vtens sola ordinaria, quam iure antiquo habebat. Secundò, quia Vrbanus III. *c. ad audientiam. el 2. de Ecclesiis ædificand.* concessit cuidam canonico electo in Episcopum vnire Ecclesiam, cuius canonicus fuerat, monasterio regulari, dummodo Episcopus consentiret: & quærunt ibi Ioan. Andr. *n. 5.* Abbas *fin.* Cardin. *n. vnic. oppos. 1. fin.* Anchar. *num. 3. oppos. 1. fin.* quid operetur id indultum, cùm absque eo de consensu Episcopi possit vnire; & respondent inter alios huius delegationis effectus hunc esse, vt non exigatur cōsensus Capituli, qui aliàs necessarius erat. Ergo similiter in nostro casu dicendum est. Tertiò, quia Trident. *sess. 24. c. 15. de reform.* concedens Episcopo posse vnire beneficia Ecclesiis cathedralibus, aut aliquas earum præbendas supprimere, explicit de consensu Capituli; & tamen ex est potestas delegata, vt probabimus n. 186. Cùm ergo in hac potestate non expresserit consensum Capituli exigi, is non exigetur.

183 Cæterùm credo exigi consensum Capituli. Ducor, primò

primò ex verbis illius decreti ibi; *possint Episcopi, & tanquam Sedis Apostolicæ delegati iuxta formam iuris facere vnones perpetuas.* Vbi non absolutè delegatur potestas vniendi, sed iuxta formam iuris. At forma iuris est, vt exigatur Capituli consensus, *Clement. 2. de rebus Eccles. non alienand.* Et hinc soluitur prima, & secunda ratio partis oppositæ: quia ex doctrinæ lo cum habent, vbi absque limitatione concederetur potestas delegata. Nec obstat tertia ratio, quia satis est cum consensum expressit petes seruati in hac vnione formam iuris. Et confirmatur ex regula vulgari, quę correctionem iurium, in quantum fieri potest, vitandam dictat, & iura iuribus concordada, etiamsi ad id oporteat verba à propria significatione distrahi, vt probaui *lib. 1. de matrim. disp.* 17 *n.* 6. nedũ quando concordari possunt, eaque correctio vitari absque vlla verborum distractione à proprio significato, vt hic contingit. Secundò, ex doctrina *practicabilium Rotæ Romanæ. tit. de vnione. numero* 12. *vers. in vnione facienda.* (habentur *in nouissimis decisionibus Rotæ. tom.* 2. *fin.*) vbi decidit, in vnione facienda per Episcopum etiam ex concessione Pontificis non faciente mentionem Capituli, exigi Capituli consensum. Tandem, quia Hojeda *de incompatib. beneficiorum.* 2. *p. c.* 3. *n.* 9. & Azor *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 6. *c.* 28. *q.* 12. scripsere post Tridentinum, & meminere eius decretorum, & cùm difficultatem hanc non mouerint, tanquam rem manifestam docent exigi consensum Capituli.

184 Quartò deducitur, correctum esse ius commune per Trident. *sess.* 24. *c.* 13. Quippe iure communi non restricta erat facultas Episcopi ad vniendi beneficia curata monasteriis, aut aliis beneficiis. At Trident. eo loco interdicit vnionem cuiuscumque beneficij curati monasterio, aut cuiuscumque operi pio, aut beneficiis simplicibus.

185 Quintò deducitur, correctũ quoque esse ius commune per Trid. *sess.* 24. *c.* 5. *de reformat.* nam attento iure communi, in vnione facienda per Episcopum Ecclesiæ iuris patronatus, exigebatur cõsensus patroni, sive secularis, sive ecclesiastici, vt diximus n. 168. At Triden. concedit suppriimi aliquas præbendas Ecclesiæ cathedralis, ipsisque aliqua beneficia vniri per Episcopum cum patronorum consensu, si de iure patronatus laicorum sint. Quare à contrario sensu concedit, vt possit id efficere absque consensu patroni ecclesiastici.

186 Quod si petas, an hæc potestas sit ordinaria, an delegata. Respondeo, esse delegatam, quia est iurisdictio data à Principe Iudici ordinario super causa spectãti ad suã iurisdictionem ordinariam, non appositis verbis iurisdictionem delegatam denotantibus, qualia in eo decreto non apponuntur, non censeatur delegata, sed sola excitatio iurisdictionis ordinariæ, quam antea ille habebat. *L. sæpe. ff. de officio Consulis.* & tradunt Innocentius *c. licet. n. vnic. vers. facie dic. de officio ordinarij*, & Hostiens. *ibi. fin.* Abbas *n.* 3. Baldus *n.* 3. Anchar. *n.* 3. Imola *n.* 8. Felinus *n.* 1. Maranta *de ordine iudiciorum. 4. p. dist.* 5. *principali. num.* 77. & alij quos refert, & sequitur Bobadilla *in sua politica. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 28. 2. hoc Fallit, nisi in aliquo alteretur potestas ordinaria, quia tunc erit delegata, vt tradunt Innocentius, Hostiensis, Abbas, Anchar. Felinus *ibid.* Ioan. Andr. *additionibus ad Speculatorem. tit. de legato.* 3. *fin. ad. vers. penultim. qui incipit. legatus est ordinarius.* Maranta *ead. dist.* 5. *num.* 4. Azebedo *lib.* 3. *recopilat. tit.* 9. *in rubr. num.* 18. & alij, quos refert, & sequitur Bobadilla *eo. n.* 26. quod hic contingit. Nam Episcopus non poterat absque consensu patroni ecclesiastici; in eo autem textu conceditur ipsi, vt absque eo possit, vt diximus n. præcedenti. Addique Ioan. Andr. ibi, commissa Episcopo causa inter subditos, modo tamen speciali, quod non poterat iure ordinario, censeri delegatum non tãtum quoad modum, sed etiam quoad cognitionem illius causæ, in qua erat ordinarius, & sic in illa quoque ad solum Pontificem posse appelleri. Quod tamen non est certum; nam Iacobus Butrigarius *l. aut procuratorem. ff. de procuratorib.* & addito marginalis ad Felinum *c. licet. num.* 4. *de officio ordinarij*, tenent quoad illum solum specialem modum esse iurisdictionem delegatam, & sic quoad illum solum appellari tantùm ad Papam.

187 Sextò deducitur, stantibus decretis per Concilium Trident. integrum esse Episcopo vnire religioni beneficium aliquod, sicut iure communi id licere diximus n. 148. cum duplici tamen limitatione. Prior sit, vt beneficium non sit extra diœcesim in qua est monasterium, quia, vt diximus n. 180. interdicit Tridentinum vnire beneficia alterius diœcesis. Posterior est, ne beneficium illud vniendum sit curatum, quia, vt diximus n. 184. interdicit Tridentinum vnire beneficia curata loco religioso. Constat, quia nullibi Tridentinum interdixit vnionem hanc religioni, præter in his duobus casibus; ergo in reliquis manet ius commune incorrectum. Item, quia exceptio firmat regulam in contrarium. *l. neque liquidi.* 5. *fin. ff. de penn. legat.* Cùm ergo Tridentinum hos duos casus excipiat, manebit in reliquis illæsa Episcoporum potestas in hac vnione facienda. Tandem, quia Trident. *sess.* 21. *c.* 5. *de reformat.* confirmat potestatem Episcoporum in vniendis beneficiis, concedens illis, vt tanquam delegati Sedis Apostolicæ vniant in quibuscumque casibus iure communi permissis, ex quibus est hic vnus, vt probauimus *num.* 148. Et iuxta hanc doctrinam matura consultatione præmissa cum viris doctissimis Dominus Christophorus de Rojas, Archiepiscopus Hispalensis, anno 1572. vniuit Collegio Societatis Iesv Hispalensi beneficium simplex, cuius redditus annui erant quadringenti nummi aurei.

188 Septimò deducitur, posse Episcopum statuere, vt id beneficium seculare ab ipso religioni vnitum, regatur per religiosos, idque statutum operari dispensatiuè cum monacho proficiendo illi beneficio, quamuis aliter Episcopus nequeat dispensare super hac translatione. Sic Felinus *c. in nostra. corol.* 40. *numero* 41. *not. ab.* 3. *de rescript.* Sebastianus Sapia *addit. ad Abbatem. c. sicut vnire. num.* 2. *verb. vnire, de excessibus Prælat.* Selua beneficiorum referens quandam Rotæ decisionem 3. *p. quæst.* 11. *num.* 126.

189 Octauò deducitur, integrum esse Episcopo ex iis beneficiis, & capellaniis, quæ vnire potest, reddere aliquod manuale, & ad nutum amobile, quod erat perpetuum, accedenti consensu patroni, si ius patronatus sit ex iusta causa. Quia potest vnire, & diuidere, & de nouo creare, & extinguere beneficia inferiora sui Episcopatus, vt constat ex *c. sicut vnire, de excessib. Prælat.* & *cap. præcipimus, & c. plures.* 16. *quæst.* 1. 2. 3. *de rebus Eccles. non alienand. in* 6. & *Clem.* 2. *eodem tit. ex parte. & c. cum accessissent, de const.* Atque exinde cessabit in Episcopo ius instituendi in ea capellania, nec tamen transferetur in patronum, sed in eo quoque ius præsentandi ad beneficium cessabit, quia tam non erit beneficium; sed patronus habebit libertatem præsentandi capellanum, & amouendi quoties voluerit. Sic tradit Nauarr. *lib.* 1. *consil. tit. de officio ordinarij, in priori edit. cons.* 6. *à n.* 1. *usque ad* 3. *in posteriori cons.* 9. *eodem num.*

190 Vltimò deducitur solutio eius quæstionis, quam latissimè tractat Flores de Mena *in suis variis quæstionibus. quæst.* 10. *per totam*, an beneficium curatum potuerit vniri in temporalibus, & spiritualibus monasterio monialium per Pontificem, ita vt Abbatissa exerceat curam animarum per vicarium? Et quia optimè ipse eam tractat, breuiter eius sententiam referam, remittens lectorem ad ipsum. Et primo dicit *a numero* 4. *vsque ad* 7. potuisse sic vniri; quia etsi fœmina sit incapax iurisdictionis spiritualis quoad actum illam exercendi per seipsam, est tamen capax quoad habitum, & potest item nominandi vicarios, per quos exercetur, vt ibi latè probat, & soluit contraria, aliosque Doctores, & textus refert.

Secundò

191 Secundò quæsit Flores de Mena *ea. q.* 10. an Episcopus in eo beneficio curato possit vicarium temporalem, aut perpetuum instituere, iuxta decretum Trident. *sess.* 7. *c.* 7. *de reformat.* Et quidem si beneficium curatum sit vnitum monasterio monialium, aut Collegio, aut alij operi pio, etiamsi vnitum sit in temporalibus, & spiritualibus, cum priuilegio nominandi vicarium ad nutum amobilem, potest Episcopus vicarium temporalem, aut perpetuum in eo ponere. Constat ex *d. c.* 7. vbi Tridentinum generaliter, & indistinctè loquitur, *non obstante quocumque priuilegio*, & latius id probat Flores de Mena *ea. q.* 10. *n.* 36. & *triplici sequenti.* Fallit primò hoc, nisi beneficium vnitum sit monasterio monachorum, aut mendicantium; tunc enim Episcopus non potest deputare pro eius seruitio perpetuum vicarium, sed ad nutum amobilem. Sic enim restrinxit Pius V. decretum hoc Concilij Tridentini in quodam motu proprio, incipienti; *Ad exequendum pastoralis officij debitum.* debent autem monachi nominare vicarium, & Episcopus examinare, & approbare. Sic Flores de Mena *eodem q.* 10. *num.* 40. dicens sic declaratum in Curia Romana, & à Congregatione Cardinalium. Secundò fallit, quando vnio facta est per viam pacti, & concordiæ cum clausula, *deseruiendo beneficio per vicarium ad nutum amobilem*; accediique huic concordiæ approbatio Romani Pontificis: tunc enim nequit Episcopus deputare vicarium perpetuum, quia Tridentinum in clausula derogatoria contenta in eo decreto, non meminit pacti, & concordiæ à summo Pontifice approbatorum, & vt his derogetur expressa mentione opus est, vt tenent multi, quos refert, & sequitur Flores de Mena *ea. q.* 10. *n.* 41. vbi hanc limitationem adhibet. Tertiò fallit, quando à tempore immemoriali vnio facta est, & ex tunc constat vicarios fuisse ad nutum amobiles, scientibus, & consentientibus ordinariis, & nunquam vicarius perpetuus constitutus est: tunc enim nequibit ordinarius perpetuum constituere, quia Tridentinum nulli consuetudini derogat, nedum immemoriali, quæ ad sui derogationem speciali mentione indiget, vt probat Auendano *responso* 16. & generaliter in quacumque consuetudine traduntur multi, quos refert, & sequitur Flores de Mena *ead. quæst.* 10. *n.* 44. vbi hanc quoque limitationem statuit. Quartò fallit, nisi ex priuilegio remunerationis gratiâ concesso beneficium esset vnitum cum clausula ponendi vicarium ad nutum amobilem, quia in generali priuilegiorum derogatione, quam apponit Trident. *eo. cap.* 7. non clauduntur priuilegia remunerationis gratiâ concessa, vt ex multis probat Flores de Mena *ea. quæst.* 10. *num.* 46. vbi hanc quoque limitationem adhibet. Quintò fallit, si pro bono pacis, & cessatione litium, rectaque beneficij gubernatione expediret nil innouari, sed enim ius vicarium ad nutum amobilem; tunc enim nequit Episcopus perpetuum instituere, quia Trident. id non liberè Episcopi voluntati reliquit, sed vsum est verbis arbitrium boni viri denotantibus, ibi; *nisi ipsis ordinariis pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur.* atque ita docet Flores de Mena *ea. q.* 10. *num.* 47. Sextò fallit, quando particulariter, & per se fuit vnita vicaria perpetua; tunc enim nequit Episcopus vicarium perpetuum instituere, quia Trident. non concedit ei facultatem tollendi vnionem, sed assignandi vicarium beneficio parochiali vnito; & sic docet Flores de Mena *ea. q.* 10. *n.* 48. Vltimò fallit, nisi ex priuilegio Pontificio post Tridentinum decretum concesso vnitum esset beneficium parochiale cum clausula instituendi vicarij ad nutum amobilis; tunc enim nequibit Episcopus contra id priuilegium vicarium perpetuum constituere: quia cùm Trident. nequierit potestatem Pontificiam restringere, dum derogauit priuilegiis, intelligitur de ordinario, ante id decretum concessis. Sic Flores de Mena *eadem q.* 10. *n.* 49. & 50. vbi petit id priuilegium ex certa scientia, aut motu proprio concessum esse, aut cum expressa Trideni derogatione: quod per generalis derogationis verba non censeatur derogari decretis Concilij generalis, vt latè probaui *lib.* 3. *de matrim. disput.* 26. *num.* 7. Sed idem Flores de Mena *eo. num.* 50. hoc sublimiat, vt intelligatur etiam derogatum huic Tridentini decreto, si ex verbis priuilegij constet eam fuisse Pontificis mentem: atque in dubio dicit eam esse præsumendam, eo quod hoc Trident. decretum satis notorium sit. Quod fortiùs probo, quia ex regula, vt sic fideretur specifica Concilij mentio ad eius derogationem, fallit, quando Pontifex dispensat in speciali, & certo casu contra Concilij generalis prohibitionem, vt probaui *lib.* 8. *de matrimonio disput.* 35. *n.* 17. Tandem bene animaduertit Flores de Mena *ea. q.* 10. *num.* 51. in prædictis casibus, in quibus non est integrum Episcopo vicarium perpetuum in eo beneficio constituere, teneri curare, vt bene deseruiatur beneficio; aliàs poterit eum vicarium perpetuum instituere, quia priuilegium ob eius abusum amittitur, vt ex multis ibi probat.

CAPVT XXX.

An si religiosus accepret absque superioris licentia pecunias in pauperes distribuendas, vel distribuat alij quàm pauperi designato, sit reus voti paupertatis?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sint. n. 1.
Non est contra votum paupertatis, quando dans pecunias designat pauperes, & quantitatem cuilibet distribuendam. num. 2.
Quid si neutrum, aut alterutrum solum designet; refertur quædam sententia. n. 3.
Sententia auctoris. n. 4.
Soluuntur argumenta. n. 5.
Post numerum 5. *inuenies summaria, quæ desiderantur.*

DVPLEX est tractanda quæstio. Prior est, quando dans pecunias religioso, vt eas in pauperes distribuat, non designat pauperes, quibus distribuendæ sunt, nec designat quantitatem vnicuique pauperi elargiendam, sed vtrique, vel alterius electionem religioso committit, an tunc peccet religiosus contra votum paupertatis designando pauperem, cui eleemosyna conferatur, vel designando quantitatem eleemosynæ conferendæ? Posterior est, an peccet peccato furti, & contra votum paupertatis religiosus prædictam eleemosynam sibi applicans? 1

Et quidem quod attinet ad primam quæstionem, si dans pecunias, designet pauperes, in quos pecuniæ distribuendæ sunt, & designet quantitatem pecuniæ cuilibet elargiendam, nemini dubium est non peccari contra votum paupertatis, si religiosus acceperet, distribuatque absque superioris licentia, quod sit tunc mudus minister, & instar famuli iussi ab hero suo portare eleemosynam aliquam certo pauperi exogandam; vtique enim nullam pauperum, aut quantitatis eleemosynæ electionem habet. 2

Punctus autem difficultatis eò pertinet, quando dans pecunias, non designat pauperes, nec eleemosynę quantitatem cuilibet distribuendam, aut alterutrum solum designat, atque adeò committitur religioso distribuendæ electio pauperum, & quantitatis cuilibet largiendæ, aut alterutrius electio. Quidam doctissimi ex nostra Societate censent peccari contra votum paupertatis accetptando prædictam distributionem absque superioris licentia, & consensu. Ita innuit Leonardus *lib.* 2. *de iustit. cap.* 41. *dubio* 9. *n.* 78. *vers.* 40. his verbis; si est dispensator aliquarum rerum, non potest eas distribuere pro suo

primò ex verbis illius decreti ibi; *possint Episcopi, & tanquam Sedis Apostolicæ delegati iuxta formam iuris facere vnones perpetuas.* Vbi non absolutè delegatur potestas vniendi, sed iuxta formam iuris. At forma iuris est, vt exigatur Capituli consensus, *Clement. 2. de rebus Eccles. non alienand.* Et hinc soluitur prima, & secunda ratio partis oppositæ: quia ex doctrinæ lo cum habent, vbi absque limitatione concederetur potestas delegata. Nec obstat tertia ratio, quia satis est cum consensum expressit petes seruati in hac vnione formam iuris. Et confirmatur ex regula vulgari, quę correctionem iurium, in quantum fieri potest, vitandam dictat, & iura iuribus concordada, etiamsi ad id oporteat verba à propria significatione distrahi, vt probaui *lib. 1. de matrim. disp.* 17 *n.* 6. nedũ quando concordari possunt, eaque correctio vitari absque vlla verborum distractione à proprio significato, vt hic contingit. Secundò, ex doctrina *practicabilium Rotæ Romanæ. tit. de vnione. numero* 12. *vers. in vnione facienda.* (habentur *in nouissimis decisionibus Rotæ. tom.* 2. *fin.*) vbi decidit, in vnione facienda per Episcopum etiam ex concessione Pontificis non faciente mentionem Capituli, exigi Capituli consensum. Tandem, quia Hojeda *de incompatib. beneficiorum.* 2. *p. c.* 3. *n.* 9. & Azor *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 6. *c.* 28. *q.* 12. scripsere post Tridentinum, & meminere eius decretorum, & cùm difficultatem hanc non mouerint, tanquam rem manifestam docent exigi consensum Capituli.

184 Quartò deducitur, correctum esse ius commune per Trident. *sess.* 24. *c.* 13. Quippe iure communi non restricta erat facultas Episcopi ad vniendi beneficia curata monasteriis, aut aliis beneficiis. At Trident. eo loco interdicit vnionem cuiuscumque beneficij curati monasterio, aut cuiuscumque operi pio, aut beneficiis simplicibus.

185 Quintò deducitur, correctũ quoque esse ius commune per Trid. *sess.* 24. *c.* 5. *de reformat.* nam attento iure communi, in vnione facienda per Episcopum Ecclesiæ iuris patronatus, exigebatur cõsensus patroni, sive secularis, sive ecclesiastici, vt diximus n. 168. At Triden. concedit suppriimi aliquas præbendas Ecclesiæ cathedralis, ipsisque aliqua beneficia vniri per Episcopum cum patronorum consensu, si de iure patronatus laicorum sint. Quare à contrario sensu concedit, vt possit id efficere absque consensu patroni ecclesiastici.

186 Quod si petas, an hæc potestas sit ordinaria, an delegata. Respondeo, esse delegatam, quia est iurisdictio data à Principe Iudici ordinario super causa spectãti ad suã iurisdictionem ordinariam, non appositis verbis iurisdictionem delegatam denotantibus, qualia in eo decreto non apponuntur, non censeatur delegata, sed sola excitatio iurisdictionis ordinariæ, quam antea ille habebat. *L. sæpe. ff. de officio Consulis.* & tradunt Innocentius *c. licet. n. vnic. vers. facie dic. de officio ordinarij*, & Hostiens. *ibi. fin.* Abbas *n.* 3. Baldus *n.* 3. Anchar. *n.* 3. Imola *n.* 8. Felinus *n.* 1. Maranta *de ordine iudiciorum. 4. p. dist.* 5. *principali. num.* 77. & alij quos refert, & sequitur Bobadilla *in sua politica. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 28. 2. hoc Fallit, nisi in aliquo alteretur potestas ordinaria, quia tunc erit delegata, vt tradunt Innocentius, Hostiensis, Abbas, Anchar. Felinus *ibid.* Ioan. Andr. *additionibus ad Speculatorem. tit. de legato.* 3. *fin. ad. vers. penultim. qui incipit. legatus est ordinarius.* Maranta *ead. dist.* 5. *num.* 4. Azebedo *lib.* 3. *recopilat. tit.* 9. *in rubr. num.* 18. & alij, quos refert, & sequitur Bobadilla *eo. n.* 26. quod hic contingit. Nam Episcopus non poterat absque consensu patroni ecclesiastici; in eo autem textu conceditur ipsi, vt absque eo possit, vt diximus n. præcedenti. Addique Ioan. Andr. ibi, commissa Episcopo causa inter subditos, modo tamen speciali, quod non poterat iure ordinario, censeri delegatum non tãtum quoad modum, sed etiam quoad cognitionem illius causæ, in qua erat ordinarius, & sic in illa quoque ad solum Pontificem posse appelleri. Quod tamen non est certum; nam Iacobus Butrigarius *l. aut procuratorem. ff. de procuratorib.* & addito marginalis ad Felinum *c. licet. num.* 4. *de officio ordinarij*, tenent quoad illum solum specialem modum esse iurisdictionem delegatam, & sic quoad illum solum appellari tantùm ad Papam.

187 Sextò deducitur, stantibus decretis per Concilium Trident. integrum esse Episcopo vnire religioni beneficium aliquod, sicut iure communi id licere diximus n. 148. cum duplici tamen limitatione. Prior sit, vt beneficium non sit extra diœcesim in qua est monasterium, quia, vt diximus n. 180. interdicit Tridentinum vnire beneficia alterius diœcesis. Posterior est, ne beneficium illud vniendum sit curatum, quia, vt diximus n. 184. interdicit Tridentinum vnire beneficia curata loco religioso. Constat, quia nullibi Tridentinum interdixit vnionem hanc religioni, præter in his duobus casibus; ergo in reliquis manet ius commune incorrectum. Item, quia exceptio firmat regulam in contrarium. *l. neque liquidi.* 5. *fin. ff. de penn. legat.* Cùm ergo Tridentinum hos duos casus excipiat, manebit in reliquis illæsa Episcoporum potestas in hac vnione facienda. Tandem, quia Trident. *sess.* 21. *c.* 5. *de reformat.* confirmat potestatem Episcoporum in vniendis beneficiis, concedens illis, vt tanquam delegati Sedis Apostolicæ vniant in quibuscumque casibus iure communi permissis, ex quibus est hic vnus, vt probauimus *num.* 148. Et iuxta hanc doctrinam matura consultatione præmissa cum viris doctissimis Dominus Christophorus de Rojas, Archiepiscopus Hispalensis, anno 1572. vniuit Collegio Societatis Iesv Hispalensi beneficium simplex, cuius redditus annui erant quadringenti nummi aurei.

188 Septimò deducitur, posse Episcopum statuere, vt id beneficium seculare ab ipso religioni vnitum, regatur per religiosos, idque statutum operari dispensatiuè cum monacho proficiendo illi beneficio, quamuis aliter Episcopus nequeat dispensare super hac translatione. Sic Felinus *c. in nostra. corol.* 40. *numero* 41. *not. ab.* 3. *de rescript.* Sebastianus Sapia *addit. ad Abbatem. c. sicut vnire. num.* 2. *verb. vnire, de excessibus Prælat.* Selua beneficiorum referens quandam Rotæ decisionem 3. *p. quæst.* 11. *num.* 126.

189 Octauò deducitur, integrum esse Episcopo ex iis beneficiis, & capellaniis, quæ vnire potest, reddere aliquod manuale, & ad nutum amobile, quod erat perpetuum, accedenti consensu patroni, si ius patronatus sit ex iusta causa. Quia potest vnire, & diuidere, & de nouo creare, & extinguere beneficia inferiora sui Episcopatus, vt constat ex *c. sicut vnire, de excessib. Prælat.* & *cap. præcipimus, & c. plures.* 16. *quæst.* 1. 2. 3. *de rebus Eccles. non alienand. in* 6. & *Clem.* 2. *eodem tit. ex parte. & c. cum accessissent, de const.* Atque exinde cessabit in Episcopo ius instituendi in ea capellania, nec tamen transferetur in patronum, sed in eo quoque ius præsentandi ad beneficium cessabit, quia tam non erit beneficium; sed patronus habebit libertatem præsentandi capellanum, & amouendi quoties voluerit. Sic tradit Nauarr. *lib.* 1. *consil. tit. de officio ordinarij, in priori edit. cons.* 6. *à n.* 1. *usque ad* 3. *in posteriori cons.* 9. *eodem num.*

190 Vltimò deducitur solutio eius quæstionis, quam latissimè tractat Flores de Mena *in suis variis quæstionibus. quæst.* 10. *per totam*, an beneficium curatum potuerit vniri in temporalibus, & spiritualibus monasterio monialium per Pontificem, ita vt Abbatissa exerceat curam animarum per vicarium? Et quia optimè ipse eam tractat, breuiter eius sententiam referam, remittens lectorem ad ipsum. Et primo dicit *a numero* 4. *vsque ad* 7. potuisse sic vniri; quia etsi fœmina sit incapax iurisdictionis spiritualis quoad actum illam exercendi per seipsam, est tamen capax quoad habitum, & potest item nominandi vicarios, per quos exercetur, vt ibi latè probat, & soluit contraria, aliosque Doctores, & textus refert.

Secundò

191 Secundò quæsit Flores de Mena *ea. q.* 10. an Episcopus in eo beneficio curato possit vicarium temporalem, aut perpetuum instituere, iuxta decretum Trident. *sess.* 7. *c.* 7. *de reformat.* Et quidem si beneficium curatum sit vnitum monasterio monialium, aut Collegio, aut alij operi pio, etiamsi vnitum sit in temporalibus, & spiritualibus, cum priuilegio nominandi vicarium ad nutum amobilem, potest Episcopus vicarium temporalem, aut perpetuum in eo ponere. Constat ex *d. c.* 7. vbi Tridentinum generaliter, & indistinctè loquitur, *non obstante quocumque priuilegio*, & latius id probat Flores de Mena *ea. q.* 10. *n.* 36. & *triplici sequenti.* Fallit primò hoc, nisi beneficium vnitum sit monasterio monachorum, aut mendicantium; tunc enim Episcopus non potest deputare pro eius seruitio perpetuum vicarium, sed ad nutum amobilem. Sic enim restrinxit Pius V. decretum hoc Concilij Tridentini in quodam motu proprio, incipienti; *Ad exequendum pastoralis officij debitum.* debent autem monachi nominare vicarium, & Episcopus examinare, & approbare. Sic Flores de Mena *eodem q.* 10. *num.* 40. dicens sic declaratum in Curia Romana, & à Congregatione Cardinalium. Secundò fallit, quando vnio facta est per viam pacti, & concordiæ cum clausula, *deseruiendo beneficio per vicarium ad nutum amobilem*; accediique huic concordiæ approbatio Romani Pontificis: tunc enim nequit Episcopus deputare vicarium perpetuum, quia Tridentinum in clausula derogatoria contenta in eo decreto, non meminit pacti, & concordiæ à summo Pontifice approbatorum, & vt his derogetur expressa mentione opus est, vt tenent multi, quos refert, & sequitur Flores de Mena *ea. q.* 10. *n.* 41. vbi hanc limitationem adhibet. Tertiò fallit, quando à tempore immemoriali vnio facta est, & ex tunc constat vicarios fuisse ad nutum amobiles, scientibus, & consentientibus ordinariis, & nunquam vicarius perpetuus constitutus est: tunc enim nequibit ordinarius perpetuum constituere, quia Tridentinum nulli consuetudini derogat, nedum immemoriali, quæ ad sui derogationem speciali mentione indiget, vt probat Auendano *responso* 16. & generaliter in quacumque consuetudine traduntur multi, quos refert, & sequitur Flores de Mena *ead. quæst.* 10. *n.* 44. vbi hanc quoque limitationem statuit. Quartò fallit, nisi ex priuilegio remunerationis gratiâ concesso beneficium esset vnitum cum clausula ponendi vicarium ad nutum amobilem, quia in generali priuilegiorum derogatione, quam apponit Trident. *eo. cap.* 7. non clauduntur priuilegia remunerationis gratiâ concessa, vt ex multis probat Flores de Mena *ea. quæst.* 10. *num.* 46. vbi hanc quoque limitationem adhibet. Quintò fallit, si pro bono pacis, & cessatione litium, rectaque beneficij gubernatione expediret nil innouari, sed enim ius vicarium ad nutum amobilem; tunc enim nequit Episcopus perpetuum instituere, quia Trident. id non liberè Episcopi voluntati reliquit, sed vsum est verbis arbitrium boni viri denotantibus, ibi; *nisi ipsis ordinariis pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur.* atque ita docet Flores de Mena *ea. q.* 10. *num.* 47. Sextò fallit, quando particulariter, & per se fuit vnita vicaria perpetua; tunc enim nequit Episcopus vicarium perpetuum instituere, quia Trident. non concedit ei facultatem tollendi vnionem, sed assignandi vicarium beneficio parochiali vnito; & sic docet Flores de Mena *ea. q.* 10. *n.* 48. Vltimò fallit, nisi ex priuilegio Pontificio post Tridentinum decretum concesso vnitum esset beneficium parochiale cum clausula instituendi vicarij ad nutum amobilis; tunc enim nequibit Episcopus contra id priuilegium vicarium perpetuum constituere: quia cùm Trident. nequierit potestatem Pontificiam restringere, dum derogauit priuilegiis, intelligitur de ordinario, ante id decretum concessis. Sic Flores de Mena *eadem q.* 10. *n.* 49. & 50. vbi petit id priuilegium ex certa scientia, aut motu proprio concessum esse, aut cum expressa Trideni derogatione: quod per generalis derogationis verba non censeatur derogari decretis Concilij generalis, vt latè probaui *lib.* 3. *de matrim. disput.* 26. *num.* 7. Sed idem Flores de Mena *eo. num.* 50. hoc sublimiat, vt intelligatur etiam derogatum huic Tridentini decreto, si ex verbis priuilegij constet eam fuisse Pontificis mentem: atque in dubio dicit eam esse præsumendam, eo quod hoc Trident. decretum satis notorium sit. Quod fortiùs probo, quia ex regula, vt sic fideretur specifica Concilij mentio ad eius derogationem, fallit, quando Pontifex dispensat in speciali, & certo casu contra Concilij generalis prohibitionem, vt probaui *lib.* 8. *de matrimonio disput.* 35. *n.* 17. Tandem bene animaduertit Flores de Mena *ea. q.* 10. *num.* 51. in prædictis casibus, in quibus non est integrum Episcopo vicarium perpetuum in eo beneficio constituere, teneri curare, vt bene deseruiatur beneficio; aliàs poterit eum vicarium perpetuum instituere, quia priuilegium ob eius abusum amittitur, vt ex multis ibi probat.

CAPVT XXX.

An si religiosus accepret absque superioris licentia pecunias in pauperes distribuendas, vel distribuat alij quàm pauperi designato, sit reus voti paupertatis?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sint. n. 1.
Non est contra votum paupertatis, quando dans pecunias designat pauperes, & quantitatem cuilibet distribuendam. num. 2.
Quid si neutrum, aut alterutrum solum designet; refertur quædam sententia. n. 3.
Sententia auctoris. n. 4.
Soluuntur argumenta. n. 5.
Post numerum 5. *inuenies summaria, quæ desiderantur.*

DVPLEX est tractanda quæstio. Prior est, quando dans pecunias religioso, vt eas in pauperes distribuat, non designat pauperes, quibus distribuendæ sunt, nec designat quantitatem vnicuique pauperi elargiendam, sed vtrique, vel alterius electionem religioso committit, an tunc peccet religiosus contra votum paupertatis designando pauperem, cui eleemosyna conferatur, vel designando quantitatem eleemosynæ conferendæ? Posterior est, an peccet peccato furti, & contra votum paupertatis religiosus prædictam eleemosynam sibi applicans? 1

Et quidem quod attinet ad primam quæstionem, si dans pecunias, designet pauperes, in quos pecuniæ distribuendæ sunt, & designet quantitatem pecuniæ cuilibet elargiendam, nemini dubium est non peccari contra votum paupertatis, si religiosus acceperet, distribuatque absque superioris licentia, quod sit tunc mudus minister, & instar famuli iussi ab hero suo portare eleemosynam aliquam certo pauperi exogandam; vtique enim nullam pauperum, aut quantitatis eleemosynæ electionem habet. 2

Punctus autem difficultatis eò pertinet, quando dans pecunias, non designat pauperes, nec eleemosynę quantitatem cuilibet distribuendam, aut alterutrum solum designat, atque adeò committitur religioso distribuendæ electio pauperum, & quantitatis cuilibet largiendæ, aut alterutrius electio. Quidam doctissimi ex nostra Societate censent peccari contra votum paupertatis accetptando prædictam distributionem absque superioris licentia, & consensu. Ita innuit Leonardus *lib.* 2. *de iustit. cap.* 41. *dubio* 9. *n.* 78. *vers.* 40. his verbis; si est dispensator aliquarum rerum, non potest eas distribuere pro suo

arbitratu, sed solùm ex præcepto, & mente superioris, ita vt non det alia, nec plura, ne pauciora, quàm scit superiorem velle, alioquin incurrit vitium proprietatis. Sed reuera videtur loqui de dispensatione, qua nomine proprio dispensaret, vel distribueret res monasterij. Ducuntur primò, quia sola administratio absque dominio, vsu, & vsufructu habita absque superioris licentia, repugnat voto paupertatis: quod ex eo constat, quia peculium habens violat paupertatem, cùm tamen solam administrationem habeat. Secundò, quia Nauarr. *comment. 3. numero 28. ad 3. obiectionem, de regularibus*, canonicos regulares obtinentes portiunculas quotidianas, menstruas, vel annuas de licentia superioris ad proprios vsus excusat à vitio proprietatis, quod votum non extendatur ad illud, sed ad hoc, vt non habeant administrationé sine licentia; & in solutione ad secundam obiectionem ait tales habere proprium, quatenus proprium sonat peculium, seu facultatem administrandi de iusta licentia rem alienam. Sentit ergo administrationem sine licentia superioris acquisitam repugnare paupertatis voto. Tertiò, ex *cap. monachi. verb. qui vero, de statu monach.* ibi; *qui verò peculium habuerit, nisi ab Abbate fuerit ei pro iniuncta administratione permissum, à communione remouetur alterius.* Vbi Abbas *numero 4.* ait posse religiosos ex licentia Abbatis habere peculium, seu administrationem peculij. Atque ita textus, iuncta Abbatis doctrina, sentit administrationem peculij absque licentia aduersari paupertati. Quartò, quia *in cap. exiit. §. cæterorum cùm in eadem. versiculo vnic. de verborum significat. in 6.* sic dicitur; *ita tamen quod pecuniæ ipsum dantem dominio, & proprietate, ac possessione ipsius pecuniæ cum libera potestate reuocandi sibi pecuniam ipsam semper, vsque ad conuersionem ipsius in rem deputatam, plenè, libere, ac integrè remanentibus, in ipsa pecunia nihil omnino iuris fratres habeant, nec administrationem, seu dispensationem.* Si ergo hoc desideratur, ne Franciscani violent paupertatis votum, à fortiori violabitur in nostro casu, cùm religiosus hic non solam administrationem habeat, sed etiam possessionem, nec dans facultatem reuocandi habeat. Et confirmatur, quia si fiat exequutor testamenti, traditum sibi legatum pauperibus distribuendum est irreuocabile. Ergo saltem talis administratio erit contra votum paupertatis. Quintò, quia non est mera administratio, sed donatio sub modo facta religioso, sicut cùm quis instituitur hæres sub fideicommisso; in quo euentu hæres efficitur verus, & directus dominus cum onere restituendæ hæreditatis, vt cum aliis tradit Antonius Gomez *1. variarum cap. 5. numero 1. fin.* ea enim est modalis donationis natura, vt statim transferat dominium in donatarium cum obligatione implendi modi. *l. 1. 2. & finali. C. de donat. sub modo.* Verè enim pecunia illa donarur religioso, cum onere tamen distribuendi arbitrio suo pauperibus. At dominium inconsulto superiore acquirere, repugnat voto paupertatis. Sextò, ex *Clemen. exiui. §. denique, de verborum significat.* ibi. *Quapropter præcipere quod, & qualiter pecunia expendatur, computumque exigere de expensa, eam quomodocumque repetere, siue deponere, aut depositum facere capsulam pecuniæ, vel eius clauem deferre, hos, & similes actus sibi fratres illicites esse sciant.* Si ergo ista sunt contra votum paupertatis, à fortiori erit contra illud administratio pecuniæ. Septimò, quia talis religiosus, cui committitur pecunia pauperibus distribuenda, posset sibi, vel vero pauperi applicare, vt contra alios docet vetior opinio. Non ergo est vera seu mera administratio, & sic erit contra votum paupertatis. Octauò, quod ea administratio sit pretio æstimabilis: posset enim is religiosus, nisi personæ industria electa esset, trasferre, vendendo ius illud administrandi, licèr ab iis, quibus pecunia distribuenda est, nihil possit recipere. Ergo religiosus eam acceptans infringit paupertatis votum, perinde ac si librum, vel rem aliquam pretio æstimabilem absque superioris licentia acceptaret. Nonò, quia Nauarr. *comment. 2. de regularib. num. 57. vers. 15.* Manuel *2. tomo summæ cap. 31. num. 3.* Ludouicus Lopez *1. p. instruct. c. 155. vers. igitur.* Corduba *summa. quæst. 54. versq. pertanto.* Nauarra *lib. 3. de restitutione. cap. 1. 3. p. dub. 1. in noua edit. n. 167.* dum de voto paupertatis agit, tractant an possit religiosus esse exequutor testamenti, quasi censentes hoc ad votum paupertatis pertinere. Et confirmatur, quia Nauarr. ibi docet non posse religiosum testari de bonis alienis ex domini licentia; & eam rationem reddit, quod ius id testandi sit quoddam ius temporale: at religiosus iuris temporalis est incapax. Cùm ergo ius administrandi sit temporale, erit similiter illius incapax. Decimò, quia *cap. 2. de testamentis, in 6.* dicitur, religiosum non habere velle, & nolle; & ideo non posse esse testamenti exequutorem. Sed hoc est voti paupertatis fundamentum; sicut enim per obedientiæ votum se ac suas actiones voluntati superioris religiosus subiicit, sic per paupertatis votum subiicit eidem velle, & nolle, quoad omnes commoditates, quas ex pecunia percipere poterat, & quoad ea, quæ pecunia æstimabilia sunt. Et confirmatur, quia communiter Doctores tradunt aduersari voto paupertatis, religiosum aliquid habere ad expendendum cum aliis absque superioris licentia. Vndecimò, ex *cap. non dicatis. 12. q. 1.* quod est desumptum ex D. August. vbi de religiosis dicitur, certum esse eos nihil habere, possidere, dare, vel accipere sine superioris licentia posse. Vbi non tantùm interdicitur possidere, sed etiã habere. At possidere est ciuiliter, seu de iure tenere. Habere autem est superius, comprehédit enim tenere de facto, vel de iure, vt tradit Bartol. *l. stipulatio ista. §. hæc quoque. in fi. ff. de verbor. obligat.* Ergo tenere de facto ad distribuendum aliis, repugnat paupertatis voto. Duodecimò, ex motu proprio Pij V. *ad extirpandas*, vbi abusus in paupertatis votum reformans, loquens cum conuentuum magistris, & custodibus sic ait. *Nullus omnino administrationem bonorum, dispensationémque pecuniarum, & reddituum siue custodiæ, vel domus, etiam nomine conuentus habere, siue exercere, vel sese in eis interponere possit, sed vniuersum id onus trium religiosorum curæ demandetur. Primus rerum, & bonorum custodiæ, siue domus inferendorúmque in eam reddituum coram habeat; alter tanquam depositarius pecunias asseruet; alter prouideat de necessariis.* Vbi Pōtifex ad paupertatis voti custodiam ponit hos tres actus, recuperare, asseruare, & expendere. Ergo asseruare pecunias, & earum administrationem habere, repugnat voto paupertatis. Decimotertiò, ex Trident. *sess. 25. cap. 2. de regularib.* vbi interdicitur religiosis bona immobilia, vel mobilia, cuiuscumque qualitatis fuerint, quouis modo ab eis acquisita, tanquam propria, aut etiam nomine conuentus possidere, vel tenere; & paulo inferiùs sic dicitur. *Nec deinceps liceat superioribus, bona stabilia alicui regulari concedere etiam ad vsumfructum, vel vsum, administrationem, aut commendam.* Vbi Tridentinum statuit inter aduersantia voto paupertatis administrare, vel possidere nomine conuentus: nam titulus illius capitis est de voto paupertatis integerrimè seruando. Decimoquartò, quia ideo diximus cap. 28. num. 1. aduersari voto paupertatis recipere in Societate Iesv stipendium pro sacris faciendis, quod id specialiter in eius regulis interdictum sit. Cùm ergo similiter in eisdem interdicatur administrare pecunias, vel eas in sua potestate habere, vt regula 22. sacerdotum, & regula 6. inter communes, & regula 7. peregrinorum, & regula 29. præfecti Ecclesiæ, & regula 2. procuratoris Collegij, quibus interdicitur nostris petere, aut recipere absque superioris licentia aliquid inter pauperes distribuendum, aduersabitur hoc voto nostræ paupertatis. Decimoquintò, quod actus proprietatis sit, quoties aliquid celatur Abbati, & tenetur contra eius voluntatem, vt diximus c. 19. n. 60.

At

At in hoc euentu recipiuntur pecuniæ in pauperes distribuendæ, ac tenentur inuito superiore, ipsique celantur; ergo est proprietas voto repugnans. Tandem, quia fratribus Minoribus ratione voti paupertatis nullatenus integrum est pauperes eligere, quibus pecunia distribui iussa à testatore in pauperes eligendos per fratres Minores erogetur, vt tenent multi Doctores, quos retuli suprà. At in hoc euentu religiosus habet electionem pauperum; ergo violat paupertatis votum.

4 His tamen non obstantibus, mihi persuadere nequeo, id esse aduersus paupertatis votum, meámque sententiam approbarunt viri doctissimi nostræ Societatis, & externi à me consulti. Ducor, quod religiosi per votum paupertatis nil aliud voueant, quàm oppositum ei, quod in iis cernimus, qui sunt domini, vel proprietarij, vt probauimus suprà. At religiosus hic non retinet, nec accipit eas pecunias tanquam proprias, nec tanquam dominus, sed vt nomine alieno, nempe tradentis, det pauperibus. Non ergo exercet aliquem dominij, aut proprietatis actum, vel sic reus fit paupertatis promissæ. Dices eum esse dominum iuris administrandi, idque esse independenter à superioris voluntate. At hoc non obstat, quia (vt bene docet Nauarrus *commentar. 1. numero 14. de regularibus*) ius administrandi non est dominium, nec vsus fructus, nec vsus, sed ius disponendi de re aliena nomine alieno, & iuxta ipsius præscriptum, ac propriè non potest dici dominium illius iuris. Et confirmatur, quia si quis relinqueret mille aureos distribuendos in pauperes, quos religiosus eligeret, nemo diceret religiosum illum esse proprietarium, & dominum iuris illius eligendi, ac proinde violare paupertatis votum eligendo absque superioris licentia. Atque ita Doctores eam electionem interdictam Franciscanis asserentes, non ducuntur, quod ea repugnet paupertatis voto, sed quod ea cura sit pars executionis testamenti ipsis interdictæ, & repugnet perfectæ rerum temporalium alienationi, quam ipsi profitentur. Immo verior sententia habet id non interdici Franciscanis, eo quod electio hæc non sit quid iuris, sed meri facti, vt satis probauimus suprà. Secundò ducor, quia non quæcumque possessio, & administratio pecuniarum aduersantur paupertatis voto, sed quando sunt quid iuris, nempe quando religiosus administrat nomine proprio independenter à superiori; secus quando sunt quid solius facti, quia non nomine proprio, sed alieno administrat, vt diximus suprà. At in hoc euentu religiosus non nomine proprio, sed solius dantis administrat. Non ergo violat paupertatis votum. Tertiò, quia in hac dispensatione hæc sola quatuor inuenuntur, receptio pecuniæ, facultas eligendi pauperes, ipsorum electio, distributio inter illos. At nihil horum est contra votum paupertatis. Non receptio pecuniæ, quia religiosus non recipit sibi, nec vt in vsus proprios aliquid conuertat, nec cum libera conuertendi in quoscumque vsus, aut proprios facultate, quod petunt dominium, & proprietas; sed vt nomine testatoris in pauperes distribuat. Nec posset virtute illius facultatis aliquid sibi tanquam vero pauperi applicare, vt probauimus numero 6. & esto posset, religiosus hic non habet animum sibi applicandæ partis illius eleemosynæ absque superioris licentia, seu facultate. Nec etiam aduersatur paupertatis voto facultas eligendi pauperes: quippe hoc nil aliud est, quàm ius nominandi pauperes, in quos eleemosyna distribuatur, quod nil iuris esse, sed meri facti probauimus suprà: & esto id nominandi pauperes ius sit vendibile, ac pretio æstimabile; at non acceptat religiosus ius illud, vt pretio æstimabile, & ad vendendum. Sicut religiosus intercedens pro aliquo apud Iudicem secularem, vel ad petitionem alicuius scribens eius nomine epistolam absque superioris licentia, non peccat contra paupertatem, etsi vterque actus sit pretio æstimabilis: non enim illos actus exercet, vt pretium aliquod inconsulto superiori participet. Sic in præsenti euentu religiosus non acceptat ius id ad vendendum, vel ad conuertendum in vsum proprium, qualiter acceptat librum, & rem alienam pecunia æstimabilem; sed acceptat pecunias nomine alterius pauperibus distribuendas, instar meri administratoris, solam pauperum administrationem habens. Nec ipsa pauperum electio aduersatur paupertatis voto, quia si id eligendi ius non aduersatur, à fortiori nec ipsa electio, quæ exercitium iuris illius est. Nec denique ipsa pecuniarum in pauperes distributio est contra hoc votum, quia religiosus non distribuit nomine proprio, sed dantis, nec ipse censetur aliquid conferre, sed dans, vt constat ex *l. vnum ex familia. §. si de Falcida. ff. de legat. 2.* Tandem hanc partem confirmabit solutio argumentorum contrariæ partis, quæ illam non probant.

Ad rationes contrarias numero 2. propositas re- 1
spondetur. Ad primam negatur antecedens, nec est verum, religioso habenti peculium solam administrationem competere: quippe merus administrator nequit rem in proprios vsus conuertere. At peculium conuertitur in proprios habentis vsus. Ad secundam dic, eam non esse meram administrationem, quæ non contineat vsum; sed continet vsum, id est, facultatem disponendi de iis portiunculis ad proprios vsus, & sic repugnat voto paupertatis, quando deest superioris licentia. Ad tertiam dic, textum, & Abbatem loqui de administratione peculij habenti coniunctum vsum. Ad quartam responderi posset, nil probare, quia illud est speciale in voto paupertatis Franciscanorum; vouent enim paupertatem cum ea conditione, vt dominium pecuniæ maneat omnino apud dantem. Nec ideo is qui dedit, non potest reuocare, quod sit aliquod ius religioso acquisitum, sed pauperibus, ad quorum commodum, & vt in ipsos distribuatur, acceptauit. Verùm hæc solutio mihi non placet: nam concludit primò, quod in his fratribus Franciscanis esset contra votum paupertatis. Item, quia cùm pauperes non acceptarint, non habent ius; & ita deberemus dicere, si dans nequit reuocare, esse propter ius illud acquisitum monacho distribuendi eas pecunias. Et ideo melior solutio est, negando non posse reuocare, quia religiosus nullum acquisiuit ius, cùm ea administratio sit meri facti, nec pauperes, cùm nondum acceptarint, nec religiosus ille sit persona legitima ad acceptandum nomine ipsorum. Ad confirmationem fateor, id legatum esse irreuocabile: & id non contingit ob ius religioso acquisitum, sed quia hæres lege iustitiæ tenebatur implere legata; atque ita nequit illa reuocare, sicut nec potest reuocare legatum factum Franciscanis, ac illis traditum. Ad quintam dic, esse donationem sub modo; non enim est animus donandi religioso, sicut nec exequutori testamenti, sed meta distributio committitur vtique. Ad sextam dic, ea omnia interdici Franciscanis circa pecunias illis erogatas ad proprios vsus; videtur enim quædam proprietas dissonans perfectioni paupertatis, & alienationis à rebus temporalibus, quam ipsi profitentur: & ideo vult Pontifex ea omnia per Syndicos exerceri. At in nostro casu est mera administratio eleemosynæ pauperibus erogandæ nomine dantis. Ad septimam, & octauam constat ex nostra tertia ratione, qua numero præcedenti vsi sumus ad probandam nostram sententiam. Ad nonam dic, id nihil probare, quod de mustis ad paupertatis

perfectionem attinentibus ibi agunt; & fateor ad paupertatis perfectionem spectare, vt religiosus ab hac se administratione abstineat, nisi superioris consensus accedat. Ad confirmationem dic, eam doctrinam non obstare, quia similiter probaret, non posse etiam de superioris licentia, quod à veritate prorsus est alienum. Nam eo modo testari posse religiosum de superioris licentia negat etiam Nauarr. ibi, redditque disparitatis rationem: quia cùm dispensat de licentia, & executio, & dispensatio innituntur personæ alterius, & eius nomine fiunt. Testamentum autem innititur personæ propriæ, & fit nomine proprio. Ad decimam dic, non interdici id munus religiosis; quasi aduersum paupertatis voto, sed ob votum obedientiæ, quo abdicarunt à se velle, & nolle: & ideo hanc rationem reddit ibi textus; *atque per votum paupertatis subiicit religiosus Prælato voluntatem, quod omnium rerum pretia æstimabitur conuertendum in proprium vsum, aut nomine proprio alteri conferendam, secus ad distribuendum nomine domus.* Ad confirmationem dic, id intelligi, quando nomine proprio esset expensurus in alios, secus quando nomine domus. Ad vndecimam dic, in eo textu multa poni ad solam paupertatis perfectionem spectantia, quippe ibi interdicitur religiosis dicere meum, & tuum, & epistolas recipere, cùm tamen hæc non aduersentur paupertatis voto. Ad duodecimam dic, eum motum proprium agere de iis quæ conuentui, aut alicui priuato ad proprium vsum dantur, ibi; *pecunia vero, vel quecumque alia res, quæ cuiquam priuatim etiam inuitu personæ, & vndecumque donata, aut relicta fuerint,* non autem de iis, quæ religiosus recipit alieno nomine dispensaturus. Ad decimamtertiam dic, eum Tridentini locum non aduersari nostræ sententiæ, quia etiam de superioris licentia prohibet administrationem ibi interdictam, cùm tamen nemo dubitet licere hanc distributionem in pauperes ex superioris licentia. Quare (vt bene ait Nauarrus *commentar. 2. numero 15. cers. ad 4. & ad 5.*) intelligitur id decretum de administratione, & nomine alieno, vt pecunia conuertatur in commodum ipsius religiosi cum libera facultate disponendi ad libitum. Ad decimamquartam dic, illam stipendij promissi receptionem non esse contra paupertatis Societatis IESV votum, ex eo solùm quod interdicatur in regula; sed quia expresè interdicitur, tanquam quid paupertatis voto repugnans, vt amplius explicuimus cap. 28. numero 1. At dum prohibetur in eiusdem regulis receptio pecuniarum ad distribuendum in pauperes, non interdicitur tanquam quid paupertati aduersum, vt constat ex regula 22. sacerdotum, vbi simplicibus verbis, nulla paupertatis mentione facta, regula vritur. Quare regulæ omnes hoc interdicentes non id interdicunt, quasi verè sit contra paupertatem, sed contra simplicem regulæ prohibitionem, & paupertatis perfectionem. Ad decimamquintam dic, id esse verum, quando illud possidetur tanquam proprium, secus quando possidetur distribuendum nomine alieno. Ad vltimam constat ex prima ratione adducta numero præcedenti, qua nostram sententiam confirmauimus.

SVMMARIVM.

An potens eleemosynam pauperi in genere, vel pauperibus possit sibi applicare? n. 6.

An peccet in votum paupertatis sibi applicans, & si absque licentia applicauit, possit dare alijs pauperibus, vel quid teneatur facere? n. 7.

Quid quando petit determinato pauperi refertur quædam sententia: n. 8.

Explicatio sententiæ authoris, & an saltem de consensu dantis possit dari alij pauperi: n. 9. 10. 11. & 12.

An religiosus hanc eleemosynam applicans alteri pauperi absque licentia, peccet contra votum paupertatis? n. 13.

An exigatur quoque ad reuocationem huius eleemosynæ consensus eius cui data est, & peccet aduersus votum paupertatis religiosus absque licentia consensum illum præstans? num. 14.

QVÆSTIO posterior. An delinquat peccato furti, & contra votum paupertatis religiosus, qui eleemosynam à se pauperibus, aut alicui determinato pauperi petitam applicat sibi, aut alij pauperi? Et quidem si nomine pauperis generico quispiam petat eleemosynam, vt ad dandum pauperi, vel pauperibus, animo eam sibi retinendi, cùm verè pauper sit, nullius culpæ est reus: quia dantis intentio est, vt vero pauperi applicetur, & re vera ita applicatur. Atque ita docent Nauarr. *libro 5. consil. in, de vendicationibus,* quem immediatè ponit *post tit. de regularib. consilio vnic. num. vnic.* Manuel 1. *tom. summ. in 2. editione, cap. 202. numero* 2. Atque idem credo, quamuis non haberet tunc animum sibi retinendi, sed dandi pauperibus: quia ea intentio, vtpote quæ interius latitat, nullum iniri eum dante pactum efficit, nec ius aliquod alijs pauperibus se excluso acquiri. 6

Hinc deducitur, nec peccare in votum paupertatis hunc sibi applicantem, si religiosus esset, modò ex superioris tacita, aut expressa licentia id faciat: secus si absque licentia. Quia in priori casu legitimè sibi applicat, in posteriori autem vsurpat aliquid tanquam proprium absque superioris licentia. Quare non tenetur, immo nec posset dare iam alijs pauperibus: eo enim ipso, quod sibi applicauit, est acquisita monasterio; sed tenetur vel monasterio tradere, vel petere retinendi licentiam à superiore, quemadmodum si ex domini voluntate aliquid aliud absque superioris licentia sibi accepisset. 7

Punctus autem difficultatis est, quando petit determinato pauperi. Nauarr. & Manuel numero 6. allegati censent teneri hunc dare illi determinato pauperi, cui eleemosynam petiit, ac proinde sibi, aut alij cuicumque pauperi applicantem teneri restituere, quod alteri impertiatur contra domini voluntatem, qui determinato illi pauperi dedit. 8

Cæterùm pro plena huius quæstionis resolutione varios casus distinguere oportet. Primus est, quando ex Episcopi, aut eius vicarij licentia petitur eleemosyna pauperi alicui determinato; & in hoc casu placet sententia Nauarr. & Manuelis allegatorum numero præcedenti, dicens eam eleemosynam non posse alteri pauperi applicari. Immo credo nec ex consensu illius, qui iam illam largitus est, posse alteri pauperi applicari, quamuis pauper pro quo petita est, sit ignarus licentiæ, nec ad instantiam eius sit eleemosyna petita; quia eo ipso, quod eleemosyna hæc largita fuit, & à petente acceptata, acquisitum fuit ipsi pauperi illi determinato, cui petita est. Quippe cùm Episcopo, & eius vicario pauperum, & piorum operum cura incumbat, vt constat ex *cap. 5. de testamen.* & ex Tridentin. *sessione 22. cap. 8. & 9. de reformat. & sessione 25. cap. 1. paulo post princip. de reformat.* Episcopus, & vicarius sunt legitimæ personæ ad acceptandum opus quodcumque pium, cuius acceptandi nomine pauperis potestatem censentur dare, quoties concedunt facultatem petendi eleemosynam illi. 9

Secundus casus est, quando ea eleemosyna petitur etiam absque prædicta licentia ad illius pauperis determinati instantiam, & tunc censeo idem penitus, quod dixi in casu præcedenti: nam eo ipso, quod committit pauper ille huic, vt eam eleemosynam petat, censetur illi committere potestatem acceptandi, vt ex multis probaui *libro 1. de matrimonio disp.* 10

disput. 6. num. 19. ac proinde statim ac illam acceptat, acquiritur ius illi pauperi determinato. Et hoc intelligo verum, quamuis nullam pauperis illius determinati necessitatem repræsentet, quia quamuis ex mea præcisa petendi illi pauperi intentione, nullum ei ius acquiratur; at vtique acquiritur, eo quod nomine, & commissione illius petierim, retuinsque intentionem petendi illi.

11 Tertius casus est, quando petens eleemosynam petiit motu proprio, & absque vlla ordinarij licentia, & exprimit nomen pauperis, cui eleemosynam petiit, aut specialem eius dignitatem. v.g. quod in carcere inclusus sit, vel orphanus, vel lecto careat, vel dote fœmina careat in matrimonium collocanda, aut morbo laboret, &c. Et tunc existimo non integrum esse huic petenti, elargiri eam eleemosynam alteri pauperi absque eam elargientis beneplacito, non quod ius pauperi illi acquisitum sit, sed quia est contra dantis intentionem, qui determinato illi pauperi, quem petens proposuit, eleemosynam erogauit; & cùm determinata fuerit persona expressis illis conditionibus specialibus, non potest dari alij personæ similem necessitatem patienti: quia etsi necessitas illa sit mortuii principale, &c. at fuit data eleemosyna ei indiuiduæ personæ signatæ sub illis conditionibus indiuiduantibus à petenti propositis; sicut si legatum relictum esset illi personæ ad instantiam huius, nequiret similem necessitatem patienti dare. Et idem credo si hic peteret generaliter detentis in carcere, vel captiuitate, orphanis, aut specialem aliquam indigentiam patientibus. Ducor eadem ratione. Item, quia nullus dubitat legatum iis relictum non posse in aliorum pauperum vsum conuerti: at posset vtique ex licentia dantis, quia cùm hic recipiens nullam potestatem habeat acceptandi nomine pauperis illius determinati, aut illorum pauperum, ex eleemosyna tanquam nondùm acceptata à parte legitima, potest ex consensu dantis reuocari, iuxta sententiam probabilem, quam retulimus *lib. 1. de matrimonio. disp. 7. num. 10.* dicentem etiam fauore causæ piæ non posse quemquam pro alio stipulari: & *eodem lib. 1. disp. 6 num. 16.* vbi defendimus etiam in donatione facta causæ piæ exigi acceptationem, vt irreuocabilis reddatur.

12 Vltimus casus est, quando proprio motu, & absque vicarij Episcopi licentia petita est eleemosyna pauperi determinato, non expresso eius nomine, vel aue specialis ipsius indigentia. Et tunc existimo eam eleemosynam posse alteri pauperi applicari, vel à petenti, si verè pauper sit, retineri, quia cùm nulla specialis causa duxerit dantem ad eam eleemosynam, sed sola generalis pauperiatis, non videtur ita eam præcisè dedisse, vt sit illi determinato pauperi, quem petens intendit, elargienda, & censetur petenti distributionem in pauperes committere.

13 Quamuis autem in prædictis casibus, in quibus diximus eleemosynam non posse alteri pauperi applicari, si religiosus cui tradita est, alteri applicaret, non delinqueret in paupertatis votum, sed solùm furti reus esset: quippe nihil sibi acquirit, nec acquisitum monasterio is detrahit, sed solùm contra domini voluntatem rem alienam distribuit, quod solùm furti malitiam habet.

14 Tandem rogabis, an casu, quo ex consensu dantis possit reuocari ex eleemosyna, eo quod à parte legitima nondum sit acceptata, exigatur quoque consensus eam accipientis, & si consensus hic à religioso eam accipiente præstetur absque superioris licentia, sit contra votum paupertatis. Sic distinguendum censeo: si pauperi determinato tradita sit, iuxta dicta num. 11. tunc nullo recipientis consensu opus est, quod recipiens in hoc eventu se habeat instar meri organi, per quod eleemosyna transit, nullamque illius distributionem habet. Si autem erogata est pauperibus in genere, aut pluribus, aut detentis in carcere, ita vt distributio aliqua arbitrio recipientis commissa esset, vtpote qui aliquos ex illis eligere posset, vel quibusdam amplius, aliis parcius elargiri, tunc reuocatio indigeret quoque consensu recipientis, quod ius illius distributionis sit ei acquisitum, quo inuitus priuari nequit. At religiosus huic reuocationi assentiens absque superioris licentia, non delinqueret in paupertatis votum, quia nil sibi proprium efficit, nec iure aliquo acquisito monasterio cedit, cùm id distributionis ius personale sit, vt probaui in executoribus testamenti.

CAPVT XXXI.

Qualiter monasterium ex contractu, aut delicto religiosi obligetur, & qualiter ij contractus sint prorsus irriti, nec ipsemet religiosus ex illis teneatur.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones sint disputandæ. n. 1.

An monasterium succedens in religiosi bona, teneatur stare illius contractibus, & debita soluere aut professionem contracta, & ad alimenta sis, quibus tenebatur monachus? num. 2.

An teneatur ad vltra hereditatis vires? n. 3.

An teneatur monasterium ex bonis post professionem acquisitis hæc debita persoluere, nec quidquid acquirit monachus ore alieno oppressus, acquirat monasterio? n. 4.

An monasterium succedens in bona professi, teneatur implere omnia, quæ professus disposuit ante suam professionem, & competat alio professo ad hoc petendum? n. 5.

An monasterium succedens in bona coniugis, teneatur dare coniugem in seculo relictum, de cuius licentia alter professus est? Refertur quædam sententia. n. 6.

Sententia authoris. n. 7. & 8.

An monasterium teneatur ad contractus initos à religioso post professionem, aut debita ab eo tunc contracta? n. 9.

Quid si religiosus ille sit Prælatus religionis? n. 10.

An monasterium teneatur ex delicto Prælati? n. 11.

Quid si religiosus communicato consilio cum Capitulo, & Prælato id delictum admiserat vel pecuniam habeat? & ibi, An delictum Prælati, & Capituli nocuerit Ecclesiæ? n. 12.

Quid si Prælatus mutuat ad male dissipandum, vel posset male dissipari? n. 13.

Quid si religioso illi sit tacitè, aut expressè administratio commissa? n. 14.

An monachus existens in schola, vel in alio negotio, possit pro expensis obligare monasterium? n. 15.

An possit obligare libros, vel alias res pro his expensis, vel pro alio fideiuberet? n. 16.

Quid si id mutuò acceptum excedat expensas mitis solitas? num. 17.

Quid si excessus fuit ratione morbi, aut alterius causæ licitæ? num. 18.

An hæ expensæ factæ pro morbo religiosi existentis in studio, sint exigenda à patre monachi, an potius à conuentu? numero 19.

An possint obligare monasterium, si non sit expensis illius in studio? n. 20.

Quid si religiosus ille sit in studio, vel alio negotio absque superiore licentia? num. 21. & coram quo sit conuenendus. ibidem.

An religiosus male expendens mutuum gaudeat beneficio Macedoniani, idque habeat locum in foro conscientiæ? num. 22.

An monachus, aut monasterium teneantur pecunia apud se deposita, & religiosus, qui non est solutus damnum à se illatum, debeat dari pro nexa? remissiuè. n. 23.

An monasterium, vel religiosus possit cedere bonis? n. 24.

An

An alio intentanda sit contra monachum debitorem, aut potius contra monasterium? remissive n. 25.
An monasteria gaudeant priuilegio miserabilium personarum n. 26.
Post numerum 26. inuenies alia summaria.

1 TRIPLEX quæstio disputanda est. Prima. Qualiter monasterium ex contractu, aut religiosi debito obligetur. Secunda. An ij contractus absque superioris licentia initi, sint prorsus irriti? Vltima. An saltem ipsemet religiosus obligetur naturaliter ex eo contractu, aut eius fideiussor?

2 QVÆSTIO prima. An monasterium obligetur ex contractu, aut delicto religiosi? Qua in re distinguendum est de contractibus ante religionis professionem à religioso initis, aut debitis tunc contractis, siue ex delicto, siue absque illo, & de initis, aut contractis postea. Et quidem si de prioribus loquamur, certum est teneri monasterium in eius religiosi bona succedens; quod vniuersi fatentur, cùm id sit commune vniuique bonorum successori, vt astringatur ære alieno eius, cui succedit; ac proinde tenetur monasterium alimenta ministrare iis, quibus tenebatur monachus. Couarr. *4. decretalium. 2. part. cap. 28. §. 6. num. 14.* Molina *lib. 2. de primogenit. cap. 15. num. 45.* & loquens de patre, & filiis professis tenet Surdus *de alimentis tit. 1. à num. 1. vsque ad* 10. & idem tenetur de reliquis dicere, quia ea ratione id probat, quod monasterium teneatur ad omnia ingressi onera. Quæ ratio probat idem de reliquis, quos ingressus tenetur alere.

3 Quid ergo autem censent fortè teneri monasterium ea debita in integrum soluere, quamuis hæreditatis vires excedant, etsi integrum monasterio sit restitutionem petere; & hoc inquiunt fortè esse verius tenendo monasterium iure quodam successionis vniuersalis in religiosorum bona succedere. Sic Angelus *summa. verb. religiosus. num. 39.* Sylvester *verb. religio. 6. quæst. 2.* Tabiena *verb. religio. quæst. 19. num. 40.* Cæterùm omnino tenendum est, duntaxat teneri monasterium iuxta vires bonorum, quæ ex illo religioso acquisiuit, tum quia non est verum succedere iure illo successionis vniuersalis, vt diximus suprà, tum etiam, quia cùm hanc obligationem monasterium subeat ratione eorum bonorum, non amplior esse debet quantitate eorum bonorum. Atque ita docet Abb. *cap. in præsentia. num. 77. de probationib.* Rosella *in summa. verb. Abbas. fin.* Sylvest. *verb. religio. 8. quæst. 3.* Rosellus *authent. ingressi. num. 22. C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Tapia *verb. sua. cap. 18. num. 2.* Molina *tom. 1. de iustitia. disp. 140. col. 2. vers. 20 ipso.*

4 Sed maior difficultas est, an teneatur monasterium debita hæc persoluere ex bonis, quæ non iure hæreditario legitimo acquisiuit, ratione professi, vt si post professionem aliquid religiosus donatione, legato, vel hæreditate testamentaria, vel sua opera, & industria comparauit? Videtur enim non teneri, quia hæc non religioso, sed ipsi religioni acquiruntur: quidquid enim religiosus acquirit, non sibi, sed religioni comparat. Cæterùm dicendum est, teneri monasterium ex bonis quocumque eorum modorum acquisitis satisfacere his debitis; quippe regula illa, quicquid acquirit religiosus, acquirit suo monasterio, intelligitur, nisi religiosus ille oppressus ære alieno sit ad professionem admissus: tunc enim non monasterio, sed creditoribus acquirit quidquid arte, labore, industria, hæreditate, vel donatione cõparat; quia cùm per professionem nullatenus iuri creditorum derogatum sit, sicut ante professionem tenebatur religiosus hic ex his bonis soluere creditoribus, ita monasterium in ea bona succedens tenebitur. Atque ita docent Felinus *cap. cùm l. & A. num. 10. de sententia, & re iudicata.* Bertrandus *cons. 12. num. 5. vol. 7.* Monaldus *cons. 30. num. 6. & 8. vol. 2.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 11. c. 10. quæst. 8.* & videntur tenere Tapia *eo c. 18. n. 5.* & Molina num. præcedenti allegatus; dicunt enim generaliter, & indistinctè teneri monasterium hæc debita soluere ex bonis, quæ ratione religiosi illi obuenèrè, vel in futurum obuenient. Hoc autem temperat Bertrandus ibidem, nisi in religione incapaci bonorum in communi, vt in ordine fratrum Minorum, quia hi religiosi non sic acquirunt suo monasterio. At hæc limitatio non admittẽda est, quia acquisita donatione, aut legato, aut suis operis, est verius acquiri monasterio, vt diximus suprà.

5 Hinc deducitur, si religiosus ante professionem aliquid disposuit ad pias causas, vel aliter, aut prohibuit bona alienari, aut vendi, teneri monasterium id seruare, quia cùm ea dispositio tempore habili facta sit, ac proinde valuerit, non est integrum monasterio aliquid immutare. Sic tradunt Innocentius *cap. in præsentia. num. 5. de probationibus*, & ibi Hostiensis *num. 8. ad fin.* Ioannes Andreas *num. 18.* Antonius *num. 28.* Bellamera *num. 18.* Iason *authent. ingressi. num. 44. C. de sacrosanct. Eccles.* addúntque Innocentius, Hostiens. Ioan. Andre. Anton. & Bellamera, nullam hoc exigendi competere professo actionem, sed Prælatos id ex officio facturos.

6 Hinc deduceret aliquis, monasterium succedens in bona coniugis teneri alere coniugem inopem in seculo relictum ejus, qui ingressus est ipso consentiente religionem, quia tenetur ad alimenta filij, & patris pauperum religionem ingredientium, si in bona filij succedat. Secundò, quia monasterium succedens in bona monachi, tenetur ad omnia ingressi onera, illisque oneribus affecta excapit, vt diximus num. 3. At onus alendi coniugis inopis competit alteri habenti bona: ergo tenetur ad hoc onus. Atque ideo hanc partem sustinent Ioannes Andreas *ad Decretalem. tit. 1. qui filij sint legitimi. §. 1. num. 14.* Lara *l. si quis liberis. §. si quis ex his. num. 16. ff. de liberis agnoscendis.*

7 Cæterùm dicendum est, ad id non teneri, quod latissimè probat Surdus *de alimentis tit. 1. quæst. 37. à num. 5. vsque in fin.* & in summam redigendo, quæ ibi latè affert, potissima huius ratio est, quod professione religionis transferantur bona profitentis in monasterium; ac proinde coniux consentiens alterum in religionem transfire, subinde consentit huic alienationi, ac ex bonis per coniugem alienatis altero coniuge consentiente non sunt ab illorum possessore præstanda alimenta: quippe consentiens alienationi, præiudicat sibi. *l. si fundum per fideicommissum. & l. nihil. §. 1. ff. de leg. 2. & l. fideicommisso. §. 1. ff. de pignoribus. & l. mater. C. de rei vendicatione.* Tiraquellus *l. si vnquam. verb. donatum largitur. num. 148. C. de reuocand. donationibus.* Ergo non poterit coniux conuenire monasterium ad alimenta ipsi subministranda ex bonis, quæ alienare consensit. Et confirmatur, quia aut tempore ingressus erat alter coniux egenus, & sibi imputet quod alienationi bonorum consenserit; aut superuenit egestas, & illa non nocet monasterio, cui bona antea erant quæsita liberè, & absque vllo alendi onere. Nec obstant contraria. Non prius, quia pater, & filius possunt ingredi religionem, tero reluctante: at secus in coniugibus, ac proinde dissentiendo possent suum damnum impedire, non patientes alienatione sibi præiudicari. Quod si replices: quando matrimonium non est consummatum, potest alter altero reluctante ingredi; ergo tunc saltem tenebitur monasterium. Respondetur, per eam professionem dissolui prorsus matrimonij vinculum, atque adeò id alienandi vinculum non esse. Nec obstat etiam posterius, quia ea bona sunt eo onere affecta, dum alienata non sunt.

8 Hinc deduco, tempore nouitiatus teneri coniugem ex eis bonis alterum inopem alere, quia tunc non sunt alienata, nec matrimonium ratum est dissolutum, & proinde non est cur id onus cesset.

9 Si autem loquamur de contractibus à religioso post professionem initis, debitisve ex delicto, aut absque illo contractis,

contractis, certissimum est apud vniuersos Doctores allegandos, monasterium non teneri ex his, quando absque legitima superioris licentia sunt initi hi contractus, aut ex alienum sic contractum est, nisi aliquid in monasterij vtilitatem versum sit, indéque effectum locupletius; tenebitur enim tunc quoad eam quantitatem. Ratio est, quia ex quo religiosus hic professus est, transtulit in monasterium omnia sua iura; nec vllorum bonorum potest postea dominium, aut administrationem acquirere, sed omnia illa fiunt monasterij, cui iuri acquisito nequit suo contractu, aut debitis, aut delicto derogare. Idémque constat ex similitudine contractus filiifamilias, aut serui, quibus monachus æquiparatur; nec enim tenentur pater, aut dominus ex contractibus absque sua licentia per eos initis, nisi quatenus inde locupletiores facti sunt, vt expresè deciditur *l. 1. §. si cum impubere. ff. de peculio.*

10 Hinc deducitur primò, si contractus sit initus, aut debitum contractum à monasterij Prælato, obligari monasterium, quatenus Prælatus non excedit suæ administrationis limites. Ratio est, quia habet legitimam bonorum monasterij administrationem: secus autem esset, si limites suæ administrationis excessisset, quia quatenus excedit, non potitur administrandi iure. Atque ita docent Angelus *summa. verb. monasterium, initio.* Sylvest. *verb. religio. 8. 9. 3.*

11 Ex delicto tamen monachi, etsi ille sit religionis Prælatus, non tenetur monasterium, nisi inde aliquid ad ipsum prouenerit, aut quatenus in eius vtilitatem conuersum est, quoniam personæ delictum non est conuertendum in Ecclesiæ damnum. *cap. si Episcopum. 16. quæst. 6. & reg. delictum. 76. de regulis iuris, in 6.* Atque ita tradunt Glossa finalis *l. si quis in tantam. 7. vers. 7. de Abbate. C. vnde vi.* Alciatus *consilio 1. numero 49. lib. 1.* Angelus *summa. verb. monasterium, initio.* Sylvest. *verb. religio. 8. quæst. 3.* Rosella *verb. Abbas, in fin. & verb. monachus, num. 10.* vbi Armilla *num. 14.* Tabiena *quæst. 13. num. 14.* Molina *tom. 1. de iust. disp. 140. col. 9. vers. monasterium ex delictis.* Leonardus *libro 2. de iustitia. cap. 41. dubio 11. numero 90.*

12 Quod quidem limitatur dupliciter. Priùs, nisi religiosus communicato consilio cum Prælato, & Capitulo id delictum admiserit. Sic Glossa num. præcedenti allegata, Nauarr. *commen. 61. de regul. iur. in 6.* quia delictum Prælati, & Capituli nocet Ecclesiæ, vt notatur *c. 2. de ordine cognitionis, & regul. delictum, de regul. iur. in 6. & l. iubemus nullam. num. C. de sacros. Eccles. &* est communis DD. sententia, vt tradit eam sequens Abbas *cap. quod quibusdam. n. 6. de foriuiaforibus.*

13 Quare si pecunias mutuò Prælatus acceperit, non vt in vsum monasterij conuertat, sed vt in vsus vanos, ac inutiles, aut alios, in quos monasterij bona expendendi non erant, non tenebitur monasterium, quia excedit suæ administrationis limites; atque ita sentit allegato Socino Tapia *auth. ingressi. verb. sua. c. 18. n. 5. C. de sacros. Eccles.* Secus autẽ esset si ad expendendum in monasterio necessaria mutuum accepisset, quamuis enim postea mutata voluntate malè expendisset, teneretur monasterium, quia ex ipsamet illius mutui acceptione, vtpote quæ legitimè facta est, obligatio in monasterium translata est. Quare futurus malè Prælati dispensationis euentus nequit illud liberare.

14 Secundò deducitur, teneri monasterium ex monachi contractu, quando tacitè, vel expresè est illi commissa aliqua administratio, nec illius limites excedit, quia eo ipso censetur facultas ineundi contractus ad illam administrationem pertinentes commissa. Sic docent Angelus *in summa. verbor. monasterium, initio.* Sylvester *verb. religio. 8. quæstione 3.* Rosella *verb. monachus. n. 7.* & ibi Tabiena *n. 11. quæst. 10.* Armilla *n. 11.* Molina *tomo 1. de iustitia. disp. 140. colum. 10. vers. ex contractu.* Azor *tomo 1. institut. moral. libro 11. cap. 11. quæst. 11.* Leonardus *lib. 2. de iustitia. cap. 41. dubio 11. num. 90.* & constat ex dicendis n. sequenti.

15 Tertiò deducitur, quid dicendum de monacho existenti in scholis, vel in alio negotio extra monasterium ex legitima superioris licentia. Quidam dicunt non esse ei integrum ob suas expensas monasterium obligare, nisi specialem ad hoc potestatem habeat. Sic tradit Glossa *c. ex parte. verb. licet, in fin. de accusationibus*, & ibi Hostiensis *num. 1. fine.* Ioannes Andreas *num. 10.* Antonius *num. 14.* Cæterùm dicendum est, obligari monasterium ex contractu huius religiosi pro expensis necessariis inito, quia cùm Abbas concedit licentiam recedendi à monasterio, & standi in alio loco, videtur ea omnia concedere, sine quibus non potest monachus abesse, qualia sunt expensæ necessariæ in illo studio, vel negotio, *reg. cum quid, de reg. iuris, in 6.* Præterea, quia pater tenetur ad expensas pro quibus filiusfamilias in studio, vel alio negotio de licentia patris existens se obligauit. *l. sed Iulianus. 9. §. proinde si accepta. vers. quod dicitur. ff. ad Macedonianum.* Atque ita tradunt Glossa *cap. 2. in princ. vers. licentia, ne clerici, vel monachi, in 6.* & ibi Ioannes Andre. *num. 4.* Archidiaconus *n. 6.* Dominicus *n. 9.* Francus *num. 6.* Archidiaconus *c. non dicatis. n. vltim. 12. quæst. 1.* & ibi Bellamera *num. 13.* Turrecremata *art. 7. num. 11.* idem Archidiaconus *c. cùm pastoris. 2. quæst. 7. num. 6.* & ibi Bellamera *n. 4.* Faber *§. quæ diximus. n. 7. instit. quod cum eo.* Abbas *d. cap. ex parte. numero 8.* & ibi Ananias *fin.* Felinus *numero 3.* Marianus Socinus senior *numero 10.* idem Abbas *cap. quanto. num. 5. de officio ordinarij.* & *cap. cum contingat. n. 24. de foro competenti.* Felinus *c. cùm dilecta. n. 18. de rescriptis.* D. Antoninus *3. parte. tit. 24. cap. 53. in fin.* Rosella *in summa. verb. excommunicatio. 1. casu 16. fin.* Sylvester *verb. excommunicatio. 9. casu 25. numero 55. fin.* Nauarr. *commentar. 2. numero 65. ad fin. de regularibus.* Antonius Cucus *libro 3. institutionum maiorum. tit. 3. numero 38.* Surdus *de alimentis. tit. 8. priuileg. 97. numero 2. 5. & 6.* Horatius Lucius *de priuileg. scholasticorum. priuileg. 87.* Graffis *2. parte decis. libro 3. cap. 19. numero 41.* Caballos *in suis communibus opinionibus. quæstione 446. numero 15.* Azor *tomo 1. institutionum moralium. libro 12. cap. 11. quæstione 11.* Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 18. numero 6. 7. & 8. C. de sacrosanctis Ecclesiis.* Molina *tomo 1. de iustitia. disputatione 140. colum. 10. vers. item ex contractu.*

16 Nec credo, quod tradunt Archidiaconus *cap. cùm pastoris. 2. quæst. 7. numero 4.* & ibi Bellamera *numero 1.* vbi dicunt non posse huiusmodi religiosum obligare libros, vel alias res ad vsum sibi à monasterio cõcessas pro eo mutuo ad expensas necessarias contracto, nec valere obligationem. Quippe dicendum est posse vtique: nam si potest obligare monasterium, poterit à fortiori eas res. *argum. authent. multo magis. C. de sacrosanctis Eccles.* Atque ita docent Abbas *cap. quanto. numero 5. de officio ordinarij.* Felinus, licèt aliquantulum dubius, *cap. cùm dilecta. num. 18. de rescriptis.* Nauarr. *commen. 2. num. 65. ad fin. de regular.* Vtrum autem si tunc pro alio fideiubeat, valeat fideiussio, dixi suprà.

17 Dicta autem duplici num. præcedenti limitanda sunt dupliciter. Prior limitatio est, nisi pecunia mutuò accepta sit ad expensas excedentes quantitatem religioso illi quotannis destinatam: tunc enim non tenebitur ad illas monasterium, quippe in eo excessu excedit limites sibi commissos. Id etiam constat ex similitudine filiifamilias existentis in studio de licentia patris, nam pater ad excedentes expensas non tenetur, vt constat ex *l. sed Iulianus. 9. §. proinde si accepta. vers. quod dicitur. ff. ad Macedonianum*, ibi; *quod dicitur in eo, qui studiorum causa absens mutuum acceperat, esse Senatusconsultum Macedonianum, ita locum habet, si probabilem causam mutuando non excesserit, nempe eam quantitatem, quam pater solebat subministrare.* Vbi optimè Glossa *verb. quod dicitur*, ait non viriari vtile per inutilem excessum, sed teneri

teneri tunc patrem usque ad eam debiti quantitatem
receptam tunc mutuò à filio, secus quoad excessum.
arg. ex l. si quis argentum. §. fed his omnibus. C. de donatio-
nib. atque ita tradunt Archidiac. *cap. cum pastoris. 2. quæ-*
stione 7. numero 6. & ibi Bellamera *numero 4.* idem Ar-
chidiac. *cap. non dicatis. 12. quæstione 1. numero vltim.* & ibi
Bellamera *numero 31.* Turrecrem. *artic. 7. num. 11.* Abb.
tripliei loco, Felinus duplici loco, Marianus Socinus senior, D. Antoninus, Rosella, Sylvester, Nauarr.
Surdus *numero 5. fin.* Antonius Cucus, Grassis, Tapia
allegati num. 12.

18 Hoc tamen intellige, nisi morbi causâ religiosus
ille id debitum excedens annuas expensas contrahat;
ad id enim debitum tenebitur monasterium, quod in
monasterij vtilitatem ex expensis cesserint. Atque ita
docent Turrecremata *cap. non dicatis. 12. quæstione 1. artic.*
7. numero 11. Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 18. numero*
21. Grassis *2. parte decisionum. libro 3. cap. 19. numero 41.*
quod idem videntur elicere sentire Felinus *cap. ex parte.*
numero 3. de accusationib. Surdus *de alimentis. tit. 8. priuil.*
leg. 97. numero 4. dum absolutè dicunt monasterium teneri ad expensas factas in morbo talis religiosi. Quod
idem satis clarè dicit Molina *tomo 1. de iust. disputat. 140.*
col. 10. vers. item ex contractu. sic enim teneri monasterium ad ea, quæ recta negotij administratio postulat.
At hæ expensæ sunt huiusmodi. Ex quo colligo idem
dicendum esse, si hæ expensæ excedentes sint ex aliqua alia vrgenti causa rectè, & iuxta debitam administrationem factæ, vt si furto data ad necessarias expensas sublata sint.

19 Quare non placet distinctio, quam tradunt Speculator *tit. de salariis. §. vltim.* qui est de salariis Medicorum. *numero 5. fin. & 6. initio.* Dominicus *cap. 2. in princip.*
numero 11. ne clerici, vel monachi. numero 6. vbi quærentes,
an hæ morbi expensæ sint à carnali religiosi parte, an
ponùs à monasterio petendæ, dicunt illum teneri, cuius contemplatione factæ sunt: quod si vtriusque gratiâ, vtrumque teneri: in dubio autem spectandam personarum qualitatem, *vt cap. requisisti, de testamentis.* Atque idem tenet Lapus, prout eum refert Marianus Socinus senior *cap. ex parte. numero 10. de accusationib.* quem
ibi videntur sequi, etsi afferat se nolle in hoc insistere,
eo quod non sit principalis sua materia. Sed non placet distinctio; sed dicendum est eas à monasterio petendas, quia cùm ibi sic de Abbatis licentia, id onus
monasterij erit. Item, quia cùm monasterium sentiat commodum, vt omnia per religiosum quocumque
modo acquisita ipsi cedant, debet quoque sentire onus, *regul. qui sentit, de regulis iuris, in 6.* Atque ita docent Francus *eo cap. 2. in princ.* Tapia *eodem cap. 18. num.*
21. & satis docent authores numero præcedenti allegati, dum indistinctè obligant monasterium ad huiusmodi expensas. Quod bene limitat Francus ibi, nisi
patris expensis esset religiosus ille in studio; tunc enim
pater teneretur. Atque idem est dicendum de quocumque alio, cuius expensis ibi esset, vt constabit ex dicendis num. sequenti.

20 Posterior limitatio est, quando religiosus ille in
studio, alióve negotio expensis monasterij versaretur.
si enim conuentum esset, vt alius expensas ministraret,
non obligabitur monasterium ad mutuum pro expensis necessariis acceptum, sed is cuius expensis ibi est,
quod tunc esset ratio obligationis monasterij. Atque
ita docent Glossa *cap. 2. in princ. verb. licentia, in addit. ne*
clerici, vel monachi, in 6. & ibi Ioannes Andreas *numero*
4. Archid. *numero 6.* Dominicus *numero 9.* Francus *nume-*
ro 6. idem Archid. *cap. non dicatis. 12. quæstione 1. numero*
vltim. & ibi Bellamera *numero 33.* Turrecremata *art. 7.*
numero 11. Abbas *cap. ex parte. numero 8. de accusationib.* &
ibi Ananias *in fin.* Marianus Socinus senior *numero 10.*
D. Anton. *3. part. tit. 24. cap. 53. in fin.* Rosella *in summa.*
verb. excommunicatio. 1. casu 16. fin. Sylvester *verb. excom-*
municatio. 9. casu. 25. numero 55. fin. Grassis *2. part. decis. libro*
3. cap. 19. num. 41. Molina *tomo 1. de iustit. disputatione 140.*
col. 10. vers. item ex contractu. Tapia *authent. ingressi. verb.*
sua. cap. 18. numero 8. C. de sacrosanct. Eccles.

21 Quod si religiosus ille sit in studio, vel alio ne-
gotio absque superioris licentia, etsi pro illis expen-
sis nequeat conuenirì; quatenus est in monasterij detrimentum: at si rem contrahentis habeat, vel ex
mutuo effectus sit ditior, poterit conuenirì coram ordinario loci, vt id, quod retinet, vel in quo effectus est ditior, soluat, quando suus Prælatus multum distat, vt bene tradunt Abbas *cap. quanto. numero*
5. de officio ordin. Felinus *cap. cùm dilectis. numero 18. de rescriptis.*

22 Vtrùm autem si religiosus rem sibi mutuò datam
malè consumat, & nil apud illum extet, gaudeat beneficio Macedoniani, quod filiisfamilias sic mutuum
expendentibus conceditur, nempe, vt id non teneatur soluere. *l. 1. & sequentibus. ff. & C. ad Macedonianum.*
& §. penultim. instit. quod cum eo. & *l. regia 4. tit. 1. p. 5.* Quod
quidem priuilegium licèt multi negèt in foro conscientiæ vim habere, sed teneri in foro conscientiæ filiumfamilias id mutuum soluere, quod lex noluerit illum
eo debito soluendo exonerare, sed solam repetendi mutuum creditoribus actionem deneget. Hi sunt Couarr.
cap. quamvis pactum. 2. part. §. 3. numero 4. Ascanius Clemens *de patria potestate. cap. 6. affictio 5. numero 11.* Menchaca *de successionum creatione. part. 1. libro 3. §. 28. numero 55.*
Padilla *l. cum quis. numero 32. C. de iuris. & facti ignorantia.*
Diuenas *reg. 369. fin.* Ioannes Molina *in differentiis inter forum conscientiæ, & contentiosum. differentia 45.* Rebellus
de iust. part. 2. libro 1. quæstione 8. sectione 3. numero 30. paulo post princip. At vertus est id priuilegium in vtroque
foro procedere, quod leges non solam actionem denegent, sed liberent quoque filium ea soluendi obligatione in pœnam malè mutuantis, vt constat ex illa
regia lege 4. vbi expressè dicitur filium non teneri, idque potestas publica potuit in bonum commune statuere. Atque ita docent Bart. *extraug. ad reprimendum,*
verb. denunciationem. numero 12. Innocentius *cap. quia plerique. numero 3. de communitate Ecclesiarum.* & ibi Abbas
numero 16. Iason *§. actiones. numero 33. instit. de actionibus.*
Aluarus *cap. nouit. numero 16. de iudiciis.* Angelus *in sum.*
verb. iuramentum. 6. numero 4. Gregor. Lopez *ea. l. 4. vers.*
non est tenendo. Antonius Gomez *l. 3. Taur. numero 124.* &
tomo 2. variarum cap. 6 numero 2. Gutierrez *authent. sacra-*
menta puberum. numero 83. & *de iuramento. 1. part. cap. 43.*
numero 6. Mexia *pragmatica tritici. concl. 6. numero 83.* Azebedo *libro 5. recapitulationis. tit. 11. l. 22. numero 1.* & ibi Marienzo *gloss. 1. numero 2.* Leonardus *libro 2. de iust. cap. 10.*
dub. 1. numero 8. Molina *tomo 2. de iust. disputat. 301. paulo*
post princip. vers. habet verò locum. Hoc ergo supposito,
dubium est, an prædicto priuilegio gaudeat quoque
religiosus. Quidam affirmant, quia religiosus in his,
quæ vtilitatem monasterij concernunt æquiparatur filio, vt diximus. Item, quia sicut filius est in patris
potestate, ita religiosus est in Prælati potestate. Tandem, quia est eadem illius constitutionis ratio in religioso, nempe, vt refrenetur fœneratorum auaritia,
vt dicitur *l. 1. ff. ad Macedonianum.* & ita sustinet Angelus *§. cæterùm, in fin. inst. quod cum eo.* Sed verius est non
gaudere hoc priuilegio, cùm id indultum sit, quò machinatio mortis parentum, vt filij eis succedentes sint
mutuum soluendo, caueretur. Quæ ratio cessat in
monacho, vtpote qui Abbati non succedit. Præterea,
quia etsi filius ratione dignitatis alicuius patria potestate liberatus retineat priuilegia filiisfamilias concessa,
id fallit, nisi tale priuilegium ob malorum morum suspicionem concessum sit, vt docet Soarez *l. 9. for. numero 29. tit. de los pleytos.* Cùm ergo id priuilegium ob
suspicionem malorum morum sit filiofamilias concessum, id non retinebit factus liber à patria potestate per
profectio

professionem. Tandem, quia id priuilegium à iure
naturali obligantì soluere mutua, valde deuitans est
restringendum. Atque ideo hanc partem sustinent
Faber *§. quæ diximus, in fin. instit. quod cum eo.* Caballos
in suis communibus opinionibus. 9. 446. n. 19.

23 Qualiter autem monachus, aut monasterium te-
neantur pecuniæ apud se depositæ, & quando religiosus non est soluendo damnum à se illatum, an debeat dari pro noxa instar serui, diximus suprà.

24 Quamuis autem monasterium, quod æs alienum
soluendo non est, cedere bonis possit, vt constat ex
§. si quis autem adiecerit. authent. vt determinatus sit numerus clericorum. & docent Iason *§. fin. vers. cum eo quoque. numero 10. instit. de actionib.* Albericus *rubr. C. qui bonis cedere possunt. numero vltim.* Angelus, Zasius, Nicolaus Neapolitanus, quos refert, & sequitur Baeza
de inope debitore. cap. 13. numero 1. At religiosus priuatus
nequiens soluere non admittitur ad bonorum cessionem, vt allegatis Baldo, Felino, & decisione Rotæ
tradit Brunus *de cessione bonorum. quæstione 4. principali,*
in princip. numero 6. habetur *tomo 3. tractatuum nouiorum.*
part. 2. Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 18. num. 18.*
quamuis Bertrand. *cons. 127. numero 6. & 7. volum. 7. &*
Aufredius *decisione capellæ Tholosanæ 314. numero 4.* dicant admitti posse ad bonorum cessionem; quod allegato Felino, dicit bene Brunus *eodem num. 6.* verum
esse de monacho, Prioratus, aut dignitatis administrationem habente.

25 Vtrùm autem sit actio intendenda contra monachum debitorem, an potiùs contra monasterium, diximus.

26 Quod si petas, an monasteria priuilegio miserabilium personarum gaudeant, vt agentia contra laicum,
possint illum cõuenire apud Curiæ Regiæ Iudices, extra proprij domicilij forum, ad primâ causæ cognitionem; dico, consuetudine recepta Hispaniæ, non omnia
eo gaudere, sed sola mendicantium ordinum, atque
omnia monialium monasteria, etsi ditissima sint, vt docent Couarr. *94. prælic. c. 7. n. 3.* Cabedo *in decisionibus*
Senatus Lusitani. 1. p. decisione 54. n. 9. & 13.

SVMMARIVM.

An contractus initi à religioso absque superioris licentia, sint omnino irriti, an potius in monasterij fauorem valeant?
Refertur quædam sententia n. 27.
Explicatur sententia authoris. n. 28.
An sit culpa lethalis sic religiosum contrahere? n. 29.
An ita claudicent huiusmodi contractus fauore minoris, & Ecclesiæ, vt possint partem approbare, & partem reprobare? n. 30.
An integrum sit huic contrahenti cogere minorem, aut Ecclesiam ad declarandum, an velint stare contractui, an illum reprobare? n. 31.
Cui queratur non solùm stipulans sibi, vel monasterio, vel impersonaliter, vel alij? n. 32.
An post hanc stipulationem possit aliter resilire? n. 33.
An secus relinquisse acceptam absque licentia donantem, aut legatum? n. 34.
Post numerum 34. inuenies summaria, quæ desiderantur.

27 Qvæstio secunda. An contractus initi à religioso
absque legitima superioris licentia, sint prorsus irriti,
ac nullius momenti: Leonard. *lib. 2. de iust. c. 41. dub. 11.*
n. 90. ait, retenta valde probabili opinione, dicente religiosum nec naturaliter ex eo contractu obligari,
quam num. 36. referemus, dicit posse eum, cum quo
contraxit religiosus, non astringi contractu, sed integrum ei esse resilire, nisi postquam Prælatus eum contractum approbauerit, ipse quoque ratificet; quod
æquitas ad contractuum iustitiam petita exigit, vt
vel neuter contrahens, aut vterque ligatus maneat.

Cæterùm dicendum est, eos contractus non esse 28
omnino irritos, sed irritos esse quatenus sûr in monasterij præiudicium; at in eius vtilitatem esse validos,
ita vt in monasterij optione sit, illos ratos habere, aut
improbare. Quia id generale est in omni cõtractu celebrato cum Ecclesia absque debita licẽtia, & solemnitate, vt fauore Ecclesiæ ita claudicet contractus, vt
contrahenti cum illa non liceat resilire: at Ecclesia
possit stare, aut non stare illo contractu, sicut accidit
in contractu celebrato cum pupillo, aut minore absque tutoris, vel curatoris authoritate. *l. Iuliamus. §. si*
quis à pupillo. ff. de action. empt. & instit. de author. tutor. in
fin. princip. Quod quidem in Ecclesiæ fauorem procedere quoque tradit Glossa *c. 1. verb. sede vacante.* quam
sequuntur Hostiens. Ioann. Andr. Abb. Cardin. Imola,
Decius, Fulgosius, Iason, Ruinus, quos refert, & sequitur Sarmiento *de reddit. eccles. part. 1. cap. 2. numero 19.* &
in nostris terminis cõtractus à religioso absque licentia initi tradunt Innocen. *c. cum olim. el 2. n. 4. de priuilegiis.* & ibi Ioann. Andre. *n. 7.* Hostiens. *n. 13.* Anton. *n. 41.*
Henr. *n. 7.* Abb. *c. quanto. num. 5. de offic. ordin.* Imola *c.*
Raynutius. n. 71. de testam. Alciat. *l. seruus. num. 5. C. de pact.*
Sylvest. *verb. religio. 8. quæst. 4.* Rosella *verb. monachus.*
num. 8. & ibi Tabiena *9. 11. num. 12.* Nauar. *comm. 2. num.*
32. & *num. 65. vers. addo ergo de regular.* Molina *tomo 1. de*
iustit. disp. 140. colum. 10. vers. item ex contractu. & *tom. 2.*
disp. 264. col. 3. vers. sure etiam.

Ex quo deducitur, culpam lethalem esse religio- 29
sum contrahere absque superioris licentia cum eo,
qui inscius esset se monasterio prædicto modo obligari, nõ verò monasterij sibi, nisi religiosus bona fide,
& simplicitate excusaretur, quod sit notabilis fraus;
& ita docet Molina n. præceden. allegatus.

Hæc autem contractus claudicatio, quæ fauore 30
minoris admittitur, non diuidit contractum, ita vt
minori fas sit partem illius sibi vtilem approbare, alia
sibi noxia parte improbata. Sed tenetur aut totum ratum habere, aut totum irritum, vt rectè docet Sarmiento *de reddit. eccles. part. 1. cap. 2. numero 19.* idque
generale esse in omni contractu claudicante probat
latissimè ex multis textibus, & Doctoribus Tiraquellus *de retract. conuent. ad finem totius tituli, a numero 4.*
vsque ad 16. Quare eleganter dixit Alciat. *l. seruus. num.*
5. C. de pact. loquens de contractibus serui, & filiisfamilias, qui similiter claudicant, & quibus *ibi numero 3.*
contractus religiosorum æquiparat, oportere, quò
parer, vel dominus ex eo contractu aliquid acquirant, cumque approbare valeant, vt ei quoque damno
se subiciant, quod in ipso contractu est vno tempore
deductum, vel incontinenti post, priùs scilicet, quàm
contractus omnino pro absoluto habitus sit.

Quare contrahenti cum minori, vel Ecclesia, ne 31
sit in suspenso, integrum est agere, vt minor, vel Ecclesia, aut religio compellantur declarare solemniter,
an velint contractu stare, aut ab eo discedere. *l. Iuliamus. §. si quis à colladente. ff. de action. empt.* & ita Bartolus, & alios allegans tradit Sarmiento *de reddit. eccles. p. 1. c. 2. n. 22.*

Tandem ex his infertur, religiosum sibi, siue 32
monasterio suo, siue impersonaliter stipulantem,
acquirere monasterio, quia valet stipulatio monachi pro monasterio, vt habetur expressè *§. si quis alij.*
instit. de inutil. stipul. 17. tit. 11. part. 5. atque ita docent
Innocentius *cap. cum olim. el 2. numero 3. de priuileg.* &
ibi Anton. *numero 35.* Hostiens. *numero 12.* Ioannes
Andreas *numero 5.* Cardin. *numero 4. vers. vbi quæro.* Anchar. *numero 17.* Henric. *numero 4.* Abbas *cap. quando,*
numero 2. de offic. ordin. Angelus *§. siue autem. numero 3.*
instit. de stipul. seruor. Nauarr. *comment. 2. numero 32. de re-*
gular. & libro 3. consil. tit. de regular. in 1. edit. consil. 73.
numero 2.

numero 1. in 2. cons. 85. num. 1. Tapia alius referent *an. ibent. ingress. verb. sua. cap. 7. numero 5. C. de sacrosanct. Eccles.* Quod si monachus ille stipularetur alij, non quæsit illi, quia non potest, nec etiam monasterio, quia illi stipulatus non est, *arguto. l. seruus meus. ff. de stipulat. seruor.* vt tradunt Innocent. Anton. Hostiens. Ioannes Andreas, Ancharanus, Cardin. Henric. ibidem. Quodsi alicuius mãdato stipulatus esset, actio non acquiritur mandanti, sed monasterio: at hoc cogetur cedere actiones in totum mandanti, vt dicitur in seruo fructuario. *l. si liber homo.* & ibi notat Bartolus *ff. de stipulat. seruor.* & tradit Angel. *instit. eod. tit. §. seruus communis num. 3.*

33 Hæc autem religiosi stipulatio, per quam diximus numero præcedenti acquiri monasterio, id operabitur, vt donans, aut promittens resilire nequeant post eam religiosi stipulationem: at semper à ratihabitione, & consensu monasterij dependere, vt firma sit, quia, vt probauimus numero 28, contractus à religioso factus absque monasterij commissione, claudicat in monasterij fauorem. Atque ita docet Molin. *tomo 2. de iustit. disput. 264. col. 2. vers. iure etiam concessum est.*

34 Quare quamuis religiosus peccet acceptando donationem, aut legatum absque superioris licentia, tenet tamen acceptatio, quatenus est in fauorem monasterij, vt bene docent Nauarr. *comment. 2. numero 32. de regular.* Azor *tomo 1. instit. moral. libro 12. cap. 10. quæstione 2.* At peccatum hoc non credo esse lethale, si non accepter animo sibi quærendi, aut retinendi absque superioris licentia, quia nullum donanti, aut leganti, aut monasterio damnum infertur, sed in eius commodum redundat; nec propriè tunc delinquitur contra paupertatis votum, cùm non sibi acquirere, aut retinere velit, sed monasterio.

SVMMARIVM.

Explicatur, quando ex contractu oriatur obligatio ciuilis, & naturalis, & quando sola naturalis, seu in solo conscientiæ foro, & quando vtraque. n. 35.

An religiosus obligetur naturaliter, seu in conscientiæ foro ex contractu, quem absque superioris licentia iniit? Refertur quædam sententia. n. 36.

Sententia authoris. n. 37.

An si eo contractu religiosus damnum intulerit, teneatur id resarcire: n. 38.

An possit superior eam obligationem irritare? numero 39.

An oriatur obligatio naturalis, & ciuilis ex contractu de superioris licentia inito? n. 40.

An tunc integrum sit illi, aut alteri superiori irritare? numero 41.

Vtrùm fideiussor religiosi teneatur? n. 42.

An is cui promisit religiosus, teneatur cedere actiones fideiussori. n. 43.

Quid si fideiussor accedat, contractu religiosi irritato iam à superiore, vel irritatio illa fideiussionem subsequatur: numero 44.

An idem dicendum sit de pignore, & hypotheca datis ad securitatem, quod de fideiussore diximus. n. 45.

An dicendum sit idem, siue fideiussio accedat ad contractum, siue ad debitis securitatem. 46.

Quid si fideiussor se tanquam principalem obliget, an tunc censendus sit vt principalis, an vt maneat obligatus, religioso non obligato, & gaudeat beneficio, vt conuenire nequeat, donec debitoris principalis conuenti bona exstiterint? n. 47.

Et quid quando fideiussori iusiurandum accesserit? numero 48.

Fideiussor laicus religiosi, aut clerici, an sit conuenienduS coram Iudice seculari, & quando fideiussor gaudeat principalis beneficio? n. 49.

QVÆSTIO vltima. An religiosus ex contractu, 35
quem absque superioris licentia iniit, obligetur naturaliter, seu in foro conscientiæ, & quid de eius fideiussore? Oportet præmittere quod latiùs probauimus *libro 1. de matrimonio disput. 7. numero 14. & duplici sequenti*, nempe, duplicem posse oriri ex contractu obligationem. Altera est ciuilis, id est, ad quam implendam datur actio in foro externo. Altera autem est naturalis, id est, quæ non ex solo honestæ gratitudinis debito oritur, sed ex vinculo legis naturalis. Et quamuis ad hanc non detur actio in foro causarum, obligat tamen in foro conscientiæ: atque ea traditur regula ad cognoscendum, quando ex contractu oriatur obligatio naturalis, & quando ciuilis. Si lex humana contractum reprobet, ipsumque prohibeat ei resistens, neutra obligatio oritur. Si autem lex humana minimè contractui resistat, ipsum reprobans, nec ei assistat, sed potiùs deneget in foro externo actionem, tunc contractus hic destitutus manet auxilio iuris ciuilis, & sub solo iuris naturalis fomento. Quare sola naturalis obligatio, verum in foro conscientiæ debitum producens, consurget: quod si lex non resistat contractui, sed illi assistat, illumque approbet, orietur vtraque. Quæ latiùs in prædicto loco explicuimus, & probauimus.

His præmissis, duplex est sententia. Prior sustinet ex 36
contractu per religiosum absque sui superioris licentia inito, ipsum non obligari naturaliter, nec ciuiliter, sed prorsus manere liberum. Dicitur, quod religiosus careat velle, & nolle, & sic consensu, vt constat ex *c. 2. de restitution. c. 6.* qui ad obligationem naturalem desiderãtur. *l. Stichum. §. naturalis. ff. de solut.* & ideo non fit simile de seruo, qui eo quod consensum habeat, ex contractu absque domini licentia gesto, obligatur naturaliter, non tamen ciuiliter. *l. naturaliter. 13. ff. de condict. indeb.* Secundò, quia leges ei contractui resistunt. *cap. 2. de restitution. in 6. & cap. non dicatis. 12. quæstione 1.* Et hæc sententia est valde probabilis, quam tuentur Hostiens. *summa. de fideiussorib. §. & si quis, numero 3. vers. item excipitur monachus.* Abbas *cap. ex rescript. numero 1. de iureiur.* & ibi Alex. de Neuo *numero 6.* Felinus *num. 1.* Zasius *d. d. naturaliter numero 2.* Faber *§. ac nec in fin. instit. de fideiussor.* Cotunius *l. gallus. §. & quid si tantum numero 70. ff. de liber. & posth.* Cagnolus *cap. in personam. numero 3. ff. de regiuris.* Caballos *in suis communi. opinion. quæstione 446. numero 13.* Antonius Cucus *libro 3. instit. maior. tit. 3. numero 37.* explicans, quamuis iureiurando is contractus formatus sit. Monald. *cons. 40. à numero 1. vsque ad fin. volum. 2.* qui concludit *numero 14.* non sat esse, vt Prælatus non contradicat, vt obligatio illa oriatur, sed esse opus, vt illum contractum approbet. Molina *tomo 1. de iust. disputat. 140. col 11. vers. potiùs distinguerem*, cum limitatione tamen quam numero 32. explicuimus, & cum eadem limitatione dicit esse valde probabile Leonardus *libro 2. de iust. cap. 41. dub. 11. num. 90.*

Posterior sententia (cui tanquam probabiliori 37
adhæreo) asserit ex eo contractu obligationem naturalem in religioso oriri, dum superior non irritat: secus autem de ciuili, quamuis neutra in monasterio ipso oriatur. Dicor, quod nullum inter religiosi vota, ac promissiones homini factas discrimen inueniam, cùm vtraque obligatio consensum exigat, & vt omnino firma, ac irreuocabilis sit, indigeat quoque superioris licentia. At religiosus tenetur votis absque superioris licentia à se

ciuilis, dum à superiore non irritatur. Ergo similiter tenebitur promissione homini facta, & aliis contractibus cum eo initis, dum superior ea non cassat. Nec obstant contraria, quia religiosus sufficientem consensum ad prædictam obligationem habet, sicut & ad vota. Dicitur autem non habere velle, aut nolle, quia id non ita efficax est, quin possit à superiore reuocari. Nec iura prædicta his contractibus resistunt, sicut nec votis. Tandem, quia religiosus comparatur seruo, qui sine domini licentia contrahens obligatur naturaliter, non tamen ciuiliter. *l. naturaliter. 13. ff. de condict. indeb.* Et ideo hanc partem sustinent Abbas *cons. 104. numero 4. volum. 1.* Nauarr. *comment. 2. numero 42. fin. de regularib.* Sylnester *verb. religio. numero 8. quæstione 5.* Rosell. *verb. monachus. numero 7.* & ibi Armilla *numero 12.* Tabiena *numero 11. quæstione 10.* Azor *tomo 1. instit. moral. libro 12. cap. 11. quæstione 5.* Leonardus *libro 2. de iust. cap. 2. dub. 1. numero 6.* Rebell. *de iustit. par. 1. libro 1. quæstione 8. sect. 1. numero 4.* qui bene ampliat *numero 5.* siue ea promissio fiat alteri religioso, siue seculari. Non tamen placet quod *eo numero 5.* addit, nempe, eam promissionem non fore validam, si constet esse contra superioris voluntatem, quippe etsi religiosus peccet vouendo contra expressam superioris voluntatem, non tamen votum est irritum, nisi superior vota prohibens, expresserit suam voluntatem esse, vt irrita fint aliter facta. Ac proinde idem dicendum est de promissione homini facta. Sicut etiam non placet limitatio, quam apponit Azor *ea. quæstione 5.* nempe, vt hoc intelligatur in iis, quæ potest facilè, & commodè per ipsum religiosus præstare, quia ea limitatio non admittitur in votis.

38 Siue tamen hanc, siue priorem sententiam amplectamur, dicendum est, si eo contractu religiosus damnum aliquod iniustè intulerit, eum teneri hoc damnum restituere, cùm restituendo fuerit, iuxta ea quæ diximus suprà, vbi restituendi modus explicatus est. Quod bene docent Molina *tomo 1. de iustit. disput. 140. col. 11. vers. potiùs distinguerem.* Leonardus *libro 2. de iust. cap. 41. dub. 11. numero 90.* Sicut etiam ibidem probauimus, teneri religiosum quodcumque aliud damnum illatum modo sibi possibili resarcire.

39 Potest etiam superior eam contractus obligationem irritare, & ex tunc nulla ratione tenebitur religiosus, sicut idem votis contingit, quod religiosi voluntas à superiore pendeat. Sic tradunt Nauarr. Azor, Rebell. *numero 4.* Leonardus allegati numero 31. Addit Rebellus posse irritare ex rationabili causa eam promissionem, sicut & vota. At credo nullam exigi causam, sicut nec ad votorum irritationem, vt diximus. At quamuis irriter contractum, religiosus qui fuit iniusta damni alicuius causa, tenebitur id resarcire, iuxta dicta numero præcedenti, quod Prælati irritatio nec eam restituendi obligationem impediat, nec impedire possit.

40 Quod si ex ligitima superioris licentia religiosus contractum inierit, obligabitur naturaliter, & ciuiliter, cùm nihil ad eius contractus firmitatem petitum tunc deficiat, atque religiosi voluntas ex superioris arbitrio pendeat. *cap. si religiosus. de electione. in 6.* Atque ita docent Abbas *cap. ex rescript. numero 1. de iureiur.* & ibi Bald. *in fin.* Alexander de Neuo *numero 5.* Felin. *numero 1.* Tapia *ambient. ingress. verb. sua. cap. 18. numero 17. C. de sacrosanct. Eccles.*

41 Sed an tunc possit superior, qui licentiam concessit, aut successor, aut alius eo superior irritare? De hac re egi *libro 9. de matrim. disputat. 40. numero 14.* vbi sustinui contra Arag. non posse validè irritare, quamuis subditus non exequens, renitente superiore, sit à culpa liber: & ibi probauit tradens differentiam inter votum, & hanc promissionem, atque idem denuo approbo. Et id satis confirmat, quod numero præced. diximus, cùm enim ex hoc contractu oriatur obligatio naturalis, & ciuilis, nullæ sunt superioris partes ad auferendum ius inde tertio illi acquisitum. Item, quia Prælatus successor tenetur stare contractu prædecessoris, vt multis textibus, & Doctoribus allegatis probat Manuel *quæstionum regularium tomo 3. quæstium 26. artic. 1.*

42 Tandem tractandum est de fideiussore huius religiosi. Et quidem si teneamus priorem sententiam asserentem religiosum non obligari naturaliter ex contractu absque superioris licentia inito, dicendum subinde est, nec fideiussorem manere obligatum: & ita asserunt Abbas, Alexander de Neuo *numero 50.* pro priori illa sententia allegati. Quod si teneamus posteriorem sententiam, quam numero 31. sustinuimus dicentem religiosum obligari naturaliter, dicendum subinde est, fideiussorem obligari naturaliter & ciuiliter: atque ita docent Abbas, Nauarr. Leonardus, Azor *quæstione 6. ibi* pro hac sententia allegati. Ratio autem huius est, quia ex est certissima regula, vt principali nullo modo obligato, non teneatur fideiussor. Secus quando principalis saltem naturaliter obligatur, vt constat ex *l. cum lex. 47. ff. de fideiussor. & l. naturaliter. 13. ff. de condict. indeb.* ibi; *naturaliter seruus obligatur*, & ob id fideiussor pro seruo acceptus, tenetur. & *l. fideiussor obligari. 17. in princip. ff. de fideiussor.* vbi Glossa *verb. non est*, reddit rationem, quia deficiente principali obligatione, deficit accessoria fideiussoris. *reg. cum principalis. 138. ff. de reg. iuris.*

43 Tenebitur autem tunc is cui religiosus promisit, cedere fideiussori actionem, quam habet aduersus religiosum; & cùm sola sit obligationis naturalis, solam illam cedet, vt per *l. si cui. ff. ad Trebell.* tenet Bart. *l. Modestinus. ad finem. ff. de solut.* Felician. *de consib. tomo 2. libro 3. cap. 2. num. 20.*

44 Hinc deducitur, fideiussorem accedentem ei religiosi contractui, postquam à superiore irritatus fuit, nullatenus teneri: quippe religiosus iam ex illo contractu nec naturaliter tenebitur, vt diximus num. 39. & docet Nauarr. *comment. 2. numero 42. fin. de reg.* Non proderit autem illa contractus irritatio, si fideiussionem subsequatur, quia tempore, quo fideiussor accessit, fideiussio legitima fuit, obligansque naturaliter, ac ciuiliter, vtpote quæ naturali religiosi obligationi tunc existenti accessit; ac proinde eius valor non cassatur cessante obligatione principali per illam irritationem, quia irritatio illa non potuit extendi ad fideiussionem factam à non subdito illi superiori. Sic tradit Leonard. *lib. 2. de iust. cap. 28. dub. 1. numero 6.*

45 Atque idem prorsus quod de fideiussore dicitur, dicendum est de hypotheca, & de pignore, si forte aliqua data sint ad securitatem, quia id pignus locum fideiussoris obtinet. Sic Nauarr. *commentar. 2. numero 42. fin. de regularib.* Azor *tomo 1. institut. moral. libro 12. cap. 11. quæstione 6.* Molina *tomo 1. de iustit. disp. 140. col. 11. vers. 2. distinguerem.*

46 Quamuis autem dicamus fideiussorem non obligari, siue quia sustinemus religiosum ex eo contractu non obligari naturaliter, siue quia fideiussio accessit contractui iam irritato, est id dupliciter temperandum. Priùs, vt intelligatur quando fideiussor petitus est ad debiti ex eo contractu consurgentis securitatem; tunc enim cùm ex eo contractu nullum resultarit debitum, etiam naturale, nulla consurgit obligatio ex parte fideiussoris, qui solùm censetur obligatus, si principalis deberet, & non solueret: secus autem si fideiussor adhibeatur ad contractus securitatem ex ratione, quæ pendet ex voluntate Prælati, ne recedatur ab illo; tunc enim consurget obligatio etiam ciuilis ex parte fideiussoris, quamuis Prælatus nolit contractu te fideiussoris, quamuis principali. Quia in hoc casu se obligauit pro principali stare, quia in hoc casu

Sic tradunt Leonardus *lib.2.de iustit.cap.18.lib.1. num.7.* Molina *tomo 1.de iustit.disputat.140.col.11.vers.2. distinguerem.* Qui optimè addit regulariter credendum esse peti à religioso fideiussorem hoc posteriori modo: & proinde in dubio ita iudicandum esse, quia cùm constet firmitatem contractus religiosi pendere à superioris voluntate, volentis illum ratum habere, censendus est fideiussor peritus ad securitatem contractus, quatenus ex ea voluntate pendet.

47 Posterior limitatio est, nisi fideiussor se obligarit tanquam principalis debitor, seu, quod idemest, faciendo debitum principalis debitoris suum proprium, vt passim fieri solet. Tunc enim quamuis dicamus religiosum nullatenus obligari, dicendum est, fideiussorem teneri, quod non accessoriè, sed principaliter se obligarit. Sic Nauarr.*comment.2. numero 42.vers.6. quod vix reperies, de regularib.* Mandos. *de arte minor. quæstione* 155, dicens sic decisum in Rota: quia quoties fideiussor se obligat vt principaliter, est principalis, vt tenent multi, quos refert, & sequitur Gusidensis *de arte testandi.tit.6.cautel.*30.*numero* 5, & multos alios refert Feliciannus *tomo 1.de censib. libro 3.cap.2. numero* 20. & tenet Molina *tomo 2.de iust.disputat.*545.*col.8. vers. quando fideiussor.* Manuel *quæstionum regul. tomo 3. quæstione* 26. *artic.1. fin.* Sed hæc limitatio non carer difficultate, quia Glossa *authent. de fideiussor. in princip. verb.fideiussorem, in fin.& Speculat.tit.de renunciat. & cond.§. omis.numero* 18. *vers. sed si fideiussor se principalem.* & ibi Ioannes Andreas *in addit.littera A.* citato Alberto, & alij, quos refert Felician. *eodem numero* 20. dicunt, quando non fit obligationis nouatio, esto fideiussor se obligeat tanquam principalis debitor, non esse eum verè debitorem principalem, sed fideiussorem accessorium debitori principali: ac proinde necessarium esse tunc executionem priùs fieri in bonis principalis debitoris; quia certum est eum semper pro alio intercedere, origòque semper spectanda est. *l.si filius.C. ad Macedon. & l.qui id quod.ff. de donat.* Quare si principalis debitor tunc non obligatur, dicendum est, nec fideiussorem accessorium tunc obligari. Et ideo vt hæc limitatio vera sit, intelligenda est in altero ex duobus casibus. Prior est, quando fideiussor constituit se principalem debitorem, renunciando beneficio concesso sibi per *authent. de fideiussor.in princip.& authent.præsente.C.de fideiussor.* quod est, vt priùs excutiantur bona principalis debitoris, quàm fideiussor possit conuenirì. Sic Alexand. de Neuo *cap. ex rescript. numero* 8. *de iureiur.* Posterior est, quando simul cum debitore principali in eadem scriptura fideiussor se obligat, vt fideiussor, ac debitor principalis: nam si seorsum in alia scriptura se sic obligaret, solam fideiussoris rationem haberet. Quod docent Iason multos referens *cons.1.58.n.4. lib.3.* Gregorius Lopez *l.57.verb. principalmente.tit.18.part.3.* Gutierr.*de iurament.1.part.cap.23.numero* 8.& 11. vbi & alios refert. Qui quidem duplex casus satis placet, quamuis Molina loco paulo antè allegato teneat, siue in eadem scriptura, sine postea in alia fideiussor se obliget, vt debitor principalis, eum obligari tanquam principalem, & ideo conuenirì posse non facta priùs excussione bonorum debitoris principalis: quia cùm renunciat authenticæ concedenti hoc beneficium, habetur tanquam debitor principalis, vt diximus in priori casu. At in hoc casu virtute renunciatur authenticæ illi, quod satis est. Sed hoc minimè credo tanquam aduersum communi Glossæ, & aliorum Doctorum doctrinæ: sed dicendum est, requiri ad hoc vel expressam illius beneficij renunciationem, iuxta priorem casum; vel in eadem scriptura constitui tanquam debitorem principalem, iuxta posteriorem casum.

48 Tandem censebitur obligatus tanquam principalis, si fideiussori illi accedat iuramentum, quod iuramento ea virtus inest, vt actus alias irritos valere faciat eo modo, quo valere poterunt, vt ex multis probat Gutierr. *de iuramen. parte 2. cap. 2. numero 3. & duplici sequenti.* Et ideo hanc partem sustinent multi, quos referunt, & sequuntur Dueñas *reg.* 335. *limitat.* 20.Gutierr.*de iuram.1.part. cap.23. numero* 27. Mandosius & Manuel præced. num.allegati. Quamuis sit satis probabile non sufficere iuramentum; quod tenet Couarr.*de pact.1.part.*634. *num.*4.& multi alij, quos refert Dueñas,& Seraphin. *de priuileg.iuram. priuileg.*90.*à n.1.vsque ad* 11.re hac latè disputata, dicit posse vtramque sententiam facilè sustineri, & rationes prioris sententiæ soluit.

Hic demum obseruandum, laicum clerici, aut 49
religiosi fideiussorem conueniendum esse coram Iudice seculari, quamuis principalis coram eo conuenirì nequeat, vt optimè tradunt Abbas *cap.ex rescript. n.2. de iureiur.* & ibi Alexander de Neuo *numero* 11. Antonius, Romanus, Archidiaconus, Baldus, quos refert, & sequitur Additionator *ad Abbatem, ibi.verb.seculari.* Et ratio est, quia exceptio competens principali ratione personæ, non transit in fideiussorem, vt optimè tradit Glossa communiter recepta *instit. de replicat.* §. *finali.verb.fideiussoribus*, & Dynus *reg. priuilegium.* 7. *numero* 2. *de reg.iur.in* 6. Priuilegium enim personale non transit ad tertium, sed personam sequitur, cum eàque extinguitur, vt habetur *ea regul. priuilegium.* At priuilegium exemptionis à foro seculari competit clerico ratione personæ: & ideo eius fideiussor eo iuuari non potest.

CAPVT XXXII.

Quando religiosus transit licitè ab vna religione in alteram, vel ad Episcopatum, aut ad aliud beneficium, ad quem pertineant bona, quæ priùs acquisierat, vel in posterum acquiret.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint.n.1.
Transitus de vna religione in aliam quotupliciter fieri possit. num.2.
Quando religiosus transit licitè ex vno ordine ad alium, & vterque est succedendi capax, bona post transitum acquisita vtrius monasterij sint.n.3.
An bona in priori monasterio acquisita transferantur quoque in posterius, vel in Ecclesiam, quando religiosus transferitur ad Episcopatum? Refertur duplex sententia cum suis limitationib. à n.4.vsque ad 7.
Explicatur sententia authoris.n.8.
Ad quod monasterium pertineant bona, quæ post egressum, vel ante professionem in posteriori monasterio hic acquisiuit? num.9.
An bona, quæ religiosus hic in ingressu donauerat priori monasterio, vel alius donarat contemplatione eius ingressus, transferantur in posterius?n.10.
An quando religiosus non voluntarè, sed necessitate coactus transit ad posterius monasterium, vsufructus bonorum, quæ priùs acquisierat, pertineat ad posterius? numero 11.
An das à maiali datæ monasterio, sit reddenda posteriori, ad quod transit?n.12.
An transiens ad aliam religionem possit secum deferre vestes, scriptas, libros, & alias supellectiles quas habebat? numero 13.
An possit secum deferre peculium, quod ex licentia in priori monasterio habebat? n.14.
An bona ad priùs monasterium pertinentia pro solo tempore vitæ huius monachi, pertineant ad posterius monasterij, vt quia testatus est de illis ante ingressum, vel gratuitò est post mortem restituere, vel instituit in est cum conditione, vt absque

absque libera decedens restituat tertio, & est casus in quo ea professione non excluditur substitutus, vel quando proprietas eiusmodi pertineat ad monasterium, quia excludit substitutum? n. 15.
Soluuntur argumenta.num.16.
Quando transitur licitè ex monasterio capaci ad capax, vel ad Episcopatum, & in priori defertur hæreditas, at non est adita ante posteriorem professionem, ad quod monasterium ea pertineat? Refertur quædam sententia. n.17.
Explicatur sententia authoris. n. 18.
Soluuntur argumenta. num.19.
Quid quando prius monasterium erat bonorum incapax, vel è contrà, & institutio est pura, & tempore transitus iam monasterium capax adierat, vel si erat incapax, adierant hæredes ab intestato? n. 20.
Quid si nondum adierant, sed solum erat delata tempore professionis in posteriori? Refertur quædam sententia. numero 21.
Et sententia authoris. n. 22.
Quid si successio esset in maioratus Hispanos, & quo tempore consideretur capacitas ad succedendum in hos; & quid si tempore successionis erat incapax, vt frater Minor, is in quo institutus est? n.23.
Quid si priuilegio Principis restituatur, qui ob hæresim, aut crimen læsæ maiestatis, aut aliàs est incapax, aut ex Pontificis dispensatione possit nubere, qui ratione clericatus, aut religionis exclusus erat à maioratu? n. 24.
Quid si non esset hæredis institutio, sed legatum, & quo tempore exigatur capacitas ad legata percipienda. numero 25.
An professus in monasterio incapaci perdat omnino, & irrecuperabiliter ius succedendi, ita vt nec translatus ad capax, nec factus Episcopus, nec eiectus illud recuperet? numero 26.
An qui post delatam sibi, & non aditam hæreditatem professus est in ordine Minorum, & ea nondum adita per hæredes ab intestato, est in monasterio capaci, vel Episcopus, & sic capax, possit illam adire, aut monasterium cap.ex ad quod transit? n. 27.
Quid si frater Minor instituatur hæres, & tempore mortis testatoris est habilis, quia translatus ad monasterium capax, vel est Episcopus? Refertur quædam sententia. numero 28.
Explicatur sententia authoris à num.29. vsque ad 32.
An frater Minor non institutus à parentibus ratione incapacitatis, possit factus Episcopus, aut translatus ad monasterium capax tempore mortis paternæ, aut post rumpere testamentum? n. 33.
An frater Minor ante, vel post ingressum monasterij substitutus pupillo, si tempore mortis pupilli reperiatur capax, vt si factus sit Episcopus, aut transierit ad religionem incapacem, succedat illi pupillo; & generaliter in omni substitutione, an sufficiat capacitas tempore mortis eius gratuiti, aut pupilli, cui succedendum est? numero 34.35. & 36.
An frater Minor, qui ante professionem reseruauit sibi aliqua bona in casu euentum si è religione egrederetur, ea recuperet factus Episcopus, aut translatus ad religionem capacem? n. 37.
An stante statuto, vt ex antiquis masculis fœmina non succedat, frater Minor iam factus capax tempore successionis fœminam excludat? n. 38.
Bona à religioso acquisita post transitum ad monasterium incapax cuius sint. n.39.
Quando institutio est conditionalis, & in priori monasterio, aut ante ingressum in illud est religiosus institutus, & in posteriori impletur conditio, ad quod monasterium ea bona pertineant, & quo tempore exigatur capacitas in institutionibus, aut legatis conditionalibus. Refertur quædam sententia. n. 40.
Explicatur sententia authoris. n. 41.
Quid si contractus, cui promissione debeatur aliquid religioso, & potest transire ad aliam religionem, & quod capacitatis tempus in contractibus inspiciatur? n. 42.
Quid si institutus sub conditione est tunc capax; in tempore impletæ conditionis incapax, aut è contrà? n.43.
An possit frater Minor institutus hæres non absolutè, sed in tempus, quo capax erit? n. 44.
Quid quando religiosus non transferitur de vno monasterio ad aliud, vt ibi denuo profiteatur, sed vt agat pœnitentiam? n.45.
Quando religiosus transfertur ad aliam religionem, non vt profiteatur, sed vt ibi pœnitentiam agat, bona prius acquisita ad quod monasterium pertineant, & à quo sit ille alendus. n.46.47.& 48.
Quid de bonis acquisitis in posteriori monasterio, in quo hic reclusus est ad agendam pœnitentiam? num.49.
Quæ plicter emitti soleat professio. n. 50.
Quando quis professus in genere generalissimo, cui acquirat. num.51.& 52.
Quid quando profitetur in genere subalterno, & translatus est ad aliud monasterium eiusdem ordinis? num. 53.& 54.
Quid quando profitetur in specie specialissima? n.55.
Quando monasterium est destructum, ad quem pertineant eius monasterij bona. Refertur duplex sententia. numero 56.& 57.
Explicatur sententia authoris. n. 58.& 59.
Quando religiosus ex legitima superioris, aut Pontificis licentia extra monasterium viuit, cui acquirat. numero 60. & 61.
Post numerum 61. inuenies alia summaria.

CVM religiosus possit licitè, & illicitè egredi à 1
religione, in hoc cap. tractandum est de egressu licito, & ad quem tunc pertineant bona; & in cap. sequenti disputandum erit, quando egressus est illicitus. Duplex igitur quæstio in præsenti agitanda est. Prior est de transitu licito ad aliam religionem. Posterior est de transitu ad Episcopatum, vel ad aliud beneficium.

QVÆSTIO prior. Ad quod monasterium perti- 2
neant bona religiosi licitè ex vna religione in alteram diuersi ordinis transeuntis. Quà in re diuersæ oriuntur difficultates, cùm possint varij esse instituendi religiosum modi, varique religionis ordines. Potest enim religiosus purè, aut sub conditione institui; potest etiam euenire, vt prius monasterium, à quo fit transitus, sit capax succedendi, id autem in quod transitur, sit incapax; vel è contrà, vt prius sit incapax, posterius capax; vel vtrumque capax sit. De quibus modis, vt clarè procedamus, est seorsum in hac quæstione agendum; poteristque disputari de bonis acquisitis ante transitum ad posterius monasterium, & de bonis etiam postea acquisitis.

Prima ergo difficultas est, quando vtrumque mona- 3
sterium est succedendi capax, ad vtrum illorum pertineant bona ante transitum acquisita. Nam de bonis in posteriori post professionem comparatis, siue hæreditate, siue legato, siue operis; & industria, nemo dubitat ad posterius monasterium pertinere, vt si post professionem in posteriori morte testatoris, parentum, aut consanguineorum defertur ipsi hæreditas aliqua, siue ex testamento, siue ab intestato, aut legatum aliquod, vel quamcumque aliam rem, quomodocumque acquirat, fatentur omnes ea esse posterioris huius monasterij; quia emissa in eo professione, nihil prorsus habet cum priori monasterio commune, sed omnia prorsus iura cum sua persona transtulit in posterius, sicut ea omnia in prius professione transtulerat.

Sed punctus difficultatis eò pertinet, an bona, quæ 4
prius monasterium ratione illius monachi acquisierat, transferantur quoque in posterius, vt si ratione illius

Sic tradunt Leonardus *lib.2.de iustit.cap.18.lib.1. num.7.* Molina *tomo 1.de iustit.disputat.140.col.11.vers.2. distinguerem.* Qui optimè addit regulariter credendum esse peti à religioso fideiussorem hoc posteriori modo: & proinde in dubio ita iudicandum esse, quia cùm constet firmitatem contractus religiosi pendere à superioris voluntate, volentis illum ratum habere, censendus est fideiussor peritus ad securitatem contractus, quatenus ex ea voluntate pendet.

47 Posterior limitatio est, nisi fideiussor se obligarit tanquam principalis debitor, seu, quod idemest, faciendo debitum principalis debitoris suum proprium, vt passim fieri solet. Tunc enim quamuis dicamus religiosum nullatenus obligari, dicendum est, fideiussorem teneri, quod non accessoriè, sed principaliter se obligarit. Sic Nauarr.*comment.2. numero 42.vers.6. quod vix reperies, de regularib.* Mandos. *de arte minor. quæstione* 155, dicens sic decisum in Rota: quia quoties fideiussor se obligat vt principaliter, est principalis, vt tenent multi, quos refert, & sequitur Gusidensis *de arte testandi.tit.6.cautel.*30.*numero* 5, & multos alios refert Feliciannus *tomo 1.de censib. libro 3.cap.2. numero* 20. & tenet Molina *tomo 2.de iust.disputat.*545.*col.8. vers. quando fideiussor.* Manuel *quæstionum regul. tomo 3. quæstione* 26. *artic.1. fin.* Sed hæc limitatio non carer difficultate, quia Glossa *authent. de fideiussor. in princip. verb.fideiussorem, in fin.& Speculat.tit.de renunciat. & cond.§. omis.numero* 18. *vers. sed si fideiussor se principalem.* & ibi Ioannes Andreas *in addit.littera A.* citato Alberto, & alij, quos refert Felician. *eodem numero* 20. dicunt, quando non fit obligationis nouatio, esto fideiussor se obligeat tanquam principalis debitor, non esse eum verè debitorem principalem, sed fideiussorem accessorium debitori principali: ac proinde necessarium esse tunc executionem priùs fieri in bonis principalis debitoris; quia certum est eum semper pro alio intercedere, origòque semper spectanda est. *l.si filius.C. ad Macedon. & l.qui id quod.ff. de donat.* Quare si principalis debitor tunc non obligatur, dicendum est, nec fideiussorem accessorium tunc obligari. Et ideo vt hæc limitatio vera sit, intelligenda est in altero ex duobus casibus. Prior est, quando fideiussor constituit se principalem debitorem, renunciando beneficio concesso sibi per *authent. de fideiussor.in princip.& authent.præsente.C.de fideiussor.* quod est, vt priùs excutiantur bona principalis debitoris, quàm fideiussor possit conuenirì. Sic Alexand. de Neuo *cap. ex rescript. numero* 8. *de iureiur.* Posterior est, quando simul cum debitore principali in eadem scriptura fideiussor se obligat, vt fideiussor, ac debitor principalis: nam si seorsum in alia scriptura se sic obligaret, solam fideiussoris rationem haberet. Quod docent Iason multos referens *cons.1.58.n.4. lib.3.* Gregorius Lopez *l.57.verb. principalmente.tit.18.part.3.* Gutierr.*de iurament.1.part.cap.23.numero* 8.& 11. vbi & alios refert. Qui quidem duplex casus satis placet, quamuis Molina loco paulo antè allegato teneat, siue in eadem scriptura, sine postea in alia fideiussor se obliget, vt debitor principalis, eum obligari tanquam principalem, & ideo conuenirì posse non facta priùs excussione bonorum debitoris principalis: quia cùm renunciat authenticæ concedenti hoc beneficium, habetur tanquam debitor principalis, vt diximus in priori casu. At in hoc casu virtute renunciatur authenticæ illi, quod satis est. Sed hoc minimè credo tanquam aduersum communi Glossæ, & aliorum Doctorum doctrinæ: sed dicendum est, requiri ad hoc vel expressam illius beneficij renunciationem, iuxta priorem casum; vel in eadem scriptura constitui tanquam debitorem principalem, iuxta posteriorem casum.

48 Tandem censebitur obligatus tanquam principalis, si fideiussori illi accedat iuramentum, quod iuramento ea virtus inest, vt actus alias irritos valere faciat eo modo, quo valere poterunt, vt ex multis probat Gutierr. *de iuramen. parte 2. cap. 2. numero 3. & duplici sequenti.* Et ideo hanc partem sustinent multi, quos referunt, & sequuntur Dueñas *reg.* 335. *limitat.* 20.Gutierr.*de iuram.1.part. cap.23. numero* 27. Mandosius & Manuel præced. num.allegati. Quamuis sit satis probabile non sufficere iuramentum; quod tenet Couarr.*de pact.1.part.*634. *num.*4.& multi alij, quos refert Dueñas,& Seraphin. *de priuileg.iuram. priuileg.*90.*à n.1.vsque ad* 11.re hac latè disputata, dicit posse vtramque sententiam facilè sustineri, & rationes prioris sententiæ soluit.

Hic demum obseruandum, laicum clerici, aut 49
religiosi fideiussorem conueniendum esse coram Iudice seculari, quamuis principalis coram eo conuenirì nequeat, vt optimè tradunt Abbas *cap.ex rescript. n.2. de iureiur.* & ibi Alexander de Neuo *numero* 11. Antonius, Romanus, Archidiaconus, Baldus, quos refert, & sequitur Additionator *ad Abbatem, ibi.verb.seculari.* Et ratio est, quia exceptio competens principali ratione personæ, non transit in fideiussorem, vt optimè tradit Glossa communiter recepta *instit. de replicat.* §. *finali.verb.fideiussoribus*, & Dynus *reg. priuilegium.* 7. *numero* 2. *de reg.iur.in* 6. Priuilegium enim personale non transit ad tertium, sed personam sequitur, cum eàque extinguitur, vt habetur *ea regul. priuilegium.* At priuilegium exemptionis à foro seculari competit clerico ratione personæ: & ideo eius fideiussor eo iuuari non potest.

CAPVT XXXII.

Quando religiosus transit licitè ab vna religione in alteram, vel ad Episcopatum, aut ad aliud beneficium, ad quem pertineant bona, quæ priùs acquisierat, vel in posterum acquiret.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint.n.1.
Transitus de vna religione in aliam quotupliciter fieri possit. num.2.
Quando religiosus transit licitè ex vno ordine ad alium, & vterque est succedendi capax, bona post transitum acquisita vtrius monasterij sint.n.3.
An bona in priori monasterio acquisita transferantur quoque in posterius, vel in Ecclesiam, quando religiosus transferitur ad Episcopatum? Refertur duplex sententia cum suis limitationib. à n.4.vsque ad 7.
Explicatur sententia authoris.n.8.
Ad quod monasterium pertineant bona, quæ post egressum, vel ante professionem in posteriori monasterio hic acquisiuit? num.9.
An bona, quæ religiosus hic in ingressu donauerat priori monasterio, vel alius donarat contemplatione eius ingressus, transferantur in posterius?n.10.
An quando religiosus non voluntarè, sed necessitate coactus transit ad posterius monasterium, vsufructus bonorum, quæ priùs acquisierat, pertineat ad posterius? numero 11.
An das à maiali datæ monasterio, sit reddenda posteriori, ad quod transit?n.12.
An transiens ad aliam religionem possit secum deferre vestes, scriptas, libros, & alias supellectiles quas habebat? numero 13.
An possit secum deferre peculium, quod ex licentia in priori monasterio habebat? n.14.
An bona ad priùs monasterium pertinentia pro solo tempore vitæ huius monachi, pertineant ad posterius monasterij, vt quia testatus est de illis ante ingressum, vel gratuitò est post mortem restituere, vel instituit in est cum conditione, vt absque

absque libera decedens restituat tertio, & est casus in quo ea professione non excluditur substitutus, vel quando proprietas eiusmodi pertineat ad monasterium, quia excludit substitutum? n. 15.
Soluuntur argumenta.num.16.
Quando transitur licitè ex monasterio capaci ad capax, vel ad Episcopatum, & in priori defertur hæreditas, at non est adita ante posteriorem professionem, ad quod monasterium ea pertineat? Refertur quædam sententia. n.17.
Explicatur sententia authoris. n. 18.
Soluuntur argumenta. num.19.
Quid quando prius monasterium erat bonorum incapax, vel è contrà, & institutio est pura, & tempore transitus iam monasterium capax adierat, vel si erat incapax, adierant hæredes ab intestato? n. 20.
Quid si nondum adierant, sed solum erat delata tempore professionis in posteriori? Refertur quædam sententia. numero 21.
Et sententia authoris. n. 22.
Quid si successio esset in maioratus Hispanos, & quo tempore consideretur capacitas ad succedendum in hos; & quid si tempore successionis erat incapax, vt frater Minor, is in quo institutus est? n.23.
Quid si priuilegio Principis restituatur, qui ob hæresim, aut crimen læsæ maiestatis, aut aliàs est incapax, aut ex Pontificis dispensatione possit nubere, qui ratione clericatus, aut religionis exclusus erat à maioratu? n. 24.
Quid si non esset hæredis institutio, sed legatum, & quo tempore exigatur capacitas ad legata percipienda. numero 25.
An professus in monasterio incapaci perdat omnino, & irrecuperabiliter ius succedendi, ita vt nec translatus ad capax, nec factus Episcopus, nec eiectus illud recuperet? numero 26.
An qui post delatam sibi, & non aditam hæreditatem professus est in ordine Minorum, & ea nondum adita per hæredes ab intestato, est in monasterio capaci, vel Episcopus, & sic capax, possit illam adire, aut monasterium cap.ex ad quod transit? n. 27.
Quid si frater Minor instituatur hæres, & tempore mortis testatoris est habilis, quia translatus ad monasterium capax, vel est Episcopus? Refertur quædam sententia. numero 28.
Explicatur sententia authoris à num.29. vsque ad 32.
An frater Minor non institutus à parentibus ratione incapacitatis, possit factus Episcopus, aut translatus ad monasterium capax tempore mortis paternæ, aut post rumpere testamentum? n. 33.
An frater Minor ante, vel post ingressum monasterij substitutus pupillo, si tempore mortis pupilli reperiatur capax, vt si factus sit Episcopus, aut transierit ad religionem incapacem, succedat illi pupillo; & generaliter in omni substitutione, an sufficiat capacitas tempore mortis eius gratuiti, aut pupilli, cui succedendum est? numero 34.35. & 36.
An frater Minor, qui ante professionem reseruauit sibi aliqua bona in casu euentum si è religione egrederetur, ea recuperet factus Episcopus, aut translatus ad religionem capacem? n. 37.
An stante statuto, vt ex antiquis masculis fœmina non succedat, frater Minor iam factus capax tempore successionis fœminam excludat? n. 38.
Bona à religioso acquisita post transitum ad monasterium incapax cuius sint. n.39.
Quando institutio est conditionalis, & in priori monasterio, aut ante ingressum in illud est religiosus institutus, & in posteriori impletur conditio, ad quod monasterium ea bona pertineant, & quo tempore exigatur capacitas in institutionibus, aut legatis conditionalibus. Refertur quædam sententia. n. 40.
Explicatur sententia authoris. n. 41.
Quid si contractus, cui promissione debeatur aliquid religioso, & potest transire ad aliam religionem, & quod capacitatis tempus in contractibus inspiciatur? n. 42.
Quid si institutus sub conditione est tunc capax; in tempore impletæ conditionis incapax, aut è contrà? n.43.
An possit frater Minor institutus hæres non absolutè, sed in tempus, quo capax erit? n. 44.
Quid quando religiosus non transferitur de vno monasterio ad aliud, vt ibi denuo profiteatur, sed vt agat pœnitentiam? n.45.
Quando religiosus transfertur ad aliam religionem, non vt profiteatur, sed vt ibi pœnitentiam agat, bona prius acquisita ad quod monasterium pertineant, & à quo sit ille alendus. n.46.47.& 48.
Quid de bonis acquisitis in posteriori monasterio, in quo hic reclusus est ad agendam pœnitentiam? num.49.
Quæ plicter emitti soleat professio. n. 50.
Quando quis professus in genere generalissimo, cui acquirat. num.51.& 52.
Quid quando profitetur in genere subalterno, & translatus est ad aliud monasterium eiusdem ordinis? num. 53.& 54.
Quid quando profitetur in specie specialissima? n.55.
Quando monasterium est destructum, ad quem pertineant eius monasterij bona. Refertur duplex sententia. numero 56.& 57.
Explicatur sententia authoris. n. 58.& 59.
Quando religiosus ex legitima superioris, aut Pontificis licentia extra monasterium viuit, cui acquirat. numero 60. & 61.
Post numerum 61. inuenies alia summaria.

CVM religiosus possit licitè, & illicitè egredi à 1
religione, in hoc cap. tractandum est de egressu licito, & ad quem tunc pertineant bona; & in cap. sequenti disputandum erit, quando egressus est illicitus. Duplex igitur quæstio in præsenti agitanda est. Prior est de transitu licito ad aliam religionem. Posterior est de transitu ad Episcopatum, vel ad aliud beneficium.

QVÆSTIO prior. Ad quod monasterium perti- 2
neant bona religiosi licitè ex vna religione in alteram diuersi ordinis transeuntis. Quà in re diuersæ oriuntur difficultates, cùm possint varij esse instituendi religiosum modi, varique religionis ordines. Potest enim religiosus purè, aut sub conditione institui; potest etiam euenire, vt prius monasterium, à quo fit transitus, sit capax succedendi, id autem in quod transitur, sit incapax; vel è contrà, vt prius sit incapax, posterius capax; vel vtrumque capax sit. De quibus modis, vt clarè procedamus, est seorsum in hac quæstione agendum; poteristque disputari de bonis acquisitis ante transitum ad posterius monasterium, & de bonis etiam postea acquisitis.

Prima ergo difficultas est, quando vtrumque mona- 3
sterium est succedendi capax, ad vtrum illorum pertineant bona ante transitum acquisita. Nam de bonis in posteriori post professionem comparatis, siue hæreditate, siue legato, siue operis; & industria, nemo dubitat ad posterius monasterium pertinere, vt si post professionem in posteriori morte testatoris, parentum, aut consanguineorum defertur ipsi hæreditas aliqua, siue ex testamento, siue ab intestato, aut legatum aliquod, vel quamcumque aliam rem, quomodocumque acquirat, fatentur omnes ea esse posterioris huius monasterij; quia emissa in eo professione, nihil prorsus habet cum priori monasterio commune, sed omnia prorsus iura cum sua persona transtulit in posterius, sicut ea omnia in prius professione transtulerat.

Sed punctus difficultatis eò pertinet, an bona, quæ 4
prius monasterium ratione illius monachi acquisierat, transferantur quoque in posterius, vt si ratione illius

illius monachi in aliqua bona hæreditate, legato, vel quocumque alio modo successerat. Quæ in re, ne multiplicatæ opiniones confusionem generent, triplex est principalis sententia, quarum cuilibet limitationes ab aliquibus illius Doctoribus adiectas apponemus. Prima ergo sententia ait posterius monasterium recuperare omnia bona priori monasterio ratione eius religiosi acquisita. Dicitur primò ex *c. ap. unic. 18. quæstione* 1. quod probat, spem succedendi parentibus competentem monacho tempore, quo in priori monasterio permanebat, transire cum eo religioso in posterius monasterium, & ideo decedentibus parentibus post professionem in hoc posteriori, succedere hoc posterius, cùm tamen illa succedendi spes fuerit priori monasterio quæsita, in quod vniuersa religiosi iura per professionem translata sunt. Secundò, quia cùm posteriorius monasterij sit religiosum hunc alere, consonum rationi est, vt sicut onera sentit, sentiat quoque commodum acquisitionis illorum bonorum. Tandem, quia illa bona transierunt in prius monasterium in personæ profitentis consequentiam, & tanquam ipsi accessoria. Ergo censentur sub ea conditione transferri, quandiu religiosus in illo moram traxerit, nec ab illo licitè recesserit; accessorium enim sequitur principale. Et ideo huius sententiæ sunt Glossa *c. quod à te, in fin. de clericis coniug.* & ibi Hostiensis *numero* 4. Anton. *numero* 9. Ioan. Andr. *numero* 7. Anchar. *numero* 9. Abbas *num. vltim.* Cardin. *numero vnic. opposit.* 4. Henr. *num.* 2. & 3. Imola *Clement.* 1. *numero* 38. *de stat. monach.* idem Anchar. *regul. accessorium. numero* 11. *opposit.* 6. *de regul. tur. in* 6. Archidiac. *c.* 1. *num. vnic.* 17. *quæstione* 4. & ibi Bellamer. *numero* 1. Rosell. *verb. religio.* 4. *numero* 11. Natta *consil.* 180. *numero* 8. Angel. *verb. monasterium. numero* 6. Armil. *verb. religio. num.* 17. Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *centur.* 5. *casu* 436. *à numero* 13. *vsque ad* 16. Mandel. *consil.* 712. *numero* 2. *vol.* 4. Vincent. Annibald. *addit. ad consil. Mandelli* 43. *vol.* 3. *num.* 11. *verb. rerum.* Atque idem docent Abbas, Rosella, & Angel. ibidem, si religiosus hic ad Episcopatum transeat.

5 Quidam ex his DD. temperant hanc sententiam, vt intelligatur de bonis patrimonialibus acquisitis in priori monasterio: secus de acquisitis propria religiosi industria. Hæc enim posteriora fatentur in priori monasterio, cui religiosi operæ debentur, remansura. Sic Abbas, Rosella, Angelus, Armilla numero præcedenti allegati.

6 Secundò temperant, vt intelligatur de bonis religiosi cum persona transeuntibus tacitè per professionem in monasterium: secus autem de his, quæ tempore ingressus religiosus expresè monasterio donant. Hæc enim posteriora iuant priori monasterio non sufferenda. Ratio discriminis est, quod priora transeant in personæ consequentiam, & subinde ab eius perseuerantia in religione pendeant: posteriora autem recta via, & independenter à persona. Sic Glossa, Card. & Natta allegati numero 4. Quam limitationem admittunt etiam Abbas, & Rosella ibidem relati cum hoc temperamento, nisi contemplatione ingressus ea bona religiosus donarit: tunc enim ex quoque recuperabit posterius monasterium, tanquam cessante donationis causa. Addit autem Abbas ex coniecturis deducendum, quando contemplatione ingressus donata fuerint, vt quia ipso ingressus tempore, aut proximo, donata sunt: secus quando longè antè. Et quando contemplatione ingressus hæc bona donata sunt, tenent etiam ea posteriori monasterio reddenda Barth. Socin. *consil.* 121. *numero* 3. *à vers. quibus tamen non obstantibus. vol.* 2. addens se nolle disputare, an sint reddenda quoad solum vsumfructum, an etiam quoad proprietatem, Nicolaus de Vbald. *de success. ab intestat.* 2. *p.* vbi de successione regularium. *num. vltim.* Redoan. *de spoliis ecclesiast. quæstione* 8. *in princip. numero* 79. & 80. Tapia *auth. ingressi. verb. sua. cap.* 6. *num.* 10. *C. de sacrosanct. Eccles.* dicens, siue ab eodem religioso, siue ab alio hæc bona contemplatione ingressus sint monasterio donata.

7 Secunda sententia sustinet, bona priori monasterio acquisita remansura apud illud quoad proprietatem; at quoad vsumfructum pertinere ad posterius, dum monachus ille in eo vixerit, ne religiosus ille posteriori monasterio onerosus sit. Deducitur ex *c. delapsis.* 16. *quæst.* 6. & *c. si quis rapuerit.* 27. *quæst.* 1. & *authent. de sanctiss. Episcop.* §. *penult.* Ex quibus textibus constat vsumfructum bonorum posteriori monasterio ratione alimenorum elargiendum esse. Atque ita docent Speculat. limitans, si posterius monasterium sit inops, *tit. de statu monach.* §. *vltim. num.* 10. *quæst.* 6. Hostiensis *in summa. tit. de clerico coniug. paulo ante fin. vers. si cum licentia, vel iniuncta.* Barthol. Socinus *consil.* 52. *num.* 18. *vol.* 4. Anton. *consil.* 76. *monialis quadam.* Mandos. *in praxi signatur. gract.* §. *translationes. col. penultim. vers. sed quæro. monachus.* Calderin. *consil.* 25. *num. vnic. paulo post princip. de regularib.* Ananias *c. quod à te, ad fin. de clericis coniug.* Rebuff. *de nominationib. rubric. de regia ad prælaturam nominat. faciend. verb. concessa. vers. quod si monachus.* D. Antoninus 3. *part. tit.* 16. *cap.* 24. §. 3. Menoch. limitans, quando posterius monasterium est inops, *consil.* 193. *numero* 22. *vol.* 2. Manuel 99. *regular. tom.* 3. *quæst.* 1. *artic.* 27. & 2. *tom. summæ. c.* 31. *numero* 9. & 10. qui in hoc posteriori loco limitat, vt non totus vsusfructus transferatur, sed sola illius pars, quæ ad religiosi alimenta sufficiens est.

8 Vltima sententia (cui tanquam longè probabiliori accedo) ait, vniuersa bona priori monasterio acquisita ratione religiosi remansura omnino apud illud, sine ad aliud monasterium diuersi ordinis, siue ad Episcopatum transeat. Probatur primò ex *authent. de monach.* §. *si verò relinquens*, ibi; *si verò relinquens monasterium, in quo conuersationem habuerit, ad aliud transeat. etiam si quidem eius substantia maneat, & vendicetur à priori monasterio, vbi abrenunciauit hanc reliquit.* Secundò, quia nullo iure probatur ea bona in prius monasterium sub conditione perseuerantiæ in illud translata fuisse: quamuis enim in consequentiam personæ profitentis, & accessoriè cum illa transierint; at translatio est absoluta, ac prorsus à futuro translationis personæ euentu independens: quippe *auth. ingressi. C. de sacrosanctis Ecclesiis*, absolutè dicitur, per professionem omnia bona profitentis dedicari monasterio. Quare iure illo ad perfectè, & absolutè acquisita prius monasterium priuari non debet ob transitum religiosi ad aliud. Tertiò, quia cùm posterius monasterium loco prioris subrogetur, illique deseruire, ac in posterum acquirere religiosus ille debeat, tanquam omnino à priori exemptus, posterioris est illum alere, nec onerosus monasterio dicitur, astrictus ipsi inseruire, & acquirere. Et confirmatur, quippe pater vniuerso alendi filij dati in adoptionem onere liberatur, illo in adoptantem translato, *l. onera. ff. de adoption.* Ergo similiter religiosus hic liber effectus à prioris religionis iugo per professionem in posteriori, est ab hoc posteriori alendus, nullis alimentorum expensis à priori petitis. Et ideo hanc sententiam dicit forsan esse veram Lapus *allegat.* 61. *quidam Franciscus*, eam tenent Ioan. Andr. *cap. final. numero* 3. *de regularib.* & ibi Cardin. *numero* 2. *quæstione* 4. Aretinus *l. si quis mihi.* 25. §. *seruus. numero* 2. *ff. de acquirend. hæred.* Abbas d. *c. finali. numero* 5. Ananias *numero* 8. Hentic. *numero* 4. & *c. cum olim. ei* 2. *numero* 7. *de priuileg.* Imola *Clement. final. numero* 8. *quæstione* 7. *de election.* Anchar. *consil.* 352. *fin.* Paulus *l. inter antiquum. numero* 2. *C. de vsufruct.* Euerard. *in suis topic. loco à seruo ad monachum. numero* 5. Petrus de

Petrus

Petrus *tract. de mutat. status eccles. cap.* 1. *numero* 3. Nicolaus de Vbaldis *de success. ab intestat.* 2. *p.* vbi de successione regularium *numero vltim.* Redoan. *de spol. eccles. quæstione* 8. *in princip. numero* 79. & 80. Bellamera *c. quæstione.* 11. *de officio. ordin.* Baldus *nouell. de dote parte* 1. *numero* 10. Sylueister *verb. religio.* 4. *quæst.* 10. Tabiena *verb. religio. quæst.* 27. *num.* 28. Couar. *c.* 1. 2. *num.* 10. *vsque in fin. de testamen.* Nauarr. *commen.* 4. *num.* 12. *vers.* 11. *de regularib. & lib.* 3. *consil. in* 2. *edit. de regular. cons.* 55. *numero* 9. Riminald. iunior *consil.* 342. *num.* 25. *vol.* 3. Alauard. *de consilium. ultima mente testat. lib.* 2. *c.* 3. *in princip. numero* 7. Tapia *authen. ingressi. verb. sua. c.* 6. *num.* 7. *C. de sacrosanct. Eccles.* Anastas. Germonitus *de sacror. immun. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 37. Spino *specul. testam. glossa* 12. *princip. n.* 23. & 24. & *in rubric. glossa* 6. *num.* 3. Surdus *de alimentis tit.* 9. *quæst.* 27. *num.* 8. Emmanuel Sà *in summa. verb. religio. numero* 35. Molina *tom.* 1. *de iustit. disput.* 140. *col.* 13. *vers. quando religiosus.* Azor *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 12. *c.* 13. 9. 3. & *cap.* 16. 9. 8. Manuel 99. *regular. tom.* 3. *quæst.* 5. *art.* 5. & *tom.* 2. *quæst.* 79. *art.* 2. 4.

9 Quæ sententia procedit etiam de acquisitis in seculo, vel in posteriori monasterio vsque ad professionem quippe vsque ad illam non est perfectè translatus ad posterius monasterium, & ideo acquirit priori, cuius est verus religiosus, donec in posteriori profitetur. Idque probari potest ex *l. status liberum.* 9. *ff. de statu liber.* vbi decernitur, statu liberum, id est, vt dicitur *l.* 1. *ff. eod. tit.* cui in diem, aut sub conditione relicta est libertas, esse seruum ante illius diei, & conditionis aduentum. Cùm ergo hic sola professione in posteriori, reddatur liber à priori, aute professionis emissionem reputabitur ac religiosus prioris monasterij, & subinde illi acquiret. Quod aperè indicant omnes DD. numero præcedenti allegati, dum aiunt religiosum hunc ante posterioris ordinis ingressum acquirere priori; nam ingressus dicitur quando profitetur. Item, quia Ioan. Andr. Cardin. Hentic. num. præced. allegati eam reddunt rationem, cur ante posterioris ingressum acquirat priori, nempe, quia ante ingressum nondum est plenè translatus. Quod verum est ante professionem in posteriori; & in propriis terminis docent Ananias, Nauarr. *to. n.* 24. *vers.* 11. & Mol. num. præced. allegati. Manuel 99. *regularium tom.* 2. *quæst.* 79. *art.* 2. quamuis minus bene Card. *Clement.* 1. §. *quia verò. num.* 14. *quæst.* 12. dicat esse secundi monasterij, in quod cum legitima licentia intrauit.

10 Procedit etiam in bonis à religioso expresè donatis monasterio tempore ingressus in illud, quia esti ea donatio tacitam in se inuolutam conditionem habeat, si professio sequatur, cuius meritu contentis tacitam professione valida subsecuta remanet omnino irreuocabilis, eo quod impleta sit conditio, nec vllo iure probetur habere tacitam perseuerantiæ in ea professione conditionem. Atque hanc partem contra authores allegatos numero 6. sustinent Aretin. *l. si quis mihi.* 25. §. *seruum. numero* 2. *ff. de acquir. hæred.* Nauar. *comm.* 4. *numero* 24. *vers.* 11. *de regular.* Alauard. & Azor vtroque loco allegati num. 8. Manuel 99. *regular. tom.* 2. *quæst.* 79. *artic.* 2. Quare idem sentio ob eandem rationem, si à quodam tertio ea bona monasterio donata essent contemplatione eius ingressus.

11 Non tamen approbo quod Nauar. & Manuel ibidem addunt, dicentes posse secundam sententiam numero 7. allegatam sustineri, nempe, vt vsusfructus eorum bonorum pertineat ad posterius monasterium toto tempore vitæ religiosi, quando religiosus non voluntariè, sed coactè ob necessitatem, vel vtilitatem publicam, aut valde magnam priuatam authoritate legitima in posterius monasterium transeat. Sed hoc non approbo, quia adhuc militat ratio vltima cum sua confirmatione numero 8. tradita, qua probauimus vsusfructum hunc posteriori monasterio negandum. Præterea, quæ sibi imputare debet posterius monasterium voluntariè illum recipiens; nec necessitas hæc, aut vtilitas iure in illa bona perfectè acquisito priuare illud debent.

12 Sed retenta adhuc sententia hac, specialis dubitandi ratio vrget in dote à monialibus data monasterio tempore ingressus, an ea post professionem legitimè transeunte ad aliud monasterium, sit huic reddenda illa dos. Quidam affirmant, suadentque id per *l. si in qua.* 57. *ff. de iure dot.* vbi sic habetur; *ibi dos esse debet, vbi onera matrimonij sunt.* Item, quia illa dos datur accessoriè ad personam, & sub tacita conditione, dum illa monialis in eo monasterio perseuerauerit, & sit restituenda, dum ea professio dissoluitur per legitimum ad aliam religionem transitum. Sicut dos propter matrimonium carnale vito tradita, eam habet tacitam conditionem, vt eo matrimonio legitimè soluto sit reddenda. Et ideò hanc partem dicit esse claram Barthol. Socinus *cons.* 122. *numero* 3. *vers. sed in casu nostro. vol.* 2. explicans etiam quoad proprietatem; eandem absolutè tenet Baldus *nouell. de dote. parte* 1. *numero* 10. explicans, siue monasterium sit eiusdem, siue diuersi ordinis. Tapia absolutè loquens *authen. ingressi. verb. sua. cap.* 6. *numero* 10. & idem tenet quoad dotis necessariæ ad alimenta quantitatem, Manuel 2. *tomo summæ. cap.* 51. *numero* 9. Verum iure optimo Nauarr. *comm.* 4. *numero* 24. *vers.* 11. *de regularib.* & Manuel 99. *regular. tom.* 2. *quæstione* 79. *art.* 2. dicunt monialem translatam ex legitima licentia ad instantiam suam in aliud monasterium, non delaturam secum dotem, quia solam tacitam conditionem habet, si professio sequatur, qua sequuta, remanet perpetuò eius monasterij. Et constat non esse simile de dote data pro matrimonio carnali; quippe dissoluto matrimonio per mortem viri, vel mulieris, hæc est necessario restituenda, eo quod solo matrimonij tempore pertineat ad virum: at dissoluta professione per mortem monialis, non restituitur dos parentibus eius, cùm eius dominium perpetuò in id monasterium transierit: si tamen posterius monasterium cogeretur illam admittere, tunc censeo à priori esse dotem reddendam, cùm non soleant moniales absque dote admitti, nec imputanda sit voluntaria admissio huic posteriori monasterio.

13 Hinc deducitur, religiosum hunc ad aliam religionem transeuntem nil posse secum deferre ex adquisitis priori monasterio, præter solas vestes, & has quidem ex tacita licentia: quippe concedens facultatem ad transitum, censetur concedere ad omnia, sine quibus transitus fieri nequit. *l. pontilium. ff. de vsufruct.* At nudus nequit commodè transire. Quare nec scripta à se elaborata portare secum potest, nisi essent inutilia primæ religioni, vel nisi crederet non fore ingratam superiori delationem: reliqua verò minimè, nisi relectis originalibus, vel eorum copiis, quibus efficeretur delationem non esse monasterio notam. Sic tradunt Nauarr. *lib.* 3. *consil. in* 2. *edit. tit. de regular. cons.* 55. *num.* 9. & 10. Manuel 99. *regular. tom.* 2. *quæstione* 79. *art.* 2. *fine.*

14 Secundò deducitur, quid dicendum sit de peculio concesso illi religioso, non ex bonis monasterij, sed à cognatis, vel extraneis, seu tempore professionis retentio: de quo sic distinguerem. Si peculium illud sit absolutè concessum, manebit omnino apud prius monasterium, quia est omnino in dominio monasterij, solo vsu per superiorem reuocabili concesso illi religioso: quare eo translato, remanebit apud prius, tanquam perfectè illi acquisitum. Si autem concessum sit ex lege, ne monasterium possit in id se intromittere, ita vt se intromittens illud perdat, casu quo graueum hoc potest apponi, de qua re diximus in hoc libro suprà, manebitque omnino in eo monasterio fructus ex eo peculio vsus-

vsque ad transitum percepti: quia eos tanquam sibi acquisitos potest monasterium non obstante ea conditione vendicare, vt diximus suprà. At in posterum acquirendi transibunt cum eo monacho, quia in eos ius non habet monasterium.

15 Tertiò deducitur, si quis instituatur cum conditione, vt sine liberis decedens restituat tertio, & profiteatur postea in monasterio, quo casu excluditur substitutus, vt diximus excludendum, ea bona remansura perpetuò in eo monasterio, eriamsi ille professus postea legitimè exeat, & moriatur extra monasterium: quia à tempore professionis validè fuit ius acquisitum monasterio. Sic Bald. *cap. in præsentia. numero 15. de probat.* Iason *l. cum fundus. §. seruum. in fine. ff. si certum petatur.* Atque idem dicendum est ob eandem rationem de bonis ad prius monasterium pertinentibus, dum religiosus hic viuit, eo quod de illis testatus sit, aliumque hæredem, aut legatarium instituerit, vel quia institutus est ante ingressum cum conditione, vt absque liberis decedens restituat tertio, estque casus in quo non excluditur ex professione substitutus, vel quia institutus est post mortem restituere alicui, mansura apud prius illud monasterium, quia non dicitur id monasterium tantùm vsufructuarium, sed verus horum bonorum dominus, dum religiosus ille superstes est, vt suprà probauimus. Vtrum verò transeat ad posterius monasterium vsufructus, qua ratione huius monachi gaudebat prius monasterium, an potius extinguatur, siue posterius sit capax, sine incapax succedendi; & quid de iure patronatus; & quid de bonis maioratus, dixi suprà.

16 Ad argumenta primæ sententiæ proposita numero 4. respondetur. Ad primum dico cum Couart. *cap. 1. numero 20. de testament.* spem succedendi non esse verè acquisitam ante parentum mortem, ita vt illa hæreditas inter bona iam quæsita computetur. Quod satis clarè indicat Glossa *eodem cap. vnic. verb. restituat*, dicens eam succedendi spem priori monasterio quæsitam, deficere ex eo quod persona monachi ab illo recedat ante veram acquisitionem. Ad secundum, & tertium constat ex prima & tertia ratione adductis numero 8. pro nostra sententia. Ad argumentum secundæ sententiæ adductum numero 7. respondeo, eos textus non loqui de religioso, qui transfertur ad aliam religionem, vt sit veritas illius religiosus, sed vt in criminis pœnam ibi detineatur gratia agendæ pœnitentiæ; de quo casu dicemus infrà.

17 Secunda difficultas. Quando transitus est licitus de monasterio capaci ad capax, & in priori delata est hæreditas morte testatoris; at ante eius additionem transfit religiosus, & professus est in alis religione, vtri ex his religionibus hæreditas acquiratur. Punctus huius difficultatis eò tendit, an quoad hæreditatis acquisitionem spectandum sit tempus, quo defertur, an potiùs tempus, quo aditur? Qua in re quidam existimant tempus additionis spectandum esse, atque ideo hæreditatem hanc spectare ad posterius monasterium. Ducuntur primò ex *l. si alienum. 49. §. in extraneis. ff. de hæred. instit. & §. in extraneis. instit. de hæred. qual. & diff.* ibi; *nam ius hæredis eò maxime tempore inspiciendum est, quo acquirit hæreditatem.* Secundò ex *l. 2. §. si duo sint hæredes. vers. si seruus. ff. de bonorum possess. secund. tabul.* vbi decidit, si seruus Sempronij institutus hæres, nec iussu à domino adire, alienatus in septimum, iubeatur ab hoc adire, huic posteriori acquirendam hæreditatem. Atque idem decidit *l. si seruus eius, qui. 81. ff. de acquirend. hæred.* Tertiò, quia ius adeundi monasterio competens est ratione personæ. *auth. ingressi. C. de sacros. Eccles.* Ergo translata persona debet hoc ius transferri. Nec obstat si dicas posse monasterium nolente monacho, aut eo mortuo adire; quippe id verum est monacho existente in eo monasterio, vel mortuo in eo, secus, si ad aliud translatus sit: atque sibi imputare debet Abbas, quod tempore habili non adierit. Nec etiam prodest priori monasterio priuilegium restitutionis prætendere, quod tempore habili non adierit hæreditatem, quia cùm certet aduersùs aliud monasterium æquali priuilegio gaudens, in eo casu priuilegia confunduntur, vt optimè ait Bartholom. Socinus *l. 1. §. per seruum. ff. de acquirend. possess.* Tandem, quia tempus aditæ hæreditatis inspicitur quoad eius acquisitionem. *l. si alienum. ff. de leg. 2. l. Antistius. §. si seruus. ff. de acquirend. hæred. & §. quod alienus quoque seruus instituit. de hæred. institut.* Et ideo hanc partem sustinent Bart. *l. 1. §. si seruus, in fin. iunctis princip. ff. de bonorum possess. secund. tabul.* Federic. *consil. 20. fin.* Baldus *l. si quis mihi. §. seruus, in fin. de acquirend. hæredit.* & ibi Angel. *num. 1.* Ioan. de Lignano, quem referens sequitur Imola *Clement. dudum, in fin. de sepultur.* Redoan. *de spol. eccles. quæst. 8. in princip. n. 80.* Gail. *in decis. Camere Imperial. lib. 1. decis. 26. num. 260.* Nicolaus de Vbaldis *de success. ab intest.* vbi de successione regularium. *2. p. n. vlt.* Atque eiusdem sententiæ sunt, quos referemus infrà, dicentes fratrè Minorem institutum hæredem, & sic incapacem tempore delatæ hæreditatis, succedere posse si tempore additionis sit effectus capax: eidem enim principio innituntur, quod capacitas tempore aditæ hæreditatis inspicienda sit. Et hæc quidem sententia amplectenda est, si sequamur opinionem communem iuris Cæsarei Doctorum, dicentem non esse integrum monasterio adire hæreditatem absque monachi facto, quam retulimus suprà, vt optimè aduertunt Alexan. *l. si quis mihi. 25. §. seruus. n. 3. ff. de acquir. hæred.* & ibi Aretinus *n. 2.* Imola *ibi. §. si seruus sitis. n. 2.* Paris. *c. in præsentia, num. 184. de probat.* & Beroius *consil. 16. n. 9. & 10. vol. 1.* Ludou. Romanus *l. si seruus eius, qui. num. 8. ff. de acquir. hæred.*

18 Cæterùm sustinendo nostram sententiam, quam amplexi sumus suprà, dicendum est, eam hæreditatem pertinere ad prius monasterium, in quo est religioso delata. Atque ideo priori monasterio integrum erit adire, excluso penitus posteriore, vt optimè aduertunt Beroius, Aretinus, Imola, Romanus, Alexand. & Paris. *n.* præceden. allegati. Ratio autem est, quia eo ipso, quod monacho hæreditas delata est, non est ipsi acquisita, nec ius adeundi in ipsum transit, sed vtrumque acquisitum est monasterio, absque vllo illius monachi facto. Ergo ob sequentem translationem in aliud monasterium, non debet prius iure sibi perfectè acquisito spoliari. Et ideo hanc partem sustinent Abbas *c. in præsentia. num. 77. de probat.* Beroius *ibi. num. 460. & cap. Raymutius. num. 38. de testam.* Curtius iunior *cons. 48. fin.* Couart. *c. 1. n. 11. de testam.* Molina *lib. 1. de primog. c. 15. n. 36. & 37.* Leonard *lib. 2. de iustit. c. 41. dub. 11. num. 88.* Atque eiusdem sententiæ sunt DD. quos referemus numero 22. dicentes, fratre Franciscano institutò hærede, & sic tempore incapaci delata ipsi hæreditate, eam transferri ad hæredes ab intestato, quamuis antequam illi adeant, fit religiosus ille factus capax, quia eidem fundamento innituntur, nempe, quia ius adeundi acquisitum per incapacis institutionem hæredibus ab intestato, non potest illis auferri per superuenientem illius religiosi capacitatem.

Ad argumenta contrariæ sententiæ proposita num. 19
17. respondetur. Ad primum dico, illos duos textus solummodo probare, ad perfectam hæreditatis acquisitionem potissimùm inspici tempus additionis, qua perfectè acquiritur, & adiens constituitur verus hæres: non tamen probare ius adeundi alteri acquisitum tempore delatæ hæreditatis, ipsi auferendum ob superuenientem instituti mutationem, vel capacitatem. Ad secundum dic, diuersum esse in seruo, quia cùm ipso inuito nequeat dominus adire hæreditatem, nullum adeundi ius acquisiuit dominus ex hæreditate seruo delata tempore

quo erat suus: quare eo alienato, id ius in sequentem dominum transibit, vt ex serui voluntate adeat. At monasterium, vtpote quod adire potest inuito monacho hæreditatem illi delatam, perfectum adeùdi ius ex tempore illius delationis comparauit. Ad tertium dic, quamuis ratio acquirendi iuris hæreditatis adeundæ competat monasterio ratione personæ in eo professæ, cui delata est, at competere vndique independenter ab ipsius voluntate, & ex mutatione personæ: vtpote quod non ipsi personæ, sed monasterio immediatè acquiritur, quamuis ratione personæ illius.

20 Tertia difficultas est, quando prius monasterium erat bonorum incapax; posterius autem capax, vel è contrà, vt si frater Minor licitè transeat ad religionem Carthusianam succedendi capacem, aut frater Dominicanus è sua religione capaci succedendi, transeat licitè ad religionem Minorum incapacem: & in vtroque euentu institutio est pura, id est, non sub conditione. Et quidem quando bona acquisita perfectè erant priori monasterio capaci, vel, si erat incapax, hæredibus ab intestato, eo quod ante translationem iam adierant hæreditatem, non est dubium illa permansura apud prius monasterium capax; vel, si erat incapax, apud hæredes ab intestato: quod iure sibi perfectè acquisito ob subsequentem incapacitatis, aut capacitatis euentum priuandi minimè sint.

21 Difficultas autem est, quando nondum adierant hæreditatem, sed solùm tempore professionis in posteriori erat iam delata. Huius difficultatis solutio pendet ex dictis in præcedenti difficultate: nam DD. qui asserunt tempus aditæ hæreditatis inspiciendum esse, & ad eum pertinere hæreditatem, qui tunc capax est, quamuis aliis esset antea delata, quos retulimus num. 17. dicunt, quando monasterium tempore delatæ hæreditatis erat incapax, & antequam hæredes ab intestato adeant, transitus fit ad monasterium capax, succedere monasterium capax in eam hæreditatem. Ducuntúrque rationibus ibi allatis; & in propriis terminis docent hanc sententiam Federic. *consil. 26. num. 2. & 3.* & Iacob. de Pistor. in quodam responso, quod refertur ad verbum *eod. cons. 26. n. 3.* Baldus *auth. ingressi. in fine. C. de sacrosanct. Eccles. & l. finali. §. hoc etiam cognitum. n. 9. C. de Episcop. & cler.* & ibi Fulgosius *num. 5.* Nicolaus de Vbaldis *de success. ab intest.* vbi de successione regularium *p. 1. num. 4.* Redoanus *de spol. eccles. quæst. 8. in princip. num. 22.* Paulus *l. gallus. §. & quid si tantum. num. 10. ff. de liber. & postum.* Romanus *l. si seruus eius, qui. num. 7. ff. de acquir. hæred.* Menchaca alios referens *in quæstionib. vsu frequent. lib. 1. c. 1. n. 25.* Tapia *d. auth. ingressi. verb. sua. cap. 6. num. 12. 13. 29. & 30.* & huic sententiæ fauet Angelus etsi aliquantulùm dubitans *l. his verbis. 48. §. interdum, fine. ff. de hæred. instit.* vbi ait fratre Minore institutò, & post facto capace, videri institutionem ex benignitate confirmandam: atque idem dicit Romanus, si postea factus sit frater ille Minor Episcopus.

22 Cæterùm dicendum est, inspiciendum esse tempus delatæ hæreditatis. Quare si tunc monasterium erat incapax, succedent hæredes ab intestato, & si tunc erat capax, illud succedet, non obstante transitu ante additionem hæreditatis facto ad monasterium capax, aut incapax. Probatur rationibus adductis *num. 18.* nec obstant contrariæ, quia illis satisfecimus num. 19. Item probatur, quia etsi monachus incapax succendendi in feudum, fiat ex dispositione Pontificia capax, succedet vtique, vt tradunt Bald. *consil. 275. num. 7. lib. 2.* Curtius iunior *de feud. 2. p. 2. principali. quæst. 20. vers. 6. limitatur. numero 28.* Afflict. *de feud. iur. §. de feud. defunct. content. in cap. qui clericus. num. 3.* Ducnas *regul. 103. num. 5.* At hoc intelligitur, si re integra ea capacitas superueniat, nempe ante mortem possessoris, cui succedendum erat; secus si posti, eo quod eum ius erat quæsitum: vt optimè distinguunt Iuris *rep. 2. que si prima causa beneficiorum. 14. ad fin. vers. sed quid si Princeps.* Præpos. *in feudis c. miles. de vassallo militis, qui arma bellica deposuit. num. 4.* & ibi Valeranus *num. 16. & 19.* Bramachar *de feud. c. qui clericus. num. 150. si de feud. defunct. content.* Chassaneus *de consuetud. Burgund. rubr. 7. §. 14. ibi, religiosus circa medium.* & *in fin. §. post n. 5.* Et ideo DD. omnes allegati num. 18. pro nostra sententia, sustinente ibi tempus delatæ hæreditatis inspiciendum, sunt etiam huius sententiæ, atque in propriis terminis illam tradunt Baldus *l. si alienum. §. in extraneis. ad fin. ff. de hæred. instit.* & ibi Imola *fin.* Faber *5. in extraneis. ad fin. instit. de hæred. qual. & differ.* Lapus in quodam responso, quod refertur inter consilia Federici *consil. 27. fin.* Griffol. de monte Politiano, & Franciscus de monte Altuo in quibusdam responsis relatis ad verbum inter eiusdem Federici consilia, *cons. 26. num. 3. & 4.* Beroius, licèt aliquantulùm dubitans, *c. in præsentia. num. 550. de probat.* Guillelmus Benedictus *c. Raymutius. verb. in eodem testament. relinquent. el 1. num. 125. de testament.* Angelus *summa. verb. religiosus. num. 34. fin.* Rosella *verb. religio. 4. num. 14.* Syluester *verb. religio. 4. q. 10.* Tabiena *verb. religio. q. 28. n. 29.* Portius *cons. 25. à n. 28. vsque in fin.* & maximè *num. 39. & 40.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. num. 105.* Bertrandus, & Mayner, quos refert, & sequitur Cald. *de nominat. amphyt. q. 12. num. 62.* Molina *lib. 3. de primog. c. 2. n. 17.* Meres *de maiorat. in priori edit. 1. p. q. 2. num. 23.* Aluarad. *de conuent. mente testat. lib. 2. c. 3. in princ. n. 11.* Anastasius Germonius *de sacror. immunit. lib. 3. cap. 4. num. 38.* Ludouicus de Casanet. *cons. 26. num. 12. & duplici seq. vol. 1.* Manuel *40. regul. tomo 2. quæst. 79. art. 1. ad finem.* Atque idem dicendum est, si post delatam hæreditatem in priori monasterio fiat Episcopus, pertinet enim ad prius monasterium, & non ad Ecclesiam: quia eadem militat ratio, vt bene tradunt Bald. Imola, Rosella, Syluester, Aluarad. ibidem. Nec admittenda est limitatio, quam tradit Beroius *ibi. numero 551.* dicens sententiam hanc intelligendam, nisi de licentia Abbatis transeat religiosus in diuersam religionem, quia tunc (inquit) attendi debet tempus aditæ hæreditatis, & imputetur priori monasterio, quod alienarit. At non est, inquam, admittenda, quia non ideo ius illud adeundi iam quæsitum independenter ab illius religiosi in ea religione perseuerantia, amittendum est, cùm nullo iure id probetur.

Quod si successio esset in maioratus Hispanos, es mi- 23
nus dubia esset; succederet enim is, qui tempore delatæ successionis est capax; quia, vt optimè probant Molina *lib. 1. de primog. c. 2. n. 18. & 19.* & alij, quos refert, & sequitur Meres *de maiorat. in priori edit. p. 1. quæst. 2. n. 12.* iura exigentia capacitatem hæredis tempore testamenti, & tempore delatæ successionis, & additionis, quæ referemus infrà, non procedunt in maioratibus Hispanis, sed in illis solùm delatæ successionis tempus spectatur; tempus enim testamenti in ea successione consideratur nequit. Tum quia tempore testamenti fere nullus ex vocatis vltra primos nominatos est in rerum natura, & proinde pauci tunc sunt capaces: tum etiam, quia ea iura loquuntur de successione ex testamento. At in maioratibus succeditur secundùm ordinem successionis ab intestato, nec tempore additionis consideratur habilitas: quod in eis additio non requiratur, sed in eo instanti, quo vltimus possessor obit, dominium, & possessio absque additione, & apprehentione ipsi sequenti vocato acquirantur, vt ibi latiùs probatur. Item, quia institutio in aliis vltra primam vocatum est conditionalis. Et sic in propriis terminis tradit Molina *ea c. 2. numero 16. & 17.* quamuis contrarium minus bene sustineat Meres *de maiorat. in 1. edit. parte 2. quæst. 3. num. 10. fin.* si tamen maioratus instituerentur in fratre Minori, & sic incapaci, non satis esset eum factum esse capacem tempore mortis instituentis, quo succedendum est: sed oportet, vt adsit nouus institutentis consensus. Item, quia tunc institutio non est condi-

tionalis habent conditionem, si hic superuiuat vltimo possessori, sed est pura; & ideo capacitas exigitur tempore institutionis, quia cùm à principio fuerit institutio nulla, nequit confirmari ex capacitate superuenienti absque nouo institutionis consensu; quod ex multis probat Meres *de maiorat. in priori edit. 1. q. 2. n. 23.*

24 Ex quo deducitur, quid in ea quæstione dicendum sit, si ex Pontificis dispensatione concedatur clerico, aut religioso militi, D. Ioannis, aut cuicumque alij religioso, vt vxorem ducat, an sit capax succedendi in maioratum habentem clausulam excludentem clericos, & religiosos, eo quod prolem habere nequeant, quæ in maioratum succedat? Videtur enim pars negans suaderi, quia restitutio Principis ex mera gratia concessa quantumcumque plenissima, est semper absque tertij præiudicio intelligenda *l. 2. in fin. C. de sentent. pass. & restit.* Bart. communiter receptus *in l. gallus n. 5. & quid si tantum n. 12. ff. de liber. & posth.* Ergo hæc indulgentia non debet operari in præiudicium aliorum ad maioratum vocatorum, qui ex puncto incapacitatis huius ius succedendi in illum, hoc excluso, acquisiere. Cæterùm distinguendum sic est: si dispensatio hæc concedatur post vltimi maioratus successoris mortem, ac iam alteri delatam successionem, excluso ob incapacitatem hoc religioso, vel clerico, nil prodest dispensatio quoad hanc successionem, quia iam est dominium sequenti successori acquisitum, quod dispensatio non auferet. Si autem ante hanc mortē contingat, succedet vtique, nec potest ob id dici dispensationem hanc aliquid in tertij præiudicium operari, qui hoc excluso succedere deberet: quia cùm capacitas successionis in maioratus spectanda sit tempore mortis vltimi possessoris, ius sequenti vocato acquisitum, excluso inhabili, intelligitur, si incapacitas duauerit vsque ad mortem vltimi possessoris, quo tēpore successio in maioratum deferenda est. Secundò, quia cùm hic factus incapax fuerit natus habilis, & subinde ex eo tempore ius ad maioratum haberet, non possunt successores conqueri, quasi damnum ex dispositione senserint, cùm non nouum ius concedatur, sed prius, quod suspensum erat, consolidetur. Atque ita in similibus terminis ob has rationes distinguit Molina *lib. 3. de primogen. c. 2. à num. 14. vsque ad 19.* tractans, an incapax ratione hæresis, aut criminis læsæ maiestatis, aut alia ex causa, restitutus beneficio Principis ad statū capacem, possit succedere in maioratum. Facit etiam quod citato Greg. Lopez *l. 2. verb. secunda nomine. vers. sed pone. tit. 15. p. 2.* & Ilern. & aliis, tradit Meres *de maiorat. p. 4. q. 15. n. 27.* vbi dicit restitutum à Principe, antequam sit criminis condemnatio, ob quod amittit maioratum, & sic ante ius sequenti vocato acquisitum, non illum amittere; secus si condemnatio criminis præcesserit, atque adeò iam sequens vocatus maioratum acquisierit.

25 Similiter caret dubio, si non esset hæredis institutio, sed legatum purè factum: tunc enim ad eius successionem sola capacitas tempore mortis testatoris exigitur. *l. si mihi, & ibi. §. regula. ff. de leg. 2. l. servus eius. ff. de acquir. hæred. l. reg. 1. fin. tit. 9. p. 6.* vt bene docent Gloss. *l. si alienum. 49. §. in extraneis. verb. hæreditatem. ff. de hæred. instit.* Faber *§. in extraneis. n. 5. instit. de hæred. qual. & differ.* & Crallus *de succes. ex testam. & ab intest. §. institutio. q. 28. n. 4.* Meres *de maiorat. in priori edit. p. 1. q. 2. n. 11.*

26 Hinc deducitur primò, per professionem in monasterio incapaci, non omnino, & irrecuperabiliter extingui ius succedendi, sed consopiri, & suspendi. Quare si professus in eo, ad ordinem capacem, vel Episcopatum legitimè transferatur, recuperat id succedendi ius priori professione consopitum, & quasi suspensum: quia ea succedendi incapacitas tandiu durat, quandiu ille professus manet ex professionis obligatione astrictus: & quamuis factus Episcopus non omnino à promissæ paupertatis voto eximatur, vt diximus; at non tam strictè eo ligatur, ac quandiu regulari obseruantiæ manet subditus. Atque est simile, quod deciditur *l. 1. vers. filio, qui mortis. ff. ad Tertull.* vbi ius succedendi non omnino seruitute pœnæ amittitur, sed suspenditur eo statu durante, & inde concessa beneficio Principis restitutione recuperatur. Et ita docent Bart. *tractat. Minoricarum. lib. 4. distinct. 3. c. 3.* dicens sic decidisse Franciscum de Assisio Doctorem antiquum, Portius latissimè probans *cons. 23. n. 28. vsque in fin.* Rosella *verb. religio. 4. n. 19.* Angelus *verb. religiosus. n. 34. fin.* Sylvest. *verb. religio. 4. q. 10.* Tabiena *verb. religio. q. 28. n. 19.* Bertrand. & Mayner, quos refert, & sequitur Cald. *de nominat. emphyt. q. 12. num. 61.* Natta *cons. 180. n. 5. vol. 1.* Tapia *auth. ingressi. verb. sua. c. 6. à n. 29. C. de sacros. Eccles.* Duenas *reg. 38. in 9. ampliat.* Manuel *qq. regul. tom. 2. q. 58. art. 7. & tom. 3. q. 69. art. 4. ad fin. & tom. 1. summa. c. 70. n. 6.* Leonardus *lib. 2. de inst. cap. 41. dub. 11. n. 88.* Molina *tom. 1. de iust. diff. 140. col. 1. vers. quando religiosus Minor.* Azor *tom. 1. lib. 11. c. 15. q. 5.* Idemque tradunt DD. allegati num. 22. in vltima ratione, quatenus docent, ius succedendi in feudum amissum per professionem in ordine incapaci, recuperari, si ante ius alteri per possessoris mortem acquisitum, is professus redeat in statum capacem. Id etiam fatentur DD. n. 21. citati, qui etiam iam hæreditate alteri delata id ius recuperari affirmant. Idemque docent authores allegandi infrà, dum tradunt etiam institutum tempore inhabili succedere, si sit suus hæres: & ampliant hoc Bart. Sylvester, Tabiena, Manuel triplici loco allegato, Tapia *eodem c. 6. n. 54.* vt sit verum, etiamsi frater hic Minor ab Episcopo, aut alio Prælato legitimè translatus esset ad aliam dignitatem. Secus tamen aiunt Bart. Rosella, Angel. Sylvest. Tabiena, Tapia *eodem c. 6. n. 55.* si religiosus hic ob sua demerita religione eiceretur, cum licentia transeundi ad monasterium capax; cùm enim absolutio ea sit in delictorum pœnam, æquum non est, vt inde id recuperandi iuris succedendi præmium reportet. Atque de fratre Minore expulso ob delicta, eum non recuperare ius succedendi, tradit Paris. *c. in præsentia. n. 185. de probat.* Verùm Manuel triplici loco allegato hanc limitationem iure optimo intelligit esse veram, quandiu religiosus ille manet in sæculo, aut est nouitius: nam cùm professione sequuta in posteriori monasterio capaci liberetur omnino vinculo prioris professionis, erit penitus, ac si nunquam in religione incapaci professus esset, ac proinde recuperabit pristinum succedendi ius. Atque idem ego intelligo, si post legitimam illam electionem promouereturlegitimè ad Episcopatum, aut aliam dignitatem, quia Ecclesia, cui tunc acquirit, non debet eo iure priuari ob præterita illa demerita, & quia iam est omnino nouus status, cui illa succedendi capacitas non repugnat.

27 Secundò deducitur, quid in ea quæstione dicendum sit, si frater Minor tempore, quo erat secularis, institutatur hæres, sibique per testatoris mortem hæreditas deferatur tempore illo habili; at antequam illam adeat, professeatur in eo Minorum ordine, & sic fiat succedendi incapax, an si hæreditate illa nondum adita per hæredes ab intestato, transeat hic frater Minor legitimè ad statum succedendi capacem, vt ad Episcopatum, vel ad religionem succedendi capacem, possit ei hæreditatem illam tempore habili sibi delatam adire, exclusis hæredibus ab intestato? Faber *§. in extraneis. n. final. instit. de hæred. qual. & differ.* censet hunc fratrem non succedere in eam hæreditatem, sed pertinere ad hæredes ab intestato. Ducitque, quia eo ipso, quod post eius delationem, eique nondum adita professus est in monasterio succedendi incapaci, visus est illi renunciare, iusque adeundi acquisierunt perfectè hæredes ab intestato, quo ob superuenientem illius religiosi capacitatem priuati non debent. At verius existimo, eam hæreditatis aditionem pertinere ad huiusmodi religiosum, aut eius nomine ad religionem capacem, in quam legitimè translatus est, exclusis penitus hæredibus ab intestato. Ducor, quia ita tempora inspicienda sunt ad hæredis quantumuis extranei

successionem, nempe, vt ille sit capax tempore confectionis testamenti, & mortis testatoris, quo defertur hæreditas, & eius aditionis: vt deciditur *l. si alienum. 49. §. in extraneis. eiusd. de hæred. qualit. & differ.* & *l. reg. 21. tit. 3. p. 6.* & tradunt omnes scribentes in iis locis. At hic hoc triplici tempore reperitur habilis; ergo succedet. Nec obstat ea tacita renunciatio, quia non est absoluta, sed tacitè imbibitam habet conditionem, nisi re integra, hoc est, ante aliorum hæredū aditionem fiat capax; & ideo sub hac tacita conditione est ius adeundi acquisitum hæredibus ab intestato. Et ideo hanc partem sustinent Federic. *cons. 26. n. 2. & 3.* Menchaca alios referens *in qq. vsu freq. lib. 1. c. 1. n. 25.* & eiusdē sententiæ videntur Greg. Lopez *ea l. regia 22. verb. tempore ales.* Aluarad. *de conciliatum mente testat. lib. 2. c. 3. in princip. n. 10.* Manuel *qq. reg. tom. 2. q. 79. art. 1.* aiunt enim videri sic dicendum, quamuis contrarium sustineat Faber loco allegato.

28 Tertiò deducitur, quid è contrà dicendum sit, si frater Minor hæres institutatur, & proinde tempore inhabili; at tempore mortis testatoris, quo defertur hæreditas, est factus capax, eo quod sit iam creatus Episcopus, aut professus in monasterio capaci, an succedat in illam hæreditatem? Quidam existimant eum non succedere, quamuis sit hæreditas paterna. Ducuntur, quod exigatur ad successionem non sola capacitas tempore mortis testatoris, sed etiam tempore confectionis testamenti; vt expresè habetur *l. si alienum. 49. §. in extraneis. ff. de hæredibus instit.* At hic erat incapax tēpore confectionis testamenti: ergo non succedet. Quod si dicas esse hunc hæredem suum respectu paternæ hæreditatis, & in hæredibus suis satis esse capacitatem tempore mortis paternæ, eo quod sui sint statim hæredes patre mortuo, *l. in suis. ff. de suis, & legit. hæred.* id non obstat, tum quia est solum mortis paternæ tempus spectetur ad inspiciendum an quis sit suus hæres: at quoad capacitatem attenditur etiam tempus confecti testamenti, vt docet Gloss. *eo §. in extraneis. verb. hæreditatem,* quam dicit Gregor. Lopez num. seq. allegatus esse communiter ibi receptam; tum etiam, quia cùm filius per professionem eximatur à patria potestate, nequit deinceps dici suus, eo vel maximè, quod cùm professio in ordine incapaci æquiparetur morti naturali, nequit amplius in illo professus dici suus hæres. Tandem, quia institutio ab initio inutilis nequit tractu temporis conualescere, vt habet *reg. penult. ff. de reg. iuris.* Et ideo hanc partem sustinent Baldus *ea l. si alienum. §. in extraneis, ad fin.* & ibi Imola *numero 10.*

29 At in hoc regno dicendum est, filium suum hæredem succederein eam paternam hæreditatem, in qua institutus est, & sic institutionem à principio inutilem, & irritam ratione incapacitatis instituti contingentis tempore testamenti, reddi tractu temporis validam, mutatione status instituti, qui tempore paternæ mortis iam factus est capax. Ratio est, quia *lex regia 22. tit. 3. p. 6.* decernit in hæredibus suis satis esse capacitatem instituti tempore mortis paternæ, quo illis hæreditas defertur, vt institutio valeat. Nec obstant in contrarium adducta n. præcedenti. Non primum, quia illa regula, vt capacitas sit necessaria etiam tempore testamenti, procedit in hæredibus non suis: & doctrina Glossæ communiter recepta in contrarium adducta, corrigitur per d. legem regiam. Nec alia pars illius rationis obstat; nam cum eximi filium à patris potestate ratione professionis, sit quidam fauor, in iis solis operatur, in quibus vtile est filio eximi, secus vbi id esset noxium; vt in hoc casu (vt probauimus *lib. 4. huius tract.*) Et ideo optimè Guillelmus Benedictus *c. Raynutius. verb. mortuus usque testat. ore. el 2. num. 10.* & *verb. si absque liberis,* vbi de vulgari, *à n. 87. vsque ad 90. de testam.* cum Bart. Baldo, & aliis, quos allegat, iustinet Episcopum, & monachum hæreditatem paternam non amittere instar hæredis sui, cùm à paterna potestate sint liberi; quia quoad eorum commodum non censentur liberi, sed in solis oblatis. Nec obstat etiam fratrem Minorem reputari mortuum, quia cùm suitas tempore mortis paternæ spectetur. *§. sui. ff. de hæred. qualit. & differ.* satis est hunc tempore eius mortis reperiri capacem, & ad pristinum statum restitutum, vt suus hæres dici valeat. Tandem non obstat regula iuris in contrarium adducta, quia intelligenda est, nisi nouus status superueniat sufficiens ad institutionis valorem. Et ideo hanc partem amplectuntur Gregor. Lopez *ea l. 22. verb. hæreditatem.* Aluarad. *de conciliat. mente testat. lib. 2. c. 3. in princip. n. 10.* Spino *speculo testam. glos. 12. princip. al. n. 38.* Manuel *qq. regulat. tom. 2. quæst. 79. art. 1.* & idem dicunt iure optimo Aluarad. Spino, & Manuel, si pater in eo institutione præferat filium fratrem Minorem in tertia, & quinta bonorum parte; valebit enim eo existente capace tempore paternæ mortis.

30 Quamuis autem priorem sententiam sequentes diceremus fuisse institutionem irritam, data tamen prædicta tempore mortis capacitate, posset hic filius nolle succedere virtute testamenti, sed tanquam hæres necessarius instar successoris ab intestato. Et ideo notanter dixit Gloss. *l. si alienum. 49. §. in extraneis. verb. hæreditatem. ff. de hæred. instit.* exigi capacitatem tempore testamenti, quando hæres necessarius vult virtute testamenti succedere, instar hæredis extranei; idque constat ex *toto tit. C. & ff. de succes. ab. intest.*

31 Quare si frater Minor ille institueretur hæres in testamento fratris, & sic institutio esset irrita ratione incapacitatis inuentæ tempore testamenti, non obstante capacitate tempore mortis fraternæ, quia vtroque tempore capacitas ad institutionis valorem desiderabatur, poterit, si non sit alius hæres in eo testamento substitutus, vel alius cohæres, cui portio illa accrescat, succedere ab intestato fratri illi vnà cum aliis fratribus, sicut succederet eo testamento non confecto; quia cùm institutio sic prorsus irrita, erit locus successioni ab intestato, à qua ille religiosus non excluditur, cùm tempore fraternæ mortis, quo succedendum est, reperiatur capax; quod constat ex dictis n. præcedenti.

32 Si autem institutio fiat ab extraneo, cui nullum ius succedendi est, præter quàm ex testamēto, contingit omnino institutio ratione incapacitatis reperta tempore testamenti: nam tunc, & tempore mortis testatoris, & aditionis hæreditatis capacitas exigitur ad valorem huiusmodi institutionis, vt diximus numero 27. & in hoc casu vera est sententia Baldi, & Imolæ, quam ibi retulimus.

33 Quartò deducitur, quid in ea quæstione dicendum sit, an si frater Minor non institutatur à parentibus ratione incapacitatis tempore testamenti paterni inuentæ, integrum illi sit postea facto Episcopo, aut ad monasterium capax translato, rumpere testamentum paternum instar posthumi postea nati? Fulgos. *l. fin. al. §. hoc etiam cognitum. n. 5. C. de Episcop. & cleric.* cogitandum reliquit, & subdit videri partem negantem tuendam, vt ei non sit integrum rumpere testamentum, per *§. in extraneis. instit. de hæred. qualit. & differ.* Sed sic distinguendum est: si capacitas illa sequatur post paternam mortem, non vtique rumpet testamentum; secus si ea parentum mortem præcedat, quia in priori casu, cùm iam hæreditas iure aliis hæredibus delata esset, ipso nunc succedendi incapaci, capacitas superueniens non lædet ius aliis hæredibus acquisitum: in posteriori autem, cùm tempore mortis quo succedendum est, sit successionis capax, erit legitimus hæres; quare si præteratur, habebit ius rumpendi testamentum.

34 Quintò deducitur, si quis pupillo hæredi substituitur esset ante ingressum monasterij incapacis, eum amittere ius illud succedendi pupillo per professionem postea in monasterio incapaci factam. At si tēpore mortis pupilli,

quo illi succedendum est, reperitur capax, eo quod sit factus Episcopus, vel professus in monasterio capaci, recuperabit ius succedendi amissum, ac proinde succedet; quia cùm tempore testamenti, & mortis pupilli, cui succedendum est, reperiatur capax, non obstat incapacitas medio tempore reperta, vt diximus numero 29. Atque ita docet Baldus *l. ex facto. §. final. ad finem. vers. in gloss. vt in querela. ff. de vulgar.* & ibi Angelus *num. 3. vers. item, ibi in seruitutem.* Natta *consil. 180. num. 5. vol. 1.* Aymon *cons. 152. n. 2. vol. 2.* Anton. Cucus *lib. 3 institut. maior. tit. 1. n. 108.* Tapia *authent. ingressi. verb. sua. c. 6. num. 31. C. de sacrosanct. Eccles.*

35 Cæterum ij DD. non explicant quid dicendum, si tempore huius substitutionis facta à testatore, substitutus hic esset professus in ordine Minorum, & sic incapax, an valeret substitutio ratione capacitatis superuenientis: nec similiter declarant, quid si incapax sit tempore, quo testator moritur; at capax tempore mortis pupilli. Et in priori casu, nempe, quando non erat capax tempore substitutionis, videtur substitutio irrita, quia ad valorem huiusmodi substitutionis testamentariæ, exigitur capacitas tempore testamenti, & tempore, quo hæreditas deferenda est; nec hic conferret, quod hæres sit suus, cùm substitutio videatur euanescere, quia cùm hæc non sit in bona parentis successio, sed in bona pupilli, nulla potest in hac successione considerari suitas. In posteriori autem casu, nempe, quando erat capax tempore substitutionis, & mortis pupilli; at incapax tempore mortis substituentis, videtur quidem hoc sufficere, quia ea substitutio est testamentum filij, vt constat ex *l. Papinianus. §. sed nec impuberi. ff. de inoff. testam.* Cùm ergo testamentum hoc sit pupilli, & ab eius morte substitutio, & successio effectum suum sortiantur, satis erit capacitas tempore mortis pupilli, quamuis incapacitas esset tempore mortis testatoris. Tandem, quia si quis nomine alterius potestate ab illo accepta testaretur, satis esset capacitas tempore testamenti, & mortis eius, cuius nomine ille testatur, & nil referret capacitas tempore mortis huius testantis. At patet in ea substitutione se habet instar testantis nomine alterius ex potestate sibi iure concessa ad sic testandum. ergo. Verùm in contrarium vrget primò, quod non sufficit pupilli mors ad effectum huius successionis; sed necessariò debet præmori testator pupillo. Ergo exigitur capacitas tempore mortis testatoris, & tempore mortis pupilli. Secundò, quia testamentum hoc pupilli non est omnino distinctum à principali substituentis testamento, sed pars est illius, vt expressè decidit *l. qui plures liberos, 38. in fin. ff. de vulgar.* quod adeò verum est, vt eius valor pendeat à testamenti principalis valore, vt constat ex *§. liberis autem. instit. de pupillar.* ibi; *pupillaris testamentum pars, & sequela est patrem testantis, adeo vt si patris testamentum non valeat, nec filij quidem valebit.* Cùm ergo, si frater ille Minor institueretur in testamento principali, irrita esset institutio, nisi capax esset tempore mortis testatoris, irrita quoque erit talis substitutio, vtpote pendens à valore principalis testamenti.

36 Cæterùm dicendum est, in vtroque casu valere substitutionem, & ideo ad eius valorem satis esse religiosum illum capacem esse tempore mortis pupilli. Et idem sentio de quibuscumque aliis substitutionibus, vt si aliquis grauetur hæreditatem restituere, si absque liberis decesserit, vel post suam mortem fratri Minori; satis enim est ad omnium substitutionum valorem capacitas substituti tempore mortis grauati, vel pupilli, cui succedendum est, quia omnes huiusmodi substitutiones sunt conditionales, nempe, si pupillus intra ætatem pupillarem decesserit, & si substitutus superuiuat grauato. At in institutionibus conditionalibus satis est capacitas tempore euenientis cõditionis, vt dicemus n. 41.

37 Sexrò deducitur, si quis ante professionem in religione succedendi incapaci, fuit reseruaret aliqua bona, vt ea liceret sibi petere, si fortè in ea religione non permaneret, cum postea factum capacem ratione transitus in monasterium capax, vel ad dignitatem Episcopalem, recuperaturum ea bona. Sic tradunt Natta *consilio 180. numero 2. & duplici sequenti. volum. 1.* Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 6 numero 32. C. de sacrosanctis Ecclesiis.*

38 Vltimò deducitur, si extaret statutum, vt existentibus masculis, fœmina non succedat, quamuis frater Minor ratione incapacitatis non obstet fœminæ successioni, obstituturum tamen eum si te integra, id est, antequam fœmina succedat, fiat legitimè Episcopus, aut ad monasterium capax transferatur. Sic Bald. *d. auth. ingressi. in fin.* Tapia *ibi. verb. sua. n. 6. n. 33.*

39 Id demum obseruandum est, cuius sint bona acquisita post licitum religiosi transitum è monasterio capaci ad incapax. Tapia *eodem cap. 6. num. 25.* dicit ea pertinere ad prius monasterium, quod posterius sit incapax, & pro se refert Paulum *l. quicquid filius. in fin. ff. de acquir. posses.* vbi adeò obscurè loquitur, vt semel, atque iterum eum legens, nequierim eius sententiam percipere. Cæterùm hoc non placet; quia cùm hic sit omnino à priori monasterio absolutus, non est cur illi acquirat: sed iudicandum est de illo, perinde ac si nullum aliud monasterium ingressus esset, sed à seculo ad monasterium incapax ingressus. Quare dicendum est, quod diximus suprà de bonis acquisitis à fratre Minore post professionem.

40 Quarta difficultas est, quando institutio non est pura, sed conditionalis, & in priori monasterio, aut ante ingressum in illud facta fuit; at in posteriori impletur conditio, vtrius monasterij ex illis sint ea bona. Molina *tomo 1. de iust. disputat. 140. col. 15. vers. quando religiosus.* reiecta communi sententia, quam num. sequenti referemus, sic distinguendum censet. Si mortuo testatore relinquente legatum, vel hæreditatem sub conditione, religiosus profiteatur in secundo monasterio ante impletam conditionem, pertinent hæreditas, & legatum sic relicta ad prius monasterium: si verò viuo testatore in posteriori profiteatur, pertinent ad hoc posterius, quia in priori casu per mortem testatoris ante professionem in posteriori monasterio cõparatur prius, cuius adhuc est ille religiosus, ius ad rem, etsi obtinendam ab impletæ conditionis tempore. At in posteriori, cùm testator nondum esset mortuus, legatum, & hæreditas minimè erant confirmata, ac proinde prius monasterium ius nullum ad rem comparatur dependenter à tali conditione obtinendam; ac proinde pertinebunt ad posterius monasterium.

41 Cæterùm absque dubio dicendum est, inspici tempus impletæ conditionis, & ideo illi monasterio acquirit hæreditatem, & legatum, in quo ille religiosus reperitur professus tempore impletæ conditionis. Ratio est, quia in vltimis voluntatibus spes non transfunditur ad hæredes; sed ad transmissionem, & acquisitionem, atque capacitatem acquirendi spectatur tempus impletæ conditionis, vt constat ex *l. si eum hæres. 4. ff. quando dies leg. ced. & regul. quæ legatæ. 18. ff. de regul. iur.* & præter Doctores statim allegandos docent Glossa *l. non ad ea. 88. verb. professi. ff. de condit. & demonst.* Fab. *§. in extraneis. numero 3. ad fin. milit. de hæred. qual. & diff.* Tiraquellus *de retract. lignag. §. 1. glossa 9. numero 34. 91. & 97.* Alexander, Ripa, Socinus, Hippolytus, quos refert, & sequitur Crall. *de success. ex testament. & ab intestat. §. institutio. quæstione 28. numero 3. & 4.* Peralt. *l. vnica. §. fundum. numero 5. ff. de leg. 2.* Meres *de maior. ætat. in priori edit. 1. part. quæstione 2. numero 11.* Barbosa *l. si constante. 21. §. finali. numero 4. ff. solut. matrimonio.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 22. numero 69.* Ludouicus de Casanere alios referens

referens *consilio 26. numero 16. volum. 1.* Ergo ad id monasterium pertinebunt hæreditas, & legatum, in quo reperitur religiosus tempore impletæ conditionis. Atque ita docent Archidiaconus *cap. vnic. in fine. 18. quæst. 1.* & ibi Bellamera *in fin.* Cardinalis *Clement. final. num. 18. quæst. 16. de elect.* & ibi Imola *num. 9. quæst. 7.* Bonifacius *num. 38. & 39. quæst. 7.* Romanus *l. si seruum eius, qui. num. 6. ff. de acquirend. hæredit.* Felinus *cap. in præsentia. num. 56. de probat.* Collect. quem refert, & sequitur Couarr. *cap. 1. num. 20. de testament.* Natta *consil. 180. num. 5. volum. 1.* Benedictus Egidius *l. Titia si non nupserit. 100. parte 1. num. 500. ff. de condit. & demonst.* Tapia *authentic. ingressi. verb. sua. cap. 6. num. 16. & duplici seq.* Azor *tomo 1. institutionum moralium. lib. 12. cap. 15. ad fin.* Manuel *2. tomo summ. cap. 11. num. 10.* Quare si tempore impletæ conditionis esset iam Episcopus, acquireret Ecclesiæ, vt bene tradunt Archidiaconus, Bellamera, Cardinalis, Imola, Bonifacius, Felinus ibidem. Nec obstat ratio in contrarium adducta num. præcedenti, quia etsi obierit testator ante professionem in posteriori monasterio, non acquisiuit prius monasterium ius ad hæreditatem, vel legatum, nisi dependenter à conditione impleuda tempore, quo professus in illo monasterio permaneret. Hoc tamen temperandum est, nisi institutio illa, aut legatum facta essent contemplatione prioris monasterij; tunc enim illi acquirerentur, quia perinde est, ac si illi relicta essent. Sic Romanus *eod. n. 6.* Tapia *eod. c. 6. n. 17.*

42 Quod si non institutio, aut legata essent, sed contractu conditionali aliquid deberetur religioso, vt si promissum esset illi aliquid sub conditione; tunc acquireretur monasterio, in quo tempore contractus, seu promissionis professus erat, quia in contractibus conditionalibus attenditur quoad transmissionem, & ius acquirendi, tempus contractus, vt expressè habetur *l. si fiticinaemil. 78. ff. de verborum obligatione. & regul. quæ legatæ. 18. ff. de regul. iuris.* Atque ita docent Cardinalis, Imola, Bonifac. *num. 40.* Archidiaconus, Bellamera, Couarr. Azor allegati num. 40.

43 Hoc tamen intelligendum est in conditionibus casualibus, quæ nimirum non pendent à voluntate eius, cui imponuntur; vt, promitto tibi, si nauis ex Asia venerit: secus in potestatiuis, quæ nimirum pendent à voluntate eius, cui imponuntur; vt, promitto tibi, si feceris hoc. Quippe in contractibus initis sub huiusmodi conditionibus non inspicitur tempus contractus, sed impletæ conditionis, quia casuales retrotrahuntur, non autem potestatiuæ, vt expressè habetur *l. qui balneum. 9. in princip. & l. potior. 11. in princip. ff. qui potior in pignor. hab.* atque ita docet Imola *Clem. final. quæst. 7. n. 9. de elect.*

44 Hinc deducitur primò, si institutus sub conditione, est capax tempore institutionis, & ante euentum conditionis efficitur incapax, vt quia professus est in ordine Minorum, & tempore euentis conditionis est capax, successurum, quia in his institutionibus conditionalibus attenditur capacitas tempore existentis conditionis, vt diximus numero 40. Sic Felinus *cap. in præsentia. numero 50. de probat.* Meres *de maior. ætat. in priori editione. parte 1. quæstione 2. num. 11.* Atque idem dicendum est, si toto priori tempore erat incapax; at tempore impletæ conditionis capax est: vt bene docet Natta *consil. 18. num. 5. vol. 1.* quia, vt probauimus *d. num. 40.* in eiusmodi institutionibus sola capacitas tempore impletæ conditionis petitur.

45 Ex his deducitur secundò, posse fratrem Minorem institui hæredem, non absolutè, sed in tempus, quo erit capax, quia, vt bene ait Gregor. Lopez *l. 22. verb. temporalis. tit. 3. parte 6.* tunc vnum solum tempus capacitatis inspicitur, nempe acquisitionis, vt expressè habetur *l. in tempus. 62. in princip. ff. de hæred. institut.* ibi; *in tempus capiendæ hæreditatis militem hæredem posse, benemi-*

lentia est, veluti, Lucius Titius cùm capere poterit, hæres esto. Idem & in legato.

46 Quinta difficultas est, an quando religiosus transfertur ad aliam regionem, non vt ibi profiteatur, sed quod delictorum suorum pœnitentiam agat, bona priori monasterio acquisita sint posteriori reddenda, & quid de acquisitis in posteriori? Et quoad priorem partem dicendum est, vsumfructum bonorum priori monasterio acquisitorum reddendum posteriori, dum in illo religiosus permanserit, ne monasterio posteriori, cui non deseruit, sed in illo inclusus est, onerosus sit. At proprietas in priori monasterio remanebit, cum qua consolidabitur vsusfructus mortuo, aut restituto illo religioso. Constat ex *cap. delapsis. 16. quæstione 6. & cap. si quis rapuerit. 16. quæstione 6* atque ita tradunt Glossa *eo cap. si quis rapuerit. verb. tantiori.* Goffrid. *summa. tit. de apostat. num. 11.* & ibi Hostiensis *num. 4.* Cardinalis *cap. quod à te. num. vnic. appos. 4. de cleric. coniug.* & ibi Ananias *num. 6.* Abbas *num. 6.* Petrus de Perus *tractat. de mutat. stat. Eccles. cap. 1. num. 3.* Aretinus *l. si quis mihi. 25. §. seruus. num. 2. ff. de acquirend. hæredit.* D. Antonius *3. parte. tit. 16. cap. 4. §. 3.* Syluester *verb. apostasia. quæstione 9. numero 12. & verb. religio. 4. quæstione 10.* Angelus *verb. monasterium. num. 6.* Rosella *verb. religio. 4. num. 11.* Armilla *verb. religio. num. 17.* & ibi Tabiena *quæst. 27. num. 28.* Couar. *cap. 1. numero 20. de testament.* Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 6. numero 37.* Molina *tomo 1. de iustitia. disputatione 140. columna 2. vers. quando religiosus.* Azor *tomo 1. institutionum moralium. libro 12. cap. 15. quæstione 3.* Manuel *quæstionum regularium tomo 3. quæstione 5. artic. 5.* & *in summ. tomo 2. cap. 31. fin.*

47 Hoc tamen intelligendum est non de integro eorum bonorum vsufructu, sed de ea quantitate, quæ ad victum, & vestitum, reliquaque illius religiosi alimenta necessaria sunt; quod id tantùm probet ratio allata. Atque ita explicant Archidiaconus *cap. delapsis. 16. quæstione 6. numero 1. & 3.* & ibi Bellamera *numero 2.* Turrecrem. *num. vnic. vers. stipendia.* idem Archidiaconus *cap. si quis rapuerit. numero 2. 27. quæstione 1.* Natar. *comment. 4. numero 24. vers. 11. de regul.* Menochius *de arbitrar. lib. 2. centur. 5. cas. 436. numero 18.* Manuel *quæstionum regular. tomo 2. quæstione 79. art. 1.* & *tomo 3. quæstione 52. art. 27. fin.* Quantitas autem hæc arbitrio prudentis relinquitur quanta debeat esse, vt bene tradunt Archidiac. *eo cap. si quis rapuerit. num. 2.* Menoch. *eo cas. 436. n. vltim.* Manuel *eod. art. 27. fin.*

48 Secundò intelligendum est, quando religiosus in posteriori monasterio esset inutilis: secus si illi deseruiret, ita vt obsequia præstita alimentis æquiualerent, vt diximus suprà, vbi disputauimus, quid dicendum quando nulla habet bona religiosi illius monasterium.

49 Quoad posteriorem autem partem, nempe quoad bona in posteriori monasterio acquisita, Petrus de Perus *tractat. de mutat. stat. Eccles. cap. 1. num. 4.* & Manuel *quæstionum regularium tomo 3. quæstione 5. art. 5.* dicunt acquisita tempore illius intrusionis pertinere ad hoc posterius monasterium. *§. si monachus reliquerit. in fin. authent. de sanctissimis Episcopis.* Tapia autem *authent. ingressi. verb. sua. cap. 6. num. 39. C. de sacrosanctis Ecclesiis*, sic distinguit: si prius monasterium habet aliqua eius religiosi bona, erunt posterioris, quæ postea acquisiuit; si verò prius nulla habeat, proprietas ad prius monasterium pertinebit, vsusfructus autem ad posterius, dum in eo religiosus commoratus fuerit. At fateor me neutrius sententiæ fundamentum reperire, & ideo censeo dicendum, ea bona pertinere ad prius monasterium deductis solis alimentis eius religiosi, casu quo alimenta sunt danda huic posteriori, iuxta dicta. Ratio est, quia hic est professus prioris, & solùm in posteriori est reclusus: at sola reclusio non dat ius ad

bona, sed professio per quam religiosus se & omnia sua religioni dedicat, iuxta *d. authent. ingressi*. Quare ea authentica intelligenda erit, quando prius monasterium huic posteriori non præbet alimenta; aut vetè in hoc posteriori profitetur.

50 Sexta difficultas est, an professus semper acquirat monasterio, in quo professus est, etiamsi ad aliud eiusdem ordinis sit translatus? Præmittendum est, tripliciter posse quempiam profiteri. Primò, obligando se religioni in vniuersum, seu in genere generalissimo, quando nimirum nulli religioni speciali se obligauit, sed religioni in genere, vt dixi *libro 4. huius tractat. cap. 26. numero* 37. & *cap. 27. numero* 8. Attento iure communi *cap. non solum. & cap. constitutionem, de regular. in 6.* professus in ordinibus mendicantibus ante exactum probationis annum, manebat obligatus non illi religioni, sed religioni in vniuersum; & similiter qui non præmisso nouitiatus anno profitebatur tacitè per triduum habitus professorum delationem. Secundo modo contingit profiteri in genere subalterno, quod contingit in religione habente vnum supremum totius religionis caput, & in qualibet prouincia vnum superius totius prouinciæ caput, ita vt religiosi ipsius certam sedem non habeant, sed superioris nutu ex vno in aliud monasterium transferantur; vt contingit in religionibus mendicantibus, & hodie in vniuersis ferè religionibus. Tertio modo est professio in specie specialissima, quando nimirum, etsi omnes religiosi sint sub vno capite, at è peculiari monasterio in quo profitentur, mutari non solent.

51 Quando ergo religiosus profiteatur in genere generalissimo, nulli nimirum se religioni speciali obligando, sed in vniuersum, quidam aiunt eum non sibi, sed Episcopo acquirere: quia censent eum esse verè professum, & Episcopum esse illi loco Abbatis. Sic docent Antonius *cap. in præsentia. numero* 64. *de probat.* & ibi allegato Federico Abbas *numero* 64. Mantuan. *numero* 79. Parisius *numero* 181. Beroius *numero* 544. addens, vel fortè dici posse hunc acquirere Ecclesiæ Romanæ, tanquam omnium religionum capiti. Sed Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 6. numero* 2. & 3. *C. de sacrosanctis Ecclesiis*, dicit hunc acquirere religioni in genere.

52 At cùm nos existimemus hanc esse veram professionem, sed ad summum in aliquo casu vim solius simplicis voti habere, vt probauimus *libro 4. huius tractat. cap. 26. num.* 28. dicimus hunc non Episcopo, sed sibi acquirere, quamuis volendo sibi acquirere, peccet contra simplex paupertatis votum, vt contingit in eo, qui simplici castitatis voto astrictus vxorem ducit. Atque ita docent Nauarr. *commentar. 2. num. 5. cap. 11. 4. de regular.* Azor *tom. 1. institut. moral. lib. 12. cap. 10. quæst. 4. ad fin.*

53 Quando professio est secundo modo, tradunt communiter DD. religiosos non acquirere ei peculiari monasterio, in quo professi sunt, sed toti ordini, & Generali incumbere huic, vel illi monasterio applicare, ac proinde nil referre in quo monasterio ille tempore acquisitionis commoretur; quia cùm totus ordo onus huius ingressi sentiat, totus quoque commodum sentire debet, *regul. qui sentit. de regulis iuris, in 6.* Sic tradunt Glossa *cap. de viduis. el 1. verb. propriis. 27. quæst. 1.* Antonius *cap. in præsentia. num. 64. de probat.* & ibi Abbas *num. 65.* Felinus *num. 54.* Beroius *num. 546.* Mantuanus *num. 79.* Parisius *num. 181.* idem Beroius *in suis. qq. quæst. 8; num. 4.* Romanus *l. si seruus eius, qui num. 11. ff. de acquirend. hæredit.* Angelus *summ. verb. hæred. num. 18.* Cabed. *in decisionib. Senat. Lusitani. parte 1. decis. 163. fin.* Azor *tomo 1. institutionum moralium. lib. 12. cap. 10. quæst. 4.* Et hoc est quod ait Nauarr. verbis subobscuris *comment. 2. num. 5. canell. 4. de regularib.* vbi ait professum non obligatum alicui monasterio speciali, sed toti ordini, vel parti illius, vt prouinciæ, acquirere toti illi, vel illi parti; & Emmanuel Sà *summ. verb. religio. num.* 28. vbi ait professum acquirere ordini, cui se profitendo dedidit; quod si generaliter profiteatur, nulli se monasterio addicens, eum acquirere toti ordini.

Sed quamuis attento iure communi ita dicendum sit, seruanda tamen sunt, & spectanda particularium religionum statuta à Sede Apostolica approbata, iuxta quæ ad hanc acquisitionem distinguitur, an professus moriatur in monasterio, in quo professus est, an in alio, & an bona sint mobilia, an immobilia: & iuxta illa iudicandum est, vt bene docet Nauarr. num. præcedenti allegatus. Atque ita Syluester *summ. verb. hæred. 1. quæst. 7. num. 10. dicto* 2. Armilla *verb. hæred. num. 8.* & ibi Tabiena *quæst. 15. num. 4.* dicunt consuetudinem fratrum Prædicatorum habere, vt illud monasterium succedat, vbi quispiam professus est, quia illius dicitur esse filius. Addunt Tabiena, & Armilla, nisi per Generalem cum consensu eorum, ad quos pertinet, transferatur filiatio in aliud monasterium; & consonat Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap. 6. num. 5. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi ait hodie introductas esse, quas vocant filiationes, ita vt quilibet professus dicatur eius monasterij filius, in quo professionem emisit, ad illudque regressum habeat, & ab eo alendus sit, & ideo professum illi monasterio acquirere. Sed (vt dixi) statuta, & consuetudo cuiusliber religionis seruanda sunt. 54

Quando vltimo modo fit professio, acquirit religiosus ei monasterio, in quo professus est, vt bene tradunt Antonius, & Abbas allegati numero 53. Beroius *cap. in præsentia. numero* 548. *de probat.* vbi bene limitat, nisi constet contemplatione posterioris monasterij, in quo inuenitur, id relictum, aut sub denominatione eius, quod tunc eius contemplatione præsumitur; vel nisi ex re, vel propter rem posterioris monasterij acquirat. Quod tamen intelligendum est, nisi consuetudo, aut statuta illius religionis aliud habeant; seruanda enim sunt, vt diximus numero præcedenti. 55

Septima difficultas est, si monasterium aliquod deleatur, cui acquirant monachi. Glossa finalis *cap. cum dilecta, de rescript.* & ibi Hostiensis *numero penultim.* affirmat monachos debere inter se diuidere bona monasterij destructi, quod, inquit, absurdum esset & contra votum, si intelligeretur ita, vt quilibet monachus habeat partem: sed intelligendum est, vt competat illis, vt vniuersis. Atque ita intelligitur *cap. in nullo. 18. quæstione 2.* quod est D. Gregorij *in regesto*, ibi; *res autem, quæ habent communes, secundum vsu eis competentia distribuantur*, vt bene animaduertunt Antonius *ibi. numero* 26. & Felinus *ibi. num.* 21. 56

Sed Tapia *authentic. ingressi. verb. sua. cap. 8. numero 2. C. de sacrosanctis Ecclesiis*, dicit se in ea esse sententia, vt bona hæc horum religiosorum personis ita cohæreant, vt vel de illis ædificent monasterium, si superiore careant, aut si illum habeant, & est remotus, simul viuant, & illis se alant. In casu tamen, quo superior deficeret, dicit habere locum doctrinam Baldi *l. hereditas. la 1. in fine. ff. de hæred. instituend.* vt summus Pontifex succedat; quod hæc dedicatio facta sit Deo, cuius ille vicarius est. 57

Verùm sic distinguendum censeo: si aliqua religio in vniuersum deleretur, religiosisque separatim viuere permitteretur, vt deleta sunt multæ per Gregor. X. in Concilio Lugdunensi, & refertur *cap. 1. §. 1. & sequent. de religiosis domib. in 6.* dominium, & administratio horum bonorum, ac reliquorum, quæ in posterum religiosi illi acquirerent, compararetur summo Pontifici, in cuius potestate nunc sunt vniuersi religiosi ab Epi 58

ab Episcoporum iurisdictione exempti. Quod si Episcopis essent (vt olim erant) subiecti, tunc dominium huiusmodi, & administratio Episcopis acquireretur. Ipsis autem religiosis solus facti vsus competit ratione voti paupertatis, à quo liberi non euadunt. Atque ita docent Azor *tomo 1. institutionum moralium. lib. 12. cap. 16. quæstione 10.* & consonat Felinus *ex cap. cum dilecta. num. 21. verb. destructo monasterio*, ait enim bona hæc pertinere ad superiorem, vt disponat de illis tanquam de bonis vacantibus. Quod magis placet, quàm quod ait Nauar. *commentar. 2. num. 54. init. de regularib.* vbi ait dominium eorum, quæ ij religiosi acquirunt, comparari Deo, & ius administrationis Episcopis, in quorum obedientiam ij recidunt, instar eiectorum à religione; ipsis verò religiosis solum facti vsum. Sed potiùs placet quod dixi ex sententia Azor, eiectos non recidere in obedientiam Episcopi, tanquam Prælati regularis, vt diximus lib. præcedenti.

59 Si autem religio non deletur, sed peculiare monasterium à Turcis, aut inundatione, aut alio modo destruitur, nec reædificatur, pertinebunt bona ad monasterium, ad quod illi religiosi transferuntur, quia succedit loco prioris, eiusque onera subiturum est. Atque ita docent Bartolus *l. quod seruus. 37. num. 2. ff. de stipulat. seruor.* Romanus *l. si seruus eius, qui. num. 13. ff. de acquirend. hæred.* Angelus *institut. de stipulat. seruor. in principio. num. 4.* Rebuffus *tractat. de nominat. rubric. de regia ad prælaturam nominatione faciendâ, super verb. concessa. vers. quid si monachus.* Petrus de Perus *tract. de mutat. stat. Eccles. cap. 1. num. 1.* Manuel *quæstionum regularium tomo 3. quæstione 5. articulo 4. & 6.* Quod si plures religiosi ad vnum monasterium confluant, iuxta maiorem translatorum quantitatem, erit maior bonorum quantitas applicanda monasterio, vt bene tradunt Petrus de Perus *eodem c. 2. n. 2 & 3.* Manuel *eodem art. 6.*

60 Octaua difficultas est, quando religiosus ex legitima Pontificis, aut superioris licentia extra monasterium viuit, cui acquirat. Et breuiter dicendum est, eum acquirere monasterio, quia maner verus illius religiosus: atque ita latissimè probat Riminaldus iunior *cons. 341. à numero 22. vsque in fin. & consil. 341. à numero 5. vsque ad 27. volum. 3. & consil. 154. à numero 3. volum. 2.* Molina *tomo 1. de iustitia. disputatione 140. columna 12. vers. idem dicendum est.* Gama *decis. 118. statim in principio.* Addit autem bene Molina hoc esse verum, etiamsi religiosus ille simul habeat facultatem conuertendi in suos vsus, aut in alios pios, ea quæ sua industria acquisierit; nam (inquit) quæ post mortem remanserint, cedunt monasterio, nisi facultatem habuerit à Papa de eis testandi, aut aliter disponendi, & reipsa iuxta eam disposuerit. Atque idem dicendum, seu bene ait proceedere, etiamsi talis religiosus esset ex Minorum ordine: quia bona, quæ hi vel donatione, vel propria industria acquirunt, pertinent ad monasterium quoad vsum, vt diximus. Similiter bene ait ibi Molina hæreditatem delatam monacho obuenire semper monasterio, nisi in ipsa facultate oppositum exprimatur.

61 Hæc autem intelligenda sunt, nisi regulares illi extra monasterium viuentes sint ex priuilegio Pontificio exempti omnino à Prælatorum obedientia; tunc enim acquirent Pontifici, cuius solius obedientiæ subsunt. Idque verum est siue acquirant ex aliqua pensione sibi à Pontifice concessa, siue ex eleemosynis, siue sua industria, siue successione hereditaria. Sic Azor *tomo 1. institutionum moralium. libro 12. cap. 10. quæstione 7.* & aliqui, quos tacito nomine refert Leonardus *libro 2. de iustitia. cap. 41. dubio 11. num. 89.* quorum sententiam ait esse satis rationi consonem, nisi consuetudo aliter habeat. Immo hodie indistinctè succedit in huiusmodi bona post obitum illius religiosi Camera Apostolica, siue ex testamento, siue ab intestato, sine occasione beneficij, aut alia quacumque via acquisierit, nisi haberet facultatem testandi, & de illis sit testatus: vt statuit Gregorius XIII. in quodam motu proprio, incipiente; *Officij nostri.* Sed clarè loquitur quando extra monasterium decedit, quia loquitur de successione post mortem; & ita explicat Azor *tomo 2. inst. mor. lib. 8. cap. 3 quæst. 15.*

SVMMARIVM.

Acquisita à religioso facto Episcopo, ad quem pertineant. num. 62.

Quid si successione, donatione, aut propria industria sint acquisita? n. 63.

Quid si religiosus ille fuerit Episcopus sit frater Minor? numero 64.

A quo tempore, nempe, an à tempore electionis, confirmationis, aut consecrationis incipiat Ecclesiæ acquirere? Refertur duplex sententia. n. 65. & 66.

Explicatur sententia authoris. n. 67.

Cui acquirat religiosus creatus Episcopus titularis. numero 68.

Cui religiosus accipiens Ecclesiam in commendam. numero 69.

Cui acquirat religiosus creatus Cardinalis. n. 70.

Cui acquirat religiosus ad beneficia alia inferiora promotus. Refruntur varia sententia à numero 71. vsque ad 75.

Explicatur sententia authoris. n. 76.

Quid si ille religiosus plura habeat beneficia? n. 77.

Cui acquirat religiosus habens pensionem ecclesiasticam. numero 78.

Cui acquirat religiosus fuerit Prior alterius monasterij. Refertur duplex sententia. n. 79. & 80.

Explicatur sententia authoris. n. 81.

QVÆSTIO posterior. Ad quem pertineant bona acquisita à religioso licitè creato Episcopo, vel Cardinali, aut translato ad aliud beneficium, aut habente pensionem, aut translato ad diuersi ordinis monasterium, vt superior illius sit? Hactenus in quæstione superiori tractauimus de acquisitis tempore ante promotionem ad Episcopatum, aut ad beneficium, & quando translatio ad alium ordinem perpetua fuit: nunc autem disputandum est de acquisitis post Episcopatum, beneficium, aut pensionem adepta, aut translationem temporaneam ad alium ordinem, ad munus superioris in illo obeundum; quæ satis confusè à Doctoribus tractantur, & ideo qua potuerimus claritate ac distinctione sigillatim de his agemus. Prima ergo difficultas est, quando religiosus ad Episcopatum promouetur. Constat apud omnes authores allegandos acquisita ab eo post Episcopatum adeptum ab ipso administranda esse, dum superstes fuerit, & eo defuncto non ad monasterium, sed ad Ecclesiam, cuius est Episcopus, ea pertinere. Sic enim diffinitur *cap. omnes. 18. quæstione 1.* quem textum præter omnes authores in hac disputatione allegandos, ita intelligunt Glossa *ibi. verb. legitimus*, ab omnibus recepta, & D. Thomas 2. 2. *quæstione 188. artic. 8. ad 3.* Speculatores *de statu monachorum. §. omnes. numero 29. quæstione 23.* Abbas *cap. final. numero 3. de regularibus.* Sotus *libro 10. de iustitia. quæstione vltim. artic. vltim. ad 3.* 62

Quod verum habet, etsi inter hæreditario ea bona post Episcopatum acquisita sint. Quod satis apertis verbis indicat textus *dicto cap. omnes.* atque docent Molina *tomo 1. de iustitia. disputatione 140. fine.* Leonardus *libro 2. de iustitia. cap. 41. dubio 11. numero 91.* 63

Manuel 97. *regular. tom.* 2. *q.* 18 *art.* 7. Atque idem dicendum est de acquisitis donatione, vt bene tradunt Leonardus ibidem, & Azor *tomo* 1. *instit. moral. lib.* 12. *c.* 10. *q.* 6. & idem dicendum est de acquisitis propria industria, aut labore, vt bene docent Couarr. *cap* 12. 19. *de testam.* Azor *ea.q.* 6. Manuel *ea.q.* 18. *art.* 6. Quod etiam docent DD. allegandi num. 71. & 73. cùm priores id dicant de acquisitis vndecumque à quolibet religioso promoto ad quoduis beneficium; posteriores autem id dicant indistinctè de acquisitis à religioso, cui alicuius Ecclesiæ regimen commissum est. Quamuis minus bene Doctores numero 75. allegandi dicant, sola acquisita ex re Ecclesiæ, vel operis, ac industria huius religiosi præfecti Ecclesiæ, acquiri Ecclesiæ; acquisita verò aliunde, vt successione, aut donatione, acquiri monasterio.

64 Quod quidem procedit, licèt religiosus ille factus Episcopus sit ex Minorum fratrum ordine, quia, vt probauimus supra à numero 27. is factus Episcopus ius succedendi parentibus, & agnatis, administrandique bona vndecumque acquisita, dum vixerit, recuperat. Quare ipsi mortuo succedit sua Ecclesia, sicut de aliis Episcopis religiosis diximus. Atque ita tradunt Dueñas alios referens *regula* 381. ampliatque Tapia *authentic. ingressi. verb. sua. cap.* 6. *numero* 87. Azor *tomo* 1. *institutionum moralium libro* 12. *cap.* 10. *quæstione* 6. & *cap.* 15. *quæstione* 3. Molina *tomo* 1. *de iustitia. disputatione* 146. *col.* 1. *versq; quando religiosus Minor.*

65 Difficultas autem est, à quo tempore religiosus factus Episcopus desinat acquirere monasterio, incipiatque Ecclesiæ acquirere. Quidam sentiunt incipere acquirere suæ Ecclesiæ à tempore confirmationis, possessionèque suæ Ecclesiæ accepta, licèt nondum sit consecratus, atque ita post Pontificis confirmationem, & acceptationem corporalis possessionis Ecclesiæ, quia licèt ante hanc acceptationem iurisdictione Episcopali potiatur; at non plenè in Ecclesiam dicitur translatus, donec corporalem eius possessionem nactus sit. Sicut nec miles ex vno exercitu ad alium transiens dicitur ex posteriori esse, antequam ad eum perueniat. *l. ex eo tempore. ff. de milit. testament.* Atque ita sentiant Glossa finalis *cap. 10. pro quinquiber.* 16. *quæstione* 1. & 18. *quæstione* 1. *in summa. adsin.* & ibi Turrecrem. *numero* 2. Hugo allegatus ibi per Glossam, Ancharanus *cap. cum olim. el* 2. *numero* 7. *de priuileg.* Imola *cap. vt vnusquisque. numero* 2. *opposit.* 2. *de pecul. cleric.* Beroius *in suis quæstionib. quæst.* 83. *numero* 1. Tapia *authentic. ingressi. verb. sua. cap.* 6. *numero* 83. *C. de sacrosanctis Ecclesiis.*

66 Alij censent à tempore creationis incipere acquirere Ecclesiæ, & vsque tunc acquirere monasterio: tum quod consecratione nomen Episcopi comparet, vt tradit Glossa *can.* 1. *verb. dedicanda, de religiosis domibus.* tum etiam, quia id videtur decidi *cap. vnic.* 18. *quæstione* 1. *Sacra ordinatio de monacho Episcopum facit*: & paulo inferius, ibi *postquam Episcopus ordinatur.* Atque ita videtur tenere Archidiaconus, quamuis verbis subobscuris, *cap.* 18. *quæstione* 1. *in summa. numero* 1. & tenent Hostiensis *cap. cum olim. el* 2. *numero* 10. *de priuileg.* Ananias *cap. fin. de alim. mun.* 8. *in fin. de regular.* Alciatus *cons.* 1. *num.* 22. *lib.* 1.

67 Cæterùm placet à tempore confirmationis Pontificiæ incipere acquirere Ecclesiæ, quia ex tunc est verus Episcopus à iurisdictione monasterij penitus exemptus, solique Pontifici subest. Non igitur iam monasterio acquirit, cum quo nullam communionem habet. Præterea, quia ex tunc omnia Episcopi munia, præter solą characterem Episcopalem desiderantia, obire potest, vt habetur *cap. reuersionis. in fin. de elect.* Tandem, quia Episcopus titularis nullius Ecclesiæ possessionem accipit; & tamen, vt dicemus numero sequenti, non acquirit monasterio. Et ita hanc partem tenet Manuel *tomo* 2. *summa.* 2. 70. *num.* 6. & 99 *regularium tomo* 3. *quæstione* 69. *art.* 4.

68 Rursus difficultas est, cui acquirat Episcopus titularis. Quidam existimant eum acquirere monasterio. Ducuntur, quod nullam sedem habeat. Sic tradunt Socus *libro* 10. *de iustitia. quæstione vlt. art. vlt. ad* 3. Manuel *quæstionum regularium tomo* 3. *quæstione* 69. *art.* 4. *fin.* Emmanuel Sà *in summ. verb. religio. numero* 32. Sed verius est, eum acquirere Pontifici, quia solutus est omnino à religionis obedientia, subesque immediatè Pontifici. Cùm ergo nullam in posterum cum monasterio communionem habeat, non ipsi acquiret, nec etiam Ecclesiæ, vt nullam sedem habens, sed Pontifici, cui soli subditur. Atque ita sustinet Azor *tom.* 1. *inst. moral. lib.* 12. *c.* 10. *q.* 7. *fin.*

69 Præterea dubitatur de religioso, cui non in proprietatem, sed in commendam datur Ecclesia. Quidam enim censent eum non Ecclesiæ, sed monasterio acquirere, quod non sit Ecclesiæ sponsus, nec plena inter vtrumque coniunctio. Sic tenent Corne. *consilio* 83. *initio. vol.* 2. Alciat. *cons.* 1. *num.* 30. *lib.* 1. Cæterùm hoc non credo, sed existimo eum acquirere Ecclesiæ, quia dum Ecclesiam illam administrat, est exemptus omnino à iurisdictione Abbatis, & in omnibus vices Episcopi gerit, eius munus obiens. Ergo in acquisitione est quoque Episcopo similis.

70 Tandem idem, quod diximus de religioso facto Episcopo, dicendum est de religioso facto Cardinali; is enim suæ Ecclesiæ acquirit, quia Cardinales dicuntur administrationem Ecclesiæ habere, & sunt omnino à monasterij iurisdictione exempti. Atque ita docet Riminald. *cons.* 342. *à n.* 28. *vol.* 1.

71 Secunda principalis difficultas est, cui acquirat religiosus ad alia beneficia inferiora prouectus. Diuersimodè sentiunt Doctores in hoc. Quidam loquentes indistinctè de beneficio, dicunt, quando beneficium, ad quod promouetur religiosus, non subest monasterio, eum acquirere Ecclesiæ, in qua beneficium habet, & idem si beneficium sit regulare sui ordinis, non subiectum illi pleno iure, sed ordinario, saltem quoad institutionem, & restitutionem. Idem si sit subiectum pleno iure, quando nequit religiosus ad nutum superioris amoueri, sed ex culpa sufficiente, siue id iure communi, siue consuetudine, siue priuilegio contingat. Ita docent Nauar. *commentar.* 2. *numero* 6. *de regul.* Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap.* 6. *numero* 8. *C. de sacrosanctis Ecclesiis.* Manuel *quæstionum regularium tomo* 1. *quæstione* 54. *art.* 7. addúntque Nauar. ibi, & Leonardus *libro* 1. *de iustitia. cap.* 41. *dubio* 11. *numero* 91. idem dicendum de quocumque beneficio regulari monachi, & subinde ad superioris nutum amobili: nam antequam amoueatur, & reuocetur ad claustrum, acquirit Ecclesiæ. Et subdit Nauar. *eodem numero* 6. & *numero* 10. hoc procedere non solùm in quæsitis ex fructibus beneficij, sed etiam in quæsitis aliunde, siue ex contractu, siue ex vltima voluntate, siue quomodocumque. Et huic sententiæ consonat Azor *tom.* 1. *inst. moral. lib.* 12. *cap.* 10. *q.* 6. vbi ait religiosum promotum ad quodcumque beneficium, siue simplex, siue curatum, acquirere Ecclesiæ, qualitercumque acquirat; & *quæst.* 7. id extendit, etiamsi sit manuale subiectum ordini. Consonat etiam Emmanuel Sà *summ. verb. religio. n.* 64. vbi indistinctè ait, religiosum beneficiarium acquirere suæ Ecclesiæ, & non monasterio.

72 Sed idemmet Nauarr. *comm.* 4 *n.* 69. *de regul.* & Leonard. *eodem dub.* 11 *n.* 91. limitant prædictam sententiam, vt religiosus habens parochiam, canonicatum, aut aliud beneficium, habentia corpus bonorum separatum ab Ecclesia, acquirat omnia quomodolibet acquisita suæ Ecclesiæ, & nil monasterio: si verò beneficium non habeat

habeat corpus bonorum ab Ecclesia separatum, sed ex Ecclesiæ bonis portionem recipiat, tunc sola ex beneficio acquisita acquirat Ecclesiæ; aliunde autem comparata acquirat suo monasterio. Atque hoc pacto conciliant contrarias opiniones statim referendas, vt opinio asserens hunc religiosum acquirere omnia Ecclesiæ, intelligatur in priori casu; asserens autem sola ex beneficio acquisita comparare Ecclesiæ, intelligatur in posteriori.

73 Alij absolutè docent, religiosum translatum ad beneficium acquirere Ecclesiæ, & non monasterio. Sic Abbas loquens de promoto ad Ecclesiam *cap. final. num.* 3. *de regularib.* & idemmet loquens de promoto ad dignitatem, & superioris nutu amouibili *cap. in presentia. num.* 67. *de probat.* & Cardin. loquens de beneficio curato *cap. quod ante. num. vnic. oppos.* 4. *de cleric. coniug.* & Nauarr. *lib.* 3. *consil. in* 1. *editione. tit. de regular. cons.* 70. *num.* 6. *in* 2. *tit. de stat. monachor. cons.* 13. *num.* 6. vbi ait, sicut religiosus cui Pontifex manuale beneficium, & ad nutum amobile contulit, non quærit monasterio, sed Ecclesiæ, ita maiori ratione idem dicendum de eo, cui suus Abbas contulit beneficium; & concludit *num.* 7. religiosum beneficiarium acquirere suæ Ecclesiæ, & translatum ad aliud beneficium acquirere alteri Ecclesiæ. Et idemmet Nauarr. *libro* 3. *consil. in* 1. *editione. tit. de donat. consil.* 6. *numero* 1. *in* 2. *libro* 2. *tit. de præsumpt. consil.* 2. *numero* 1. & Manuel *quæstionum regularium tomo* 2. *quæstione* 47. *art.* 7. dicunt indistinctè acquisita à religioso beneficiato acquiri Ecclesiæ: & concludunt Nauarr. vtrobique *numero vltim.* & Manuel *eodem art.* 7. hæc bona acquisita post beneficium adeptum, pertinere iure ad succedentem in id beneficium.

74 Alij, etsi fateantur religiosum prouectum ad Episcopatum, aut Cardinalatum acquirere Ecclesiæ: at id negant de religioso prouecto ad canonicatum, & sic ad simplex beneficium, dicúntque hunc acquirere monasterio. Sic Riminaldus iunior *consilio* 341. *à num.* 45. & *consilio* 342. *à numero* 28. *columine* 3. latius id probans.

75 Alij loquentes de religioso, cui commissum est alicuius Ecclesiæ regimen, dicunt acquisita ex re illius Ecclesiæ, vel operis suis, eum acquirere illi Ecclesiæ: at acquisita aliunde, vt donatione, vel successione, acquirere suo monasterio. Sic Bartolus *l.* 1. §. *si fructuarius. num.* 4. *ff. de stipulat. seruor.* Baldus *cap. in presentia. num.* 16. *de probat.* Angelus *institut. de stipulat. seruor.* § *final. num.* 1. Romanus *l. si seruus eius, qui. num.* 10. *ff. de acquir. hæred.*

76 Sed in tanta opinionum varietate, quando ex recepta consuetudine aliud non constat, placet sic distinguere. Si Ecclesiæ illi præfectus religiosus eximeretur integrè ab Abbatis obedientia, acquireret Ecclesiæ vndecumque acquisita, quia cùm nullam tunc habeat communionem cum monasterio, nil ei acquirit. Si verò manet subditus monasterio, acquirit Ecclesiæ acquisita ex Ecclesiæ rebus, vel operis suis; aliunde verò quæsita acquirit monasterio, quia Ecclesia videtur eius vsufructuaria. Sic tradunt Bartolus *l. si seruus communis. alias. ff communis seruus.* 27. *numero* 6. *ff. de stipulat. seruor.* & *l. sed & si quis stipulatur.* §. *interdum. ff. de vsufruct.* & Barbat. *ibi in addit.* Ancharanus *cap. cum olim. el* 2. *in fin. de priuileg.* & alij, quos refert Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap.* 6. *numero* 6. *C. de sacrosanctis Ecclesiis.* & hæc limitat, quando manet intra monasterium: nam si extra degat, succedit in ea bona Camera Apostolica, iuxta motum proprium Gregor. XIII. incipientem, *Officij nostri*, &c. quando autem manet subiectus Abbati, & quando non, diximus. Et iuxta hanc distinctionem approbo sententiam Gregorij Lopez *l.* 26. *verb. proprie. nt.* 7. *parte* 1. vbi loquens de Ecclesia parochiali sic distinguit: si illa pleno iure pertinet ad religiosos, acquirit religiosus illi præfectus suo monasterio, siverò pertineat ad Episcopum, quoad omnia acquirit Ecclesiæ, quia in priori casu manet subditus Abbati; in posteriori autem ab eius obedientia eximitur: si verò monasterium habeat in ea Ecclesia sola temporalia, cùm quoad illa subaeiatur Abbati, & quoad sola spiritualia Episcopo, acquirit monasterio. Intelligendas est autem iuxta prædictam Bartoli distinctionem, vt casu, quo acquirit monasterio, sit verum de acquisitis aliunde, quàm suis operis, aut re Ecclesiæ. Quippe hæc semper acquirit Ecclesiæ.

77 Tandem, si religiosus hic plura habeat beneficia, acquiret cuilibet illorum Ecclesiæ acquisita ex illorum fructibus secundùm fructuum quantitatem, quos ex quolibet beneficio percipit; vt expressè videtur sentire Bart. *l. sed & si quis.* § *interdum. ff. de vsufr.* & conferunt *l. seruus communis, & l. proinde. ff. de stipulat. seru.* quatenus decidunt, seruum pluribus communem acquirere omnibus pro iis partibus, pro quibus sunt eius domini. Atque idem videtur dicendum de iis, quæ religiosus ille suis operis, ac industria comparat, atque aliunde acquirit, quando ea acquirit Ecclesiæ, quia eo plus videtur esse minister, & vsufructuarius vnius Ecclesiæ, quàm alterius, quo maius stipendium ex vna, quàm ex altera percipit. Et ita hæc omnia tradit Nauarr. *comm.* 2. *n.* 7. *de regularib.*

78 Tertia difficultas est, cui acquirat religiosus habens pensionem aliquam ecclesiasticam ex Pontificis indulto: non enim est sermo de habente peculium ex superioris licentia, si illo quicquam acquirat, quia de hoc diximus supra; sed de religioso habente pensionem aliquam ecclesiasticam ex Pontificis indulto. Emmanuel Sà *summ. verb. religio. numero* 27. ait hunc acquirere pensionem monasterio. Sed dicendum est cum Nauarr. *comment.* 4. *numero* 68. *de regular.* ei religioso integrum esse, dum superstes est, eam pensionem, & occasione eius acquisita administrare, ob rationes quas ex ipso attulimus supra, ad probandum idem de peculio concesso religiosis, & eius occasione quæsitis. At aliunde quæsita pertinebunt omnino ad monasterium, & eo mortuo cessdus ex ea pensione, & occasione eius acquisita erunt quoque monasterij, quia ratione illius non eximitur à Prælati obedientia, & solam, dum vuit, administrationem habet. Nec huic sententiæ aduersatur quod tradit Azor *tomo* 1. *instit. moral. libro* 12. *cap.* 10. *quæstione* 7. *init.* vbi docet, omnia sine ex pensione, sine aliunde acquisita ab hoc religioso, acquiri Pontifici, quia loquitur quando viuit extra monasterium exemptus omnino à Prælati obedientia, ac immediatè Pontifici subiectus; quod etiam nos numero 61. approbauimus.

79 Vltima difficultas est, cui acquirat religiosus promotus ad Prioratum monasterij alterius ordinis. Quamotus ad Prioratum monasterij alterius ordinis. Quia in re satis confusè, & variè loquuntur authores. Quidam censent, religiosum hunc creatum Abbatem in alieno monasterio, quamuis reuocabiliter ad nutum Abbatis, vel alterius superioris, acquirere Prioratum. Sic tradunt Federic. quem refert, & sequitur Abbas *cap. in presentia. numero* 67. *de probat.* & ibi Alant. *num.* 80. Modicen. *in suis quæstionib. inscript. quæstione* 77. *fin.* Ioannes Andreas *addit. ad Speculat. rubr. de statu monach. versf. Pileum.* Alciat. *cons.* 1. *numero* 24. *lib.* 1. Leonardus *libro* 2. *de iustit. cap.* 41. *dub.* 1. *numero* 91. Quam sententiam refert *de iustit. cap.* 41. *dub.* 1. *numero* 91. Quam sententiam refert Dec. *ad cap. in presentia. in vnum addit. numero* 280. & tandem dicit aliter sentire Bartolus *l. si seruus communis. ff. de stipulat. seru.* Eandem sententiam sequitur Antonius *d. cap. in presentia. numero* 65. cum hac limitatione, si Prioratus administrationem habeat separatam à monasterio; nam si non sit separata, dicit eum acquirere monasterio.

80 Alij sic distinguunt: si Prioratus est de mensa prioris monasterij, acquirit priori monasterio; si verò separatus, ita vt hic Prior obedientiæ prioris monasterij liberetur, acquirit Prioratui: si verò non liberatur, & acquirit de rebus Ecclesiæ, acquirit illi. Idem si sunt illi relicta intuitu alicuius; si verò aliunde, etiam acquirit Prioratui. Sic Pazif. *cap. in præsentia. numero* 185. *de probat.*

81 Sed quæstionem hanc optimè decidunt Berotius *d. cap. in præsentia. numero* 549. & ipsum sequutus Rimnald. iunior *cons.* 342. *numero* 59. & 40. *volum.* 3. vbi sic distinguunt. Si religioso illi facto Priori alterius monasterij, relinquatur aliquid facta Prioratus mentione, vel acquirat aliquid ex re; vel propter rationem dicti Prioratus, acquirit Prioratui; secus si simpliciter aliquid sibi obuenisset ex testamento, vel ab intestato, vel aliunde: tunc enim censeretur contemplatione suæ personæ sibi relictum, & ideo acquireret monasterio in quo professus est. Quippe dignitas accidentalis non debet in dubio propriam, & originariam naturam alterare. *l. pia. ff. de fund. instruct.* & ideo præfertur monasterium, in cuius potestate est monachus, alij monasterio, in quo accidentaliter habet Prioratum.

CAPVT XXXIII.

Cui acquirant religiosi à potestate, vel à religione eiecti, siue transierint ad aliam religionem, seu ad aliud beneficium ecclesiasticum, siue non.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputandæ sint n. 1.

Cui acquirant apostatæ, & fugitiui à religione, quando ad aliam religionem, aut ad aliud beneficium non transierint. num. 2.

An per religiosos apostatas, & fugitiuos acquiratur bonorum per ipsos acquisitorum possessio religioso? numero 3.

Quid si hi sint in partibus remotissimis n. 4.

Quid si diu sint in libertatis possessione, & quomodo constare debeat eos esse religiosos? n. 5.

Quid si contradicente monasterio acquirant n. 6.

Quid si monasterium negligat eos reuocare n. 7.

Quid si monasterium sit succedendi incapax? n. 8.

Quid circa hæc sit dicendum attento quodam motu proprio Gregor. XIII. n. 9.

An apostatæ, & fugitiui, vel alij, qui mutant legitimè transiere ad aliam religionem, eo quod non seruarunt conditiones ad transitum licitum petitas, acquirant posteriori? Refertur quædam sententia. n. 10.

An illa sit vera sententia, quando monasterium mala fide recepit, & exigatur mala fides Prælati cum conuentu? num. 11.

Quid si tunc acquirat contemplatione posterioris monasterij? num. 12.

Quid si monachus fugitiuus, & apostatis possideatur bona fide à posteriori monasterio putatiuo? Refertur quædam sententia. n. 13.

Explicatur sententia authoris à n. 14. vsque ad 18.

An præsumatur legitimus transitus ex diuturnitate temporis, quæ religiosus est in posteriori monasterio? numero 19.

Cui acquirat religiosus apostata, vel fugitiuus, qui transit ad Ecclesiam secularem. Refertur duplex sententia. numero 20.

Explicatur sententia authoris. n. 21.

Post numerum 21. inuenies summaria, quæ desiderantur.

DVPLEX quæstio agitenda proponitur. Prior de apostatis, seu fugitiuis à religione: posterior de eis, qui ab ipsa ob propria merita sunt legitimè expulsi.

QVÆSTIO prior. Cui acquirant apostatæ, seu fugitiui à religione. Tripliciter se possunt hi habere. Primò, quando in eodem statu permanent. Secundò, quando mutarunt statum transeundo ad aliam religionem. Tertiò, quando mutarunt statum, eo quod ad Episcopatum, vel ad aliud beneficium ecclesiasticum promoti sunt. Et primò quando in eodem statu permanent, dicemus primum, quid iure communi statuatur sit; deinde, quid per quendam motum proprium. Et iure communi certum est hos acquirere monasterio; immo potest eos Abbas cum omnibus per ipsos acquisitis vendicare; quod expresè decernitur *c. Abb.* 18. *q.* 2. sicut idem contingit in seruo fugitiuo, qui à nullo alio domino possidetur. *l. 1. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poss.* & fatentur omnes DD. allegandi.

Immo per eos religiosos apostatas, & fugitiuos eorum bonorum acquiritur possessio monasterio, sicut patri per filium fugitiuum; quia ratio huius possessionis acquirendæ est sola potestas patris in filios, & Abbatis in religiosos; quæ ratione illius fugæ non cessat. Sic Bart. *l. 1. §. per seruum, qui in fuga. numero* 2. *ff. de acquir. possess.* & ibi Imola *num.* 30. Alex. *numero* 9. Iason latè probans *à num.* 13. *vsque in fin.* vbi alios contrarium tenentes reprobat. Ant. *c. cum olim. el* 2. *num.* 37. *de priuileg.* Card. *numero* 7. *vers. quæro, an possessio.* Innocent. *ibi. num.* 4. Ioan. Andr. *num.* 7. Hostiensis *n.* 23.

Quod quidem verum est, quantumcumque in partibus remotis sit ille apostata; quia ratione illius distantiæ ius monasterij nullum detrimentum pati debet. Sic Abbas *c. quod ante. numero* 7. *de cleric. coniug.* Rosella *in summ. verb. religio. 4. quæst.* 10. Tapia *auth. ingressi verb. sua. c.* 7. *num.* 1. *C. de sacros. Eccles.*

Nec distinguendum, an religiosi ij diu steterint in possessione libertatis, an non: quamuis aliqui, quos tacito nomine refert Antonius statim allegandus, dicant hos non acquirere monasterio, quando diu, id est, decennio, steterunt in libertatis possessione; sicut de seruo deciditur *l. per eum. ff. de acquirend. possess. §. fin.* Sed dicendum est, nullam temporis moram his religiosis prodesse, quin possint cum omnibus per eos acquisitis ab Abbate vendicari: quia text. *d. c. Abbates*, indistinctè loquitur. Atque ita docent Hostiensis *c. final. numero* 5. *de regul.* & ibi Andr. *numero* 2. Anton. *num.* 6. Cardin. *numero* 2. *quæstione* 1. Anchar. *numero* 10. Ananias *num.* 8. Henric. *numero* 1. Cuman. *l.* 1. §. *per seruum, qui in fuga. numero* 3. *ff. de acquir. possess.* D. Anton. 3. *part. tit.* 16. *c.* 5. §. 1. Sylvester *verb. apostata. quæst.* 9. *num.* 12. Tapia *eodem verb. sua. c.* 7. *num.* 2. Cabed. *in decis. Senatus Lusitani.* 1. *part. decis.* 196. *num.* 1. Quod quidem verum est, quando constat eos religiosos esse; quod si non constet, debet inquiri de plano, & sine libello, quia dedecet seruos Dei talibus strepitibus interesse. Atque ita docent Hostiensis, Ioan. Andr. Anton. Card. Anchard. Ananias, Henric. ibidem.

Insuper hoc verum est, quamuis religiosi illi apostatæ interdicente monasterio acquirant, quia interdictum monasterij solùm operabitur, vt religiosus ille acquirendo peccet; non tamen priuabit monasterium iure illa acquisita capiendi. Sic Innoc. *c. cum olim. el* 2. *num.* 3. *de priuileg.* & ibi Anton. *numero* 35. Hostiensis *numero* 12. Ioan. Andr. *numero* 5. Cardin. *numero* 4. *vers. quæ si verantur.* Anchar. *numero* 17. Henric. *numero* 4. Rosella *summ. verb. religio* 1. *num.* 1.

Sunt tamen hæc duplici limitatione temperanda. Prior est, nisi monasterium negligat eum religiosum apostatam repetere, de qua re dicemus.

Posterior limitatio est, nisi monasterium illius apostatæ, aut fugitiui sit incapax succedendi. Tunc enim succe-

succedent consanguinei illius, qui sunt hæredes ab intestato; sic Mandel. *cons.* 493. *num.* 1. *vol.* 3. Sed hoc verum habet, si monachus ille institueretur hæres, quod sit institutionis incapax, & monasterium eius nomine. At si extra hunc casum aliquid acquireret, id esset monasterij, quia si esset in monasterio, illi ea acquireret, vt diximus suprà.

9 Tandem hactenus dicta sunt vera, stando iure communi; nam attento motu proprio Gregor. XIII. incipiente, *Officij nostri*, regularis apostata non acquirit religioni, sed Cameræ Apostolicæ, quæ extra monasterium, & statum regularem comparat. Sic Nauarr. *lib.* 5. *consil. in* 1. *edit. tit. de regul. cons.* 80. *num. omic. in* 2. *tit. de statu mon. ab. cons.* 17. *n. vnic.* Sed ille motus proprius tantùm dicit succedere in hæc bona post mortem huius religiosi Cameram Apostolicam, & loquitur de bonis vndecumque obuenientibus, siue ex testamento, siue ab intestato, siue industria religiosi parata sint, siue quouis alio modo acquisita.

10 In secundo casu, nempe, quando regularis apostata, aut fugitiuus mutauit statum transiens illegitimè ad aliam religionem, aliqui absolutè, & indistinctè erudunt, eum reuocari posse ab Abbate suo cum omnibus bonis per ipsum acquisitis: quia cùm illegitimus sit transitus nullum ius cõparat posterius monasterium ad ea bona. Sic docent Hostiens. *cap. final. num.* 4. *de regul.* & ibi Ioann. Andre. *num.* 5. Anton. *num.* 8. Abbas *num.* 5. Cardin. *num.* 2. *quæst.* 3. Anchar. *num.* 10. Ananias *num.* 8. Henric. *num.* 2. Nicolaus de Vbaldis *de succes. ab intest. 2. part.* vbi de successione regularium. *num. vltim.* Rodoan. *de spol. eccles. quæst.* 8. *in princ. num.* 78. Petrus de Perus *de mutat. status Eccles. cap.* 1. *n.* 4. D. Anton 3. *part. tit.* 16. *cap.* 4. §. 3. & *cap.* 5. §. 1. Rosella *summ. verb. religio.* 4. *num.* 11. Angel. *verb. religiosus. num.* 44. Sylvester *verb. religio.* 4. *quæst.* 10. Armill. *verb. religio. numero* 17. & ibi Tabiena *quæst.* 27. *num.* 28. Nauarr. *comment.* 4. *num.* 24. *vers.* 11. *de regul.* Azor *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 12. *cap.* 15. *quæst.* 3. Molina *tom.* 1. *de iust. disput.* 144. *col.* 13. *vers. quando religiosus professionem.* Manuel *qq. regular. tom.* 3. *quæst.* 32. *art.* 27. & *tom.* 2. *quæst.* 79. *art.* 4. Cabed. *in decisionib. Senatus Lusitani.* 1. *part. decis.* 196. *num.* 1. Atque idem bene docent Petrus de Perus, & Cabed. ibidem, quamuis non essent apostatæ, nec fugitiui, sed minus legitimè transissent ad aliud monasterium, eo quod non seruassent conditiones iure ad transitum petitas.

11 At hæc sententia proculdubio vera est, quando mala fide possidetur à posteriori monasterio, sciente eum minus legitimè translatum esse; quippe tunc nullum ius in ea bona comparat: & sine monachus æquiparetur filio, siue seruo, nullatenus monasterium acquirit huiusmodi bona, quia nec seruus acquirit possessori malæ fidei. *l.* 1. §. *sed & per eum. ff. de acquir. possess.* nec etiam filius. *l. per eum, vt princip. ff. eodem tit.* & ita fatentur omnes DD. allegandi. Sed Roman. *l. si seruus eius, qui. num.* 12. *ff. de acquir. hered.* petit sub dubio, ac cogitandum relinquens, vt interuenisse mala fides Prælati cum conuentu, quasi mala solius Prælati fides nequeat in hoc casu præiudicare iori huius posterioris monasterij. At meritò reprobat Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap.* 8. *numero* 20. *C. de sacrosanct. Eccles.* quod hic agitur de bonis quærendis à posteriori monasterio ex persona huius religiosi. At in bonis quærendis solus Prælatus potest præiudicare.

12 Est tamen limitanda hæc sententia, nisi religiosus hic contemplatione posterioris monasterij aliquid acquisisset; id enim in illius vtilitatem monasterij cederet. *arg. ex c. requisisti, de restitu.* & ita docent Barth. Socin. *l.* 1. §. *per seruum, qui est in fuga. num.* 8. *ff. de acquir. possess.* Tap. *eodem verb. sua. c.* 6. *n.* 20.

13 At difficultas est, quando bona bona fide monachus hic fugitiuus, & apostata possidetur à posteriori monasterio. Nam DD. quos retulimus num. 10. videntur sentire, hunc acquirere priori monasterio, cùm indistinctè loquantur; & in propriis terminis tradunt Alexander *l. 1. §. per seruum, qui est in fuga. num.* 4. *ff. de acquir. possess.* Imola, & Paulus, vt eos refert Tapia *d. verb. sua. cap.* 6. *num.* 21. Idque probant, quia monachus æquiparatur filio, vel seruo, prout monasterio fuerit vtilius, vt diximus suprà. Sed in hoc euentu est vtilius monasterio priori, vt compareretur filio, qui quidem semper vero patri acquirit. *l. per eum. ff. de acquir. possess.* Ergo religiosus hic æquiparatus filio, acquiret priori vero suo monasterio, non autem posteriori putatiuo. Secundò, quia monachus cùm libet sit, non possidetur instar serui à domino putatiuo possessi; sed monasterium est in quasi possessione monasticæ potestatis, quam quidem non habet monasterium putatiuum, sed verum. Ergo non illi, sed huic acquirit.

14 Cæterùm in contraria opinione, & meritò sunt Bartol. *l. si seruus communis*, aliàs, *si communis seruus. 37. num. vltim. ff. de stipulat. seruor.* Roman. *l. si seruus eius, qui. num.* 12. *ff. de acquir. hered.* Berotius *c. in præsentia. num.* 549. *de probat.* vbi asserunt religiosum hunc acquirere monasterio posteriori bona fide possidenti, eodem modo, quo seruus acquirit domino putatiuo bona fide possidenti.

15 Et ideo sic distinguendum est: si religiosus hic acquirat ex solis monasterij putatiui rebus, vel ex illis simul cum operis suis, acquirit monasterio putatiuo, quia in actu acquisitionis magis æquiparatur religiosus seruo, quàm filio; ille enim omnia acquirit domino, sicut & religiosus monasterio: hic autem non omnia acquirit patri. *l. cum operis. & l. final. C. de bon. quæ liber.* At seruus bona fide possessus ab aliquo, illi acquirit, & non vero domino, quæ ex solis rebus domini putatiui, vel ex illis cum operis suis acquirit. *l. bona liber. §. quæquid. & l. si seruus, qui bona fide. ff. de acquir. rer. dominio.* Ergo idem dicendum est de religioso. Nec obstant contraria adducta num. 13. Nam ad prius respondetur, cùm id sit monasterij priuilegium, non integrum esse vero monasterio vti illo in præiudicium posterioris putatiui: sed si prius velit æquiparari filio, quia est ibi vtilius, posterius volet, vt æquiparetur seruo, eo quod id in maiorem vtilitatem suam cedat. Quare priuilegia, vtpote quæ æqualia sunt, confundentur ad inuicem. *l. sed & milites. ff. de excusat. tutor.* Ad posterius autem respondetur, monasterium putatiuum acquirere ratione monasticæ potestatis putatiuæ, sicut verum ratione veræ potestatis. Atque ita tradunt Ioannes Andre. *addit. ad Speculat. rubr. de stat. monach. vers. Pitus.* Bartbol. Socin. *d. l.* 1. §. *per seruum, qui est in fuga. num.* 12. licet in fine cogitandum relinquat. Aretin. *ead. l.* 1. §. *item acquirunt. n.* 58. Nauar. *commen.* 2. *num.* 50. *de regul.* & alij, quos refert, & sequitur Tapia *d. verb. sua. c.* 6 *n.* 21.

16 Aut religiosus hic putatiuus acquirit ex solis operis suis, & tunc Ioann. Andre. relatus n. præced. asserit hunc acquirere vero monasterio. *arg. l. per seruum. ff. de vsu. & habitat.* Sed contrarium tenet dicens acquirere monasterio putatiuo, Aretinus allegatus num. præced. quia *illa l. per seruum* loquitur in vsuario, & non in vsufructuario, cui videtur æquiparari bonæ fidei possessor. Idem videtur tenere Nauarr. alleg. eodem num. præced. loquitur enim disiunctiuè de acquisitis ex huius monachi operis, vel ex rebus monasterij. Idem tenet Azor *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 12. *cap.* 10. *quæst.* 1. Verùm Barthol. Socin. num. præced. allegatus defendit priorem Ioann. Andreæ sententiam, quamuis tandem cogitandum relinquat, quæ meo iudicio verior est. Et ideo dicendum est, hunc religiosum solis suis operis acquirentem acquirere vero monasterio: quia ratio illius text. *l. per seruum*, ob quam vsuarius non acquirit quæsita ex solis operis serui, est, quod illius operas locare nequeat. Quæ quidem procedit in monacho, cùm monasterium nequeat eius operas locare; & ideo potius comparandus est vsuario, quàm vsufructuario serui.

80 Alij sic distinguunt: si Prioratus est de mensa prioris monasterij, acquirit priori monasterio; si verò separatus, ita vt hic Prior obedientiæ prioris monasterij liberetur, acquirit Prioratui: si verò non liberatur, & acquirit de rebus Ecclesiæ, acquirit illi. Idem si sunt illi relicta intuitu alicuius; si verò aliunde, etiam acquirit Prioratui. Sic Pazif. *cap. in præsentia. numero* 185. *de probat.*

81 Sed quæstionem hanc optimè decidunt Berotius *d. cap. in præsentia. numero* 549. & ipsum sequutus Rimnald. iunior *cons.* 342. *numero* 59. & 40. *volum.* 3. vbi sic distinguunt. Si religioso illi facto Priori alterius monasterij, relinquatur aliquid facta Prioratus mentione, vel acquirat aliquid ex re; vel propter rationem dicti Prioratus, acquirit Prioratui; secus si simpliciter aliquid sibi obuenisset ex testamento, vel ab intestato, vel aliunde: tunc enim censeretur contemplatione suæ personæ sibi relictum, & ideo acquireret monasterio in quo professus est. Quippe dignitas accidentalis non debet in dubio propriam, & originariam naturam alterare. *l. pia. ff. de fund. instruct.* & ideo præfertur monasterium, in cuius potestate est monachus, alij monasterio, in quo accidentaliter habet Prioratum.

CAPVT XXXIII.

Cui acquirant religiosi à potestate, vel à religione eiecti, siue transierint ad aliam religionem, seu ad aliud beneficium ecclesiasticum, siue non.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputandæ sint n. 1.

Cui acquirant apostatæ, & fugitiui à religione, quando ad aliam religionem, aut ad aliud beneficium non transierint. num. 2.

An per religiosos apostatas, & fugitiuos acquiratur bonorum per ipsos acquisitorum possessio religioso? numero 3.

Quid si hi sint in partibus remotissimis n. 4.

Quid si diu sint in libertatis possessione, & quomodo constare debeat eos esse religiosos? n. 5.

Quid si contradicente monasterio acquirant n. 6.

Quid si monasterium negligat eos reuocare n. 7.

Quid si monasterium sit succedendi incapax? n. 8.

Quid circa hæc sit dicendum attento quodam motu proprio Gregor. XIII. n. 9.

An apostatæ, & fugitiui, vel alij, qui mutant legitimè transiere ad aliam religionem, eo quod non seruarunt conditiones ad transitum licitum petitas, acquirant posteriori? Refertur quædam sententia. n. 10.

An illa sit vera sententia, quando monasterium mala fide recepit, & exigatur mala fides Prælati cum conuentu? num. 11.

Quid si tunc acquirat contemplatione posterioris monasterij? num. 12.

Quid si monachus fugitiuus, & apostatis possideatur bona fide à posteriori monasterio putatiuo? Refertur quædam sententia. n. 13.

Explicatur sententia authoris à n. 14. vsque ad 18.

An præsumatur legitimus transitus ex diuturnitate temporis, quæ religiosus est in posteriori monasterio? numero 19.

Cui acquirat religiosus apostata, vel fugitiuus, qui transit ad Ecclesiam secularem. Refertur duplex sententia. numero 20.

Explicatur sententia authoris. n. 21.

Post numerum 21. inuenies summaria, quæ desiderantur.

DVPLEX quæstio agitenda proponitur. Prior de apostatis, seu fugitiuis à religione: posterior de eis, qui ab ipsa ob propria merita sunt legitimè expulsi.

QVÆSTIO prior. Cui acquirant apostatæ, seu fugitiui à religione. Tripliciter se possunt hi habere. Primò, quando in eodem statu permanent. Secundò, quando mutarunt statum transeundo ad aliam religionem. Tertiò, quando mutarunt statum, eo quod ad Episcopatum, vel ad aliud beneficium ecclesiasticum promoti sunt. Et primò quando in eodem statu permanent, dicemus primum, quid iure communi statuatur sit; deinde, quid per quendam motum proprium. Et iure communi certum est hos acquirere monasterio; immo potest eos Abbas cum omnibus per ipsos acquisitis vendicare; quod expresè decernitur *c. Abb.* 18. *q.* 2. sicut idem contingit in seruo fugitiuo, qui à nullo alio domino possidetur. *l. 1. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poss.* & fatentur omnes DD. allegandi.

Immo per eos religiosos apostatas, & fugitiuos eorum bonorum acquiritur possessio monasterio, sicut patri per filium fugitiuum; quia ratio huius possessionis acquirendæ est sola potestas patris in filios, & Abbatis in religiosos; quæ ratione illius fugæ non cessat. Sic Bart. *l. 1. §. per seruum, qui in fuga. numero* 2. *ff. de acquir. possess.* & ibi Imola *num.* 30. Alex. *numero* 9. Iason latè probans *à num.* 13. *vsque in fin.* vbi alios contrarium tenentes reprobat. Ant. *c. cum olim. el* 2. *num.* 37. *de priuileg.* Card. *numero* 7. *vers. quæro, an possessio.* Innocent. *ibi. num.* 4. Ioan. Andr. *num.* 7. Hostiensis *n.* 23.

Quod quidem verum est, quantumcumque in partibus remotis sit ille apostata; quia ratione illius distantiæ ius monasterij nullum detrimentum pati debet. Sic Abbas *c. quod ante. numero* 7. *de cleric. coniug.* Rosella *in summ. verb. religio. 4. quæst.* 10. Tapia *auth. ingressi verb. sua. c.* 7. *num.* 1. *C. de sacros. Eccles.*

Nec distinguendum, an religiosi ij diu steterint in possessione libertatis, an non: quamuis aliqui, quos tacito nomine refert Antonius statim allegandus, dicant hos non acquirere monasterio, quando diu, id est, decennio, steterunt in libertatis possessione; sicut de seruo deciditur *l. per eum. ff. de acquirend. possess. §. fin.* Sed dicendum est, nullam temporis moram his religiosis prodesse, quin possint cum omnibus per eos acquisitis ab Abbate vendicari: quia text. *d. c. Abbates*, indistinctè loquitur. Atque ita docent Hostiensis *c. final. numero* 5. *de regul.* & ibi Andr. *numero* 2. Anton. *num.* 6. Cardin. *numero* 2. *quæstione* 1. Anchar. *numero* 10. Ananias *num.* 8. Henric. *numero* 1. Cuman. *l.* 1. §. *per seruum, qui in fuga. numero* 3. *ff. de acquir. possess.* D. Anton. 3. *part. tit.* 16. *c.* 5. §. 1. Sylvester *verb. apostata. quæst.* 9. *num.* 12. Tapia *eodem verb. sua. c.* 7. *num.* 2. Cabed. *in decis. Senatus Lusitani.* 1. *part. decis.* 196. *num.* 1. Quod quidem verum est, quando constat eos religiosos esse; quod si non constet, debet inquiri de plano, & sine libello, quia dedecet seruos Dei talibus strepitibus interesse. Atque ita docent Hostiensis, Ioan. Andr. Anton. Card. Anchard. Ananias, Henric. ibidem.

Insuper hoc verum est, quamuis religiosi illi apostatæ interdicente monasterio acquirant, quia interdictum monasterij solùm operabitur, vt religiosus ille acquirendo peccet; non tamen priuabit monasterium iure illa acquisita capiendi. Sic Innoc. *c. cum olim. el* 2. *num.* 3. *de priuileg.* & ibi Anton. *numero* 35. Hostiensis *numero* 12. Ioan. Andr. *numero* 5. Cardin. *numero* 4. *vers. quæ si verantur.* Anchar. *numero* 17. Henric. *numero* 4. Rosella *summ. verb. religio* 1. *num.* 1.

Sunt tamen hæc duplici limitatione temperanda. Prior est, nisi monasterium negligat eum religiosum apostatam repetere, de qua re dicemus.

Posterior limitatio est, nisi monasterium illius apostatæ, aut fugitiui sit incapax succedendi. Tunc enim succe-

succedent consanguinei illius, qui sunt hæredes ab intestato; sic Mandel. *cons.* 493. *num.* 1. *vol.* 3. Sed hoc verum habet, si monachus ille institueretur hæres, quod sit institutionis incapax, & monasterium eius nomine. At si extra hunc casum aliquid acquireret, id esset monasterij, quia si esset in monasterio, illi ea acquireret, vt diximus suprà.

9 Tandem hactenus dicta sunt vera, stando iure communi; nam attento motu proprio Gregor. XIII. incipiente, *Officij nostri*, regularis apostata non acquirit religioni, sed Cameræ Apostolicæ, quæ extra monasterium, & statum regularem comparat. Sic Nauarr. *lib.* 5. *consil. in* 1. *edit. tit. de regul. cons.* 80. *num. omic. in* 2. *tit. de statu mon. ab. cons.* 17. *n. vnic.* Sed ille motus proprius tantùm dicit succedere in hæc bona post mortem huius religiosi Cameram Apostolicam, & loquitur de bonis vndecumque obuenientibus, siue ex testamento, siue ab intestato, siue industria religiosi parata sint, siue quouis alio modo acquisita.

10 In secundo casu, nempe, quando regularis apostata, aut fugitiuus mutauit statum transiens illegitimè ad aliam religionem, aliqui absolutè, & indistinctè erudunt, eum reuocari posse ab Abbate suo cum omnibus bonis per ipsum acquisitis: quia cùm illegitimus sit transitus nullum ius cõparat posterius monasterium ad ea bona. Sic docent Hostiens. *cap. final. num.* 4. *de regul.* & ibi Ioann. Andre. *num.* 5. Anton. *num.* 8. Abbas *num.* 5. Cardin. *num.* 2. *quæst.* 3. Anchar. *num.* 10. Ananias *num.* 8. Henric. *num.* 2. Nicolaus de Vbaldis *de succes. ab intest. 2. part.* vbi de successione regularium. *num. vltim.* Rodoan. *de spol. eccles. quæst.* 8. *in princ. num.* 78. Petrus de Perus *de mutat. status Eccles. cap.* 1. *n.* 4. D. Anton 3. *part. tit.* 16. *cap.* 4. §. 3. & *cap.* 5. §. 1. Rosella *summ. verb. religio.* 4. *num.* 11. Angel. *verb. religiosus. num.* 44. Sylvester *verb. religio.* 4. *quæst.* 10. Armill. *verb. religio. numero* 17. & ibi Tabiena *quæst.* 27. *num.* 28. Nauarr. *comment.* 4. *num.* 24. *vers.* 11. *de regul.* Azor *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 12. *cap.* 15. *quæst.* 3. Molina *tom.* 1. *de iust. disput.* 144. *col.* 13. *vers. quando religiosus professionem.* Manuel *qq. regular. tom.* 3. *quæst.* 32. *art.* 27. & *tom.* 2. *quæst.* 79. *art.* 4. Cabed. *in decisionib. Senatus Lusitani.* 1. *part. decis.* 196. *num.* 1. Atque idem bene docent Petrus de Perus, & Cabed. ibidem, quamuis non essent apostatæ, nec fugitiui, sed minus legitimè transissent ad aliud monasterium, eo quod non seruassent conditiones iure ad transitum petitas.

11 At hæc sententia proculdubio vera est, quando mala fide possidetur à posteriori monasterio, sciente eum minus legitimè translatum esse; quippe tunc nullum ius in ea bona comparat: & sine monachus æquiparetur filio, siue seruo, nullatenus monasterium acquirit huiusmodi bona, quia nec seruus acquirit possessori malæ fidei. *l.* 1. §. *sed & per eum. ff. de acquir. possess.* nec etiam filius. *l. per eum, vt princip. ff. eodem tit.* & ita fatentur omnes DD. allegandi. Sed Roman. *l. si seruus eius, qui. num.* 12. *ff. de acquir. hered.* petit sub dubio, ac cogitandum relinquens, vt interuenisse mala fides Prælati cum conuentu, quasi mala solius Prælati fides nequeat in hoc casu præiudicare iori huius posterioris monasterij. At meritò reprobat Tapia *authent. ingressi. verb. sua. cap.* 8. *numero* 20. *C. de sacrosanct. Eccles.* quod hic agitur de bonis quærendis à posteriori monasterio ex persona huius religiosi. At in bonis quærendis solus Prælatus potest præiudicare.

12 Est tamen limitanda hæc sententia, nisi religiosus hic contemplatione posterioris monasterij aliquid acquisisset; id enim in illius vtilitatem monasterij cederet. *arg. ex c. requisisti, de restitu.* & ita docent Barth. Socin. *l.* 1. §. *per seruum, qui est in fuga. num.* 8. *ff. de acquir. possess.* Tap. *eodem verb. sua. c.* 6. *n.* 20.

13 At difficultas est, quando bona bona fide monachus hic fugitiuus, & apostata possidetur à posteriori monasterio. Nam DD. quos retulimus num. 10. videntur sentire, hunc acquirere priori monasterio, cùm indistinctè loquantur; & in propriis terminis tradunt Alexander *l. 1. §. per seruum, qui est in fuga. num.* 4. *ff. de acquir. possess.* Imola, & Paulus, vt eos refert Tapia *d. verb. sua. cap.* 6. *num.* 21. Idque probant, quia monachus æquiparatur filio, vel seruo, prout monasterio fuerit vtilius, vt diximus suprà. Sed in hoc euentu est vtilius monasterio priori, vt compareretur filio, qui quidem semper vero patri acquirit. *l. per eum. ff. de acquir. possess.* Ergo religiosus hic æquiparatus filio, acquiret priori vero suo monasterio, non autem posteriori putatiuo. Secundò, quia monachus cùm libet sit, non possidetur instar serui à domino putatiuo possessi; sed monasterium est in quasi possessione monasticæ potestatis, quam quidem non habet monasterium putatiuum, sed verum. Ergo non illi, sed huic acquirit.

14 Cæterùm in contraria opinione, & meritò sunt Bartol. *l. si seruus communis*, aliàs, *si communis seruus. 37. num. vltim. ff. de stipulat. seruor.* Roman. *l. si seruus eius, qui. num.* 12. *ff. de acquir. hered.* Berotius *c. in præsentia. num.* 549. *de probat.* vbi asserunt religiosum hunc acquirere monasterio posteriori bona fide possidenti, eodem modo, quo seruus acquirit domino putatiuo bona fide possidenti.

15 Et ideo sic distinguendum est: si religiosus hic acquirat ex solis monasterij putatiui rebus, vel ex illis simul cum operis suis, acquirit monasterio putatiuo, quia in actu acquisitionis magis æquiparatur religiosus seruo, quàm filio; ille enim omnia acquirit domino, sicut & religiosus monasterio: hic autem non omnia acquirit patri. *l. cum operis. & l. final. C. de bon. quæ liber.* At seruus bona fide possessus ab aliquo, illi acquirit, & non vero domino, quæ ex solis rebus domini putatiui, vel ex illis cum operis suis acquirit. *l. bona liber. §. quæquid. & l. si seruus, qui bona fide. ff. de acquir. rer. dominio.* Ergo idem dicendum est de religioso. Nec obstant contraria adducta num. 13. Nam ad prius respondetur, cùm id sit monasterij priuilegium, non integrum esse vero monasterio vti illo in præiudicium posterioris putatiui: sed si prius velit æquiparari filio, quia est ibi vtilius, posterius volet, vt æquiparetur seruo, eo quod id in maiorem vtilitatem suam cedat. Quare priuilegia, vtpote quæ æqualia sunt, confundentur ad inuicem. *l. sed & milites. ff. de excusat. tutor.* Ad posterius autem respondetur, monasterium putatiuum acquirere ratione monasticæ potestatis putatiuæ, sicut verum ratione veræ potestatis. Atque ita tradunt Ioannes Andre. *addit. ad Speculat. rubr. de stat. monach. vers. Pitus.* Bartbol. Socin. *d. l.* 1. §. *per seruum, qui est in fuga. num.* 12. licet in fine cogitandum relinquat. Aretin. *ead. l.* 1. §. *item acquirunt. n.* 58. Nauar. *commen.* 2. *num.* 50. *de regul.* & alij, quos refert, & sequitur Tapia *d. verb. sua. c.* 6 *n.* 21.

16 Aut religiosus hic putatiuus acquirit ex solis operis suis, & tunc Ioann. Andre. relatus n. præced. asserit hunc acquirere vero monasterio. *arg. l. per seruum. ff. de vsu. & habitat.* Sed contrarium tenet dicens acquirere monasterio putatiuo, Aretinus allegatus num. præced. quia *illa l. per seruum* loquitur in vsuario, & non in vsufructuario, cui videtur æquiparari bonæ fidei possessor. Idem videtur tenere Nauarr. alleg. eodem num. præced. loquitur enim disiunctiuè de acquisitis ex huius monachi operis, vel ex rebus monasterij. Idem tenet Azor *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 12. *cap.* 10. *quæst.* 1. Verùm Barthol. Socin. num. præced. allegatus defendit priorem Ioann. Andreæ sententiam, quamuis tandem cogitandum relinquat, quæ meo iudicio verior est. Et ideo dicendum est, hunc religiosum solis suis operis acquirentem acquirere vero monasterio: quia ratio illius text. *l. per seruum*, ob quam vsuarius non acquirit quæsita ex solis operis serui, est, quod illius operas locare nequeat. Quæ quidem procedit in monacho, cùm monasterium nequeat eius operas locare; & ideo potius comparandus est vsuario, quàm vsufructuario serui.

17 Quando autem monachus hic puratinus acquirit aliunde, quàm ex rebus monasterij, aut operis suis, vt successione, donatione, &c. fatentur omnes cum acquirere vero monasterio, vt sentiunt Barth. Socinus n.14. Nauar. & Azor allegati num. præced. Tapia *eodem verb. sua c.6.n.23.*

18 Quod si dubiteur, an ex re monasterij, vel aliunde quæsierit, Bart. *l.cum fundus. §. seruum.ff. si seruus petat.* cogitandum relinquit, vbi DD. satis varij sunt, vt poteſt videri apud Alexand. *eodem §. seruum.num.vltim.* Sed breuiter dicendum est cum Roman. *eodem §. seruum.numero 14.* præsumendum esse in dubio ex re posterioris monasterij puratiui acquiri: quod idem sequitur Mandos *in addit. ad Cap. alleg. n.61 ad fin. verb. præsumendum,* Tapia *eodem verb. sua c.6.num.23.* Quod quidem temperant Roman. ibi, & Tapia *num.24.* dupliciter. Prius est, quando monachus recessit, & emit rem aliquam, quia tunc præsumitur ex bonis monasterij res empta: quod bene ait Tapia intelligendum, quando breui tempore extitisset in posteriori monasterio, secus quando longo. Posterius, quando secundum monasterium erat indigens, quia tunc, aut ex re primi monasterij, aut ex propria acquisitum præsumitur.

19 Superest explicandum, an præsumatur transitus legitimus, quando hic monachus steterit in posteriori monasterio viginti, vel triginta annis, sciente priori, nec contradicente, vt vel sic acquirat posteriori. Beroius *cap. in presentia. numero 76. de probat.* negat: quia etsi ex eo temporis diuturnitate præsumatur licentia transeundi, non tamen præsumitur iusta transitus causa, cùm tamen vtrumque desideretur *cap. licet, de regular.* At merito contrarium latissimè tenet Barth. Socinus *l.1.§. per seruum, qui in fuga, in fin. ff. de acquir. poss.ff.* quamuis fateatur se olim sæpius contrarium consuluisse. Idem tenet Tiraquell. referens duplex eiusdem Barth. Socin. consilium, *tract. de præscript. §.1. glos.4. numero 33. vers. 41.* quia ex temporis diuturnitate præsumitur res legitimè facta.

20 Tandem restat explicandum, quando hic monachus apostata, & fugitiuus mutatis statum transeundo ad Ecclesiam secularem. Quia in re communiter Doctores sic distinguunt: si religiosus hic acquirat intuitu Ecclesiæ, acquisita cedunt Ecclesiæ. *cap. cum in officiis, de testam.* si verò intuitu personæ, cedunt monasterio, quia cùm non sit legitimè promotus ad Ecclesiam secularem, manet religiosus sui monasterij. Quod si dubiteur, cuius intuitu acquisierit, standum est contecturis traditis *cap. requis. de testament.* vt si acquisierit à propinquo, censeatur ratione personæ acquirere: si verò ab extraneo, ratione Ecclesiæ. Sic tradunt Ioannes Andr. *cap. final. numero 3. de regul.* & ibi Anton. *numero 7.* Abbas *numero 5.* Anchar. *in fin.* Hentic. *numero 2.* Ananias *numero 8.* D. Anton. 3. *part. tit. 16. cap. 5. §. 1.* Tabiena *verb. religio. quæstione 27. numero 28.* & ibi Armil. *numero 17.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 16. q. 8.* Sed Card. *eodem cap. final. num. 2. q. 2.* reprobata hac distinctione, sustinet indistinctè religiosum hunc acquirere Ecclesiæ.

21 Cæterùm dicendum est, attento iure communi, priorem opinionem esse veram: at attento motu proprio Gregor. XIII. quem num. 9. retulimus, dicendum est, post mortem huius religiosi succedere in omnia ea bona quomodocunque acquisita, cùm extra monasterium parta sint, Cameram Apostolicam, intelligendo, quando extra monasterium obiit.

SVMMARIVM.

Quando monachus eiicitur iniustè, aut iustè non admittitur post fugam, aut tertiam, cui acquirat, si saluo Prælato in hoc delinquat. n.22.

Quid si delinquat Prælatus cum conuentu? Proponitur quædam sententia. n.23.

Explicatur sententia authoris, & ait reddenda sint ei bona antea monasterio acquisita. n.24.

Quando eiectio est iusta, cui acquirat. Proponitur quædam sententia. n.25.

Explicatur sententia authoris. n.26.

Ad quem pertinent bona per huiusmodi eiectos acquisita? Refertur quædam sententia. n.27.

Explicatur sententia authoris. n.28.

Quid si ad aliam religionem transeat? n.29.

Quid si ad aliam Ecclesiam, vel beneficium? n.30.

Quid dicendum sit, attento quodam motu proprio Gregorij XIII. n.31.

QVÆSTIO posterior. Cui acquirant eiecti à religione. Qua in re declarabimus priùs, quid iure communi inductum sit, deinde, quid attento nouissimo quodam motu proprio Gregor. III. & cùm eiectio possit esse iniusta, & iusta, de vtraque seorsum agendum est. Et primò quidem, quando eiectio est iniusta, quia vel religiosus iniustè eiectus est, vel si fuerit fugitiuus, aut apostata, aut iustè eiectus, & correctis iam moribus, petat admitti, sitque casus, quo monasterium teneatur eum admittere; communiter tradunt Doctores eum acquirere monasterio, quando culpa eiectionis, aut non admissionis est in solo Prælato, aut in illo cum minori conuentus parte, quia delictum personæ Prælati non debet in Ecclesiam redundare. *reg. debitum. 76. de reg. iur. in 6.* nec etiam delictum Prælati cum minori parte conuentus, vt bene notat Dyn. *in reg. delictum. in fin.* quia conuentus non est nisi in maiori parte. Præterea, quia compelli potest monasterium, vt admittat, eique alimenta præstet: quia hic agitur de iure acquisito ad bona ex parte religiosi legitimè professi, amittendo. Et ideo hanc partem sustinent Speculat. *tit. de stat. monach. §. vnico. numero 47. quæstione 41.* Archidiac. *cap. Abbates, in fin. 18. quæstione 2.* & ibi Bellamer. *el fin. vers. in gloss. ibi, recipere.* & *cap. quando. num. 11. de officiis dian.* Abbas *cap. sicut nobis, ad fin. de regul.* & *c. vnic. in fin. de infant. & lang. exposit.* vbi Anton. *numero 5.* Card. *numero 3.* Anchar. *numero 7.* Ioannes Andreas *numero 7.* & quatuor supradicti limitant, allegato Gofredo, dummodo transierit ad aliud monasterium; nam si non transit, acquirit adhuc primo. Sed non placet limitatio. Vide Imol. *Clement. 1. numero 39. de stat. monach.* & ibi Card. *§. at verò. numero 114. quæstione 11.* Hentic. *cap. final. numero 2. de regular.* Anchar. *cons. 352. numero 4.* D. Anton. 3. *part. tit. 16. cap. 5. §. 4.* Angel. *in summ. verb. monasterium. numero 6.* Sylues. *verb. apostasia. quæstione 9. numero 12.* Tabien. *verb. religio. quæst. 27. num. 28.* & ibi Armil. *num. 17.* Surd. *de alimentis. tit. 7. quæst. 35. numero 9.* Tap. *authent. ingressi. verb. sua. cap. 6. num. 50.* Humad. *31. gloss. 2. fin. tit. 7. partu. 1.* Molin. *tom. 1. de iustit. disp. 140. col. penult. vers. quoad votum.* Leonard. *lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 15. n. 112.*

Quando autem conuentus etiam in hoc delinquit, 22
nomine autem conuentus intelligitur maior pars, vt bene tradunt Angel. Sylues. Tabiena, Armilla, Molina, Leonard. numero præcedenti allegati, & Cardin. *cap. vnic. numero 3. de infant. & lang. exposit.* vbi Anton. *numero 5.* nec contradicit D. Antoninus ibidem citatus, petens totius conuentus culpam, quia in rebus à conuentu expediendis, quod maior pars efficit, dicitur totus conuentus efficere, vt constat ex *tito tit. de his quæ fiunt à maiori part. Cap.* Frequentissima Doctorum sententia asserit, religiosum hunc minimè acquirere monasterio: & à parte videntur intelligere nullam desiderari Iudicis sententiam, qua priuetur monasterium his bonis, quia ei innitunturationi, quod monachus hic habeatur pro derelicto, ac proinde monasterio derelinquenti non acquirat. Sicut nec seruus à domino derelictus acquirit illi. *l. quod seruus. 36. ff. de stipulat. seruor.* ibi; *quod seruus stipulatus*

stipulatus est, quem dominus pro derelicto habebat, nullius est seruus. Quia qui pro derelicto rem habet, omni modo à se reiicit, nec potest eius operis vti, quem merito iure ad se pertinere noluit. At ne seruus hic domino acquirat, nulla exigitur Iudicis sententia, vt ex prædictis textus verbis constat. Sic Glossa *c. Abbates. verb. quæ acquisierit. 18. quæst. 2.* & *c. vnic. verb. languidis. de infant. & lang. exposi.* & *c. sicut nobis. verb. & seminibus, de regul.* Gofred. *summ. tit. de apostat. num. 10.* & Hostiensis *sum. eodem tit. num. 4.* Barthol. Socinus *l. 1. §. per seruum, qui est in fuga. num. 6. ff. de acquir. posses.* Cardin. *c. quod a te. num. vnic. oppost. 4. de cleric. coniugat.* Ananias *c. sicut nobis, in fin. de regul.* Nicolaus de Vbaldis *de succes. ab intest. 2. p.* vbi de successione regularium. *num. vii.* Redoan. *de spol. eccles. quæst. 8. in princ. num. 76. & 77.* Speculat. Archidiac. Bellameta vtroque loco, Abbas vtroque loco, Ananias, Anchar. Henr. D. Anton. Angel. Sylu. Tabien. Armil. Surd. Tap. Humad. num. præced. allegati.

24 Cæterùm, quamuis hæc sententia frequentissima sit, existimo probabilius esse exigi sententiam Iudicis, quæ monasterium his bonis priuet. Ducor, quod longè diuersa ratio sit de hoc monasterio, ac de seruo à domino derelicto; quia hic veram libertatem acquirit, eo quod dominus illam poterat concedere, ac seruum derelinquens videatur in hac derelinquendi voluntate esse: at religiosus iniustè expulsus, aut iniustè non admissus, non euadit liber; monasterium enim non potest eum à votis absoluere, nec monasterium manet liberum ab obligatione huius religiosi admittendi, illique alimenta suppeditandi. Quare in solam delicti pœnam bonis ab huiusmodi religioso acquisitis priuatur. Ergo exigitur sententia Iudicis ad eam pœnam subeundam. Præterea, quia etiam bona ratione huius religiosi iam acquisita tenetur monasterium ei reddere, vt docent Baldus, quem refert, ac sequitur Surdus *de alimentis. tit. 7. quæst. 35. num. 10.* Ioan. Lup. *c. per vestras. notab. 3. in princip. numero 4. de donat. inter vir. & vxor.* Franciscus Lucan. *tract. de fisco*, vbi de publicatione bonorum, *num. 10.* (habetur *tom. 12. tract.*) At apertè constat, bona huiusmodi acquisita non teneri monasterium reddere, donec condemnetur. Et ideo hanc partem sustinet Molina *tom. 1. de iust. disput. 140. col. penult. vers. quoad votum*, Leonard. *lib. 2. de iustit. c. 41. dub. 15. numero 112.*

25 Superest difficultas, quando eiectio fuit iusta, vt quando religiosus iusta monasterij sententia ob propria delicta eiectus est. Quidam existimant eum acquirere monasterio. Ducuntur, quod monasterium iure acquisito per professionem ad omnia bona in posterum à religioso acquirenda, priuari non debeat ob religiosi delicta, iustamque eius à religione expulsionem: secta sustinent Molin. & Leonard. numero præced. allegati, & Gofred. relatus ab Abbate *c. vnic. ad fin. de infant. & languid. exposi.* cum hac limitatione, dummodo ea bona acquisita sint antequam religiosus ille ad aliam religionem transierit.

26 Sed multo verius est, hunc religiosum non acquisiturum in posterùm monasterio, quia iam amplius nullam cum illo communionem habet, iusque à monasterio acquisitum in bona in posterum acquirenda fuit, dum monachus in eo monasterio permaneret: secus de acquisitis post legitimum egressum. Atque ita docent Glossa *cap. vnic. verb. languidis. de infantib. & languid. exposi.* & ibi Abbas *ad fin.* Innocent. *c. cum olim. el 2. num. 1. de priuileg.* & ibi Ant. *num. 56.* Hostiensis *num. 12.* Ioan. Andreas *num. 5.* Card. *num. 4. vers. quod si est expulsus.* Anchar. *n. 17.* Hentic. *num. 5.* Bellamer. *c. quanto. numero 11. de offic. ordin.* & *c. Abbates, ad fin. vers. in gloss. ibi, recipere. 18. quæst. 2.* Rosell. *in summ. verb. religio. 1. num. 1.* Nauart. *commen. 2. num. 33. de regul.* Azor *tom. 1. institut. moral. lib. 12. c. 16. quæst. 9.*

27 Rursùs inter hos authores difficultas est, cui religiosus hic acquirat. Innoc. Bellamera *to c. Abbates*, Hostient. Ioan. Andr. Cardinalis, Hentic. Rosella num. præced. allegati dicunt hunc nulli acquirere. Sed hoc nullo modo placet, quia cùm eiusmodi bona non habeantur pro derelictis, debent in alicuius dominio esse, alias primo occupanti concederentur; & ideo ipsimet fubdunt, posse dici hunc religiosum Episcopo acquirere, atque ideo illum succedere in eius bona post mortem, quia incidit post expulsionem in Episcopi obedientiam. Idemque sustinent Anton. *c. cum olim. el 2. n. 36. de priuileg.* & ibi Anchar. *num. 17.* Bellamera *c. quanto. n. 11. de offic. ordinar.* Angel. *verb. monasterium. num. 6.* Sylues. *verb. apostasia. q. 9. num. 12.* Tabiena *ibi. quæst. 15. num. 18.* & *verb. religio. quæst. 27. num. 28.* vbi Armilla *num. 17.* Nauart. *commem. 2. num. 34. de regular.* Limitant Hostiensis, Ioan. Andr. Card. Anchar. Hentic. nisi Episcopus contra hunc religiosum procedens, eum curiæ seculari exposuisset. Sylues. etiam limitat, si religiosus hic non esset exemptus: nam si exemptus esset, asserit eum acquirere priori monasterio.

28 Sed verius est, bona huiusmodi religiosi pertinere ad Pontificem, vel Ecclesiam, vel Episcopum, instar bonorum, quæ vacantia dicuntur: quia nulla possunt esse bona, quorum dominium, vel ius administrationis non sit apud aliquem hominem, vel congregationem. Vnde sicut bona absque hærede decedentis reputantur tanquam vacantia, & ideo ad Principem, vel Rempub. deueniunt: sic acquisita à religioso hoc iustè eiecto pertinent ad ipsum quoad vsumfructum; at verò quoad ius administrationis ad Pontificem, qui est supremus Princeps, vel ad Episcopum in cuius diœcesi est, ac proinde in eius cura, & potestate viuit; & ideo eo religioso defuncto, ille vsus consolidatur cum iure administrationis, & plenè ea bona pertinent ad Pontificem, vel Ecclesiam, vel Episcopum. Et ideo hanc sententiam tenent Sayro *in clauis reg. lib. 6. c. 9. num. 28.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 11. c. 16. q. 9.*

29 Quod quidem intelligendum est de bonis acquisitis, antequam religiosus hic eiectus ad religionem aliam legitimè transierit; nam si in alia religione postea legitimè professus fuerit, illi acquirit: cùm enim legitimè sit professus, transeunt cum illo bona. Sic Angel. *verb. monasterium. num. 6.* Sylues. *summa. verb. apostasia. quæst. 9. n. 12.* & ibi Tabiena *quæst. 15. num. 18.* & *verb. religio. quæst. 27. num. 28.* vbi Armil. *num. 17.* Tap. *auth. ingressi. verb. sua. c. 6. num. 45. C. de sacros. Eccles.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 11. c. 16. q. 9.* Et acquisitis ante huiusmodi professionem fruetur id monasterium, dum religiosus hic superstes fuerit, sicut ipse frui debebat: at eo defuncto, ea pertinebunt ad Cameram Apostolicam, aut Episcopum, vt diximus num. præced. Quia illi iuri per ipsos quæsito non derogat professio sequens, nec potest plus iuris ad monasterium transferre, quàm ipse in ea bona habebat. Quod si hoc posterius monasterium fuerit succedendi incapax, non explicant ibi DD. ad quem pertineant bona post professionem acquisita. Sed in hoc dicendum est, vt diximus de quibuscumque bonis acquisitis à professis in monasterio incapaci, quia eadem ratio est.

30 Similiter si hic eiectus transierit legitimè ad aliam Ecclesiam, aliúdve beneficium, acquiret illi, sicut de aliis religiosis diximus c. 32. numero 62. & 76. & ita docet Tabiena *verb. religio. quæst. 27. num. 28.* Armil. & Azor allegati num. præced. Leonard. *lib. 2. de iust. c. 41. dub. 15. num. 112.*

31 Tandem hæc vera sunt attento iure antiquo; nam attento motu proprio Gregorij XIII. quem explicuimus num. 21. dicendum est, omnia per huiusmodi religiosum vndecumque acquisita pertinere ad Cameram Apostolicam post eius obitum, si extra religionem decedat. Quare si intra aliam obeat, dicendum erit idem, quod numero 29 diximus.

CAPVT

CAPVT XXXIV.

Cui acquirant conuersi, & oblati, ac fratres Xenodochij Ioannis de Deo, ac verè professi, dolo tamen Abbatis ad profitendum inducti.

SVMMARIVM.

Cui acquirant conuersi, & oblati, ac fratres Xenodochij Ioannis de Deo. num.1.

Cui acquirant veri professi, dolo tamen Abbatis ad profitendum inducti. Refertur textus, ansam difficultatis præbens, & proponitur sententia authoris. num.2.

An exigatur, vt dolus ille causam contractui det? num.3.

An exigatur, vt decipiens ducatur anarisma acquirendi bona? num. 4.

An exigatur, vt is dolus procedat ab Abbate cum consensu Capituli: Refertur quædam sententia. num.5.

Explicatur sententia authoris. num.6.

An sufficiat dolus ab aliis monachis procedens? num.7.

An sufficiat, si Abbas doli conscius admittat professionem, vel si quando post professionem est doli conscius? n.8.

An oriatur sinistra fraudis suspicio ex iuramento adhibito in ingressu cum bonorum oblatione? num.9.

An hoc professo instituto in sæculo cum conditione, vt si absque liberis decedat, restituat cuidam substituto, professio hæc excludat substitutum? num.10.

Quomodo textus hic obliget, cum sit ex Concilio prouinciali desumptus. num.11.

An exclusio hæc monasterij à successione in bona monachi dolo indulti, habeat locum in foro conscientiæ? num.12.

1 DE conuersis, & oblatis breuiter dico, conuersos, qui verè professi sunt, acquirere religioni, sicut acquirunt cæteri professi choro deputati. Quod bene docet Tapia *auth. ingressf. verb. sua c.10. num.8.* At verò oblati, qui non profitendo se & sua dedicant Ecclesiæ seculari, aut regulari, cùm proprij capaces sint, nec in ea simplici bonorum dedicatione comprehendantur bona futura, vt relato Abbate tradit Tap. *eo c.10. num.14.* acquirunt sibi, & in eorum bona legitimi eorum hæredes succedunt. Atque idem dicendum esset de fratribus Xenodochij Ioannis de Deo, antequam essent veri religiosi: tam verò post constitutionem Pauli V. quam retulimus c. 8. num. 44. in qua declarat eos esse veros religiosos, idem dicendum est de illis, quod de aliis religiosis in superioribus diximus.

2 Circa legitimè autem professos, at dolo Abbatis, non tamen sufficienti ad professionem irritandam, inductos, est specialis difficultas (nam quando professio non fuit valida, satis dictum est sup.) & dubitandi ansam præbet textus *c. final. 20. quæst.3.* qui eisdem prorsus verbis habetur etiam *c. penult.16. quæst.7.* estque desumptus ex Concilio Moguntinensi, vbi hæc verba habentur. *Constituit sanè sacer ipse conuentus, vt Episcopi, sine Abbates, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quosdam homines circumueniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione surripuerunt, præuentia canonica, sicut turpis lucri sectatores, subiacent. Hi verò, qui eis sua commendauerunt, in eo quod caperunt, perseuerare cogantur: res verò eorum hæredibus reddantur.* Ratioque huius decisionis est, quod bonorum oblatio ex professione consurgens sapiat naturam contractus bonæ fidei; omnes enim contractus de iure canonico sunt bonæ fidei, teste Bart. *l.1. C. de plus petition.* & in his dolus dans causam contractui, vitiat illum ipso iure, vt notant scribentes *l. & elegantes. ff. de dol.* Quam rationem tradunt Archid. *c. final. n. 1. & 3. 20. quæst.3.* & ibi Bellamera *statim in princ.* Berotius *c. in præsentia. num.105. de probat.* & Tapia *auth. ingressf. verb. sua c.11. num.16.*

3 Aliquot tamen conditiones desideranturut decisioni huius textus sit locus, nec succedat monasterium in ea bona. Prima est, vt is dolus causam ingressui dederit, ita vt eo cessante, ille ingressus non sequeretur. Constat ex ratione tradita num. præced. & quia dolus non dans causam contractui, illum non vitiat. Et ita docent Archidiac. *eo c. final. n. 1. fin.* & ibi Bellamera *statim in princip.* Berotius *eod. c. in præsentia n.105.*

4 Secunda conditio est, vt decipiens comparandi bona intuitu ductus fuerit, secus si intuitu familiaritatis, quam cum ingressuro habebat, aut aliarum dotium, quibus præditus erat, duceretur. Constat ex text. *d. c. final.* ibi, *sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes*, & sic sentiunt Iason *auth. ingressf. num.1. C. de sacros. Eccles.* dicens huic textui esse locum, quando ob magnas ingressuri facultates decipiens duceretur; & Aretinus *d. cap. in præsentia. n.13.* dicens, quando auaritia fuit causa decipiendi; & Nauarr. *com.2. num.51. de reg.* & Azor *tom.1. instit. moral. lib.12. c. 20. quæst.1. fin.* & Tap. *eo auth. ingressf. verb. sua c.11. fin.* vbi dicunt, quando deceptio fuit causa acquirendi bona. Immo Tap. dicit exigi, vt solus hic animus adfuerit, quod non admitto; sed credo sufficere hunc animum, si esset hic principalis finis, quamuis alij quoque accederent: secus si non esset principalis finis; sed accessorius, quia ex fine principali est res diiudicanda.

5 Tertia conditio est, vt si is dolus non à solo Abbate processerit, sed ab ipso cum maioris partis conuentus consensu; quia cùm non sit solius Abbatis ad professionem admittere, sed cum maiori parte conuentus, dolus solius Abbatis non deber conuentui in hac acquisitione obesse. Item, quia c. præced. num.12. diximus, solam expulsionem iniustam monachi à Prælato factam, non obesse monasterio, quominus acquirat per monachum illum, quia delictum personæ non debet Ecclesiæ nocere. Quæ ratio militat quoque in hoc casu. Sic tradunt Berotius *cons.18. num.11. vol.1.* Lælius Zecchius *de Repub. eccles. in de regular c.3. num.14. limitat.1.* Tapia *eo authen. ingressf. verb. sua c.11. n.20.*

6 Cæterum hanc conditionem non approbo, sed existimo sufficere dolum solius Abbatis, tum quia text. *d. cap. final.* de solo Abbatis dolo loquitur: tum etiam, quia hic non agitur de bonis tam monasterio quæsitis, vt quando expellitur professus à solo Abbate; tunc enim agitur de iure quæsito à monasterio ad omnia bona in posterum per religiosum illum acquirenda: sed agitur de bonis acquirendis, in quibus solus Prælatus potest Ecclesiæ præiudicare. Et ita hanc partem sustinent Decius *d. c. in præsentia. in noua edit. num. 35.* & ibi Felin. *num. 9.* dicens fortè ita esse, Berotius *n.140.* Ferret. multos alios allegans *num.22. & 23.* Nauarr. *com.2. num. 51. de regul.* Azor *tom.1. instit. moral. lib.12. c.10. q.1. fin.*

7 Immo Berotius *eo c. in præsentia. n.109.* ait aliquando se in ea sententia fuisse, vt sufficeret dolus cuiuscumque religiosi. Sed iure optimo dicit iam placere, non tat esse dolum multorum monachorum catentium mandato Abbatis; & idem tenet Felin. *eo c. in præsentia. numero 9.* quia text. *d. c. final.* apertè petit dolum Abbatis, aut Episcopi, cui religiosi subduntur, quoniam cùm illi administrationem non habeant, non censetur cum eis contrahi, & sic ipsorum dolus reputatur quasi dolus cuiusdam tertij, qui valori contractus non obstat. *l. elegantes. ff. de dolo.*

8 Sufficit tamen si Abbas eius doli conscius admittat ad professionem sic inductum, vel eam professionem à non potente admittere, admissam, habeat ratam: secus quando post legitimam professionem est doli conscius. Quia in priori euentu est quasi ipse decepisset: secus in posteriori. Sic Berotius *eodem cap. in præsentia. numero 111. & 112.*

9 Non tamen oritur sinistra fraudis suspicio ex iuramento adhibito in ingressu cum bonorum oblatione. Sic Decius *eo c. in præsentia. in noua edit. numero 34.* & ibi Arcinus

Arcinus *numero 13.* Felinus *numero 9.* Sed hoc intelligendum est, quando motu proprio, & animi impulsu id iuramentum præstitum est: secus si Abbatis suasionibus. Sic Berotius *eo c. in præsentia. num.100.*

10 Hinc deducitur, hac professione dolo Abbatis extorta non excludi substitutum, si hic professus in seculo institutus fuerat sub conditione, vt decedens absque liberis, restituat hæreditatem. Quia cùm exclusio substituti per professionem sit in monasterij fauorem inducta, vt illud succedat, non habebit locum in hoc casu, cùm ea bona non ad monasterium, sed ad hæredes ab intestato illius monachi pertineant. Sic Sfortias Oddo *de compendios. substitut. parte 6. quæst.2. art.6. dub.2. num. 11.* Peregrinus *de fideicommiss. art.28. n.vltim.*

11 Sed meritò dubitabis, qualiter textus *d. c. final.* obliget, cùm sit ex Concilio prouinciali desumptus. Respondeo, cum obligare, eo quod sit tacitè ab Ecclesia admissus: quod testatur omnium authorum sententia censentium per illum hæc bona non acquiri monasterio, sed hæredibus ab intestato.

12 Id demum observandum est, nullam exigi Iudicis sententiam, ne monasterium succedat in ea bona. Quod clarè colligitur ex DD. allegatis num.2. qui dicunt hunc contractum quoad bonorum acquisitionem vitiari ipso iure, instar contractuum bonæ fidei, quibus dolus causam dedit: hi enim absque Iudicis sententia sunt irriti. Deinde, quia textus vult hæc bona pertinere ad hæredes monachi ab intestato. At si ea acquirerentur monasterio, & in pœnam auferrentur ei, non succederent hæredes ab intestato, sed fiscus, iuxta regulam traditam à Baldo *l. hereditas. num.6. C. de his quib. vt indig.* & ibi Bart. *num.3.* & aliis, quos referunt, & sequuntur Couarruuias 4. *decret. 2. p. c.18. §.1. num.9. fin.* Molina *lib.1. de primog. c.9. num.26. & 27.*

FINIS TOTIVS OPERIS.

alphabetica digestus.

A

Abbas.

ABBAS quando concessit monacho beneficium manuale, aut peculium pro toto tempore vitæ suæ, an possit ad libitum reuocare. lib.7. cap.29. num.124

Abbas an possit bona sui monasterij in fraudem dare. l.7.c.19.n.44

Abbas nomine monachorum in pœnalibus etiam venit. l.6.c.8.n.84

Abbas expendens aliquid in vsus vanos, aut turpes, an peccet contra votum paupertatis, & sit proprietarius. l.7.c.19.n.22

Abbas potest inuito monacho, iniuriam ipsi illatam remittere. l.6.c.12.n.6

Abbas accusatus an debeat expensas defensionis à monasterio habere. l.6.c.12.n.24

Abbatis potestas an tanta sit in religiosos, vt possit eos in obsides dare pro debitis monasterij. l.6.c.2.n.63

Abbatis factum in professione expressa exigi, non autem in tacita, quo pacto intelligendum. l.5.c.5.n.4

Abbatis solius an sit absque consensu conuentus præsentare. l.7.c.14.n.7

Abbatis solius an sit ad religionis professionem admittere absque conuentu. l.5.c.4.n.64

Abbati accusato à monachis ob delictum, an sit obediendum pendente accusatione. l.6.c.2.n.63

Abbati an sit integrum repudiare hæreditatem delatam monacho, ipso inuito. l.7.c.22.n.42

Abbati an competat actio circa depositum commendatum monacho. l.6.c.14.n.11

Abbas si videat res depositas apud monachum surripi, vel perire, neque obiter, cùm possit, an teneatur restituere. ibid.n.32

Abbatem suum accusare an possit religiosus. l.6.c.12. n.18. An exigatur venia, & licentia ad eum accusandum. ibid.n.9

Abbatem quoties accusat religiosus, sunt ei de rebus monasterij ministrandæ impensæ, donec causa debitum finem accipiat. ibid.n.20

in Abbatem præficiendus certis monasteriis, an possit ante annum profiteri. l.5.c.4.n.15

inter Abbatem, & monachum an cadat aliqua obligatio naturalis. l.7.c.17.n.33

Abbates, atque alij Prælati Episcopo inferiores, an possint vnionem beneficiorũ facere. ibid.l.7.c.29.n.159

Abbates antiqui qualiter difficillima, ac impossibilia subditis præceperint, & iuri naturæ contraria. l.6. c.2.n.4.

Abbatissa.

Abbatissa potest in suo monasterio professionem monialium accepiare. l.5.c.4.n.76

Abbatissa an habeat liberam bonorum sui monasterij administrationem. l.7.c.19.n.44

Abbatissa non gaudet potestate spirituali in moniales, sed sola domestica, & ciuili, qualem habet materfamilias in filios, & ciuilis magistratus in ciues. l.6.c.1. n.17

Abbatissæ nolle obedire an sit mortale. ibid.n.18

Abbatissa non potest imponere præcepta spiritualia. ibid.n.19

Abbatissa an possit præcipere monialibus in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ. ibid.n.20

Abbatissa potest præcipere sub pœna voti obedientiæ ipsi præstitu. ibid.n.22

Abbatissæ an possit committi, vt præcepta spiritualia imponat. ibid.n.23

Abbatissa an possit ex commissione Prælati dispensare in ieiunio, & legibus ecclesiasticis. ibid.n.24

Abbatissæ constitutiones confirmatæ à Prælato, an habeant vim præcepti Prælati. ibid.n.26

Abbatissa habet iurisdictionem aliquam concessam à confirmante regulam, ad cogendas moniales, vt regulam obseruent, & puniendas ob eius transgressionem. ibid.n.27

Abbatissa inquirens de monialis crimine, obligat sub mortali ad veritatem parefaciendam. ibid.n.28

Abbatissa an possit concedere licentiam ingrediendi in monasteria. l.6.c.16.n.23

Abbatissa an possit superior generalem licentiam concedere, vt facultatè ingressus impertiantur. ibid.n.23

Abbatissa vt sit monialis alterius monasterij eiusdem ordinis, iusta est causa concedendæ exitus licentiæ. l.6.c.15.n.45

Abbatissa esse non potest illegitima absque dispensatione. l.5.c.5.n.19. Eius officium dignitas est. ibid.

ad Abbatissæ munus non desideratur virginitas, nisi vbi mos esset imperiendi Abbatissis benedictionem specialem virginum proprium, seu consecrationem. l.5. c.5.n.22

Abbatissarum communes benedictiones non etiam exigunt virginitatem. ibid.

17 Quando autem monachus hic puratinus acquirit aliunde, quàm ex rebus monasterij, aut operis suis, vt successione, donatione, &c. fatentur omnes cum acquirere vero monasterio, vt sentiunt Barth. Socinus n.14. Nauar. & Azor allegati num. præced. Tapia *eodem verb. sua c.6.n.23.*

18 Quod si dubiteur, an ex re monasterij, vel aliunde quæsierit, Bart. *l.cum fundus. §. seruum.ff. si seruus petat.* cogitandum relinquit, vbi DD. satis varij sunt, vt poteſt videri apud Alexand. *eodem §. seruum.num.vltim.* Sed breuiter dicendum est cum Roman. *eodem §. seruum.numero 14.* præsumendum esse in dubio ex re posterioris monasterij puratiui acquiri: quod idem sequitur Mandos *in addit. ad Cap. alleg. n.61 ad fin. verb. præsumendum,* Tapia *eodem verb. sua c.6.num.23.* Quod quidem temperant Roman. ibi, & Tapia *num.24.* dupliciter. Prius est, quando monachus recessit, & emit rem aliquam, quia tunc præsumitur ex bonis monasterij res empta: quod bene ait Tapia intelligendum, quando breui tempore extitisset in posteriori monasterio, secus quando longo. Posterius, quando secundum monasterium erat indigens, quia tunc, aut ex re primi monasterij, aut ex propria acquisitum præsumitur.

19 Superest explicandum, an præsumatur transitus legitimus, quando hic monachus steterit in posteriori monasterio viginti, vel triginta annis, sciente priori, nec contradicente, vt vel sic acquirat posteriori. Beroius *cap. in presentia. numero 76. de probat.* negat: quia etsi ex eo temporis diuturnitate præsumatur licentia transeundi, non tamen præsumitur iusta transitus causa, cùm tamen vtrumque desideretur *cap. licet, de regular.* At merito contrarium latissimè tenet Barth. Socinus *l.1.§. per seruum, qui in fuga, in fin. ff. de acquir. poss.ff.* quamuis fateatur se olim sæpius contrarium consuluisse. Idem tenet Tiraquell. referens duplex eiusdem Barth. Socin. consilium, *tract. de præscript. §.1. glos.4. numero 33. vers. 41.* quia ex temporis diuturnitate præsumitur res legitimè facta.

20 Tandem restat explicandum, quando hic monachus apostata, & fugitiuus mutatis statum transeundo ad Ecclesiam secularem. Quia in re communiter Doctores sic distinguunt: si religiosus hic acquirat intuitu Ecclesiæ, acquisita cedunt Ecclesiæ. *cap. cum in officiis, de testam.* si verò intuitu personæ, cedunt monasterio, quia cùm non sit legitimè promotus ad Ecclesiam secularem, manet religiosus sui monasterij. Quod si dubiteur, cuius intuitu acquisierit, standum est contecturis traditis *cap. requis. de testament.* vt si acquisierit à propinquo, censeatur ratione personæ acquirere: si verò ab extraneo, ratione Ecclesiæ. Sic tradunt Ioannes Andr. *cap. final. numero 3. de regul.* & ibi Anton. *numero 7.* Abbas *numero 5.* Anchar. *in fin.* Hentic. *numero 2.* Ananias *numero 8.* D. Anton. 3. *part. tit. 16. cap. 5. §. 1.* Tabiena *verb. religio. quæstione 27. numero 28.* & ibi Armil. *numero 17.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 16. q. 8.* Sed Card. *eodem cap. final. num. 2. q. 2.* reprobata hac distinctione, sustinet indistinctè religiosum hunc acquirere Ecclesiæ.

21 Cæterùm dicendum est, attento iure communi, priorem opinionem esse veram: at attento motu proprio Gregor. XIII. quem num. 9. retulimus, dicendum est, post mortem huius religiosi succedere in omnia ea bona quomodocunque acquisita, cùm extra monasterium parta sint, Cameram Apostolicam, intelligendo, quando extra monasterium obiit.

SVMMARIVM.

Quando monachus eiicitur iniustè, aut iustè non admittitur post fugam, aut tertiam, cui acquirat, si saluo Prælato in hoc delinquat. n.22.

Quid si delinquat Prælatus cum conuentu? Proponitur quædam sententia. n.23.

Explicatur sententia authoris, & ait reddenda sint ei bona antea monasterio acquisita. n.24.

Quando eiectio est iusta, cui acquirat. Proponitur quædam sententia. n.25.

Explicatur sententia authoris. n.26.

Ad quem pertinent bona per huiusmodi eiectos acquisita? Refertur quædam sententia. n.27.

Explicatur sententia authoris. n.28.

Quid si ad aliam religionem transeat? n.29.

Quid si ad aliam Ecclesiam, vel beneficium? n.30.

Quid dicendum sit, attento quodam motu proprio Gregorij XIII. n.31.

QVÆSTIO posterior. Cui acquirant eiecti à religione. Qua in re declarabimus priùs, quid iure communi inductum sit, deinde, quid attento nouissimo quodam motu proprio Gregor. III. & cùm eiectio possit esse iniusta, & iusta, de vtraque seorsum agendum est. Et primò quidem, quando eiectio est iniusta, quia vel religiosus iniustè eiectus est, vel si fuerit fugitiuus, aut apostata, aut iustè eiectus, & correctis iam moribus, petat admitti, sitque casus, quo monasterium teneatur eum admittere; communiter tradunt Doctores eum acquirere monasterio, quando culpa eiectionis, aut non admissionis est in solo Prælato, aut in illo cum minori conuentus parte, quia delictum personæ Prælati non debet in Ecclesiam redundare. *reg. debitum. 76. de reg. iur. in 6.* nec etiam delictum Prælati cum minori parte conuentus, vt bene notat Dyn. *in reg. delictum. in fin.* quia conuentus non est nisi in maiori parte. Præterea, quia compelli potest monasterium, vt admittat, eique alimenta præstet: quia hic agitur de iure acquisito ad bona ex parte religiosi legitimè professi, amittendo. Et ideo hanc partem sustinent Speculat. *tit. de stat. monach. §. vnico. numero 47. quæstione 41.* Archidiac. *cap. Abbates, in fin. 18. quæstione 2.* & ibi Bellamer. *el fin. vers. in gloss. ibi, recipere.* & *cap. quando. num. 11. de officiis dian.* Abbas *cap. sicut nobis, ad fin. de regul.* & *c. vnic. in fin. de infant. & lang. exposit.* vbi Anton. *numero 5.* Card. *numero 3.* Anchar. *numero 7.* Ioannes Andreas *numero 7.* & quatuor supradicti limitant, allegato Gofredo, dummodo transierit ad aliud monasterium; nam si non transit, acquirit adhuc primo. Sed non placet limitatio. Vide Imol. *Clement. 1. numero 39. de stat. monach.* & ibi Card. *§. at verò. numero 114. quæstione 11.* Hentic. *cap. final. numero 2. de regular.* Anchar. *cons. 352. numero 4.* D. Anton. 3. *part. tit. 16. cap. 5. §. 4.* Angel. *in summ. verb. monasterium. numero 6.* Sylues. *verb. apostasia. quæstione 9. numero 12.* Tabien. *verb. religio. quæst. 27. num. 28.* & ibi Armil. *num. 17.* Surd. *de alimentis. tit. 7. quæst. 35. numero 9.* Tap. *authent. ingressi. verb. sua. cap. 6. num. 50.* Humad. *31. gloss. 2. fin. tit. 7. partu. 1.* Molin. *tom. 1. de iustit. disp. 140. col. penult. vers. quoad votum.* Leonard. *lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 15. n. 112.*

Quando autem conuentus etiam in hoc delinquit, 22
nomine autem conuentus intelligitur maior pars, vt bene tradunt Angel. Sylues. Tabiena, Armilla, Molina, Leonard. numero præcedenti allegati, & Cardin. *cap. vnic. numero 3. de infant. & lang. exposit.* vbi Anton. *numero 5.* nec contradicit D. Antoninus ibidem citatus, petens totius conuentus culpam, quia in rebus à conuentu expediendis, quod maior pars efficit, dicitur totus conuentus efficere, vt constat ex *tito tit. de his quæ fiunt à maiori part. Cap.* Frequentissima Doctorum sententia asserit, religiosum hunc minimè acquirere monasterio: & à parte videntur intelligere nullam desiderari Iudicis sententiam, qua priuetur monasterium his bonis, quia ei innitunturationi, quod monachus hic habeatur pro derelicto, ac proinde monasterio derelinquenti non acquirat. Sicut nec seruus à domino derelictus acquirit illi. *l. quod seruus. 36. ff. de stipulat. seruor.* ibi; *quod seruus stipulatus*

stipulatus est, quem dominus pro derelicto habebat, nullius est seruus. Quia qui pro derelicto rem habet, omni modo à se reiicit, nec potest eius operis vti, quem merito iure ad se pertinere noluit. At ne seruus hic domino acquirat, nulla exigitur Iudicis sententia, vt ex prædictis textus verbis constat. Sic Glossa *c. Abbates. verb. quæ acquisierit. 18. quæst. 2.* & *c. vnic. verb. languidis. de infant. & lang. exposi.* & *c. sicut nobis. verb. & seminibus, de regul.* Gofred. *summ. tit. de apostat. num. 10.* & Hostiensis *sum. eodem tit. num. 4.* Barthol. Socinus *l. 1. §. per seruum, qui est in fuga. num. 6. ff. de acquir. posses.* Cardin. *c. quod a te. num. vnic. oppost. 4. de cleric. coniugat.* Ananias *c. sicut nobis, in fin. de regul.* Nicolaus de Vbaldis *de succes. ab intest. 2. p.* vbi de successione regularium. *num. vii.* Redoan. *de spol. eccles. quæst. 8. in princ. num. 76. & 77.* Speculat. Archidiac. Bellameta vtroque loco, Abbas vtroque loco, Ananias, Anchar. Henr. D. Anton. Angel. Sylu. Tabien. Armil. Surd. Tap. Humad. num. præced. allegati.

24 Cæterùm, quamuis hæc sententia frequentissima sit, existimo probabilius esse exigi sententiam Iudicis, quæ monasterium his bonis priuet. Ducor, quod longè diuersa ratio sit de hoc monasterio, ac de seruo à domino derelicto; quia hic veram libertatem acquirit, eo quod dominus illam poterat concedere, ac seruum derelinquens videatur in hac derelinquendi voluntate esse: at religiosus iniustè expulsus, aut iniustè non admissus, non euadit liber; monasterium enim non potest eum à votis absoluere, nec monasterium manet liberum ab obligatione huius religiosi admittendi, illique alimenta suppeditandi. Quare in solam delicti pœnam bonis ab huiusmodi religioso acquisitis priuatur. Ergo exigitur sententia Iudicis ad eam pœnam subeundam. Præterea, quia etiam bona ratione huius religiosi iam acquisita tenetur monasterium ei reddere, vt docent Baldus, quem refert, ac sequitur Surdus *de alimentis. tit. 7. quæst. 35. num. 10.* Ioan. Lup. *c. per vestras. notab. 3. in princip. numero 4. de donat. inter vir. & vxor.* Franciscus Lucan. *tract. de fisco*, vbi de publicatione bonorum, *num. 10.* (habetur *tom. 12. tract.*) At apertè constat, bona huiusmodi acquisita non teneri monasterium reddere, donec condemnetur. Et ideo hanc partem sustinet Molina *tom. 1. de iust. disput. 140. col. penult. vers. quoad votum*, Leonard. *lib. 2. de iustit. c. 41. dub. 15. numero 112.*

25 Superest difficultas, quando eiectio fuit iusta, vt quando religiosus iusta monasterij sententia ob propria delicta eiectus est. Quidam existimant eum acquirere monasterio. Ducuntur, quod monasterium iure acquisito per professionem ad omnia bona in posterum à religioso acquirenda, priuari non debeat ob religiosi delicta, iustamque eius à religione expulsionem: secta sustinent Molin. & Leonard. numero præced. allegati, & Gofred. relatus ab Abbate *c. vnic. ad fin. de infant. & languid. exposi.* cum hac limitatione, dummodo ea bona acquisita sint antequam religiosus ille ad aliam religionem transierit.

26 Sed multo verius est, hunc religiosum non acquisiturum in posterùm monasterio, quia iam amplius nullam cum illo communionem habet, iusque à monasterio acquisitum in bona in posterum acquirenda fuit, dum monachus in eo monasterio permaneret: secus de acquisitis post legitimum egressum. Atque ita docent Glossa *cap. vnic. verb. languidis. de infantib. & languid. exposi.* & ibi Abbas *ad fin.* Innocent. *c. cum olim. el 2. num. 1. de priuileg.* & ibi Ant. *num. 56.* Hostiensis *num. 12.* Ioan. Andreas *num. 5.* Card. *num. 4. vers. quod si est expulsus.* Anchar. *n. 17.* Hentic. *num. 5.* Bellamer. *c. quanto. numero 11. de offic. ordin.* & *c. Abbates, ad fin. vers. in gloss. ibi, recipere. 18. quæst. 2.* Rosell. *in summ. verb. religio. 1. num. 1.* Nauart. *commen. 2. num. 33. de regul.* Azor *tom. 1. institut. moral. lib. 12. c. 16. quæst. 9.*

27 Rursùs inter hos authores difficultas est, cui religiosus hic acquirat. Innoc. Bellamera *to c. Abbates*, Hostient. Ioan. Andr. Cardinalis, Hentic. Rosella num. præced. allegati dicunt hunc nulli acquirere. Sed hoc nullo modo placet, quia cùm eiusmodi bona non habeantur pro derelictis, debent in alicuius dominio esse, alias primo occupanti concederentur; & ideo ipsimet fubdunt, posse dici hunc religiosum Episcopo acquirere, atque ideo illum succedere in eius bona post mortem, quia incidit post expulsionem in Episcopi obedientiam. Idemque sustinent Anton. *c. cum olim. el 2. n. 36. de priuileg.* & ibi Anchar. *num. 17.* Bellamera *c. quanto. n. 11. de offic. ordinar.* Angel. *verb. monasterium. num. 6.* Sylues. *verb. apostasia. q. 9. num. 12.* Tabiena *ibi. quæst. 15. num. 18.* & *verb. religio. quæst. 27. num. 28.* vbi Armilla *num. 17.* Nauart. *commem. 2. num. 34. de regular.* Limitant Hostiensis, Ioan. Andr. Card. Anchar. Hentic. nisi Episcopus contra hunc religiosum procedens, eum curiæ seculari exposuisset. Sylues. etiam limitat, si religiosus hic non esset exemptus: nam si exemptus esset, asserit eum acquirere priori monasterio.

28 Sed verius est, bona huiusmodi religiosi pertinere ad Pontificem, vel Ecclesiam, vel Episcopum, instar bonorum, quæ vacantia dicuntur: quia nulla possunt esse bona, quorum dominium, vel ius administrationis non sit apud aliquem hominem, vel congregationem. Vnde sicut bona absque hærede decedentis reputantur tanquam vacantia, & ideo ad Principem, vel Rempub. deueniunt: sic acquisita à religioso hoc iustè eiecto pertinent ad ipsum quoad vsumfructum; at verò quoad ius administrationis ad Pontificem, qui est supremus Princeps, vel ad Episcopum in cuius diœcesi est, ac proinde in eius cura, & potestate viuit; & ideo eo religioso defuncto, ille vsus consolidatur cum iure administrationis, & plenè ea bona pertinent ad Pontificem, vel Ecclesiam, vel Episcopum. Et ideo hanc sententiam tenent Sayro *in clauis reg. lib. 6. c. 9. num. 28.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 11. c. 16. q. 9.*

29 Quod quidem intelligendum est de bonis acquisitis, antequam religiosus hic eiectus ad religionem aliam legitimè transierit; nam si in alia religione postea legitimè professus fuerit, illi acquirit: cùm enim legitimè sit professus, transeunt cum illo bona. Sic Angel. *verb. monasterium. num. 6.* Sylues. *summa. verb. apostasia. quæst. 9. n. 12.* & ibi Tabiena *quæst. 15. num. 18.* & *verb. religio. quæst. 27. num. 28.* vbi Armil. *num. 17.* Tap. *auth. ingressi. verb. sua. c. 6. num. 45. C. de sacros. Eccles.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 11. c. 16. q. 9.* Et acquisitis ante huiusmodi professionem fruetur id monasterium, dum religiosus hic superstes fuerit, sicut ipse frui debebat: at eo defuncto, ea pertinebunt ad Cameram Apostolicam, aut Episcopum, vt diximus num. præced. Quia illi iuri per ipsos quæsito non derogat professio sequens, nec potest plus iuris ad monasterium transferre, quàm ipse in ea bona habebat. Quod si hoc posterius monasterium fuerit succedendi incapax, non explicant ibi DD. ad quem pertineant bona post professionem acquisita. Sed in hoc dicendum est, vt diximus de quibuscumque bonis acquisitis à professis in monasterio incapaci, quia eadem ratio est.

30 Similiter si hic eiectus transierit legitimè ad aliam Ecclesiam, aliúdve beneficium, acquiret illi, sicut de aliis religiosis diximus c. 32. numero 62. & 76. & ita docet Tabiena *verb. religio. quæst. 27. num. 28.* Armil. & Azor allegati num. præced. Leonard. *lib. 2. de iust. c. 41. dub. 15. num. 112.*

31 Tandem hæc vera sunt attento iure antiquo; nam attento motu proprio Gregorij XIII. quem explicuimus num. 21. dicendum est, omnia per huiusmodi religiosum vndecumque acquisita pertinere ad Cameram Apostolicam post eius obitum, si extra religionem decedat. Quare si intra aliam obeat, dicendum erit idem, quod numero 29 diximus.

CAPVT

CAPVT XXXIV.

Cui acquirant conuersi, & oblati, ac fratres Xenodochij Ioannis de Deo, ac verè professi, dolo tamen Abbatis ad profitendum inducti.

SVMMARIVM.

Cui acquirant conuersi, & oblati, ac fratres Xenodochij Ioannis de Deo. num.1.

Cui acquirant veri professi, dolo tamen Abbatis ad profitendum inducti. Refertur textus, ansam difficultatis præbens, & proponitur sententia authoris. num.2.

An exigatur, vt dolus ille causam contractui det? num.3.

An exigatur, vt decipiens ducatur anarisma acquirendi bona? num. 4.

An exigatur, vt is dolus procedat ab Abbate cum consensu Capituli: Refertur quædam sententia. num.5.

Explicatur sententia authoris. num.6.

An sufficiat dolus ab aliis monachis procedens? num.7.

An sufficiat, si Abbas doli conscius admittat professionem, vel si quando post professionem est doli conscius? n.8.

An oriatur sinistra fraudis suspicio ex iuramento adhibito in ingressu cum bonorum oblatione? num.9.

An hoc professo instituto in sæculo cum conditione, vt si absque liberis decedat, restituat cuidam substituto, professio hæc excludat substitutum? num.10.

Quomodo textus hic obliget, cum sit ex Concilio prouinciali desumptus. num.11.

An exclusio hæc monasterij à successione in bona monachi dolo indulti, habeat locum in foro conscientiæ? num.12.

1 DE conuersis, & oblatis breuiter dico, conuersos, qui verè professi sunt, acquirere religioni, sicut acquirunt cæteri professi choro deputati. Quod bene docet Tapia *auth. ingressf. verb. sua c.10. num.8.* At verò oblati, qui non profitendo se & sua dedicant Ecclesiæ seculari, aut regulari, cùm proprij capaces sint, nec in ea simplici bonorum dedicatione comprehendantur bona futura, vt relato Abbate tradit Tap. *eo c.10. num.14.* acquirunt sibi, & in eorum bona legitimi eorum hæredes succedunt. Atque idem dicendum esset de fratribus Xenodochij Ioannis de Deo, antequam essent veri religiosi: tam verò post constitutionem Pauli V. quam retulimus c. 8. num. 44. in qua declarat eos esse veros religiosos, idem dicendum est de illis, quod de aliis religiosis in superioribus diximus.

2 Circa legitimè autem professos, at dolo Abbatis, non tamen sufficienti ad professionem irritandam, inductos, est specialis difficultas (nam quando professio non fuit valida, satis dictum est sup.) & dubitandi ansam præbet textus *c. final. 20. quæst.3.* qui eisdem prorsus verbis habetur etiam *c. penult.16. quæst.7.* estque desumptus ex Concilio Moguntinensi, vbi hæc verba habentur. *Constituit sanè sacer ipse conuentus, vt Episcopi, sine Abbates, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quosdam homines circumueniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione surripuerunt, præuentia canonica, sicut turpis lucri sectatores, subiacent. Hi verò, qui eis sua commendauerunt, in eo quod caperunt, perseuerare cogantur: res verò eorum hæredibus reddantur.* Ratioque huius decisionis est, quod bonorum oblatio ex professione consurgens sapiat naturam contractus bonæ fidei; omnes enim contractus de iure canonico sunt bonæ fidei, teste Bart. *l.1. C. de plus petition.* & in his dolus dans causam contractui, vitiat illum ipso iure, vt notant scribentes *l. & elegantes. ff. de dol.* Quam rationem tradunt Archid. *c. final. n. 1. & 3. 20. quæst.3.* & ibi Bellamera *statim in princ.* Berotius *c. in præsentia. num.105. de probat.* & Tapia *auth. ingressf. verb. sua c.11. num.16.*

3 Aliquot tamen conditiones desideranturut decisioni huius textus sit locus, nec succedat monasterium in ea bona. Prima est, vt is dolus causam ingressui dederit, ita vt eo cessante, ille ingressus non sequeretur. Constat ex ratione tradita num. præced. & quia dolus non dans causam contractui, illum non vitiat. Et ita docent Archidiac. *eo c. final. n. 1. fin.* & ibi Bellamera *statim in princip.* Berotius *eod. c. in præsentia n.105.*

4 Secunda conditio est, vt decipiens comparandi bona intuitu ductus fuerit, secus si intuitu familiaritatis, quam cum ingressuro habebat, aut aliarum dotium, quibus præditus erat, duceretur. Constat ex text. *d. c. final.* ibi, *sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes*, & sic sentiunt Iason *auth. ingressf. num.1. C. de sacros. Eccles.* dicens huic textui esse locum, quando ob magnas ingressuri facultates decipiens duceretur; & Aretinus *d. cap. in præsentia. n.13.* dicens, quando auaritia fuit causa decipiendi; & Nauarr. *com.2. num.51. de reg.* & Azor *tom.1. instit. moral. lib.12. c. 20. quæst.1. fin.* & Tap. *eo auth. ingressf. verb. sua c.11. fin.* vbi dicunt, quando deceptio fuit causa acquirendi bona. Immo Tap. dicit exigi, vt solus hic animus adfuerit, quod non admitto; sed credo sufficere hunc animum, si esset hic principalis finis, quamuis alij quoque accederent: secus si non esset principalis finis; sed accessorius, quia ex fine principali est res diiudicanda.

5 Tertia conditio est, vt si is dolus non à solo Abbate processerit, sed ab ipso cum maioris partis conuentus consensu; quia cùm non sit solius Abbatis ad professionem admittere, sed cum maiori parte conuentus, dolus solius Abbatis non deber conuentui in hac acquisitione obesse. Item, quia c. præced. num.12. diximus, solam expulsionem iniustam monachi à Prælato factam, non obesse monasterio, quominus acquirat per monachum illum, quia delictum personæ non debet Ecclesiæ nocere. Quæ ratio militat quoque in hoc casu. Sic tradunt Berotius *cons.18. num.11. vol.1.* Lælius Zecchius *de Repub. eccles. in de regular c.3. num.14. limitat.1.* Tapia *eo authen. ingressf. verb. sua c.11. n.20.*

6 Cæterum hanc conditionem non approbo, sed existimo sufficere dolum solius Abbatis, tum quia text. *d. cap. final.* de solo Abbatis dolo loquitur: tum etiam, quia hic non agitur de bonis tam monasterio quæsitis, vt quando expellitur professus à solo Abbate; tunc enim agitur de iure quæsito à monasterio ad omnia bona in posterum per religiosum illum acquirenda: sed agitur de bonis acquirendis, in quibus solus Prælatus potest Ecclesiæ præiudicare. Et ita hanc partem sustinent Decius *d. c. in præsentia. in noua edit. num. 35.* & ibi Felin. *num. 9.* dicens fortè ita esse, Berotius *n.140.* Ferret. multos alios allegans *num.22. & 23.* Nauarr. *com.2. num. 51. de regul.* Azor *tom.1. instit. moral. lib.12. c.10. q.1. fin.*

7 Immo Berotius *eo c. in præsentia. n.109.* ait aliquando se in ea sententia fuisse, vt sufficeret dolus cuiuscumque religiosi. Sed iure optimo dicit iam placere, non tat esse dolum multorum monachorum catentium mandato Abbatis; & idem tenet Felin. *eo c. in præsentia. numero 9.* quia text. *d. c. final.* apertè petit dolum Abbatis, aut Episcopi, cui religiosi subduntur, quoniam cùm illi administrationem non habeant, non censetur cum eis contrahi, & sic ipsorum dolus reputatur quasi dolus cuiusdam tertij, qui valori contractus non obstat. *l. elegantes. ff. de dolo.*

8 Sufficit tamen si Abbas eius doli conscius admittat ad professionem sic inductum, vel eam professionem à non potente admittere, admissam, habeat ratam: secus quando post legitimam professionem est doli conscius. Quia in priori euentu est quasi ipse decepisset: secus in posteriori. Sic Berotius *eodem cap. in præsentia. numero 111. & 112.*

9 Non tamen oritur sinistra fraudis suspicio ex iuramento adhibito in ingressu cum bonorum oblatione. Sic Decius *eo c. in præsentia. in noua edit. numero 34.* & ibi Arcinus

Arcinus *numero 13.* Felinus *numero 9.* Sed hoc intelligendum est, quando motu proprio, & animi impulsu id iuramentum præstitum est: secus si Abbatis suasionibus. Sic Berotius *eo c. in præsentia. num.100.*

10 Hinc deducitur, hac professione dolo Abbatis extorta non excludi substitutum, si hic professus in seculo institutus fuerat sub conditione, vt decedens absque liberis, restituat hæreditatem. Quia cùm exclusio substituti per professionem sit in monasterij fauorem inducta, vt illud succedat, non habebit locum in hoc casu, cùm ea bona non ad monasterium, sed ad hæredes ab intestato illius monachi pertineant. Sic Sfortias Oddo *de compendios. substitut. parte 6. quæst.2. art.6. dub.2. num. 11.* Peregrinus *de fideicommiss. art.28. n.vltim.*

11 Sed meritò dubitabis, qualiter textus *d. c. final.* obliget, cùm sit ex Concilio prouinciali desumptus. Respondeo, cum obligare, eo quod sit tacitè ab Ecclesia admissus: quod testatur omnium authorum sententia censentium per illum hæc bona non acquiri monasterio, sed hæredibus ab intestato.

12 Id demum observandum est, nullam exigi Iudicis sententiam, ne monasterium succedat in ea bona. Quod clarè colligitur ex DD. allegatis num.2. qui dicunt hunc contractum quoad bonorum acquisitionem vitiari ipso iure, instar contractuum bonæ fidei, quibus dolus causam dedit: hi enim absque Iudicis sententia sunt irriti. Deinde, quia textus vult hæc bona pertinere ad hæredes monachi ab intestato. At si ea acquirerentur monasterio, & in pœnam auferrentur ei, non succederent hæredes ab intestato, sed fiscus, iuxta regulam traditam à Baldo *l. hereditas. num.6. C. de his quib. vt indig.* & ibi Bart. *num.3.* & aliis, quos referunt, & sequuntur Couarruuias 4. *decret. 2. p. c.18. §.1. num.9. fin.* Molina *lib.1. de primog. c.9. num.26. & 27.*

FINIS TOTIVS OPERIS.

alphabetica digestus.

A

Abbas.

ABBAS quando concessit monacho beneficium manuale, aut peculium pro toto tempore vitæ suæ, an possit ad libitum reuocare. lib.7. cap.29. num.124

Abbas an possit bona sui monasterij in fraudem dare. l.7.c.19.n.44

Abbas nomine monachorum in pœnalibus etiam venit. l.6.c.8.n.84

Abbas expendens aliquid in vsus vanos, aut turpes, an peccet contra votum paupertatis, & sit proprietarius. l.7.c.19.n.22

Abbas potest inuito monacho, iniuriam ipsi illatam remittere. l.6.c.12.n.6

Abbas accusatus an debeat expensas defensionis à monasterio habere. l.6.c.12.n.24

Abbatis potestas an tanta sit in religiosos, vt possit eos in obsides dare pro debitis monasterij. l.6.c.2.n.63

Abbatis factum in professione expressa exigi, non autem in tacita, quo pacto intelligendum. l.5.c.5.n.4

Abbatis solius an sit absque consensu conuentus præsentare. l.7.c.14.n.7

Abbatis solius an sit ad religionis professionem admittere absque conuentu. l.5.c.4.n.64

Abbati accusato à monachis ob delictum, an sit obediendum pendente accusatione. l.6.c.2.n.63

Abbati an sit integrum repudiare hæreditatem delatam monacho, ipso inuito. l.7.c.22.n.42

Abbati an competat actio circa depositum commendatum monacho. l.6.c.14.n.11

Abbas si videat res depositas apud monachum surripi, vel perire, neque obiter, cùm possit, an teneatur restituere. ibid.n.32

Abbatem suum accusare an possit religiosus. l.6.c.12. n.18. An exigatur venia, & licentia ad eum accusandum. ibid.n.9

Abbatem quoties accusat religiosus, sunt ei de rebus monasterij ministrandæ impensæ, donec causa debitum finem accipiat. ibid.n.20

in Abbatem præficiendus certis monasteriis, an possit ante annum profiteri. l.5.c.4.n.15

inter Abbatem, & monachum an cadat aliqua obligatio naturalis. l.7.c.17.n.33

Abbates, atque alij Prælati Episcopo inferiores, an possint vnionem beneficiorũ facere. ibid.l.7.c.29.n.159

Abbates antiqui qualiter difficillima, ac impossibilia subditis præceperint, & iuri naturæ contraria. l.6. c.2.n.4.

Abbatissa.

Abbatissa potest in suo monasterio professionem monialium accepiare. l.5.c.4.n.76

Abbatissa an habeat liberam bonorum sui monasterij administrationem. l.7.c.19.n.44

Abbatissa non gaudet potestate spirituali in moniales, sed sola domestica, & ciuili, qualem habet materfamilias in filios, & ciuilis magistratus in ciues. l.6.c.1. n.17

Abbatissæ nolle obedire an sit mortale. ibid.n.18

Abbatissa non potest imponere præcepta spiritualia. ibid.n.19

Abbatissa an possit præcipere monialibus in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ. ibid.n.20

Abbatissa potest præcipere sub pœna voti obedientiæ ipsi præstitu. ibid.n.22

Abbatissæ an possit committi, vt præcepta spiritualia imponat. ibid.n.23

Abbatissa an possit ex commissione Prælati dispensare in ieiunio, & legibus ecclesiasticis. ibid.n.24

Abbatissæ constitutiones confirmatæ à Prælato, an habeant vim præcepti Prælati. ibid.n.26

Abbatissa habet iurisdictionem aliquam concessam à confirmante regulam, ad cogendas moniales, vt regulam obseruent, & puniendas ob eius transgressionem. ibid.n.27

Abbatissa inquirens de monialis crimine, obligat sub mortali ad veritatem parefaciendam. ibid.n.28

Abbatissa an possit concedere licentiam ingrediendi in monasteria. l.6.c.16.n.23

Abbatissa an possit superior generalem licentiam concedere, vt facultatè ingressus impertiantur. ibid.n.23

Abbatissa vt sit monialis alterius monasterij eiusdem ordinis, iusta est causa concedendæ exitus licentiæ. l.6.c.15.n.45

Abbatissa esse non potest illegitima absque dispensatione. l.5.c.5.n.19. Eius officium dignitas est. ibid.

ad Abbatissæ munus non desideratur virginitas, nisi vbi mos esset imperiendi Abbatissis benedictionem specialem virginum proprium, seu consecrationem. l.5. c.5.n.22

Abbatissarum communes benedictiones non etiam exigunt virginitatem. ibid.

CAPVT XXXIV.

Cui acquirant conuersi, & oblati, ac fratres Xenodochij Ioannis de Deo, ac verè professi, dolo tamen Abbatis ad profitendum inducti.

SVMMARIVM.

Cui acquirant conuersi, & oblati, ac fratres Xenodochij Ioannis de Deo. num.1.

Cui acquirant veri professi, dolo tamen Abbatis ad profitendum inducti. Refertur textus, ansam difficultatis præbens, & proponitur sententia authoris. num.2.

An exigatur, vt dolus ille causam contractui det? num.3.

An exigatur, vt decipiens ducatur anarisma acquirendi bona? num. 4.

An exigatur, vt is dolus procedat ab Abbate cum consensu Capituli: Refertur quædam sententia. num.5.

Explicatur sententia authoris. num.6.

An sufficiat dolus ab aliis monachis procedens? num.7.

An sufficiat, si Abbas doli conscius admittat professionem, vel si quando post professionem est doli conscius? n.8.

An oriatur sinistra fraudis suspicio ex iuramento adhibito in ingressu cum bonorum oblatione? num.9.

An hoc professo instituto in sæculo cum conditione, vt si absque liberis decedat, restituat cuidam substituto, professio hæc excludat substitutum? num.10.

Quomodo textus hic obliget, cum sit ex Concilio prouinciali desumptus. num.11.

An exclusio hæc monasterij à successione in bona monachi dolo indulti, habeat locum in foro conscientiæ? num.12.

1 DE conuersis, & oblatis breuiter dico, conuersos, qui verè professi sunt, acquirere religioni, sicut acquirunt cæteri professi choro deputati. Quod bene docet Tapia *auth. ingressf. verb. sua c.10. num.8.* At verò oblati, qui non profitendo se & sua dedicant Ecclesiæ seculari, aut regulari, cùm proprij capaces sint, nec in ea simplici bonorum dedicatione comprehendantur bona futura, vt relato Abbate tradit Tap. *eo c.10. num.14.* acquirunt sibi, & in eorum bona legitimi eorum hæredes succedunt. Atque idem dicendum esset de fratribus Xenodochij Ioannis de Deo, antequam essent veri religiosi: tam verò post constitutionem Pauli V. quam retulimus c. 8. num. 44. in qua declarat eos esse veros religiosos, idem dicendum est de illis, quod de aliis religiosis in superioribus diximus.

2 Circa legitimè autem professos, at dolo Abbatis, non tamen sufficienti ad professionem irritandam, inductos, est specialis difficultas (nam quando professio non fuit valida, satis dictum est sup.) & dubitandi ansam præbet textus *c. final. 20. quæst.3.* qui eisdem prorsus verbis habetur etiam *c. penult.16. quæst.7.* estque desumptus ex Concilio Moguntinensi, vbi hæc verba habentur. *Constituit sanè sacer ipse conuentus, vt Episcopi, sine Abbates, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quosdam homines circumueniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione surripuerunt, præuentia canonica, sicut turpis lucri sectatores, subiacent. Hi verò, qui eis sua commendauerunt, in eo quod caperunt, perseuerare cogantur: res verò eorum hæredibus reddantur.* Ratioque huius decisionis est, quod bonorum oblatio ex professione consurgens sapiat naturam contractus bonæ fidei; omnes enim contractus de iure canonico sunt bonæ fidei, teste Bart. *l.1. C. de plus petition.* & in his dolus dans causam contractui, vitiat illum ipso iure, vt notant scribentes *l. & elegantes. ff. de dol.* Quam rationem tradunt Archid. *c. final. n. 1. & 3. 20. quæst.3.* & ibi Bellamera *statim in princ.* Berotius *c. in præsentia. num.105. de probat.* & Tapia *auth. ingressf. verb. sua c.11. num.16.*

3 Aliquot tamen conditiones desideranturut decisioni huius textus sit locus, nec succedat monasterium in ea bona. Prima est, vt is dolus causam ingressui dederit, ita vt eo cessante, ille ingressus non sequeretur. Constat ex ratione tradita num. præced. & quia dolus non dans causam contractui, illum non vitiat. Et ita docent Archidiac. *eo c. final. n. 1. fin.* & ibi Bellamera *statim in princip.* Berotius *eod. c. in præsentia n.105.*

4 Secunda conditio est, vt decipiens comparandi bona intuitu ductus fuerit, secus si intuitu familiaritatis, quam cum ingressuro habebat, aut aliarum dotium, quibus præditus erat, duceretur. Constat ex text. *d. c. final.* ibi, *sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes*, & sic sentiunt Iason *auth. ingressf. num.1. C. de sacros. Eccles.* dicens huic textui esse locum, quando ob magnas ingressuri facultates decipiens duceretur; & Aretinus *d. cap. in præsentia. n.13.* dicens, quando auaritia fuit causa decipiendi; & Nauarr. *com.2. num.51. de reg.* & Azor *tom.1. instit. moral. lib.12. c. 20. quæst.1. fin.* & Tap. *eo auth. ingressf. verb. sua c.11. fin.* vbi dicunt, quando deceptio fuit causa acquirendi bona. Immo Tap. dicit exigi, vt solus hic animus adfuerit, quod non admitto; sed credo sufficere hunc animum, si esset hic principalis finis, quamuis alij quoque accederent: secus si non esset principalis finis; sed accessorius, quia ex fine principali est res diiudicanda.

5 Tertia conditio est, vt si is dolus non à solo Abbate processerit, sed ab ipso cum maioris partis conuentus consensu; quia cùm non sit solius Abbatis ad professionem admittere, sed cum maiori parte conuentus, dolus solius Abbatis non deber conuentui in hac acquisitione obesse. Item, quia c. præced. num.12. diximus, solam expulsionem iniustam monachi à Prælato factam, non obesse monasterio, quominus acquirat per monachum illum, quia delictum personæ non debet Ecclesiæ nocere. Quæ ratio militat quoque in hoc casu. Sic tradunt Berotius *cons.18. num.11. vol.1.* Lælius Zecchius *de Repub. eccles. in de regular c.3. num.14. limitat.1.* Tapia *eo authen. ingressf. verb. sua c.11. n.20.*

6 Cæterum hanc conditionem non approbo, sed existimo sufficere dolum solius Abbatis, tum quia text. *d. cap. final.* de solo Abbatis dolo loquitur: tum etiam, quia hic non agitur de bonis tam monasterio quæsitis, vt quando expellitur professus à solo Abbate; tunc enim agitur de iure quæsito à monasterio ad omnia bona in posterum per religiosum illum acquirenda: sed agitur de bonis acquirendis, in quibus solus Prælatus potest Ecclesiæ præiudicare. Et ita hanc partem sustinent Decius *d. c. in præsentia. in noua edit. num. 35.* & ibi Felin. *num. 9.* dicens fortè ita esse, Berotius *n.140.* Ferret. multos alios allegans *num.22. & 23.* Nauarr. *com.2. num. 51. de regul.* Azor *tom.1. instit. moral. lib.12. c.10. q.1. fin.*

7 Immo Berotius *eo c. in præsentia. n.109.* ait aliquando se in ea sententia fuisse, vt sufficeret dolus cuiuscumque religiosi. Sed iure optimo dicit iam placere, non tat esse dolum multorum monachorum catentium mandato Abbatis; & idem tenet Felin. *eo c. in præsentia. numero 9.* quia text. *d. c. final.* apertè petit dolum Abbatis, aut Episcopi, cui religiosi subduntur, quoniam cùm illi administrationem non habeant, non censetur cum eis contrahi, & sic ipsorum dolus reputatur quasi dolus cuiusdam tertij, qui valori contractus non obstat. *l. elegantes. ff. de dolo.*

8 Sufficit tamen si Abbas eius doli conscius admittat ad professionem sic inductum, vel eam professionem à non potente admittere, admissam, habeat ratam: secus quando post legitimam professionem est doli conscius. Quia in priori euentu est quasi ipse decepisset: secus in posteriori. Sic Berotius *eodem cap. in præsentia. numero 111. & 112.*

9 Non tamen oritur sinistra fraudis suspicio ex iuramento adhibito in ingressu cum bonorum oblatione. Sic Decius *eo c. in præsentia. in noua edit. numero 34.* & ibi Arcinus

Arcinus *numero 13.* Felinus *numero 9.* Sed hoc intelligendum est, quando motu proprio, & animi impulsu id iuramentum præstitum est: secus si Abbatis suasionibus. Sic Berotius *eo c. in præsentia. num.100.*

10 Hinc deducitur, hac professione dolo Abbatis extorta non excludi substitutum, si hic professus in seculo institutus fuerat sub conditione, vt decedens absque liberis, restituat hæreditatem. Quia cùm exclusio substituti per professionem sit in monasterij fauorem inducta, vt illud succedat, non habebit locum in hoc casu, cùm ea bona non ad monasterium, sed ad hæredes ab intestato illius monachi pertineant. Sic Sfortias Oddo *de compendios. substitut. parte 6. quæst.2. art.6. dub.2. num. 11.* Peregrinus *de fideicommiss. art.28. n.vltim.*

11 Sed meritò dubitabis, qualiter textus *d. c. final.* obliget, cùm sit ex Concilio prouinciali desumptus. Respondeo, cum obligare, eo quod sit tacitè ab Ecclesia admissus: quod testatur omnium authorum sententia censentium per illum hæc bona non acquiri monasterio, sed hæredibus ab intestato.

12 Id demum observandum est, nullam exigi Iudicis sententiam, ne monasterium succedat in ea bona. Quod clarè colligitur ex DD. allegatis num.2. qui dicunt hunc contractum quoad bonorum acquisitionem vitiari ipso iure, instar contractuum bonæ fidei, quibus dolus causam dedit: hi enim absque Iudicis sententia sunt irriti. Deinde, quia textus vult hæc bona pertinere ad hæredes monachi ab intestato. At si ea acquirerentur monasterio, & in pœnam auferrentur ei, non succederent hæredes ab intestato, sed fiscus, iuxta regulam traditam à Baldo *l. hereditas. num.6. C. de his quib. vt indig.* & ibi Bart. *num.3.* & aliis, quos referunt, & sequuntur Couarruuias 4. *decret. 2. p. c.18. §.1. num.9. fin.* Molina *lib.1. de primog. c.9. num.26. & 27.*

FINIS TOTIVS OPERIS.

alphabetica digestus.

A

Abbas.

ABBAS quando concessit monacho beneficium manuale, aut peculium pro toto tempore vitæ suæ, an possit ad libitum reuocare. lib.7. cap.29. num.124

Abbas an possit bona sui monasterij in fraudem dare. l.7.c.19.n.44

Abbas nomine monachorum in pœnalibus etiam venit. l.6.c.8.n.84

Abbas expendens aliquid in vsus vanos, aut turpes, an peccet contra votum paupertatis, & sit proprietarius. l.7.c.19.n.22

Abbas potest inuito monacho, iniuriam ipsi illatam remittere. l.6.c.12.n.6

Abbas accusatus an debeat expensas defensionis à monasterio habere. l.6.c.12.n.24

Abbatis potestas an tanta sit in religiosos, vt possit eos in obsides dare pro debitis monasterij. l.6.c.2.n.63

Abbatis factum in professione expressa exigi, non autem in tacita, quo pacto intelligendum. l.5.c.5.n.4

Abbatis solius an sit absque consensu conuentus præsentare. l.7.c.14.n.7

Abbatis solius an sit ad religionis professionem admittere absque conuentu. l.5.c.4.n.64

Abbati accusato à monachis ob delictum, an sit obediendum pendente accusatione. l.6.c.2.n.63

Abbati an sit integrum repudiare hæreditatem delatam monacho, ipso inuito. l.7.c.22.n.42

Abbati an competat actio circa depositum commendatum monacho. l.6.c.14.n.11

Abbas si videat res depositas apud monachum surripi, vel perire, neque obiter, cùm possit, an teneatur restituere. ibid.n.32

Abbatem suum accusare an possit religiosus. l.6.c.12. n.18. An exigatur venia, & licentia ad eum accusandum. ibid.n.9

Abbatem quoties accusat religiosus, sunt ei de rebus monasterij ministrandæ impensæ, donec causa debitum finem accipiat. ibid.n.20

in Abbatem præficiendus certis monasteriis, an possit ante annum profiteri. l.5.c.4.n.15

inter Abbatem, & monachum an cadat aliqua obligatio naturalis. l.7.c.17.n.33

Abbates, atque alij Prælati Episcopo inferiores, an possint vnionem beneficiorũ facere. ibid.l.7.c.29.n.159

Abbates antiqui qualiter difficillima, ac impossibilia subditis præceperint, & iuri naturæ contraria. l.6. c.2.n.4.

Abbatissa.

Abbatissa potest in suo monasterio professionem monialium accepiare. l.5.c.4.n.76

Abbatissa an habeat liberam bonorum sui monasterij administrationem. l.7.c.19.n.44

Abbatissa non gaudet potestate spirituali in moniales, sed sola domestica, & ciuili, qualem habet materfamilias in filios, & ciuilis magistratus in ciues. l.6.c.1. n.17

Abbatissæ nolle obedire an sit mortale. ibid.n.18

Abbatissa non potest imponere præcepta spiritualia. ibid.n.19

Abbatissa an possit præcipere monialibus in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ. ibid.n.20

Abbatissa potest præcipere sub pœna voti obedientiæ ipsi præstitu. ibid.n.22

Abbatissæ an possit committi, vt præcepta spiritualia imponat. ibid.n.23

Abbatissa an possit ex commissione Prælati dispensare in ieiunio, & legibus ecclesiasticis. ibid.n.24

Abbatissæ constitutiones confirmatæ à Prælato, an habeant vim præcepti Prælati. ibid.n.26

Abbatissa habet iurisdictionem aliquam concessam à confirmante regulam, ad cogendas moniales, vt regulam obseruent, & puniendas ob eius transgressionem. ibid.n.27

Abbatissa inquirens de monialis crimine, obligat sub mortali ad veritatem parefaciendam. ibid.n.28

Abbatissa an possit concedere licentiam ingrediendi in monasteria. l.6.c.16.n.23

Abbatissa an possit superior generalem licentiam concedere, vt facultatè ingressus impertiantur. ibid.n.23

Abbatissa vt sit monialis alterius monasterij eiusdem ordinis, iusta est causa concedendæ exitus licentiæ. l.6.c.15.n.45

Abbatissa esse non potest illegitima absque dispensatione. l.5.c.5.n.19. Eius officium dignitas est. ibid.

ad Abbatissæ munus non desideratur virginitas, nisi vbi mos esset imperiendi Abbatissis benedictionem specialem virginum proprium, seu consecrationem. l.5. c.5.n.22

Abbatissarum communes benedictiones non etiam exigunt virginitatem. ibid.

Abbatissæ communes quæ triennales sunt, non solent aliqua benedictione consecrari. ibid.

Abdicatio.

Abdicatio bonorum non retralit à religionis ingressu. l.7.c.6.n.12
Abdicatio proprietatis est de status religiosi essentia. l.5.c.1.n.17

Absolutio.

Absolutio concessa virtute bullæ cruciatæ, & priuilegiorum religionis, non prodest pro foro exteriori, sed tantùm pro foro conscientiæ. l.6.c.17.n.43

Accessorium.

Accessorium naturam sequitur principalis. l.7.c.1.n.20

Acceptatio.

Acceptatio professionis non est actus ordinis, nec iurisdictionis pertinentis ad Ecclesiæ claues. l.5.c.4. n.76

Accidentalia.

ex Accidentalibus res non est definienda. l.5.c.1.n.6

Actus.

Actus internus, & externus eiusdem obiecti, eadem bonitate, & malitia afficiuntur. l.6.c.1.8.n.18
Actus ab initio irritus ob impedimentum aliquod, tum demum conualescere incipit, quando sublato impedimento subsequitur nouus consensus. l.7.c.8.n.59
Actus professorum exercentem ad opus sit esse nouitium. l.5.c.5.n.22
Actus imperfectus si veniat ad casum, à quo non potest incipere, vitiabitur. l.7.c.6.n.1
Actus appellatione non venit actus, qui est inualidus. l.7.c.1.n.28
Actus internus non potest ab homine præcipi, nisi quatenus est necessarius ad constituendum externum in aliqua virtutis specie. l.6.c.1.n.6
Actum internum præcipiens superiori an teneatur obedire religiosus. l.6.c.2.n.6
in Actu aliquo vbi exigitur alicuius licentia, an debeat esse expressa. l.6.c.11.n.11
in Actibus inter viuos lex non supplet, nisi in quantum verba patiuntur. l.7.c.16.n.68

Actio.

Actio intendenda an sit contra monachum debitorem, aut potius contra monasterium. l.7.c.31.n.15

Admissio.

Admissio ad professionem non est actus ordinis. l.5. c.4.n.8
Admissio ad professionem non potentis admittere, vt valeat, an sat sit ratihabitio subsequens potentis, & an ex tunc valeat. l.5.c.4.n.80
Administrationem solam monasterij habens non potest ad professionem admittere. l.5.c.4.n.75

Aduentitia.

Aduentitiorum vsusfructus, quæ pater post professionem acquisiuit, an pertineat ad monasterium. l. 7. c.13.n.76

Aduocatus.

Aduocati officium, aut procuratoris an interdicatur monachis, & omnibus religiosis. l.6.c.13.n.1. Et sub his vocibus an comprehendatur omne munus ad causarum forum spectans. ibid.

Aduocare.

Aduocare quid sit. l.6.c.13.n.17.& 29

Ædificium.

Ædificij Ecclesiæ perficiendi causâ, an liceat Abbatissæ clausura egredi. l.6.c.13.n.31

Æqualitas.

Æqualitas contrahentium ad iustitiam contractus maximè desideratur. l.6.c.9.n.60

Ætas.

Ætas legitima ad nouitiatum quæ sit; & qualiter computanda etiam in anno bissextili. l.5. c.4. n.21. vide *verb. Pubertas.*
Ætatis renuntiatio nullo iure approbatur, sed solius anni nouitiatus. ibid.n.23

Alienatio.

Alienatio non est locatio ad longum tempus. lib.7.c.13. n.16
per Alienationem inutilem nõ amittitur ius proprium. l.7.c.13.n.21
in Alienatione rei ecclesiasticæ non sunt necessarij tres tractatus, sed vnus sufficit. l.7.c.8.n.8

Alimenta.

Alimenta legata ad quinquennium an extinguantur morte antea contingente. l.7.c.13.n.10
Alimenta habent ex sui natura determinationem ex illius persona, cui debentur. ibid.
Alimentum non potest petere illius renuncians paternæ hæreditati. l.7.c.11.n.5
in Alimentorum nouitij morientis ab intestato expensis an succedat monasterium. l.7.c.3.n.95

Ambitio.

Ambitio bonum religionis statum funditus euertit. l.6. c.18.n.16. Est secretum venenum, pestis occulta, doli artifex, virtutum erugo, & tinea sanctitatis. ibidem.

Amens.

Amente facto monacho ante hæreditatis delationem, an possit monasterium eam delatam adire. l.7.c.11. n.43
Amentes in prohibitione ingredientium in monasteria monialium an contineantur. l.6.c.16.n.8

Amissio.

Amissio maioris partis bonorum æquiparatur amissioni omnium bonorum. l.7.c.1.n.7

Anima.

Animarum fauor ad vitanda peccata adeò præponderat, vt contra omnia iura efficiat legem quamcumque penalem, & odiosam extendi. l.6.c.13.n.38
Animarum saluti attendere prædicando, & docendo, est altissimus omnium finis, & ad quem schola Christi Seruatoris nostri instituta est, & ad quem munus Episcoporum dirigitur. l.6.c.7.n.19

Animus.

Animus facientis vbi est impius, ac effectus est pius, hic potiùs spectatur ad actus firmitatem. l.7.c.16. n.34

Anniuersaria.

Anniuersaria perpetua relicta Minoribus, an repugnent eorum paupertati. l.7.c.26.n.43.

Annus.

Annus ex quo Gregorius XIII. abstulit dies decem, an censeatur integer ad ordines, professionem, nouitiatum, & beneficia. l.5. c.4. n.5. Solutiones censuum, & locationum, quæ sunt in tertij præiudicium, excipiuntur. ibid.
Annum nouitiatus an exigatur esse continuum. l.5. c.4.n.30

Annus bissextilis.

in Anno bissextili duplex dies pro vna reputatur. l.5. c.5.n.31

Apostata.

inter Apostatas religiosos, & fugitiuos quod sit discrimen. l.6.c.8.n.1
Apostatæ sunt qui à monasterio recedunt animo & voluntate excutiendi obedientiæ iugi in perpetuum, deserendique instituti religiosi. ibid.
Apostatam, & fugitiuum idem esse sentientes improbantur. ibid.n.3
Apostatæ an sint religiosi transeuntes absque debita licentia ad religionem laxiorem. ibid.n.7
Apostatæ à religionis obedientia quibus pœnis subdantur. l.6.c.8.n.19

Apostasia.

ad Apostasiam an conferat aliquid dimitti habitum, aut illum retineri. l.6.c.8.n.4
Apostasia verum animum dimittendi religiosum statum desiderat. ibid.n.8

Appellare.

Appellare à correctione suorum superiorum, qualiter religiosis integrum sit. l.6.c.8.n.101.& 102

Arbiter.

Arbiter & arbitrator qui differant, & an vterque teneatur exactè reddere parti quod suum est. l.6.c.13. n.32
Arbiter, vel arbitrator an possit quispiam esse in propria causa. ibid.n.34
Arbitri officium iudiciale cùm sit, qua conditione religiosis liceat. ibid.n.55
Arbiter esse potest religiosus factus Episcopus, aut habens aliquam administrationem. ibid.n.57
Arbitri munus licèt possint alij religiosi obire, non tamen possunt Franciscani. l.6.c.13.n.11

Arbitramentum.

Arbitramentum est quidam contractus transactionis, & non est propriè iudicium. l.6.c.13.n.31

Archiepiscopus.

Archiepiscopus an possit vnire beneficia in sua diœcesi. l.7.c.29.n.156
Archiepiscopo ante receptum pallium tantùm interdicitur cogere concilium, & ea, quæ ad ordinem Episcopalem pertinent, exercere, non verò quæ sunt iurisdictionis. l.7.c.5.n.66

Arma.

ex Armorum, & nominis delationis solo præcepto, in primogenitis apposito, an deducatur agnationis conseruandæ coniectura, ita vt fœmina propter masculos remotioris lineæ, & gradus, à maioratus successione sit excludenda. l.7.c.15.n.22

Arrogatio.

per Arrogationem transferuntur cum persona in ipsum arrogantem bona arrogati. l.7.c.12.n.23

Ascendentes.

Ascendentes, & descendentes contra nouitij testamentum succedunt in legitimam eis debitam. l. 7. c. 3. n.94
Ascendentes solos quando professus habet, an his reseruanda sit legitima. l.7.c.9.n.18.& 19

Assessor.

Assessor quid sit. l.6.c.13.n.84. An habeat aliquam iurisdictionem, vel ipse ferat sententiam. ibid.
Assessor Iudicis an possit esse religiosus ex Prælati licentia. ibid.n.85
Assessores esse nequeunt Franciscani, etiam de licentia superioris, & cur. ibid.n.86

Augmentum.

Augmentum non operantur ad diminutionem inducta. l.7.c.13.n.23

Austeritas.

Austeritas maior religionis vt diludicetur, quid spectandum. l.6.c.7.n.24
Austeritas noua non potest imponi religiosis. l.6.c.2. n.17

B

Baptismus.

Baptismo in omnibus non est æquanda professio religionis l.5.c.5.n.3. Est Sacramentum conferens ex opere operato primam gratiam, & delens omnia crimina quoad culpam & pœnam. ibid. In mortali susceptus reuiuiscit sublato per legitimam pœnitentiam illo peccato; ac omnem illum effectum habet, quem dignè susceptus erat habiturus. ibid.n.4

Beatæ.

Beatæ tertij ordinis D. Francisci, & D. Dominici, si ab eo statu recedant in perpetuum, matrimonióque copulentur contra vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ emissa, an sint apostatæ. l.6.c.8.n.6
Beatarum congregatio non est approbata à Sede Apostolica tanquam religio. ibid.

Beneficium.

Beneficium, vel pensio semel regulari legitimè collata an possint ei per Abbatem suum auferri. l.7.c.29. n.104
Beneficium aliud est perpetuum, aliud manuale. ibid.
Beneficium manuale an sit propriè beneficium. ibid. n.106
Beneficia manualia an vacent superiore reuocante, aut per mortem possidentis. ibid.n.107
Beneficia manualia quando sint collatiua, & quando electiua. ibid.n.108
Beneficium, & pensio, seu peculium quotupliciter possit à monacho possideri. ibid.n.109
Beneficium cùm confert Pontifex, aut peculium iure deuoluto ad ipsum ob Abbatis negligentiam, an integrum sit Abbati ad nutum reuocare. l.7. c. 29. n.131
Beneficium manuale collatum in perpetuum, an redeat ad pristinam manualis naturam, postquam vacauerit. ibid.n.141
Beneficium esse regulare, quotupliciter contingat. l.7. c.29.n.14.& 15
Beneficium ecclesiasticum quotuplex sit. l.7.c.4.n.10
Beneficium seculare an possit nouitio conferri, vel habitum valeat cum alio commutare. ibid.n.21.& 22

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

Beneficium vacans tempore nouitiatus, ad quod nouitius habet ius, an possit alteri conferri, cuius sint fructus dum non conferitur. ibid.
Beneficium parochiale acceptans firmo animo intra annum assumendi sacerdotij, sub ea conditione, nisi felicius eo tempore quidquam contigerit, non tenetur fructus restituere, nec alicuius culpæ reus est. l.6.c.7.n.17
ad Beneficium parochiale alicuius Ecclesiæ promotus an teneatur votis religionis, & præcepto ferendi habitum. l.6.c.6.n.36
Beneficium regulare an possit dari seculari, aut nouitio, vel volenti ingredi in religionem. lib.7. c.29. n.28
Beneficium seculare possidens regularis, si spolietur, an possit agere de spolio. l.7.c.29.n.85
Beneficij acquisitio tempore excommunicationis est irrita. l.5.c.4.n.38
Beneficij vacantis fructus iure reseruantur successori. l.7.c.4.n.25
Beneficium regulare an possit nouitio conferri. ibid. n.24
Beneficium regulare an concedi soleat à Pontifice clerico seculari in commendam ad certum tempus, intra quod religionem profiteatur, & sequuta professione illud in titulum habeat. l.7.c.4.n.25
Beneficij secularis curati an sint capaces regulares. l.7. c.29.n.37
Beneficio renunciant cum iuramento, an possit illud obtinere, si à maiori parte Capituli eligatur. l.7.c.7. n.10
Beneficia secularia, vel etiam regularia alterius ordinis, etiam Pontifice dispensante, an possit cogere acceptare suos religiosos Prælatus regularis. l. 6. c. 2. n. 51
Beneficia antea habita eo vacent, pensionesque extinguantur professione. l.7.c.29. n.2. An etiam vacent professione equitum militarium D. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ. ibid.n.5
Beneficia curata an possint ab Episcopo vniri monasterius, aut piis locis, aut beneficiis simplicibus, arrento Tridentino. l.7.c.29.n.184
Beneficia nouitij non vacent tempore nouitiatus. l.7.c.4. n.1. Idem procedit siue beneficia sint maiora, siue minora. ibid.n.3
Beneficiorum vacatio an prorogari permittatur. ibid. n.6
Beneficia omnia ex sua institutione præsumuntur secularia. l.7.c.29.n.11
Beneficia regularia manualia, quæ ad Prælati nutum remoueri possunt, quænam sint. l.5.c.5.n.16

Beneficiarius.

Beneficiarius religiosus an teneatur restituere Ecclesiæ ea quæ prodigè, & superuacaneè consumit. l.6. c.5.n.3. Tam amplè potest disponere inter viuos de sui beneficij reddibus, quàm amplè potest secularis. ibid.

Biennij vota.

Biennij vota, & coadiutorum formatorum emissa in Societate I E S V, sunt simplicia, nec acceptantur vt solemnia. l.5.c.1. n.11. Etsi emittantur sub regula per Sedem Apostolicam approbata, & cum ceremonijs in ipsa præscriptis, & sint ex parte vouentis perpetua, non acceptantur vt perpetua ex parte Societatis. ibidem. Tamdiu iis manent vouentes ligati, quandiu Generalis Præpositus eos duxerit in ea retinendos. ibidem. Non dicitur tamen eorum vota relaxare, aut in eis dispensare eos expellens. ibid.
Biennij vota, & coadiutorum formatorum Societatis I E S V cessant prorsus per repulsam. l.5.c.1.n.13. Ideò si semel expulsi admittantur iterum, indigent nona votorum emissione, vt iis ligentur. ibid. An ea sint conditionalia. ibid.n.16
Biennij vota qui emisêre in Societate I E S V, aut si sint coadiutores formati, an testari possint. lib. 7. c.8. n.22
per Biennij vota Societatis I E S V an obtineatur plenissima omnium peccatorum condonatio. l.5.c.5.n.7. An etiam per ea deleatur irregularitas defectus natalium. ibid.n.13

Priuilegia.

per Priuilegia religionis obtinetur indulgentia plenaria in primo ipius ingressu, & in mortis articulo. l.5.c.5.n.8

Bigama.

Bigama, vel post castitatis votum præuaricata, an possit esse Abbatissa. l.5.c.5.n.23

Bona.

Bona immobilia possidere indulsit Concilium Tridentinum omnibus regularibus, præter Franciscanos de obedientia, & Capucinos. l.6.c.18.n.11
Bona aduentitia acquisita à clericis ante clericatum, an efficiantur quasi castrensia clericatu assumpto, aut Episcopatu, & perdat pater vsumfructum eorum. l.7.c.13.n.25
Bona profectitia acquisita à clericis an sint quasi castrensia. ibid.n.27
in Bona truncalia non succeditur iure hæreditario, sed iure sanguinis. l.7.c.7.n.9
Bona à monacho alienari prohibita, an transeant perpetuò, & irreuocabiliter in monasterium. l.7.c.15. n.69
Bonorum renunciationi potest adiici conditio pro libito renunciantis, possuntque ea ad tempus dari: an renunciationi beneficij nulla potest conditio apponi. l.7.c.5.n.36
Bonorum renunciatio, quæ fit in Societate I E S V iuxta præscriptum constitutionum, si fiat post vota, nullam habet imbibitam conditionem, sed est omnino absoluta, & irreuocabilis. l.7.c.1.n.34
Bonorum, & iurium spiritualium possunt religiosi habere dominium, vel quasi dominium. lib.7.c.18. n.25
Bonorum ecclesiasticorum dominium an propriè sit apud solum Deum, & ius administrandi penes Ecclesias, quarum sunt. l.7.c.18.n.9
Bonorum temporalium ius nullum remanet religioso post professionem. l.7.c.14.n.16
Bonorum donatio si fuit à nouitio tacitè, vel accessoriè facta, nullatenus subsistit, quando est sequuta professio inualida, etiam profitente conscio nullitatis professionis, nedum quando nulla prorsus professio fuit sequuta. l.7.c.1.n.9
Bonorum parentis professi quota pars assignanda sit filijs legitimis ad alimenta. l.7.c.10.n.9
in Bonis acquisitis post professionem an habeant legitimam ascendentes, aut descendentes. lib. 7. c.9. n.22

Bonifacius.

Bonifacij VIII. decretum *c. vnico, de voto, in 6.* quomodo intelligatur. l.5.c.1.n.3.& 6

Bulla.

Bullæ cruciatæ virtute an sit concessum cuilibet confessario, vt possit absoluere ab excommunicatione, & suspen-

& suspensione deductis ad forum contentiosum. l.6. c.17.n.42.& 43

Brachium seculare.

Brachij secularis auxilio si sit ad clausuram monialium opus, qualiter peccent, & incurrant excommunicationem illud denegantes. l.6.c.15.n.22

C

Ceremonia.

Cæremoniæ ab Ecclesia petitæ, in quibus vota solemnitas sita est, quæ sint. l.5.c.1.n.11

Canonicus.

Canonicus nouitius an necessariò vocandus sit ad electionem Episcopi, aut alicuius beneficij canonicis competentem. l.7.c.4.n.9
Canonicorum regularium institutum est ad vacandum ministeriis ad proximorum salutem spectantibus. l.6.c.7.n.20
Canonicis regularibus D. Augustini an integrum sit fœminas ipsis inseruientes intra, vel extra claustra tenere. l.6.c.17.n.31

Canonicatus.

Canonicatus in Ecclesia seculari an sit capax regularis. l.7.c.29.n.74

Capella.

Capellæ fundatæ in monasterio an præsumantur regulares. l.7.c.29.n.27

Capitis minutio.

Capitis minutione an rumpatur testamentum. l.7.c.3. n.25
Capitis minutione cur vsusfructus extinguatur. l. 7. c.15.n.52

Capitulum.

Capitulum sede vacante succedit in omnem ordinariam iurisdictionem Episcopis competentem. l. 7. c.5.n.67
Capitulum sede vacante non succedit in iurisdictionem Episcopis delegatam, tanquam Sedis Apostolicæ delegatis. l.6.c.15.n.30
Capitulum sede vacanti an possit vnire ea beneficia quæ potest Episcopus. l.7.c.29.n.155
Capitulis præsidentes iubentur quærere annuatim suos religiosos professos fugitiuos, aut eiectos. l.6. c. 9. n.11

Carcer.

è Carcere fugiens religiosus, in quo iussu sui superioris inclusus est, an censendus sit fugitiuus. l.6.c.8. n.12

Cardinalis.

Cardinali, ac Episcopo habenti potestatem legitimam ingrediendi cum aliquibus sociis, quos elegerit, in aliquod monialium Cœnobium, an integrum sit fratres Minores in socios assumere. l.6.c.16.n.18
Cardinales habent in suis titulis iurisdictionem quasi Episcopalem. l.6.c.6.n.34

Carthusia.

Carthusia non est perfectior cæteris quoad finem, vtpote quæ nullatenus instituta est ad vacandum saluti spirituali proximorum, sed soli orationi, & silentio, cum arctissima clausura. l.6.c.7.n.21

Carthusiani.

Carthusiani laudabiliter abstinent à carnibus, medicis indicantibus illarum esum ad tuendam vitam periculo expositam ratione morbi necessarium, vt commune religionis bonum in perpetua carnium abstinentia consistens illæsum permaneat. l.6.c.15.n.39

Castella.

in Castellæ regno filij omnes, demptis ex damnato concubitu natis, sunt hæredes necessarij matris carentis prole legitima. l.7.c.9.n.16

Castitas.

Castitas, paupertas, & obedientia ita essentialiter statui religioso annexa sunt, vt sine illis consistere nequeat. l.5.c.1.n.16. Contra ea nec summus Pontifex indulgere potest, & quomodo. ibid. De castitate tamen non omnino constat, an omnimoda castitas ita sit statui religioso annexa, vt nec ex dispensatione Pontificia possit dari status religiosus cum sola castitate coniugali. ibid.n.17
Castitatis, paupertatis, & obedientiæ vota non sunt simpliciter conditionalia, cùm statim perfectè obligent ad ea in perpetuum obseruanda. ibid.n.30
Castitatis votum solemne ad quid obliget. l.5.c.6.n.9

Casus.

Casus excepti cum dictione taxatiua ratione boni communis non sunt extendendi ad casum priuatæ vtilitatis. l.6.c.15.n.39

Cathecumenus.

Cathecumenus Ecclesiæ legibus non astringitur, donec perfectè per baptismum in Ecclesiæ gremium admissus sit. l.6.c.10.n.7

Causa.

Causa si sit criminalis, an formandus sit libellus contra monachum, & ipse possit constituere procuratorem ad se defendendum. l.6.c.12.n.3
Causa iusta, & dispensatio an exigatur ad transeundum ad religionem arctiorem, quæ in se non est perfectior. l.6.c.7.n.12
Causa pia substituta excludit monasterium. l.7.c.16. n.42

Cautela.

Cautela aliqua an possit excogitari, vt permissum sit monacho aliquid expendere absque superioris reuocabili licentia. l.7.c.17.n.55

Cedere.

Cedere bonis an possit monasterium, vel monachus. l.7. c.31.n.24.
Cedere iure in fauorem suum introducto, vnicuique licet. l.5.c.4.n.18

Cedens, & Cessionarius.

Cedentis morte, an solius cessionarij pereat vsusfructus, si transferatur de consensu domini proprietatis, siue priùs illi traditus sit, siue solam actionem ad illum habuerit. l.7.c.13.n.19

Cessio.

Cessio ab vsufructuario facta nihil prorsus nocet proprietario. l.7.c.13.n.21

Censura.

Censuræ quæ latæ sint in moniales clausuram violantes, & eis fauentes. l.6.c.15.n.63

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
INSTITUTO DE BIBLIOTECAS

Censuræ superuedientes an priuetur beneficio legitimè acquisito. l.7.c.15.n.30
Censuræ quando deductæ sunt in forum contentiosum, an Concilium Tridentinum negarit Episcopis facultatem dispensandi, & absoluendi ab eis. l.6.c.17. n.42

Chirurgia.

Chirurgiæ artem cum incisione, vel adustione, religiosis, & quibuscumque clericis secularibus in sacris constitutis, exercere interdicitur, si sufficiens beneficium ad victum habeant. l.6.c.14.n.15. An causâ pietatis etiam non liceat. ibid.n.16

Clausura.

Clausura quotuplex iure regularibus indicatur. l.6. c.15.n.1
Clausura qualis monialibus indicta sit, & qualiter strictior ea sit quam ex vi suæ regulæ, aut voti tenebantur, indicetur posterius. ibid. n.2. An solo iure humano indicta sit, an potius iure naturali & diuino. ibid. n.3
Clausuræ præcepto an possit contraria consuetudine derogari. ibid.n.4
Clausura an tacitè claudatur in voto tanquam necessaria ad castitatis promissæ obseruantiam. ibid.
Clausura monialium intra quos limites continetur, quos prætergrediendo clausuram violent. ibid.n.6
Clausuram an violent moniales, si supra tecti tegulas ascendant. ibid.n.7
Clausuram an violet monialis egrediens domo priuata, intra quam est incsula, vel transiens ad domum monasterio contiguam. ibid.n.9
intra Clausuram non comprehenduntur domus contiguæ monasteriis, intra quas conuersæ professæ destinatæ eleemosynis colligendis esse debent. ibid.
Clausuræ præcepto an ligentur moniales omnium ordinum militarium. ibid.n.10
Clausura strictior an monasteria astringat in quibus ante Tridentini decretum non est seruata. ibid.n.11
ad Clausuram tenentur moniales conuersæ, & tertiariæ, siue de pœnitentia, si vtræque veræ professæ sint. ibid.n.13
ad Clausuram ex quo tenebuntur mulieres in congregatione vouentes simpliciter aliquem religiosum viuendi modum. ibid.n.14
ad Clausuram an teneantur omnes moniales ex voto, an ex solo præcepto ecclesiastico, aut regulæ. ibid. n.19
ad Clausuram cogere moniales, licentiamque egressus concedere, an sit Episcopi. ibid.n.20
Clausuræ violatio an esset ingressus ad officinas interiores. l.6.c.17.n.29

Claus.

Clausis intra priuatos parietes an integrum sit testari. l.7.c.7.n.41

Claustrum.

in Claustro quando admittitur quispiam ad habitum, aut professionem, aut lotio pedum in die Cœnæ celebratur, aut ibi prædicatur, an tunc liceat fœminis ingredi locum, quem de profundis appellant. l. 6. c.17.n.25
Claustrum ingredi an liceat fœminis ad audiendum sacrum, quando intra illius sacellum fit ob alicuius personæ potentis deuotionem. ibid. n.26. An etiam liceat, si theses Theologiæ ibi defendantur, aut aliqua rei piæ Comœdia repræsentetur. ibid.n.27

Claus iurisdictionis.

Clausi iurisdictionis non committitur Abbatissæ, sed aliquis vsu clausum, nempe correctio monialium ob periculum habitationis virorum cum ipsis. l. 6. c.1. n.17

Clericus.

Clericus an continere teneatur, qui ignorauit votum castitatis annecti ordinibus sacris, aut noluit id emittere, aut fuit irritus ordo. l.5.c.6.n.5
Clerico non est integrum contra fori priuilegium toti ordini clericali concessum, se foro seculari committere. l.6.c.18.n.13
Clericus instituens clericum, an indigeat solemnitatibus iuris ciuilis. l.7.c.3.n.20
Clerici licèt non subdantur pœnis legis ciuilis, subdantur tamen legibus ciuilibus irritantibus contractus, & testamenta, nisi tali solemnitate & modo fiant. ibid.
Clerici frequentantes monasteria monialium, si moniti non resipuerint, quibus pœnis afficiendi. l. 6. c.16. n.108
Clerici seculares possunt in fauorem diuitum primogenium aliquod instituere ex bonis patrimonialibus, quia nullo paupertatis voto ligati sunt. l.7.c.8.n.17
Clericorum nomine in materia odiosa non comprehenduntur Episcopi, nec Clerici in dignitate constituti. l.6.c.15.n.74
Clericorum nomine veniunt etiam omnes prima tonsura initiati. l.7.c.13.n.33
Clerici coniugati solis canonis, & fori priuilegiis gaudent. ibid.n.36

Clericatus.

per Clericatum an cesset patria potestas. l.7.c.15.n.26
post Clericatum bona aduentitia acquisita an sint quasi castrensia. ibid.n.30
per Clericatum, vel professionem an tollatur incapacitas spurij, aut naturalis ad succedendum in bona paterna. l.5.c.5.n.25

Coadiutores.

Coadiutores formati non possunt ex licentia superioris testari. l.7.c.8.n.12
Coadiutores formati in Societate Iesv an succedant in emphyteosim. l.7.c.15.n.51
Coadiutorum formatorum Societatis Iesv voti paupertatis, quamuis sit simplex, reddit eos prorsus omnis dominij acquirendi, ac in alios transferendi incapaces. l.7.c.18.n.24

Cognatio.

Cognationem carnalem non decet monachos adeò spectare, vt ratione ipsius negotiis secularibus se implicent. l.6.c.25.n.24

Collatio.

Collatio beneficij nouitij facta alij an sit irrita, nec professione sequuta confirmetur. l.7.c.4.n.8
Collatio, & confirmatio quando dicantur ex certa Pontificis scientia fieri. l.7.c.29.n.144

Collegia.

Collegia Societatis Iesv quamuis possideant bona in communi, iure tamen succedendi in bona suorum religiosorum carent. l.7.c.12.n.1

Codicilli.

Codicilli largè testamenti nomine claudunt. l.7.c.5. n.3. & 4
Codicillos an possit facere professus ex superioris licentia. l.7.c.8.n.9

Commendatarij.

Commendatarij iniures an sint domini tam bonorum patrimonialium, quàm reddituum commendarum, possintque de illis testari, ac primogenium instituere. l.7.c.8.n.26. & 27
Commendatarij Christi, Diui Iacobi, & de Auis, sicut non omnimodam, & perfectam castitatem profitentur; ita nec perfectam paupertatem, sed eam solùm, quæ hodie est consueta ab eis seruari. l. 7.c.8. n.28. Possunt de bonis suis maioratum instituere. ibidem. n.31. Lucrantes ab his in ludo non tenentur quicquam restituere. ibid. n.32. & 38
Commendatarij equites, qui vxorem ducere possunt, an succedant in maioratum qualemcumque, quamuis adsit clausula excludens religiosos. l.7.c.15.n.5
Commendatarij D. Ioannis, qui matrimonium inire non possunt, an succedant in feudum. l.7.c.15.n.48. & 49

Commissarius.

Commissarij testamenti munus si religiosus absque superioris licentia acceptet, & conficiat testamentum nomine committentis, an valeat. l.6.c.11.n.49

Commoditas.

Commoditas vsusfructus in alium translata, an expiret morte transferentis, an potius eius, in quem transfertur. l.7.c.13.n.18

Communitas.

Communitatis bona expendens religiosus abundanter, aliis patientibus necessitatem, an peccet mortaliter. l.7.c. 9.n.28
Communitati quod datur, nemini datur, nec est singulorum. l.7.c.2.n.55

Comparare.

Comparare monachũ filiofamilias, an vtilius sit, quàm seruo, quoad bonorum acquisitionem. l.7.c.12.n.40

Compaternitas.

Compaternitatem contrahere quomodo monachis sit interdictum. l.6.c.6.n.24

Complacentia.

Complacentia sola transgressionis ex se culpa vacantis non constituit mortale. l.6.c.4.n.15
Complacentia deliberata de quocumque obiecto mortali, quantumuis modica sit, est semper lethalis. l.5. c.6.n.12

Compromissarius.

Compromissarius an possit esse religiosus alicuius electionis. l.6.c.13.n.64

Condonatio peccatorum.

Condonatio omnium peccatorum an per professionem obtineatur. l.5.c.5.n.1. An sit indulgentia. ibid.n.6

Conditio.

Conditio contraria substantiæ matrimonij carnalis reddit ipsum irritum. l.5.c.4.n.92
Conditionis implementum non retrorahitur in vltimis voluntatibus, sed inspicitur tempus quo illa impletur. l.7.c.7.n.53
Conditio suspensiua, & resolutiua quæ dicatur. l.7.c.5. n.59
Conditionis proprium est suspendere, & nihil ponere in esse. ibid.
Conditio dicitur esse quid facti. ibid.n.64
Conditio nihil ponit in esse. l.7.c.16.n.47
Conditio excludens clericos à successione in maioratum, quò tendat. l.7.c.15.n.6
Conditionis ea est natura, vt obligationem vsque ad eius euentum suspendat. l.5.c.1.n.30
Conditiones turpes adiectæ legatis, non vitiant, sed vitiantur. l.7.c.17.n.2

Confessio.

Confessio validè, & licitè ex consitentis licentia reuelatur. l.6.c.18.n.43

Confirmatio.

Confirmatio valorem actus confirmandi supponit. l.7. c.8.n.59
Confirmatio & innouatio nullum nouum ius tribuit, sed antiquum conseruat. l.6.c.1.n.26

Confessarij.

Confessariis Societatis Iesv an concedatur absoluere ab omnibus casibus, & censuris, & pœnis consurgentibus ex eis toties, quoties, præterquàm à contentis in bulla Cœnæ Domini. l.6.c.17.n.41

Coniux.

Coniux vouens in seculo castitatem, vt alter possit in religione profiteri, manet à voto liber, si alter non profiteatur. l.5.c.4.n.105
Coniux vterque quando est dubius de valore matrimonij, neuter potest alteri petenti debitum reddere. l.6.c.3.n.21

Conscientia.

Conscientiæ determinatum iudicium exigitur ad rectam operationem. l.6.c.3.n.2
Conscientia dubia aliquid operari, est intrinsecè malum. ibid.

Consensus.

Consensus tacitus eius, de cuius hæreditate tractatur, sufficit ad pactum de futura successione. lib. 6. c.11. n.11
de Consensu eius, de cuius hæreditate tractatur, an valeat pactum circa futuram successionem. l.7.c.2.n.14. An sufficiat reuocatio tacita huius consensus, illaque præsumatur. ibid.n.15

Consilium.

Consilium ratione subiectæ materiæ verba importantia, an aliquando importent præceptum, & è contrà, & quando id accidat. l.6.c.4.n.32
Consilium præstans in aliqua causa, siue verbo, siue scripto, non adeundo Iudicem, aduocati munus non obit. l.6.c.15.n.29
Consilium an sit transire de vna religione ad aliam. l.6. c.7.n.1
Consilium dare executoribus testamentorum non interdicitur fratribus Minoribus. l.6.c.11.n.28
Consilium quoties ab aliquo tanquam à collega, & participe officij petendum est, illud necessariò est sequendum. l.6.c.8.n.82

Consuetudo.

Consuetudo est optima legum interpres. lib. 6.c.4. n.27
Consuetudo aliquid dandi, vel accipiendi, an sit licen-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ita tacita ad excusandum religiosum datem, vel accipientem. l.7.c.19.n.7
Consuetudo transgrediendi regulas an sit lethalis. l.6. c.4.n.18
Consuetudo an aliquid possit circa tria substantialia religionis vota abroganda. l.6.c.2.n.29
Consuetudo vt monachus testetur, an valeat. l.7.c.8. n.62
Consuetudine an possit induci, vt beneficia regularia sint perpetua, ita vt Abbas non possit monachum revocare. l.7.c.29.n.27

Constitutio.

Constitutio pœnalis non est extendenda vltra verborum proprietatem, communi prudentium vsu, & sermone morali receptam. l.6.c.8.n.49
Constitutio noua, etiam pœnalis, loquens in vno de casibus æquiparatis iure antiquo, debet extendi ad alterum, in quo eadem est ratio. l.6.c.8.n.91
Constitutiones nouæ an obligent iam professos, si a toto Capitulo edantur. l.6.c.2.n.19 Et an obligent in posterum professuros. ibid.
Constitutiones an aliud sint à regula, nec sub illa comprehendantur. l.7.c.12.n.2

Contemptus.

Contemptus totum obedientiæ fundamentum euertit. l.6.c.1.n.7

Continentia.

Continentia quo iure sit sacris ordinibus annexa. l.5. c.6.n.1
Continentiæ obligatio an consurgat ex vero voto ordinibus annexo. ibid.n.2

Contractus.

Contractus nouitiorum an necessariò celebrandi sint cum solemnitatibus iure ciuili petitis. l.7.c.5.n.21
Contractus solemnes dicuntur, quando solemnitatem iure petitam habent, & vt tales in iure recipiuntur. l.5.c.1.n.51. Possunt omnes dissolui mutuo consensu præter matrimonium. ibid.n.12
Contractus inter aliquos vt ineatur qui interuenit, inducendo vtramque partem, aduocatum non agit. l.6.c.15.n.40
Contractus initi à religioso absque superioris licentia, an sint omnino irriti, an potiùs in monasterij fauorem valeant. l.7.c.31.n.27
Contractus ab excommunicato initi an sint validi. l.5. c.4.n.78
Contractus onerosi conditionales, & gratiosi quomodo inter se distent. l.7.c.5.n.57
Contractus ab initio nullus, nequit absque nouo paciscentium consensu ratus haberi. l.7.c.1.n.27
Contractus quando confirmatur iuramento, manet eo ipso irreuocabilis. ibid.n.53
ex Contractu Prælati cum religioso, vel domini cum seruo, an oriatur naturalis obligatio, aut ciuilis. l.7. c.8.n.33
Contractuum nomine veniunt obligationes. l.7.c.51 n.31
in Contractibus conditio retrotrahitur ad tempus contractus initi. l.7.c.7.n.53

Contrahere.

Contrahere qui non potest, nec vltimam voluntatem facere, non potest primogenium instituere. l.7.c.8. n.10

Conuentus.

Conuentus superior nequit tempore pestis fugere deserto conuentu. l.6.c.2.n.54

Conuersi.

Conuersi, & obiati, an fratres Xenodochij Ioannis de Deo, cui acquirant. l.7.c.14.n.1
Conuersis professis an testari liceat. l.7.c.8.n.41

Conuersa.

Conuersarum professarum egressus an liceat ad petendas eleemosynas conuentui necessarias. lib.6.c.15. n.54

Corporis traditio.

in Corporis traditione, per alterum coniugem acceptata, an consitat matrimonij essentia perfectè, & integrè, iure ipso naturali. l.5.c.1.n.3. Vt valida sit ea traditio, quas solemnitates postulet Ecclesia. ibid.

Correctio.

ad Correctionem fraternam ante denunciationem ius obligans an sit renunciabile. l.6.c.18.n.42
Correctionis fraternæ finis est emenda proximi. ibid. Quo ordine seruato melius obtineatur. ibid.
Correctionis ordo in tantum est seruandus, in quantum à charitate pendet. ibid.n.46

Criminum satisfactio.

Criminum præteritorum satisfactio ingredienti religionem nulla imponenda, quod totum residuum vitæ tempus Deo dedicet. l.5.c.5.n.2

Cubicularij.

Cubicularij ad hoc sunt, vt vitæ Prælati testes sint. l.6. c.12.n.29

Culpa.

Culpa lethalis an sit accedere sine iusta causa ad monialium monasteria, aut illa frequentare. l.6. c.16. n.119.&120
Culpæ lethalis reus est, qui se impotentem reddit ad votum explendum. l.6.c.9.n.69

D

Debitum.

DEbitum peculiare obediendi Prælatis religionis, & Pontifici, consurgit ex solo obedientiæ voto. l.6.c.2.n.2

Debilitas.

ob Debilitatem, vel ob aliam iustam causam cùm propria religio nequit tolerari, licitus est transitus ad aliam. l.6.c.7.n.1

Decima.

Decima pretij rei, in qua est census perpetuus, venditæ, aut res illa cadens in commissum, an pertineat ad monasterium vsufructuarium, aut capellanum, qui ratione capellaniæ potitur fructibus illius census, an potiùs ad proprietarium. l.7.c.13.n.52

Declarans.

Declarans nihil de nouo facit, sed iam factum aperit. l.7.c.11.n.16

Decretum.

Decretum religiosi non seruandi regulam, nec præceptum superioris, nisi quando sub mortali obligat, an sit mortale. l.6.c.4.n.20
Decreti publicatio de clausura monialium an sit quotannis facienda. l.6.c.15.n.23
Decreta in materia etiam stricta, iurisque correctoris, sunt ita interpretanda, vt non frustrentur. l.5.c.4. n.19

Dedicatio.

Dedicatio bonorum expresè facta in religionis ingressu, habet tacitam conditionem, si professio sequatur. l.7.c.5.n.97

Defectus.

Defectus ratione indebiti finis ad quem ordinata est professio, contingit, quia aut malus est, aut indifferens, aut consequutio rei temporalis, aut mixtus. l.5. c.4.n.83
Defectu legitimæ ætatis ad profitendum irrita redditur professio. l.5.c.4.n.2. Iure antiquo ætas illa erat pubertas completa. ibid. Malitia non potest supplere ætatem. ibid.

Delectatio.

In Delectationibus venereis quæ deliberatè capiuntur ex obiecto graui, non reperitur paruitas materiæ, etiam secluso periculo pollutionis, & consensus in aliud obiectum graue. l.5.c.6.n.12. Earum declaratio non excusanda à confessionibus. ibid.

Delegatus.

Delegatus Pontificis, aut eius legati esse non potest simplex religiosus. l.6.c.13.n.74

Delictum.

Delictum monachi non obligat monasterium ad illud resarciendum, nisi quatenus ex eo monasterium factum est ditius. l.6.c.14.n.29
Delicta occulta an liceat in Societate Iesv deferre superiori, non præmissa correctione fraterna. l.6.c.18. n.44. & 45

Demens, Dementia.

Demens an possit validè ad nouitiatum admitti; vel professio tunc facta ratificetur eo post sanam mentem non contradicenti. l.5.c.4.n.53
Dementia non omnino mente priuans, sed in vna, vel altera materia, nec voti, nec aliorum contractuum valorem impedit. ibid.

Depositum.

de Deposito commendato religioso, si culpa religiosi pereat, an teneatur monasterium, vel ipse religiosus. l.6.c.14.n.29

Depositio.

Depositionis pœna, aut degradationis, & priuationis ecclesiasticæ sepulturæ, an sit indicium obligationis sub mortali. l.6.c.4.n.55

Depositarius.

Depositarij officium an possit subire religiosus. l.6.c.14. n.27

Deus.

Deus non immediatè seipso acceptat professionis obligationem, sed medio Prælato. l.5.c.4.n.92

Dictio taxatiua.

Dictio taxatiua non excludit casus similes, & in quibus eadem ratio, aut vrgentior militat. l.6.c.15.n.37

Dignitas.

Dignitas Episcopalis, aut cura animarum an impediat religionis ingressum, ac professionem irritam reddat. l.5.c.4.n.51
in Dignitatis Episcopalis honorem statutum est iure, vt Episcopus nulla suspensione, aut interdicto in alicuius decreti transgressores latis ligetur, nisi in eo decreto fiat specialis mentio de Episcopo. l.6. c.6.n.17
Dignitatum prælationis viri bigami sunt incapaces. l.5. c.5.n.23

Dimissio.

Dimissio fraudibus extorta non liberat religiosum votis. l.6.c.9.n.68
Dimissioni culpas sufficiẽtes qui post vota biennij, aut tempore nouitiatus emissa committit, quamuis ex se non essent nisi veniales, an peccet mortaliter. ibid. n.69
Dimissio habitus temeraria dicitur, quando absque causa fit, secus si ex iusta causa. l.6.c.8.n.41

Dispensatio.

Dispensatio in solemni castitatis voto ordini sacro annexo non redditur licita propter solam spiritualis boni ipsius vouentis causam, sed requiritur causa publicæ vtilitatis. l.5.c.2.n.2
Dispensationem in voto castitatis quæ causa iustam reddit, satis iusta est dispensandi in voto paupertatis. ibid.n.9
Dispensatio valebit, & tenebit factum quoad voti solemnitatem reddentem professum incapacem acquirendi dominij, & illius transferendi, si absque iusta causa Pontifex dispenset. ibid.n.10
Dispensatio in solemni obedientiæ voto concessa absque iusta causa boni communis, non valebit quoad substantiam voti obligantis iure diuino naturali. ibid. n.11
Dispensatio quantumuis stricti iuris sit, extenditur ad connexa. l.7.c.5.n.83
Dispensatio Pontificis cum apostata, vt in ordine sacro susceptò in apostasia, ministret, extendi an possit, vt ad superiores queat ascendere. l.6.c.8.n.25
Dispensatio in iure humano absque iusta causa concessa illicita est, sed tamen valida. l.7.c.8.n.48
Dispensatio an sit subreptitia, in qua explicatum est professum esse nobilem, aut id est tacitum. l.7.c.12. n.13
Dispensatio an exigatur, vt regularis obtinere possit beneficium seculare curatum. l.7.c.29.n.35
in Dispensatione non habet locum argumentum de maiori ad minus. l.7.c.8.n.58
Dispensatio cum monacho facto Episcopo an valeat, vt obtineat Abbatiam secularem tacito monacharu. l.7.c.29.n.82
Dispensatio cùm habet tractum successiuum, cessante eius causa, extinguitur omnino. l.6.c.6.n.28
Dispensatio votorum religionis & castitatis Pontifici reseruatur. l.6.c.9.n.60
Dispensatio facilior est quoad vsum ordinum susceptorum, quàm quoad promotionem. l.5.c.5.n.10
Dispensatio fauore totius status religiosi concessa, est latè interpretanda. ibid.
Dispensatio irregularitatis ad reincidentiam fingenda non est, vtpote quæ nullum in iure fundamentum habet. ibid.n.14

Dispensare.

Dispensare an valeat Prælatus summo Pontifice inferior cum professis, vt testentur. l.7.c.8.n.5. Et an cum conuentu eam licentiam dare possit. ibid. An etiam Capitulum generale. ibid.
Dispensare secum an quispiam possit. l.6.c.16 n.25
Dispensare cum religioso quis valeat, vt retineat beneficium, quod ante professionem habebat. l.7.c.29.n.6

Dispositio.

Dispositio quælibet bonorum per modũ quotæ, & vniuersitatis, an in dubio dicatur testamentũ. l.7.c.9.n.9

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Dispositio quæuis venit interpretanda ne sit superflua, & sine effectu aliquid operandi. l.7.c.5.n.61
Dispositio generalis, quæ in vno solo casu verificari potest, habetur pro speciali, & indiuidua. l.7.c.13.n.58
Dispositio quoties exigit consilium alicuius peti, eius petendi omissio irritum reddit executionis actum. l.6.c.11.n.35
Dispositio in dubio præsumitur potiùs modalis, quàm conditionalis. l.7.c.5.n.61
Dispositio quæuis per vltimam voluntatem an sit interdicta professis, & quo iure. l.7.c.8.n.2
inter Dispositionem à principio puram, sed resoluendam sub conditione, & inter putè conditionalem quod sit discrimen. l.6.c.10.n.21
In Dispositione bonorum quid iura ciuilia requirant in minoribus. l.7.c.3.n.22

Dissolutio matrimonij.

Dissolutionis matrimonij cùm iura meminêre, de ea agunt quæ fit per professionem solemnem. l.5.c.1.n.29

Diuisio.

Diuisio bonorum inter filios à professo facta post professionem, an possit ab ipso reuocari. l.7.c.11.n.11

Diuites.

Diuitibus an liceat retentis diuitiis mendicare ad tempus causâ peregrinationis. l.7.c.24.n.11
Diuites an teneantur ad eleemosynas erogandas eligentibus voluntariam paupertatem. ibid.n.17

Diuitiæ.

Diuitiis relictis an liceat diuitibus mendicare. l.7.c.24.n.11

Doctor.

Doctor docens, vel in scholis retinens religiosos audientes medicinam, vel leges, vt incurrat excommunicationem, quot conditiones petantur. lib. 6. c. 8. n. 89

Doctoratus.

ad Doctoratus gradum an possit promoueri religiosus. l.6.c.14.n.43

Dominus.

Dominus an obligetur naturaliter, ac in foro conscientiæ ad seruandum pactum cum proprio seruo initum. l.7.c.8.n.16
Domini ad seruum ea ratione, qua seruus est, licèt non sit amicitia, neque iustitia, ea tamen ratione, qua homo est, vtrumque esse potest. ibid.
Domini consensu accedente, an possit professus ex superioris licentia testari de rebus alienis. lib. 7. c. 8. n. 6
ex Domini consensu de re aliena testari licet. l. 7. c. 8. n. 47

Dominium.

Dominium an distinguatur ab vsu in rebus, quæ vnico vsu consumuntur. l.7.c.18.n.2.& 3
Dominium quid sit. ibid.n.5
ad Dominij translationem debet concurrere voluntas dantis, & acceptantis. ibid.
Dominium peculij profectitij non acquiritur filiofamilias. l.7.c.13.n.18
Dominium quale habeant commendatarij in bona quæ possident. l.7.c.8.n.26
Dominium, & possessio bonorum professi an transferatur in monasterium absque traditione. l.7.c.12.n.23
Dominium bonorum, quæ fratribus Minoribus conceduntur, apud quem sit. l.7.c.18.n.9
In actuali dominij sui ipsius traditione in manus Dei, ac Prælatorum vices Dei gerentium, ipsiusque nomine eam acceptantium, an consistat voti solemnis essentia. l.5.c.1.n.3
Dominij quidam actus est testari. l.7.c.8.n.1
Dominij capaces, quantumuis bonis temporalibus destituti sint, an possint testari. ibid.
ad Dominium habendum solo iure humano reddunturinhabiles religiosi. ibid.n.4

Domus.

Domui toti religiosæ an liceat transitus ad arctiorem religionem. l.6.c.7.n.7

Dos.

Dos data monasterio in ingressu monialis, an redeat ad ascendentem, aut descendentem superstitem mortua moniali. l.7.c.9.n.23

Donare.

ad Donandum in vita sicut sat est sola administratio libera, ita ad donandum in morte. l.6.c.6.n.10

Donatio.

Donatio facta à nouitio, vel volente ingredi religionem, an sit omnino firma attento iure antiquiori, ita vt eo exeunte, vel moriente ante professionem, minimè reuocetur. l.7.c.1.n.1. An censeatur in dubio facta inter viuos, ac proinde sit omnino irreuocabilis. ibid. An potiùs assimilatur donationi causâ mortis, censeatúrque facta contemplatione professionis, quæ mors mundani, & ciuilis est. ibid.
Donatio præsumitur facta inter viuos in dubio, vbi nulla sit mortis mentio. ibid.n.4
Donatio facta contemplatione ingressus religionis, an possit reuocari ante professionem ab ipso donante. ibid.n.18
Donatio causâ mortis omnium bonorum præsentium, & futurorum valet, eo quod non adimat liberam testandi facultatem. ibid.n.19
Donatio, stipulatio, & hypotheca non possunt fieri circa hæreditatem tertiæ personæ viuentis. lib.7.c.2.n.4
Donatio causâ mortis, qua datur hæreditas, an sit omnino irrita, vel valeat tanquam fideicommissum. l.7.c.2.n.49
Donatio causâ mortis facta ante professionem extraneo, an reuocetur professione. l.7.c.3.n.40
Donatio facta inter viuos, an reuocetur professione religionis. ibid.n.41
Donationem causâ mortis an possit facere professus ex licentia superioris. l.7.c.8.n.10
Donatio causâ mortis quoad sui initium, & ordinationem magis assimilatur contractui, quàm vltimæ voluntati. l.7.c.8.n.11
Donationes modicas in vita à religioso fieri ex superioris licentia non interdixit ius ecclesiasticum. l.7.c.8.n.5
in Donationibus, aut renunciationibus nouitiorum quas solemnitates petat Tridentinum, vt validæ sint. l.7.c.5.n.64

Dubium.

in Dubio nulla est possessio pro obligatione legis sub mortali, sed præponderat possessio libertatis voluntatis. l.6.c.4.n.66

cum

cum Dubio speculatiuo operari, nulla prorsus est culpa, quoties ratio aliqua vrget ad contrarium iudicium practicum formandum. l.6.c.3.n.3

E

Ecclesia.

Ecclesia propter animam, & contemplationem Dei priuilegiis munitur. l.7.c.1.n.51
Ecclesiæ interdictu simplex, & maximè si causam temporalem interdicendi habeat, sicut non reddit irritum matrimonium carnale; ita non reddet irritam professionem, quæ matrimonium spirituale est. l. 5. c.4.n.3
Ecclesiæ est religiones erigere, atque eas approbare. l.5.c.1.n.19
Ecclesiæ nascentis mitio, cùm fideles nihil proprium haberent, an rectè vterentur rebus vsu consumptibilibus. l.7.c.18.n.5
Ecclesiæ generale est priuilegium, vt in ipsam transferatur dominium absque traditione. l.7.c.12.n.25
Ecclesiæ ministri habent authoritatem à Christo separandi malè coniunctos matrimonio, & eandem quoque authoritatem habent ab Ecclesia. l.5.c.1.n.9. Suppositio namque decreto Ecclesiæ irritantis eiusmodi matrimonia, non tantùm est contra ius ecclesiasticum, sed etiam contra diuinum naturale, illos permanere coniunctos, cùm sit copula fornicaria. ibid.
Ecclesiam construente, aut dotante monacho, an ius patronatus transeat ad monasterium. l.7.c.14.n.4
aduersùs Ecclesiam præscriptio legitima est regularitèr quadragenaria. l.7.c.29.n.16
Ecclesiæ vacantis fructus debent reseruari futuro successori, vel expendi in vtilitatem Ecclesiæ. l.7.c.4.n.23

Ecclesiastici.

Ecclesiastici nulli exempti sunt à legibus ciuilibus, quæ non sunt contra libertatem ecclesiasticam, sed ad bonam Reipub. administrationem sunt institutæ. l.7.c.3.n.20

Egressus.

Egressus monialis à clausura an exigat iustam causam. l.6.c.15.n.31

Electio.

Electio pauperum, in quos eleemosyna distribuenda est, an possit committi fratribus Minoribus. l.6.c.11.n.31.& 32

Elector.

Electores, aut patroni quando concordant, vt is præsentetur, aut eligatur, quem monachus elegerit, an exigatur licentia. l.7.c.14.n.13

Eleemosyna.

Eleemosynæ distributor ex testamento potest partem aliquam sibi applicare, si verè pauper sit. l.6.c.11.n.54
Eleemosynam an facere possit religiosus sub spe rathabitionis, quando superior abest. l.7.c.15.n.5
Eleemosynarum quæstores quales improbentur in Tridentino *sess. 21. cap. 9. de reformatione.* lib.7.c.24.n.7
Eleemosynarum vsus quandoque per accidens est religiosis illicitus. ibid.n.8

Emphyteosis.

Emphyteosis, quam habebat religiosus ante professionem, an transeat ad monasterium. l.7.c.15.n.51
Emphyteosis quando non est hæreditaria, an transeat ad monasterium, vel ad quem pertineat cum meliorامentis in ea factis. ibid.n.39
Emphyteosis renouatio quãdo peti possit. l.7.c.14.n.23.
Eam petere professus an possit, aut monasterium eius nomine. ibid.n.24
ad Emphyteosim, quam ante professionem habebat, an integrum sit religioso nominare. l.7.c.14.n.14

Ephigenia.

Ephigenia à D. Matthæo religiosa effecta, & aliquot aliæ moniales tempore Apostolorum clausuram non seruabant. l.6.c.15.n.3

Epidemia.

Epidemiæ nomine quid intelligatur, ob quam conceditur egressus monialis è monasterio. l.6.c.15.n.32. & seqq.

Episcopus.

Episcopus potest in multis casibus dispensare quoad vsum ordinum susceptorum cum malè promotis, in quibus nequit ad promotionem dispensare. l.5.c.5.n.20
Episcopus an possit examinare vniones, ac illarum effectum impedire, non obstante præscriptione. l.7.c.29.n.179
Episcopus si potestate delegata vniat beneficia, an desideretur consensus Capituli. ibid.n.182
Episcopus an possit ex eis beneficiis, quæ vniri potest, reddere aliquod manuale, & ad nutum amobile, quod erat perpetuum. ibid.n.189
Episcopus an possit monachum ad professionem admittere. l.5.c.4.n.74
Episcopus depositus si redeat ad monasterium, an indigeat nouo voto obedientiæ. l.6.c.6.n.31
Episcopus religiosus à quo tempore eximatur ab obedientia Prælatorum regularium, & regularum. ibid.n.32. Vt liber est ab omnibus regulæ obseruantiis, ita quoque priuilegiis suæ religionis non gaudet. ibid.n.33
Episcopus an possit concedere regularibus licentiam eundi ad studia. l.6.c.8.n.86
Episcopus an possit dispensare in voto paupertatis in seculo emisso. l.7.c.18.n.31
Episcopus an absoluatur à castitatis, & obedientiæ voto. l.6.c.6.n.1
Episcopi si sit monachus cubicularius, an possit absque licentia Episcopum accusare. l.6.c.12.n.10
Episcopus an possit nouitio duorum mensium spatium taxare, intra quod teneretur renunciare beneficio, si in religione permanere velit. l.7.c.4.n.2
ex Episcopi sola licentia an possit religiosus munus executoris testamenti subire. l.6.c.11.n.19
Episcopo an magis teneantur obedire religiosi, quàm suis Prælatis regularibus. l.6.c.1.n.13
Episcopus an possit religiosos exemptos compellere censuris ad obediendum in casibus in quibus ipsis subduntur. ibid.n.14
Episcopi an possint esse delegati simplices religiosi. l.6.c.13.n.77
Episcopis à tempore confirmationis competunt ea omnia, quæ sunt iurisdictionis. l.7.c.5.n.65
Episcopis nulla facultas conceditur indicendæ clausuræ monialibus exemptis, quę regularibus subiectæ sunt, sed est superiorum regularium. l.6.c.15.n.21
Episcopi an sit ad exitum monialis licentiam concedere in quibuscumque monasteriis. ibid.n.14
Episcopis religiosis an integrum sit testari de bonis patrimonialibus, aut propria industria acquisitis, eo modo quo id fas est Episcopis secularibus. l.6.c.6.n.10
Episcopi seculares de quibus bonis testari nequeant. ibid.n.11

Episcopi

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Episcopi nouulatei, seu titulares qui dicatur, ibid. n.27.
Cernuit, vt alios habentes oues in pontificalibus adiuuent. ibid.

Episcopatus.

Episcopatus, aut regimen monasterij an conferri possit nouitio. l.7.c.4.n.20
Episcopatus dicitur status perfectionis, non quasi statum perfectionis secum afferat, sed quia illum præsupponit. l.6.c.18.n.39
ad Episcopatum acceptandum an possit cogere religiosus Prælatus regularis. l.6.c.1.n.49
Episcopatus ex se non ordinatur ad bonum religionis, aut subditi, sed ad commune bonum Ecclesiæ. ibid.

Equites.

Equites Diui Ioannis an stando in iure communi, & vi sui voti, testari possint. l.7.c.8.n.36
Equites D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, an sint proprie & vere religiosi. l.5.c.1.n.17

Eremitæ.

Eremitæ testari possunt, quia non sunt religiosi, nec tribus substantialibus religionis votis ligati. l.7.c.8.n.40
Eremitæ Sancti Augustini proprium habere an queant. ibid.n.41

Error.

Non omnis error, nec omnis deceptio, sed circa sola substantialia cultus professionem. l.5.c.4.n.57

Excommunicatio.

Excommunicatio imponi nequit nisi pro inobedientia. l.6.c.5.n.27
Excomm unicatio non potest ferri ob delictum præteritum, sed ob futurum, cauendo contumaciæ non obediendi. l.6.c.10.n.17
Excommunicatio minor est pœna leuis, & pro solo veniali incurritur. l.6.c.4.n.48
Excommunicatio incurri non potest ex solo conscientiæ errantis dictamine, ea quod iudicet authoritate potentis eam imponere, & de facto imponentis. l.6.c.4.n.43
Excommunicatio simpliciter prolata, intelligitur semper de maiori. l.6.c.107
Excommunicationem incurrunt dimittentes temerè habitum suæ religionis, vt periculosa euagandi occasio religiosis subtrahatur. l.6.c.8.n.19.& 20
Excommunicationem latam in hæreticorum receptatores, illi soli incurrunt qui receptant vt hæreticos. l.6.c.15.n.72
Excommunicationem Pontifici reseruatam quando incurrant fœminæ ingredientes vitorum monasteria extra casus permissos, & quis ab ea possit absoluere. l.6.c.17.n.33

Excommunicatus.

Excommunicatus an peccet admittendo professionem, & valeat admissio. l.5.c.4.n.78
Excommunicato accedente ad diuina officia audienda, cum expelli nequit, quid faciendum. l.6.c.8.n.99

Excusare.

ad Excusandum à furto, & à transgressione voti paupertatis, & obligatione restituendi, an sufficiat credere probabiliter posse, vt dominus, vel superior concederent licentiam accipiendi, retinendi, vel expendendi, quatenus quoad modum sine inuitij. l.7.c.19.n.13. & 14

Executio.

Executio præcepti an sit differenda, quando minus malum timetur ex dilatione. l.6.c.5.n.25
Executionem ordinum an recipiat apostata ordine minores recipiens. l.6.c.8.n.25

Executor.

Executor testamenti iussus exequi cum consilio, vel consensu fratrum Minorum, an si omittat id consilium, vel consensum petere, sit iusta executio. l.5.c.11.n.35
Executor cuiuscumque vltimæ voluntatis religiosus esse prohibetur absque licentia superioris, siue ex codicillus, siue donatio causâ mortis, siue epistola sit. lib.6.c.11.n.2
Executoris testamenti munus an possit suscipere Prior conuentualis missus extra monasterium ad regendum aliquem fratrum conuentum, etsi pro libito Abbatis possit remoueri. ibid.n.6
Executores testamenti esse possunt omnes religiosi, demptis Franciscanis de obseruantia, obtenta superioris licentia. ibid. n. 7. An id verum habeat etiam quoad legata profana. ibid. n. 8. An vltra licentiam requiratur etiam monasterij vtilitas. ibid.n.9
post Executoris testamenti officium susceptum an sufficiat licentiam obtineri ad illud exequendum. ibid. n.10. An etiam sufficiat tacita superioris licentia, quæ habetur ex ratihabitione de præsenti, aut præterito, ad hoc munus acceptandum. ibid.n.11. Et an licentiam semel concessam possit superior reuocare, quamuis à Papa concessa sit. ibid.n.12
Executoris testamenti munus an cogi queat accepiare religiosus, obtenta acceptandi licentia. ibid.n.13

Exempti.

Exemptorum respectu nulla est in Episcopo iurisdictio. l.6.c.7.n.48

Exheredatio.

Exhæredatio filiorum, & reuocatio donationis, an liceat ex similibus causis ius, quæ in iure expressæ sunt. l.6.c.15.n.37
Exhæredationis vniuersæ causæ præteritæ per professionem abolentur, ita vt filius ob nullâ illarum possit exhæredari. l.5.c.5.n.33

Exhortatio.

Exhortatio non importat præceptum. l.6.c.15.n.22

Existentia.

Existentia filij professi in religione succedendi incapaci, an operetur substituti exclusionem in sui commodum, vel monasterij, & in substituti præuiditium. l.7.c.3.n.88
Exitus è monasterio est exitus monialibus periculosus, & noxius. l.6.c.15.n.4

Expensa.

Expensæ factæ pro morbo religiosi existentis in studio, an sint exigendæ à patre monachi, aut potius à conuentu. l.7.c.31.n.19
Expensæ in nouitij funere ab alio factæ an teneatur monasterium soluere. l.6.c.14.n.14

Experientia.

Experientia omnium in specie, siue in individuo asperitatum religionis ad nouitiatum non desideratur, sed satis est eas in genere experiri, vitando subobedientia, integro nouitiatus anno. l.5.c.4.n.51

Expulsio.

Expulsionis causa an sit iusta, si monialis sit incorrigibilis. l.6.c.11.n.13

F

Fœmina.

Fœminæ non sunt propriè Prælatæ, sed quasi ex commissione eo munere fungiuntur, ob periculum habitationis Prælati cum monialibus. l.5.c.5.n.18
Fœminæ seculares an possint melius arma, & nomen conseruare, quàm masculi religiosi. l.7.c.15.n.23
Fœminarum quarum ingressus in monasteria virorum interdicatur. l.6.c.17.n.1

Fama.

Famæ suæ an quilibet sit dominus. l.6.c.18.n.43

Fauor.

Fauor minor respectu maioris dicitur odium. l.7.c.16.n.39
Fauor filiorum an præualeat fauori piæ causæ. ibid.

Feudum.

in Feudum professi an succedat monasterium, vel ita perdatur per ingressum, vt nouitius exiens non recuperet. l.7.c.15.n.32.& 33
in Feudum fœminis concessum an semper succedat monasterium. l.7.c.15.n.38. An etiam succedat in feudum habens clausulam excludentem. ibid.n.40
Feudum quando non transit ad monasterium, vel cessat vita monachi, an reuertatur ad dominum directum. ibid.n.46

Fideicommissum.

Fideicommissum relictum alicui, vt post mortem restituat, si postea in ordine capaci succedendi profiteatur, an sit à die professionis restituendum. l.7.c.3.n.76
per Fideicommissum vniuersale an possint hæredes institui Minores de obseruantia. l.7.c.25.n.5
inter Fideicommissum familiæ relictum absolutè, & relictum vt familia conseruetur, quid distet. l.7.c.15.n.19
Fideicommisso conditionali, ad quod vocabatur, si quis renuncier, conditione impleta post professionem, an succedat monasterium. l.7.c.6.n.9

Fideicommissarius.

Fideicommissarius non habet perfectum ius ad rem, sed conditionale. l.7.c.8.n.56

Fideiubere.

Fideiubere an possit religiosus cum licentia existens in studio, vel peculium causâ studij sibi concessum fideiussione obligare. l.6.c.14.n.42

Fideiussio.

Fideiussio, quamuis accepto pretio fiat à nouitio, qua solemnitate egeat ad sui valorem. l.7.c.5.n.34

Fideiussor.

Fideiussor an possit esse religiosus. l.6.c.14.n.38. Si fideiubeat absque licentia Prælati, an sit irrita fideiussio. ibid.n.40

Fieri.

Fieri posse dicitur modo ordinario, quod sæpe fit. l.5.c.1.n.13

Filius.

Filius familias an possit in regno Castellæ testari de tertia bonorum parte, etiam quoad vsumfructum. l.7.c.15.n.41
Filius professus in religione succedendi incapaci, an rumpat testamentum paternum, in quo præteritus est. l.7.c.3.n.84
Filius professus in religione incapaci non computatur in numero filiorum in computatione legitimæ. ibid. n.85
Filius renuncians hæreditati parentis, præteritus in testamento paterno, aut in eo exhæredatus, quamuis nulla apponatur causa, minimè potest intentare id testamentum esse nullum, & cur. l.7.c.7.n.2
Filiusfamilias attento iure communi an testari nequeat de bonis aduentitiis consentiente patre. l.7.c.8.n.11
Filiusfamilias peculium quadruplex, castrense, quasi castrense, aduentitium, & profectitium. l.7.c.13.n.23
Filij loco monasterium an habeatur. l.7.c.9.n.19
Filio professo mortuo an sint reddenda ascendentibus bona, quæ in monasterium secum detulit. ibid. n.21
Filio ducente vxorem, an extinguatur vsusfructus patris professi. l.7.c.13.n.75
Filio legitimo renunciante relicto in seculo, an possit pater instituere naturalem. l.7.c.7.n.53
Filius naturalis non succedit patri ab intestato extante vxore legitima. ibid.
Filij quoad proprietatem, sed patris quoad vsumfructum est peculium filiifamilias aduentitium. l.7.c.13.n.24
Filij naturales succedunt patri in duabus vnciis. l.7.c.9.n.14
Filiorum pactum circa hæreditatem parentum an valeat. l.7.c.2.n.11
Filius an rumpat testamentum patris quando est omnino præteritus. l.7.c.3.n.24
Filiorum bona omnia in Castellæ regno sunt legitima parentum, excepto tertio. l.7.c.9.n.32
inter Filios diuidens nequit professus illis pupillariter substituere, & cur. ibid. n. 34. An possit vulgariter, compendiosè, & per fideicommissum. ibid.n.35
Filios professi monasterium an alere teneatur. l.7.c.10.n.2
Filios habens si religionem sit ingressus nulla bonorum dispositione præmissa, potest inter eos diuidere bona. l.7.c.9.n.1
Filiofamilias vsusfructus relictus, quando non constat cuius contemplatione relictus sit, præsumitur in dubio relictus contemplatione superuiuentis. l.7.c.13.n.61

Finis.

Finis potissimus maioratuum omnium est conseruatio dignitatis familiæ, & memoriæ testatoris. l.7.c.15.n.25
ex Fine prauo transgredi regulam non obligantem ad culpam, an sit culpa, & ex bono fine sit opus virtutis. l.6.c.4.n.14

Firmitas.

ad Firmitatem renunciationis nouitij, ne monasterium illa non obstante succedat, an exigatur, vt monasterium consentiat renunciationi nouitij. l.7.c.6.n.1

Forma.

Formæ omissio in minimo vitiat actum. l.5.c.4.n.32

Forum.

in Foro conscientiæ an standum sit confessioni iureiurando firmatæ ipsius professi, intenderitne reuocare vetus testamentum, an non. l.7.c.3.n.33
in Foro conscientiæ an liceat transitus ab ordine Minorum ad Carthusiam, & quando est priuilegium Sedis Apostolicæ ad transitum, sit turus transitus. l.6.c.7.n.30

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Fratres.

Fratres si conueniant de stando testamento patris, vel diuisioni, quam ipse fecerit, de consensu patris an possint resilire patre decedente. l.7.c.12.n.23

Fratres Minores.

Fratres Minores de obseruantia an possint obtenta suorum superiorum licentia esse testamentorum executores. l.6.c.11.n.24

Fratres Predicatores.

Fratrum Predicatorum regulæ ad nullam culpam obligant, eo quod legislator hanc fuisse suam mentem explicuit. l.6.c.4.n.11. An obligent ad pœnam, non constat inter Doctores. ibid.n.13

Franciscani.

Franciscani qualiter possint ad gradum Doctoratus promoueri. l.6.c.14.n.47

Franciscani an possint esse procuratores de licentia suorum superiorum. l.6.c.13.n.11

Franciscani an possint esse commissarij ad faciendum testamentum. l.6.c.11.n.47

Franciscani quidam qualiter compulsi sint à Pio V. transire ad alium ordinem strictiorem promisso. l.6.c.2.n.44

Franciscani an habeant vsum iuris in res vnico vsu consumptibiles. l.7.c.18.n.6

Franciscanis licet arbitratoris officium ex superioris licentia, sicut aliis religiosis est licitum. l.6.c.13.n.66

Frequentantes, Frequentia.

Frequentantibus monasteria monialium quæ pœnæ imponantur, & quo pacto intelligantur, & an exigant monitionem. l.6.c.16.n.107

per Frequentiam adeundi monasteria quid intelligatur. ibid.n.109.& seqq.

Frequentia, aut accessus ad monasteria monialium ne sit culpabilis, quid exigatur. ibid.n.113

Fructus.

Fructibus beneficij an gaudeat nouitius. l.7.c.4.n.14

de Fructibus maioratus an possit successor ante professionem in monasterio capaci restari. l.7.c.13.n.17

Fructus residui, assignata vicario ministraturo beneficio nouitij, congrua portione, cuius sint. ibid. n.15. & seqq.

Fugitiui.

Fugitiui religiosi propriè dicuntur, qui à monasterio recedunt absque superiorum licentia, vt extra ipsius potestatem, & obedientiam sint. l.6.c.8.n.2

Fundatio.

Fundationis, aut reformationis monasterij eiusdem ordinis causa, an liceat monialis egressus. l.6.c.15.n.47

in Fundatione beneficij si cautum sit, vt absente capellano certo tempore vacet beneficium, an id extendatur ad absentiam ob religionis ingressum. l.7.c.4.n.4

Furor.

Furor citò transiens non impedit cursum anni nouitiatus. l.5.c.4.n.55. Impediret, si esset extraordinarius. ibid.

Furtum.

Furtum an sit mortale, & ad restitutionem sub mortali obligans, quando quis paulatim ab eodem furatur minima, cùm fuit animus multiplicandi furta. lib.7.c.20.n.2

G

Generalis.

Generalis solus in Societate IESV potest licètiam acceptandi officij executoris testamenti concedere. l.6.c.11.n.17. Absque eius licentia id officium acceptans an peccet mortaliter, non tantùm contra institutum, sed etiam contra præceptum iuris communis. ibid.n.18

Generalis Præpositus cum Capitulo generali an possit statuta edere obligantia religiosos ad arctiorem regulam. l.6.c.2.n.17

Gradus.

Gradus Doctoratus à religioso susceptus absque superioris licentia, an valeat. l.6.c.14.n.49

Gratis.

Gratis fieri, aut pretio, non variat rei naturam. l.6.c.13.n.32

Grauatus.

Grauatus restituere hæreditatem, si absque liberis decesserit, an teneatur ad id relicto filio professo in ordine incapaci succedendi. l.7.c.3.n.87

Guardianus.

Guardianus an dispensare valeat, vt frater Minor sit executor testamenti. l.6.c.11.n.14

H

Habilitas.

Habilitas personæ, aut licentia, vbi est de substantia actus, non satis est eam subsequi, sed debet actum præcedere. l.7.c.8.n.39

Habitus professorum.

Habitus professorum quando tempore morbi assumitur, aut post religionis votum, an petatur triduo perseuerantia. l.5.c.5.n.16

Habitus susceptio præmisso nouitiatus anno inducit tacitam professionem obligantem ei speciali religioni. ibid.n.27

Habitus dimissio, vel detentio nihil refert ad veram apostasiam, sed eam solus animus recedendi in perpetuum ab instituto religioso constituit. l.6.c.8.n.5

Habitus dimissio propriè dicitur, quando fit mutatio in alium habitum ad se occultandum. l.6.c.8.n.51

Habitus monachum non facit, sed regulæ monasticæ professio. l.6.c.8.n.4

Habitus nouitiorum susceptio cùm ad nihil obliget, non impedit matrimonium contrahendum. l.3.c.4.n.104

Habitum regularem gestare tenetur debito legali religiosus creatus Episcopus. l.6.c.6.n.12. An incurrat excommunicationem *cap.2. de clerc. vel monachi, in 6.* illum omittendo. ibid.n.23

Hæres.

Hæres institutus, aut legatarius si priùs obeant, quàm professus, an cassentur hæreditas, & legata, & pertineant ad monasterium succedendi capax. l.7.c.3.n.55

Hæredes institui, & legatarij possunt, qui in Societate IESV sola biennij vota emisere. l.7.c.17.n.1

Hæreditas.

Hæreditas an possit dari donatione causâ mortis, vel codicillo. l.7.c.12.n.47

Hæreditatis pars an possit dari extra testamentum. ibid.n.48

Hæreditas an possit pacto dari fauore piæ causæ, & priuilegio militum in hoc gaudeat. ibid.n.50

Hæreditatis paternæ renunciatio, & cuiuscumque iuris, & actionis facta in Societate IESV absque consensu patentum, an valeat, siue fiat in fauorem Societatis, siue cõmunitatis piæ, vel priuati. ibid. n.55

Hæreditas delata monacho, an acquiratur immediatè monasterio absque monachi aditione. l.7.c.12.n.35

Hæreditas, cùm sit nomen iuris, potest esse sine aliquo corpore. l.7.c.8.n.43

Hæreditatis personæ viuentis renunciatio non valet absque eius consensu. l.7.c.2.n.1. An tantùm solemni testamento dari possit. ibid.

Hæreditas futura an possit hypothecæ subiici. ibid.n.5

de Hæreditate sperata an possit quispiam in testamento disponere. ibid.n.8

Hæreditatis spes in filiis an sit probabilis, & in iure considerabilis. ibid.& seqq.

Hæreditas nihil aliud est, quàm successio in ius vniuersum. l.7.c.1.n.31

Hæreditas, & legata an debeantur à die professionis, quando monasterium est incapax succedendi. l.7.c.3.n.68

Hæreditatis aditione quasi contrahit hæres cum legatariis. l.6.c.11.n.12

Hæreditatis tacita ademptio nunquam præsumitur, vbi potest alia coniectura capi. l.7.c.3.n.3

Hæreditati parentum renuncians non potest succedere circa ipsorum testamentum, nec ab intestato. l.7.c.7.n.1

Hæreditatem paternam, & quidquid aliud vndecumque acquirit religiosus Episcopus, acquirit suæ Ecclesiæ, cum sola libera administratione. l.6.c.6.n.10

Hæresis.

in Hæresim incidente monacho, an monasterium amittat bona delata ipsi monacho. l.7.c.12.n.54

Hermaphroditus.

Hermaphroditi professio in monasterio virorum emissa valebit, si sexus virilis in eo præualeat: secus autem si in monialium monasterio sit emissa. l.5.c.4.n.41. Iudicatur vir, vel fœmina iuxta sexum in eo præualentem: & si vterque sit æqualis, iudicatur æquè vir, & fœmina. ibid.

Hermaphroditus nunquam admittendus ad monasterium etiã sexus in eo præualentis. ibid. Vbi & quantum inde periculum peccandi esset aliis religiosis.

Si tacito defectu ingrederetur in religionem sexus prædominantis, & ita valeret eius professio, an iusta esset causa expellendi impetrata Pontificis licentia, vel etiam non impetrata. ibid. Expulsus sub cuius obedientia esse debeat. ibid.

Horti.

Horti, quos religiosi in suis monasteriis habẽt, an comprehendantur nomine monasterij, & ita sit interdictus ingressus fœminarum ad illos. l.6.c.17.n.14

I

Ignorantia.

Ignorantia crassa, & supina excusat, quando canon punit scienter facientem, aut præsumentem aliquid facere. l.6.c.8.n.43

ex Ignorantia crassa quod fit, dicitur quidem ignoranter fieri, non tamen presumendo, nec cum legis contemptu. ibid.

Ignorantia omnis culpabilis supponit necessariò præcessisse aliquam dubitationem circa legem, aliàs erit inuincibilis. ibid.n.44

Ignorantia qualis excuset ne dicatur temeraria legis transgressio. l.6.c.8.n.42

Ignorantia quæ non ingentem temeritatem claudit, excusat à pœna præsumentibus imposita. l.6.c.14.n.49

Ignorans.

Ignorante, aut contradicente monacho, an integrum sit monasterio adire hæreditatem. l.7.c.12.n.39

Illegitimus.

Illegitimus non potest ordinari, nisi religiosus fiat. l.5.c.5.n.12

Immobilia.

Immobilia possidere omnibus mendicantibus est à Tridentino concessum, præterquàm Minoribus de obseruantia, & Capucinis Diui Francisci. l.7.c.12.n.1

Immunitas.

Immunitatem non præstat actus omnino irritus, neque aliquid confert. l.6.c.8.n.7

Impedimentum.

Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum. l.7.c.11.n.8

Impedimentum triplex esse potest, quod admittendæ prælationi obstat. l.6.c.2.n.55

Imperatores.

Imperatorum leges mentionem facientes clericorum, non habent vim ex iurisdictione Imperatorum statuentium, sed ex tacita approbatione Pontificum, & Ecclesiæ. l.7.c.9.n.4

Impetratio.

Impetratio beneficij secularis motu proprio concessa regulari, an valeat, non facta mentione qualitatis beneficij. l.7.c.29.n.83

in Impetratione beneficij regularis, aut secularis, vt valida sit, an oporteat exprimere, an id sit manuale, aut perpetuum. l.7.c.29.n.105

Improprietas.

Improprietates sunt restringendæ, nec trahendæ ad consequentiam. l.7.c.16.n.29

Incorrigibilis.

Incorrigibilis quando sit dicendus religiosus l.6.c.9.n.4

Indulgentia.

Indulgentia plenaria conceditur ex Christi, & Sanctorum satisfactione in thesauro Ecclesiæ deposita, eam applicante eius dispensatore summo Pontifice. l.5.c.5.n.6. Ad sui integrum valorem desiderat causam proportionatam, & opus aliquod iniungi, adeò vt si alterutrum desit, aut non valeat indulgentia, aut tantùm valeat, quantum est pondus illius operis, & causæ. ibid.

Indulgere.

Indulgere monacho an possit Pontifex, vt possit testamentũ ante professionẽ factum reuocare. l.7.c.11.n.13

Infantes.

Infantes nondum rationis vsum adepti, an possint in monialium monasteria recipi. l.6.c.16.n.4

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Infamis.

Infamis nequit esse Abbas, neque Abbatissa. lib.5. c.5. n.24. Idque extenditur siue infamia sit iuris, siue facti. ibid.

Ingratitude.

Ingratitudo filij, quæ causa est exhæredationis, aboleatur per professionem. l.5.c.5.n.9.& 32

Ingressus.

Ingressus in monasteria monialium quibus interdicatur. l.6.c.16.n.2

Ingressus religionis in iure dicitur per solam professionem, qua cum effectu eam quis ingreditur. l. 5.c.5. n.12

Inhabilitas.

Inhabilitas an pœna priuatiua sit, quæ nulla executione indiget. l.6.c.15.n.64.& 65

Inhabilitatis cessatio non efficit, vt conualescat prior actus irritus. l.7.c.8.n.59

Inhabilis, & Inhabilitas.

Inhabilē se efficere ad actus legitimos non potest quispiam propria authoritate, nisi iuris humani authoritas accedat. l.5.c.1.n.6

Inhabilitas quomodo consurgat in solemni paupertatis voto, ad acquirendum dominium, illudve transferendum. ibid.

Inobedientia.

Inobedientia, quæ ex solo contemptu, aut ex alia extrinseca circumstantia est mortalis, an censeatur reseruata, quando reseruatur peccatum inobedientiæ. l.6. c.4.n.72

Instrumenta.

Instrumenta noua si conficiat monachus, qui in seculo erat rabellio, an sint valida. l.6.c.13.n.47. Vetera instrumenta, quæ in seculo fecerat, potest post professionem complere. ibid.n.49

Instituere.

Instituendi ius competens Episcopo, an transeat in monasterium cum iure patronatus. l.7.c.14.n.9

Intentio.

Intentio donantis qualis præsumatur in dubio, vt reuocetur donatio, aut renunciatio professione non sequuta. l.7.c.1.n.4

Intentio sola non seruandi tria vota, quantumcumque verbis expressa, non reddit irritam professionem. l. 5. c.4.n.101

Intentio recta an desideretur, & ne cedat in detrimentum religionis derelictæ, vt transitus ad arctiorem liceat. l.6.c.7.n.11

Interpolatio.

Interpolatio si modica sit, an impediat continuationem ad legitimum nouitiatum petitam. l.5.c.4.n.32

Interpretatio.

Interpretationem dubiæ, & obscuræ suæ voluntatis in testamento non satis explicatæ, an integrum sit professo facere. l.7.c.11.n.16

Irregularitas.

Irregularitas nulla, præter expressam iure, quæ est orta ex natalium defectu, eo quod quispiam illegitimus sit, deleatur per religionis professionem. l.5.c.5.n.9. Cessat quoad ordines suscipiendos, ita vt absque omni alia dispensatione possit professus ad omnes etiam sacros ordines promoueri. ibid. Hoc professionis priuilegium intelligitur de omnibus illegitimis. ibid. An etiam per illa aboleatur irregularitas quoad ordinis iam suscepti vsum. ibid.n.10

Irregularitas orta ex defectu natalium an aboleatur per nouitiatum. ibid.n.11

Irritari.

Irritari solent testamenta per aperturam in vita factam, nisi ex testatoris voluntate aperiantur. l.7.c.3.n.89

Iudex.

Iudex secularis nullam iurisdictionem habet in monasteria, eorúmque monachos. l.6.c.13.n.51

Iudicem adire, petendo terminum non allegando iura partis, an sit aduocare. l.6.c.15.n.28

Iudicium.

Iudicium agitatum cum monacho absque superioris licentia in casibus, in quibus nequit agere, aut se defendere, est nullius momenti. l.6.c.12.n.12

Iudicium vt legitimum sit quibus constare debeat. ibid.

Iudicare.

Iudicandum in dubiis opinionibus pro Ecclesia, & religione. l.7.c.5.n.60

Iurare.

Iurandi consuetudo etsi non posit dici peccatum lethale; at negligentia eius extirpandæ, animaduerso periuriorum periculo inde consurgenti, est lethalis. l.6.c.4.n.21

Iuramentum.

Iuramentum sequitur naturam primordialem contractus, cui accedit. l.7.c.1.n.18

ad Iuramentum fidelitatis debitum monasterio ratione feudi accipiendum, an liceat Abbatissis è monasteriis egredi. l.6.c.15.n.51

Iuramenta siue personalia, siue realia soli Deo emissa, rationem voti induunt, nec per illa ius tertio acquiritur. l.5.c.5. n.44. Iuramentum si esset homini præstitum, & ab eo acceptatum, non posset in religionis professionem commutari. ibid.n.45

Iurisdictio.

Iurisdictio Pontificis non est solùm ad cogendos religiosos pœna temporali carceris, aut flagellorum, aut alia simili, ad seruandam regulam, sed etiam spirituali excommunicationis. l.5.c.1.n.20

Iurisdictionis actus soli exerciti à suspenso denunciato sunt irriti. l.5.c.4.n.79

Iurisperiti.

Iurisperiti nonnulli incautè appellant apostatam religiosum, qui ita suæ religionis habitum abiecerit, vt exterius non appareat. l.6.c.8.n.5

Iustitia.

de Iustitiæ commutatiuæ ratione magis est esse ad alterum, quàm de ratione misericordiæ. l.6.c.11.n.54

Ius.

Ius nominandi ad emphyteosim pertinens ante ingressum religionis, an perseueret in nouitio, aut in eo, qui emisit vota biennij in Societate IESV. l.7.c.14. n. 14

Ius nominandi ad emphyteosim an transeat ad monasterium succedendi capax, & translato monacho ad aliud monasterium, transeat cum illo, & eo mortuo ibid.n.17 peteat.

Ius succedendi, & ius rumpendi sunt connexa, & tanquam connexa se habent in actu, & priuatione. l. 7. c.3.n.84

Ius patronatus personæ professi annexum, an extinguatur morte illius. l.7.c.14.n.6

Ius vocatorum ad maioratum qualiter sit conditionale. ibid.

Ius ciuile non potest præiudicium aliquod ad pias causas afferre. l.7.c.2.n.59

Ius vsusfructus alienans vsufructuarius an eo ipso illud amittat, & ad dominum proprietatis redeat. l.7.c.13. n.20

Ius reuocandi donationes est personale, nec transit ad hæredes donantis, nec ad fiscum. l.7.c.11.n.11

Ius vsusfructus cùm sit personalissimum, an possit in monasterium transire. l.7.c.13.n.47

Ius patronatus an transeat ad secundogenitum, primogenito patrono profitente. l.7.c.14.n.3

Iuri ciuili qui operam dedit religiosus, potest in eo ad doctoratum promoueri ex superioris licentia. l. 6. c.14.n.45

Iuris ciuilis sola auditio, aut medicinæ exeundo claustrum religiosis prohibetur. ibid.

in Ius & potestatem superiorum religionis quomodo transeat religiosus. l.5.c.1.n.21

Iura omnia de religionis ingressu loquentia, intelliguntur de ingressu per religionis professionem. ibid. n. 22

Iuris correctionem vitandam iura omnia clamant. l. 5. c.3.n.33

Iura monachi per professionem extincta, minimè possunt in monasterium transire. l.7.c.11.n.12

L

Labor.

Labori corporali incumbere qui negatint licere religiosis. l.7.c.14.n.1

Labor corporalis ad tria potissimùm ordinatur. ibid.n.2

Laicus.

Laicus an possit ex commissione potentis acceptare professionem, illam admittere, sicut potest beneficium nomine alieno acceptare, & procurator esse in causa spirituali. l.5.c.4.n.77

Legatus.

Legatus Pontificis non potest efficere simplices religiosos capaces delegationis ad literas Pontificias exequendas. l.6.c.13.n.76

Legatus à latere an possit vnire beneficia prouinciæ suæ legationis. l.7.c.29.n.157

Legatum.

Legatum relictum monacho ea conditione, vt ad ipsum, & non ad monasterium pertineat, & vt Abbas non possit auferre, an valeat. l.7.c.17.n.2.& 3

Legatum an possit expendi à religioso in quoscumque vsus, quando sic disposuit testator. ibid.n.8

Legatum an valeat, aut incurratur pœna, quando testator addit, vt si monasterium se intromiserit, amittat legatum. ibid.n.15

Legatum annuum relictum monacho in seculo, an cesser professione in religione incapaci succedendi. l.7. c.13.n.54

Legatum relictum pro moniali, & famula, qualiter debeatur monasterio. l.7.c.26.n.3

Legatum relictum monasterio cum onere admittendi quotannis monialem, an valeat. ibid.n.4.& 5

Legatum annuum pro studio fratrum Minorum, an repugnet eorum mendicitati. l.7.c.16.n.45

Legatum factum à nouitio an reuocetur eo ipso quod religione egreditur, vel tempore nouitiatus moritur. l.7.c.1.n.13

Legatum, & fideicommissum relicta monacho, an acquirantur monasterio absque facto monachi. lib. 7. c.12.n.38.& seqq.

Legatum vsusfructus omnium bonorum factum vxori, an valeat in præiudicium filiorum, & censeatur compensari cum proprietate quinti. l.7.c.13.n.43

ad Legatum annuum recuperandum quolibet anno nascitur noua actio. l.7.c.15.n.28

Legata implere an teneatur dominus consensum præstans professo testanti de rebus suis. l.7.c.8.n.7

Legari.

Legari an possit res aliena. l.7.c.8.n.2

Legitima.

Legitima filiorum tanquam debita præfertur piæ causæ. l.7.c.2.n.52

Legitima an statim debeatur filiis patre professo in religione succedendi incapaci. l.7.c.10 n.1

à Legitima an excludatur renuncians hæreditati cum iuramento. l.7.c.7.n.4

Legitima monasterij in regno Castellæ quanam sit, si testans habeat descendentes: si verò solos ascendentes, quænam. l.7.c.3.n.31

Legitimæ filij vsusfructus an transeat in monasterium per patris professionem. l.7.c.13.n.74

Legitimam an teneatur relinquere professus ascendentibus. l.7.c.3.n.7

Legitimatio.

Legitimatio facta per oblationem spurij curiæ Cæsaris non est in vsu. l.5.c.5 n.26. Censetur à Cæsare legitimari in illius oblationis præmium. ibid.

Legitimatus.

Legitimatus retinet omnia sui hæredis iura, rumpitque parentum testamentum, in quo præteritur. l.7.c.9. n.17

Leo X.

Leonis X. priuilegium, quo concessit, transeuntem de vna religione ad alteram, posse ante probationis annum profiteri, de consilio discretorum monasterij in quo profitetur, cessauit per non vsum, atque per Tridentini decretum ablatum est. l.5.c.4.n.12

Leo X. quid concesserit fratribus Minoribus quoad ingressum in monasteria monialium. l.6.c.16.n.19. Conuentuales eorum Prælati cur non indigeant licentia Prouincialium ad hunc ingressum. ibid. Eius indultum an sit reuocatum per motum proprium Gregorij XIII. ibid.

Lex.

Lex posterior generaliter, & indistinctè loquens, limitanda est per specialem antiquiorem, & iuxta illam intelligenda, nisi expressis verbis illi contradicat. l.7. c.7.n.34

Lex & statutum excludentia fœminas propter masculos, an ligent fœminas, quæ tunc sunt moniales. l.7. c.11.n.19

Lex generalis posterior etsi non intelligatur regulariter derogare legi speciali prioriat id fallit, quando contrarium constat ex legis generalis intentione. l.5. c.4.n.19

Lex ecclesiastica, vel ciuilis quando obliget ad culpam mortalem. l.6.c.4.n.24

Lex ciuilis an possit aliquid disponere in iis, quæ ad pias causas spectant. l.7.c.1.n.5

Legum

Legem nemo potest sibi imponere, à qua non possit recedere. l.7.c.2.n.20
in Lege ciuili deficit vis ad disponendum specialiter de clericorum rebus. l.7.c.9.n.4
Lex omnis an obliget saltem sub veniali, quando aliud non constat ex mente legislatoris. ibid.n.67
Lex secum habet obedientiæ præceptum, & suapte natura habet vim obligandi sub culpa, nisi legislator contrarium explicet. ibid.
Lex omnis præcipiens aliquid sub pœna excommunicationis ferendæ, obligat sub peccato mortali. l. 6. c.4.n.50
Leges mixtæ obligant transgressores ad culpam, pœnales autem ad pœnam subeundam. ibid.n.60
Leges ecclesiasticæ an cum vitæ periculo obligent. l.6. c.15.n.38.& 39
Leges ad ea quæ rara sunt, adaptari non solent. l.6.c.8. n.51
Leges ciuiles nullam de clericis mentionem facientes indistinctè ligant clericos, & religiosos, sicut & seculares, nisi clericis sint præiudiciales. l.7.c.3.n.20
Leges omnes ecclesiasticæ non obligant ad culpam, nec omnia statuta religionum inducunt obligationem. l.6.c.4.n.68
Leges an possint esse non obligantes ad culpam. l. 6. c.4.n.12
Leges pœnales, & odiosæ quo euentu ampliandæ. l. 6. c.16.n.77
Leges ciuiles mentionem clericorum facientes, an illos obligent. l.7.c.9.n.6
Leges sunt interpretandæ ex vtilitate Reip. non ex legis inspectione, quæ in litteris est. l.6.c.18.n.46

Legislator.

ex Legislatoris intentione an deprehendenda sit vis obligationis legis, ita vt possit in materia etiam grauis sub solo veniali obligare. l.6.c.4.n.23.& 26

Leuitas.

Leuitas, & mala intentio ex quibus coniecturis deprehendantur in transire volenti de religione ad religionem. l.6.c.7.n.12

Liberi.

Liberorum nomine omnes descendentes clauduntur. l.7.c.9.n.3
Liberos spurios monachi quando alere teneatur monasterium. l.7.c.10.n.8

Licentia.

Licentia à Pontifice absolutè concessa religioso testandi de bonis, intelligitur ad vim pros. l.7.c.8.n.51
Licentiæ virtute concessæ monachus ad testandum, non possunt maioratum instituere. ibid.n.54
circa Licentias monachis testandi concessas quæ maximè obseruanda. ibid.n.55
Licentia testandi religioso indulta an extendatur ad codicillos, & donationem causâ mortis faciendam. ibid.n.58
Licentiam ingrediendi in monasteria monialium, cuius sit concedere. l.6.c.1[illegible].n.12
Licentia specialis an exigatur ad ingressum in monasteria monialium. ibid. n.28. Et an debeat esse in scriptis. ibid.n.29
Licentiæ solemnitas, vt in scriptis concedenda sit, an ita obliget, vt lethalis culpa sit eam omittere, si causa ingressus legitima sit, atque à legitimo superiori concessa. ibid.n.30
Licentia egrediendi à monasteriis concessa monialibus, an sit necessariò in scriptis concedenda. l.6.c.15.n.29
Licentia superioris, & vtilitas monasterij nisi concurrant, religiosus non potest esse arbiter. l.6.c.15.n.55
Licentia superioris præsumpta an satis sit, quando non est periculum in mora, sed superior potest commodè adiri. l.7.c.19.n.
Licentia expressa, aut præsumpta accipiendi, an extendatur ad licentiam expendendi. ibid.n.6
Licentiam peti, & obtineri, an sit necessarium, vt liceat sit transitus ad arctiorem religionem. l. 6. c. 7. n.32. An ex solo honestatis debito ea sit petenda. ibid.n.33
Licentiam post transitum ad strictiorem religionem petendo, an satisfac obligationi petendi. ibid. n.34. Ea petita an sit expectandum responsum. ibid.n.35
Licentiam transitus petens de qua re sit interrogandus, & an teneatur causam transitus superiori aperire. ibid.n.36
Licentia transitus denegata, non statim fas est subdito ad strictiorem religionem transire. ibid.n.37
Licentia transeundi ad strictiorem religionem à quo petenda. ibid.n.46
Licentiam acceptandi officij executoris testamenti potest quilibet superior, etiam immediatus conuentus, concedere religioso. l.6.c.11.n.15. Temperatur, nisi consuetudine, vel statuto aliud caueatur. ibid.n.16
Licentia non petita à superiori præsumitur malus animus transeuntis de religione ad religionem. l.6.c.7. n.13. Quando petita est, & sunt coniecturæ malum animum suadentes, sed res manet dubia, non constat an malus, an potiùs bonus animus præsumendus sit. ibid.n.14
Licentia superioris qualis desideretur, & sufficiat, vt religiosus cum illa aliquid accipiens, vel expendens, excusetur à vitio proprietatis, atque voti paupertatis violatione. l.7.c.19.n.2

Lis.

Lis si intentetur circa professionis valorem, libellus in ipsum monachum formandus est. l.6.c.12.n.4
Lite contestata si procurator alicuius ingrediatur religionem, an possit causam illam prosequi. l.6.c.13.n.26

Litera.

Literæ Pontificis solis personis in dignitate constitutis committi valent. l.6.c.18.n.25
Literas scribere, aut recipere inscio superiore, an sit contra votum paupertatis. l.7.c.19.n.47
in Literis Apostolicis nec vna littera superflua esse debet, quin aliquid operetur. l.6.c.8.n.80
absque Literis dimissoriis superioris prioris religionis non est admittendus transiens ad strictiorem religionem. l.6.c.7.n.59. Illis deficientibus quid faciendum. ibid.

Locari.

Locari, & hypotheca subiici an possit vsusfructus. l.7. c.13.n.16

Lusitania.

in Lusitania quibus cõmendatariis permissum est contrahere matrimonium, ij sunt ver. domini quorumcumque bonorum ante, & post professionem acquisitorum, siue ex redditibus commendarum, siue aliunde. l.7.c.8.n.28

M

Macula.

MAcula quoad actus temporales expiatur per religionis professionem. l.5.c.5.n.27

Magister.

Magistri nomine, & Doctoris quid intelligatur. l.6.c.8. n.96

Malitia.

Malitia quando est modica, voti transgressio est venialis. l.6.c.4.n.8

Maioratus.

Maioratus quando non constat scriptura, sed sola immemoriali præscriptione, an censeatur apposita clausula excludens religiosos. l.7.c.13.n.7
in Maioratum non succedunt religiosi professi in monasterio succedendi incapaci, nec monasterium ex eorum persona. ibid.n.8
in Maioratum an statim succedat sequens vocatus possessore profitente in religione incapaci. ibid.n.9
Maioratus si annexam iurisdictionem habeat, an succedat in illum monasterium capax succedendi nomidat in illum monasterium capax succedendi nomidat in illum monasterium capax succedendi nomidat in illum monasterium capax succedendi nomine professi. ibid.n.11.& 12
Maioratus habentis annexam iurisdictionem instituror an possit vocare monachos ad eius successionem. ibid.n.14
Maioratus quoties non transit in monasterium, sed professione amittitur, an reputetur proximior ad succedendum, qui proximior est monacho tempore professionis, an qui tempore mortis. ibid.n.17
in Maioratum institutum ad conseruandam agnationem, & familiam, an succedat monasterium. ibid. n.18
Maioratus institutor quando petit arma, & nomẽ suum à successoribus deferri, an succedat monasterium succedendi capax in eum maioratum. ibid.n 22
in Maioratum, à quo excluduntur perpetuò fæminæ, an succedat monasterium. l.7.c.13.n.24
in Maioratus successione an monasterium præferatur filio naturali. ibid.n.27
in Maioratum an succedat monasterium, quando professus testatus fuerat ante professionem. ibid.n.28
Maioratus non potest considerari vt legatum annuum, sed est vnicum ius, quod momento acquiritur irreuocabiliter. ibid.
Maioratus institutio ad familiæ conseruationem, est opus profanum. l.7.c.8.n.24
Maioratus si sit talis, in quem nequeat succedere monasterium per patris illum possidentis professionem, an extinguatur vsusfructus. l.7.c.13.n.72
ad Maioratus successorem eligendum commissarius non potest se ipsum ad succedendum in eo eligere. l.6.c.11.n.55
Maioratus institutus quocumque cõtractu reuocabili, an irritetur sequuta professione. l.7.c.3.n.40
Maioratus nullus per votabiénij deperditur. l.7.c.5.n.3
Maioratum habens in Hispania quomodo in Societatem Iesv admittatur. ibid.
Maioratus suapte natura sunt perpetui, ac in totius familiæ fauorem institui censentur. l.7.c.7.n.26
Maioratum an possit nouitius instituere siue testamento, siue contractu reuocabili. l.7.c.3.n.10

Mandatum.

Mandatum speciale habeat oportet procurator ad professionem emittendam nomine absentis. l.5.c.3.n.8. Etiam mandatum ad profitendum in religione determinata, exigitur. ibid.
Mandatum superioris in dubio præsumitur iustum, nec limites suæ potestatis excedens. l.6.c.3.n.3

Masculi.

Masculi si statuto, aut cõsuetudine excludant fæminas à successione, an illæ excludantur relicto filio professo in religione incapaci, vel capaci. l.7.c.3.n.86

Materia.

in Materia tactuum venereorum an detur culpa venialis ratione parcitatis materiæ. l.5.c.6.n.12
in Materia pœnali lex, vel statutum loquens in plurali, habet locum in singulari. l.7.c.9.n.12

Matrimonium.

Matrimonium ratum an per professionem, & vota simplicia dirimatur. l.5.c.5.n.35
Matrimonium quibus commendatariis in Hispania contrahere permissum. l.7.c.8.n.28
Matrimonium initum animo fraudandi substituti, an reddat legitimam prolem antea conceptam, & excludat substituturum in defectu legitimæ prolis. l.7.c.16. n.54
Matrimonium impuberis quod defectu ætatis non valet, vim sponsalium habet, quæ ea ætate contrahi possunt. l.5.c.4.n.204
per Matrimonium vacant pensiones, sicut & beneficia. l.7.c.4.n.13
Matrimonij essentia perfectè, & integrè in quo consistat. l.5.c.1.n.3
Sine quibus conditionibus eius essentia non consisteret. ibid.
Matrimonium reddit ipso iure naturæ irritum quodcumque aliud matrimonium initum ipso stante. ibid.n.5
Matrimonium contrahentes post solemne religionis votum, quomodo separandi. ibid.
inter Matrimonij vinculum, & voti solemnis vt sic, quod sit discrimen. l.5.c.1.n.6
Matrimonium futurum non impedit seruitus. l.5.c.1. n.6
Matrimonium ratum præcedens an dissoluatur per simplicia biennij vota, aut coadiutorum formatorum, emissa in Societate Iesv. ibid.n.29
in Matrimonio carnali malitia supplet ætatem, cùm ex iure positiuo pendeat. l.5.c.4.n.2
Matrimonia clerici in sacris constituti, & professi sunt irrita, siue id sit ex vi voti, siue ex Ecclesiæ constitutione. l.5.c.1.n.9

Medicina.

Medicinæ artem, seu chirurgiæ absque incisione, & adustione, an liceat religiosis, & clericis secularibus exercere. l.6.c.14.n.17

Melioratio.

Melioratio facta filio per parentem, fit irreuocabilis sequuta parentis professione, sicut morte naturali. l.7. c.11.n.9

Mendicare.

Mendicare religiosis non esse integrum fuit error Wiclessi. l.7.c.24.n.1

Mendicantes.

Mendicantes omnes antiquitus erãt in communi etiam successionis incapaces. l.7.c.9.n.2
Mendicantes religiones qualiter succedere possent in bona immobilia professi, magna olim fuit controuersia. l.7.c.12.n.1
Mendicantes religiosi ob quid eleemosynis fidelium sustententur. l.6.c.2.n.60. Instituturum eorum est spirituali proximorum saluti incumbere. ibid.
Mendicantibus transeuntibus ad non mendicantes quę pœnæ statuantur. l.6.c.7.n.109
Mendicantes an sint qui actu mendicant, ar possunt ex regula habere redditus. l.6.c.7.n.113
cum Mendicantibus omnibus præter Minores de obseruantia, & Capucinos, hodie est dispensarum, vt habeãt redditus & possessiones in cõmuni. ibid.n.115
Mendicantium nomine an comprehendantur moniales subiectæ ordinibus mendicantibus. ibid.n.116

Mendicitas.

Mendicitari an repugnet seruare victualia, quando timetur fore, vt alio tempore haberi nequeant. l. 7. c.26.n.14

Metus.

Metus leuis in foro conscientiæ satis est, vt non excusetur auferens rem alienam à furto. l.7.c.19.n.12

Miles.

in Militum testamento quæ sint peculiaria.l.7.c.3.n.16
Militibus solemnitas iuris in testamento relaxatur propter eorum imperitiam. ibid.n.18
Milites commendatarij, qui matrimonium ineunt, an succedant in feudum. l.7.c.15.n.47

Militia.

Militiæ se adscribere an possint subditi,sine non subditi,de iustitia belli dubitantes. l.6.c.3.n.15
ad Militiam an promoueatur statu dubius. l.7.c.5.n.21

Ministeria.

Ministeria religioni à nouitio exhibita quando non æquiualent expensis,an teneatur ad illas.l.6.c.10.n.2

Ministri.

Ministris monasterij an sit necessaria licentia specialis, & in scriptis concessa,ad ingressum. l.6.c.16.n.32

Minores.

Minores à die professionis reputantur tanquam naturaliter mortui. l.7.c.8.n.2
Minores de obseruantia, & Capucini sunt incapaces hæreditariæ successionis, siue ex testamento,siue ab intestato. l.7.c.25.n.4
Minorum ordinis nouitij an teneatur bona sua in pauperes distribuere. l.7.c.3.n.4
in Minorum ordine professis an competat ius nominandi ad emphyteosim, ac reuocandæ nominationis factæ. l.7.c.14.n.15

Missiones.

circa Missiones qualiter votum solemne quartum obliget ad obediendum Papæ, nullo petito viatico, & nulla excusatione proposita. l.6.c.18.n.6

Modicum.

Modicum pro nihilo reputatur. l.5.c.4.n.32

Modus.

Modus cognoscendi,an is, in quem compromittitur sit arbiter, an potiùs arbitrator,quis sit. l.6.c.15.n.53

Monachus.

Monachus non potest agere pro iniuria sibi illata, nisi Prælatus absens sit,nec procuratorem reliquerit.l.6. c.12.n.5
Monachus nequit iniuriam sibi illatam remittere, cùm sui iuris minimè sit, ac agendi iure destituatur. ibid. n.7
Monachum percutiens, vt absoluatur ab excommunicatione, an debeat satisfacere monacho,an Abbati. ibid.n.8
Monachus vestibus, aliàve re spoliatus an possit absque licentia agere,vt restituatur. ibid.n.9
Monachus absque licentia superioris non potest constituere procuratorem, vt nomine ipsius in iudicio compareat. ibid.n.10
Monachus agens de licentia Abbatis, an debeat iurare de calumnia. ibid.n.11
Monachus quando est in studio de licentia Abbatis,vel in aliquo loco absens, an possit agere,& habere vocem in electione Rectoris. ibid.n.14
Monachus si agere velit, vt in religione retineatur, vel expulsus restituatur, vel pro alimentis, vel pro expensis, vel pro quocumque iure sibi competenti, vel pro sua electione, vel contra superiorem, qui ipsum beneficio spoliauit,an sit ei integrum. ibid.n.16
Monacho accusanti, vel denuncianti Abbatem, an sint impensæ à monasterio ministrandæ, & tunc detur actio monacho,& qualiter sit admittendus ad accusandum Abbatem.ibid.n.20.An has expensas consequi debeat monachus habens peculium. ibid.n.21
Monachus aduersùs quem inquirit Abbas, an debeat habere expensas à monasterio. ibid.n.25
Monachus causam suæ electionis prosequens an debeat expensas consequi à monasterio. ibid.n.26
Monachus an possit accusare aliquem præter suum Abbatem. ibid.n.27.Non habebit tunc expensas à monasterio, nisi vtilitas monasterij vertatur in ea accusatione. ibid.n.28
Monachis an interdicta sit denunciatio. ibid.n.30
Monachus accusans Abbatem an teneatur ei obedire lite pendenti. ibid.n.31
Monachus executor testamenti an possit eleemosynam, quam iussus est distribuere, suo monasterio pauperi applicare.l.6.c.11.n.58. An etiam sibi valeat applicare. ibid.n.60.& 61
Monachus quidquid acquirit,est verè monasterij. ibid.
Monachus regulariter non habet personam ad comparendum in iudicio, siue vt actor, siue vt reus,sine licentia superioris. l.6.c.12.n.1
Monachi nomen ab vnitate sumitur, quasi vni Deo vacare debeat, nec in alia diuidi. l.5.c.1.n.16
Monachus creatus Episcopus liberatur paupertatis voto. l.5.c.2.n.9
Monachus an succedat in maioratus Hispanos.l.7.c.15. n.15
Monachus,cuius erat ius patronatus,si præsentaret virtute illius,an valeat præsentatio. l.7.c.14.n.10
Monachus ex Papæ indulgentia testans non censetur ex proprio testari;sed authoritate Pontificia censetur ampliata distributio à monacho facta,vt valere possit post mortem. l.7.c.8.n.47
Monachus ad dignitatem Episcopalem prouectus, an possit testamentum ante professionem factum reuocare. l.7.c.11.n.6
Monachi patre, aut filio secularibus interfectis, nec monacho, nec monasterio competit ius accusandi, aut pacis ineundæ.l.6.c.12. n.36. Nec pretium eius pacis initæ consequitur monasterium. ibid.n.37
Monachus per professionem reputatur mortuus ciuiliter,nec iam amplius testari valet. l.7.c.5.n.54
Monachus an possit tempore ingressus per pactum sibi reseruare dominium aliquorum bonorum. l. 7. c. 8. n.19
Monachus an possit à Prælato cogi adire hæreditatem. l.7.c.12.n.41
Monachus nihil potest agere absque Abbatis licentia. l.6.c.11.n.34
Monachus potest de licentia sui Abbatis esse aduocatus,vel procurator,cùm id munus suscipit pro miserabilibus personis tuendis.l.6.c.13.n.23. Non tamen potest pro sibi consanguineis,si miserabiles non sint. ibid.n.24
Monachus existens in scholis, vel in alio negotio, an possit pro expensis obligare monasterii.l.7.c.31.n.15
Monachus habens proprium an sit à monasterio expellendus. l.7.c.20.n.12
Monachus ineptus officio prædicandi an possit tuta conscientia præfici Ecclesiæ seculari. l.7.c.19.n.40
Monachus in Episcopum,vel Cardinalem promotus an liberetur religionis oneribus,& statutis. l.6.c.6.n.24
Monachus Episcopus si deposuit Episcopatum, an teneatur ad Episcopatum redire. l.6.c.6.n.28
Monachus an pro noxa dari possit. l.6.c.14.n.30
in Monachi bona succedens monasterium non est propriè hæres,nec iure hæreditario illi succedit,sed iure cuiusdam æquipollentis naturalis, & accessoriæ personæ. l.7.c.12.n.21
Monacho nullo iure indicta est excommunicatio, qui prætextu Episcopalis dignitatis habitum dimittit, & Episcopalem induit. l.6.c.6.n.13
Monacho res data in seculo ea lege,ne illi integrum sit eam alienare, an transeat in monasterium eo profitente. l.7.c.15.n.66
Monacho non instituto an rumpatur testamentum paternum. l.7.c.12.n.10
Monachum alens an possit petere à monasterio alimenta. l.6.c.9.n.9
Monachus ius agendi nomine proprio non habet.ibid. n.10
Monachi contumaces, & corrigi tenuentes possunt à religione expelli. l.6.c.9.n.3
Monachi apostatæ,vel fugitiui possunt vbique & extra territorium apprehendi à suo superiore.l.6.c.8.n.33
Monachis an possit clausura aliqua à Pontifice imponi. l.6.c.2.n.43
Monachis quando ratione nouæ reformationis datur optio transeundi ad aliud monasterium, à quo debeant ali. l.6.c.9.n.15

Monasterium.

Monasterium non potest succedere in maioratum habentem iurisdictionem annexam. l.7.c.13.n.72
Monasterium an succedat in maioratum professi. l. 7. c.15.n.1
Monasterium in quale feudum succedere possit. l. 7. c.13.n.36
Monasterium ingredientibus an sit testandi facultas. l 7.c.1.n.1
Monasterium, vel Ecclesia an teneatur de deposito ipsi commendato, quando eius culpa periit, instar aliorum depositariorum. l.6.c.14.n.34
Monasterium an possit iuuari beneficio restitutionis in integrum,quando dolo in re deposita deliquit. ibid. n.16
Monasterio quando depositum factum censeatur. ibid. n.17
Monasterium an succedat in bona professi tanquã hæres,& iure hæreditario. l.7.c.12.n.20
Monasterium dum vacat, neminem potest ad professionem admittere. l.5.c.4.n.67
Monasterium succedendi capax quo iure succedat in omnia, professi bona, de quibus ante professionem non disposuerat. l.7.c.12.n.4
Monasterium quibus actionibus agat circa bona, quæ ratione monachi sibi competunt. ibid.n.9
Monasterium succedens in religiosi bona an teneatur stare illius contractibus,& debita soluere ante professionem contracta,& ad alimenta iis,quibus tenebatur monachus. l.7.c.31.n.1
Monasterium an succedat in maioratum, quando professus antea generalem renunciationem hæreditatis, aut bonorum,aut cuiuscumque iuris fecerat.l.7.c.15. n.29
Monasterium si sit ex ordinibus mendicantibus, an teneatur monacho Abbatem accusanti expensas ministrare. l.6.c.12.n.22
Monasterium an teneatur expensas funeris monachi soluere,qui extra monasterium moritur.l.6.c.14.n.5. Beneficium manuale si habeat, an expensis illius sepeliendus sit. ibid.
Monasterium non succedit in bona professi, nisi quatenus professus ille,cuius personam repræsentat,habebat succedendi ius. l.7.c.6.n.2
Monasterio, vel ingredienti religionem, an competat ius irritandæ renunciationis ratione enormissimæ læsionis,vbi competens dos assignata est. ibid.n.10
Monasterij superiores, qui in illo nullum habent superiorem,possunt esse delegati ad literas Pontificias,vel eius legati exequendas. l.6.c.13.n.78
Monasterij clausura ingredi an possit fæmina gratia medendi infirmo,aut eius lactandi. l.6. c.17.n.30
Monasterio vendente rem ad vitam monachi, an competat proximiori consanguineo ius retractus. lib.7. c.14.n.28
Monasterio monialium an possit vniri beneficium parochiale in temporalibus,& spiritualibus. l. 7. c. 29. n.190
Monasterij monialium nomine quid contineatur, vt illuc ingredi non liceat, & an liceat monialem, & secularem esse simul, ita vt neutra clausuram violet. l.6.c.16.n.11
Monasterium si sit authoritate Apostolica soli superiori conuentuali subditum,an possint Prouinciales,& Generales cognoscere de licentia per hunc data, an sit iusta. ibid.n.16
Monasteria monialium an frequentare liceat. l.6.c.16, n.105
Monasteria Sanctæ Claræ an possint bona immobilia, & proprium in communi habere, ac proinde succedant in bona monialium professarum. l.7.c.12.n.2
Monasteria quæ sint succedendi capacia. l.7.c.12.n.1

Monialis.

Monialis licitè egressa an teneatur finita egressus causa redire statim ad monasterium. l.6.c.15.n.60
Moniali an iustè concedatur licentia claustro egrediendi,causà medendi morbo ita periculoso, vt desperetur salus ea non egressa. l.6.c.15.n.38
Moniali iter agenti, aut legitimè extra monasterium existenti, an interdictus sit ingressus in aliud, vel eiusdem,vel diuersi ordinis. l.6.c.16.n.9
Monialem quantumuis occultè fornicantem cùm DD. negant posse velum suæ consecrationis, & benedictionis suscipere, de quo velo intelligant. l. 5. c. 5. n.22
Moniales ordinum Prædicatorum habentes sexdecim annos, an possint profiteri in mortis articulo ante annum nouitiatus. l.5.c.4.n.16
Moniales qualiter teneãtur obedire Abbatissæ,& quam potestatem illa habeat. l.6.c.1.n.17
Moniales an expelli possint è monasterio propter incorrigibilitatem. l.5.c.9.n.6
Moniales conuersæ professæ existentes in domibus monasterio contiguis ad petendas eleemosynas si ad inutilia,aut praua exeant,an incurrant. l.6.c.13.n.71
Monialium frequens visitatio an non solùm interdicatur,sed etiam omnis accessus. l.6.c.16.n.106
Moniales tempore D. Augustini clausuram non seruabant. l.6.c.13.n.3
Monialibus qualiter strictior iure Pontificio clausura indici potuerit ea ad quam ex vi suæ professionis, aut regulæ tenebantur. ibid.n.9
Moniales professæ ordinum militarium S.Iacobi,Calatrauæ, & Alcantaræ, an clausura astringantur. ibid. n.10
Monialibus an licitum sit transire ad arctiorem religionem. l.6.c.7.n.5

Moralia.

in Moralibus quod est valde difficile, reputatur impossibile. l.6.c.2.n.53

Morientes.

Morienti nouitio ab intestato quis succedat. l. 7. c. 5. n.51

Mori.

Mors ciuilis æquiparatur naturali, quando in casu de quo agitur, ex negotij qualitate est ciusdem effectus, cuius esset mors naturalis. l.7.c.15.n.41
Mors ciuilis per professionem an habeat eundem effectum, quem naturalis. l.7.c.5.n.68
Mortis tempore potest professus non tanquam testator, sed tanquam personarum elector disponere. l.7. c.8.n.3
cum Mortis periculo non obligat lex ecclesiastica, nisi in rarissimo necessitatis casu. l.6.c.18.n.5
Morte professi non expirat ius patronatus annexum bonis, secus verò annexum personæ. l.7.c.14.n.6

Mortuus.

Mortuus ciuiliter per professionem, nequit in pristinum statum redire, vt res suas recupetet. l.7.c.11.n.5
Mortuo monachi post delatam hæreditatem, & nondum aditam, an possit monasterium adire. l.7. c.12. n.44 & seqq.

Motus.

Motus proprius Pij V. & Gregorij XIII. in quo differant quoad pœnas statutas in admittentes fœminas intra monasterii. l.6.c.17.n.35
Motus proprius Pauli V. *Pastoralis diuinæ bonitas*; an de solis veris apostatis intelligatur. l.6.c.8.n.10

Mulier.

Mulieri an sit integrum omnia bona in dotem dare absque insinuatione. l.7.c.11.n.50

Munus.

Munus deuocari, aut procuratorij in quibus casibus possit religiosus obire. l.6.c.15.n.18.& seqq.
Munera publica censentur quasi militaria. l.7. c.13. n.24

Mutatio.

Mutatio status alienantis non officit iuri iam quæsito per eum, in quem alienatur. l.7.c.5.n.81

Mutuum.

Mutuum malè expendens religiosus an gaudeat beneficio Macedoniani, idque habeat locum in foro conscientiæ. l.7.c.31.n.22

Murus.

Murus an possit nutibus, & facto ipso profiteri. l.7. c.11.n.32

N

Natale Domini.

NAtale Domini quando incidit in sextam feriam, an religiosus creatus Episcopus licitè possit vesci carnibus, cui iuxta suæ religionis constitutiones is esus interdictus erat. l.6.c.6.n.20

Nativitas.

Nativitate filiorum vt reuocetur donatio priùs facta, lex disponens procedit in veris filiis. l.7.c.5.n.41

Necessitas.

Necessitatem importantia omnia verba æquipollent præcepto. l.6.c.4.n.38

Negatio.

Negationis ea est natura, vt quid quid post se inuenit, destruat, eiusque oppositum ponat. l.6.c.15.n.56

Negligentia.

Negligentia in omni ignorantia culpabili reperitur. l.6. c.8.n.42
Negligentia ignoranti imputari nequit. l.5.c.4.n.46

Negotia.

in Negotiis Abbatis monasterij, vel ad ipsum accusandum, aut denunciandum, an possit religiosus esse procurator, vel aduocatus. l.6.c.15.n.19. Immo & in negotiis cuiusuis religiosi eiusdem religionis potest id munus obire, cum licentia superioris. ibid. n.20. An extendatur etiam ad negotia religiosi diuersæ religionis. ibid.n.21

Nepotes.

Nepotes quo iure auo succedant. l.7.c.7.n.41.& 42

Nobilitas.

Nobilitas professi an amittatur per professionem. l. 7. c.12.n.12
Nobilitas est quoddam sanguinis ius, & subinde naturale, ac incommutabile. ibid.n.13

Nobiles.

inter Nobiles iure sanguinis, & nobiles ratione solius priuilegij quantum discrimen. l.5.c.1.n.26

Non potest.

Non potest, actum reddit nullum, saltem quando res non interdicitur ob solam personæ honestatem, sed ob ipsius vitium. l.6.c.12.n.10

Nouitius.

Nouitius resilire si velit, non tenetur ad regulas, vel superiorum præcepta. l.6.c.10.n.1. An teneatur à monasterio recedens soluere expensas in suis alimentis consumptas. ibid.n.2. Perseuerare volens an obligetur præceptis regulæ, & superiorum. ibid.n.6
Nouitius delinquens an possit puniri à Prælato regulari, vel à iudice seculari, aut ecclesiastico. ibid.n.9
Nouitium percutiens qua ratione innodetur sententia excommunicationis. ibid.n.10
Nouitij sicut fauore religionis eximuntur instar professorum à ciuili potestate, sic etiam ab Episcopali, dum in probatione versantur. ibid.n.11
Nouitij possunt perpetuo carceri damnari. ibid.n.13
Nouitij an sint immunes à solutione gabellarum. ibid. n.15.& 16
Nouitij an possint excommunicari à proprio Episcopo, vel à religionis Prælato. ibid.n.17
Nouitij an possint ad ordines promoueri. l.6.c.10.n.18. Et à quo Episcopo initiari debeant. ibid.n.20
Nouitij dedicatio est pura, & non conditionalis, quamuis mutabilis, & resoluenda in euentum conditionis, si religio non placuerit. ibid.n.21
Nouitios gaudere priuilegiis religionis satis est probabile. ibid.n.22
Nouitius qui renunciarat, an possit in testamento reuocare eandem donationem. l.7.c.5.n.50
Nouitij obligatio nullam vim habet, nisi sequuta professione. ibid.
Nouitius non censetur bona donare religioni, nisi cùm actu profitetur. l.7.c.5.n.92
in Nouitij bona an succedat monasterium quoad suam legitimam. ibid.n.95
Nouitius an teneatur alimentorum expensas soluere. ibid.n.95
Nouitio reseruantur residui beneficij ipsius fructus, quia est verè beneficiarius. l.7.c.4.n.18
Nouitio exeunti restituendi sunt fructus beneficij. ibid. n.19

Nouitio

Nouitio an possit conferri beneficium ecclesiasticum. ibid.n.20
Nouitio morienti ab intestato, quando monasterium est incapax, quis stando in iure antiquo succedat. l.7. c.3.n.90
Nouitius minor viginti quinque annis, an possit disponere de bonis absque authoritate tutoris, & decreto Iudicis. ibid.n.22
Nouitius testans an teneatur relinquere legitimam ascendentibus, & descendentibus. l.7.c.5.n.7
Nouitius potest accusare, transigere, ac pacem inire, siue sibi, siue suis iniuria irrogetur. l.6.c.12.n.34. Et ideo legitimam standi in iudicio personam habet. ibid.
Nouitio interfecto, ius accusandi, & pacis ineundæ, & compositionis accipiendæ, an pertineat ad monasterium, vel ad quem. ibid.n.35
Nouitijs, vel iis, qui in Societate IESV vota biennij emisère, an interdicatur officium aduocati, aut procuratoris. l.6.c.13.n.2
Nouitius minimè amittit feudum qualecumque illud sit, atque adeò religionem egressus illud retinebit. l.7.c.14.n.34
Nouitius absque iusta causa expulsus ius habet agendi contra religionem, ne expellatur. l.5.c.4.n.59
Nouitius non est verè monachus, nec religiosus. l. 5. c.5.n.12
Nouitius an retineat qualemcumque maioratum in seculo possessum, & in qualemcumque succedat, etiisi in eo sit clausula excludens religiosos. l.7.c.15.n.1
Nouitius an possit cedere iure suo, vt vel nouitiatus, vel professio ante legitimam sint ætatem. l.5.c.4.n.23
Nouitiorum priuilegiis an gaudeat admissus ante pubertatis annos ad religionem, ita vt ipsum percutiens sit excommunicatus. ibid.n.24
Nouitius an possit sepulturam eligere. l.6.c.14.n.10
Nouitius si moriatur absque sepulturæ electione, vbi sit sepeliendus. ibid.n.11
Nouitij quibus expensis sint sepeliendi. ibid.n.12
Nouitius vt omnes in specie religionis asperitates experiatur, non est opus. l. 5.c.4.n.28. Et consequenter nec religionem omnes eius mores in specie experiri requiritur. ibid.
Nouitius in testamento an teneatur aliquid relinquere monasterio. l.7.c.1.n.8
Nouitius an possit testari de spe, quam habet succedendi parentibus superstitibus. ibid.n.9
Nouitij bona an acquirantur monasterio, reuocabiliter tamen. ibid.n.11
Nouitius in religione capaci succedendi an possit testari de vsufructu, vel annuo legato sibi relictis. ibid. n.12
Nouitius si hæredem instituisset monasterium, an maneat reuocata hæredis institutio, si ab eo recedat. ibid.n.14
Nouitios inducere, vt aliquid monasterio relinquant, an religiosis sit interdictum. ibid.n.15
in Nouitiorum testamento petitæ solemnitates, an sint quas petit ius ciuile, vel quas ecclesiasticum. ibid. n.19
Nouitij inter personas ecclesiasticas computantur, gaudentque fori priuilegio instar ecclesiasticorũ. ibid.
Nouitius simpliciter est adhuc sui iuris cum libera exeundi potestate. l.7.c.3.n.3
Nouitij sexdecim annos excedentes in possint quandocumque libere de suis bonis disponere. l.7.c.5.n.6. & 7
Nouitij an sint capaces beneficij secularis, & pensionis. l.7.c.29.n.100
Nouitij cuiuscumque ordinis an possint hæredes instituti, ac succedere in hæreditatem paternam ex testamento, & ab intestato. l.7.c.25.n.3
Nouitij Societatis IESV ante ingressum in nouitiatum possunt de suis bonis disponere quomodocumque voluerint. l.7.c.1.n.52
Nouitijs an integrum sit de suis boni testari, nulla ad id petita superioris licentia. l.7.c.3.n.2
Nouitiorum habilium possunt superiores ex iusta causa differre professionem. l.5.c.4.n.21
Nouitiorum habitus quando patenter à professorum habitu distinguitur, per nullam cuiuscumque temporis delationem talis habitus nouitiorum professio tacita inducitur. l.5.c.3.n.30. Immo is habitus manifestum indicium præbet voluntatis permanendi in nouitiatu. ibid.
Nouitius ea libertate gaudet ad exeundum, qua conuentus ad expellendum. ibid.n.40

Nouitia.

Nouitiæ cuiuscumque religionis approbatæ an teneantur ad clausuram. l.6.c.13.n.16
Nouitiatum magistra vt sit monialis in alio monasterio eiusdem ordinis, an liceat egressus. l.6.c.15.n.46

Nouitiatus.

Nouitiatus an sit necessariò intra monasterium peragendus. l.5.c.4.n.27.& 28. Cur sit introductus. ibid.
Nouitiatus potest reddi irritus, quod nouitius non detulerit peculiarem suæ religionis habitum, sed in seculari nouitiatum peregerit. l.5.c.4.n.29
Nouitiatus est simplex votum castitatis emissum in Societate IESV post biennium. l.5. c.1. n.10. Per illud tamen iure non ecclesiastico dirimitur subsequens matrimonium. ibid.
Nouitiatus annus post Tridentinum an sit complendus de momento ad momentum, & an sit addenda dies etiam in anno bissextili. l.5.c.4.n.9
Nouitiatus annus est in priuatum profitentis fauorem inductus. l.5.c.4.n.3
Nouitiatus tempore si quis in furorem incidat, an id furoris tempus computandum sit in nouitiatus anno, vel an illum interrumpat, sitque excommunicatus percutiens illum tempore furoris. l. 5. c.4. n.54. & 55
Nouitiatus anno finito an liceat differre professionem. l.5.c.4.n.21
Nouitiatus durat biennio, & ad illum nemo admitti valet ante quindecim annos completos. l.5.c.4.n.7
Nouitiatus anno an possit renuntiari. ibid.n.18
Nouitiatu non in legitima ætate habito, an valeat professio virtute illius facta. l.5.c.4.n.25
Nouitiatus in Societate IESV minoris quindecim annis, & maioris quinquaginta, an valeat. ibid.n.26

Nullum.

Nullum est quod iure prohibente, & resistente fit. l.6. c.11.n.43

O

Obedientia, & Inobedientia.

OBedientia, & inobedientia quotuplex sit. l.6. c.1. n.1
Obedientia nihil est aliud, quàm executio cuiuscumque actus virtutis sub præcepto cadentis, & inobedientia omissio eiusdem. ibid. Hoc modo vsurpata obedientia est virtus generalis, & inobedientia vitium generale. ibid. Vt est virtus inclinans subditum ad exequenda superiorum præcepta, vt præcepta sunt, est virtus specialis. Inobedientia vero vt est vitium inclinans ad omittenda præcepta, eo quod præcepta sint, est vitium speciale. ibid.
Obedientiæ & inobedientiæ obiectum an sit solũ præceptum obligans sub mortali, vel veniali. ibid.n.2

Inobedientia

Inobedientia formalis non potest accidere absque actuali præcepti contemptu. ibid.n.4
Obedientia respicit superiorem, dum superior est, & cessat, eo cessante. l.6.c.6.n.1
Obedientia religionis ab obedientia communi omnibus Christianis quomodo differat. l.6.c.2.n.14
Obedientiæ perfectio versatur circa omnia licita, etiãsi non posset superior ea præcipere, dummodo voluntas superioris circa illa quouis modo innotescat. l.6.c.2.n.3
Obedientiæ promptitudo illustriorem eam reddit. ibid.
Obedientiæ perfectio in quo consistat. l.6.c.18.n.19
contra Obedientiam Prælatis regularibus debitam præscribi non potest. l.6.c.2.n.30

Oblati.

Oblati, qui professione non emissa se, & sua obtulerunt Ecclesiæ, an testari valeant. l.7.c.8.n.42.& 43
inter Oblatos & conuersos quid sit discriminis. l.6.c.7.n.9. Sunt seculares, eo quod ad ordines non promoueantur. ibid.

Oblatæ.

Oblatæ an teneantur ad clausuram. l.6.c.15.n.15

Oblatio.

Oblationis vsum quem seruent moniales apud Italos. l.7.c.1.n.16
Oblatio bonorum duplex fit ab ingrediente religionem, & quæ. ibid.n.21. Quando oblatio hæc sit æque principalis, & quando non accessoria personæ. ibid. n.22.& seqq.

Obligatio.

Obligatio noua voti potest esse intensiua, aut extensiua. l.6.c.18.n.3
Obligatio ciuilis, ac fori externi, non est dominij ad seruum. l.7.c.9.n.16
Obligatio ad religionis substantialia nullis corporis viribus eget, sed solo voluntatis effectu. l.5.c.4.n.52
Obligationis nomine omnes contractus veniunt. l.7.c.5.n.34
Obligationis sub mortali an signum sit pœna excommunicationis minoris in lege imposita. l.6.c.4.n.48
Obligatione duplici vltra communem an teneantur clerici continere. l.5.c.6.n.3
quoad Obligationem, & culpam omissionis non attenditur quod fit, sed quod fieri debet. l.6.c.7.n.24
Obligationes reciprocæ nequeunt in vnius consensu consistere, sed indigent duplici persona potestatem obligandi habente. l.5.c.4.n.62

Obseruantia.

Obseruantiæ regulares externæ in regula præscriptæ an obligent sub mortali, an sub veniali, an solùm ad pœnam. l.6.c.4.n.68
Obseruantias regulares transgrediẽdo an incurrat culpam aliquam religiosus Episcopus. l.6.c.6.n.8. Tripliciter à nonnullis distinguuntur. ibid. An etiam teneatur ad eas debito legali, & sub culpa. ibid.n.19

Odiosa.

in Odiosis non comprehenduntur nouitij nomine religiosorum. l.7.c.15.n.1

Officium.

Officium publicum, quod indiget renunciatione intra certum tempus facta ante mortem ne perdatur, an amittatur ea renunciatione non facta ante id tempus transactum, à tempore illius vsque ad professionem in ordine Minorum, sed transeat vsque ad mortem naturalem. l.7.c.14.n.18.& seqq.
Officium executoris testamenti relictum monacho, an transeat in monasterium. l.6.c.11.n.21
Officium diuinum non tenetur religiosus creatus Episcopus iuxta suæ religionis ritum persoluere. l.6.c.6.n.25
Officiorum, dignitatum, & administrationum nomine, quibus priuat Pontifex moniales absque legitima licentia egressas, ac facultatem egrediendi concedentes, quid intelligatur. l.6.c.15.n.66
Officis finitis an teneantur statim egredi è claustris virorum feminæ quæ fuerunt ingressæ. l.6.c.17.n.29

Operari.

ad Operandum in rebus moralibus satis est probabilis cognitio, reputaturq; certitudo moralis l.7.c.19.n.13
Operanti ad finem non cõuenit ex necessitate, vt finem iam comparauerit, sed vt aliqua via ad ipsum tendere conetur. l.6.c.5.n.1

Opera.

Opera satisfactoria in mortali facta non reuiuiscunt adepta gratia. l.5.c.5.n.4
per Opera omnia supererogationis non tenetur religiosus niti ad perfectionem, sed iuxta sola suæ religionis media. l.6.c.5.n.1

Opinio.

Opinio non stat cum dubio; hoc enim omnem assensum excludit: illa autem assensum determinatum petit, etsi cum alterius partis formidine. l.6.c.3.n.2

Ordinatus.

Ordinatus sacris ante rationis vsum, non tenetur ad specialem cõtinentiam ratione ordinis assumpti. l.5.c.6.n.7. Immo hodie ordinatus ante decimũ sextum annum completum, ad id non tenetur, nisi adepta illa ætate ordinem assumptũ ratum habuerit. ibid.n.8

Ordinarius.

Ordinarius est vicarius generalis Episcopi, & in omnibus decretis nomine ordinarij comprehenditur. l.6.c.15.n.50

Ordo.

Ordo metu viri constantis assumptus non obligat ad castitatem. l.5.c.6.n.6. De iniusta compulsione id intelligendum. ibid.
Ordinis sacri votum valet ante pubertatem completam, & quare. l.5.c.4.n.2
Ordinis Sanctæ Claræ moniales quotuplices sint. l.7.c.12.n.2
ad Ordinem sacrum promotus apostata, an possit in ordine sacro ministrare. l.6.c.8.n.21
Ordinem sacrum in apostasia recipienti an sit integrum ad superiores ordines ascendere. l.6.c.8.n.22
Ordine suscepto vti minus est, quàm posse ad superiores ascendere. ibid.n.22
Ordinis cuiusque ante apostasiam suscepti vsus non est interdictus. ibid.n.24
Ordinum militarium clerici extra claustrum viuentes an testari possint. l.7.c.8.n.37
Ordinibus sacris quibuscumque initiati possunt nouitij. l.6.c.10.n.5

P

Pactum.

PActum iuramento firmatum an noceat hæredibus quando id potest in ipsorum præiudicium initi. l.5.c.7.n.42
Pactum habendi proprium à superiori non reuocabile est contra votum paupertatis. l.5.c.4.n.10
Pactum super hæreditate hominis incerti an valeat. l.5.c.2.n.31

Pactum de hæreditate viuentis, quando venit in consequentiam alterius contractus liciti necessarij, an valeat. ibid.n.43
Pactum mutuæ successionis quomodo valeat inter milites, & in quo eorum priuilegium consistat quoad hoc. ibid.n.45
Pactum iureiurando firmatum, seu bonorum renunciatio hac lege, si ingressus fuero religionem, an valeat. l.7.c.6.n.12
Pacta futuræ hæreditatis an valeant. l.7.c.2.n.2
Pactum an valeat, siue sit de diuidenda hæreditate viuentis, siue de deferenda, siue de donanda alteri. ibid. n.6. An etiam valeat si sit de succedendo, siue de non succedendo. ibid.n.7
Pactum parentum circa hæreditatem filiorum an sit irritum. ibid.n.12
per Pacta, & renunciationes irreuocabiles possunt nouitij disponere de hæreditatibus nondum delatis, & de spe succedendi parentibus. l.7.c.3.n.9

Pandemius.

Pandemius morbus, endemius, epidemius, & pestis, quo pacto differant. l.6.c.15.n.33

Papa.

Papa qualiter possit concedere facultatem Episcopo religioso testandi ad opera pia. l.6.c.6.n.12

Parens.

Parenti permittitur testari inter liberos cum duplici testetur non permittitur è contra liberis sic testari inter parentes. l.7.c.9.n.20
Parentes ex tertio bonorum primogenium instituentes nequeunt in regno Castellæ religiosos filios, aut filias moniales excludere. l.7.c.15.n.6

Paria.

Paria sunt, fieri tempore habili, & fieri tempore inhabili, dummodo effectus conferatur in tempus habile. l.7.c.2.n.54

Parochus.

Parochus religiosus, an si indigeat dispensatione in aliquo regulæ statuto, possit ipse, vel alius cum eo dispensare. l.6.c.6.n.37. Absoluitur ab officio diuino iuxta ritum suæ religionis persoluendo. ibid.n.38. Et an teneatur habere locum sui ordinis. ibid.n.39
Parochus cui interdicta est Sacramentorum, aut peculiaris matrimonij administratio, validè assistit, & alteri committit. l.5.c.4.n.79
Parochi officium nec est prælatio, nec dignitas. l.6.c.18. n.28

Participantes.

Participantes cum excommunicato in crimine, quando excommunicationem incurrant. l.6.c.8.n.89

Pater.

Pater si in seculo emanciparat filium, an dimidia pars vsusfructus, quam in præmium emancipationis retinebat, extinguatur per patris professionem. l.7.c.13. n.73
Pater an priuetur per professionẽ filij vsufructu, quem in peculium eius aduentitiũ acquisierat. l.7.c.13.n.38
Pater quando post substitutionem pupillarem professus est in religione capaci succedendi, an ex tunc euanescat substitutio pupillaris. l.7.c.3.n.43
Patre filiis impuberibus substituente, & postea mortis tempore eosdem liberos in potestate non habente, euanescit substitutio pupillaris. ibid.n.44
Pater professus desinit filios habere in sua potestate. ibid.
Pater ratione patriæ potestatis ius eligendæ sepulturæ pro filio impubere non habet, sed ratione consuetudinis, vbi ea legitimè præscripta fuerit. l.6.c.14.n.6
Patri an integrum sit meliorare in tertia bonorum parte filium professum, etsi hæreditati renunciarit, aut sit professus in ordine Minorum, aut in Societate IESV. l.7.c.12.n.11
ad Patrem pertinet tam quoad proprietatem, quàm quoad vsumfructum peculium filiifamilias profectitium. l.7.c.13.n.24

Patria potestas.

Patria potestate liberatur filiusfamilias per professionem. l.5.c.5.n.29. An liberetur etiam in iis in quibus id esset in eius damnum. ibid.n.30

Patrinus.

Patrinus Baptismi, vel Confirmationis potest esse religiosus factus Episcopus. l.6.c.6.n.24

Patronus.

Patrono non est integrum se ad beneficium præsentare. l.6.c.11.n.50

Paupertas.

Paupertatis votum obligat ad nullatenus de propriis bonis disponendum absque superioris facultate. l.7.c.3.n.5
Per solemne paupertatis votum non fit bonorum donatio, cùm in monasterium non transferantur iure ipso naturali ea bona, & actiones, sed solo iure humano: & hoc tantùm quando monasterium est successionis capax. l.5.c.1.n.6
Paupertatis solemne votum solo iure ecclesiastico reddit professum inhabilem ad acquirendum rei alicuius dominium. ibid.n.9
Paupertatis voto astringitur religiosus ad nihil habendum tanquam proprium. l.7.c.19.n.45
Paupertatis votum à commendatariis emissum in quo consistat, & quando illud transgredi dicantur. lib.7. c.8.n.33.& seqq.
Paupertatis votum solemne, & simplex qualiter differant. l.7.c.18.n.23
Paupertatis voto an liberetur religiosus creatus Episcopus, efficiaturque verus dominus redditiuum ecclesiasticorum. l.6.c.6.n.7
Paupertatis votum coadiutorum formatorum Societatis IESV semper reddidit eos incapaces dominij acquirendi, ac in alium transferendi. l.5.c.1.n.10
Paupertatis relaxatio à primæuo sui instituti feruore religionem abducit. l.6.c.18.n.7
Paupertas voluntaria primum est religionis fundamentum. ibid. Eiusdem murus est, & propugnaculũ. ibid.

Pauperes.

Pauperum electio, in quos eleemosyna distribuenda est, potest in testamento committi fratribus Minoribus. l.6.c.11.n.32. An exigatur licentia superioris ad eam electionem faciendam. ibid.n.34

Pax.

Pacem inire, ac pro pace compositionem accipere, eius est, cuius est accusare. l.6.c.12.n.33

Peccatum.

Peccatum religiosi si sit veniale, multitudine bonorum operum, in quibus versatur, veluti obruitur: si verò sit mortale, facilius ac citius refugit ob pristinam consuetudinem, qua est deditus Deo, ac bono aliorum religiosorum exemplo. l.6.c.14.n.7
Peccatum proprietatis in religioso an habeat duplicem malitiam, alteram furti, & alteram sacrilegij. l.7.c.20.n.7

Peccatum ex contemptu latiùs patet, quàm peccatum inobedientiæ vtrouismodo sumptæ. l.6.c.1.n.5
Peccatum occultum religiosi Societatis IESV an possit denunciari superiori, tanquam Iudici, non præmissa correctione fraterna. l.6.c.18.n.48
Peccati mortalis, & venialis differentia ex nulla voluntate pendet, sed ex operis ipsius natura. l.6.c.4.n.26

Peculium.

Peculium profectitium, castrense, & quasi castrense, & libri filifamilias an transeant ad monasterium per eius professionem. l.7.c.13.n.37
Peculium quale sint bona acquisita à filiofamilias clerico. l.7.c.13.n.23
Peculium castrense, quasi castrense, adventicium, & profectitium quod dicatur. ibid.n.24

Pecunia.

Pecunias iussus restituere pauperibus ratione debiti incerti contracti à iubente, an possit sibi applicare. l.6.c.11.n.62.
Pecuniarum dominium, quæ Franciscanis in eleemosynas dantur, apud quos remaneat. l.7.c.18.n.15
Pecunias in vsum fratrum Minorum danti an sit integrum illas liberè, & absque causa sibi reuocare, antequam alienatæ in alium sint. ibid.n.17

Pensio.

Pensio minus repugnat religioso quàm beneficium simplex. l.7.c.29.n.6
Pensiones an extinguantur professione, sicut & beneficia. ibid.n.8
Pensio absque iusta causa per Pontificem concessa an valeat. l.7.c.29.n.97
Pensionis recipiendæ sit capax illegitimus professus. l.5.c.5.n.16
Pensionis habendæ an sit capax regularis. l.7.c.29.n.92. & 93
Pensiones nouitij etiam in Societate IESV, an vacent tempore nouitiatus per professionem, aut vota biennij. l.7.c.4.n.13
Pensiones largè dicuntur beneficia. ibid.

Persona.

Persona monachi non est legitima ad comparendum in iudicio, siue vt actor, siue vt reus, absque superioris licentia. l.6.c.12.n.12
Persona in monasterium transeunte, transeunt quoque accessoriè eius bona. l.7.c.12.n.12
Personæ dantis, & accipientis quomodo verè saluetur distinctio, applicante sibi distributore eleemosynam. l.6.c.11.n.54

Pestis.

Pestis tempore an teneatur religiosus non fugere, sed obedire Prælato iubenti ipsum inseruire infirmis, ac eis Sacramenta ministrare. l.6.c.2.n.54

Pœna.

Pœna spiritualis si apponatur, manifestè colligitur aliquam in transgressione culpam esse. l.6.c.4.n.47
Pœna non necessariò præsupponit culpam, sed potest absque culpa imponi, licèt non absque aliqua causa. l.6.c.4. n.11. Et tunc pœna non habet veram pœnæ, sed cuiusdam pœnalitatis rationem. ibid.
Pœnæ cùm leues sunt, possunt pro venali imponi. l.6. c.4.n.14
Pœnæ magnitudo transgressoribus impositæ, quæ pro solo mortali infligi potest, indicat transgressionem esse mortalem. ibid.n.56
Pœna solùm temporalis quando transgressoribus imponitur, an obliget lex eam indicens sub aliqua culpa. ibid.n.57
Pœnæ comminatio non infirmat legis vires, sed corroborat, cùm apponatur ad maiorem obseruantiam legis timore pœnæ. ibid.n.59
Pœna mortis, mutilationis, infamiæ, carceris, saltem in religionibus, & pœna grauioris culpæ in illis, vt pœna exilij, triremium, flagellationis, & confiscationis bonorum, an sint iudicium obligationis ad culpam mortalem. ibid.n.64
Pœnæ quæ statuantur contra religiosos admittentes fœminas intra sua monasteria. l.6.c.17.n.34
Pœnæ latæ in alicuius constitutionis violatores non ligant deficientes in aliqua leui solemnitate. l.6.c.16. n.40
Pœnæ olim matrimonio clandestino inflictæ dum id erat validum, an cessent post Tridentinum, quod illud irritum reddidit. l.5.c.4.n.10
Pœnæ alicui statui statutæ locum non habent, quando actus irritè fit. ibid.
Pœnas proprietatis an incurrat religiosus malè expendens ex superioris licentia. l.7.c.19.n.25
Pœnas, & maximè graues, restringere oportet. l.6.c.15. n.70

Pontifex.

Pontifex Romanus duplici nomine est superior religiosorum, & quomodo. l.6.c.1.n.8
Pontificis præcepta transgrediens religiosus non est duplicis malitiæ reus. ibid.n.9
Pontifici in omnibus licitis potiùs est obediendum, quàm Prælatis regularibus. ibid.n.10
Pontifex an sit dominus beneficiorum, ac fructuum eorum, vel dispensator. l.7.c.29.n.96
Pontifex an de facto soleat concedere monachis testandi licentiam. l.7.c.8.n.61
Pontifex an possit præcipere religiosis, vt ad Indos conuertendos pergant. l.6.c.2.n.48
Pontifex solus an dispenset, vt illegitimus professus fiat Prælatus. l.5.c.5.n.17
Pontifex si dispenset absque iusta causa cum sacris ordinibus initiato, vt vxorem ducat, an teneat dispensatio, validúmque sit matrimonium. l.5.c.2.n.3
Pontifex potest dispensare in solemni castitatis voto à professis emisso, ibid.n.4. Vt hoc licitè fiat, desideratur publicæ vtilitatis causa, & vrgentissima. ibid.n.5
Pontifici an sit integrum dispensare cum professo, vt matrimonium ad tempus incat, vel ea lege, vt prole habita ad religionem redeat. ibid. n. 6. An si absque iusta causa dispenset, teneat matrimonium, possitque licitè initi, & eo inito peti, & reddi debitum. ibid.n.7. An possit dispensare in solemni voto paupertatis. ibid.n.8.& 9
Pontifex non potest pro libito, & absque causa, bona aliarum religionum (præter Franciscanos) illis auferre, & dare cuicumque. l.7.c.18.n.19
Pontifex an soleat concedere regularibus gratiam ad beneficium alterius ordinis assequendũ absque translatione. l.7.c.29.n.30
Pontifex Romanus an possit cogere religiosos ad arctiorem vitæ regulam seruandam, quàm prima sui instituti norma postulat. l.6.c.2.n.21
Pontifex an possit absque causa dispensare cum Episcopo, vt de redditibus Episcoparus testetur. l.7.c. n.48.
Pontifex generaliter aliquid concedens non censet derogare iuri communi. ibid.n.
Pontificis solius Romani est, facultatem transeundi æquè strictam religionem concedere nulla legitima causa transitus subsistente. l.6.c.7.n.42.&
ex Pontificis licentia an possint testari religiosi. l.7.c.8. n.4
Pontificis solius est edere decretum reddens irritam professionem. l.5.c.4.n.70

Pontificem concedere monacho licentiam testandi, an sit dispensare in voto paupertatis. l.7.c.8.n.46

Portio.

Portio congrua ex fructibus beneficij nouitij vicario inseruituro est reseruanda, eáque est per Episcopum taxanda. l.7.c.4.n.14

Possessor.

Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit. l.7.c.29. n.26
Possessor propriè non dicitur habens ius solius administrationis. l.7.c.18.n.10

Possessio.

Possessio cur non transferatur absque traditione. l. 7. c.12.n.25
Possessio ciuilissima, & ficta quæ appelletur. l.7. c.12. n.29

Possidens.

Possidentis conditio in dubio est melior. l.5.c.4.n.20

Potestas.

Potestas eadem exigitur in actu dissoluendo, quæ in ipso constituendo. l.7.c.1.n.5
Potestas immediati Prælati est eminenter in Prouinciali, & tota vtriusque potestas est eminenter in Generali, tanquam in totius religionis capite. l. 5.c.4. n.71
Potestas reuocandi testamenti, quam religiosus sibi reseruaret, pugnat cum professione religionis. l.7.c.11. n.20
Potestas quando à principio conceditur limitata aliàs non habenti, actus illam excedens est nullus, etsi non addatur decretum irritans. l.5.c.4.n.26
Potestas patria cur per professionem extinguatur. l. 7. c.5.n.50

Præbenda.

Præbenda viuentis cur non possit conferri alicui priuato, at possit alicui collegio. l.7.c.1.n.55

Prædicatorum ordo.

Prædicatorum ordo cur à nonnullis asseratur cæteris religiosis ordinibus absolutè perfectior. l.6.c.7.n.19

Præceptum.

Præceptum vt ad mortale obliget, est opus materiam esse graue, & vode grauitas desumenda. l.6.c.4.n.24
Præcepti finem impedire velle an æquiparetur quoad culpam contemptui. l.6.c.4.n.22
Præcepti obligatio non est ipsa præcepti substantia, sed effectus eius. l.6.c.4.n.26
contra Præceptum tendendi ad perfectionem quando delinquatur. l.6.c.5.n.6
Præcepta spiritualia quæ dicantur. l.6.c.1.n.19
Præcepta imponere in virtute Spiritus sancti & sanctæ obedientiæ, ex Ecclesiæ vsu pertinet ad solos Prælatos ecclesiasticos potestate spirituali præditos. ibid. n.21
inter Præcepta Prælati, & Abbatissæ in quo versetur differentia. ibid.n.29
Præceptorum potestatis ciuilis, & domesticæ finis quis sit. ibid.n.30
Præcepta ore tenus imposita an obligent ad culpam, & qualem culpam, quomodo diiudicandũ. l.6.c.4.n.69
Præcepta duo in compossibilia cùm cõcurrunt, id quod magis obligat, est præponendum. l.6.c.3.n.2
Præceptorum collectio est lex. l.6.c.4.n.67

Prælatis.

Prælationis officio fungitur in omnibus Abbatissa, quorum fœmina capax esse potest. l.5.c.5.n.19. Officium eius tanti facit Tridentinum, vt non nisi quadragesimam, & post octauum professionis annum eligendam esse decernat. ibid.

Prælatus.

Prælatus regularis an possit aliquid præcipere sub excommunicatione reseruando sibi eius absolutionem. l.6.c.1.n.15
Prælatus iure communi potest reseruare sibi absolutionem excommunicationis à se latæ. ibid.n.16
Prælatus immediatus religionis an possit munus executoris testamenti obire absque alicuius sui superioris licentia. l.6.c.11.n.5
Prælatus si imponat præceptum, vt moniales teneantur in aliquo casu obedire Abbatissæ, an sit mortale ipsi non obedire. l.6.c.1.n.25
Prælatus regularis an possit cogere subditos parochorum munus inter Indos obire. l.6.c.2.n.50
Prælatus non curans religiosos in communi viuere, & superflua vitare, an sit in bono statu. l.7.c.19.n.17
Prælatus religionis non est dominus bonorum monasterij, nec eorum quæ dantur religioso, sed administrator. l.7.c.10.n.21
Prælatus an possit monachum habilem facere, ad duo sui ordinis beneficia. l.7.c.29.n.78
Prælatus Pontifice inferior potest dispensare in religiosi ad minus strictam religionem transitu. l.6. c.7. n.53
Prælatus immediatus conuentus poterit licentiã transeundi ad strictiorem religionem concedere; & si ille sit transiturus, eam petiturus est à Prouinciali, & Prouincialis à Generali, & hic à Romano Pontifice. ibid.n.59
Prælatus Põtifice inferior an possit cum religioso professo dispensare, vt testetur. l.7.c.8.n.5
Prælatus an obligetur ex pacto inito cum suo religioso. l.7.c.8.n.15
Prælati præceptum habetur in dubio pro legis interpretatione. l.6.c.3.n.10
Prælati præceptum an magis obliget quàm conscientia erronea. ibid.n.13
Prælati religionis licentia an desideretur, vt nouitius ordinetur. l.6.c.10.n.22. Et an possit licentiam dare, aut literas dimissorias cõferre, vt à quocunque Episcopo possit ordines suscipere. ibid.
Prælato præcipienti quæ sint supra regulam, aut præter illam, tenetur subditus obedire. l.6.c.2.n.13.& 14
Prælato peccata occulta denunciate an sit integrum, quando creditur vtilius correcturus. l.6.c.18 n.46
Prælati religionum an possint eligi in Iudices conseruatores. l.6.c.13.n.79
Prælatis religionum an liceat supplicationes extraordinarias indicere, vt mulieres ingredi possint. lib. 6. c.17.n.23

Prærogatiua.

Prærogatiua professionis an sit, vt omnem irregularitatem antea contractam deleat. l.5.c.5.n.9

Præscriptio.

Præscriptio contra Ecclesiam non interrumpitur, sed suspenditur, dum ea vacat Prælato. l.5.c.4.n.55
Præscriptio incepta contra defunctum, cui pupillus successit, dormit, dum ætas pupillaris durat. ibid.
Præscriptio, vel possessio non dicitur interrupta, quando est modici temporis interruptio. l.5.c.4.n.32
Præscriptio non currit contra Ecclesiam minori tempore quàm quadraginta annorum. l.7.c.12.n.14
Præscriptio quanti temporis requiratur, vt beneficium seculare transeat in regulare. l.7.c.19.n.46

Præsentare.

Præsentandi, aut eligendi ius competens monacho, vt parti alicuius collegij, an transeat ipso professo ad monasterium. l.7.c.14.n.1

Præsentatio.

Præsentatio facta à solo Prælato an sit valida. l.7. c.14. n.8

Præsumptio.

Præsumptio vna eliditur per alias fortiores l.7.c.1.n.10
Præsumptio est iuris positiui. l.7.c.2.n.38
Præsumptio an deducatur ex interuallo temporis à die testamenti conditi vsque ad ingressum in nouitiatum, an præmissa ingressus cogitatione conditum sit testamentum, necne. l.7.c.3.n.32
Præsumptioni an sit locus in foro conscientiæ. l.7.c.16. n.2

Pretium.

Pretio comparata nobilitas accidentalis in seculo, an deperdatur per professionem. l.7.c.12.n.15

Primogenitum.

Primogenitum an possit professus instituere l.7.c.8.n.20
Primogenium reuocabile in contractu vim vltimæ voluntatis quoad effectus obtinet. l.7.c.5.n.53
Primogenita instituta in familiæ conseruationem non contenniunt monachis, vtpote qui tales agnati non sint, in quibus familia, & agnatio conseruari possit. l.7.c.15.n.19

Princeps.

Princeps vouens ire in subsidium terræ sanctæ, an possit in professionem commutare. l.5.c.5.n.52
Principis licentia ad instituendum maioratum ex filiorum legitimis, in præiudicet illis, qui tunc sunt clerici, vel monachi. l.7.c.12.n.19
Principis facultas, ad legitimæ æquiparantur. l.7.c.9.n.33

Prior.

Prior claustralis cur non possit esse delegatus ad litteras Pontificis, vel eius legitimè exequendas. l.6.c.15.n.75

Priorissa.

ad Priorissæ officium an desideretur virginitas. l.5.c.5. n.12
Prioratui manuali qui præest monachus, potest in illo Prioratu sepeliri, iuxta sui Abbatis voluntatem. l.6. c.14.n.9

Priuatio.

Priuationis officiorum pœna, & inhabilitatis ad illa, an incurratur absque aliqua iudicis sententia. l.6. c.17. n.38

Priuilegium.

Priuilegium Pontificium concessum fœminis ad ingressum in virorum monasteria, an prosit quando statutis monasteriorum is ingressus interdicitur. l.6. c.17.n.52
Priuilegium sine restrictione concessum, non est limitandum. l.6.c.17.n.43
Priuilegium, vt bona post clericatum acquisita sint quasi castrensia, an habeat locum in omnibus clericis etiam primæ tonsuræ. l.7.c.13.n.32
Priuilegium habentibus, ne liceat transitus ad strictiorem religionem, an id liceat. l.6.c.7.n.10
Priuilegium personale non solùm dicitur, quod alicui personæ priuatæ concedatur, sed etiam quod certo personarum generi. l.6. c.16.n.19. Cum persona extinguitur, ibid.
Priuilegia realia sunt perpetua, & ad posteros in perpetuum transferuntur. ibid.
Priuilegium tollens vnum, non tollit aliud. l.6.c.7.n.115
per Priuilegium quæ fieri possunt, valent quoque consuetudine legitimè præscripta induci. l.7.c.8.n.63
Priuilegio miserabilium personarum an gaudeant monasteria. l.7.c.31.n.26
Priuilegio excludendi substituti vt clericus fruatur, quotuplex conditio exigatur. l.7.c.16.n.32
Priuilegio fori gaudet nouitius, ac proinde conueniri non potest coram Iudice seculari. l.6.c.10.n.10
Priuilegio fori omnes gaudentes dicuntur personæ ecclesiasticæ. l.7.c.13.n.46
Priuilegio Apostolico secluso, an sit integrum commendatarius testari. l.7.c.8.n.27
Priuilegia, quæ olim habebant commendatarij ad testandum, an cassata sint per motum proprium Pij V. ibid. & n.30
Priuilegia semel per leges ciuiles ecclesiasticis concessa, an possint per Principes seculares auferri. l.7.c.12. n.18
Priuilegia & constitutiones denegantia religiosis appellationem à correctione suorum superiorum, quomodo intelligenda. l.6.c.8.n.110
Priuilegia in dubio vltra ius commune an aliquid operari debeant. ibid.

Probatio.

Probationis anno minimè vacant beneficia nouitij, cùm tunc nulli conferri possint. l.7.c.4.n.2
Probationis biennio absoluto qui vota in Societate IESV emittunt, sunt verè ac propriè religiosi, non secus ac professi eiusdem religionis, ac cuiuscumque alterius. l.5.c.1.n.17

Processio.

Processionis, vigiliæ, Missæ, vel alterius cuiusuis officij intra monasteria virorum celebrari causâ, an liceat fœminis in ea ingredi. l.6.c.17.n.22

Procurator.

Procurator vt nomine absentis validè profiteatur, quot conditiones requirantur. l.5. c.3. n.8. Per seipsum exequi debet, nec poterit substituere, nisi hoc specialiter ipsi committatur. ibid. Ad ipsum constituendum non desideratur scriptura, nec vnitas sexus. ibid. n.9. Nec ætas determinata, aut alia qualitas, præter eam quam ius naturale poscit ad explicandum nomine alterius consensum. ibid.n.10
Procurator esse non potest religiosus, neque ex mandato alienius ad id dato procuratorem substituere, sine superioris licentia. l.6. c.13. n.12. Si habeat licentiam, vt sit procurator, an possit absque alia superioris licentia substituere. ibid n.13
ad Procurationem religiosi in actibus extraiudicialibus an exigatur licentia superioris, & vtilitas monasterij. l.6.c.13.n.38

Prohiberi.

Prohibentur multa fieri, quæ tamen facta tenent. l.5. c.5.n.20

Prohibitio.

Prohibitio omnis præceptum abstinendi se à re prohibita continet. l.6.c.4.n.34
Prohibitio expressa hominis tollit prohibitionem legis iure aliquo speciali inductam. l.7.c.12.n.25

Professus.

Professus tacitè potest compelli, vt expressè in scriptis profiteatur, vt in posterum valeat eius professio probari. l.5.c.3.n.6. Similiter potest religionem compellere, vt expressam eius professionem admittat. ibid.

Professus nequit esse Prælatus nisi expressè fuerit professus. ibid.
Professorum habitus susceptus post nouitiatus annum, non indiget triduo delatione ad professionem tacitam inducendam. ibid.n.24
Professorum habitus si sola distinctione latenti secernatur à nouitiorum habitu, tunc per annuam illius delationem completa pubertate, inducitur professio tacita obligans illi religioni, cuius est habitus. ibid. n.31
Professus ad aliam religionem transiens, an possit ante annum profiteri. l.5.c.4.n.12
Professus à religione expulsus in perpetuum, etsi teneatur ad votum castitatis; valde tamen dubium est, an teneatur ad obedientiam, & paupertatẽ. l.5.c.1.n.12
Professus in ordine Minimorum expulsus à religione in perpetuum, an teneatur ad solemne quadragesimalis vitæ votum. ibid.
Professus iniustè expulsus an possit compellere monasterium, vt ipsum admittat, & alat, expensasque ad lites necessarias contribuat. l.6.c.9.n.8
Professus an possit testari, quando tempore professionis reseruauit sibi aliqua bona, de quibus testari valeat. l.7.c.8.n.19
Professus in manibus non potentis professionem admittere, nec inueniens religionem eum admittere volentem, an teneatur viuere sub Episcopi obedientia. l.5.c.4.n.106
Professus in monasterio incapaci succedendi, an possit testamentum antea factum reuocare. l.7.c.11.n.1
Professus descendentes, vel ascendentes habens, an possit inter eos maioratum instituere, quando ante professionem de bonis non disposuit. l.7.c.9.n.31
Professus nequit inter liberos de bonis suis quicquam disponere, quia caret dominio, ac illorum administratione. l.7.c.9.n.8
Professi soli dimittentes temerè habitum suæ religionis excommunicationi subduntur. l.6.c.8.n.20
Professi quatuor votorum Societatis IESV emittunt solemne votum obediendi Papæ. l.6.c.18.n.1
Professi in quacumque religione an ex licentia Pontificis possint testari. l.7.c.8.n.44
Professi in religione relaxata an teneantur ad regulam in suo pristino rigore. l.6.c.1.n.24.& 25
Professi an possint expelli à religione. l.6.c.9.n.2.& 3
Professi è Societate IESV electi an teneantur ad speciale obedientiæ votum, quod emiserunt, vel ad alia simplicia post professionem emissa. l.6.c.9.n.74
Professis ad pias causas testari an liceat. l.7.c.8.n.5
Professis iura solùm interdicunt testamentum. l.7. c.8. n.11

Professa.

Professæ cum conditione, vt in domo propria maneat, an ligentur clausura. l.6.c.15.n.17
Professæ, quæ olim obtinuerant priuilegium Pontificium manendi in propria domo, an ad clausuram teneantur. ibid.n.18

Professio.

Professio an valeat, si quis interrogatus in religionis ingressu taceret morbum contagiosum, vel aliud vitium, quo cognito non admitteretur. l.5.c.4.n.56
Professionem an reddant irritam necessitas parentum, aut filiorum, obligatio ad debita, aut ratiocinia, vel alia crimina in motu proprio Sixti V. narrata, vel omissio informationis ibi petitæ. ibid.n.61
ad Professionis valorem exigitur admissio illius per habentem potestatem. ibid.n.62
Professio est contractus onerosus, vltrò citrò que obligatorius. ibid.
Professio an sit ipso iure irrita admissa à Prælato, absque consilio, vel consensu conuentus. ibid.n.66
Professio esse non potest extra religionem à Sede Apostolica approbatam. ibid.n.74
Professionem acceptare non est propriè actus iurisdictionis, sed superioritatis. ibid.n.78
Professio furiosi tempore furoris emissa, & ita tempore inhabili, an conualescat per solum illius ad sanam mentem restituti consensum, quando conuentus furiam ignorauit. ibid.n.81
Professio an sit irrita defectu intentionis profitendi, aut se obligandi, aut quando profitens se habuit negatiuè, aut quando ex errore, aut dolo, aut metu, iracundia, aliâve perturbatione emissa est. ibid.n.82
Professio an sit irrita non præmisso examine monialis, an liberè profiteatur. ibid.n.84
Professio an sit irrita eo quod aliquod ex tribus votis non emittatur. ibid.n.85
Professio expressè fit, quoties verbo, vel scripto emittitur: tacitè autem, faciendo aliqua professis propria. l.5.c.3.n.1. Eandẽ obligationẽ vtraque inducit. ibid.
Professio expressa potest nutibus, aut scripto fieri sine verbis; quia nullibi reperitur verba esse necessaria. ibid.n.2. Idcirco mutus à natura, qui subinde surdus est, potest profiteri. ibid.
Professio expressa variis modis emitti solet, iuxta varia religionum instituta. ibid. n.3. An sit necessariò in scriptis facienda. ibid.n.5
Professio potest per procuratorem fieri. ibid.n.7. Nullibi enim excipitur ex iis actibus qui per procuratorem fieri possunt. ibid. Hoc temperandum, nisi regula contrarium iubeat. ibid.
Professio valebit, quantumcumque tempus intercedat inter constitutionem procuratoris, & professionem, & quomodo. ibid.n.11
Professio non est facienda necessariò in monasterio, sed potest vbique fieri. ibid.n.12
Professione tacita post Tridentinum rarissimè contingit validè profiteri. ibid.n.13
ad Professionis tacitæ valorem quot conditiones petantur. ibid.n.14
Professio non æquiparatur morti naturali, quando ortus est succedendi capax. l.7.c.4.n.69
Professio in ordine successionis incapaci an censenda sit mors naturalis in præiudicium tertij. ibid.n.80
Professio non censetur mors naturalis, quando est in tertij præiudicium. l.7.c.13.n.15
ante Professionem in religione capaci, aut incapaci, an sit integrum testari de vsufructu, aut annuo legato. ibid.n.56
Professio qualis sit contractus. l.6.c.9.n.7
Professio prioris religionis cessat per transitum legitimum ad aliam religionem. l.6.c.7.n.87
Professio in religione arctiori ad quam transitur, an valeat quando est transitus contra prioris monasterij priuilegia. ibid.n.88
Professio an valeat, quando non bono zelo, nec perita licentia, sed leuitate transitur ad arctius monasterium, & an possit, & teneatur professus redire ad prius. ibid.n.89
Professio si fuit irrita in foro conscientiæ, an donatio nouitij reddatur irrita attento iure antiquiori. l.7. c.1.n.20
Professio non est capitis minutio. l.7.c.3.n.24
Professione sequuta quasi agnatione posthumi an rumpatur testamentum, nisi in eo aliquid relictum sit monasterio iure institutionis. l.7.c.1.n.24
Professionis solemne votum, & simplex non differunt per se, & essentialiter, ex vtriusque voti natura, sed solùm accidentaliter, & extrinsecè, ex sola Ecclesiæ constitutione. l.5.c.1.n.6
Professionis solemne votum non dirimit ex natura rei, sed solo iure ecclesiastico matrimonium sequens. ibid.n.9

UNIVERSIDAD DE NAVARRA
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

per Professionem in ordine militari an cesset substitutio pupillaris. l.7.c.3.n.51
ante Professionem an possit quis reseruare sibi aliqua bona, si fortè legitimè eum egredi contigerit. lib. 7. c.17.n.26
post Professionem acquisita sunt quasi castrensia, nec in eis habet pater vsumfructum, sed is pertinet ad monasterium. l.7.c.13.n.44
Professio non potest fieri absque consensu eius cuius est in religionem admittere. l.5.c.3.n.14
Professionem tacitam inducunt actus, quatenus internum profitendi animum indicant. ibid.n.17
Professio tacita dupliciter iure antiquo poterat emitti. ibid.n.19
ad Professionem tacitam an requiratur tridui perseuerantia in exercitio actuum professis competentium. ibid.n.21
in Professione expressa an exigatur ea tridui perseuerantia. ibid.n.22
Professio tacita qualiter inducatur per delationem habitus distincti patenter ab habitu nouitiorum, & an opus sit perseuerantia tridui. ibid.n.24
Professio tacita per triduum habitus delationem non præmisso nouitiatus anno, minimè obligat specialiter illi religioni, cuius habitus susceptus est, sed religioni in genere. ibid.n.27
Professio tacita obligans soli religioni in genere, an habeat vim voti solemnis dirimentis subsequens matrimonium. ibid.n.28
Professionem tacitam ex quo admisit monasterium, censetur profitenti obligari. ibid.n.29
Professio tacita inducitur etiam per habitus delationem in monasterio, per integrum annum post pubertatem, etsi ante pubertatem assumptus sit, quando habitus professorum, & nouitiorum est omnino indistinctus. ibid.n.32. Inducitur etiam quando vterque habitus est indistinctissimus, & communis religiosis, & aliis habitantibus cum ipsis, per annum illius delationem in monasterio, dummodo talis habitus post pubertatem assumptus fuerit. ibid.n.33
Professionem tacitam induci per annuam habitus delationem, dummodo habitus professorum, & nouitiorum non distinguatur distinctione patenti, Clementina finalis de regularibus quæ indistinctè decidit, quomodo sit intelligenda. ibid.
Professio tacita an inducatur per habitus nouitiorum susceptionem, cū proposito vitæ mutandæ. ibid.n.34
Professiones tacitæ an post Tridentinum sublatæ sint. l.5.c.1.n.36.37.38.& 39
Professio potest tripliciter nomine irrita reddi. l.5.c.4.n.1
ad Professionis valorem petebatur ætas octodecim annorum in religionibus Insularum, eo quod superior sit ibi religionis obseruatio. ibid.n.3
Professio vt valida sit, attento Tridentini decreto, in quacumque virorum, vel mulierum religione, exigitur decimus sextus annus completus. ibid. n.4. Nec satis est, vltimam illius decimi sexti anni diem inceptam esse, sed complenda est ea ætas de momento ad momentum. ibid.
Professio in Minimorum religione an valeat ante octodecim annos. ibid.n.6
Professio ante nouitiatus annum facta an valuerit iure communi; & an essent suspensi admittentes ad illam, in ordinibus Mendicantibus, & fierent irregulares sic suspensi celebrando. ibid.n.8
Professio ante annum nouitiatus emissa vim habebat obligandi in genere religioni ante Tridentini decretum. ibid.n.10
Professio quando vel sola fuit irrita, vel etiam nouitiatus fuit irritus, an sit opus nouo nouitiatu. ibid.n.14
Professio ordinum militarium an exigat sexdecim annos, & nouitiatus annum. ibid.n.17
Professio in ordine Minimorum potest differri, donec nouitij decimum octauum annum inceptum habeant. ibid.n.21
Professio excommunicati an valeat, & peccent profitens, & illum admittens. ibid.n.36
Professio non est acquisitio alicuius beneficij, sed status. ibid.
Professio simoniacè facta in religione an sit valida. ibid.n.39
Professio viri in monasterio monialium, vel fœminæ in monasterio virorum, an sit valida. ibid.n.40
Professio ad sui valorem petit consensum profitentis, & admittentes professionem. ibid.
Professio coniugati ante, & post matrimonium cōsummatum an valeat; vel ratione diuortij, sæuitiæ, furoris, aut hæresis alterius coniugis. ibid.n.50
Professio obligans soli religioni in genere, non est vera professio, sed vim solius voti simplicis habet. l.5.c.4. n.86
Professio emissa sub conditione de præsenti, præterito, vel futuro, honesta, turpi, impossibili, necessaria, an valeat. ibid.n.87
Professio facta sub conditione de futuro, an fiat valida euenienti conditione, absque nouo consensu, quamuis profitens sit inhabilis, sitque conditio, si Pontifex dispensauerit. ibid.n.88
Professio duplex si fiat in diuersis religionibus sub simili conditione, & vtraque conditio simul eueniat, vel non simul, vtra valeat. ibid.n.90
Professio omnes obligationis suæ vires ex profitentis voluntate assumit. ibid.n.92
Professio statim ac emittitur, eius obligatio perfectè acquiritur Deo, & monasterio. ibid.n.93
Professio defectu ætatis, ac nouitiatus irrita, an valeat vt votum simplex. ibid.n.105
Professionis solemnis prærogatiuæ quæ sint. l.5.c.5.n.1
Professio religionis est perfectissima seculi abrenunciatio, & opus excellentissimum vniuersa alia vitæ humanæ superans. ibid.n.2
Professio religionis longo interuallo eleemosynam excedit. ibid.
Professio nec est Sacramentum, nec primam gratiam confert, nec peccatorum culpas delet, sed solam pœnam temporalem in purgatorio eis correspondentem. ibid.n.3. Nec id ex opere operato efficit, sed virtute maximæ satisfactionis in eo opere contentæ, quo profitens renunciat prorsus seculo, & se cum suis omnibus in perpetuum Deo dicat moriens mundo. ibid.
per Professionis renouationem an condonatio peccatorum iterum obtineatur. ibid.n.5
per Professionem religionis an deleatur irregularitas ex natalium defectu consurgens quoad dignitates obtinendas. ibid.n.15
per Professionem religionis non redduntur habiles illegitimi ad dignitates, prælationes, aut beneficia curata quæcumque. ibid.n.16
per Professionem an vitium ex natalium defectu consurgens purgetur in monialibus, ita vt illegitima possit esse Abbatissa. ibid.n.18

Profitens.

Profitens quando ignorauit professionem non tenere, an valeat donatio, siue facta sit accessoriè, siue æquè principaliter. l.7.c.1.n.25.& 26

Promissio.

Promissio non reuocandi testamentum est ipso iure irrita. l.7.c.2.n.20

Proprietarius.

Proprietarius an sit religiosus, qui ex licentia superioris absque iusta causa concessa, rē expendit. l.7.c.19.n.20

Proprietas.

Proprietatis vitium in religioso in quacumque leui quantitate an sit mortale. l.7.c.20.n.1
Proprietatis peccatum an possit esse in religioso absque furto. ibid.n.8
Proprietas verborum pœnam restringens in materia pœnali est amplectenda. l.6.c.8.n.40
Proprietatis acquisitio habet causam instantaneā, vsusfructus autem successiuam. l.7.c.13.n.63
quoad Proprietatem, & vsumfructum est filiusfamilias peculium quasi castrense. l.7.c.13.n.14
Proprietate per vsufructuarium vendita, vel ipso vsufructu, an censeatur vendita sola commoditas, vt actus valeat. l.7.c.13.n.17

Proprium.

Proprij nomine in voto paupertatis religiosorum quid intelligatur. l.7.c.18.n.25
Proprium non habent professi, nec proprij habendi sunt capaces. l.7.c.8.n.2

Protestans.

Protestans faciendo actum contrarium protestationi, censetur ab ea recedere. l.6.c.2.n.40

Protestatio.

Protestatio contraria an impediat valorem expressæ, vel tacitæ professionis. l.5.c.3.n.35
Protestatio facto contraria, nec alteri parti intimata, minimè prodest. ibid.

Pubertas.

Pubertas completa est legitima ætas iure petita ad professionis expressæ valorem. l.5.c.3.n.18.& n.31

Puellæ.

Puellæ cuiuscumque ætatis, & fatuæ, an prohibeantur ingredi monasteria virorum. l.6.c.17.n.5
Puellæ solius educationis gratiā existentes in monasterio, an comprehendantur decreto Tridentino *sess.25. de regularib.c.16.* l.7.c.5.n.5
Puellarum sex annos excedentium ingressus in monasteria monialium an liceat. l.6.c.16.n.6

Q

Quantitas.

QVantitas pœnæ pendet à legislatore, non verò quantitas culpæ, quæ à materia sumitur. lib.6.c.4. n.66
Quantitates paruæ in materia furti an in vnam coalescant. l.7.c.21.n.6

Querela.

Querela non suspendit iurisdictionem Prælati inferioris donec inhibeatur. l.6.c.8.n.111
Querelam inofficiosi testamenti intentare, & testamentum rumpere, an integrum sit monasterio, monacho extraredato, aut præterito à parentibus l.7.c.12.n.51

R

Ratihabitio.

RAtihabitio de præsenti, aut præterito quæ appelletur. l.7.c.19.n.15
Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. l.5. c.4.n.80

Ratio.

Rationis vsu carentes nec peccati, nec censuræ contrahendæ participes esse possunt. l.6.c.16.n.4
Rationis vsus in dubio ante septennium p[illegible]tur, secus post. ibid. n.7

Receptantes.

Receptantes, aut comitantes monialem illicitè egressam, quas pœnas incurrant. l.6.c.15.n.72

Recessus.

Recessus à monastica professione apostatam reddit, etiamsi habitus non deponatur. l.6.c.8.n.4

Recipiens.

Recipiens aliquid à religioso ad vsus turpes, vanos, & superfluos, an teneatur restituere, quando religiosus habuit licentiam à superiore ad expendendum ad libitum. l.7.c.19.n.29.& 30

Recusatio.

Recusatio, & appellatio tranquillitati religionis æquè aduersatur. l.6.c.8.n.115

Redditus.

Redditum ecclesiasticorum an efficiatur dominus religiosus ad summum Pontificatum electus. l.6.c.6. n.9. Eorum dominium apud quem maneat. ibid.

Regula.

Regula collapsa professi an teneantur eam postea reformatam obseruare. l.6.c.2.à n.31. vsque ad 34
Regula de triennali possessione an iuuet in foro etiam conscientiæ. l.7.c.19.n.88
Regula quando non obligat sub culpa, an possit Prælatus sub illa obligare. l.6.c.2.n.46
Regula religiosorum quando obliget sub mortali ad externas obseruantias regulares, & quando sub venisli, & quando sub nulla culpa. l.6.c.4.n.59
in Regula D. Augustini contenta an omnia obligent sub aliqua culpa. l.6.c.4.n.3
Regula quando obliget ad culpam mortalem, vel venialem. ibid.n.4. Et quot rerum genera in ea contineantur. ibid.
Regula præcipiens res alio præcepto sub mortali debitas, an obliget sub mortali. ibid.n.5
Regula primæua non solùm spectanda est, ad diiudicandum quæ religio sit arctior, & asperior, sed constitutiones quoque regulæ postea adiectæ. lib.6.c.7. n.23
ad Regulam seruandam impotens an possit licitè, & validè profiteri. l.5.c.4.n.52
Regulas transgredi ex consuetudine, an sit contemptus. l.6.c.4.n.17

Regularis.

Regularis an sit incapax beneficij secularis simplicis, nisi Pontifex dispenset. l.7.c.19.n.94
Regularis an sit capax beneficiorum simplicium secularium. l.7.c.19.n.74
Regularis, cui beneficium manuale collatum est, aut confirmatum à Papa ex certa scientia, an maneat omnino exemptus ab Abbatis obedientia in reliquis. l.7.c.19.n.142
Regularis non est conueniendus, & contra eum formandus libellus ratione contractus cum eo initi. l.6.c.12.n.2
Regularis an possit esse coadiutor Episcopi, aut in alio beneficio. l.7.c.19.n.84
Regularis possidens triennio beneficium seculare, aut secularis regulare, an iuuetur regula de triennali. l.7. c.19.n.86
cum Regulari si dispensetur, vt simul cum regulari beneficio habeat aliud, an possit ordinarius id sibi conferre. l.7.c.19.n.80
Regulares diuersorum ordinum an possint permutare

licentia suorum Prælatorum. l. 7. c. 29. n. 31
Regulares nouitij an sint capaces Episcopatuum. ibid. n. 32
Regulares an sint capaces beneficij curati secularis. ibid. n. 34
Regulares an possint esse testamenti executores, si eis specialiter suæ religionis instituto interdictum non sit. l. 6. c. 11. n. 3

Reges.

Reges, Reginæ, Imperatores, Imperatrices, & filij, & filiæ eorum, an comprehendantur in prohibitione ingressus in monasteria monialium. l. 6. c. 16. n. 3

Religio.

Religio quid sit. l. 5. c. 1. n. 14. An ad veram eius essentiam professio solemnis desideretur, ibid. Quæ conditiones ad eam petantur. n. 16. ibid. Ecclesiæ approbatio semper fuit necessaria ad veram religionis rationem. ibid. n. 15. Olim sufficit Episcoporum approbatio pro suis diœcesibus, donec id Romano Pontifici reseruatum est. ibid.
Religionis graduum distinctio. ibid. n. 14
Religio cum solis simplicibus votis à Sede Apostolica admissa, an esset perfecta, etiamsi in illa nulli professi solemniter reperirentur. ibid. n. 28
Religionis regula quamuis certam profitendi formam præscribat, non sunt ea verba ita necessaria, vt aliis facta professio sit irrita: sed quibuscumque aliis facta valebit. l. 5. c. 3. n. 4. Quomodo limitetur. ibid.
Religionem laxiorem an liceat ingredi gratiâ vacandi literis, animo firmo, vel dubio, vel conditionali transeundi postea ad strictiorem. l. 6. c. 7. n. 17
Religio expellens professum absque iusta causa, an peccet contra iustitiam. l. 6. c. 9. n. 7
Religio in teneatur expulsos, ac apostatas, fugitiuosque quærere, ac reuocare, eisque alimenta tempore fugæ impertiri. ibid. n. 11
Religio propria cum à suo instituto declinat, licitus est transitus ad aliam. l. 6. c. 7. n. 1
Religio ea, quæ taciturn professionem admisit, an teneatur sic profitentem admittere. l. 5. c. 3. n. 29
Religio incapax succedendi in communi, nunquam succedit in feudum monachi professi, sed eius professione omnino cessat, ac morte naturali. l. 7. c. 15. n. 35
Religio quomodo dicatur habere dominium bonorum in communi. l. 7. c. 18. n. 11
Religionis professio an valeat cum conditione contraria eius substantiæ. l. 5. c. 4. n. 91
Religionis habitus quotuplex sit. l. 5. c. 3. n. 13. An sit opus eum habitum in monasterio deferri ad inducendam taciturn professionem. ibid. n. 23
Religionis Prælatus an possit sibi sepulturam eligere. l. 6. c. 14. n. 7. Si eligeret sepulturam, & postea decederet finita prælatura, an esset sepeliendus in loco electo. ibid. n. 8
Religionis ingressus à quibusdam triplex statuitur: primus educationis; secundus per nouitiatum: tertius per professionem. l. 5. c. 5. n. 11
per Religionis professionem an irritetur testamentum, siue testans cogitauit de ingressu, siue nihil prorsus de illo cogitauit. l. 7. c. 3. n. 17
per Religionis professionem obtinetur plenissima omnium criminum antè commissorum condonatio. l. 5. c. 5. n. 2. Ideo à Sanctis appellatur professio secundum baptisma. ibid.
Religionis Prælatus an testari possit. l. 7. c. 8. n. 21
Religionis priuilegijs non gaudent apostatæ. l. 6. c. 8. n. 14
Religionem ingredi, aut in ea profiteri nequit seruus absque domini licentia, quod si iuris non sit, ac proinde furtum committat, vtpote qui domini potestatem iniustè subterfugit. l. 5. c. 4. n. 42. Potest à domino intra triennium repeti, & si intra illud non repetierit, nequit vltrà repetere, nisi tam longè seruus distet, vt repetere non possit intra id triennium. ibid. Quomodo id intelligatur. ibid. n. 43
in Religione Minorum, & Societatis IESV, an sit ex voto in omnibus obediendum. l. 6. c. 1. n. 16
Religionem ingrediens an possit testari de tertia aduentitiorum parte, etiam quoad vsumfructum. lib. 7. c. 13. n. 40
Religionibus succedendi capacibus in communi an possit legari. l. 7. c. 26. n. 1

Religiosus.

Religiosus proponens non seruare alia præter ea ad quæ tenetur ex voto, vel præcepto graui, non peccat mortaliter eo ipso contra præceptum procurandæ perfectionis, sed solùm venialiter. l. 6. c. 5. n. 9. Peccat mortaliter contra præceptum tendendi ad perfectionem, si firmiter proponat illam non attingere. ibid. n. 10
Religiosus factus Episcopus an peculiari obedientia voto religionis teneatur obedire Pontifici, & an mutetur in hanc obedientia debita Prælatis. l. 6. c. 6. n. 5. Potest ad religionem à Pontifice reduci. ibid. n. 4
Religiosus creatus Episcopus an maneat iisdem votis astrictus. ibid. n. 6
Religiosus non est mortuus quoad naturalia perdenda, sed quoad illorum contemptum, & quoad possessionem propriæ voluntatis, & bonorum temporalium. l. 7. c. 12. n. 13
Religiosus an teneatur conformare voluntatem suam, & iudicium cum voluntate, & iudicio superioris. l. 6. c. 1. n. [illegible]. Et an teneatur obedire in iis quæ sunt secundùm regulam. ibid. n. 8
Religiosus vnius religionis an sit capax beneficij regularis alterius ordinis. l. 7. c. 19. n. 29
Religiosus iuris acquirendi capax non est, nisi cum eo in voto paupertatis dispensetur. l. 7. c. 8. n. 46
Religiosus transgrediens præceptum regulæ, aut superioris, an committat duplex peccatum. l. 6. c. 4. n. 71
Religiosus non tenetur esse perfectus, at tenetur tendere ad perfectionem. l. 6. c. 5. n. 1
Religiosus proprietarius quibus pœnis subiaceat. l. 7. c. 20. n. 11. & seqq.
Religiosus expendens notabilem quantitatem extra vsus necessarios, & pios, quamuis adsit licentia superioris, an peccet lethaliter. l. 7. c. 19. n. 23
Religiosus quoties potest esse in iudicio absque superioris licentia, potest absque alla constituere procuratorem, & ipsius nomine libellus est concipiendus. l. 6. c. 1. n. 32
Religiosus petens eleemosynam pauperi in genere, vel pauperibus, an possit sibi applicare. l. 7. c. 30. n. 6
Religiosus per professionem nuntium prorsus seculo remittit, ad vitam spiritualem se omnino transferens, mancipansque se Dei obsequio. l. 5. c. 1. n. 16
Religiosus futurus alterius religionis ad quam transit, in ea necessariò professurus est, cum prioris religionis professio ad hoc non conferat. l. 5. c. 4. n. 13
Religiosus non obediens ea ratione quod præceptum sibi imponitur, an peccet contra obedientiæ votum & quotuplex peccatum admittat. l. 6. c. 1. n. 7
Religiosus est liber homo, & res inæstimabilis, & idcò commutari nequit pro noxa æstimabili. l. 6. c. 14. n. 30
Religiosus à vitio proprietatis an excusetur, quando licentia superioris precibus importunis extorquetur. l. 7. c. 19. n. 18
Religiosus si sine superioris licentia procurator constituatur, vel absque vtilitate monasterij, an valeat gesta. l. 6. c. 1. n. 39

Religiosus Episcopus an teneatur vltra tria vota substantialia ad alia vota, quæ iuxta varia religionum instituta in professione emittuntur. l. 6. c. 6. n. 15
Religiosus mutans omnino statum, ac penitus sui iuris esse desinens, in alterius que potestatem translatus, an censeatur capite minutus. l. 7. c. 3. n. 25
Religiosus adiens studia absque licentia, vt incurrat excommunicationem *cap. 2. ne clerici, vel monachi, in 6.* quæ conditiones petantur. l. 6. c. 8. n. 72
Religiosus, & sacerdos, vel Episcopus, aut religionis Prælatus, si contra castitatem peccet, an teneatur omnes circumstantias fateri. l. 5. c. 6. n. 14
Religiosus existens de licentia superioris in studio, an possit absque alia licentia ad doctoratum promouerì, & teneatur monasterium ad expensas in eius gradu factas. l. 6. c. 14. n. 46
Religiosum potest Prælatus cõpellere, vt minus Prælati intra ipsam religionem obeat. l. 6. c. 2. n. 52
Religiosi an succedant in maioratum, quoties à primo institutore adiecta est clausula, ne in illum succedant monachi. l. 7. c. 15. n. 6
Religiosi propriam voluntatem omnino in superiores transtulêre. l. 6. c. 2. n. 17
Religiosi dum vouent tria vota, addúntque, iuxta talem regulam, id additum nullam conditionem importat, sed modum obligationis eorum votorum. l. 5. c. 1. n. 13
Religiosi sunt ex solo priuilegio Apostolico emittentes vota simplicia in Societate IESV. ibid. n. 23
Religiosi cur dicantur iure administrationis, & tanquam sibi commendata obtinere beneficia regularia. l. 7. c. 29. n. 116
Religiosi an teneantur ad omnia contenta in regula ex voto obedientiæ, ita vt cuiuslibet transgressio sit culpa mortalis, aut venialis. l. 6. c. 4. n. 1
Religiosi an grauius peccent eodem peccati genere, quàm seculares. ibid. n. 7
Religiosi transeuntes ad aliam religionem an sint incapaces quorumuis beneficiorum, etiam curatorum. l. 6. c. 7. n. 108
Religiosi specialiter subiecti Episcopo, tenentur ex voto ipsi obedire. l. 6. c. 1. n. 11. Ad id non tenentur alij religiosi, etiam stãdo in iure diuino, & secluso exemptionis priuilegio. ibid. n. 12. Ideo quoad observantias regulares non ipsi, sed Abbati subsunt. ibid.
Religiosi qui extra claustra sunt, vt beneficiis perpetuis præsint, possunt absque superioris licentia munus executoris testamenti obire, & cur. l. 6. c. 11. n. 4
Religiosi quotuplices sint. l. 7. c. 8. n. 61
Religiosi per votum paupertatis non renunciant bonis spiritualibus. l. 7. c. 18. n. 25
Religiosi, & coadiutores formati Societatis IESV, an possint nomine proprio aliquid præscribere. ibid. n. 30
Religiosis quibus conditionibus concurrentibus integrum sit in foro seculari, aut ecclesiastico munera aduocati, vel procuratoris obire. l. 6. c. 13. n. 3. & 4
Religiosis omnibus commune est, vt dominium non habeant rerum, quas vsu consumunt, sed solum vsum. l. 7. c. 18. n. 8
Religiosis licitum est labori corporali vacare. l. 7. c. 24. n. 4. Non magis ad id tenentur, quàm laici, nisi illi, qui peculiari sui ordinis regula ad id astringuntur. ibid. n. 5
Religiosis an liceat ex eleemosynis emendicatis viuere. ibid. n. 6
Religiosis quibus testari interdictum sit. l. 7. c. 8. n. 21

Renunciare.

Renunciare suo beneficio toto nouitiatus tempore integrum est nouitio. l. 7. c. 4. n. 2

Renunciatio.

Renunciatio hæreditatis absque vlla limitatione facta excludit renunciantem ab omni successione tam ex testamento, quàm ab intestato. l. 7. c. 7. n. 1
Renunciatio absoluta hæreditatis cum iuramento, an excludat filium à legitima portione, quæ ei alioquin ex bonis paternis iure debetur. ibid. n. 3
Renunciatio hæreditatis futuræ iureiurando stabilita, an reuocetur eo quod renunciantì nascantur postea filij. l. 7. c. 7. n. 49
Renunciatio bonorum, & hæreditatis futuræ, qualiter fiat in Societate IESV iuxta eius constitutiones, siue tempore nouitiatus, siue post, & an sit innouatum aliquid per Tridentinum. *l. 7. c. 1. ibid.* n. 31. & seqq.
Renunciatio iureiurando stabilita hæreditatis parentum, an ita noceat filiis renunciantis, & aliis eius descendentibus, vt excludantur quoque à successione auorum in illa bona, quibus eorum parens renunciarat. l. 7. c. 7. n. 37
Renunciationis hæreditatis paternæ virtute an excludatur renuncians tantùm ab immediata parentum successione, non autem à mediata. ibid. n. 6
Renunciationes confidentiales in quem finem fiant. l. 7. c. 5. n. 43
Renunciationes, & obligationes nouitiorum à quo tempore vim habere incipiant. l. 7. c. 5. n. 48

Repetitio.

Repetitio eiusdem verbi in eodem canone, vel lege, grande continet mysterium. l. 6. c. 8. n. 10

Reseruatio bonorum.

Reseruatio aliquorum bonorum tempore professionis à religioso facta, quomodo intelligenda. l. 5. c. 4. n. 98

Restitutio.

Restitutionis beneficio an iuuetur minor faciens actum pium. l. 7. c. 6. n. 10
Restitutio incertorum facienda pauperibus, applicari potest ipsi debitori, si verè pauper sit, per ipsummet. l. 6. c. 11. n. 54
Restitutionis beneficio an gaudeat minor aduersùs latam culpam, quæ dolum præsumptum tantùm inducit. l. 6. c. 14. n. 36

Res.

Rerum quæ à Prælatis præcipi possunt, quæ sit diuisio. l. 6. c. 2. n. 1

Retractus.

Retractus ratione sanguinis an competat professo in ordine succedendi incapaci, aut monasterio eius nomine. l. 7. c. 14. n. 25
Retractus ius an competat religiosis, qui sola biennij vota emisêre in Societate IESV. ibid. n. 29

Reuocare.

Reuocare testamentum ad eum solum spectat, qui potest ipsum condere. l. 7. c. 1. n. 5

Reus.

Reus votorum substantialium an puniendus sit iuxta præscriptum regulæ. l. 6. c. 6. n. 16
Reo in dubio fauendum est, & ei de cuius damno agitur. l. 6. c. 5. n. 24

S

Sanctimoniales.

Sanctimoniales inter cæteras aliqua benedictione consecratæ erant, ad lectiones homiliarũ, & Euangeliorum in choro cantandas. l. 5. c. 5. n. 22

Satisfactio.

Satisfactio plena debet statim suum effectum consequi, nec ex futuro euentu pendere potest. l. 5. c. 5. n. 1

Scandalum.

Scandali peccatum ad eamdem speciem reducitur ad quam pertinet peccatum illud, ad quod patientes scandalum inducuntur. l.5.c.6.n.10

Schedula.

Schedulæ scribendæ licentiam dare monacho an possit Prælatus, qua disponat quid de suis bonis faciendum sit post mortem, eo animo, vt vim habeat testamenti, aut codicilli ea dispositio. l.7.c.8.n.11

Scriptura.

Scriptura minimè est de substantia gratiæ. l.6.c.7.n.69

Secularis.

Secularis proponens se consilia non seruaturum, licèt id non faciat ex contemptu, peccat venialiter. l.6. c.5.n.8

Sedes Apostolica.

Sedis Apostolicæ licentia an exigatur ad ingressum monasterij S. Claræ, & Conceptionis, quæ sunt ordini Minorum subiecta. l.6.c.16.n.20

Sententia.

Sententiam latam non importat verbum futuri, sed ferendam. l.6.c.8.n.14

Sententiam latam declarare, non est nouum iurisdictionis actum exercere, sed exercitum aperire. l.7. c.11.n.16

Sepultura.

Sepulturam eligere nequit religiosus. l.6.c.14.n.1. An possit eligere si moriatur extra monasterium. ibid. n.2. Si moriatur rumore à monasterio, non electa sepultura, & ibi sit aliud monasterium sui ordinis, vbi sepeliendus. ibid.n.4

Sepulturam pro religioso an possit Abbas eligere. ibid. n.6

Seruitium.

Seruitium in feudo petitum quando possit per alium exhiberi, nec censeatur electa industria personæ. l.7. c.15.n.37

Seruus.

Seruus verus, ascriptitius, originarius quando possit validè profiteri. l.1.c.4.à n.41. vsque ad 49

Seruus ratione delicti commissi conuenitur, & non dominus. l.6.c.12.n.3

Serui arbitrium est nullum. l.6.c.15.n.69

Seu, siue.

Seu dictionis, sicut & *siue*, significatio est, non sensum, sed sola verba distingere. l.6.c.15.n.8

Societas.

Societas Iesv an possit capere bona, quæ nouitij in ipsam renunciant. l.7.c.5.n.11

Societas Iesv renunciauit indulto Concilij Tridentini *sess.25.de regul.c.3.* concedentis religiosibus habere bona immobilia. l.6.c.18.n.11. Quomodo potuerit illi renunciare. ibid.n.12

Societatis Iesv professi cur promittant, se nec directè, nec indirectè prætensuros dignitatem, vel prælationem in Societate. ibid.n.16

Societatis Iesv Collegia, & domus probationis possunt institui hæredes, & habere quoscunque annuos redditus sibi in perpetuum relictos. l.7.c.27.n.1

Societatis Iesv religiosi non possunt ad gradus Philosophiæ, vel Theologiæ promoueri sine Præpositi Generalis facultate. l.6.c.14.n.48

Societatis Iesv religiosus quando renunciauit bonis iuxta ipsius constitutiones, an ea sint reddenda superstiti ascendenti, quando hic naturaliter moritur, aut professionem, votaque coadiutorum formatorum emittit. l.7.c.9.n.25

Societatis Iesv nouitij, antequam disponere inter viuos irreuocabiliter à superiore iubeantur, an possint liberè testari absque vlla licentia. l.7.c.3.n.5

Societati Iesv an sit liberum expellere eos, qui vota in ipsa emisêre. l.6.c.9.n.60

in Societate Iesv an vacent beneficia nouitij toto probationis biennio, aut ante professionem. l.7.c.4.n.7

Societatis Iesv religiosi solis biennij simplicibus votis astricti, per quæ nouitij esse desinunt, ac veri religiosi efficiuntur, sunt verè & propriè apostatæ, si ab eo statu recedant. l.6.c.8.n.6

Societatis Iesv priuilegia excommunicantia recedentes ab ea, an intelligantur de solis apostatis. ibid. n.11

Societatis Iesv professi cur emittant votum non procurandæ dignitatis extra Societatem. l.6.c.18.n.16

Societatis Iesv professi cur emittant votum denunciandi ambitientes. ibid.n.40

Socius.

Socium habere sui ordinis an teneatur religiosus factus Episcopus. l.6.c.6.n.21

Solemnitas.

Solemnitas leuis non est censenda, quæ talis est, vt ea seruata possit substantia facti mutari. l.6.c.11.n.35

Solemnitas voti in quo consistat. l.5.c.1.n.10. Ea est ex sola Ecclesiæ constitutione. ibid. Est vltimum eius complementum, & quasi ipsius obligationem perficiens, & corroborans. ibid.n.13

Solemnitas eadem requisita ad actum conficiendum, requiritur ad eum destruendum. l.7.c.3.n.14

Solemnitas voti est solius iuris ecclesiastici, quamuis ipsa voti obligatio erga Deum sit iuris diuini naturalis. l.5.c.1.n.6

Solemnitates petitæ in alienatione rei ecclesiasticæ licèt consuetudine nequeant minui, at possunt augeri. l.7.c.6.n.8

Solutionis votorum modus quotuplex. l.6.c.9.n.60

Species.

Species quædam vltimæ voluntatis an sit donatio causâ mortis. l.7.c.8.n.10

Sponsus.

Sponsus, vel sponsa de præsenti transiens ad religionem, an possit ante nouitiatus annum profiteri. l.5. c.4.n.11

Sponsalia.

Sponsalia, & matrimonium iure naturæ differunt, & quomodo. l.5.c.1.n.3

Spiritualia.

in Spiritualibus ad statum desideratur immobilitas, & obligatio aliqua. l.5.c.1.n.18

Status religiosus.

Status religiosus quotupliciter possit considerari. l.5. c.1.n.15. Quo modo instituter status hic Christus, in quantum

quantum illum perfectionis statum aliis prædicauit, ac sequendum proposuit. ibid. In ipsismet Apostolis initium habuit hic viuendi modus, tribus votis ad perfectionis statum pertinentibus emissis. ibid. Eius quædam adumbratio fuit in lege veteri, immo ante diluuium. ibid.

Status religiosi est ad perfectionem anhelare, eique adipiscendæ neruis omnibus incumbere. ibid.n.16. An de eius essentia sint vota solemnia. ibid.n.22

Status religiosi duos gradus qui constituunt, quomodo intelligendi. ibid.n.27

Status nomen quid præ se ferat. l.5.c.1.n.12. Ad eum constituendum desideratur perpetuitas. ibid.

Status petit immobilitatem, & obligationem operis ad illum statum pertinentis, vinculo aliquo firmatam. ibid.n.18

Status religiosus non est status perfectionis iam acquisitæ, sed est schola, & veluti progressus ad perfectionem acquirendam. l.6.c.5.n.1

Status omnis mutatio an sit capitis diminutio. l.7.c.3. n.34

Statu liber.

Statu liber in delicto repertus, non vt seruus, ob ambiguum conditionis statum, sed vt liber puniendus est. l.6.c.10.n.10

Statutum.

Statutum, vel consuetudo si in aliqua religione esset præscripta, vt liberum sit nouitios ante professionem expressam expellere, nulla tacita professio valeret, & cur. l.5.c.3.n.40

Statutum excludens monachos à successione, an valeat. l.7.c.12.n.16

Statutum ecclesiasticum, quo iubentur omnes sacris initiati continere, votum dicitur, eo quod instar voti obliget. l.5.c.6.n.1

Statutum, & pactum lucrandæ dotis post mortem alterius conjugis, vel pactum reddendæ tunc dotis patri, an habeat locum si alter in religione profiteatur. l.7. c.3.n.83

Statuto stante excludente fœminas propter masculos à maiorau, an succedat monasterium loco professi exclusis fœminis. l.7.c.15.n.19

Statuta noua an possint edi ad prioris regulæ obseruantiam necessaria. l.6.c.1.n.36

Statuta contra Ecclesiæ priuilegium an sint valida. ibid.

Stipendium.

Stipendium pro spiritualibus recipere, an sit contra votum paupertatis in Societate Iesv promissæ. l.7. c.28.n.5

Stipendiarij.

Stipendiarij reputantur tanquam famuli, qui similiter in dubiis tenentur parere heris, qui antea illos conduxerant. l.6.c.3.n.16

Subditus.

Subditus tenetur obtemperare superiori quando constat rem præceptam esse licitam, & tantùm dubitat, an excedat regulam, & limites potestatis superioris. l.6.c.3.n.4

Subditus vt teneatur obedire, an opus sit vt iudicet id quod iubetur esse bonum, & clausum intra limites potestatis superioris: vel satis sit oppositum non sibi euidenter constare. ibid.n.5

Subditus opinans rem præceptam esse illicitam, an teneatur obedire, & iudicare superiorem amplecti opinionem probabilem. ibid.n.6

Subditi non est examinare superioris præceptum, sed obedire, dũ de eius iniustitia certus non est. ibid.

Substituere.

Substitutus quoties excluditur per monasterium, in perpetuum excluditur. l.7.c.16.n.9

Substitutio.

Substitutio exemplaris an exigat patriam potestatem. l.7.c.9.n.36

Substitutio procuratoris à religioso domini nomine facta sine superioris licentia, an valeat. l.6.c.13.n.15

Substitutio pupillaris in testamento facta an euanescat per professionem patris, qui eam fecit. l.7.c.3.n.42

Substitutio pupillaris vim habet sola morte naturali patris retinentis filios in sua potestate. ibid. n.45

Succedere.

Succedendi ius, & rumpendi testamenti, sunt connexa, & instar connexorum se habent in actu, & priuatione. l.7.c.3.n.23

Successio.

Successionis futuræ pactum an valeat fauore piæ causæ. l.7.c.2.n.39

Successor.

ad Successorem sequentem statim à die professionis transit maioratus. l.7.c.15.n.31

Succedendi parentibus spes an dicatur in filiis aliquo respectu probabilis. l.7.c.1.n.9. Reprobatur à iure, quatenus ex ea inducitur votum captandæ mortis. ibid.n.10

Suitas.

Suitatis, & agnationis iura non amittit monachus per professionem, sed succedit tanquam suus hæres, & transmittit ad monasterium iura suitatis, sicut transmitteret ad alios hæredes. l.7.c.12.n.5

Superior.

Superior an possit cõcedere aliquid monacho ad vsum irreuocabilem. l.7.c.17.n.28

Superior religionis cur nulla licentia egeat, vt sit arbiter. l.6.c.13.n.58

Superioris licentia satis est ad concernentia pietatem absque iudicij strepitu. ibid.n.62

Superior si præcipiat aliquid sub conditione, de qua dubium est an sit impleta, necne, an teneatur subditus obedire. l.6.c.3.n.26

Superior an possit iudicium agitatum cum monacho ratum habere. l.6.c.12.n.13

Superioris nullũ præceptum obligat ad culpam mortalem, vel venialem, nisi superior in nomine Domini nostri Iesu Christi, vel in virtute obedientiæ iubeat. l.6.c.4.n.70

absque Superioris licentia accipere aliquid religiosos, an sit contra votum paupertatis, & cui res sic accepta tradi debeat. l.7.c.19.n.45

Superioris tacita licentia, an sit sufficiens, ac legitima, vt religiosus cum illa suscipiens, vel expendens aliquid excusetur à proprietatis vitio. l.7.c.19.n.5

Superiori manifestare an teneatur religiosus, qui ex licentia præsumpta aliquid accepit, vel expendit. l.7. c.19.n.8.& 9

Superiori mortuo quis licentiam acceptandi officij executoris testamenti concedere valeat. l.6.c.11.n.20

Superiores, quibus incumbit licentiam ingressus in monasteria monialium concedere, an possint in casibus necessariis propria licentia ingredi. l.6.c.16.n.14

Superioritas per excommunicationẽ non cessat, etsi per eam suspendantur actus iurisdictionis. l.5.c.4.n.78

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Supplicationes.

Supplicationum die manè celebratarum in claustris virorum, an liceat mulieribus in ea vesperi ingredi. l.6.c.17.n.24

Suspensio.

Suspensio olim imposita admittentibus ad professionem ante integrum nouitiatus annum, an sit sublata per Tridentinum. l.5.c.4.n.10

à Suspensione à diuinis, quam incurrunt religiosi admittentes fœminas intra monasteria, quis possit absoluere. l.6.c.17.n.41

Suspensio, interdictu, & irregularitas an sint sufficiens signum obligationis sub mortali. l.6.c.4.n.54

T

Tabellio.

TAbellionis officium an possit à religioso exerceri. l.6.c.13.n.48

Taciturnitas.

Taciturnitas superioris an sit legitima licentia. lib.7. c.10.n.4.10.& 11

Tacitum & expressum.

Tacitum non potest plus operari quàm expressum. l.5. c.3.n.14

Temeritas.

Temeritas vltra præcipitationem, & imprudentiam, exigit contemptum. l.6.c.8.n.44

Tempus.

Tempus quando aliquod certum iure petitur, id debet esse continuum. l.5.c.3.n.31

Tempus in rebus fauorabilibus non oportet vt sit continuum, sed tempora interpolata coaceruentur. l.5. c.4.n.30

Testari.

Testari an possit religiosus creatus Episcopus. l. 6.c.6. n.9

Testari qui de iure nequit, non potest etiam codicillos facere. l.7.c.8.n.9

Testari professis est interdictum, & testamentum ab ipsis factum erit nullum. l. .c.8.n.2

Testandi prohibitio professis quo iure sit inducta. ibid. n.4

Testandi liberam voluntatem concedunt iura omnia ante religionis ingressum. l.7.c.5.n.34

Testari de vsufructu tertiæ partis adnentitiorum ad opera pia, & ad alia debita soluenda, an possit filiusfamilias. l.7.c.13.n.43

Testandi licentia superueniens an efficiat valere prius testamentum à monacho absque illa confectum. l.7. c.8.n.59

Testator.

Testator an committere possit fratribus Minoribus nominationem executorum sui testamenti, ipsique nominare possint. l.6.c.11.n.40

Testator si postea quando monasterium ingressus est, contulerit ei bona, an censeatur reuocatum testamentum. l.7.c.5.n.38.& 39

Testatoris confessio etiam iurata non probat in sui præiudicium, nedum tertij. l.7.c.13.n.43

Testamentum.

Testamentorum executores religiosi an teneantur rationem executionis ordinariis reddere, & possint in ea delinquentes ab illis puniri. l.6.c.11.n.22. Non claustralis præpositi alicui Ecclesiæ seculari exemptæ ab Episcopi iurisdictione, si testamenti executores sint, cui rationem reddere teneantur. ibid.n.23

Testamentum monachi omnino irritum confirmari nequit ex licentia superuenienti. l.7.c.8.n.59

Testamentum ab hæretico confectum an conualescat eo ad fidem conuerso. ibid.

Testamentum factum ab impubere, vel furioso nõ conualescit aduenientè ætate, vel sanitate. ibid.

Testamentum cùm sit actus successiuus, ac deambulatorius vsque ad mortem, non censetur perfectè factum vsque tunc. ibid.n.60

inter Testamentum, & donationem causâ mortis factam ante religionis professionem an religione bonorum in communi capaci, quod discrimen statuant nonnulli Doctores. l.7.c.3.n.58

Testamentum inter liberos confectum, an irritetur omnino absque cogitatione ingressus religionis. l.7.c.3. n.29

Testamentum cùm reuocatur professione religionis, eo quod non cogitando de illa conditum sit, an rumpatur in totum, an solùm quoad legitimam monasterio competentem. ibid.n.31

stamentum in religione non confirmatur sola professione, sed morte naturali, vt contenta in eo effectum sortiantur. ibid.n.44

Testamentum ante professionem factum, an sit à die professionis exequendum, ita vt ex tunc hæres hæreditatem, & legatarius legata habituri sint, quando constat expressè de voluntate testatoris. ibid.n.52

Testamentum si fecerunt nouitij ante ingressum, an teneantur illud reuocare iubente superiori. l.7.c.5.n.6

Testamentum à nouitio, vel volente religionem ingredi confectum, an indigeat solemnitatibus iuris communis. ibid.n.16

Testamentum nouitij absque superioris licentia confectum, an sit futurum irritum, si postea professionem emittat, perinde ac si tempore testamenti facti professus fuisset. l.7.c.3.n.2

Testamentum quando totas vires sortiatur. l.7.c.3.n.27

Testamentum solemne solo testantis consensu potest dissolui. l.5.c.1.n.12

Testamentum est ius, & facultas, qua testator explicat suam voluntatem post obitum suum exequendam. l.7.c.8.n.5

Testamentum nouitij an indigeat ad sui valorem solemnitatibus penitis in Tridentino ad renunciationem. l.7.c.5.n.12

Testamentum nec renunciatio, nec obligatio dicitur. ibid.n.13

Testamentum ante professionem in scriptis factum, an sit aperiendũ statim post professionem. l.7.c.5.n.89

Testamenti executio facta à religioso absque licentia superioris, an valeat. l.6.c.11.n.43

ad Testamentum faciendum an possit religiosus esse commissarius. ibid.n.47

Testamentorum executio non tam prohibetur religiosis ob maiorem, seu minorem occupationem, quàm ob modum occupationis, qui videtur alienus à professione religiosa. ibid.n.48

Testamenti executor religiosus an possit ex pecuniis, quas testator distribui iussit inter pauperes, & pia opera, sibimet tanquam pauperi aliquas applicare. ibid.n.50

Testamenti executoris munus nullus religiosus suscipere potest, nec id exequi, siue ad causas pias, siue ad profanas, absque obtenta superioris licentia. l.6.c.11. n.2

de Testamento ad codicillum non est propriè extensio, sed comprehensio. l.7.c.8.n.58

Testimonium.

ad Testimonium ferendum aptus per professionem efficitur, qui ineptus erat, quod perituri, aut furti esset damnatus. lib.5.c.5.n.27. Ratio concessionis huius priuilegij professioni quæ fit. ibid.

Textus.

Textus decidentes non præficiendos monachos solos alicui Ecclesiæ, de quibus Ecclesiis loquantur. l.6. c.6.n.21

Theologia.

in Theologia, & iure canonico ad doctoratum possunt promoueri religiosi ex superioris licentia. l.6.c.14. n.44

Titulus.

Titulus beneficij an præscribatur, an sola status eius mutatio. l.7.c.29.n.20

Tractus.

Tractum successiuum habens conditio exigit perseuerantiam, nec momento impletur. l.7.c.7.n.31

Transgressio.

Transgressio rerum in regula contentarum quando obliget sub mortali. l.6.c.4.n.8

Transgressio regulæ ad culpam non obligantis ex se, quibus modis possit esse culpa. ibid.n.15. Quando contingit ex contemptu, an sit mortale. ibid.

Transgressio legis frequens an fiat mortalis, quæ aliàs semel, aut iterum non esset. ibid.n.21

Transitus.

Transitus de vna religione ad aliam, quoties seruantur conditiones requisitæ, quamuis sit licitus; at non est laudabilis, nisi ob notabilem necessitatem, vel vtilitatem. l.6.c.7.n.1

Transitus de vna religione in aliam quotupliciter fieri possit. l.7.c.32.n.2

Transitus ex vna religione mendicanti ad aliam mendicantem an liceat. l.6.c.7.n.28

Transitus à Carthusia ad quamcumque aliam religionem non licet. ibid.n.29

Transitus à Societate I E S V ad Carthusiam an liceat, & an is liceat non solùm semel, sed iterum, & iterum. ibid.n.31

Tridentinum.

Tridentinum concedens Episcopis vnionem beneficiorum absque consensu parroni ecclesiastici, an derogarit iuri communi. l.7.c.29.n.85

Triremes.

Triremibus damnatus secularis, vel religiosus an licitè fugiat. l.6.c.8.n.16

Tutela.

Tutela quotuplex sit. l.6.c.14.n.11

Tutelam testamentariam, aut datiuam nequeunt religiosi suscipere. ibid.n.22. Si eam susciperint, irritum est quidquid gerunt. ibid.n.23

Tutela legitima an possit à religiosis suscipi. ibid.n.24

Tutelam miserabilium personarum an possint, aut etiam teneantur suscipere monachi. ibid.n.26

V

Valor.

VAlor testamenti an petat duplici tempore habilem esse testatorem ad testandum. l.7.c.3.n.27

pro Valore actus in dubio semper præsumptio capienda est. l.7.c.13.n.17

Velle, & nolle.

Velle, & nolle caret religiosus honesto, & licito, absque voluntate superioris, non autem consensu, aut dissensu naturali. l.6.c.11.n.44

Vendicare.

Vendicare, & sibi acquirere, solis veris dominis competit. l.6.c.6.n.7

Verba.

Verba inducta ad diminutionem, non debent operari augmentum. l.7.c.3.n.18

Verba si sint præcepti, vel æquipollentia præcepto, an inducatur obligatio sub mortali, tam in iure canonico, quàm in ciuili. l.6.c.4.n.29

Verba posita gratiâ frequentioris vsus non restringunt legem, ne ad similes casus extendatur. l.7.c.4.n.6

Verba imperatiui Grammaticè important præceptum, non autem iuridicè. l.6.c.4.n.39

Verborum geminatio quoddam mysterium, vimque specialem in se continet. l.5.c.4.n.19

Vestitus religionis.

in Vestitu religionis deferendo est quædam vitæ austeritas, difficultas, ac labor, quæ inter probationis experimenta numerantur. l.5.c.4.n.29

Vicarius.

Vicarius generalis Episcopi an possit absque speciali commissione egressus monialis è monasterio licentiam concedere. l.6.c.15.n.30

Vicarius Episcopi an possit esse religiosus. l.6.c.13.n.88

Vicarius generalis Episcopi an possit vnire beneficia. l.7.c.29.n.153

Vicarij esse nequeunt Episcopi illegitimi professi, quia vicariatus est quædam dignitas. l.5.c.5.n.16

Vinculum.

Vinculo regularum, & statutorum sui ordinis, quod attinet ad pœnas, & censuras transgressoribus decretas, an teneatur religiosus factus Episcopus. l.6. c.6. n.17

Virginitas.

Virginitas in monialibus cùm non desideretur, non est cur ea petatur in Abbatissa. l.5.c.5.n.22

Visitare.

Visitare monasteria non ad Abbatissas, sed ad Prælatos regulares spectat. l.6.c.15.n.30

Visitatores.

Visitatores *c. fin. de statu monach.* iubentur expellere rebelles, ne ouis morbida sanas inficiat. l.6.c.9.n.3

Vita.

Vita regularis promissa in quo consistat. l.6.c.4.n.36

Vitæ propriæ tuendæ ius naturale nullo iure positiuo auferri potest. l.6.c.15.n.38

Vitæ conseruandæ desiderium naturale præbet ius fugiendi religioso, quod nullo voto abdicatum est. l.6. c.8.n.12

Vnire.

Vnire Ecclesias, & beneficia suæ diœcesis an possit Episcopus, quamuis nondum sit consecratus. l.7. c.29. n.147. An possit vnire loco religioso, quamuis Ecclesia, aut beneficium nondum vacent. ibid.n.148

Vnio.

Vnio beneficiorum quid sit, & quando temporalis, quando

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

at. l.7.c.29.n.145. Quæ ex ex.

Voluntas.

atas testatoris debet vsque ad mortem esse ambulatoria. l.7.c.5.n.54
Voluntas contraria etiam expressa non sufficit ad prioris testamenti renocationem, sed opus est alia dispositione contraria. l.7.c.5.n.34
Voluntas vltima quot testibus indigeat. l.7.c.2.n.24
Voluntas cuiusuis priuatæ personæ potest reuocari ab eadem persona, per aliam contrariam voluntatem. l.5.c.1.n.6
Voluntate existenti contrahendi contractu iure naturali permisso, nec irrito per ius positiuũ, nihil deesse videtur vt contractus firmus sit, quantumuis contraria voluntas antecesserit. ibid.
Voluntatis libertas per simplex votum statim Deo traditur, ac mancipatur. ibid.n.7
Voluntate spontanea fieri oportet ea per quæ professio tacita est inducenda. l.5.c.3.n.15
Voluntatis impulsu, seu passionis, non regente ratione quidquid fit, dicitur præcipitanter fieri, non autem semper temerè. l.6.c.8.n.43
Voluntatem superioris sibi notam an teneatur exequi subditus. l.6.c.2.n.5
Voluntatem liberam desiderat nouitiatus, & professio. l.5.c.4.n.53

Votum.

Votum solemne & simplex sunt prorsus eiusdem speciei, & sola extrinseca accidentali differentia inter se distinc. l.5.c.1.n.7. Solemne munitur solemnitate ab Ecclesia instituta, illa autem caret simplex. ibid. Ex hac parte distant tanquam priuatum, & positiuum. ibid. Et ita vtrumque per se, & suapte natura æqualis est vinculi. ibid.
Votum simplex non minus obligare apud Deum, quàm solemne, cur dixerit Cœlestinus Pontifex. l.5.c.1.n.7. Temperatio nonnullorum, quando est votum simplex quo aliquid de præsenti Deo promittitur, secus quando est votum alicuius rei in futurum Deo præstandæ, reiicitur. ibid.
Votum solemne est rotum quoddam per accidens sicut corpus album. ibid. n.8. Componitur ex voti substantia, & qualitate extrinseca. ibid. Eius effectus assignatur, per illud dirimi subsequens matrimonium. ibid.n.10
Votum solemne obediendi Papæ, qua forma emittant professi Societatis Iesv. l.6.c.18.n.1. In quo consistat. ibid. Peculiare est Societatis Iesv. ibid. n. 2. Noua obligatio intensiua, aut extensiua ex hoc voto an inducatur. ibid.n.4.&5
Votum obedientiæ Pontifici à D. Francisco emissum nomine totius suæ religionis, nullam nouam generali obedientiæ voto in professione facto obligationem addidit. ibid.
Votum non permittendæ relaxationis paupertatis cur emittatur à professis Societatis Iesv. ibid.n.7
Votorum quatuor soli professi ius suffragij habent in congregatione generalis Societatis Iesv. ibid.
Votum cùm emittatur Deo, atque ex lege naturali vim obligandi sortiatur, extenditur ad actus internos. ibid.n.17
Votum proprium commutare in melius iure diuino naturali licitum est. l.6.c.7.n.3
Votum annexum sacris ordinibus an sit essentialiter solemne, non differens à voto professionis. l.5.c.6. n.4
Votum maiorem animi firmitatem importat, quàm simplex propositum. l.6.c.5.n.8
Votum obedientiæ an obliget religiosos ad specialem obedientiam Papæ, & an sit supremus omnium religionum Generalis. l.6.c.1.n.8
Votum, aut iuramentum non procurandi, nec acceptandi Episcopatum, nisi iubente superiore, quomodo sit licitum. l.6.c.18.n.29.& seqq.
Votum paupertatis emissum in seculo, ad quid obliget. l.7.c.18.n.51
Voti solemnis essentia in quo consistat. l.5.c.1. à n. 2. vsque ad 5. An differat essentialiter, & ipso iure naturæ attento, à voto simplici. ibid.
Voti solemnitatem esse ex Ecclesiæ constitutione, quomodo intelligatur. l.5.c.1.n.3
Votum simplex non est tanti vinculi ex ipsa rei natura, quanti est solemne, & vtrumque specie differt. ibid. n. 4
Votum solemne professionis ex vi sua, ac iure naturali, atque secluso quocumque ecclesiastico, vim sortitur matrimonij postea initi cassandi. ibid.n.5
Vota simplicia biennij emittentes in Societate Iesv, qui dixerunt non esse verè & propriè religiosos, vnde ansam erroris arripuerint. l.5.c.1.n.6
in Voto obedientiæ manet adhuc dominium voluntatis in professo, ad multa validè facienda, etiam contra superioris præscriptum. l.5.c.1.n.6
Votum vitæ quadragesimalis fratrum Minimorum est solemne. ibid. Æquè, ac simul cũ aliis tribus solemnibus emittitur. ibid. In ipso tamen dari nequit traditio priuans dominio, & facultate contrarium validè faciendi. ibid.
Voti solemnis ratio consistere nequit in traditione reddenti inhabilem professum ad actus legitimos; sed ea inhabilitas erit ex mero iure ecclesiastico. ibid.
Voto statuendo satis est perpetua obligatio ex parte solius vouentis. l.5.c.1.n.12
Votum omne solemne potest cessare per Pontificiam dispensationem; ac proinde nullum est perpetuum. ibid.
Votum solemne iure naturæ an habeat per se obligare. ibid.
in Voto solemni est completè vis obligandi, cuius obligatio in nullo casu dissolui potest. ibid.n.13
Voti solemnis nomen nunquam hactenus Ecclesia tribuit nisi voto vtraque ex parte perpetuo. ibid.
Votum solemne solum duplex. ibid.
Voti obligatio tunc non dicitur propriè cessare, cùm professio fit in strictiori religione, sed in melius commutari. ibid.
Voti solemnis dispensatio est difficillima, & ratissima, & causas vrgentissimas, & valde extraordinarias petit. ibid.
Vota omnia simplicia absque conditione, & temporis limitatione emissa, sunt perpetua quodammodo; at non habent rationem vinculi vndequaque perpetui. ibid. Eorum dispensatio ex causis communibus passim conceditur. ibid. Via ordinaria dici possunt solebilia. ibid.
Vota simplicia ad statum religiosum verè & propriè constituendum sat sunt. l.5.c.1.n.25
In solemni castitatis voto annexo ordinibus sacris an possit Pontifex dispensare. l.5.c.2.n.1
Vota biennij in Societate Iesv emissa an valeant ante sexdecim annos completos. l.5.c.4.n.7
Vota simplicia biennij in Societate Iesv an valeant ante biennium nouitiatus. ibid.n.20
Voti paupertatis violatio in quo consistat. l.7.c.19.n.1
sub Voto obedientiæ à religiosis emisso comprehenditur solum præceptum regulæ, aut superioris obligans ad culpam. l.6.c.1.n.5
Voti obligatio non petit intentionem id seruandi, sed quantumcumque ea desit, obligabit existente voluntate promittendi, & se obligandi. lib.5.c.4. n.101

Voti obligatio non excedit vouentis intentionem. l.6. c.1.n.18
Vota omnia in seculo facta commutantur in professionem. l.5.c.5.n.36. An commutentur eo ipso absque aliqua commutandi intentione. ibid.n.37.&38. An sola vota non consona statui religioso commutentur. ibid.n.48
Vota perpetua etiam professione extinguuntur, & non sola temporalia. ibid.n.49
Vota subsidij terræ sanctæ commutantur quoad omnia in professionem. ibid.n.50
Vota nulla per legitimam dispensationem, aut irritationem extincta reuiuiscunt. ibid.n.56
Vota biennij desinunt obligare per expulsionem, absque irritatione, dispensatione, vel commutatione. l.6.c.9.n.62. Sunt secundùm quid conditionalia. ibid.
Vota conditionalia minimè deobligant, quando culpa vouentis non impletur conditio. ibid.n.66
Vota emissa à religiosis factis Episcopis non laxantur, nec limitantur, nisi quatenus illorum obseruantia obstat executioni muneris Episcopalis, tanquam maiori bono. l.6.c.6.n.8
Vota coadiutorum formatorum Societatis Iesv cur non sint solemnia. l.5.c.1.n.11
Vota tria religiosi instituti substantialia in qualibet religione emittuntur. l.6.c.4.n.9
Vota professionis quæ dicantur. l.6.c.8.n.8
à Votis, quæ præter substantialia ex religionis præscripto emittuntur, immunis manet Episcopus religiosus. l.6.c.6.n.20
Votis simplicibus biennij ligati an possint maioratum instituere. l.7.c.8.n.24

Vouens.

Vouens aliena incerta in terræ sanctæ subsidium, an possit commutare in professionem. l.5.c.5.n.51
Vouentis traditio, & acceptatio Prælatorum inuenta in voto solemni, & ad id requisita, sunt accidentaria voti differentia, & solo iure ecclesiastico petita, & ita non constituunt specificam, & substantialem voti differentiam. l.5.c.1.n.7

Vsufructus.

Vsusfructus formalis duobus modis in genere constituitur, & quibus. l.7.c.15.n.4
Vsusfructus quot modis extinguatur, & an morte domini proprietatis, an solius vsufructuarij. ibid.n.5
Vsusfructus est seruitus personalis. ibid. Eius duratio vnde pendeat. ibid.
Vsusfructus ad certum tempus constitutus an finiatur morte vsufructuarij ante id tempus contingente. ibid.n.9
Vsusfructus temporalis an vere sit vsusfructus. ibid. n.10
Vsusfructus, & eius commoditas in quo distent. ibid. n.11.&12
Vsusfructus an possit ab vsufructuario alienari, & transferri in alium siue venditione, siue alio contractu absque domini proprietatis consensu. ibid.n.13
Vsusfructus ius an possit dari pignori, vel hypothecæ. ibid.n.16
Vsusfructus relictus alicui eam tacitam conditionem habet, vt morte eius finiatur, & ad proprietarium redeat. l.7.c.5.n.76
Vsusfructus relictus directè Ecclesiæ quamdiu duret. l.7.c.13.n.48
Vsusfructus quo modo in monasterium transire valeat. ibid.n.49
Vsusfructus temporalis an pereat morte monachi contingente ante tempus finitum. ibid.n.51
Vsusfructus ius transire in alium nequit, nisi ex consensu proprietarij, aut legis dispositione. ibid.n.53
Vsusfructus an ita vsufructuarij personæ inhæreat, vt transferri in alium minimè possit, & eo ipso quod transfertur, extinguatur penitus. l.7.c.13.n.2
Vsusfructus est ius vtendi, & fruendi aliena re, salua illius substantia. ibid. Causalis est, & formalis. ibid. n.3
Vsusfructus quamdiu duret in monasterio, aut alio hærede, quando est relictus alicui pro se, & suo hærede; & an is vsusfructus finiatur persona primi hæredis, etsi relictus sit pro se, & suis hæredibus. lib. 7. c.13.n.60
Vsusfructus monasterio per professionem acquisitus an transeat in posterius monasterium, ad quod monachus transit. ibid.n.62
Vsusfructus paternus in aduentitia filij bona an extinguatur profitente patre in religione incapaci succedendi. l.7.c.13.n.67
de Vsufructu aduentitiorum an testari possit nouitius. l.7.c.3.n.7
Vsus est ius duntaxat vtendi aliena re, salua eius substantia. l.7.c.13.n.2. Quotuplex sit. ibid.
Vsus, & vsusfructus in quo conueniant. ibid.
Vsus iuris, & vsus facti quomodo differant. l.7.c.18.n.3

Vtilitas.

Vtilitas monasterij indirecta sufficit, vt monachus procuratoris munus obeat. l.6.c.13.n.17

Z

Zelus.

ZElo perfectioris vitæ traducendæ laudabilis esset transitus de religione ad religionem. l.6.c.7.n.1

FINIS INDICIS.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Index rerum

UANL
DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC